Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

1. – 238

LN 805
ex. 1
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Illustrissimo ac potentissimo principi
Domino Christiano [illegible]
[illegible] Daniae et Norvegiae [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Illustrissimo ac potentissimo principi
Domino Christiano 4 Electo Regi regno=
rum Daniae et Norvegiae. primario
in istis regnis ecclesiae Christi tutori
atque nutritio Dno suo clemen=
tissimo, hos cōmentarios quâm
humillime autor ipse offert. Rogans
deum ut ipsius Maiestatem quam
diutissime incolumem in vera pi=
etate conservet ac tueatur.

in Joann. Evangel.
Basil. 1590.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

COMMENTARIORVM

IN SACRO-SANCTVM DOMINI NOSTRI IESV CHRIſti Euangelium ſecundùm Iohannem,

DECAS PRIOR:

Complectens X. priorum CAPITVM luculentam explanationem:

AVCTORE

NICOLAO HEMMINGIO,

Theologo clariſs.

Cum INDICE pleniſſ. & accuratiſſ.

BASILEAE
Per CONRADVM VVALDKIRCH.
cIↃ IↃ XC.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Typographus pio Lectori,
S. P. D.

En damus tibi hiſce nundinis, primam Decadem Commentariorum, NICOLAI HEMMINGII, in ſanctum IESV CHRISTI Euangelium, ſecundùm Johannem; quòd ea tantùm hoc tempore abſolui à nobis poſſet. Alteram præclari iſtius operis partem, proximis Paſchalibus nundinis σὺν Θεῷ, exhibebimus. Bene vale quiſquis es pie Lector, & iſtis ad Dei gloriam vtere & fruere. Ex officina noſtra Typographica.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

SANCTAE ET CATHOLICÆ ECCLESIÆ DEI, QVÆ EST IN DANIA, PATRIA MEA DVLCISSIMA;

vnà cum omnibus inuocantibus nomen Domini noſtri IESV CHRISTI *in quouis lòco; ego* NICOLAVS HEMMINGIVS; *gratiam, miſericordiam & pacem à Deo patre, & à Domino noſtro* IESV CHRISTO *precor.*

MVTVO oſculantur ſe filius Dei & Eccleſia, Sponſus & Sponſa, oſculo ſancto: quo mutuum teſtantur amorem. Qui enim verè oſculatur, verè amat. Quare & oſculum concinnè Grecis ab amore φίλημα dicitur. Oſculum autem quo ſpõſus noſter Ieſus Chriſtus Eccleſiam ſpõſam excipit, eſt ipſius verbum, per quod in eam ſuum ſpiritum trãsfundit, quo ipſa donata viciſsim illũ oſculatur, hoc eſt, vero amore cõplectitur, eumq; fide & obedientia in tota vita, in aduerſis & proſperis colit. Quãuis autem Eccleſia nigra eſt in hac vita, & polluta multis ſordib. prauorũ affectuum, ſubinde orientiũ ex vitio deprauatę naturæ: tamen ſponſus ipſius, filius Dei, eam oſculatur, propterea quòd ornata ſit veſte nuptiali, remiſsione peccatorũ, iuſtitia ſponſi ſui, donatione Spiritus Sancti, & noua obedientia. In his enim conſiſtit ille ornatus & decor filiæ regis, cuius ſymbola ſunt veſtes, elegantiſsimè auro & gemmis ſplendentes, vt eſt in Pſalmo 45.

Huius copulæ, Chriſti ſponſi & eccleſiæ ſponſæ, typus & figura præceſsit in primo coniugio in Paradiſo inſtituto, quod coniugium Paulus Epheſiis ſcribens pronunciat eſſe magnum myſterium copulę Chriſti & Eccleſiæ. Vt enim Eua fuit membrum Adę, caro de carne eius, & os de oſſibus eius, ita nos qui ſumus Eccleſia Chriſti, ſumus membra Chriſti, caro de carne eius, & os de oſsibus eius.

Quomodo autem ſibi hanc ſponſam deſponſauerit Dominus, Oſeas Propheta, & Paulus nos docent. Propheta ſic ait: *Deſponſabo te mihi in ſempiternum: deſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & miſericordia & miſerationibus: deſponſabo te mihi in fide, & cognoſces Iehouah.* Ter hîc repetitur deſponſationis vox, & tria nuptiarum Chriſti & Eccleſiæ ſignificantur προσκείμενα.

Primum, Deſponſabo te mihi in ſempiternum. Hæc deſponſatio non eſt ad tempus certum duratura, ſed in perpetuũ manſura, etiam poſt hanc

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

vitam. deſponſatio terrena ceſſat, altero ſponſorum mortuo, ſed copula Chriſti ſponſi, & Eccleſiæ in omnem æternitatem durabit: nam ſemper viuet vterque, nunquam veteraſcet amor mutuus, nũquam tædium ſubrepet, ſed gratia perpetua noua erit.

Secundum, Deſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & miſericordia, & miſerationibus. in iuſtitia, qua te ornabo: in iudicio, quo te defendam & caſtigabo: in miſericordia, qua magnitudine peccati te exonero: & miſerationibus, quibus multiplices tranſgreſsiones tuas meo ſanguine deleo, vt iuſta, & ſancta in conſpectu Patris mei appareas.

Tertium, Deſponſabo te mihi in fide, & cognoſces Iehouah. in fide qua mihi adhærebis ac Deum cognoſces, atque coles, veteribus amatoribus tuis renunciatis.

Paulus Epheſiis ſcribens interpretatur Prophetam ac clarius explicat & docet, quomodo Chriſtus ſibi conciliet, & vt ſpõſam ſibi adiungat Eccleſiam. *Chriſtus* (inquit) *dilexit Eccleſiam & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt adiungeret ſibi illamglorioſam, non habẽtem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & immaculata.* Hiſce verbis circumſtantiæ nuptiarum ſponſi Chriſti & Eccleſiæ plures exponuntur. quas diligenter perpendere operæprecium eſt.

Prima, dilectio Chriſti, qua ſuam ſponſam complectitur. Quæ ſane dilectio habet cauſam non pulchritudinem vllam ſponſæ propriam, non diuitias, non virtutem, non excellentem aliquam artem: (Nam homines omnes, poſt lapſum Adæ, ante hanc ſalutarem & coniugalẽ cum Chriſto copulam, ſunt deformati imagine Satanæ, ſunt extreme pauperes, nullas enim veras diuitias habent, ſunt ſpirituali lepra & infinitis vitiis infecti, ſunt adulteræ Satanæ, deniq; prorſus deformes & inutiles, vt qui nihil boni cogitare poſſunt, ne dum facere) Sed gratuitam bonitatem Chriſti qui miſertus ſuæ creaturæ, eam intimo amore complectitur.

Secunda, tradidit ſeipſum pro ea, hoc eſt, vt eã liberaret à ſeruitute Diaboli, ſub qua propter peccatũ captiua tenebatur: tradidit ſe in mortẽ pro ea, vt merito mortis ſuæ, placaret iuſtã irã Dei, & ſatisfaceret pro peccato.

Tertia, finis eſt mortis Domini pro ſua ſponſa, vt illam ſanctificaret, hoc eſt, ſepararet à prophanitate mundi, puram efficeret, abolito prioris fornicationis crimine, ac ipſam ſibi conſecraret iam puram & immaculatam effectam ſuo ſanguine.

Quarta, modus ſanctificationis: & mundaret eã lauacro aquæ in verbo. Hic notandũ, quod non dicat ſimpliciter, vt mũdaret eam lauacro aquæ, ſed addit, in verbo: lauatur enim cùm credit verbo Euangelico, videlicet, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit*. Verbum enim eſt efficax, non quia dicitur, ſed quia creditur. Eſt proinde lotio externa corporis per aquam, teſtimoniũ internæ & ſpiritualis lotionis animi per ſanguinẽ Chriſti & Spiritum Sãctum. nam Chriſtus ſolus abluit ſuam eccleſiã ſanguine proprio, eamq; ſuo ſpiritu regenerat & ſanctificat. Sic enim docet Iohan.

cùm

cum ait: *Sanguis Ieſu Chriſti purgat nos ab omni iniquitate.* Non ergo aqua baptiſmi per ſe abluit aut purgat animum quem nō attingit, ſed ſignum eſt ſolummodo, vt dixi, interioris purgationis, quæ fit per ſanguinem Chriſti & Spiritum renouantem, id eſt, regenerantem & ſanctificantem: ita enim Paulus ſeipſum interpretatur, cum ait Tit.3. *Saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis Spiritus Sancti,* (id eſt, quæ fit à Spiritu Sancto) *quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ,* id eſt, vt ſimus hæredes vitæ æternæ, quemadmodum ſperamus.

Quarta copula Sponſi Chriſti & Sponſæ Eccleſiæ: vt eam, inquit, ſibi adiungeret glorioſam, eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Cùm homo credit voci Euangelij, hac fide copulatur Chriſto ſponſo, & habetur glorioſa, ſine omni macula. Quod quidem ad interiorem formam referendum eſt, (fide enim corda & non corpora purificantur) & ad imputationem diuinam, & ad inchoatam obedientiam hominis credentis in hac vita. Nam omnis ſanctus in hac vita opus habet quotidie remiſsione peccatorum. Ideo precantur ſancti quotidie ex mandato Chriſti: Remitte nobis debita noſtra. Quicunq; ergo retinet fidem & bonam conſcientiam, habetur coram Deo, etiamſi multis peccatis infirmitatis & ignorātiæ adhuc ſordeſcit, purus & ſanctus. Auguſt. ait: Nemo ſanctus & iuſtus caret peccato, ſed tamen in hoc non deſinit eſſe ſanctus, cùm affectu teneat ſanctitatem. Verùm poſt reſurrectionem mortuorum, vt perfecta erit regeneratio totius hominis, quo ad animam & quo ad corpus, ita perfecta erit etiam puritas eccleſiæ, & erit reipſa pura abſque omni macula & ruga.

Sexta, caſtitas, quæ notatur hiſce verbis: vt eſſet ſancta & immaculata. Hæc caſtitas in hoc poſita eſt, vt renunciet omnib. amatoribus prioribus, Satanæ, eius membris & operibus: vt ſuo ſponſo fide cōiugali adhæreat, & redamet intimè amātem: vt eius ſolius vocem audiat, maneatq; in ſimplicitate doctrinæ ipſius: vt ſpirituali cultu patrem ſui ſponſi colat: vt morum ſuauitate & innocentia ſuo ſponſo placere ſtudeat: vt ſumpta lampade cum oleo expectet ſui ſponſi aduentum, in pietatis exercitiis non langueſcens, ſed ſeipſam quotidie pietate ſuperare contendens. His ſanctis nuptiis Chriſti & eccleſiæ deſtinatur Euangelij prædicatio, iuxta illud Pauli 2. Cor. 11. *Paraui vos vni viro, vt exhibeatis vos Chriſto virginem caſtam, incorrupta doctrina & morum integritate.*

Porrò Chriſtus hanc ſuam ſponſam perpetuis beneficiis proſequitur. Nam eam veſtit, paſcit, potat, regit, cuſtodit, in ſua recipit.

Veſtit nuptiali veſte, eaq; duplici, videlicet, ſua iuſtitia, qua illa ornata, Patri ſponſi ſummopere placet, & donis variis Spiritus Sancti, quibus indies proficit in ſanctitate & iuſtitia, qua ſponſus maximè delectatur. Hæc veſtis induitur fide, oſtenditur charitate, ſplendet noua obedientia, & omnis generis virtutibus. Quemadmodum enim inaugurandi ſacer-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dotes in veteri Teſtamento deponebant veſtes proprias, lauabant corpus, induebant veſtes candidas, & ſacrificabant: ita nos maculatam noſtram tunicam, hoc eſt, opinionem meriti iuſtitiæ, deponemus, lauabimus per veram pœnitentiam, mentem, affectus, voluntatem, actiones, induemus veſtem nobis à ſponſo donatam, ſacrificabimus Deo, offerentes illi vitulos labiorum noſtrorum.

Paſcit eam, iuxta illud: *Dominus paſcit me, nihil mihi deerit*, paſcit verbo, pane vitæ. Quomodo verbo? Quando verbum proponitur ei, à miniſtris ſponſi, hoc eſt, piis concionatoribus. Hinc illud apud Ieremiam: *Dabo vobis Paſtores, iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina*, hoc eſt, verbo Dei. Nam eo eccleſia paſcitur, cùm illud auide arripit, eo delectatur, illud meditatur die ac nocte. nam cùm ex verbo credito percipit cõſolationem & ingentem lætitiam in corde ex beneficiis ſponſi ſibi exhibitis, paſci verbo dicitur. paſcit eam pane vitæ qui de cœlo deſcendit, ſine quo pane animam mori neceſſe eſt. Quàm autem neceſſarium ſit pane vitæ paſci ſponſam, & quomodo id fiat, docet ipſe ſponſus Iohan. 6. his verbis: *Amen, Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis ſanguinem eius, non habebitis vitam in vobis*, id eſt, non viuetis. Quid prodeſt hîc manducatio? Qui manducat, inquit, carnem meam & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternã. Quare? Quia caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui meam carnem edit, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Ideo qui manducat me, & ipſe viuit propter me. Sed quomodo comeditur hic vitæ panis? Hoc quoque ipſe Dominus docet cum ait: *Qui credit in me, habet vitam æternam*. Proinde quiſquis credit, carnem Chriſti pro ſe datam in mortem, & ſanguinem ipſius pro ſe effuſum in remiſsionem peccatorum, & inde concipit lętitiam, conſolationem & ſpem vitæ æternæ, propter meritum mortis Domini, is verè comedit carnem Chriſti, & verè bibit ſanguinem eius, indeq; ſaturatur, exhilaratur, roboratur, vt viuat vitam beatam & æternam. Eſt proinde manducatio corporis, & bibitio ſanguinis Chriſti, nihil aliud quàm perceptio conſolationis & lætitiæ ingentis in corde per Spiritum Sanctum, ex cogitatione & fiducia remiſsionis peccatorum, & vitæ æternæ percipiendæ per & propter corpus Chriſti traditum & ſanguinem effuſum. Huic veræ manducationi & bibitioni corporis & ſanguinis Domini, ceremonialis manducatio & bibitio ſeruit, quare magnifacienda eſt, & frequẽtiùs vſurpanda, vt tantum ſponſi noſtri beneficium magis in nobis ſentiatur. Hoc pabulo paſti & ſaturati, ruminemus eius dulcedinem piis & ſanctis cogitationibus, vt ſemper eius dulcedo in palato animæ noſtræ, reſideat. *Guſtate*, (ait Dauid) *quàm ſuauis eſt dominus. beatus vir, qui ſperat in eo.*

Potat eam aqua vitæ, de qua Iohan. 4. in hunc modum loquitur: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non ſitiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Hæc aqua alia eſſe non poteſt, quàm ipſe Spiritus Sanctus & ſanguis Chriſti fide hauſtus. Nam Spiritus Sanctus

ctus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ctus & ſanguis Chriſti fide potatus recreant animam, reficiunt & exhilarant eam ad vitam æternam, adeò vt pia mens non alium potum expetat, quo recreetur ad vitam æternam.

Regit eam, verbo, Spiritu, diſciplina: verbo regit Eccleſiam, vt ſe ſequatur & non alienum. Quare alicubi dicit: *Oues meæ vocem meam audiunt.* Et Dauid precatur: *Dirige me in tua veritate, & doce me.* Spiritu regit ducendo in omnem veritatem, & mouendo corda ad veram obedientiam Deo præſtandam. Regit diſciplina cùm eam cruce caſtigat peccantem & frenat ne peccet. Cum enim Deus præſciat ſuam Eccleſiam peccaturam, maturè frenum illi inijcit, quo eam cohercet ne peccet. Quare crucem regi prouidentia diuina omnino nobis perſuadeamus.

Cuſtodit Eccleſiam, donec illa cuſtodit & ſeruat verbū Dei, quæ tum demum verbum Dei cuſtodit, quando illud in mente & in corde incluſum tenet. In mēte per veram cognitionem, in corde per veram fiduciam, quæ non poteſt eſſe otioſa, cùm ſit opus Spiritus Sancti. Qui ergo quæ rectè nouit, eadem piè credit, & ex fide operatur, quæ nouit facienda, cuſtodit verbum Dei, & verè beatus eſt, iuxta dictum Domini: *Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Cùm autem Eccleſia ſponſa Chriſti, ſic cuſtodit verbum Dei, Deus viciſsim illam cuſtodit, ſine cuius cuſtodia planè eſſet actum cum illa, vt Pſalmus 127. teſtatur. *Niſi Dominus cuſtodierit domum, in vanum laborant, qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* Pſal. 122. *Ecce non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael. Dominus cuſtodiat te, Dominus vmbra tua ſuper manū dextræ tuæ.* Pſal. 91. totus de hac cuſtodia agit: Qui cōfidit Deo, habet Deum cuſtodē. *Qui,* inquit, *deſiderat me, liberabo eum, protegam eū, quoniam cognouit nomen meum.* Hîc vox fiduciæ Eccleſiæ propria eſt: ſic & Pſal. 86. *Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum,* id eſt, quoniam ſeparatus ſum ab hoſtibus tuis, & tibi viua fiducia coniunctus. Pſal. 98. *Qui diligitis Dominum, odite malum. Cuſtodit animas ſanctorum ſuorum, de manu impiorū liberabit eos.* Huc precatio Dauidis Pſal. 140. pertinet. *Eripe me Domine ab homine malo, à viro violento ſerua me.* Item: *Cuſtodi me de manu impij, & ab hominibus violentis ſerua me, qui cogitauerūt ſupplantare greſſus meos.* Hāc cuſtodiam petimus à Patre ex mādato Chriſti, quādo oramus & dicimus: *Ne inferas nos in tētationē, ſed libera nos à malo.* Cogitemus, quantū ſit hoc beneficiū Chriſti ſpōſi erga ſuā Eccleſiā, quæ ne vel ad momentū incolumis maneret, ſi Dominus eā nō cuſtodiret, & quotidie eam quaſi à faucib. luporū & leonū eriperet. Hoc beneficiū grati agnoſcamus.

In ſua recipit, hoc eſt poſtremum & ſummum beneficium ſponſi Chriſti erga Eccleſiam, recipit eam in ſuam aulam regiam, & thalamum, vbi fruetur perpetuo amplexu ſui ſponſi in æterna beatitudine, vbi erit plena libertas, perfectum gaudium, ſumma fœlicitas, perpetua boni fruitio, iuge ſacrificium laudis, & nihil non erit ab omni miſeria & metu alieniſsimum, ibi intelligemus verum dixiſſe Paulum, cùm diceret: *Oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quæ Deus præparauit ſuis.* Huc,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

huc inquam reſpicere Eccleſia debet, donec in hac vita peregrinabitur, cùm in proſperis, tum in aduerſis: In proſperis, quæ in hac vita accidere poſſunt, cogitet nihil tam proſperum & fœlix eſſe in hoc mundo, vt vel vmbram referat eius beatitudinis, quàm Dominus ſuis largietur in cœlis: In aduerſis cogitet, nihil tam aduerſum & aſperum eſſe, quin illud abſorbeat cogitatio æternorum bonorum. Quid eſt leuitas afflictionis in præſenti vita, ad pondus gloriæ in cœlo? etſi ergo Deus onus nobis imponit: tamen ſalus eſt noſtra.

Huc reſpiciat Eccleſia, cùm variis certaminibus exercetur in terris, ſciat neminem coronari, niſi qui legitimè certauerit, crux præcedat gloriam oportet, quemadmodum videt Eccleſia in ſuo ſponſo Chriſto factum eſſe. nonne ille de ſe ait: *Sic oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam? Prædeſtinauit nos*, inquit Paulus, *conformes fieri imaginis Filij ſui Ieſu Chriſti*. hæc conformitas eſt crucis & gloriæ, pugnæ & victoriæ. Quare ſi ad gloriam tendimus, ſi victoriam expetimus, intermedium iter, videlicet, per crucem & varia certamina, neceſſe eſt nos conficere. *Omnes*, inquit Paulus, *qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. Tribulatio eſt noſtra*, (ait Auguſtinus) *in præſenti ſeculo, ſpes verò noſtra de futuro ſeculo: niſi in tribulatione præſentis ſeculi conſoletur nos ſpes futuri ſeculi, perimus*. Idem: *Anguſtia noſtræ tribulationis finitur, latitudo autem quò tranſimus, non habet terminum, tota vita tribulatio eſt pio homini. Quare? Quia tota vita eſt tentatio*. Iacob. 1. *Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, ſcientes, quòd exploratio fidei veſtræ patientiam efficit.*

Porrò certamina varia ſunt Eccleſiæ in hoc mundo, quorum alia ſunt interna, alia externa.

Interna ſunt quadruplicia. 1. affectuum & rationis. 2. rationis & fidei. 3. carnis & ſpiritus. 4. deſperationis & ſpei. Horum primum inuenitur in quolibet homine, reliqua tria in quolibet Chriſtiano.

Primum certamen eſt affectuum & rationis. Affectus quidem pro corpore certant, quibus præeſt φιλαυτία, quæ definitur τὸ πρὸς σῶμα πάθος ἄλογον. De hac in hunc modum Maximus ſcribit: πρόσεχε σεαυτῷ ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν κακῶν φιλαυτίας, ἥτις ἐστὶ τοῦ σώματος ἄλογος φιλία. Ex hac enim naſcũtur tres furioſi affectus, γαστριμαργία, ambitio, auaritia. horum affectuum conatus eò pertinet, vt corpus voluptatibus fruatur. Ratio verò pro mente certat, vt illa ſit tranquilla. affectus trahunt ferrea catena, motib. turbulentis & prauis. Ratio trahit aurea catena, φόβῳ, νόμῳ, λόγῳ. Hæc cùm ligatur ab ira & concupiſcentia, miſerrima eſt hominis conditio. Quare fortiter pugnandum eſt ratione aduerſus affectus prauos. Laudanda eſt vox Senecæ: *Maior ſum & ad maiora genitus, quàm vt corporis mei ſim mancipium*. Hic alibi hortatur inquiens: *Voluptates præcipuè extirpa, quæ latronum more nos complectuntur vt ſtrangulent.*

Secundum certamen eſt rationis & fidei. In hoc certamine ratio conatur oculum fidei eruere, contrà vero fides rationis lumen extinguere molitur.

litur. Hoc certamen ſuſcipitur de doctrina Eccleſiæ. Ratio nititur dialogiſmis & experientia, & petulanter aduerſus fidem inſurgit. fides contrà verbo Dei freta ſibi perſuadet, quòd quicquid Deus vult, hoc poſsit efficere, & quicquid promiſit, hoc velit & faciat, vel reclamãte tota rerum natura. Huius certaminis pulchrum παράδειγμα nobis proponitur Rom. 4. vbi ratio contendit dialogiſmis & experientia, quòd fieri non poſsit, vt anus fiat mater, & effœtus ſenex fiat pater. hîc contrà fides nitens verbo promiſsionis, contra ſpem rationis ex fide ſperat, nitens veritate & potentia Dei qui promiſit: hîc ratio victa ſuccubuit, & victrix fides triumphauit. Nam & anus Sara facta eſt mater, & Abraham effœtus factus eſt pater. Quando ergo res eò perducta fuerit, quòd ratio cedat fidei, & ab ea inſtructa, pareat, dulcis eſt ſubiectio, & glorioſa victoria, vt in Abrahamo videmus. Cuius filij ſi verè ſumus, ſimili modo, ſimili victoria triumphabimus.

Tertium certamen eſt carnis & Spiritus, hoc eſt, veteris hominis & noui hominis in eodem ψυχικῷ homine. hoc certamen ſuſcipitur de affectibus, moribus & actionibus, & deſcribitur Gal. 5. *Caro concupiſcit contra ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem*, &c. vbi recitantur ſtudia & conatus contrarij ſpiritus & carnis.

Quartum certamen eſt deſperationis & ſpei. hoc certamen ſuſcipitur de promiſsionum completione poſt hanc vitam, & deſcribitur in multis Pſalmis. Deſperatio adiungit ſibi tanquam ſubſidiarios milites, Legem Dei damnantem omnes tranſgreſſores Legis: adiungit ſibi pœnas, quib. obruitur totum genus humanum: adiungit ſibi horrenda exempla abiectionis multorum: adiungit ſibi propriam cuiuſque hominis conſcientiam. his militibus vtitur deſperatio ad expugnandam ſpem, qua victa, actum eſt de ſalute hominis. Contrà verò ſpes fortiter ſe opponit deſperationi, freta promiſsione diuina: *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat*: freta Chriſti victoria, qua & quilibet pius vincit deſperationẽ. *Confidite*, ait Dominus, *ego vici mundum*. Sic ſpes in Dauid vicit metum abiectionis. *Cur*, inquit, *triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, quia ſalus in vultu eius*. Breuiter, ſpes vincit freta Chriſti præſentia & auxilio. *Hæc eſt*, inquit Iohannes, *victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra*.

Externũ certamen eſt Eccleſię cũ hoſtib. externis, quorũ alij vi, alij fraude, alij vi & fraude ſimul vtuntur. Tyrãni vi inuadũt Eccleſiam: Diaboli, hypocritæ, & falſi fratres fraude agũt: Antichriſtus vi & fraude conatur Eccleſiam funditus perdere. Ex quo manifeſtum eſt, in quanto diſcrimine verſetur Eccleſia in hoc mundo. Aduerſus tyrannos pugnemus manu (ſeruata ratione vocationis noſtrę) & oratione. Quomodo aduerſus Diabolum pugnandũ, & quibus armis vtẽdum, docet Paulus Eph. 5. & quomodo victoria potiamur, pingitur in pugna Dauidis & Goliad. Vt enim Dauid manu ſua tollit gladiũ Goliad, quo illi caput amputat, ita nos

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

manu Chriſti Diabolum proſternimus, modò firma fiducia in Chriſtum recumbamus. Contra hypocritas & falſos fratres, verbo pugnemus, pugnemus fide, pugnemus oratione. Fratres, etiamſi diſſentiunt à nobis opinionibus, tamen eos feramus, donec fundamentum ſaluum nobiſcum retinent. at ſi fundamentū ſubruerint, eos vt manifeſtos hoſtes fugiamus. Verùm ſi contra nos inſurgunt, maledicũt & perſequi incipiunt, obtemperemus Ambroſio qui ait: *Timere maledicta perſequentium non debemus, cùm habeamus benedictionis autorem: nec mouere nos conuicia debent, vbi præſul eſt, qui poteſt auferre maledicta.* Pſal. 109. *Maledicent illi, at tu benedices, confundentur inimici mei, ſeruus autem tuus lætabitur.* Eſa. 51. *Ne timeatis probra hominum.* Matt. 5. *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, mentientes propter me.* Vide, quantus labor requiritur in Chriſtiano milite. Ideo Timotheum ſuum hortatur Paulus ad laborem, cùm ait 2. Tim. 2. *Labora ſicut bonus miles, nemo coronabitur niſi qui legitimè certauerit.* Sed quomodo tandem victor quis euadat, idem Paulus docet, cùm ait: *Milita honeſtam militiam retinens fidem & bonam conſcientiam.* Is ergo in pugna fit victor, qui legitimè & honeſtè certat: honeſtè autem & legitimè certat, qui retinet fidem & bonam conſcientiam. Paulus & Barnabas, vt eſt Act. 14. confirmabant animos diſcipulorum, cùm eos perſequerentur infideles, exhortabantur vt permanerent in fide. *Quoniam*, inquiunt, *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum.* Habemus qualis ſit Eccleſia in ſe, qualis in Chriſto, quæ beneficia Chriſti erga illam, quid viciſſim illa debeat ſuo ſponſo, & quanta certamina illi incumbant, donec in hac vita ei peregrinandum erit, nunc noſtrum erit, vt ſinguli adiungamus nos Eccleſiæ, quæ eſt ſanctorum ſocietas cum Patre, Filio, & Spiritu Sancto, & ſanctorum ſancta concordia & vnio, quæ vnio fieri non poteſt, niſi priùs ſeiungamus nos à Diabolo, eius membris & operibus, idque ſententia, voluntate, ſtudio & conatu, & poſtea iunxerimus nos Chriſto capiti vera fide & obedientia, & coaleſcamus ſimul in vnum corpus myſticum ſub vno capite Chriſto, vno Spiritu Chriſti, & mutua charitate connexi.

Huc ergo ſinguli conferamus noſtra ſtudia, & pro vocationum ratione ſtudeamus ædificationi & conſeruationi Eccleſiæ. Quamobrem & ego hos Commentarios ante annos ſedecim dictatos in inclyta Academia Hafnienſi, nũc in publicum permitto prodire, vt & ego pro meo modulo aliquid conferam in Eccleſiæ ſtructuram & conſeruationem. Hoc ſcio quòd in his Commentariis duo ſtuduerim facere: primum, vt verba Euangeliſtæ clarè & perſpicuè intelligerentur: alterum, vt doctrinam vſibus Eccleſię accommodarem, ex quo factum eſt, quòd ſępe eadem ſunt inculcata & ferè eiſdem verbis. Si autem cui diſplicet eadem ſæpius repetita eſſe, meminerit prouerbij, Græcis vſitati: δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. Ego quidem prodeſſe meis auditoribus & Eccleſię conatus ſum. Rogo Deum, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſpõſam Filij ſui, quam habet in hoc Danico Regno, & in quouis loco, ita dirigat, tueatur, conſeruet, in hoc mũdo,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

vt olim cum electis omnibus ipſum celebret in omnem æternitatem.

Quod ſupereſt, tibi dulciſsima patria ſponſa Chriſti, & mater mea ſuauiſsima, gratulor largiſsima dona ſpōſi tui, ſinceram & incorruptam doctrinam Euangelij, fideles doctores in Eccleſiis & Scholis, integritatem morum in multis, fœlicem gubernationem Eccleſiarum, politiarum & œconomiarum. Et rogo Deum, patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt hæc fœlicitas ſit diuturna.

Quòd autem diſciplina, vt vbique ferè, ita apud nos nimium ſit laxata, doleo quidem, quod poſſum, ſanare verò, quod opto, non poſſum. Quare feramus hoc incommodum, & ſciat vnuſquiſque, quòd veriſsima ſanctorum diſciplina ſit vera humilitas: vera enim humilitas aſsiduè orat pro auxilio diuino, nihil tribuit ſuæ virtuti & ſapientiæ, contra neminem effertur. Ideo Auguſtinus rectè, cùm ait: *Seruet vnuſquiſque humilitatem, quæ penè vna, diſciplina Chriſtiana eſt.* Huic adiunge fortitudinē animi, ne quis frangatur circumſtantibus malis, infinitis ſcandalis, & magno numero mortuorum membrorum & hoſtium apertorum. Sicut enim Margarita, in ſterquilinio lucet, ita Eccleſiæ decus inter ærumnas ſplendet. neque roſa pulcherrima & fragrantiſsima creſcit & fragrantiam edit, niſi in medio ſpinarum, & quo magis pungitur, eò latiùs ſuauiſsimum ſuum odorem ſpargit. Ita enim ſapienti Deo viſum eſt, vt iſto pacto conformis reddatur imaginis Filij ſui, cùm in hac vita, tum in futura. In hac vita in cruce, in tentationibus, in variis certaminibus, in morte: in futura verò in gloria & beatitudine, quæ nullo fine clauditur.

Te igitur, Fili Dei, λυτρωτὴν & cuſtodem Eccleſię tuę, rogo, vt iuxta hanc tuam promiſsionem, *Ero vobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi*, adſis Eccleſiæ tuæ, in hac mea patria, & in quouis loco, eam regas verbo, ſpiritu, & ſancta diſciplina, eam paſcas pane vitæ, potes Spiritu tuo Sancto, quò tandem te autore & donatore conſequatur quæ promiſiſti ſperantibus in te. Tibi cum Patre, & Spiritu Sancto, ſit honor, laus, victoria, in omnem æternitatem. Amen. Roſchildio, anno Domini 1589. primariis Gubernatoribus Regni, loco electi Regis CHRISTIANI IIII. (de quo ſpem optimam fouemus,) nobiliſsimis & ſapientiſsimis viris, Dominis meis obſeruandiſsimis:

D. NICOLAO CAAS de Taarup.
D. PETRO MVNCK de Eſtwadgardt.
D. GEORGIO ROSENKRANTZ de Roſenholm.
D. CHRISTOPHORO VALKENDORP de Glorup.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

IN EVANGELIVM IOHANNIS APOSTOLI ARGVMENTVM.

VT in aliis ſacris Scriptis quatuor in initio enarrationis vtiliter examinantur, quò & tota enarratio fiat planior, expeditiorque, & vſus apertiùs conſpiciatur: Ita in huius diuiniſsimi Euangelij explicatione eadem videbimus. Sunt autem hæc quatuor: Primum, quiſnam ſit ſcripti Autor: vnde autoritas totius operis colligitur. Ex quo fit, vt in Canonicis ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum enunciationes dogmaticæ vim demonſtrationum habeant. Sunt enim concluſiones ſapientiæ diuinæ, cui meritò omnis cedit humana autoritas. Hiſtoricæ enunciationes ſunt etiã ſemper veræ quoad narrationem, non ſemper quoad res ſubiectas attinet: Cuius generis ſunt hoſtium Chriſti in Chriſtũ dicta. Secundum, quæ fuerit ſcribendi Occaſio, cuius obſeruatio permultum facit ad intellectum & ordinis & rerum quæ tractantur. Tertium, quis ſit ſtatus ſeu quæſtio, ſeu, quod idẽ eſt, materia principalis. Quartũ, quis ſit tractationis ordo, qui niſi dextrè monſtretur, nõ ſolùm docentis, verùm etiam diſcentium labor fruſtrà ſuſcipitur.

DE PRIMO.

Scriptor huius Euangelij eſt Iohannes diſcipulus Domini, qui & Euangeliſta & Apoſtolus Ieſu Chriſti nominatur. Euangeliſta quidem, quia & ſcriptor & annunciator Euangelij fuit: Apoſtolus verò, quia à Domino immediatè è piſcatore creatus eſt Apoſtolus, Matth. 4. Hæc apoſtolica functio meritò nobis quàm commẽdatiſsimum reddet Euangelium à Iohanne ſcriptum. Nam cùm Apoſtolus Chriſti ſit Iohannes ſcriptor huius Euangelij, hęc ſex ſimul cogitanda ſunt: Primum, quòd nobiſcum loquatur vice Chriſti. Secundum, quòd adferat doctrinam cœleſtem. Tertium, quòd nihil erroris ſit ipſius doctrinę admixtum. Quartum, quòd doctrina ipſius ſit Catholica, vt quæ ad totum mundum pertineat, & ad omnes nationes & populos cuiuſcunq; fuerint conditionis aut ſexus. Quintum, quòd non ſecus quàm voci diuinæ ſit Iohanni credendum. Sextum, quòd qui doctrinam Iohannis reiecerint aut contempſerint, ipſum Deum patrem, & filium eius Ieſum Chriſtum, & Spiritum Sanctum reiiciant & contemnant in proprium exitium & damnationem perpetuam. Hic Iohannes (vt & frater ipſius Iacobus) à Domino vocatus eſt filius tonitrui, Marci 3. Cui daturus erat ſonoram vocem, qua tonaret in toto orbe, ex cuius ore tonitru hodie adhuc auditur in lectione Euangelij ab eo ſcripti. Porrò de vita, geſtis, exilio, reditu & obitu Iohannis legatur Eccleſiaſtica hiſtoria.

DE SECVNDO.

Occaſio ſcribendi Euangelium duplex fuit Apoſtolo noſtro: Prior & præcipua, vt errores Cherinti & Ebionis, qui diuinitatem Chriſti Domini negârunt, refutaret, idq; ad petitionem Epiſcoporum Aſiæ. Vnde meritò, vt Auguſtinus ait, in figura quatuor animalium aquilæ volanti comparatur, quæ volat altiùs cæteris auibus, & Solis radios irreuerberatis aſpicit luminibus. Qui enim ſupra pectus Domini in cœna recubuit, cœleſtis hauſtum ſapientiæ cæteris excellentiùs de ipſo dominici pectoris fonte potauit. Poſterior, vt omiſſa à prioribus Euangeliſtis exponeret, quemadmodum Euſebius teſtatur lib. 3. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 24. *Iohannem,* inquit, *tradunt vſque ad vltimum penè vitæ ſuæ tempus, abſque vllius ſcripturæ indiciis Euangelium prædicaſſe. ſed cùm horum trium Euangeliorum etiam ad ipſum notitia perueniſſet, probaſſe quidem dicitur fidem & veritatem dictorum, deeſſe tamen vidit aliqua, & ea maximè, quæ primo prædicationis ſuæ tempore Dominus geſſerat. Certum enim eſt, quod in ſuperioribus tribus Euangeliis hæc videntur ſola contineri, quæ in eo geſta ſunt anno, quo Iohannes Baptiſta vel incluſus eſt in carcerem, vel punitus. Deniquè ſi obſerues, ſtatim in initiis narrationis, poſteaquam refert Matthæus de quadraginta dierum ieiunio, & de tentatione Chriſti, continuò ſubiicit dicens: audiens autem quòd Iohannes traditus eſſet, venit Ieſus in Galilæam. Sed & Marcus ſimiliter, cap. 1. Poſteaquam, inquit, traditus eſt Iohannes, venit Ieſus in Galilæam. Lucas verò etiam, priuſquam incipiat aliquid de actibus referre Ieſu, dicit: adiecit Herodes ſuper omnia mala quæ geſſerat, & concluſit Iohannem in carcerem. Quia, inquam, ab his hæc videbantur omiſſa, rogatus eſt Iohannes Apoſtolus, vt ea quæ præterierãt priores, ante traditionem Iohannis Baptiſtæ, Saluatoris geſta conſcriberet, & ideò dicit in Euangelio ſuo: Hoc fecit initium ſignorum Ieſus. Et iterum in alio loco indicat dicens: Nondum enim Iohannes miſſus erat in carcerem. Ex quibus conſtat, quòd ea quæ antequam Iohãnes traderetur, à Ieſu fuerant geſta, deſcribit. Et ideò ſi quis hoc diligentiùs conſideret, euidenter inueniet, non ſibi Euangelia diſſonare, ſed alterius temporis geſta eſſe, quæ ſcribit Iohannes, alterius, quæ cæteri Euangeliſtæ.* Hactenus Euſebius.

Porrò quia obſtinati Iudæi fidem detrahunt Euãgeliſtis, eò quòd interdum videantur diſſentire, aſcribam verba Ludouici Viuis, qui clarè & piè Iudæorum vanitatem refellit, cuius hæc ſunt verba: *At quatuor illi nonnunquam inter ſe diſſentiunt? Huic quæſtioni ſic reſpondet Iohannes Chryſoſtomus: Paruæ interdum diſſidentiæ in Euangeliis argumentum præbent veritatis, ne ex compoſito videantur ſcripſiſſe, ſi per omnia conſentirent. Fuit Iohannes Apoſtolus Epheſi eodem tempore, quo etiam Paulus, alter tamen nullam in ſuis Epiſtolis de altero mentionem facit, nec multum conueniebant & colloquebantur, poſtquam ſatis erant à Spiritu Dei edocti, inſtructi & quaſi armati, ne de communicata ſententia & conſilio viderentur annunciare Chriſtum, ſed ex ipſius Chriſti doctrina & monitis cœleſtibus: Ergo in fundamento & ſumma rerum nuſquam diſcrepant, nempe Chriſtum eſſe Dei filium, natum de Maria Virgine, edidiſſe miracula ingentia, docuiſſe contemptum mundi huius, fiduciam, charitatem erga Deum & homines, vocaſſe cunctos mortales ad ſempiternam fœlicitatem, paſſum, mortuum, ſurrexiſſe, aſcendiſſe ad cœlos, ſedere ad dextram patris ſui, vẽturum iudicem hominum vniuerſorum. Hæc vna voce, vna ſententia conſtanter referunt & docent. Diſcrepant quandoque in circumſtantiis, quas Græci περιστάσεις nominant, quæ rei ſummã non variant. Hic aſtrictiùs rem narrat, ille fuſiùs. hic perhibet ſanatos duos, alter tres, vnus in egreſſu portæ, alius in ingreſſu: quod illa de cauſa ſæpè euenit, quòd eſt tanta miraculorum Chriſti multitudo, vt quæ ſunt diuerſa, nos tamen propter aliquam inter ſe ſimilitudinem eadem eſſe exiſtimemus. Eundem in modum in dictis & ſententiis doctrinæ eadem dixit Dominus variis locis variis verbis. Hic refert quæ hic dixit hoc modo, ille quæ illo in loco paulùm diuerſè. Colligunt videlicet centones concionum & verborum Chriſti, quæ ad inſtitutionem & ſalutem noſtram facerent, & vt congerunt*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

acta Chriſti, magis rerum habentes rationem quàm ordinis & temporis, videntur ſæpenumerò alia quæ ſunt eadem, & eadem quæ ſunt diuerſa. Hactenus Viues. Porrò finem ſcriptionis Euangelij Iohannis ipſe Iohannes indicat capite penultimo cùm ait: *Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus eſt Chriſtus ille Filius Dei, & vt credentes habeatis vitam per nomen eius.*

DE TERTIO.

Cùm titulum huius libri, qui eſt Sanctum Euangelium Ieſu Chriſti ſecundùm Iohannem inſpicimus, ſummam argumenti habemus, videlicet, quòd Iohannes nobis exhibeat & proponat hiſtoriam & doctrinam de bono optatoque nuncio ſalutis per Chriſtum partæ. Hæc autem hiſtoria & doctrina in hanc breuiſsimam ſententiam includi poteſt, videlicet, quòd filius Dei homo factus docuerit viam ſalutis, & ſe mundi Saluatorem eſſe, & olim promiſſum Meſsiam diuinis operibus oſtenderit, qui vt mortuus eſt pro peccatis hominum, ita reſurrexit in eorum iuſtificationem, vt credentes per nomen ipſius vitam habeant.

DE QVARTO.

Hiſtoricum ordinem ſeruat Iohãnes: Primùm enim ſcripturus de Chriſto, exponit quis ſit: Deinde cur venerit: Tum quid geſſerit & docuerit: Poſtremò quid illi euenerit. Sed hæc particulatim in enarratione explicabimus, & accommodabimus ad vſum conſcientiarum, vt non ſolùm mens informetur, verùm etiam vt viuus ſenſus in corde ſentiatur eorum quæ hîc traduntur. Vtrumque enim requirit Paulus, videlicet, γνῶσιν & αἴσθησιν: illa mentis eſt, hæc cordis.

EVANGELII IOHANNIS APOSTOLI,

CAPVT I.

SVMMA CAP. I.

FILIVS DEI homo factus, Iohannis Baptiſtæ cœlitus edocti teſtimonio affirmatur eſſe CHRISTVS, qui & aliis quibuſdam diſcipulis ſe olim promiſſum MESSIAM eſſe declarauit.

ORDO ET PARTES CAPITIS I.

Partes huius capitis præcipuè ſunt quinque, quæ hoc ordine exponuntur.

Prima, eſt deſcriptio Diuinitatis & Perſonæ FILII DEI.

Secunda, eſt miſſio Iohannis Baptiſtæ.

Tertia, eſt incarnatio FILII DEI.

Quarta, eſt expoſitio teſtimonij Iohãnis.

Quinta, eſt hiſtoria de quibuſdam diſcipulis agnoſcẽtibus IESVM eſſe MESSIAM.

EXEGESIS PRIMI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PRIMA PARS CAPITIS.

1 *IN principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum.*

2 *Hoc erat in principio apud Deum.*

3 *Omnia per ipſum facta ſunt, et ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.*

4 *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum.*

5 *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt.*

HÆC prima pars capitis, eſt deſcriptio & aſſertio Diuinitatis Filij Dei & perſonæ ipſius: quæ cõſtat decem propoſitionibus; quibus, tanquam tonitru quodam cœleſti proſternit Iohannes vanitatem multorum hæreticorum, qui diuinita-

A tem Filij Dei, & diſtinctionem pérſonarum, olim oppugnârunt, & hodie oppugnant.

Priuſquam autem has decem propoſitiones declarabimus, tria videntur nobis vtiliter explicanda eſſe. Primum, quòd Verbum ſeu λόγος, in hac deſcriptione ſit ipſe Filius Dei Patri ὁμοούσιος. Alterum, cur Filius Dei dicatur λόγος, ſeu Verbum. Tertium, quàm ſobriè & circumſpectè verſandum ſit in hac doctrina de Diuinitate.

Quòd verbũ ſeu λόγος ſit Filius Dei æternus, hiſce rationibus euidentiſsimè demonſtratur.

B Prima: Omnia per λόγον facta ſunt. Igitur λόγος eſt Filius Dei. Nam quod Iohannes dicit, per λόγον, Paulus per eundem Spiritum edoctus, à quo Iohannes, dicit, per Filium, Coloſſ. 1. 14. *Habemus*, inquit, *redemptionem per ſanguinem ipſius & remiſsionem peccatorũ, qui eſt imago Dei inconſpicui, primogenitus omnis creaturæ. Nam per eum omnia quæ in cœlis ſunt, & quæ in terris viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſum creata ſunt.* Et ad Hebr. 1. 2. *Locutus eſt nobis per Filium, per quem & ſecula fecit.*

C Secunda: λόγος caro factus eſt: Igitur λόγος eſt Filius Dei. Ita Paulus ad Rom. 1. 2. dicit: *Segregatus ſum in Euangelium Dei de Filio eius Ieſu Chriſto, qui natus eſt ex ſemine Dauid, & declaratus Filius Dei per virtutem*, &c. Et ad Rom. 9. 5. *Ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus laudandus in ſecula.*

Tertia: Apoſtolus ipſe, quẽ in principio Capitis vocat λόγον, poſtea in eodem capite v. 15. vocat vnigenitum à patre, plenum gratia & veritate: Vocat agnum Dei tollẽtem peccata mun-

D di, vocat denique expreſsis verbis Filium Dei: Igitur λόγος eſt perſona verè ſubſiſtens, nempè Filius Dei, & nõ conſiliũ aut promiſsio, quemadmodum hæretici veteres nugati ſunt.

Porrò appellationis filij ratio hæc eſt: Quicquid ab altero generatur ſecundùm ſimilitudinem naturæ, omni ſubſtantiæ proprietate ſeruata, eius Filius rectiſsimè dicitur: Cùm igitur λόγος æternus à Patre, ſecundùm ſimilitudinem

naturæ

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

naturæ, ſeruata eadem ſubſtantia, natus ſit, re- A ctè Filius dicitur.

Quarta: Apocalyp. 19. 11. *Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur fidelis & verax, & in iuſtitia iudicat & pugnat. Oculi autem eius ſicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, & veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocatur nomen eius ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ.* Ergo Λόγος verè eſt filius Dei.

His quatuor euidentiſsimis demonſtrationibus ex verbo Dei petitis confirmati, B ſtatuamus aduerſus omnes hęreticos, veteres & nouos, Λόγον hìc ſignificare Filium Dei à Patre genitum ante ſecula.

Nunc rationes quæramus huius appellationis, quæ tametſi variæ ſtatui poſſunt: tamē præcipua eſt, quam Apoſtolus infrà in hoc ipſo capite videtur inſinuare cùm ait: *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* Dicitur ergo Λόγος, & quia Patrem, quē nemo vidit vnquam, nobis repræſentat, vt eius C viua imago, & quia nobis enarrat ipſius voluntatem: Vnde Athanaſius ait: *Λόγος dicitur, quia eſt nuncius & interpres patris ſui.*

Hinc monemur primùm, vt ſi nobis curæ eſt Deum noſcere, eius imaginem intueamur: Deinde, vt ſi ſcire cupimus Dei voluntatem, ipſius Λόγον, hoc eſt, Filium audiamus. Quoties igitur Filius Dei dicitur Λόγος, toties monemur vt ipſum audiamus, & ſolum doctorem ſalutis & beatitudinis agnoſcamus. Baſilius Magnus ap- D pellationis huius rationem hiſce verbis reddit in Homilia quadam ita ſcribens: *Propter quid Λόγος dicitur? vt oſtendatur, quòd ex mente procedat. Propter quid Λόγος? Quia citra perpeßionem natus eſt. Propter quid Λόγος? Quia imago genitoris eſt totum in ſe exhibens genitorem, videlicet diuinis operibus & enarratione voluntatis ipſius.* Atque hactenus de Verbo, & quòd Filius Dei ſit illud Verbum, curque Verbum dicatur.

Nunc quod tertio loco propoſui, adiiciam, E quàm ſobriè & circumſpectè in myſterio Diuinitatis ſit verſandum. Cùm Dauid ait: *Lucerna pedibus meis verbū tuum*, vult vt in rebus fidei ſapiamus, credamus & agamus ſecundùm verbū, ſine quo in denſiſsimis tenebris verſamur. Et Salomon, Pro. 25. 27. *Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria.* Igitur Bernhardus: *Sacramentum*, inquit, *hoc, magnum eſt, & quidem venerandum, non ſcrutandum, quomodo pluralitas ſit in vnitate, aut quomodo ipſa vnitas ſit in pluralitate. Scrutari hoc, temeri-* F *tas eſt, credere, pietas, noſſe verò, vita æterna eſt.* Siquidem noſtra cognitio de Deo, vt ait Nazianzenus, eſt μεγάλȣ φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα, hoc eſt, magni luminis perexiguus ſplendor. Prohibemur quoque ſymbolo quodam, Exod. 19. 12. ne temerè indagemus ſublimitatem Diuinitatis. *Cauete*, inquit, *ne aſcendatis in montem.* Nos proinde ſequamur in hoc myſterio non cœcam rationem noſtram, ſed lucernam Dei, & hoc per- G exiguo ſplendore Diuinitatis, quem exhibet Verbum, ſimus contenti, donec in cœleſtem illam ſcholam venerimus, in qua hanc arcanam A ſapientiam perfectè cognoſcemus.

Cùm igitur verbum Dei clarè ſonat ſine omni ambiguitate, Deut. 6. 4. *Audi Iſrael, dominus Deus noſter, Deus vnus eſt*, credamus contra Græcorum ſtultitiam, vnum tantùm Deum eſſe, & non plures. Rurſus cùm audimus diſtingui perſonas, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & ſingulis tribui quod ſoli eſſentiæ Diuinæ conuenit, credamus Patrem eſſe verum & perfectum Deum, & Filium verum & per- B fectum Deum, & Spiritum Sanctum verum & perfectum Deum. Nam cui tribuitur proprium quod vni ſoli eſſentiæ conuenit, huic etiam eſſentiam tribui neceſſe eſt: Et quamuis Pater eſt Deus, & Filius eſt Deus, & Spiritus Sanctus eſt Deus, non tamen tres dij ſunt, ſed vnus tantùm Deus eſt. Vnitas enim naturæ diuinæ non permittit tres deos dici. Etſi ergo tota Diuinitas eſt in Patre, & tota in Filio, & tota in Spiritu Sancto, quoniam Pater ſit verus & perfe- C ctus Deus, à quo omnia, & Filius verus & perfectus Deus, per quem omnia, & Spiritus Sanctus verus & perfectus Deus, in quo omnia: tamen quia ipſa diuina natura eſt vna & eadem omnino numero in tribus, ideo Pater & Filius & Spiritus Sanctus non tres dij, ſed vnus Deus eſt. Etſi igitur diuerſi ſunt perſonis, qui gignit, & qui gignitur, & qui procedit ab vtroque: non tamen diuerſi ſunt eſſentia & natura. Tametſi igitur tres perſonæ realiter à ſe inuicem di- D ſtinguuntur, eſſentialiter tamen omnino idem ſunt.

Poſtquam autem in hunc modum inſtructi ſumus ex verbo Dei, de Vnitate diuinæ naturæ & Trinitate perſonarum, non iniucundum erit, nec inutile, ſi veſtigia Trinitatis in opificio Dei quæſiuerimus. Quemadmodum enim omne opus imaginem quandam & ſimilitudinem refert ſui opificis, adeò vt ex opere, qualis ſit opifex, & ex opifice, quale ſit opus, in E promptu ſit intelligere: ita in rebus omnibus creatis, diuinæ Trinitatis effigiem in vnitate ſubſtantiæ, licet, etſi obſcurè, conſpicere. Eſt ſiquidem in qualibet re condita & vnitas & trinitas: res ipſa quælibet per ſe vna eſt: Deinde in re qualibet eſt eſſentia, & potentia & actio. Eſſentia eſt quaſi Pater, vnde oritur potentia tanquam Filius, & ex vtriſque actio tanquam Spiritus Sanctus. Vt in animantibus quæ gignunt, eſt gignens, genitum, & F amor copulans gignens & genitum: ita in Diuinitate eſt Diuinitas gignens vt Pater, & genita, vt Filius, & amor procedens ab vtriſque eoſque copulans Spiritus Sanctus. Sed hìc fit communicatio eiuſdem numero, naturæ & eſſentiæ, quod non fit in creaturis, in quibus, multiplicatis indiuiduis, multiplicatur natura. In Sole eſt primùm Sol ipſe ſplendens & quaſi gignens, eſt ſplendor veluti genitus, & calor procedens ab vtriſque. Hìc ſi communicare- G tur eadem ſubſtantia Solis, vt eſt vna numero, ſplendori & calori, rectè diceretur, Sol ſplendens eſt Sol, ſplendor eſt Sol, & calor eſt Sol:

non tamen tres eſſent Soles, ſed vnus Sol. Ad hanc imaginem reſpicit Paulus, cùm Filium vocat ἀπαύγασμα gloriæ Dei. Hebr. 1. 3. Sed omiſſis aliis, proponamus animam hominis, quæ ad ſimilitudinem & imaginem Dei condita eſt. Vt vna eſt anima, & tres eius facultates, & non plures: ita vnus Deus eſt, & tres perſonæ, & non plures. Vt in anima eſt mens, intelligentia, & volitio: ita in vna Diuinitate eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Sicut intelligentia oritur à mente, & voluntas à mente & intelligentia: ita Filius gignitur à Patre, & Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio. Vt mens, intelligentia & voluntas non ſunt tres animæ, ſed vna ſolummodò anima, cùm non ſit niſi vna eius ſubſtantia: ſic Pater & Filius & Spiritus Sanctus, non ſunt tres dij, ſed vnus Deus, cùm tantùm ſit ſubſtantia vna numero, in qua communicant tres perſonæ. Hæc breuiter & ſobriè de diuina Triade dicta ſint.

Teſtimonia Vnitatis & Trinitatis aliũde petantur. Nunc ad propoſitiones ipſas, quas proponit Apoſtolus, veniamus.

PRIMA.

In principio erat Verbum.

Hoc eſt, à principio (vt ipſe Ioannes in prima epiſtola ſe interpretatur) erat λόγος, hoc eſt, cùm Deus initium faceret creandi quicquid conditum eſt, erat, id eſt, ſubſiſtebat λόγος. Proinde hic λόγος eſt æternus. Nam quicquid non cœpit exiſtere, æternum eſſe neceſſe eſt. Prima ergo hæc propoſitio æternitatem Filij Dei contra Ebionem, Cherintum & alios hæreticos confirmat. Nunquam ergo Pater fuit ſine Filio, nec Filius ſine Patre, etſi Pater principium & origo eſt Filij & Spiritus Sancti. Hæc proinde locutio, *Erat in principio*, monet animos attollendos eſſe ſupra principium temporis ad æternitatem ipſam, quando erat λόγος. At cùm in Geneſ. 1. 1. dicitur; *In principio creauit Deus cœlum & terram*, ſignificatur cum temporis initio ordo rerum creatarũ. Vtrobiq; igitur & in Geneſi & in hoc loco Principium, initium tẽporis ſignificat: Sed in Geneſi habet reſpectum ad ſequentia, quæ ordine quodam in tempore producta ſunt: In Iohanne verò ad præcedentia, id eſt, æternitatem, antequam vlla res creata eſt, alioqui, ſi Deus primùm creaſſet Verbum, dixiſſet Iohannes: In principio fecit Verbum, vel in principio factum eſt Verbum.

SECVNDA.

Et Verbum erat apud Deum.

Hæc propoſitio tria docet, videlicet diſtinctionem perſonalem, qua Filius à Patre diſtinguitur. Eſt ergo alia perſona Patris, alia Filij: Subſiſtentiam realem, qua verè ſubſiſtit Filius apud Patrem ſubſiſtentem. Eſt igitur perſona alia à Patre: Et ſimilitudinem, iuxta quam Filius dicitur imago eſſentialis Patris. Nam vt

A præpoſitio πρὸς, & diſtinctionis eſt & ſimilitudinis: ita verbum *Erat*, hoc eſt, ὑφίστατο, id eſt, ſubſiſtebat, ſubſiſtẽtiam realem ſignificat. Hinc ſumitur ratio, cur Patres aduerſus Sabellium vſi ſunt vocabulo perſonæ in myſterio Trinitatis. Omne enim quod ſubſiſtit in natura intelligibili, apud Latinos perſona dicitur, & apud Græcos ὑπόστασις. Quia ergo tres ſunt reuera ſubſiſtentes in diuina natura, videlicet Pater & Filius & Spiritus Sanctus, tres perſonas

B in Diuinitate poſuerunt.

Porrò de Filio imagine Patris hoc tantùm breuiſsimè admonebo, quòd cùm Filius Dei dicatur imago Patris, hoc fiat duplici reſpectu. Nunc enim ſolius Patris reſpectu, nunc reſpectu hominum. Reſpectu Patris ſolius dicitur Filius imago Patris, quia Filius eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre, vt cùm Adam dicitur genuiſſe Seth ſecundùm imaginem ſuam, hoc eſt, ſecundùm identitatem naturæ, omni ſubſtan-

C tiæ proprietate ſeruata. Sed hoc eſt diſcriminis, vt ſuprà quoq; admonuimus: in Adam & Seth multiplicatur eadem natura humana, & non manet in vtroque vna numero, vt eſt vna ſpecie: In Deo autem Patre & Filio eius manet vna eademque natura numero, & vocatur hæc imago eſſentialis. Reſpectu hominum dicitur Filius imago Patris, quia nobis reuelat patrem. Vnde Auguſtinus: *Quantum ad nos, quibus reuelat Patrem, imago eſt, per quam cognoſcimus Patrem,*

D *quem nemo alius nouit niſi Filius, & cui voluerit filius reuelare. Reuelat autem per hoc quod ipſe intelligitur. A quo enim ipſe fuerit intellectus, conſequenter intelligitur & Pater, ſecundùm hoc quod ipſe dixit; qui vidit me, vidit & Patrem.* Et hæc imago vocatur à Cypriano per gloriam virtutis. Vtraque naturalis rectè dicitur, quæ diſtinguitur ab ea quæ dicitur per gratiam, qua Adam eſt conditus ad imaginem Dei.

TERTIA.

E

Et Deus erat Verbum.

Hac propoſitione occurritur quæſtioni ſeu obiectioni, quæ ex ſecunda propoſitione inferri poterat hoc modo: Si Verbum erat apud Deum, videtur aliud eſſe à Deo. Reſpondet Iohannes & ait; *Et Deus erat Verbum*, hoc eſt, ipſum Verbum, quod erat apud Deum, erat Deus. Nam articulus Græcus indicat, quòd Verbum ſit Subiectum, & Deus Prædicatum, quaſi di-

F ceret; tametſi perſona Filij à Patris perſona diſtinguitur realiter: tamen non diuiditur eſſentialiter. Eſt enim vna vtriuſque eſſentia diuina. Proinde Filius eſt Patri ὁμοούσιος, hoc eſt, coeſſentialis, eiuſdem naturæ, non multiplicatæ, ſed vnius atque eiuſdem numero. Hinc Patres ad refutãdum Arrium vocabulum ὁμοούσιον ſumpſerunt, quo ſignificatur, quòd Pater & Filius & Spiritus Sanctus & ſimul exiſtant, & eiuſdem numero ſint naturæ. Hinc nata eſt hæc lo-

G quendi formula in Eccleſia; *Non eſt aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus, etſi alius ſit Pater, alius eſt Filius, alius eſt Spiritus Sanctus.* Neutrum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

trum enim genus ad naturam, Maſculinum verò ad perſonas referunt. Nec hæc Eccleſiæ conſuetudo loquendi contemnenda eſt. Nam diſcernit eruditè inter naturã & perſonas, vt ſciamus, quę locutiones ad naturam, & quę ad perſonas pertineant.

QVARTA.

Hoc erat in principio apud Deum.

Tres priores propoſitiones in vnam cogit maioris euidentiæ cauſa, & eſt ſenſus: Hoc Verbum Deus, erat in principio apud Deum. Non ergo pater eſt Λόγος, nec Λόγος eſt Pater, ſed diſtinctæ ſunt perſonæ, coæternæ & conſubſtantiales. Vide quàm circumſpectè agit Apoſtolus de hoc myſterio. Quemadmodum ſuprà, ne quis ex eo quod dixerat; *Verbũ erat apud Deum* inferret, Verbum eſſe aliud à Deo, mox ſubiecit: *& Deus erat Verbum:* ita hoc loco, ne quis ex dicto, *Deus erat Verbum*, concluderet vnitatem perſonæ in diuinis cum Sabellio, repetit quod dixerat de diſtinctione perſonali, & ait: *Hoc erat in principio apud Deum*, hoc eſt, Λόγος eſt Deus, Λόγος erat in principio, & Λόγος erat apud Deum. Iam ſi Λόγος eſt Deus, eadem eſt natura Patris & Filij. Si Λόγος erat apud Deum, certè alius eſt Λόγος à Deo, id eſt, diſtincta perſona à Deo. Si Λόγος erat in principio, profectò coæternus eſt Patri. His refutatur Arrius, qui cœpiſſe Λόγον autumat, qui falsò exiſtimauit, multiplicatis perſonis in diuinis multiplicari naturam, quemadmodum vſu venit in rebus creatis. Refutatur & Sabellius, qui ex vnitate naturæ non multiplicatæ, perſonæ vnitatem falsò colligit, quaſi verò non poſsit eſſe in creatore quod in creaturis eſt impoſsibile, & quaſi iuſta comparatio fieri poſsit inter infinitum & finitum, ſeu inter Deum creatorem & res creatas.

QVINTA.

Omnia per ipſum facta ſunt.

Hæc propoſitio ex Geneſi ſumpta eſt, vbi legimus Deum dicendo omnia condidiſſe, hoc eſt, vt Dauid interpretatur, Verbo omnia creaſſe & firmaſſe, quod Iohannes & Paulus adhuc clariùs exponunt, cùm dicunt, omnia per Filium condita eſſe. Neque hoc dictum, *Omnia per ipſum facta ſunt*, ad inſtrumentum, vt Arrius exponit, vt inde concludat Filium minorem eſſe Patre vt inſtrumentum artifice, referendum eſt, ſed ad efficientem cauſam, videlicet potentiam & ſapientiam, quæ eſt ipſe Filius. Hinc tria concluduntur: Primum: Ex ordine cauſæ & effectus æternitas Filij. Si enim omnia per Filium facta ſunt, certè ipſe non eſt factus. Nam fieri poteſt minimè, vt effectus ſit ſua cauſa prior. Si non ipſe factus eſt, creator erit cum Patre, atque adeo Deus æternus: Secundum: Ex operis quantitate, pulchritudine, ſitu & ordine concluditur immenſa potentia, ſumma bonitas, & ſapientia, quæ ſimiliter Λόγον eſſe Deum conuincunt: Tertium: Quòd vt omnia

A per Filium facta ſunt: ita per eundem omnia ſalutaria in politiis & in Eccleſia geruntur.

SEXTA.

Et ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.

Anteuertit duplicem obiectionem: Vnam eorum, qui poterant reſtringere vniuerſalem particulam ad omnia alia, ſcilicet præter Λόγον: quaſi verò ipſe primum eſſet factus à Deo,
B & deinde Deus reliqua omnia per illum feciſſet. Sed hanc obiectionem neceſſariò anticipat, cùm addit: *Et ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.* Proinde nequaquam eſt factus, ſed ab æterno genitus à Patre. Alteram eorum, qui ex malè intellecto dicto, *Omnia per ipſum facta ſunt*, poſſent inferre peccatum etiam per illum eſſe factum. Sed Iohannes vult diſtingui inter res factas, id eſt, creaturas, & deſtructionem creaturarum quæ ſunt peccatum & mors
C in Diabolis & hominibus.

Porrò ex hiſce quinque propoſitionibus Eccleſia ſumpſit quod in ſymbolo canit: *Credo & vnum Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt.*

SEPTIMA.

D *In ipſo vita erat.*

Hoc eſt, vt omnia per Λόγον, Dei Filium, condita ſunt: ita per eundem omnia conſiſtunt, & quicquid eſt, mouetur, & viuit, per ipſum eſt, mouetur & viuit, iuxta illud in Act. 17. 28. *In illo viuimus, mouemur & ſumus.* Quod ſanè opus eſt prouidentiæ creatoris proprium, vnde etiam concluditur Diuinitas Filij. Loquitur autem hęc propoſitio de vniuerſali rerum conſeruatione per Λόγον. Eſt enim Λόγος hic cau-
E ſa ſubſiſtentiæ, motus & vitæ omnium rerum, quæ ſunt, mouentur & viuunt. Neque tamen hinc efficitur, quòd ſit autor ſeu cauſa peccati, quòd peccatum eſt motus vel internus vel externus pugnans cum lege Dei. Nam diſcernendum eſt inter motum ordinarium qui eſt à Deo, & motum aberrantem ab ordine diuino, qui eſt liberæ voluntatis. Deinde quia Filius Dei conſeruat naturam, & modum agendi in natura ſuſtentat, vult vt naturalia
F naturaliter agant, & voluntaria voluntariè, alioqui deſtrueret opus ſuum. Quòd igitur voluntariè agimus, à Deo eſt: at quod abutimur hac poteſtate, à Diabolo & nobis ipſis eſt: Iuxta illud Iohannis 8. 41. *Vos facitis opera veſtri patris Diaboli.* Item, *Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur; quia mendax eſt, & pater eius.* Quòd ergo Diabolus & Homo peccare poſsint, à Deo eſt, at quòd peccent, ab illis ipſis eſt.

G Porrò notandum eſt, quòd Chriſtus duplici nomine dicatur vita. Primùm, quia ipſe vita eſt naturâ. Deinde quia efficit vitam in crea-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

turis pro earum conditione: Vnde duplex vita eſt quam efficit Chriſtus in creaturis, videlicet naturæ & gratiæ. Hanc poſteriorem Paulus vocat vitam Dei.

OCTAVA.

Et vita erat lux hominum.

Hoc eſt, Λόγος æternus, qui omnia conſeruat & ſua virtute facit, vt omnia in ſuo ſtatu conſiſtant, hominum etiam vita & lux eſt, hoc eſt, peculiari quodam modo homines viuificat & illuminat, ex quo diuino opere cõcluditur Diuinitas Filij.

Videtur autem hæc propoſitio potiſsimùm referenda eſſe ad homines primos ante lapſum, qui vita & luce Filij Dei vixerunt, originali iuſtitia ornati, & clara Dei notitia illuminati. Sed hanc vitã gratiæ & lucem, tranſgreſsi mandatum Dei, parentes noſtri amisêre, & immerſi ſunt in denſiſsimas tenebras. Nam vita illa & lux, quæ fuit quædam imago Dei, abolita eſt magna ex parte per peccatum, & tantùm vita naturæ, eaq́ue contaminatiſsima, vt teſtatur experientia omnium hominum, remanſit.

NONA.

Et lux in tenebris lucet.

Hanc propoſitionem refero ad ſtatum hominum poſt lapſum, in quo remanet aliqua lux, id eſt, notitia de Deo, ſed illa in tenebris lucet, quia homines iam tenebræ facti ſunt propter tranſgreſsionem, amiſſa luce, qua lucebant ante lapſum. Quænam autem ſit hæc lux remanens poſt lapſum, & lucens in tenebris, exponit Paulus ad Rom. 1. 19. *Notitia Dei erat illis manifeſtata, Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim Dei à creatione mũdi per ea quæ facta ſunt, conſpiciuntur: Sempiterna quoque eius potentia & Diuinitas, vt ſint inexcuſabiles.* Huic naturali notitiæ (quæ radius quidam eſt lucis Filij Dei) & creationi rerum (quæ confirmat inſitas notitias) acceſsit tertio loco verbum promiſsionis, quod etiam in tenebris lucebat. Multis enim erat veluti inanis ſonus. Hæc tria opera cùm ſint diuina, teſtantur Λόγον eſſe Deum, qui eorum autor exiſtit.

Porrò homines tenebræ dicũtur has ob cauſas: Primùm, quia peccatum ſeparat eos à luce diuina: Secũdò, propter ignorantiã qua falluntur, quoties aliq̃d de Deo & eius volũtate ratiocinari incipiunt: Tertiò, quia pœnis circumdati ſunt, & properant ad ſempiternas tenebras.

DECIMA.

Et tenebræ eam non comprehenderunt.

Hoc eſt, homines in peccatum lapſi, nec notitia inſita menti de Deo, ſeu luce naturali, quæ remãſit poſt lapſum, nec per creaturam in qua conſpicitur potentia Dei & Diuinitas, perducti ſunt in ſalutarẽ Dei notitiã, videlicet vt ipſum Deum agnitum glorificarent. Cuius rei rationẽ reddit Paulus ad Epheſ. 4.17. *Gentes ambulant in vanitate mentis ſuæ, intelligentiã habẽtes obſcuratam, & abalienatæ ſunt à vita Dei per ignorantiã, quæ eſt in*

A *ipſis propter obdurationẽ cordis eorũ, qui dedolentes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ.* Hic Paulus plena enumeratione oſtendit, qualis ſit homo extra Chriſtũ. Tres ſunt in hominibus veluti fontes actionũ, videlicet mens, intelligentia, & cor, in quo ſunt appetitiones. Menti, quam tantopere Philoſophi extollũt, vt ipſam τὸ ἡγεμονικὸν nominent, vanitatem tribuit, propterea quòd notitia illa de Deo potiſsimũ & eius veneratione manet ocioſa & inefficax, quæ tametſi vera eſt: tamen ad effectũ & actionẽ, vt oportebat, nõ pro- B greditur. Deinde intelligẽtiæ, cuiꝰ officiũ eſt ex mẽtis notitiis, id eſt, ex principiis practicis, ratiocinari q̃d faciendũ & quid fugiendũ ſit, tribuit cæcitatẽ. Vnde fit vt alieniſsimas à principiis cõcluſiones extruat. Quid enim alienius eſt & abſurdius quàm ex notitia de Deo mẽti inſita concludere ſerpentes & crocodilos colendos eſſe, ſicut Ægyptij fecerũt. Tertio loco cordi tribuit obdurationẽ, ſeu, vt Ambroſius vertit, duritiam, C vnde fit vt homines nõ tangãtur ſenſu lucis, ſed reſpuant lùcem in ipſorũ mentes incurrentẽ, & deficiant à communibus notitiis. Hanc mentis vanitatem, caliginem intelligentiæ, & obdurationẽ cordis conſequitur ἀναισθησία quędã ſpontę ſe in gurgitem omnium vitiorum pręcipitãs. Hæc omnia complectitur Euangeliſta noſter, cùm ait: *Et tenebræ lucem non comprehenderunt.* Ad eundem ferè modum Paulus ad Rom. 1. 11. oſtendit defectionem hominum nõ renatorum D à luce menti inſita, ad horrendas tenebras & abſurditates ex diametro pugnantes cum ipſis principiis: *Vani,* inquit, *facti ſunt in ratiocinationibus ſuis, & obſcuratum eſt deſipiens cor eorum, qui profitebantur ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis hominis corruptibilis, & volucrum & quadrupedum & reptilium.* Hîc oſtendit Apoſtolus & cauſam & effectum tenebrarum, quę ſunt in hominibus, quæ tantæ ſunt, vt ipſi homines non re- E nati iurè tenebræ dicantur. Cauſa eſt ratiocinatio aberrans, hoc eſt, intelligentia, quæ ex lùce mentis, nil niſi vanitatem & tenebras colligit, idq́ue propter ſtultitiam cordis. Hinc eſt quòd qui profitebantur ſe eſſe ſapientes, vt Thuſcorum Aruſpices: Gallorum Druides: Ægyptiorum Sacerdotes: Græcorum Philoſophi: Perſarum Magi: Indorum Gymnoſophiſtæ ſtulti facti ſint. Non ergo tantùm vulgus promiſcuum & rude, ſed ſapientiſsimi quique etiam F extra Chriſtum meræ ſunt tenebræ. Effectus eſt defectio à Deo, idololatria, & omnis impuritas & iniquitas. Atq; hactenus de hominibus qui non habuerunt facem verbi cœleſtis. At qui verbum promiſsionis habuerunt, maxima ex parte manſerunt tenebræ, vt Cain & eius poſteritas, qui lucem promiſsionis non apprehenderũt. Pauci quidem, vt Abel, Seth, Enoch, & poſt diluuium pauciſsimi in tãta multitudine ex iſtis tenebris eluctati ſunt, verbo promiſ- G ſionis fidem adhibentes. En quales ſint homines ante regenerationem, nempe dẽſiſsimæ tenebræ, qui claritatem Solis ſe circumfulgentis

non

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

non apprehendunt. Quare non immeritò Apo- A
ſtolus noſter dicit, tenebras non apprehendiſſe
lucem.

Loci huius partis.

Primus, de diuina natura Verbi & eius perſo-
nali diſtinctione à Patre, cui eſt coeſſentialis.

Secundus, de creatione omnium rerum per
verbũ, item de deſtructione aliunde irrepente.

Tertius, de vigore qui ineſt ſingulis rebus
creatis ꝑ verbum: Item de ſuſtentatione & con- B
ſeruatione earundem.

Quartus, de vita & luce hominum ex verbo
ante lapſum.

Quintus, de tenebris humanis poſt lapſum,
videlicet quòd omnes homines extra Chriſtũ
meræ ſunt tenebræ, atq; adeò cæci, vt nihil om-
nino cernant in rebus ſalutis ſuæ. Etſi Deus ſe
ſatis exhibet contemplãdum, cùm per notitiam
naturalem, tum per manifeſtationem ſui in ſin-
gulis creatis.

Sextus, quòd totum genus humanũ coram C
Deo ſit inexcuſabile, vt quod nihil habeat quod
prætendat in iudicio Dei, quò minus ſit dam-
nabile, propterea quòd Deum non colat iuxta
inſitam notitiam, & reuelationem in creaturis.
Vnde conſequitur, quòd multò magis damna-
biles ſint, qui cùm verbum Dei habeant, magis
tamen amant ſuas tenebras, quàm lucem Dei.

Vſus huius partis.

Scopus totius huius deſcriptionis eſt, vt ſcia- D
mus, quantus ſit, & qualis reparator generis hu-
mani, vt huius potentiam opponamus omni-
bus Diabolis, & hominibus aduerſantibus Filio
Dei, & oppugnantibus Eccleſiam ipſius. Vt ſta-
tuamus, ſicut omnia ꝑ ipſum facta ſunt, & con-
ſeruantur: ita etiam nos reſtituendos eſſe bea-
titudini, qua per peccatum excidimus, modò in
ipſum crediderimus, & lucem ipſius ſalutarem,
quæ eſt verbum ipſius, in noſtra corda admiſe-
rimus. Vt conſolemur nos ipſius prouidentia E
& præſentia in omnibꝰ aduerſis. Vt caueamus,
ne rurſus immerſi in tenebras, amittamus lu-
cem ipſius ſalutarem. Vt non abſterreamur à fi-
de & confeſsione propter magnitudinẽ & mul-
titudinem tenebrarum, hoc eſt, impiorum in
mundo auerſantium Euangelium. Vtq; Deum
ex fide ꝓ tanta miſericordia in Filio nobis prę-
ſtita, mente, corde, ore, confeſsione, & tota vita
celebremus. Niſi enim hæc praxis acceſſerit no-
titiæ diuinitatis, nihil proderit ſcire vnum eſſe F
Deum, & noſſe perſonas Trinitatis recenſere,
in qua Papiſtæ collocant ſuam fidem, quã com-
munem habent cum Diabolis. Paulus proinde
Philip. 1. 9. vult, vt ſicut in cognitione profici-
mus: ita etiam in ſenſu abundemus, hoc eſt, vt
notitiæ mentis reſpõdeat fiducia cordis, qui eſt
motus Spiritus Sancti, per quem Spiritus San-
ctus ſentitur adeſſe arrhabo hæreditatis noſtrę.

PARS II.

*6 Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat
Iohannes.*

*7 Hic venit in teſtimonium, vt teſtare-
tur de lumine, vt omnes crederent per eum.*

*8 Non erat ille lux illa: ſed vt teſtimo-
nium perhiberet de lumine.*

*9 Erat lux vera, quæ illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum.*

Hæc ſecunda pars capitis continet legatio-
nem Iohannis Baptiſtæ, cum ſuis circumſtan-
tiis, quę ſunt quinque, quarum ſingulæ ſuas do-
ctrinas & admonitiones continẽt. Sunt autem
hæ quinque circumſtantię: Prima, legatio diui-
na. Secunda, nomen legati. Tertia, deſtinatio.
Quarta, legationis finis. Quinta, diſcrimen in-
ter legatum Iohannis & Dominum, cui legatus
teſtimonium perhibet. De hiſce quinque cir-
cunſtantiis iam ordine dicemus.

PRIMA.

Fuit homo miſſus à Deo.

De hac legatione diuina prędixit Eſaias cap.
40. 3. *Vox clamãtis in deſerto, Parate viam Domini.* Et
Malachias cap. 3. 1. *Ego mitto Angelum meum ante fa-
ciem tuam.* Hîc Baptiſta à Malachia nuncupatus
eſt Angelus, nõ quia naturâ Angelus eſſet (quẽ-
admodum quidam opinati ſunt, qui Angelum
Dei apparuiſſe in corpore humano, ac prædi-
caſſe exiſtimant, ignorantes nomen Angeli mi-
niſterium, & non ſubſtantiam ſignificare) ſed
quia ad annunciandum clamandumq́ue venit,
præparandam eſſe viam Domini. Hunc Zacha-
rias pater, Prophetam altiſsimi vocat dicẽs, Lu-
cæ 1. 76. *Et tu puer Propheta altiſsimi vocaberis: præi-
bis enim ante faciem Domini ad parandas vias eius. Ad
dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſsionem pec-
catorum per viſcera miſericordiæ Dei noſtri.* Et Lucas
cap. 3. 2. *Factum eſt verbum Domini ad Iohannem fi-
lium Zachariæ in deſerto.*

Hinc duo colligamus: Primum, Iohanni non
vt homini, ſed tanquam legato Dei credendum
eſſe, cuius legatio, vt anteà prędicta fuit: ita mul-
tis argumentis & miraculis poſteà confirmata
eſt. Alterum, quòd in miniſtris verbi requiritur
miſsio per legitimam vocationem. Legitimam
voco, quæ vel à Deo fit immediatè, vel à Deo
per iuſta media & ordinaria.

SECVNDA.

Cui nomen erat Iohannes.

Hoc nomen Iohannes legato Dei diuinitûs
impoſitũ eſt, Luc. 1. 63. vt eſſet ſymbolum quod-
dam officij huius diuini legati. Vt enim Iohan-
nes gratiam ſignificat: ita admonebatur ſui of-
ficij hoc nomine, quòd eſſet gratiæ diuinæ, hoc
eſt, Euangelij de IESV Chriſto pręco, vt quem-
admodum aurora exorientem Solem pręcedit:
ita Iohannes aduenietem Dominum præcede-
ret, gratiam ipſius, hoc eſt, Euangelium de gra-
tuita remiſsione peccatorum annuncians. Hoc G
nomẽ etiam omnes alios, qui ſuccedunt Iohan-
ni in miniſterio, admonebit ſui officij, quod eſt,
annunciare gratiam Chriſti, hoc eſt, gratuitam

remiſsionem peccatorũ per Chriſtum. Admonet & hæc appellatio de diſcrimine doctrinæ Moſis & Chriſti, hoc eſt, Legis & Euangelij, de quo infrà dicetur. Præterea ꝙ prædicatio pœnitentiæ, hoc eſt, conuerſionis, quę propria Iohannis fuit, ſit gratiæ prædicatio, & nõ maledictionis. Quare prædicare pœnitentiam, ſeu conuerſionem, proprium Euangelij eſt, & nõ Legis.

TERTIA.

Hic venit in teſtimonium, vt teſtaretur de lumine.

Cui rei deſtinabatur legatio Iohannis, exponit, nimirum, vt teſtaretur de lumine. Reſpicit autem Apoſtolus noſter ad prophetiam Eſaiæ, quæ eſt cap. 60. 1. *Surge, illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* Et paulò pòſt definiens hoc lumen ait: *Super te orietur Iehoua, & gloria eius in te videbitur.* Et Pſal. 36. 10. *Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo lumẽ videbimus.* in lumine tuo, id eſt, in Chriſto, videbimus lumen, id eſt, conſequemur veram Dei notitiam, iuſtitiam, conſolationẽ, & vitã æternam.

Hinc duo colligamus: Primum, quòd vt Iohannes teſtis fuit aduenientis iam & præſentis Chriſti: ita omnium ſucceſſorum eius, hoc eſt, miniſtrorũ verbi munus ſit perhibere teſtimonium de exhibito Chriſto & eius beneficiis, atque adeò, ſi res poſtulat, ſanguine ſuo teſtimonium veritatis confirmare, quod qui fecerunt, Martyres dicti ſunt: contrà verò, qui hoc recuſârunt facere, abnegatores Chriſti ſunt habiti. Alterum, quòd vt Chriſtus ſolus eſt lumen: ita totus mundus tenebræ ſunt naturâ ſua, donec lumine Chriſti illuminatur.

QVARTA.

Vt omnes crederent per illum.

Hîc finis eſt teſtimonij Iohannis, & ſcopus legationis ipſius, vt omnes crederent per illum, hoc eſt, vt omnes Iohannis teſtimonio perſuaſi agnoſcerent IESVM Mariæ Filium eſſe Filium Dei, & promiſſum Meſsiam, atq; adeò viua fide in ipſum, tanquam vnicum Saluatorem recumberent, quô ſalui fierent.

Hîc primùm notetur, ꝙ finis miniſterij verbi ſit fides in auditoribus ad ſalutẽ. Deinde quòd beneficium Mediatoris ſit vniuerſale, quantum quidem ad conſilium Dei attinet. Quòd autem multi non credant, ipſorum propria ſit culpa, qui Spiritui Sancto ſe opponunt.

QVINTA.

Non erat ille lux illa: ſed vt teſtaretur de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ Hominem venientem in hunc mundum.

Neceſſaria fuit hæc occupatio, qua diſcernit inter Iohannem & Chriſtum: fuerũt enim tum temporis non pauci, qui propter vitæ ſanctitatem, & morum grauitatẽ putauerũt Iohannem Baptiſtam Meſsiam fuiſſe, quemadmodum apparet ex legatione Iudæorum ad Iohannem, vt in hoc ipſo cap. ſequitur. Sed horum errorẽ re-

A fellit Iohannes Euangeliſta hac demonſtratione: Lux vera eſt, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundum: Non autẽ Iohannes, ſed Chriſtus hoc facit: Non igitur Iohannes, ſed Chriſtus eſt vera illa lux. Quid? An non Apoſtoli dicuntur vel Chriſti proprio teſtimonio lux mundi? An Baptiſta minùs vita & doctrina lux ſit mundo quã Apoſtoli, cui Chriſtus fert teſtimonium, ꝙ nõ ſurrexerit maior Iohanne Baptiſta inter natos mulierum? Diſcernendum B eſt primùm inter lucem veram, id eſt, ſubſtantialem, quæ ſuâ naturâ eſt lux, & lucẽ, quæ participatione per gratiam eſt lux. Item inter lucem illuminãtem & lucem illuminatã. Deinde inter illuminationem, quæ fit docendo & viuendo tantùm, & quæ fit creãdo nouam lucem in hominibus. Hinc illud Cyrilli: *Dei verbum Filius Dei lux vera, illuminat omnem hominem venientem in mundum, nõ docendo, vt homines, aut forſan Angeli, ſed creando vt Deus, qui vnicuique ſemen pietatis* C *inſerit.* Filius ergo Dei creatione illuminat: Doctores autem Eccleſiæ doctrina & exemplo.

Porrò hîc quoque obſeruãda eſt vniuerſalis particula, *Omnis,* vt ſciamus gratiam promiſcuè offerri omnibus, ſed apprehendi tantùm ab iis, qui credunt, ſicuti ſequitur: *Quotquot autem crediderunt,* &c. Eſt ergo ſenſus: Illuminat omnẽ hominem, hoc eſt, nemo illuminatur, id eſt, gratiam, iuſtitiam & vitã conſequitur, niſi ꝑ Chriſtum. Excluſiuè igitur accipitur, id eſt, λόγος illuminat D omnes, qui illuminantur, & non alius. Vbi ergo manet operum iuſtitia? vbi merita humana? vbi liberum arbitrium ſine gratia Euangelij? Quidam, vt neget gratiam Chriſti vniuerſalem eſſe, dicit Apoſtolum adhuc loqui de luce naturæ, cuius omnes homines ſunt capaces, & non de luce gratiæ, quæ ad paucos, quemadmodum ille ait, pertinet. Sed infinita Scripturæ teſtimonia illius ſomnio aduerſantur.

Porrò ex hoc loco Iohannis duæ natæ ſunt E hæreſes. Vna Anabaptiſtarum, qui ex eo quod dicitur, *illuminat omnem hominem,* concludunt omnes homines, etiam impiiſsimos, tandem ſalutem conſequuturos eſſe. Omnes, inquiunt, illuminat. Illuminantur igitur omnes. Si illuminantur, ſaluantur. Sed malè ex conſilio Dei obedientiam hominum concludunt. Deinde non animaduertunt, quòd infrà beneficium illuminationis ad credentes referatur.

Altera hæreſis eſt vetus, quæ ex verbo F *venientem* colligit falſò ante corpora humana fuiſſe animas in cœleſti Ieruſalem, & poſtea venire in mundum, quando corporibus immittuntur. Sed ſtultum eſt, vnam voculam, eamq́ue ambiguam, opponere totius Scripturæ conſenſui. In Græco eſt ἐρχόμενον, quod & ad lucem, & ad hominem referri poteſt. Si ad lucem refers, ita Latinè reddetur ſententia: quæ illuminat omnem hominẽ veniens in hunc mundũ, ſcilicet aſſumpta humana natura: & hæc ſententia ex eo con- G firmari videtur, ꝙ Iohannes dicit ſine articulo ἐρχόμενον. Nam ſi ad hominem retuliſſet, dixiſſet Græcè & propriè τὸν ἐρχόμενον, venientem, id eſt,

qui

qui venit in mundum, ſed nos noluimus diſcedere à verſionibus doctorum, qui referunt ad hominem: quod tamen non iuuat hæreticos. Nam venire in mundum dicuntur homines, quando ex vtero materno prodeunt in hác lucem. Nititur ergo iſta hæreſis debili fundamento, quare meritò potiùs ridenda eſt, quàm refutanda.

Vſus huius partis.

Vſus huius partis eſt, vt agnito Chriſto vero lumine, in ipſum credamus, & in eius lumine ambulemus: iuxta illud Eſaiæ 2.5. *Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei noſtri.* Præterea vt nulli creaturæ demus gloriam illuminandi, hoc eſt, creandi in nobis nouá lucem & vitam. Adhæc vt Miniſtros Euágelij, qui teſtimonium perhibent veræ luci, audiamus, & exempla eorum, quatenus exprimunt lucem, quam docēt, imitemur: iuxta illud 1. Cor. 11. 1. *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.*

PARS III.

10 In mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt. & mundus eum non cognouit.

11 In ſua venit, & ſui ipſum non receperunt.

12 Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: iis ſcilicet qui credunt in nomen eius.

13 Qui non ex ſanguinibus: neque ex voluntate carnis: neque ex voluntate viri: ſed ex Deo nati ſunt.

14 Et Verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius: gloriam tanquam vnigeniti à Patre) plenum gratia & veritate.

Acturus Euangeliſta de incarnatione Filij Dei, primũ ſimpliciter narrat, quòd Λόγος, hoc eſt, Filius Dei, in mundum, qui per ipſum factus eſt, venerit: quomodo acceptus ſit: quantũ decus adferat iis, qui ſe receperint, hoc eſt, qui in ſe crediderint, nempe vt naſcantur, cenſeanturq; filij Dei: & quantum differat hæc ſpiritualis & cœleſtis natiuitas ab aliis propagationibus carnalibus & terrenis in mundo vſitatis. Deinde modum aduentus exponit: conuerſationẽ eius cum hominibus indicat: de gloria ipſius diuina teſtatur: & quantum boni attulerit ſecum in mundum, notat.

In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt.

Hoc eſt, Λόγος, per quẽ mundus factus eſt, venit in mundum. Hîc rurſus diſcernitur inter Λόγον & mundum, vt inter Creatorem & creaturá, vt ſciamus, ipſum Λόγον post aſſumptam humanam naturá nihilominus manere Deum creatorem & conſeruatorem rerum omnium. Humiliauit quidem ſe veniendo in mundum, ſed potentiam ſuam diuinam retinet. Hinc fides noſtra diſcat, ſub humili forma ſerui, maieſtatem diuinam æterni Λόγου venerari.

Et mundus eum nõ cognouit. In ſua venit, & ſui ipſum non receperunt.

Quomodo exceptus ſit Filius Dei, poſtquá in mundum venit, exponit. Pleræque gentes & plerique Iudæi ipſum nõ agnouerunt, nec receperunt, adeò à principe tenebrarum excœcati erant, vt præſentẽ Saluatorem nõ agnoſcerent.

Hîc duo grauiſsima argumenta ingratitudinis hominum erga Filium Dei indicantur.

Mundus ꝑ Filium Dei factus eſt: Ergo mundus iure debuit hunc Filium Dei recipere & venerari. Sed contrà, nec recipit, nec veneratur. ꝓinde ſumma & deteſtáda eſt eius ingratitudo.

Iudæi fuerũt Chriſti peculium, adeò vt non præſtiterit vlli alij nationi tam magnifica beneficia: ideò Iudæi præ aliis debebant erga ipſum eſſe grati: Sed ipſum in crucem actum occiderunt, quáta quæſo eſt hæc ingratitudo? an non digna eſt, quæ æternis puniatur pœnis?

Hîc monemur, ne exemplo multitudinis ingratorum erga Chriſtum ſegneſcamus, ac paulatim deficiamus à vita æterna, quam habẽt credentes in Chriſto. Multum præſtat imitari paucos bonos, quibus vita æterna & beatitudo ꝓpoſita eſt, quàm multos malos, quos mors æterna & ſempiterna miſeria excipiet.

Monemur etiam, vt exemplo Chriſti pergamus bene mereri de omnibus hominibus, etſi maxima eorum pars eſt ingrata, ſpectantes potiùs, quid nos deceat, & quò nos pietas vocet, quàm malitiam ingrati mundi.

Porrò vt mundũ hîc vocat homines, q̃ amando mundũ mundus dicti ſunt, vt loquitur Auguſtinus: ita ſuos vocat peculiari ratione Iudæos, quibus concredita erát oracula Dei, & ex quibus natus eſt Chriſtus ſecundûm carnem, q̃ eſt Deus laudandus in ſecula: alioqui vniuerſus mundus iure creationis & prouidentiæ, Chriſti proprius dicitur.

Quotquot autem receperũt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: iis ſcilicet qui credunt in nomen eius.

Hîc breuiter indicat Euangeliſta, quantũ decus adferat Filius Dei iis, qui ipſum receperint, hoc eſt, vt ipſe ſeſe interpretatur, qui in nomen eius crediderint, videlicet ꝙ naſcátur filij Dei. Poteſtatis vocabulo honor ſummus & cœleſtis, qualis eſt filiorum Dei, ſignificatur, quemadmodum eruditè Nonnus explicat hunc locum, cùm ἐξουσίαν vertit οὐρανίην τιμήν, hoc eſt, cœleſtem honorem, cum quo libertas filiorum coniuncta eſt. Perperam igitur Papiſtę vocabulum poteſtatis ad initium adoptionis torquẽt, quaſi fides initium tantũ eſſet, vnde poſteà adoptio, cùm accedunt merita.

Credere in nomen eius, eſt credere in ipſum, iuxta nomẽ quod tribuit ipſi prædicatio Euangelij: ſeu credere in nomẽ Filij Dei, eſt credere in ipſum Filium Dei talẽ, qualis nominatur in

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

prædicatione Euangelij, & probatur factis, videlicet quòd ſit ſaluator ſui populi, hoc eſt, omnium in ſe credentium. Hîc fidelis anima duo faciat: Primum cogitet, qualis Chriſtus prædicetur in Euangelio. Deinde ordine perpendat cauſas adoptionis noſtri.

Prædicatur autē Chriſtus in Euangelio primùm verus Deus: vnde fides confirmatur de ipſius diuina potentia. Secundò prædicatur verus Homo: vnde amor ipſius erga conſortes eiuſdem naturæ dignoſcitur. Tertiò prædicatur vnus Chriſtus, ſeu vna perſona: vnde inæſtimabile precium omnium actionū in ipſius ſanctiſsima humanitate concluditur. Poſtremò prædicatur Saluator, hoc eſt, Rex & Mediator, ſeu Sacerdos, qui ſua victima ſatisfecit pro peccatis totius mundi.

Deinde perpendatur ordine cauſæ adoptionis noſtri, videlicet impulſiua, quæ eſt gratuita & vniuerſalis promiſsio remiſsionis peccatorū: Efficiens, bonitas & miſericordia Dei: Materia, meritum Filij, videlicet obedientia ſub lege & cruce: Forma, ipſa adoptio, quę eſt omnium credentium. Nam, vt hîc dicitur, credentibus tribuitur ἐξουσία, id eſt, honor & libertas filiorum Dei: Finis, æterna beatitudo & gloriæ Dei prædicatio. Quicunque ergo firmiter apud ſe ſtatuerit, quòd Chriſtus IESVS ſit ſuus Saluator, vt qui morte ſua ſuam deſtruxerit mortem, & vitâ ſuâ ſibi parauerit vitam, is rectè & verè credit, & huius cœleſtis honoris & libertatis particeps eſt, videlicet quòd ſit Filius Dei: Si Filius Dei, ius habet cœleſtis gloriæ & beatitudinis, à qua excluduntur omnes, qui hunc Filium Dei non recipiunt, quantumuis magni & clari in mundo fuerint. Hîc ergo cogitetur antitheſis, videlicet quòd omnes ſint filij Diaboli, ſeu, vt Paulus loquitur, filij iræ, qui non recipiunt Filium Dei, nec in ipſum credunt, qua profectò ignominia nihil poteſt cogitari vel triſtius, vel miſerius.

Obſeruetur & hîc vniuerſalis particula *Quotquot*, quę docet beneficium Chriſti omnibus offerri, & fidem catholicam eſſe. Ab ea enim nulla ætas, nulla natio, nullus ſexus, nulla conditio excluditur, aut repellitur.

Qui non ex ſanguinibus: neque ex voluntate carnis: neque ex voluntate viri: ſed ex Deo nati ſunt.

Quia dixerat Euangeliſta, credentes fieri filios Dei, iam modū inquirit, quomodo id fiat, & ſimul oſtendit, quòd & quantum differat ille modus, quo naſcimur filij Dei, ab aliis propagationibus in mundo vſitatis. Poterit autē res tota in hoc argumentum includi: Neceſſe eſt vt qui fiunt filij Dei, hunc honorem vel humano modo, vel diuino conſequatur. Si humano more contingit, id fit vel iuxta communem legem propagationis humani generis, ex parentum ſeminibus, vel ex ſingulari priuilegio. Si ex ſingulari priuilegio, certè id erit vel propter maiorum dignitatē, & merita, vel propter propriam

A dignitatem & merita.: Sed hæc filiorum Dei
natiuitas, non contingit iuxta communem legem naſcentium, nec ob dignitatem & merita
maiorum, nec propter propriam dignitatem &
merita. Igitur neceſſe eſt, vt diuinus ſit modus,
quo credentes fiunt filij Dei. Recitat proinde
Euangeliſta quatuor modos, videlicet, ex ſanguinibus, ex voluntate carnis, ex voluntate viri, & ex Deo naſci, quorum tres priores modos,
vt terrenos & minimè aptos tantę gloriæ, ſeiun
B git à quarto, qui ſolus filiorum Dei eſt, vtpote
diuinus & ſpiritualis.

Iam Euangeliſtę verba expēdamus. Primùm
dicit, *Non ex ſanguinibus*, ſcilicet iuxta communem legem naſcentium fiunt, vel naſcuntur filij Dei, hoc eſt, non qui propagati ſunt communi more & naturali ex ſeminibus maris & fœminæ, cenſentur filij Dei.

Sanguinis vocabulo ideò in plurali vſus eſt,
vt & ſemen carnale & reatū notaret. Omnes e-
C nim ex ſeminibus maris & fœminæ nati, vt carnales ſunt: ita & rei, idque propter lapſum primorum parentum, vnde tota natura humana
propagata ex ſanguinibus, id eſt, ſeminibus maris & fœminæ contaminata & rea eſt: Sicut Paulus ait Rom.5.12. *Quemadmodum per vnum hominem peccatum in mundum hunc intrauit, & per peccatum mors: ita mors in omnes peruaſit, quia omnes peccauerunt.* Hinc eſt, quòd nati ex ſanguinibus minimè idonei ſint gloriæ filiorum Dei. Huc illa
D querela Dauidis pertinet Pſal.51.7. *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Dauid hoc loco nequaquam transfert culpam ſui adulterij in matrem, ſed conqueritur
de communi contagione & reatu totius humanæ naturæ propagatis ab Adam in poſteros.
Nec actum coniugalem piorum coniugum pollutum pronunciat; ſed ſe pollutum & reum in
ipſo conceptu deplorat. Non igitur vel ſtatus
coniugalis hîc carpitur, vel cōcubitus piorum,
E ꝗ fit in timore Dei, taxatur: eſt enim ſancta Dei
ordinatio. Senſus igitur verborum eſt: in iniquitatibus conceptus ſum, id eſt, mox à conceptione, fui pollutus communi naturæ vitio, &
in peccatis concepit me mater mea, id eſt, cùm
adhuc conciperer à matre mea, fui reus, idq; iuſto Dei iudicio, quo propter vnius peccatum,
rea eſt tota poſteritas. Iure proinde à filiorum
Dei honore excluditur, quæ eſt ex ſanguinibus
propagatio.
F Secundo dicit, *Non ex voluntate carnis*, ſcilicet
fiunt filij Dei, id eſt, non qui prætendunt prærogatiuā carnis (vt Iſmael & Eſau, & multi alij
ex ſanctis parentibus ſecundùm carnem, voluerunt ideò pro filiis Dei haberi, quia propagati
erant à ſanctis parentibus ſecundùm carnem)
cenſentur filij Dei. Ideò Paulus ait Rom.9.8.
Non qui filij carnis, ij filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſsionis, æſtimantur pro ſemine, id eſt, nō qui nati ſunt
ex Abraham ſecundùm carnem, ſunt filij Dei,
G propterea quòd ita volunt. Non eſt enim volentis, ſed credentis promiſsioni, vt Abraham fecit.
Ideò non dicit; Ex carne, ſed, ex voluntate carnis,

nis, vt Iudæorum arrogantiam deprimat, qui A volebant haberi filij Dei, quia erant propagati à ſanctis parentibus ſecundùm carnem.

Tertiò dicit: *Non ex voluntate viri*, ſcilicet fiũt filij Dei. Homo & vir, Pſal.49.2. ita opponũtur, vt, quemadmodũ homo humilem, obſcurum, ita vir magnum, antecellentẽ aliis ſapientia, potentia, iuſtitia, autoritate denotet. Verba Pſalmi ſunt: *Non ſolùm filij hominis*, id eſt, humiles & obſcuri, *verùm etiam filij viri, ſimul diues & pauper.* Senſus ergo verborum Iohannis eſt: nõ qui vo- B lunt propter ſuam dignitatem, nobilitatem & merita haberi pro filiis Dei, cenſentur filij Dei. Prærogatiuam igitur omnem excellentiæ, nobilitatis extra Chriſtum excluſam eſſe à gloria adoptionis cœleſtis oſtendit Euangeliſta, cùm dicit, *Non ex voluntate viri.* Cum his congruit dictum Pauli Rom.9.16 *Non eſt volentis, neq; currentis*, ſcilicet ſecundùm ſapientiam, potentiam, dignitatem, & merita extra Chriſtum. Ex hiſce tribus membris hanc catholicam doctrinã colliga C mus: videlicet, ꝙ vt omnes ſumus naturâ rei & filij iræ: ita nec maiorum dignitate, nec propriis virtutibus ex iſtis malis eluctari poſſumus. Vnde monemur, vt quæramus Medicum, q̃ ſanare noſtra vulnera poterit, vt ex gratia obtineamus quod nobis naturâ denegatum eſt. Hanc eſſe veram interpretationem horum trium membrorum, nõ dubito. Sunt qui naſci ex ſanguinibus, ex voluntate carnis, & ex voluntate viri pro eodem accipiunt: videlicet quòd carnalis propa- D gatio, qualiſcunque fuerit, non ſit capax regni Dei & gloriæ adoptionis. Etſi autem hi in genere & in ſumma rei nobiſcum ſentiunt: tamẽ modos non exprimunt, quos numerat Iohannes. Sunt alij, qui primum gradum ad ordinariam ſucceſsionẽ, qualis fuit Regum & Sacerdotum in veteri populo: Secundum ad electionẽ, ſeu adoptionem: Tertium ad imitationem referũt. Sed hæc interpretatio excludit generalem propagationẽ humani generis, iuxta communem E legem, quæ ſanè propagatio præ aliis vitioſa eſt & rea, quam ob cauſam vel in primis reiicitur à cœleſti honore filiorum Dei. Etſi autem ipſe aliquando hanc interpretationem ſum ſequutus: tamen nunc eam amplector, quam primo loco poſui, quæ nõ ſolùm continet vberiorem doctrinam, ſed magis ad rem facit, & congruit magis apoſtolicæ ſimplicitati, quàm illa politica interpretatio.

Quartum propagationis genus ſequitur: *Sed* F *ex Deo nati ſunt*, ſcilicet qui credunt in nomen Filij. Hoc propagationis genus ſolius Eccleſiæ Dei eſt, hoc eſt, omnium qui audiunt, & amplectuntur Euangelium, ſeu, vt ſuprà dixit, qui recipiunt Chriſtum, & credunt in nomen eius, iis enim ſolis confertur hic honor, vt ſint & vocentur filij Dei. Siquidem qui credunt, arcano quodam modo ex Deo naſcuntur filij Dei, vt ipſe Dominus docet Iohan.3.8. cùm ait: *Spiritus, vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde* G *veniat, aut quò vadat. Sic eſt omnis, qui natus eſt ex Spiritu.* hoc eſt: Quemadmodum ventus tum primùm ſentitur, quando ſpirat, tametſi nemo nouit vnde veniat, aut quò vadat: ita ſpiritualis illa natiuitas, qua naſcimur filij Dei, fit occulto quodam modo virtute Spiritus Sancti, in credentibus, quæ cùm facta eſt, ſentitur per noui hominis nouos motus. Vt ergo fide obtinemus adoptionis gloriam: ita Spiritu Sancto certificamur de eius poſſeſsione, iuxta hæc dicta: Roman.8.14. *Quicunque Spiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.* Ibidem verſ.16. *Ipſe Spiritus reddit teſtimonium cum Spiritu noſtro, quòd ſimus filij Dei.* Ibidem verſ.15. *Accepiſtis Spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba Pater.* Et 2. Corinth.1.22. *Dedit arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris.*

Porrò actio Spiritus Sancti in renatis, hoc eſt, filiis Dei, eſt duplex in genere: ſcilicet mortificatio & viuificatio, quarum illa veterem hominem domamus (ne feramur iuxta concupiſcentias eius) & vera pœnitentia ducimur: hac ſuſtentamur, ac conſolationem percipimus, atque adeò excitamur ad cultum Deo præſtandum, interiorem & exteriorem. Sunt autẽ hæc duo, mortificatio & viuificatio, partes regenerationis & ſanctificationis noſtri, ſed de hac re plura in tertio capite.

Et Verbum caro factum eſt.

Iam exponit Euangeliſta modum aduentus Domini in mundum: videlicet, quòd natus ſit homo, non quòd mutatus ſit in hominem, ſed quòd aſſumendo humanam naturam in vnitatem perſonæ, factus ſit homo. Manſit enim quod erat, & factus eſt quod non erat. Hoc ipſum docet Paulus ad Philipp.2.6. *Qui cùm eſſet in forma Dei, non duxit rapinam, ſe eſſe æqualem Deo ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui aſſumendo, ſimilis hominibus factus, & habitu compertus vt homo.*

Caro hoc loco integrum hominem ſignificat, conſtantem anima rationali, & corpore, vt in illo Iohelis 2.28. *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem.* Vſus eſt autem vocabulo carnis, vt & ſummam humiliationem Filij Dei indicaret, & oſtenderet, vnde vitam homines (qui per peccatum mortui ſunt, & veluti caro ſine Spiritu Dei) recuperarent, nempe ab ipſo, qui cùm vita erat, carnem, hoc eſt, humanam naturam integram aſſumpſit. Finis huius admirandi operis exprimitur in Symbolo, cùm dicitur: *Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine.* Seu, vt Irenæus loquitur, *vt quod perdideramus in Adam*. id eſt, ſecundùm ſimilitudinem & imaginem eſſe Dei, *hoc in CHRISTO IESV reciperemus.* Huc omnes promiſsiones factæ Patribus pertinent, quales ſunt hæ inter multas: Geneſis 3 15. *Semen mulieris conteret caput ſerpentis.* Item Geneſ.22.18. *In ſemine tuo benedicentur omnes nationes terræ.* Eſaiæ 7.14. *Ecce Virgo prægnans pariet Filium & vocabitur nomen eius Emanuel.* Has prophetias completas eſſe teſtatur Iohannes etiam in 1. Epiſt. cap.3.8. *Chriſtus apparuit, vt deſtruat opera Diaboli.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Summa rei huc redit, quôd æternus Dei Filius A ſit factus filius hominis, vt nos filij hominum, in illo & per illum efficiamur filij Dei, placata ira Dei per victimam Filij, & imputata nobis ipſius iuſtitia ad vitam æternam.

Porrò cùm hic locus cõtinet caput totius religionis noſtræ, cuius vel ſolius notitia eſt vita æterna, pietas poſtulat, & fides in me requirit, vt non perfunctoriè & oſcitanter ſublimia illa myſteria, quæ in dicto Iohannis continentur, percurramus: quare paulò copioſiùs hunc lo- B cum tractabo, & de his quatuor ordine dicam: Primùm, cur neceſſe fuerit, Mediatorem Dei & hominum eſſe Deum. Secundò, cur oportuerit eundem eſſe hominem. Tertiò, quòd & cur ſit vna perſona in duabus naturis ſubſiſtẽs. Quartò, quædam de communicatione idiomatum, id eſt, proprietatum in vna perſona Chriſti, adiiciam.

DE PRIMO.

Quòd neceſſe fuerit Mediatorẽ eſſe Deum, C duæ grauiſsimę ſunt cauſæ: videlicet, magnitudo mali, quo premebatur natura humana: & impotentia, ſeu infirmitas creaturę ad reſtituenda bona, quæ per peccatum amiſſa erant.

Magnitudo mali cernitur in quatuor potiſſimùm: videlicet in peccati noſtri grauitate, in iræ diuinæ iuſtitia, in potentia mortis, & in Diaboli tyrannide crudeliſsima.

Peccati grauitas maior fuit, quàm vt eius onus ſuſtinere poſſet finita potentia, qualis eſt D Angelorum & hominum. Nam cùm infinitus reatus ſit propter bonum infinitum offenſum, videlicet Deum, cuius maieſtas læſa erat ꝑ peccatum primorum parentum, neceſſe fuit, vt hoc peccatum aut infinitis pœnis puniretur, iuxta normam diuinæ iuſtitiæ, aut pro eo ſatisfieret diuinæ iuſtitiæ. Verùm quia hæc ſatisfactio debuit eſſe pretium infinitæ bonitatis & æquiualens, nõ potuit ab vlla, imò ne ab omnibus creaturis ſimul fieri. Quare neceſſe fuit expiatorem E peccati Deum eſſe. Solus enim Deus vt eſt infinitus: ita ſolus infinitum malum ſuperare aboleréque potuit.

Iræ diuinæ iuſtitia proportionem vindictæ ad offenſam poſtulabat. Cùm ergo offenſa erat infinita, fuit & ira infinita, quam pura creatura ſuſtinere placareq; non potuit. Quare neceſſe fuit, vt Mediator, qui iram Dei placaret, Deus eſſet. De hac ira loquitur Paulus Rom.1.18. *Reuelatur ira Dei de cœlo ſuper impietatem omnium homi-* F *num.* Quòd autem hæc tolli non poſsit ſine mediatore, docet hoc dictum Baptiſtæ Iohan.3.36. *Qui non credit in Filium, ira Dei manet ſuper eũ.* Quòd autem hæc ira Dei ſit immenſa & infinita propter peccatum (in quo concurrunt hæc mala: contemptus maieſtatis diuinæ, ſuperba contumacia aduerſus Legem Dei, indigna imaginis Dei, ad quam conditus erat homo, conſpurcatio, imitatio Sathanæ hoſtis Dei, fœda defectio à caſtris Dei ad Diabolum, & intollerabilis in- G gratitudo, &c.) cognoſcitur ex pœna primorũ parentum, ex pœna ſequuta in omnibus poſteris Adæ, ex comminationibus diuinis, ex calamitatibus, quibus premitur humanum genus, ex tyrannide Diaboli in homines, ex ſignis iræ Dei in cœlo, & in terra, & in mari, ex magnitudine æternarum pœnarũ, quas luent, qui non conuertuntur, denique ex pretio infinito ſoluto pro redemptione pœnæ peccati. Quis hîc non videt, impoſsibile fuiſſe iram Dei tolli niſi per Mediatorem, cuius eſſet infinita potentia?

Potentia mortis maior fuit, quàm vt ab vlla creatura ſuperari potuerit, adeò vt Plinius, ſed falſò dixerit, *ne Deo quidem poßibile eſſe, mortuũ excitare.* Nunc autem cùm munus præcipuum ſit Mediatoris, deſtruere mortem, neceſſe fuit, vt potẽtia diuina polleret Mediator, qua vt vitam conferre, ita mortem abolere poſſet. *Non eſt enim apud illum*, vt Angelus ait, *impoßibile vllum verbum*, Matth.1.37.

Tyrannis Diaboli crudeliſsima, ſub qua captiuum tenebatur genus humanũ propter peccatum, etiam erat opprimenda à Mediatore. Quàm autẽ hoc fuerit impoſsibile humanæ naturæ, hiſtoria mundi cum omnium hominum experientia teſtatur. Quare neceſſe fuit Mediatorem eſſe Deum, qui tyrannidem Diaboli ſua opprimeret potẽtia. Hinc perſpicuum eſt, ꝙ ad magnitudinem mali, quo premebatur genus humanum, tollendam, requirebatur vt Mediator eſſet Deus.

Hîc iuxtà cogitetur magnitudo amoris in æterno Patre, & Filio, & Spiritu Sancto erga genus humanum. Pater Filio ſuo nõ pepercit, ſed voluit eum ſubiici pœnis, vt nos ab æternis pœnis liberaret. Filius volens & obediens Patri, factus eſt victima, reatum peccati in ſeſe deriuãs. Spiritus Sanctus ipſe vult in cordibus reconciliatorum habitare, & motus diuinæ voluntati congruentes in nobis accendere. Hæc in nobis excitabunt fidem, inuocationem, & gratitudinem erga Deum, & munient animos noſtros aduerſus terrores mortis, aduerſus Diaboli tyrannidem, &c.

Secunda cauſa cur oportuerit Mediatorem Deum eſſe, eſt impotentia & infirmitas creaturæ ad reſtituenda bona, quę per peccatum amiſimus. Etſi autẽ vna voce imaginis Dei hæc bona comprehenduntur: tamen plura ad eius reparationem neceſſariò requiruntur, quæ Paulus enumerat, 1. Cor.1.30. cùm ait: *Chriſtus natus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.* Hæc quatuor bonorum genera, nulla creatura, aut finita potentia reſtituere hominibus potuit, quemadmodum de ſingulis ordine videbimus.

Primùm itaque ſapientiam debuit Mediator reſtituere, non qualis eſt mundi, quæ certis terminis clauditur: Sed quę abſcondita eſt à Principibus ſeculi huius, quę ſanè ſapientia à Zacharia definitur eſſe ſciẽtia ſalutis in remiſsionem peccatorũ per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. De hac ſapiẽtia loquitur Euangeliſta noſter infrà in hoc ipſo cap. verſ.18. cùm inquit: *Deum nemo vidit vnquam, ſed Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe*

enarrauit

enarrauit nobis. An non Iohannes Baptiſta miſſus
eſt, Zacharia patre teſte, ad dandam hác ſapien
tiam? An non ꝑ Angelos & Prophetas potuiſ-
ſet Deus hominibus reuelare hanc ſapientiam?
Aliud eſt dare ſapientiam, & docere, vt Miniſtri
faciunt, aliud eſt eſſe ſapientiam, hoc eſt, effica-
citer præſtare, vt corda hominum percipiant ſa
lutarem ſapientiam. Vox quidem hominis ferit
aures corporis, at Filius Dei, qui eſt ipſa Dei ſa-
pientia, animum hominis luce, id eſt, ſapientia
replet ſalutari. Nam tum demum verbum Pro-
phetarum fructũ adfert, quãdo Verbum Deus
cor aperit, & inſtillat veræ ſapientiæ ſemina, qđ
ſanè nõ eſt creaturæ vllius, ſed Creatoris ſolius,
ex quo ſequitur oportuiſſe Mediatorẽ eſſe Deũ.

Secundo loco oportuit Mediatorẽ iuſtitiam
reſtituere. Nam ſine perfecta iuſtitia nemo po-
teſt in conſpectum Dei prodire. Verùm perfe-
ctam iuſtitiam, quę ſufficiat omnibus, nemo po
teſt conferre, niſi Deus. Siquidẽ duo requirun-
tur, vt homo ſit perfectè iuſtus corã Deo: quo-
rum primũ eſt, liberari ab iniuſtitia & peccato,
quæ mala in mundũ homines ſecum adferunt,
& augent poſteà. Alterum, donari & ornari ple-
na Legis diuinæ (quæ eſt, menſura iuſtitiæ, quæ
coram Deo valet) obedientia. Neutrum horum
præſtitiſſet Mediator, niſi Deus eſſet. De priori
ſuprà diximus, vbi oſtendimus enormitatẽ pec
cati, & iuſtitiam iræ diuinæ. De altero, quod eſt
donari & ornari iuſtitia, quæ ſatisfaciat Legi
Dei, manifeſtum eſt, ꝙ nullius creaturæ iuſtitia
cùm finita ſit, poſsit ſufficere infinitis homini-
bus in ſalutem, quod ſanè in Mediatore requi-
ritur. Siquidem vt ſufficienti expiationis victi-
ma pro peccatis ſatisfacere, atque adeô omnem
reatum tollere: ita obedientia ſua erga Legem
omnes iuſtos coram Deo ſiſtere, qui in ipſum
credũt, debuit. Ita enim Paulus 1. Cor. 5.21. *Eum
qui non nouit peccatum, fecit peccatum, vt nos fieremus
iuſtitia Dei in ipſo.* Talem proinde Mediatoris iu-
ſtitiam, hoc eſt, infinitam eſſe oportuit, vt infi-
nitis hominibus ſufficeret. Quare neceſſe erat,
vt Mediator noſter ſit verus Deus.

Sanctificatio tertio loco ſequitur, quam Me-
diator adferre debuit, qđ ſanè cùm nulla crea-
tura præſtare potuit, Deum eſſe Mediatorem o-
portuit. Siquidem ſolius Dei eſt dare Spiritum
ſanctificatorem, ſine quo ne inchoari quidem,
nedum conſummari ſanctificatio noſtri poteſt.
Porrò cùm ſanctificatio opponitur peccato, &
in peccato ſunt duo, videlicet formale vt rea-
tus, & materiale vt vitioſæ qualitates & actio-
nes, duplex erit ſanctificatio. Vna, quæ opponi-
tur reatui, quæ eſt expiatio peccati per Chriſti
ſanguinem. Altera opponitur vitioſis qualitati-
bus & actionibus, quæ eſt ſegregatio à propha-
nitate gentium per mortificationem carnis, &
coniunctio eiuſdem hominis cum Deo, per vi-
uificationem Spiritus. Hæc ſanctificatio voca-
tur etiam à Paulo Philipp. 3.3. circumciſio ſpiri-
tualis: *Nos*, inquit, *circumciſio ſumus, q Spiritu Deum
colimus, in Chriſto gloriamur, & non in carne confidi-
mus.* Proinde circumciſio ſpiritualis eſt ampu-

A tatio fiduciæ carnis, cui ſuccedit gloriatio in
Chriſto, & purus colendi Deum affectus. Atq;
hæc reuera eſt ſanctificatio illa, quam Deus &
Homo Mediator noſter adfert.

Redemptio, quá poſtremo loco collocat Pau
lus, primùm requirit perpetuá præſentiam Me-
diatoris in Eccleſia latè ꝑ mundum ſparſa. Sed
quis poteſt ſimul & ſemper in tot locis præſens
eſſe, niſi ſit Deus? Secundò requirit cuſtodiam
Eccleſiæ, videlicet vt Mediator ſit cuſtos, non
B ſolùm Eccleſię totius, verumetiam ſingulorum
membrorum aduerſus infinitas technas Diabo
lorum & hominum, quod ſanè diuinę potentię
eſſe manifeſtum eſt. Tertiò requirit, vt Media-
tor inſpiciat corda, ne fallatur externa hypocri-
tarum larua. Iam autem cùm ſolius Dei ſit in-
tueri corda hominum, & intimos affectuum re-
ceſſus contemplari, & hoc Mediatoris eſt offi-
cium, certè oportuit Mediatorem eſſe Deum.
Quartò requirit, vt vbique audiat gemitus ſe
C inuocantium, & in ſpiritu & veritate precantes
exaudiat, quod ſanè ſolius diuinæ virtutis eſt.
Quintò requirit, vt in extremo die exuſcitet
mortuos, vt prodeant ex terræ puluere omnes
homines inde vſque ab Adam ad vltimum. Sed
quid ad tantum opus valent omnium creatu-
rarum vires? Sanè omnes Angeli & omnes ho-
mines ſuis viribus ne vnum excitarent mor-
tuum, nedum omnes, idque in ictu oculi. Sex-
tò & vltimò requirit, vt Mediator conferat re-
D ſuſcitatis, qui in vera fide obierant, æternam vi-
tam, perpetuam gloriam, & conformitatẽ cum
Deo. Sed quantum hoc opus ſuperat creatu-
rarum vires, nemo non videt, niſi qui & mente,
& ſenſu caret.

Cùm igitur Mediatoris ſit, tantis bonis Ec-
cleſiam ſuam ornare, quæ conferre nemo po-
teſt, niſi ſit Deus, profectò neceſſe fuit Mediato-
rem eſſe Deum. Hoc cùm piè cogitaret Euange
liſta noſter, voluit hoc fundamentum iacere de
E vera diuinitate Mediatoris in principio ſui E-
uangelij, vt certò ſtatuamus, Mediatorem ve-
rum Deum eſſe, perſonam à Patre diſtinctam,
ſed eiuſdem eſſentiæ & potentiæ, vt & mala tol-
leret, quibus premitur humanum genus, & bo-
na conferret, quibus per peccatum excidimus.

Breuiter, vt omnia vno verbo concludam: Si
Mediator Deus non eſſet, Saluator nõ eſſet, ſed
potiùs Saluatore indigeret. Et Iohannes Caſ-
ſianus: *Audi loquentem ad paſtores de Dei ortu An-
F gelum Dei, Natus, inquit, eſt vobis hodie Saluator, qui
eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid. Ne ſolum v-
tique in Chriſto hominẽ intelligeres, & Domini & Sal-
uatoris nomen adiecit: Scilicet vt quem Saluatorem eſſe
cognoſceres, Deum nequaquam eſſe dubitares. Et cùm
ſaluandi virtus nõ niſi diuinæ competeret poteſtati, di-
uinæ eum eſſe potentiæ non ambigeres, in quo ſaluandi
potentiam eſſe didiciſſes.*

DE SECVNDO.

Hactenus, cur neceſſe fuerit, Mediatorem eſ-
G ſe Deum, dictum eſt. Nunc ſecundò, vt propo-
ſuimus, dicendum erit, cur oportuerit eundem
eſſe hominẽ: & poſſunt quatuor cauſæ ex Scri-

pturis aptè numerari, quæ ſunt: Iuſtitia Dei: reſtitutio imaginis Dei, amiſſę per peccatum: adoptionis ratio: & reſurrectionis certitudo.

Iuſtitia Dei requirebat, vt inobedientia commiſſa in carne noſtra, in eadem ſarciretur. Congruebat ordini diuinę iuſtitiæ, vt cùm genus humanum peccaſſet in vno Adamo, vnus aliquis in humano genere à peccato immunis, pœnam ſolueret, quæ eſſet pretiũ pro cæteris. Ideò ergo Dominus noſter aſſumpſit humanã naturam, & homo factus eſt, veluti perſonam ipſius Adæ referens (cuius etiam nomẽ ei tribuitur) vt pœnam peccati in carne, in qua admiſſum fuerat, perſolueret. Ideò Paulus Roman. 5.17. *Si vnius delicto mors regnauit per vnum* (ſcilicet Adam) *multò magis abundantiam gratiæ, donationis & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.* Ibidem 19. *Sicut per inobedientiam vnius multi conſtituti ſunt peccatores: ita per obedientiam vnius multi conſtituentur iuſti.* Item 1. Cor. 15.21. *Quia per hominem mors, per hominem etiam reſurrectio mortuorum.* Item ad Hebr. 2.14. *Quoniam pueri ſunt participes carnis & ſanguinis, ipſe quoque conſimiliter factus eſt particeps carnis & ſanguinis, vt per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, id eſt, Diabolum.* Huc & illud Irenæi dictum: *Oportebat eum, qui inciperet occidere peccatum, & mortis reum redimere hominem, id ipſum fieri, quod erat ille, id eſt, hominem.* Et Auguſtinus: *Caro obcæcauerat te, caro te ſanat, quoniam ſic venit Chriſtus, vt de carne vitia carnis reſtingueret.*

Reſtitutio imaginis Dei, ad quam homo fuit conditus, fieri debuit per naturalem imaginem Dei. Vnde Athanaſius: *Congruebat Filium aſſumere humanam naturam, vt hæc perſona, quæ eſt ſubſtantialis imago Patris, reſtitueret imaginem Dei in nobis.*

Adoptionis noſtri ratio idẽ poſtulabat. Ideò enim Filius Dei venit, aſſumptâ humanâ naturâ, vt nos filios Dei faceret. Voluit ergo nobis naturæ ſocietate iungi, & frater noſter fieri, vt nos ipſius membra effecti, filij Dei fieremus. Nam ideò filij Dei ſumus, quia in Chriſto, qui eſt naturalis Filius Dei, ſumus per fidem. In hoc enim ſolo dilecti ſumus & Filij. In hanc ſententiam loquitur Irenæus: *Filiorum*, inquit, *adoptionis eius nõ participes poſſemus eſſe, niſi per Filium eam, quæ eſt ad ipſum, recepiſſemus ab eo communionem, niſi verbum eius, communicaſſet nobis, caro factum.*

Reſurrectionis noſtri certitudo, vis & efficacia in hoc ſita eſt, quòd Mediator noſter ſit homo. Vnica enim ſpes & certitudo, quam de reſurrectione corporum habemus, eſt, quòd Chriſtus Mediator noſter carnem noſtram aſſumpſerit. Nam caro, quam nunc corruptioni obnoxiá circumferimus, iam ſuſcitata eſt in Chriſto, vt in primitiis. & in poſſeſsionem Regni cœlorum ingreſſa, ibique immortalis eſt facta. Virtute igitur ſocietatis, quá habemus cum Chriſto, excitabimur in extremo die, & donabimur etiam ſecundùm carnem immortalitate. Hiſce quatuor rationibus demonſtratur, ſummè neceſſarium fuiſſe, Mediatorem Dei & hominum, verum hominem eſſe.

A DE TERTIO.

Tertio loco dicere propoſuimus, quòd Mediator, qui eſt Deus & homo, ſit vna perſona, & cur hoc fuerit neceſſarium. Quòd ſit vna perſona Mediator noſter, hæc teſtimonia confirmant: Iohan. 1.14. *Et verbum caro factum eſt.* quo dicto ſignificatur vnio diuinæ & humanæ naturæ, & non confuſio, aut mutatio. Nam *factum eſt*, refertur ad compoſitionem, ſeu vnionẽ extremorum, ſcilicet verbi & carnis, & non ad extrema compoſitionis. B Dicitur autem Verbum factum, non abſolutè, ſed reſpectu carnis aſſumptæ. Ad Roman. 1.3. *Filius Dei natus eſt ex ſemine Dauid ſecundùm carnem, & declaratus eſt Filius Dei per potentiam.* Ad Roman. 9.5. *Ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* In hiſce dictis Pauli, *Secundùm*, eſt diſtinctiua particula, qua diſtinguuntur naturæ vnius & eiuſdem perſonæ. Lucæ 1.35. *Quod ex te naſcetur ſanctum, Filius Dei vocabitur.* Galat. 4.4. C *Poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, natum ex muliere.* Philipp. 2.9. *Dedit ei nomen, quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur, quòd Dominus ſit Ieſus Chriſtus ad gloriam ſui Patris.* Hæc dicta teſtantur, quòd Chriſtus ſit vna perſona, in qua ſunt duæ naturæ, non mutatæ, aut confuſæ, ſed perſonaliter vnitæ. Quòd autem ex Damaſceno & Gregorio Nazianzeno adfertur de deificata natura humana, dextrè accipiendum D eſt. Dicitur enim natura humana deificata, non quidem per conuerſionem ipſius in diuinam, ſed per coniunctionem humanæ naturæ ad diuinam in vnam hypoſtaſin. Quòd autem neceſſarium fuerit, vt Mediator eſſet vna perſona, & non duæ, vt ſunt duæ diſtinctæ naturæ, hæ ſunt rationes:

Prima. Mediator noſter Deus & homo vna perſona eſſe debuit, vt Deum & homines vnum faceret. Iungitur ergo Patri vera diuini- E tate, & homini vera humanitate, vt ita vtroſque copulet.

Secunda. Mediator inter partes diſsidentes nihil efficiet, ſi vni adhæret, & ab altera diſsidet. Quare oportuit, vt Mediator quadam neceſsitate vtrique parti iunctus ſit. Deo ergo, qui offenſus erat peccato noſtro, vera diuinitate iunctus eſt Mediator noſter: Homini autem vera humanitate ſociatus eſt, vt poſsit coniungere aduerſas partes ſocietate, quam habuit cum F vtriſque, iuxta illud Irenæi libro tertio, capite vigeſimo, vbi agit de cauſis, cur Verbum Dei caro fieret: *Opotuerat*, inquit, *Mediatorem Dei & hominum propter ſuam ad vtroſque cognationem in amicitiam & concordiam vtroſque reducere, & facere vt Deus aſſumeret hominem, & homo ſe dederet Deo.* Et Theodoretus: *Quemadmodum qui duos quoſpiam manus inter ſe conferentes vult reconciliare, ſe medium interponens, & hunc quidem dextra, illum verò ſiniſtra tenens, ad amicitiam deducit, & coniungit: ita ipſe cùm* G *diuinam naturam humanæ vniſſet, inuiolabilem, & quæ diſſolui non poteſt, pacem conciliauit.*

Tertia. Si non eſſet Mediator vna perſona, opera

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

opera redemptionis in humana natura peracta
nequaquam eſſet ſufficiens pretium pro pecca-
to, quo infinitum bonum eſt offenſum. Mors
ſiquidem debebatur pro peccato, verùm purus
Deus mortem ſentire non potuit, nec ſolus ho-
mo ſuperare potuit. Factus eſt ergo Deus ho-
mo, vt homo & Deus, & deberet, & poſſet ſatiſ-
facere pro morte æterna humano generi debi-
ta. Aſſumpſit proinde æternus Dei Filius hu-
manam naturam in vnionem perſonalem, vt o-
pera in humana natura peracta infinitæ eſſent
virtutis & meriti. Siquidem ex indiuidua na-
turæ diuinæ & humanæ in vna perſona vnione
eſt dignitas infinita, perfectio abſolutiſsima &
inæſtimabile pretium ſanguinis, mortis, atq; a-
deò omnium actionum & paſsionum ipſius in
ſanctiſsima eius humanitate. Inde eſt potentia
& virtus delendæ iniquitatis, & poteſtas remit-
tendi peccata, iuſtificandi, viuificandi & ſaluan
di credentes. Etſi autem Chriſtus in ſola carne
paſſus eſt: tamen paſsio perſonæ tribuitur pro-
pter illam arctiſsimam duarum naturarum v-
nionem in vna perſona. Atque hoc vult Cyril-
lus, cùm ait: *Quoniam corpus quod proprium eius fa-
ctum eſt, paſſum eſt, propterea Verbum ipſum pro nobis
paſſum dicitur. Atque hinc eſt, quòd omnia in Chriſto
habeantur diuina, immenſa, inæſtimabilia & ſaluifica
opera & beneficia redemptionis.*

DE QVARTO.

Cùm obſeruatio communicationis idioma-
tum plurimũ momenti habeat ad refellendum
hæreticos, dignitatem Chriſti conantes quo-
quo pacto imminuere, operępretium facturum
me iudicaui, ſi breuem eius rei declarationem
huc adiiciam: præſertim cùm vnitas perſonæ
Chriſti ex duabus naturis conſtans, diuina &
humana, fundamentum ſit huius doctrinæ de
Communicatione idiomatum. Vt enim Chri-
ſtum vnam perſonam agnoſcimus: ita in eo
ſpectare duas naturas oportet: diuinam, quam
habuit ab æterno cum Patre & Spiritu Sancto
eandem: & humanam, quam aſſumpſit in tem-
pore, qua nobis ſimilis eſt factus, quæ ambæ re-
tinent ſuas proprietates & actiones, quæ certo
modo communicantur. Etſi enim magna eſt
Dei & hominis, ſi naturas vtriuſque reſpicias,
diuerſitas, poſtquam tamen in vnam perſonam
coierunt, idiomata communicantur. Hæc ſi-
quidem eſt perpetua conditio perſonalis vni-
tatis, vt licèt diuerſas naturas comprehendat,
de altera tamen in concreto, quod eſt alterius,
prædicari queat. Theologi veteres, Iuſtinus,
Cyrillus, Athanaſius, quos omnes Orthodoxi
imitati ſunt, ſimilitudinem hominis propo-
nunt, qua docent communicationem idioma-
tum in diuinis. Homo ex duabus ſubſtantiis
conſtat, corpore & anima, quarum neutra ta-
men ſic alteri permixta eſt, vt non retineat na-
turæ ſuæ proprietatem: neque enim aut anima
corpus, aut corpus anima eſt. Quare & de ani-
ma ſeorſum dicitur, quod in corpus nullo mo-
do cadere poteſt, vt intelligere, ratiocinari, do-
lere, gaudere, metuere, ſperare, &c. & de cor-
A pore rurſus, quod nulla ratione animæ conue-
nit, vt comedere, bibere, ambulare: de toto ho-
mine, quod nec de anima ſeorſum, nec de cor-
pore niſi ineptè accipi poſsit, vt homo iuſtè a-
git. Poſtremò animi propria transferuntur ad
corpus, & propria corporis ad animam, quum
ſubiecta ſunt concreta. Verùm vt hæc clariora
euadant, ſimilitudinis propoſitæ partes diſtin-
ctiùs aſpiciamus, easque accommodemus Chri
ſto Domino. Sunt autem ſex partes, quibus a-
B ptè accommodari poteſt Chriſto præſens ſi-
militudo.

Prima. Vt vnus homo eſt vna perſona, con-
ſtans duabus ſubſtantiis: videlicet, anima &
corpore: ita Chriſtus vna eſt perſona in dua-
bus naturis: ſcilicet diuina & humana ſubſiſtés.

Secunda. Vt de homine dicuntur nonnul-
la, quæ ipſi conueniunt ſecundùm animam tan
tùm, vt intelligere, ratiocinari, ſperare, &c. ita
de Chriſto nonnulla dicuntur, quę ipſi attribui
C poſſunt tantùm ſecundùm diuinam naturam,
vt Verbum, Filius Dei, Primogenitus vniuerſæ
creaturæ, Conditor ſeculorum.

Tertia. Vt de homine dicuntur nonnulla,
quæ illi ſecundùm corpus tantummodò con-
ueniunt, vt comedere, bibere, ambulare: ita
Chriſto quædam attribuuntur, quæ illi ſolùm
conueniunt ſecundùm humanam naturam, vt
caro, homo, filius hominis, frater noſter, eſu-
riens, ſitiens, fugiens pericula, formidans mor-
D tem, &c.

Quarta. Vt quædam proprietates ſunt ho-
mini ſubſtantiales & perpetuæ, vt intelligere,
viuere, circumſcribi loco: & quædam tempo-
rariæ & pereuntes, vt comedere, bibere, dor-
mire: ita in Chriſto quædam proprietates ſunt
ſubſtantiales & perpetuæ, quædam iam perię-
re. Non enim iam comedit, dormit, bibit, fa-
tigatur, nec mortalis eſt. Omnes enim infirmi-
tates depoſuit, ſurgens à mortuis, retinens tan-
E tùm cum veritate humanæ naturæ perpetuas
proprietates & ſubſtantiales corporis.

Quinta. Sicuti quædam dicuntur de homi-
ne, quæ neque de ſolo corpore, neque de ſola
anima ſeorſum accipi poſſunt, vtpote ea, quæ
officia perſonarum concernunt, vt Conſulem
agere, Præfectum, Prætorem, Regem, &c. vbi
corpus & anima ſimul operantur, & actio per-
ſonæ attribuitur: ita non pauca attribuuntur
Chriſto, quæ neque diuinæ ipſius naturæ ſepa-
F ratim conueniunt, neque humanæ tantùm.
Sed ambæ naturæ ſibi inuicem ſua officia &
proprietates communicant. Vt enim diuinitas
agit cum humanitate: ita viciſsim humanitas
agit cum diuinitate, ex quo fit, vt actiones, quæ
ad officia Mediatoris ſpectant, ſint perſonæ a-
ſcribendæ, non naturis huic vel illi ſeorſum.
Cùm ergo Chriſtus dicitur Mediator, Sacer-
dos, Propitiator, Interceſſor, Reconciliator,
&c. non eſt referendum ad hanc vel illam na-
G turam, ſed ad perſonam quæ eſt Deus & homo.

Sexta. Vt quædam tribuuntur appoſitè ho-
mini ſecundùm naturam vtramque in abſtra-

ĉto, vt homo agit. Nam & anima agit, & corpus agit: ita quædam Chriſto competunt ſecundùm vtramque naturam: Chriſtus viuit in cœlo. Nam & diuinitas Chriſti, & humanitas Chriſti viuit in cœlo.

Ex hiſce ſex regulis apparet, quomodo intelligendum ſit dictum Athanaſij: *Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo: ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus.* Eſt autē conſentaneum, Deum ita hominem ab initio condidiſſe, vt eſſet in eo quædam imago admirandæ illius copulæ diuinæ & humanæ naturæ in vno Chriſto, quemadmodum in mente eſt totius Trinitatis illuſtris quædam imago. Iuſtinus Martyr in libello cui eſt titulus: Ἔκθεσις τῆς πίστεως, pagina centeſima ſeptuageſimaoctaua dicit: *Aptum quidem eſſe paradigma vnionis animæ & corporis, ſed tamen non per omnia quadrare.* Nam in homine ex natura corporis, & ex natura animæ, ſurgit natura tertia ex duabus compoſita, quæ dicitur humana natura: Sed in Chriſto non fit conſtructio vnius tertiæ naturæ ex diuina & humana, ſed manet vtraque pura & inconfuſa. Nam cùm poſt vnionem diſcerni poteſt, eorum quæ vnita ſunt, perfecta diuerſitas, non facta eſt confuſio, ſed inconfuſa manet vnio, vt in Chriſto cernitur. Non ergo vna natura Chriſtus Dominus. Si enim vna natura eſſet ex duabus compoſita, nec conſubſtantialis patri nec matri eſſet: Nunc autem cùm & patri & matri conſubſtantialis exiſtit, neceſſe eſt vt vnum fateamur Chriſtum, qui puram & ſynceram vtramque naturam retinet, quarum vna Patri conſubſtantialis exiſtit ſecundûm veram diuinitatem: altera, qua matri conſubſtantialis inuenitur ſecundûm veram humanitatem. Sic ergo accommodanda eſt ſimilitudo Athanaſiana: *Quemadmodum anima rationalis & caro, vnus eſt homo: ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus.* hoc eſt, nō quemadmodum caro & anima rationalis vna eſt natura, ſed quemadmodū caro & anima rationalis vnus eſt homo, id eſt, vna perſona: ita Deus & homo vna eſt perſona. Hiſce iactis fundamentis, & explicata ſimilitudine, q̄ viſa fuit ſanctis Patribus Iuſtino, Cyrillo & Athanaſio appoſitiſsima, rem propiùs accedamus.

Cùm igitur naturæ Chriſti (qui eſt vna perſona) diuina & humana, ſunt & inconfuſæ, & diuerſiſsimæ, neceſſe eſt, vt ipſarum naturales proprietates & actiones ſint diuerſiſsimæ, iuxta hanc regulam: *Quorum diuerſæ ſunt naturæ, eorundem & diuerſæ ſunt naturales proprietates.* Deinde cùm naturæ Chriſti diuina & humana inconfuſè vnitæ ſunt, & propterea neceſſe eſt, vt vtraque ſuam propriam differentiam retineat: propter tamen ineffabilem vnionem diuinæ naturæ & humanæ in vnam perſonam, fit mutua proprietatum & actionum vtriuſque naturæ alternatio & alterna prædicatio: ita vt vnius naturæ proprietates & actiones alteri ob vnionem earum in vna hypoſtaſi attribuantur in cōcreto. Nam vt ideò diſcernuntur proprietates, quia naturæ manent inconfuſæ: ita com-

A municantur proprietates propterea, quòd vna ſit perſona in duabus naturis ſubſiſtens. Vt autem proprietates naturæ ſunt, ſine quibus natura conſtare nullo modo poteſt: ita proprietates perſonæ ſunt, quæ vnam perſonam ab aliis ſeparant perſonis. Petrus & Paulus in natura conueniunt, quia vterque eſt homo, id eſt, vterque habet perfectam naturam humanam: ſed perſona Petri à perſona Pauli differt iis proprietatibus, quæ ſunt in Petro, & non perſpi-
B ciuntur in Paulo. Nam quæ in nonnullis indiuiduis eiuſdem naturæ perſpiciuntur, & in aliis non, hypoſtaticæ ſunt proprietates. His definitionem adiungamus, hoc modo: Communio, ſeu communicatio idiomatum in diuinis non eſt confuſio proprietatum, ſed communis prædicatio earum de ſubiectis, quibus ſignificatur perſona, & non de ſubiectis, quibus ſignificantur naturæ per ſe. Nam huiuſmodi prædicatio eſſet potiùs confuſio & abolitio natura-
C rum. Vt ergo nunquam diuinitas eſt humanitas, nec humanitas diuinitas: ita nunquam quę ſunt propria humanitatis, tribuentur rectè diuinitati in abſtracto, nec quæ ſunt propria diuinitatis, tribuentur rectè humanitati in abſtracto, ſed perſonæ, ſeu ſubiectis, quibus ſignificatur perſona, tribuuntur vtriuſque naturæ proprietates, propter perſonę (vt ita dicam) identitatem.

Porrò perſonæ denominatio fit tribus mo-
D dis: Aut enim ab iis fit, quæ ſunt diuinæ naturæ tantûm. Aut ab iis, quę ſunt ſolummodò humanæ naturæ. Aut ab iis, quæ ſunt perſonæ immediatè, vt eſt Mediator.

Primus ergo modus eſt, cùm fit denominatio à diuina natura, ſeu eius ſubſtantialibus proprietatibus & actionibus propriis (nā hæc tria ſe mutuò conſequuntur, natura, naturalis proprietas, & propria naturæ actio) vt cùm dicitur Filius Dei, Creator, Vnigenitus Patris,
E Verbum, Dominus gloriæ; vt, Filius Dei effudit ſanguinem, Creator eſt paſſus, Dominus gloriæ eſt crucifixus. In his enim propoſitionibus ſubiecta habent denominationem ab iis, quæ ſunt diuinæ naturæ, quibus tamen ſubiectis attribuuntur proprietates humanæ naturæ, propter vnionem perſonalem. Vnio enim facit nomina communia. Nam propter vnionem communia perſonæ euaſerunt, quæ ſunt propria naturarum. Idem enim propter vnio-
F nem eſt & Filius hominis, & Filius Dei, & Filius Dauidis, Vnigenitus Dei, & Primogenitus Virginis: attamen hæc nominum confuſio nequaquam facit confuſionem naturarum. Cùm ergo dicitur, Filius Dei eſt paſſus, vera eſt propoſitio communicatione idiomatū, hoc eſt, de perſona rectè ſic dicitur.

Secundus modus eſt, cùm fit denominatio ab humana natura, ſeu ab illis, quæ propriè in illam competunt. Habet enim anima & cor-
G pus Chriſti omnes proprietates naturales, id eſt, omnes vires humanæ naturæ proprias & ordinatas, & ante mortem eas infirmitates, quę

ſunt

ſunt pœnæ, & non peccata in natura, videlicet A
naturam humanam patibilem & mortalem,
ſentientem dolores & alios affectus ſine pecca-
to. Sed has infirmitates depoſuit ſurgens à mor
tuis, retinens ſubſtantiales & perpetuas huma-
næ naturæ proprietates. Ad hunc modum de-
nominationis pertinent, Filius hominis, per-
cuſſus, flagellatus, crucifixus, mortuus, ſepul-
tus, excitatus à mortuis. Vt, Filius hominis eſt
Filius Dei, percuſſus à Iudæis, mortuus & cru-
cifixus eſt creator omnium, eſt vbique præſens. B
Hæc rectè in hunc modum prædicantur, pro-
pter vnionem perſonalem ſecundùm hanc Ba-
ſilij regulam: *Poſt vnionem tam quæ ſunt ſublimia,*
quàm quæ ſunt humilia, diuina Scriptura vni perſonæ
attribuit, ſed ſecundùm aliud, atque aliud. Vt Filius
hominis eſt vbique præſens, ſcilicet ſecundùm
diuinam naturam. Deus eſt mortuus, ſcilicet
in carne quam aſſumpſerat, & ſuam propriam
fecerat.

Tertius modus eſt, cùm fit denominatio ab C
iis proprietatibus, quæ immediatè perſonæ, vt
eſt Mediator, conueniunt. Eſt enim Mediator
perſona Deus & homo, habens actiones in v-
traque natura, quæ ſunt, ſatisfacere, reconci-
liare, coniungere, & quæcunque pertinent ad
Mediatoris officium, vt ſunt, Chriſtus, Media-
tor, Rex, Sacerdos, Interceſſor. Chriſtus enim
eſt nomen perſonæ ſubſiſtentis in vtraque na-
tura. Proinde quia eſt Mediatoris propria ap-
pellatio, omnes actiones & paſsiones, quæ tri- D
buuntur Chriſto, ſunt perſonæ, & non huius
vel illius naturæ ſeorſum. Etſi enim diuinitas
per ſe immortalis & impaſsibilis eſt: tamen to-
ta actio in paſsione, hoc eſt, oratio, oblatio, in-
terceſsio, ſatisfactio, reconciliatio, pertinent ad
hanc perſonam, quæ dicitur Chriſtus. Neque
enim ſola natura humana orat, ſe offert, depre-
catur iram Dei, ſatisfacit pro peccato, reconci-
liat nos Deo: Sed IESVS CHRISTVS verus
homo, & verus Deus, id quod plurima Scriptu E
ræ teſtimonia conuincunt, ex quibus pauca a-
ſcribam. Paulus ad Galatas capite ſecundo, ver
ſiculo vigeſimo: *In fide Filij Dei viuo, qui tradidit ſe-*
ipſum pro me. Item: *Dilexit me, & tradidit ſeipſum pro*
me. Ad Romanos capite quinto, verſic. decimo:
Reconciliati ſumus ei per mortem Filij. Ad Romanos
capite octauo, verſiculo trigeſimoſecundo: *Qui*
proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tra-
didit eum. Secunda ad Corinthios capite quin-
to, verſiculo vigeſimoprimo: *Eum qui nõ nouit pec-* F
catum, fecit peccatum, vt nos fieremus iuſtitia Dei in
ipſo. Prima Iohannis capite primo, verſiculo ſe-
ptimo: *Sanguis IESV CHRISTI Filij Dei emũ-*
dat nos ab omni peccato. Prima ad Timotheum ca-
pite ſecundo, verſiculo quinto: *Vnus Mediator*
Dei & hominum, homo IESVS CHRISTVS.
Chriſtus, vt diximus, vtramque naturam com-
plectitur. Huc pertinet tota Epiſtola ad He-
bræos, quę inter alia affirmat, Filium Dei aſſum
pſiſſe carnem & ſanguinem, hoc eſt, humanam G
naturam integram, vt haberet quod offerret.
Ex his euidentiſsimè concluditur, quòd ea,

A quæ ad officium Mediatoris ſpectent, ſint per-
ſonæ ſecundùm vtramque naturam. Etſi au-
tem aliæ Mediatoris actiones propriè Deo con
ueniunt, aliæ homini, tamen vtræque, perſonæ
Mediatoris ſunt.

Hactenus recitauimus ſententiam Eccleſiæ
de communicatione idiomatum, de qua rectè
inſtitui operæprecium eſt propter varias hære-
ſes, quarum aliæ diuinitatem, aliæ humanita-
tem Chriſti, aliæ Mediatoris officium oppu-
B gnant, quas facilè refellet, qui obſeruauerit
ea, quæ adduximus de communicatione idio-
matum.

Cæterùm cùm hoc tempore quidam à pia
antiquitate deficiunt, & confundunt actiones
Mediatoris cum modis naturarum (ſic enim
Auguſtinus loquitur) incurrunt in implicatio-
nem contradictionis, & in caſtra Eutychiano-
rum ſe incautè recipiunt. Nam proprietates na-
turarum, quas acuratè primùm diſtinguunt,
C mox confundunt, cùm in abſtracto tribuunt
humanitati, quod eſt ſolius diuinitatis. *Cauen-*
dum, ait Auguſtinus, *ne ita diuinitatem aſtruamus,*
vt veritatem corporis auferamus. Quare nos reti-
neamus teſtimonia diuinæ Scripturæ, Symbo-
lorum, & Sanctorum Patrum, de modis natu-
rarum diuinæ & humanæ in Chriſto. Quos Na
zianzenus ſic diſtinguit: *περίγραπτος σώματι, ἀπε-*
ρίγραπτος πνεύματι. Tertullianus: *Circumſcribitur*
loco per naturam carnis ſuæ, & loco non capitur per na-
D *turam diuinitatis ſuæ.* Theodoretus Dialogo ſe-
cundo: *Corpus Chriſti glorificatum habet, quam priùs*
habuit, circumſcriptionem. Idem: *Illud corpus prio-*
rem habet formam & figuram, & circumſcriptionem,
& vt ſummatim dicam, corporis eſſentiam, etiam ſi poſt
reſurrectionem immortale & immune à corruptione fa-
ctum eſt. Et Galatinus: *Etſi humanitate ad Patrem*
ierit, in forma tamen qua Patri æqualis eſt, nunquam
à fidelibus ſuis diſcedit. Damaſcenus, quo nullus
alius de communicatione idiomatum inter ve-
E teres Orthodoxos Patres ſcripſit accuratiùs, ita
ait: *Minoratur corporaliter & contrahitur, deitas au-*
tem eſt incircumſcripta, non coextenſa carne eius cum
incircumſcripta eius diuinitate. Totus igitur eſt Deus
perfectus, ſed non totum Deus. Nam non ſolùm Deus,
ſed & homo. Et totus homo perfectus, non totum au-
tem homo. Non ſolùm enim homo, ſed & Deus. Et Ma-
giſter Sententiarum: *Vbique totus, ſed non totum.*
Cùm hæc aſſerimus, non oppugnamus illos,
qui dicunt, Chriſtum Deum & hominem vbi-
F que eſſe maieſtate. Nam hoc omnibus modis
aſtruimus cum tota Eccleſia: Anathema ſit, qui
aliud vel ſentit, vel docet. Sed definimus maie-
ſtatem, quemadmodum omnes ſani in omni-
bus linguis faciunt, eſſe magnificũ illum ſplen-
dorem, qui comitatur honorem & reuerẽtiam
exhibenda ſupremo & optimo, ob ſumma be-
neficia, merita, virtutes, & amplitudinem im-
perij. Quapropter maieſtas, honoris & reue-
rentiæ filia prædicatur apud Poetas. De hac
G maieſtate loquitur Dauid Pſalmo ſeptuageſi-
moſecundo, verſiculo decimooctauo: *Benedi-*
ctus Dominus Deus Iſrael, qui fecit mirabilia ſolus, be-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nedictum nomen maieſtatis eius in ſeculum, replebitur A *maieſtate eius vniuerſa terra.* Sic intelligunt maieſtatem Auguſtinus & Cyprianus, quorum Auguſtinus quinquageſimo tractatu in Iohannem ait: *Sed quoniam verum eſt, quod ait: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, & abijt, & hîc eſt, & redijt, & nos non deſeruit. Corpus enim ſuum intulit cœlo, maieſtatem non abſtulit mundo.* Item: *Secundùm præſentiam maieſtatis ſemper habemus Chriſtum, ſecundùm præſentiam carnis rectè dictum eſt Diſcipulis: me autem non ſemper habebitis.* Cyprianus B libro ſexto, capite decimoquarto: *Hic animaduertendum eſt, quòd etſi corporis ſui præſentiam hinc ſubduxit: maieſtate tamen diuinitatis ſemper adeſt, ſicut ipſe à Diſcipulis abiturus pollicetur: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.* Hinc apparet fundamentum maieſtatis diuinæ eſſe ipſam diuinitatem, potentiam immenſam, ſummam bonitatem, amplitudinem imperij cum aliis virtutibus, quæ maximè lucent in eo, quòd dederit Filium, vt fieret victima pro nobis. Termi- C num verò: hæc ab hominibus & Angelis ſentiri, cognoſci & prædicari cum ſumma ſubiectione, reuerentia & cultu. Sed interdum pro fundamento, interdum pro termino, & ſæpiſsimè, & propriè pro ipſa relatione accipitur.

Et habitauit in nobis.

Vt prima propoſitio de modo aduentus Domini in carnem, veram diuinitatem & humanitatem Chriſti, vt qui ſit & Deus & homo vna D perſona, nobis commendat: ita hæc ſecunda propoſitio, humanitatis Chriſti eſt aſſertio ex eo, quòd habitârit vt alius homo cum hominibus. Sic enim Nonnus rectè conuertit hunc locum: Habitauit in nobis, hoc eſt, habitauit cum hominibus, ſeu commoratus eſt inter homines humano more viuens, quo facto ſe verum hominem confirmauit. Paulus ad Philippenſes capite 2. verſic. ſeptimo, hoc modo: *Et habitu compertus eſt vt homo.* hoc eſt, in omnibus, excepto E peccato, ſe geſsit, vt verus & naturalis homo, circumciſus eſt, oblatus eſt in templo, creuit, comedit, bibit, dormiuit, fatigatus eſt, fleuit, triſtatus eſt, Ioſeph & matri ſubiectus erat. Breuiter, humanæ naturæ proprietatibus ſe verũ hominem demonſtrauit. Huc igitur pertinet hiſtoria vitæ Chriſti inde vſque ab eius natiuitate ad mortem crucis.

Hic locus de vera humanitate Chriſti opponendus eſt Marcionitis, qui corpus Chriſti ſpe- F ctrum, ſeu phantaſma eſſe impiè nugabantur, in ſui erroris confirmationem torquentes Pauli dictum ad Philippenſes capite ſecundo, verſiculo ſeptimo: *In ſimilitudine hominum factus, & habitu compertus vt homo.* In quo Pauli dicto nec ſimilitudo ſeparatur à natura, nec *Vt* particula improprietatis, ſed veræ approbationis nota eſt.

Qui autem hoc dictum, *Habitauit in nobis,* interpretantur in hunc modum: habitauit in no- G bis, hoc eſt, Deus in nobis, id eſt, in corpore huic noſtro ſimili, habitauit tanquam in tabernaculo, refutantur vel ipſa voce Græca, qua Euangeliſta vtitur, ἐσκήνωσε, qua ſignificatur temporaria & viſibilis commoratio Chriſti inter homines. Alludit enim ad eos, qui in tabernaculis, ſeu tentoriis commorabantur ad tempus. Talem autem fingere commorationem Dei in humana natura, ſeu in Chriſti carne, impiiſsimum fuerit. Quare iſtam interpretationem, ex qua multa abſurda ſequuntur, vt falſiſsimam & impiam reiicio.

Et vidimus gloriam eius, gloriã tanquam vnigeniti à Patre, &c.

Vt ſecunda propoſitio veram humanitatem Chriſti ab humanæ naturæ proprietatibus aſtruit: ita hæc tertia veram diuinitatem à gloria virtutis, quæ in Chriſto conſpiciebatur, quaſi ob oculos ponit. Et hæc gloria Chriſti in hiſce præcipuè ab Apoſtolis conſpiciebatur: videlicet, in diuina doctrina, in ſanctitate vitæ, in beneficentia, in miraculis, in teſtimonio Patris cũ baptizaretur à Iohanne Baptiſta, & cùm colloqueretur in monte cum Moſe & Elia, Lucæ capite nono, verſiculo trigeſimo: Matthæi capite decimoſeptimo, verſiculo tertio, in reſurrectione à mortuis, in aſcenſione ad cœlum, & viſibili donatione Spiritus Sãcti. In quorũ tribus prioribus gloria quidem magna relucet, ſed in reliquis gloria tanquam vnigeniti Filij à Patre refulget. Nam miracula, teſtimonium Patris, reſurrectio à mortuis cum aſcenſione & donatione Spiritus Sancti, certiſsima ſunt diuinitatis teſtimonia. De parte huius gloriæ, videlicet de gloria Patris Petrus, ſecunda Petri capite primo, verſiculo decimoſeptimo ait: *Accepit à Patre gloriam & honorem delapſa voce ad eum huiuſmodi à magnifica gloria: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hiſce partibus gloriæ Chriſti accedit miranda Eccleſiæ Dei conſeruatio, in tot furoribus Diabolorum & hominũ. Huius gloriæ Chriſti notitia finem habet, quem Euangeliſta noſter expreſsit in prima Epiſtola, capite primo, verſiculo tertio, cùm ait: *Quod vidimus & audiuimus, annunciamus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum Patre & cum Filio eius* IESV CHRISTO. In qua ſanè ſocietate, quæ fit per fidem & Spiritũ Chriſti, vera beatitudo, vita, & ſalus conſiſtit.

Porrò quia vocabulum Glorię multipliciter accipitur, libet hoc loco eius ſignificata recenſere, quæ ſunt quatuor. Primùm enim pro fundamento, id eſt, pro eo, ex quo oritur gloria, accipitur, videlicet pro virtute, præclarè geſtis, & ſummis meritis. Vnde Bernhardus: *Per virtutem peruenitur ad gloriam.* Item: *Virtus eſt mater gloriæ.* Cicero: *Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimùm præſtat.* Atque hoc modo accipitur gloria in dicto Iohannis, quod nunc interpretamur. Et capite 2. verſ. 11. *Manifeſtauit gloriam ſuam.* Secundò pro termino, vt in illo Iohan. cap. 9. verſ. 24. *Da gloriam Deo,* id eſt, agnoſce & prædica diuinam erga te bonitatẽ, qui tibi cæco nato viſum donauit. Tertiò accipitur relatiuè, cùm ipſum

ſplendorem

ſplendorem & claritatem, quæ ex virtute & e-
ius celebri fama reſultat, ſignificat. Vnde Cice-
ro gloriam virtuti reſonare tãquam imaginem
affirmat. Hanc definit Cicero eſſe celebrem &
peruulgatam alicuius famá cum eius celebra-
tione ob virtutem. Hanc Ambroſius definit eſſe
claram cũm laude notitiam. hoc modo frequen
tiſsimè accipitur, vt in Hymno Angelico: *Gloria
in excelſis Deo.* Quartò, accipitur pro iis qui ſunt
gloria & maieſtate celebres, qua ratione & Deo
& hominibus tribuitur. Deo quidem, vt in di-
cto, quod paulò antè adduximus: *Voce delapſa à
magnifica gloria.* Hominibus verò, vt in illo 2. Pet.
2.10. *Glorias non verentur blaſphemare.* Et in illo Iu-
dæ verſu 8. *Glorias blaſphemant.* Hinc eſt quòd
gloria ſeu maieſtas Dei, pro ipſo Deo ponatur,
maieſtas regia pro ipſo rege.

Porrò vnigenitum à Patre vocat Chriſtum,
quia is ſolus & ante omnia & præ omnibus eſt
à Patre genitus, æternus ęterni Patris Filius, per
quem credentes adoptantur, iuxta illud Iohan.
hoc cap. v. 12. *Dedit honorem ſeu poteſtatem filios Dei
fieri.* Cùm dicit, tanquam vnigeniti, particula,
Tãquam, non eſt improprietatis, ſed verę appro-
bationis nota, qua de re ſuprà quoque admo-
nuimus propter Marcioniſtas.

Plenum gratia & veritate.

Hæc quarta propoſitio de aduentu Domini
in carnem, aperit, quid boni attulerit Verbum
caro factum ſecum in mundum. Mundus ſine
Chriſto eſt plenus peccato, ſed Chriſtus plenus
gratia, in quo, vt in perfecto, gratia perfecta ſub-
ſtantialiter ineſt, & vt de fonte emanat in alios,
peccatum abolet, & gratiam conciliat mundo.
Et hoc eſt quod Paulus dicit Epheſ. 1. 16 *Nos cha-
ros habet in dilecto.* 2. Cor. 5. 19. *Deus erat in Chriſto
mundum ſibi reconcilians, non imputans eis peccata ipſo-
rum.* Quid? An non Chriſtum creuiſſe & pro-
feciſſe gratia ſcribit Lucas cap. 2. 40. Si creuit
gratia, non videtur ab initio plenus fuiſſe gra-
tia. Reſpondet Cyrillus: *Sed non vt Verbum &
Deus profeciſſe intelligitur: verùm quia magis eum in
dies admirabantur homines, illorũ potiùs de Ieſu opinio,
quàm illius perfecta creſcebat gratia.*

Porrò effectus gratiæ Chriſti in nobis, quo
ad voluntatem noſtram attinet, duplex eſt, vi-
delicet gratia operans, & gratia cooperans (vt
cum Auguſtino loquamur) neque tamen ſunt
duæ gratiæ, ſed duo modi vnius gratiæ. Gratia
operans eſt, quæ ab initio voluntatem ſanat &
immutat. Nam voluntas cùm primùm ſanatur,
concurrit cum gratia paſsiuè: Siquidem ea im-
mutari dicitur, nos autẽ dicimur de nouo crea-
ri ſeu regenerari. Cooperãs gratia eſt, quę poſt
iuſtificationem & regenerationem efficit, vt vo-
luntas immutata & ſanata rectè agat, atque ita
voluntas cum gratia cõcurrit actiuè & paſsiuè.
Nam à Deo impulſa, docta & mota voluntas,
ipſa quoque vult & eligit. Vnde ad Heb. cap. 12.
15. *Ne deſitis gratiæ Dei.* 2. ad Timoth. 1. 6. *Excita in
te gratiam ſeu donum Dei.* 1. Theſſ. 5. 19. *Spiritum noli-
te extinguere.* Ergo regenerati non debemus ſe-

A gneſcere & otioſi eſſe, ſed iuxta gratiam nobis
datam meditari profectum quotidie.

Obſeruandum quoque eſt, quòd Paulus op-
ponit gratiam tribus, peccato, merito, & debito.
Peccato quidem, quia gratia iuſtificamur, remiſ
ſis peccatis. Merito, quia nulla in nobis ſunt me
rita fauoris. Debito verò, quia Deus ex ſola gra-
tia in nos liberalis eſt, Rom. 4. non eſt debitum
in Deo, nec meritum in nobis, ergo non debet
nobis, nec mereri poſſumus. Deinde mundus
B ſine Chriſto plenus eſt mẽdacio: Nam ita Pau-
lus ait, Rom. 1. 18. *Reuelatur ira Dei ſuper omnem im-
pietatem & iniuſtitiam hominum, qui veritatem in in-
iuſtitia detinent,* hoc eſt, qui veritatem in menda-
cium conuertunt, loco veri Dei colentes idola,
quæ eſt ſumma impietas. At Chriſtus ſuo ad-
uẽtu hoc mendacium detexit, & nobis Patrem
– monſtrauit colendum ſpiritu & veritate. Hic
eſt ſimpliciſsimus huius propoſitionis ſenſus,
ſed vbi infrà opponuntur gratia & veritas Legi
C per Moſen datæ clariùs patebit, quid his voca-
bulis ſignificetur.

PARS IV.

Hæc quarta pars capitis continet teſtimo-
nium Iohannis legati diuinitus miſsi de Chri-
ſto, & recitat Euangeliſta quatuor vices, quibus
Iohannes de Chriſto teſtatus eſt, ſicut ordine
videbimus.

D *15 Iohannes teſtificatur de ipſo, & clama-
uit dicens: Hic erat quem dicebam, qui poſt
me venturus eſt, & ante me factus eſt, quia
prior me erat.*

*16 Et de plenitudine eius nos omnes acci-
pimus, & gratiam pro gratia.*

*17 Quia Lex per Moſen data eſt: gratia et
veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.*

E *18 Deum nemo vidit vnquam. Vnige-
nitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enar-
rauit.*

Hoc prima vice teſtimonium de Chriſto per-
hibuit Iohannes, cuius quatuor ſunt membra:
Quorum primum eſt teſtificatio Iohannis de
perſona Chriſti. Secundum deſcriptio ſeu in-
dicatio officij Chriſti. Tertium comparatio in-
ter Moſen & Chriſtum, & vtriuſque officium.
Quartum cauſæ redditio eſt, cur à ſolo Chriſto
F gratia & veritas, atq; adeo omnia ſalutaria ſint
expectanda.

DE PRIMO.

*Iohannes teſtificatur de ipſo, & clamauit
dicens: Hic erat quem dicebam, qui poſt me
venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me
erat.*

Teſtificatio Iohannis de Chriſto. Quoniam
G autem in ſecunda parte huius capitis abundè
dictum eſt de legatione Iohannis Baptiſtæ, hìc
tantùm de teſtificatione, cuius hìc fit mentio,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dicemus. Sunt autem huius teſtificationis plures circumſtantiæ.

PRIMA.

Iohannes teſtificatur de ipſo.

Hîc non ſine ſingulari Emphaſi vtitur Euangeliſta præſenti tempore. Vt enim in narrationibus per præſens tempus ſignificatur continuus actus: ita ſignificat Euangeliſta, teſtimonium Iohannis perpetuum debere eſſe & ſonare in Eccleſia. Non ergo hęc teſtificatio deſtinatur Iudæis tantùm, quibus tum temporis eſt locutus Iohannes, ſed ad omnes nationes, ad omnia tempora, & ad omnes homines ſe extendit. Proinde hoc teſtimonium ita accipiamus, ac ſi ipſi coràm teſtificantem audiremus. Cuius teſtimonij finis eſt, vt per ipſum credamus, & vt credentes ſaluemur per Chriſtum, quem Iohannes monſtrauit autorem ſalutis.

SECVNDA.

Et clamauit.

Hac voce ſignificatur non arcana aut paucis admodum reuelanda teſtificatio de Chriſto, ſed clara & omnibus expoſita, qua re ſignificatur, quòd Chriſtus venerit non paucis quibuſdam, ſed omnibus, qui per Iohannem crediderint in ſalutem. Hoc ergo omnibus miniſtris Euangelij accommodandum eſt: quorum eſt clamare, & omnium aures implere voce Legis & Euágelij, vt agnito peccato confugiant ad miſericordiam, & ſaluentur. Huc illud Eſaiæ capite 58. verſ. 1. *Clama, ne ceſſes; exalta, vt tuba, vocem tuam.*

TERTIA.

Hic eſt quem dicebam.

Reuocat Baptiſta auditoribus ſuis in memoriam, quòd ſæpè antea de Chriſto teſtatus ſit. Non enim ſemel aut iterum, ſed ſubinde, quoties res hoc poſtulat, teſtes Chriſti teſtimonium illi perhibebunt. Hoc etiam ad miniſtros noui teſtamenti pertinet, quos non pigebit eadem de Chriſto ſæpè teſtari & iiſdem verbis inculcare. Nam cùm in eo ſolo ſalus ſit quęrenda, ſolus ipſe eſt agnoſcendus & prædicandus.

QVARTA.

Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat.

Hanc collationem inter miniſterium ſuum & Chriſti officium; & inter perſonam ſuam, & Chriſti perſonam ideo inſtituit Baptiſta; vt diſcipulos ſuos liberaret ab erronea opinione, quam de ſe alebant. Pluris enim Iohannem, quàm Chriſtum, fecerunt, ægreferentes quenquam Iohanni præferri, cuius vita ſanctiſsima & innocentiſsima videbatur. Senſus ergo huius dicti eſt: Etſi ille poſt me ſuum officium auſpicatur prædicando: tamen ipſo longè inferior ſum. Non eſt ergo, quòd me præponatis illi. Ipſe enim vt me prior eſt: ita mihi omnibus modis præponendus eſt. Ipſe ab æterno eſt, ego

A verò à mortali mortalis. Ipſe Princeps meus eſt & Dominus (in Græco enim textu eſt πρῶτος μου, id eſt, primus meus, hoc eſt, Princeps ſeu Dominus) ego ipſius miniſter & ſubditus. Ipſius eſt creſcere, meum autem eſt imminui. Hunc ergo mecum, quibus ſalus eſt cordi, amplectantur, venerentur, colant.

Hinc diſcant miniſtri Euangelij, nullam ſibi, ſed omnem gloriam Chriſto tribuendam eſſe. Cùm ergo officio rectè perfuncti fuerint, dicant B cum Dauide Pſal. 115. 1. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.*

DE SECVNDO.

Et ex plenitudine eius omnes accepimus & gratiam pro gratia.

Hìc indicat & deſcribit officium Chriſti, cui teſtimonium perhibet, ac ſi dicat: Quemadmodum ſolus Chriſtus eſt plenus gratia & verita- C te: ita de plenitudine eius, quæ eſt gratiæ & veritatis, accipere oportet omnes, modò à peccato liberari & ſaluari cupiant. Eſt enim ipſe vnicus fons gratiæ, iſque pleniſsimus & omnibus expoſitus, atque adeo cauſa vnica, propter quam à Deo in gratiam recipiamur. Sine ergo illo extra gratiam ſumus ſub ira Dei & damnatione. Atque hoc eſt quod dicit: *Et gratiam*, ſcilicet apud Deum, id eſt, reconciliationem accepimus. *Pro gratia*, ſcilicet qua Pater Filium a- D mat. Quia enim patri charus eſt Chriſtus vt vnigenitus, nos chari eidem Patri efficimur propter ipſum. Atque hoc planè eſt idem quod Paulus ait ad Epheſios 1. 5. *Prædeſtinauit nos in adoptionem per Ieſum Chriſtum in ſeſe, ſecundùm voluntatis ſuæ beneplacitum in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, qua nos gratos reddidit in dilecto.* Hoc congruit cum dicto Patris de Filio Matt. 17. 5. *Hic eſt Filius meus dilectus, per quem placatus ſum.* Quia ergo Chriſtus eſt plenus gratia, gratiæ participes fiunt o- E mnes, qui in ipſum crediderint. Nam ex fonte gratiæ manu fidei haurienda eſt gratia.

Porrò ſi diſtinctiùs placet habere, quæ ſit plenitudo Chriſti, poteris quatuor eius gradus facere, qui legi Moſis, viribus, meritiſque humanis opponendi ſunt.

Primus, eſt Satisfactionis pleniſsimæ. Solus enim Chriſtus ſatisfecit pro peccato, & mortis ſuæ merito ſuſtulit peccatum, quod vt Lex ſolummodò monſtrat, & non aufert: ita humana F merita nulla ſunt niſi mortis æternæ propter peccatum. Qui igitur aliunde quàm à ſolo Chriſto quærunt gratiam ſatisfactionis pro peccato, obſtruunt ſibi fontem gratiæ, & ſe præcipitant in barathrum mortis æternæ.

Secundus, eſt Iuſtificationis. Vt enim remiſſio peccatorum eſt ex plenitudine ſatisfactionis, quæ per victimam Chriſti facta eſt: ita iuſtificationis plenitudo eſt, quòd is pleniſsimè iuſtus ſit, ita quòd ipſius iuſtitia toti mundo G ſufficiat. Ideo Paulus ait ad Rom. 10. 4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti*: nec ergo Lex iuſtificat, nec vlla humana opera iuſtitiam merentur;

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quia gratia iuſtificationis ſoli Chriſto accepta ferenda eſt.

Tertius, eſt Sanctificationis. Nam nacti remiſsionem peccatorum, & ornati iuſtitia Chriſti, ſimul donamur Spiritu Sancto, quo & ſanctificamur, & efficimur organa vtilia in Eccleſia. Hic Spiritus in fide iuſtificatis tria, vt generatim dicam, facit. Primùm, obſignat nobis gratiam remiſsionis peccatorum & iuſtitię. Secundò, certificat nos de adoptione noſtri, quam ob cauſam à Paulo dicitur Spiritus adoptionis. Tertiò, cor mundum in nobis creans excitat in nobis ſtudiũ obedientię erga Deũ & perſeuerãtiæ. Hunc ſpiritũ lex conferre nõ poteſt, nec vlla opera mereri: ſed ex ſola plenitudine Chriſti percipitur. Is enim eſt qui effundit de Spiritu ſuo ſuper omnẽ carnẽ, iuxta Ioelis vaticinium.

Quartus, eſt conſummationis ſeu glorificationis, quæ eſt plena redẽptio Chriſti, & collatio ſempiternæ beatitudinis, in qua pleniſsimo & ardentiſsimo amore iuncti Deo, fruentur ipſius conſpectu in omnem æternitatem. Vide quæſo, quantus bonorum theſaurus nobis repoſitus ſit in plenitudine Chriſti, ex qua omnibus depromere gratiam & veritatem liberum eſt, modò manum fidei porrigant. Vide etiam vanitatem Sophiſtarum, qui vires & merita humana iactant contra apertiſsimum hoc dictum Euangeliſtæ, qui pronunciat, non aliunde accipi gratiam, quàm ex plenitudine Chriſti. Hic proinde locus euidens diſcrimen facit inter Legem & Euangelium. Lex offert quidem vitam, ſed implentibus Legem, hoc eſt, iis qui operibus ſuis merentur vitam. Verùm cùm conditio ſit impoſsibilis, fruſtra ex Lege quæritur vita. Euangelium autem offert gratiam & vitam, hoc eſt, gratiam prædicat credentibus, videlicet remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, Spiritum Sanctum, redemptionem, vitam æternam, idq́ue pro gratia, id eſt, propter gratiam, qua Chriſtus Patri charus exiſtit, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.

DE TERTIO.

Quia Lex per Moſen data eſt: Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Anthypophora eſt, inficiationis enim tacitæ obiectionis rationem reddit. Nam cùm dixiſſet Iohannes: *Ex plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiam pro gratia,* Iudæi addictiores Moſi obiicere poterant: Quid ergo Moſes? An non ille gratiæ præco fuit? Annon per illum veritas patefacta eſt? Reſpondet per diſtinctionem, & inficiatur, per Moſen gratiam contigiſſe.

Hæc proinde cõparatio inter Moſen & Chriſtum Ieſum inſtituitur duabus de cauſis. Quarum prima eſt, vt Iudæi, qui plus æquo tribuebant Moſi, edocti Iohannis teſtimonio, ſcirent Moſen longè inferiorem eſſe Chriſto, vt miniſtrum ſuo domino. Altera, eaq́ue præcipua, vt doceat Baptiſta hac comparatione clarum diſ-

A crimen inter miniſterium Moſis, & officium Chriſti, hoc eſt, inter Legem & Euangelium. *Lex*, inquit, *data eſt per Moſen: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Hìc Baptiſta opponit Legem Moſis duabus rebus, videlicet, gratiæ & veritati, quæ contingũt per Ieſum Chriſtum. Gratia abſque omni dubio ſignificat fauorem Dei, & noſtri reconciliationẽ cum Deo, remiſsis peccatis. Lex proinde, vt opponitur gratiæ, ſignificabit iram Dei ob peccata, vt in illo Rom.

B 4. 15. *Lex iram operatur*: Maledictionem ob reatum: vt in illo Deut. 27. 26. *Maledictus, qui non permanſerit in iis, quæ ſcripta ſunt in libro Legis*: Et noſtri excluſionem à Deo, iuxta Eſaiæ 59. 2. *Peccata veſtra diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum.* Hinc ſequitur immota conſequentia, quòd nullus Legis operibus, nec moralibus, nec cęremonialibus, nec iudicialibus, nec omnibus ſimul poſsit mereri remiſsionem peccatorum, & reconciliationem cum Deo. Ad hanc ſententiam

C multa ſcripturæ dicta congruunt, Rom. 6. 14. *Non eſtis ſub Lege, ſed ſub Gratia.* ad Romanos cap. 3. verſ. 20. *Per legem eſt agnitio peccati.* Rom. cap. 4. verſ. 15. *Lex iram operatur.* Rom. cap. 11. verſ. 32. *Concluſit Deus omnia ſub peccato, vt omnium miſereretur.* Galat. cap. 4. verſ. 4. *Chriſtus factus eſt ſub Lege, vt eos qui ſub Lege erãt, redimeret.* Et Auguſtinus: *Lex oſtendit peccata, non tollit.* Item: *Lex minabatur, gratia opitulabatur, iubebat, non ſanabat, languorem oſtendebat, non auferebat.* Deinde veritas oppo-

D nitur Legi Moſis, hoc eſt, res ipſa ſolida & vera opponitur vmbris & figuris & pædagogię, quibus res ipſa ſolummodo adũbrabatur in Moſe. Sic enim habetur in Epiſtola ad Heb. 10. 1. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, nõ ipſam imaginem rerum.* Et ad Galat. 3. 24. *Lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum.* Nunc autem cùm res ipſa ſit ipſe Chriſtus (quem adumbrabat Aaronicus Pontifex) remiſsio peccatorum (quorum fiebat tantùm commemoratio in Lege Moſis, cùm offereban-

E tur hoſtiæ. Ita enim ait autor epiſtolæ ad Hebr. cap. 10. 3. *In ipſis,* ſcilicet hoſtiis, *commemoratio peccatorum fiebat per ſingulos annos*) vera iuſtitia, & perfecta, qua conſiſtimus coram Deo, vitæ æternæ vera poſſeſsio, & Sabbatiſmus perpetuus, ſequitur quòd hæc bona non contingant per Legem, ſed ſint ſolius Chriſti gratuita dona, quæ omnibus in ſe credentibus impertit.

Quid? Annon ſancti Patres, qui ſub Lege vixerunt, participes erãt horum bonorum? Erant

F quidem, qui oculis fidei viderũt Chriſtũ ſub inuolucris legalibus. Ideo Paulus ait, 1. Cor. 10. 1. *Patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes per Moſen baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritualem comederunt, & omnes eundẽ ſpiritualẽ potum biberunt. Biberũt enim ex ſpirituali ſequẽti petra. Petra autẽ erat Chriſtus.* Et Dominus de Abraham teſtatur, infrà cap. 8. 56. *Abraham vidit diem meum, & gauiſus eſt.* Sed Euangeliſta noſter inſtituit, vt dixi, com-

G parationẽ inter miniſterium Moſis & officium Chriſti proprium, quemadmodum & Paulus, 2. Cor. 3. 9. facit, vbi Lex Moſis definitur eſſe mi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

niſtratio damnationis: Euangelium verò Chriſti, miniſtratio iuſtitiæ adeoque vitæ & ſalutis. Lex igitur Moſis ſeparata à Chriſto, peccati & damnationis miniſtra fuit, à quibus ſola Chriſti gratia liberamur, cùm in Chriſtũ credimus.

Obſeruetur ergo hic Aphoriſmus Euangelicus: *Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*, qui perſpicuum diſcrimen facit inter Chriſtum & Moſen: inter miniſterium Moſis, & officium Chriſti: inter Legem & Euangelium. Hic proinde locus vel ſolus tanquam murus opponi poteſt omnibus Phariſęis & Papiſtis, qui vel ex lege operum vel ex humanis traditionibus quærunt iuſtitiam, quos omnes Moſes damnationi ſubiicit, donec confugerint ad iuſtificatorem Chriſtum, per quem ſolum gratia & veritas facta eſt.

Hic locus poſtularet, vt integram doctrinam de Iuſtificatione aſcriberem, ſed hunc locum reſeruabimus in tertium vſq; caput, vbi iuſtam diſputationẽ inſtituam de Iuſtificatione, & aduerſariorum obiectiones refutabo.

DE QVARTO.

Deum nemo vidit vnquã, vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ille enarrauit.

Cauſæ redditio eſt, cur à ſolo Chriſto gratia & veritas, atque adeo omnia ſalutaria, vt remiſſio peccatorum, iuſtitia, vita & ſalus, expectanda ſint. Solus vnigenitus Filius Deũ vidit: Ergo ſolus vnigenitus Filius poteſt nobis gratiam & veritatem reuelare & communicare. Nam cùm Filius vnigenitus ſolus videt, nouit & audit Patrem, vt qui eſt Patri intimè dilectus, ex quo fit etiam, vt Pater ipſi arcana ſua conſilia communicet, nemo poteſt enarrare, hoc eſt, clarè & apertè exponere hominibus voluntatem Patris, niſi Filius. Huc illud facit quod eſt Matt. 11.27. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo, & nemo nouit Filium niſi Pater, neque Patrem quiſque nouit niſi Filius, & cuicunque voluerit Filius reuelare. Venite ergo ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos.* Si ergo notitiam Dei habere, ſi voluntatem Dei ſcire, ſi ſaluti propriæ conſulere, & mortem æternam declinare quis velit, Chriſtum adeat, qui vt ſolus videt Patrem: ita ſolus omnibus gratiam offert fide accipiendam. Hactenus ſententiam argumenti præſentis reddidimus, atque ſimpliciſsimè expoſuimus. Iam de Viſione Dei & ſinu Patris quædam adiicienda videntur.

Quintuplex ergo viſio Dei nobis commendatur in Scriptura, videlicet Naturalis, Symbolica, Eſſentialis ſeu Subſtantialis, per Fidem, in Gloria.

Naturalis Dei viſio eſt, de qua Paulus loquitur ad Rom. 1. 20. *Inuiſibilia Dei à creatione mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur, videlicet ſempiterna eius potentia & Diuinitas, vt ſint inexcuſabiles: qui cùm cognouerunt Deum, nõ ſicut Deum glorificauerunt.* Eſt ergo creatura veluti ſpeculum, in quo diuinitatis quidam ſplendor refulget,

A cuius finis eſſentialis eſt cognitio & cultus: Acceſſorius autem finis accedit ex hominum culpa, videlicet vt ſint inexcuſabiles, vt qui nihil habeant quo ſe excuſent homines, quin iure ſint damnabiles.

Viſio Dei Symbolica eſt, quę etiã viſio ſimilitudinis gloriæ à Cyrillo appellatur, de qua Eſaias intelligẽdus eſt cap. 6.1. vbi ait: *Vidi Dominũ ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & plena erat domus à maieſtate eius, & Seraphim ſtabant circa* B *ipſum*. Hæc ſimilitudo quaſi depicta in tabula ſymbolicè diuinæ gloriæ præſtantiã vltra mentem & rationem hominis eſſe oſtendebat.

Etſi autem Moſes dicitur Deum à facie ad faciem vidiſſe: tamen illum modum viſionis fuiſſe ſymbolicum teſtatur ipſe Deus, cùm ait ad Moſen Exod. 33.23. *Videbis poſteriora mea, facies autem mea non videbitur.* Poſteriora Dei videre, eſt ſymbola gloriæ Dei videre, id eſt, opera. Vnde Auguſtinus: *Facta ſunt illa viſibilia corporaliter per* C *creaturam, in quibus typus oſtenderetur. non vtique ſubſtantia ipſa demonſtrabatur & manifeſtabatur.*

Eſſentialis Dei viſio eſt perfectiſsima, quæ ſolius vnigeniti Filij Dei eſt, vnde & imago eſſentialis & character perſonę Patris exiſtit conſubſtantialis Patri. Vnde Cyrillus: *Soli conſubſtantiali Filio Pater viſibilis eſt, & nulli præter eum alij.* Cum hac viſione coniuncta eſt perfecta notitia Patris, & voluntatis conſilium, ex quo fit, quòd ſolus Filius poſsit enarrare hominibus D plenè & perfectè voluntatem Dei, de ſaluatione & redemptione generis humani. Hoc conſilium voluntatis Dei abſconditum fuit ab omnibus creaturis, donec illud patefecit vnigenitus Filius Dei poſt lapſum primorũ parentum: quod & ſæpè inculcauit per Prophetas, donec ipſe carnem indutus factus eſt victima pro genere humano.

Viſio Patris per Fidem eſt contemplatio ipſius in imagine eius quę eſt Filius æternus. Eſt E autem Filius imago Patris dupliciter, videlicet per eſſentiam & per gloriam virtutis. Eſſentialis imago eſt, de qua diximus: quæ ſoli Patri viſibilis exiſtit. At imago Patris per gloriam virtutis, eſt quæ ſuos radios ad nos tranſmittit per diuinam doctrinam & diuina opera, quæ teſtantur de Patre, vnde ſuprà Euangeliſta ait: *Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à Patre.* De hac viſione loquitur Dominus cùm ait cap. 14. 9. *Qui videt me, videt & Patrem.* Et Iohan. 6. *Qui eſt à* F *Deo, hic videt Patrem.* Hæc viſio fidei eſt, qua ex doctrina & factis Filij cognoſcitur Patris erga nos paterna voluntas, de qua ipſe Dominus Iohan. 6. 40. ait: *Hæc eſt voluntas Patris, qui miſit me, vt omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego ſuſcitabo ipſum in nouiſſimo die.* Hac viſione viderunt Deum Patrem omnes Patres ante Chriſtum exhibitum, qui crediderunt primæ promiſsioni de ſemine. Hac & nos qui hodie viuimus, videmus Patrem, qui G ſumus in Chriſto per fidem.

Viſio Patris in Gloria, futura eſt reſuſcitatis mortuis, quę lõgè præſtãtior erit ea viſione, qua

primi

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

primi noſtri parentes Deum ante lapſum viderunt, de qua viſione loquitur Iohan. 1. Iohan. 3.1. *Videte quantam charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum: dilecti nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt.* Et Paulus 1. Cor. 13. 12. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſcimus ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.* Apocalypſ. 22. 3. *Seruient ei, & videbũt faciem eius.* Hac viſione transformabimur in imaginem Dei. 2. Cor. 3. 18. *Nos omnes, reuelata facie, gloriam Dei ſpeculantes, in eandem imaginem transformabimur à gloria in gloriam, quemadmodrum à Domini ſpiritu.*

Etſi autem hæc transformatio hìc fit per fidem ex parte: tamen tunc primùm perfecta erit, quando conſummata fuerit redemptio noſtri & plena coniunctio noſtri cum Deo in æterna beatitudine, quæ coniunctio eſt finis & conditi & redempti generis humani. Verùm qui in hac vita Deum fide non viderint, æternis tenebris obruentur, abiecti à conſpectu Dei.

Porrò vnigenitum Filium in ſinu Patris eſſe non eſt craſsè intelligendum, ſed figuratè. Nam vt ſinus propriè eſt pars illa, quæ eſt intra pectoris brachiorúmve complexum: ita in ſinu eſſe, tranſlatè eſt, eſſe intimum, & ardentiſsimo amore coniunctum, cui pectoris, quod eſt ſedes conſilij, arcana committi ſolent. Hoc ergo tropo redditur ratio, cur Filius ſolus videat, ſolus nouerit, & ſolus enarrare poſsit conſilia Patris de ſaluatione generis humani. Voluit ergo Spiritus Sanctus hoc geſtu accommodare ſe noſtro captui, qui non poſſumus percipere diuina niſi per comparationem ad corporata quæ ſunt in communi vſu. Sed cùm Lazarus dicitur eſſe in ſinu patris Abrahæ, aliter accipiendum eſt dictum. Nam ex eo quòd Lazarus dicitur eſſe in ſinu Abrahæ, Lucæ cap. 16. v. 23. primùm ſignificatur hoc geſtu, quòd Lazarus fuerit filius Abrahæ. Filij enim tenerrimi ad parentum ſinum vel in ſinu parentum geſtari ſolent. Fuit proinde Lazarus filius Abrahæ imitatione fidei & obedientiæ, ſicuti & nos. Secundò ſignificatur, quòd Lazarus viuat, foueatur ac periucundè habeat, vt infantes in ſinu parentum ſuorum. Tertio ſignificatur, quòd Lazarus ſit in eodem beatitudinis loco cum Abrahamo, quemadmodum omnes qui in vera fide hinc diſceſſerunt. Quartò ſignificatur, quòd ſit mutuus quidam amor, iſque ſummus, animorum piorum inter ſe quieſcentium in ſinu Abrahæ. Omnes enim tanquam in ſinu eiuſdem patris fouentur & copulantur.

DE SECVNDO TESTIMONIO IOHANNIS.

Vt teſtimonium primum, quod perhibuit de Chriſto Iohannes, factum eſt coram omnibus, qui tum fortè aderant, hominibus pri-
A uatis, & diſcipulis Iohannis: ita hoc ſecundum, ſolenne & publicum teſtimonium eſt coram iis, qui erant à magiſtratu Eccleſiaſtico & politico miſsi. Etſi autem infrà dicitur, quòd miſsi erant à Phariſæis propter captioſam inſtructionem: tamen publica autoritate vtriuſque magiſtratus hanc legationem fuiſſe inſtitutam, non eſt dubium. Nam cùm magiſtratus vterque, in Metropoli regni Iudaici, audiret Iohannem in deſerto acriter peccata B arguere, & inducere nouum ritum maioribus ignotum, videlicet Baptiſmum, prudenter quidem in hoc fecit, quòd miſsis legatis interrogauerit quis eſſet, & cur contra ordinariam Eccleſiæ gubernationem per Moſen traditam iſti populo nouum ritum inſtitueret, & populum ſibi adiungeret, quòd videbatur non parum facere ad euerſionem publici miniſterij, & ad extenuandam autoritatem docentium, potiſsimùm Phariſæorum, qui ſi- C bi primas vendicarunt, quos tamen Iohannes non eſt veritus progeniem viperarum appellare. Verùm Iohannes diuinitus miſſus & inſtructus ad ſingula interrogata reſpondit planè & perſpicuè, & tandem ſuum factum tuetur Eſaiæ vaticinio, ac inter ſuam perſonam & Chriſti, item inter vtriuſque miniſterium clariſsimè diſcernit.

Porrò vt omnia planiora euadant, textum quo continetur hoc teſtimonium, partiemur D in quatuor membra. Quorum primum erit de legatione. Secundum de interrogationibus propoſitis Iohanni à legatis & reſponſionibus Baptiſtæ. Tertium de Baptiſmo Iohannis & Chriſti. Quartum de loco, vbi hoc teſtimonium Iohannis de Chriſto editum eſt.

DE PRIMO.

19 *Et hoc eſt teſtimonium Iohannis, quan-* E *do miſerunt Iudæi ex Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent ipſum.*

Hæc legatio admonet vtrunq; magiſtratum de ſuo officio, videlicet vt curent prudenter & ſanctè quæ ad Eccleſiæ & politiæ conſeruationem facere videntur. Nam cùm Magiſtratus vterque, Eccleſiaſticus & Politicus, ſit cuſtos vtriuſque tabulæ, hæc fides in eo requiritur, vt caueat prudẽter & ſanctè, ne quid noui abſque diligẽti examine, plena cognitione & acri iudi- F cio admittat, quod pugnet cum ordinario verbi Dei miniſterio. Tametſi autem diſtincta officia ſunt ciuilis & eccleſiaſticus magiſtratus: tamen in fine principali & vltimo conuenire eos oportet, qui eſt, gloriam Dei illuſtrare & propagare, cui rei miniſterium verbi, ſinceritas doctrinæ, & grauitas morum deſtinantur. Vt ergo Magiſtratus ciuilis externam diſciplinam, ordinarium verbi miniſterium, legibus, præmiis & pœnis conſeruabit in gloriam Dei: ita eccle- G ſiaſticus docendo, monendo, hortando, obiurgando, conſolando conari debet, vt puritas doctrinæ retineatur, vt honeſtas in moribus con-

ſeruetur, vt caueantur corruptelæ & ſcandala.

Verùm ſi quis aliquid noui tentauerit, vel cõtra doctrinam, vel cõtra ritus Eccleſiæ receptos & approbatos, ſequenda eſt regula Apoſtolica: 1.Ioh.4.1. *Nolite cuiuis ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus an à Deo ſint: quoniam multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum.* Cùm autem huius probationis regula ſit verbum Dei, non affectibus, ſed iudicio hîc agendum eſt. Etſi autem hoc iudiciũ ſit omnium in Eccleſia, quantum ad ipſum ius attinet: tamẽ rudes & indocti in Eccleſia, quantumuis autoritate polleant, hoc ſuo iure in commodum Eccleſiæ vti non poſſunt. Pij proinde magiſtratus erit, eorũ iudicium expetere & conſilium audire nomine totius Eccleſiæ, quorum & autoritas probata, & vita innocens, & doctrina ſincera eſſe cognoſcitur. Horũ iudicio tum demum acquieſcet pius Magiſtratus, vbi verbo Dei euidẽter fuerit conuictus de veritate & errore, id eſt, vbi demonſtrata fuerit veritas, & monſtrata falſitas. Nam ſi Magiſtratus in tantis rebus ſequitur opiniones, propter ſolam autoritatem iudicum, ſine euidentibus rationibus, ſæpè in innocentes peccabit, & inuoluet ſe alienis peccatis, præſertim cùm ſæpè contingat ambitione gubernatorum Eccleſię, in miniſterium ordinarium corruptelas & ſuperſtitioſos cultus irrepere, quemadmodum videre eſt & in veteri populo ante Chriſtum exhibitum. & in nouo populo poſt Chriſti aduentum. Periculoſum proinde eſt Magiſtratũ fidem adhibere iis qui ad gubernacula ſedent, niſi ipſe euidenter intellexerit, & clarè viderit, quæ ſit veritas.

Porrò cùm prudenter & ſanctè iudicatũ fuerit de re controuerſa, duo cogitanda ſunt, videlicet mãdatum Dei, quo iubemur amplecti veram doctrinam, iuxta illud Matth.17.5. *Hunc audite.* Et interdictum, ne faciamus erroneæ doctrinæ locum, iuxta illud Mat.7.15. *Cauete à falſis Prophetis.* Quod interdictum, cùm ſit vniuerſale, quemadmodum & mandatum, obligat omnes homines, cuiuſcunque fuerint ordinis. Neque hîc autoritati humanæ, ſiue Imperatoris, ſiue Papæ, ſiue alterius cuiuſuis cedendum eſt, contra manifeſtam veritatem verbo Dei monſtratam, vel ex verbo Dei demonſtratam.

Porrò quia multa ſunt petulantia, inquieta & ambitioſa hominum leuium ingenia, pręſertim eorum qui popularem auram captant ſub religionis larua, & ſe eſſe dignos exiſtimant maioribus honoribus, alios, quos vident ſe ſuperiores eſſe vocatione, tãquam ex alto deſpicientes, quos Iohannes vocat φιλοπρωτεύοντας, in tertia, verſu 9. qui vel nouis quibuſdã & inuſitatis loquẽdi formulis delectantur tanquam propriis inuentis ſeu proprio fœtu, vel in cæremoniis renouationem proprio iudicio moliuntur, hos tempeſtiuè reprimere oportet Magiſtratum, qui piè officio ſuo perfungi velit. Non enim dubium eſt, quin tales rimas quærant, vel nouis dogmatibus, vel nouis ritibus, quò noui magiſtri ſalutentur, & in precio ſint: vnde hæreſes & ſchiſmata oriuntur. Quare gubernatores Eccleſiæ omnia noua ſuſpecta habeant, eorumq́; autores legibus & ſancta prudẽtia coherceant. Nã vel præſentem Eccleſiæ ſtatum turbabunt, vel poſteritati materiam inutilium diſputationum præbebunt, vt taceam, nouitatem ſuſpectã reddere doctrinam, & rudioribus non ſine ſcandalo officere. Pij proinde gubernatores ſemper diſcernant inter ea, quæ fundamentum, hoc eſt, articulos fidei attingunt: & alia, quæ ad fundamentum directè non pertinent, & tueantur receptam & approbatam docendi rationem. Vt enim prudentiæ ſanctæ eſt, retinere fundamentum tanquam caput ſalutis illæſum: ita ſimplicitatis piæ erit, cæremoniarum nõ ſubitam mutationem admittere: niſi monſtretur manifeſta impietas pugnans cum fundamẽto. Nam ſi ſtare poſſunt cæremoniæ, quæ videntur aliquid incõmodi habere cum fundamento, nihil tentabitur ſubitò, ne à gubernatoribus quidem Eccleſiæ, nedum aliis, cum periculo Eccleſiæ. Siquidem omnes mutationes ſubitæ aliquid damni afferunt: ſed expectabitur opportunitas, vt quæ correctione opus habent, corrigantur paulatim, ne rudis plebecula ſubita mutatione offendatur.

DE SECVNDO.

Tu quis es?
20 Et confeſſus eſt; & non negauit. Et
confeſſus eſt, non ſum ego Chriſtus.
21 Et interrogauerunt eum. Quid ergo?
Elias es tu? & dicit: non ſum. Propheta es tu?
& reſpondit: Non.
22 Dixerunt ergo ei. Quis es: vt reſpõſum
demus iis qui miſerunt nos: quid dicis de te
ipſo? Ait:
23 Ego vox clamantis in deſerto: dirigite
viam Domini: ſicut dixit Eſaias Propheta.
24 Et qui miſsi fuerant, erant ex Pha-
riſæis.

Quæſtiones quatuor de perſona Iohãnis ordine ponit Euangeliſta, quibus explorant legati à Phariſæis inſtructi, quidnam velit ſibi Iohãnes iſta noua docendi ratione, & nouo ritu baptiſmi, quarum quęſtionum finis fuit, vt Iohannes facti ſui rationem redderet. Primũm igitur quærũt indefinitè quiſnam ſit? Ille autem conſtanti & geminata cõfeſsione ſe negat eſſe Chriſtum. Vulgo enim perſuaſum fuit, & multis ex potentioribus, eum eſſe Chriſtum ſeu Meſsiam olim à Deo promiſſum. Nam & vita Iohannis præ ſe ferebat nõ vulgarẽ ſanctimoniam & grauitatem, & omnia Prophetarũ vaticinia ſignauerunt iam tempus Meſsiæ promiſsi aduenisſe. Geminata proinde confeſsione negat ſe eſſe Chriſtum, vt errore, quo ſe Meſsiam eſſe arbitrabãtur, eos liberaret. Si ſimpliciter vna negatione negaſſet ſe Meſsiam eſſe, diſsimulationem poterant interpretari, ac ſi ille nollet adhuc agnoſci pro Meſsia, nondum ſatis ad tan-

tum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tum munus inſtructus. Hoc Iohannis exem-
plum monet, vt fumum inanis gloriæ & popu-
laris auræ fugiamus, conſtanterque veritatem
tueamur, quò conceptas erroneas opiniones ex
animis hominum maiori cura extirpemus, vt
ſimplici veritati ſit locus. Adhæc monemur e-
xemplo Iohannis, vt cùm poſtulatur à nobis
confeſsio doctrinæ & fidei, reſpondeamus non
obſcurè & in genere tantùm, ſed perſpicuè, &,
vt ita dicam, formaliter ad rem, de qua quæri-
tur, abſque omni diſsimulatione.

Secundò quærunt, An ſit Helias: & reſpon-
det: *Non ſum.* Quis & quantus Helias fuerit, &
quæ certamina ſuſtinuerit, habetur 3. Reg. 17. 18.
19. Et 4. Reg. 1. & 2. Et lib. 8. Ioſephi cap. 7. Item
lib. 9. cap. 1.

Porrò occaſionem huic quæſtioni præbuit
communis opinio Iudæorum, qui pro indubi-
tato habuerunt, Eliam fore Chriſti præcurſorē.
Vnde Matt. 17. 10. dicitur: *Scribæ dicunt, quòd opor-
teat Eliam venire primùm.* Atque hanc ſententiam
videbatur confirmare vaticinium Malachię, cu-
ius hæc ſunt verba Malac. 4. 5. *Ecce ego mitto vobis
Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini ma-
gnus & terribilis.* Ex hoc vaticinio Malachię duos
errores extruxerant Iudæi. Vnum, quòd puta-
rent homines ſæpiùs reſurgere, & animas tran-
ſire nunc in hæc, nūc in illa corpora: & hæc fuit
illis reſurrectio. Alterum, quòd non intelligerēt
nomine Eliæ ſignificari ſimilitudinem perſonæ
officij ratione, non proprietatē perſonæ. Quan-
do enim Malachias prædicit mittendum eſſe E-
liam, non ſignificat rediturum Eliam Thesbi-
tem, cui negotium erat cum idololatris tempo-
re Achab Regis; ſed alium ſimili zelo ardentem
pro gloria Dei, ac ſi diceret: Sicut olim Deus
excitauit Eliam Thesbitem, vt ſuo tempore do-
ctrinam ferè extinctam, & cultum Dei abolitū
repararet: ita ſub Chriſti aduentum veniet a-
lius Eliæ ſimilis, & zelo gloriæ Dei, & ſtudio re-
ſtituendi veri cultus Dei. Iam facile erit conci-
liare dictum Chriſti cum hac reſponſione Io-
hannis, negantis ſe eſſe Eliam. Nam cùm Chri-
ſtus de Iohanne Matth. 11 14. ait: *Si vultis recipere,
ipſe eſt Elias, qui venturus eſt.* Et Matth. 17. 12. *Elias
iam venit, & non cognouerunt eum:* cum Malachia
intelligit aliquem Eliæ non diſsimilem, ſed ſpi-
ritu & virtute Elię prędìtum: Quemadmodum
& Angelus prædixit Zachariæ patri Iohannis
Luc. 1. 17. *Ipſe præcedet ante ipſum in ſpiritu & vir-
tute Eliæ.* At cùm Iohannes negat ſe Eliam eſſe,
ad intelligentiam legatorum, & eorum, à qui-
bus miſsi erant, eſt referendum. Nam illi putâ-
runt perſonam Eliæ Thesbitæ venturam, non
intelligentes tropicam locutionem Prophetæ.
Papiſtæ vt errori errorem adiiciát, prophetiam
de Elia accommodant ſecundo aduentui Chri-
ſti: & adiungunt Eliæ ſocium Enoch, qui Anti-
chriſtum arguant, & eius errores patefaciant, &
tandem ab illo occidâtur. Verùm nos ſomnium
de perſonis Eliæ & Enoch omittamus, & ſta-
tuamus Eliam, qui anteuertet ſecundum ad-
uentum Domini, abſq; omni dubio eſſe ipſum

A Martinum Lutherum: cui Deus vt Enoch ad-
iunxit ſocium Philippum Melanthonem, qui
cum ſuis diſcipulis, cultum Dei per Babyloni-
cam meretricem oppreſſum inſtaurauit.

Tertiò quærunt: *Es tu Propheta ille?* & reſ-
pondit: *Non.* Hæc quæſtio ex prauo intellectu
promiſsionis Dei, quæ eſt Deut. cap. 18. verſ. 15.
naſcitur. Promiſsio hæc eſt: *Prophetam ſuſcitabo
eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui.* Hanc pro-
miſsionem nō intellexerunt de Chriſto, quem-
B admodum oportuit, ſed de eximio aliquo Pro-
pheta, qualis fuit Moſes. Non enim indefinitè
interrogant, an ſit aliquis Propheta, ſed defini-
tè, quemadum Græcus Articulus indicat: ὁ προ-
φήτης εἶ σύ. Et Cyrillus rectè ait: *Propter præiacen-
tem articulum ad vnicum Prophetam, & Prophetarum
omnium dominum pertinet.* Alij vim articuli omit-
tentes, indefinitè accipiunt quæſtionem, vt ſit
ſenſus: Es tu Propheta aliquis, ſcilicet ex anti-
quis iam iterum excitatus à mortuis, vel aliquis
C alius de nouo miſſus? & reſpondet: Non. Quod
autem Zacharias pater Baptiſtæ pronunciat de
filio dicens: *Et tu Propheta altiſsimi vocaberis.* Et
quod Chriſtus affirmat Iohannem Prophetam
eſſe, imò pręſtantiorem quàm Prophetam, non
pugnat cum hac inficiatione. Nam ſi accipimus
propriè & definitè quęſtionem, vt in Gręco tex
tu ſonat, Es tu Propheta ille, ſcilicet de quo in
Moſe prędictum eſt: certum eſt, quòd Chriſtus
ſit ille Propheta, & non Iohannes. At ſi de alio
D quouis, quales fuerunt antiqui Prophetæ, ne-
que ſic erat Propheta Iohannes. Nam cùm Pro-
pheta vulgò appelletur homo diuinitus miſſus
ad aliquid olim futurum prædicendum, inſtru-
ctus diuinis miraculis, vt illi fides habeatur: Et
Iohannes non olim futura prædicit, ſed oſten-
dit conſummatas eſſe prophetias, mōſtrat præ-
ſentia bona, nempe regnum Dei, adeoq; Chri-
ſtum dominum, meritò eximitur Iohannes nu-
mero Prophetarum. Nam Lex & Prophetæ vſ-
E que ad Iohannem prophetabant.

Quartò, quia iam interrogauerant, prout in-
ſtructi erant iuxta varias opiniones hominum
de Iohanne conceptas, quorum alij ipſum Meſ-
ſiam eſſe, alij Eliam Thesbitem, alij Prophetam
illum, ſiue aliquem ex Prophetis putauerunt:
iam tandem, vt qui aliud diuinare non poſſent,
petunt vt de ſeipſo ferat teſtimonium, quò ha-
beant aliquid quod reſpondeant iis, à quibus
miſsi erant. In qua ſanè re prudenter fecerunt.
F Nam non eſt prudentis legati, eſſe contentum
obſcuro aliquo vel ambiguo reſponſo. His er-
go Iohannes clarè & perſpicuè reſpondet: *Ego
vox clamantis in deſerto, parate viam Domino, ſicut di-
xit Eſaias Propheta.* Parate viam Domino, id eſt,
ſcitote iam iam affore Meſsiam, quem iam diu
expectaſtis ſaluatorem. quaſi diceret: vt is Rex
iam iam aduentare intelligitur, cui via paratur
qua tranſeat: ita vos ſcitote meam prædicatio-
nem & baptiſmum admonere vos de iam adue-
G niente Meſsia, cuius præco ſum. Huc forma
prædicationis Iohannis: *Pænitentiam agite, ap-
propinquat enim regnum cælorum;* id eſt, princeps

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

regni cœlorum iam iam aduentat, gratiam & ſalutem adferens. Eſaias hortatur Prophetas vt conſolentur populum Dei captiuum in Babylone, quia futurum eſt, vt breui liberentur, condonatis peccatis, quibus Deum offenderant, à captiuitate ſua, quæ per Cyrum Regem ſoluetur. Sed quid hoc ad propoſitum? Ante omnia duo obſeruanda hìc ſunt: Primum, quôd minora Dei beneficia, videlicet corporalia & temporalia ſemper admoneant nos de maioribus ſpiritualibus & æternis. Fuit proinde illa liberatio populi captiui, conceſſa per Cyrum, vmbra quædam & typus futuræ liberationis per Chriſtum. Secundum, Prophetæ vaticinantes de liberatione populi carnali, altiùs ſpiritu prophetico euehuntur, & ſimul comprehendunt, vt ſub typo, veritatem, ſpiritualem liberationem per Chriſtum. Ex quo fit, vt ſæpè admiſceant diuina beneficia quæ ſunt propria Meſsiæ, vt ante hoc dictum, quod Baptiſta adducit ex Propheta, præcedit: *Quia dimiſſa eſt iniquitas eorum*: Quod ſanè beneficium Meſsię proprium eſt. Dictum ergo Prophetæ, vox clamantis in deſerto, multò rectiùs conuenit Iohanni Baptiſtæ, quàm alicui Prophetarum, qui tum conſolabantur populum rediturum ex terrena captiuitate.

Porrò exemplum Iohannis, primi præconis Euangelij Ieſu Chriſti, (vt Marcus teſtatur 1.1. *Initium Euangelij Ieſu Chriſti, ſicut ſcriptũ eſt à Prophetis*, videlicet ab Eſaia & Malachia, *Ecce ego mitto nũcium meum ante faciem tuam, qui præparabit viã tuam ante te: vox clamãtis in deſerto, parate viam Domino, & rectas facite ſemitas eius*) omnibus miniſtris noui teſtamenti accommodandum eſt. Nã in eo clarè cernunt, quinam ſint ipſi, quodnam qualeq́ue ſit miniſterium eorum: Vt igitur hìc Iohannes, dum ait: *Ego ſum vox clamans in deſerto*, ſignificat, ſe pręconem publicum Euangelij eſſe, vt qui omnibus Chriſtum ſaluatorem mundi annunciet: ita miniſtri Euangelij ſunt ſicut publici præcones Euangelij, quod promiſcuê omnibus annunciabunt ſine diſcrimine: ita tamen, ne quis ordinariam ſuam vocationem deſerat, & ad alios docendos ſe conferat cõtra vocationem ſuam. Deinde vt Iohannes ex Lege arguit peccata in omnibus ordinibus hominũ, nulla perſonarum ratione habita: ita miniſtri Euangelij ſancta prudentia adhibita, nulli parcent propter dignitatis, aut potentiæ eminentiam: quod ſi fecerint, fraudulenter opus Domini faciunt. Præterea vt Iohannes confitentes peccata ſua ad reſipiſcentiam inuitat, & ad Baptiſmum admittit, in remiſsionem peccatorum Chriſtum tollentem peccata mundi monſtrans: ita miniſtri Euangelij turbatis conſcientia peccatorum hominibus, pœnitẽtiæ ſeu conuerſionis remedium proponent, eoſq́ue conſolabuntur monſtrato medico Ieſu Chriſto. Atque hæc eſt illa ſalutis & remiſsionis peccatorum, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, ſcientia, ad quam dãdam & annunciandam Zacharias pater Baptiſtæ teſtatur filium ſuum Iohan-

A nem eſſe miſſum. Hanc ipſam ſcientiam ſalutis omnes miniſtri Euangelij profitentur.

Porro cùm additur: *Et qui miſsi fuerant, erant ex Phariſæis*, quales legati fuerint, aperit. Vt enim ſuprà indicauit. quinam eſſent qui miſerunt legatos ad Iohannem, nempe principes Iudæorum cùm politici, tùm eccleſiaſtici: ita hìc, qualéſnam fuerint legati, & ex qua ſecta, oſtendit. Dicit enim eos ex Phariſæis. i. è ſecta Pharisęorum, fuiſſe, qui inter alias omnes ſectas B eminebant, dignitate & authoritate pollẽtes.

Cæterùm vt Studioſi ſciant, qualiſnam ſecta fuerit Phariſæorum, libet huc quædam de ea aſcribere. Phariſæi enim à *Pharaſch*, hoc eſt, ſegregando dicuntur, eò quòd ſeipſos à cæteris hominibus, quorum victum & amictum immundum, & vitam peccatis contaminatam, videri volebant, ſegregaſſent: ne ab illis ipſi quoque contaminarentur. Volebant videri cæteris hominibus ſanctimonia vitæ antecellere, C dilatabant φυλακτήρια, magnificabãt fimbrias, obſcurabant facies, vt viderentur ieiunare, in ſynagogis & vicis largiebantur eleemoſynas ad clangorem tubæ, faciebant prolixas orationes, idq́ue in foro, vt conſpicerentur ab hominibus. Atque in his rebus collocarunt ſummam iuſtitiæ & ſalutis, quibus Chriſtus Matth. 23.13. acclamat illud lachrymabile *Væ*, qđ toties repetit inquiens: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, & hypocritæ.*

Huius Phariſaicæ ſectæ ſeptem numerantur D ordines à Rabinis. Primus ordo eorum fuit, qui dicebantur *Sichemitæ*, eò quòd religionem ſuam carnalis alicuius commodi cauſa ſuſceperant. Sicut Sichemitæ olim circumciſionem, ob nuptias Dinæ filię Iacob impetrandas, ſuſceperũt, Gen. 34. Tales ſunt hodie, qui externi commodi cauſa vel huic vel illi religioni adhærẽt, quos Epicureos rectè dixeris. Secũdus illorum fuit, qui vocabantur *Impingentes*, propterea quòd pedibus ſubinde in lapides impingerent religio-E nis ergo, vt hypocritæ, qui ſibi ſponte accerſunt crucem, quò videantur Chriſti ſocij eſſe, ſeu potiùs vt cruce ſua fauorem Dei mereantur & præmia. Tertius eorũ fuit, *qui Sanguinem effundentes* dicebantur, propterea quòd crebrò capita parietibus aut columnis illiderent, donec multo ſanguine maderent, non diſsimiles Baaliticis ſacerdotibus. Quartus eorum erat, qui *Caputiati* ſeu *Mortarij* dicebantur, eò quòd caputio ſeu calyptra caput cooperti erant, vnde F velut ex profundo mortario proſpicerent, quibus hodie reſpondẽt cucullati Monachi. Quintus eorum fuit, qui ſemper habuerũt in ore hæc verba: *Quid debeo facere, & faciam illud*. Hæc enim verba inanis gloriæ cauſa ſubinde eiaculabantur. Cuiuſmodi fuit is, qui Chriſto tam glorioſè reſpondit: *Hæc omnia ſeruaui à iuuentute mea: Quid adhuc mihi deeſt?* Sextus eorum fuit, qui amore præmij ſuam religionem ſectabantur, quales ſunt hodie noſtri Phariſæi. Septimus eorum G fuit, qui metu iræ Dei in ſuam ſuperſtitionem incidiſſent, quemadmodum multi facinoroſi hodie faciunt, qui poſt multa flagitia perpetrata, in

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ta, in monaſteria ſe abdunt expiandorum ſcelerum cauſa, quibus rectè illud congruit: *Deſperatio facit Monachum.*

Porrò Phariſæi omnes retinent Moſen & Prophetas, quorum interpretes ſinceriores haberi volunt, ſed ſolummodò hærent in ſuperficie, ſpiritum Scripturę non intelligentes. Vnde fit, quòd hodie Phariſæos vocamus, qui in externis rebus ſummam religionis collocant: reſurrectionem mortuorum fatentur, ſed non ſine errore. Putant enim animas iuſtorum quidē in alia atque alia corpora tranſire: Impiorum autem, tormentis ſubiacere perpetuis. De Fato rectiùs docēt, quàm Saducæi & Eſſæi, quos Ioſephus Eſſenos vocat. Nam & Saducæi fatum omne tollunt, & Eſſæi omnia fato ſubiiciunt: ita Phariſæi tenentes medium inter vtroſque quædam fato ſubiiciunt, quædam à fati neceſsitate libera eſſe volunt.

DE TERTIO.

25 *Et interrogauerunt eum atque dixerunt ei: Quid ergo Baptizas, ſi tu nō es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?*

26 *Reſpondit Iohannes dicens: Ego baptizo aqua: in medio autem veſtri ſtat, quem vos neſcitis.*

27 *Is eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calceamēti, ille vos baptizabit in Spiritu Sancto & igni.*

Vt quatuor primæ interrogationes de perſona inſtitutæ erant: ita hæc quinta de facto Iohannis inſtituitur, cur baptizet, ac ſi dicerent: nemini licet aliquid innouare vel mutare in ordinario miniſterio nobis diuinitus per Moſen commendato, niſi ſit vel Meſsias, vel Elias, vel alioqui Propheta aliquis inſignis diuinis miraculis inſtructus, vt ſciatur quòd à Deo miſſus ſit. Cùm ergo tu nec ſis Meſsias, nec Elias, quem præcurſorem Meſsiæ expectamus, nec Propheta miraculis clarus: temerè videris nobis facere, quòd miniſterium ordinarium turbare: & nouum aliquem ritum in Eccleſiam bene conſtitutam inducere, conaris. Redde ergo rationem facti tui, & dic cur baptizes. Hìc apparet, quòd hi legati planè nō intellexerint, quod ſuprà reſpondit Iohannes: *Ego ſum vox clamantis in deſerto, parate viam Domino, ſicut dixit Eſaias Propheta.* Hìc Iohannes apertè teſtatur, ſe præcurſorem Meſsiæ eſſe, de quo vaticinati ſunt Prophetæ, Eſaias & Malachias: id quod & pater Iohannis ipſos antea docuerat hymno, qui in omnium ore erat: *Præibis ante faciem Domini parare vias eius.* Tametſi autem Iohannes iuſtam rationem ſui facti iſto reſponſo reddiderat: tamen hìc reſpondit de baptiſmo, de quo interrogatur: Ego, inquit, baptizo aqua, medius autem veſtri ſtat, qui baptizat ſpiritu ſancto & igni.

Etſi autem hæc verba: *Qui baptizabit in Spiritu Sancto & igni,* non ſunt in vſitatis exēplaribus: tñ in quibuſdā Græcis Codicibus vt annotauit

A Rob. Stephanus, legūtur, & vt legātur, requirit antitheſis, quā inſtituit Iohānes inter ſe & Chriſtū. Vt ergo appareat antitheſis, & facilior ſit explicatio, legamus ſic: *Ego baptizo aqua, medius autē veſtrûm ſtat, qui baptizabit Spiritu Sancto & igni:* ac ſi diceret: Ideo ego aqua baptizo, vt deducam vos ad Chriſtum iam præſentem, qui multò efficaciùs baptizat, videlicet Spiritu Sācto & igni. Hìc Iohannes diſcernit inter ſuum aliorumque miniſtrorum Euangelij Baptiſmum, & Baptiſ-
B mum Chriſti proprium. Baptiſmus Iohannis & aliorum miniſtrorum incurrit in oculos & ſenſus hominis: ſed baptiſmus Chriſti arcano quodam modo fit per Spiritum Sanctum. Nam vt miniſter aqua externè corpus abluit: ita Dominus internè conſcientias purgat ſanguine ſuo. Vt ergo Iohannes & alij miniſtri noui teſtamenti non remittunt peccata: ſed eum oſtendūt, qui remittit peccata: ita baptiſmus Iohannis & aliorum miniſtrorum non abolet mortē, ſed eſt ſi-
C gnum, quòd per mortem tranſeamus ad vitam, cuius dator eſt ſolus Chriſtus. Hoc olim adumbratum fuit in mari rubro. Nam ſicut filij Iſraël in mari rubro baptizati, per mortem vitam ingreſsi ſunt: ita qui hodie aqua baptizantur iuxta ordinationem Chriſti, per mortem in vitam ingrediuntur autore Ieſu Chriſto. Eſt igitur accuratè diſcernendum inter id quod homo per ſe confert, & id quod per hominem & ſignum tanquam ſua organa Chriſtus efficit, vt
D gloria Chriſto vni ſalua maneat, & homo ſe non extollat. Homo prædicat verbum, externa actio eſt, quæ ferit aures audientium, ſed Chriſtus cor aperit & iacit in illud ſemina vitæ per verbum. Homo baptiſmum aquæ confert: ſed Chriſtus Spiritum Sanctum affundit, quo renaſcimur & ſāctificamur. Homo porrigit per ſe panē & vinū: ſed Chriſtus dat corpus & ſanguinem fide accipiendū. Homo verba cœnæ recitat.: ſed Chriſtus cœnā cōſecrat, & ſic de aliis.

E Iam videamus quid ſit baptizari Spiritu Sancto & igni. Baptizari Spiritu Sancto, eſt donari Spiritu Sancto à Chriſto, qui in ſuo verbo & ſacramento & adeſt & efficax eſt. Quid autem efficiat Spiritus Sanctus, quo baptizamur, ſignificatur cū additur: *Et igni.* Vt enim ignis res immutat, alia exurendo, alia inflammādo: ita Spiritus Sanctus immutat regenerando, exurit veterem hominem mortificando, inflammat viuificando & nouum hominem excitando. Atque
F hinc eſt, ꝙ Baptiſmus ſit Paulo lauacrum regenerationis, ad Titum 3.5. & ſymbolū mortificationis & viuificationis, ad Rom. 6. 4. Vt ergo baptiſmus ſignificat ablutionem à peccatis fieri per ſanguinē Chriſti: ita nos admonet perpetuę regenerationis, quę tametſi in hac vita nō perficitur: tamē mortificādo corpus peccati, & excitādo ſpiritū nouū cōtinuatur, donec in hac vita ſumꝰ, ſed tū demū conſūmabitur, vbi nos Deo Patri reſuſcitatis corporib. adduxerit Chriſtus.

G Etſi autē hic eſt ſenſus verborū Iohannis de baptiſmo Chriſti, ꝑpetuò in Eccleſia duraturo: tamen hæc etiā accipi debent de baptiſmo viſi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

bili, quo baptizati ſunt Apoſtoli ipſo die Pen-
tecoſtes, h. e. quinquageſimo die à reſurrectione
Domini, quemadmodũ Lucas Actor. 1.4. teſta-
tur, cùm ait: *Præcepit Dominus Apoſtolis, ne Ieroſoly-
mis diſcederent, ſed expectarent promiſsionem Patris,
quã audiſtis, inquit, per os meum: quia Iohannes quidem
baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini Spiritu Sancto
non poſt multos hos dies.* Intelligatur ergo dictũ Io-
hannis de duplici baptiſmo Spiritus Sancti, vi-
delicet temporario & viſibili, qui ſeruiebat con
firmationi Euãgelij: & de perpetuo & inuiſibili,
quo hodie baptizantur homines, h. e. donãtur,
dum baptizantur, Spiritu Sancto regenerante,
mortificãte & viuificante. Qui enim Spiritum
Chriſti non habet, is non eſt eius, Rom. 8. 9. Vbi
autem Spiritus eſt, ibi nouus homo, in quo exu
runtur paulatim ſordes peccatorum, & nouus
homo paulatim vires ſumit & adoleſcit.

Etſi autẽ plures proprietates ignis huc accõ-
modari poſſent: tamen quas diximus, propriè
præſenti rei conueniũt: quibus obſeruatis poſ-
ſunt plura cõcinnè adduci, inter quæ hæc ſunt:
Vt ignis natura ſua nũquam deſcẽdit ad terrã,
ſed ſemper ſurſum nititur: ita Spiritus Sanctus
hominis animam ſemper attollit, ad cogitanda,
meditãda & expetẽda cœleſtia, reuocans à ter-
renis & caducis reb9. Hinc exhortatio Paulina
ad Colloſ. 3. 1. *Si ſurrexiſtis cũ Chriſto, ſuperna quæri-
te, vbi Chriſtus eſt, ad dexterã Dei ſedens, ſuperna ſapi-
te, non terreſtria. Eſt enim noſtrũ* πολίτευμα, Philip.
3. 20. *in cœlis, vnde ſaluatorem expectamus Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, qui transfigurabit humile
noſtrum corpus, vt ſit conforme ſuo glorioſo corpori, idq;
ea potentia, qua poteſt ſibi omnia ſubiicere.* Itẽ, vt ignis
natura eſt lucere, probare, expurgare, aliena cõ-
ſumere, & quæ ſunt ſuæ naturæ capacia, in ſe
conuerſa ſecũ ſurſum tollere: ita Spiritus San-
ctus luce Euangelij mentem illuminat, probat
fidem quò purgatior fiat argento ſepties pur-
gato, expurgat affectus prauos, ſordes peccato-
rum conſumit, & ſpiritum hominis nouum in
ſe veluti conuerſum ſurſum eleuat Deoque iun
git. Huius baptiſmi, q ignis baptiſmus dicitur,
ſymbolum eſt baptiſmus aquæ, & vterque ba-
ptiſmus, ſcilicet aquæ & ignis, admonet nos, ꝙ
ſumus Deo conſecrati, vt hoſtia illi longè gra-
tiſsima. Segregati enim ſumus per baptiſma à
regno Sathanæ & prophanitate mundi, addu-
cti ſumus ad Deum, impoſiti ſumus aræ Chri-
ſto, vt accenſi igne Spiritus Sancti ſimus hoſtia
Deo placens per Ieſum Chriſtum. Proinde vt
olim in limine domus, in quam primùm intra-
bant ſponſus & ſponſa, apponebantur aqua &
ignis, vt memores forẽt cuiuſmodi ſacris eſſent
initiati: ita aqua baptiſmi & ignis qui eſt S. San-
ctus, admoneãt nos, ꝙ Deo dicati ſimus, tanquã
hoſtia illi conſecrata per baptiſmum; quam di-
gnitatem, qua nulla maior eſſe poterit, contem-
nunt illi, qui ſcientes & volẽtes ſe recipiunt rur-
ſus in caſtra Diaboli per peccatũ, cui Diabolo
antea abiurarunt: & fœdè contaminant ſtolam
illam albam, qua donati ſunt à Filio Dei.

Porro cùm addit Iohannes: *Cuius non ſum di-*
A *gnus, vt ſoluam corrigiam calceamenti eius*, non eſt
otioſè prætereundum. His enim verbis diſcri-
men facit inter ſuam perſonam & Chriſti per-
ſonam. Siquidem hac notatione: *Non ſum dignus
vt prouolutus ſoluam corrigiam calceamẽti eius*, ſigni-
ficat ſe eſſe indignum, vt ſit vel viliſsimus mini-
ſter Euangelij Chriſti, tantũ abeſt, vt patiatur ſe
cum Chriſto cõferri. Hæc Iohannis humiliatio,
& excellentiam Chriſti, & dignitatem miniſte-
ſterij Euãgelij nobis commendat. Si itaque Io-
B hãnes, cùm tãtus fuerit, quo nullus maior inter
natos mulierũ (Chriſto ipſo teſte) ſurrexerit,
dicat ſe indignum eſſe vt prouolutus ſoluat cor
rigiam calceamentorum Chriſti, quid ſentien-
dum eſt aliis miniſtris Euangelij, qui vix digni
ſunt vt Iohannis Baptiſtæ calceos ſoluant? Pro-
ſternamus igitur nos coram Chriſto Domino,
agnoſcamus noſtram indignitatem, perfunga-
mur fideliter officio nobis commiſſo, ſciamus
ſi ad aliquid ſumus idonei, hoc ab ipſo Chriſto
C eſſe, qui promiſit ſe affuturum miniſterio verbi
vſque ad conſummationem ſeculi.

DE QVARTO.

*28 Hæc in Bethabora facta ſunt trans Ior
danem, vbi erat Iohannes baptizans.*

Hæc ciuitas Bethabora, id eſt, domus tranſi-
tus, ab euentu nomen accepit, quia ibi traiectus
erat, vnde & maior frequẽtia hominum ibi fuit
quàm alibi apud Iordanem: quare hic locus o-
D portunior ad prædicãdum & baptizandum Io-
hanni viſus eſt. Non enim latebras quæſiuit
tanquam paucis annunciaturus hoc lætum de
Chriſti aduentu nuncium: ſed palàm prædi-
cabat & baptizabat, vbi maxima frequentia ho-
minum conueniebat: ſignificans Meſsiam non
deſtinatum eſſe paucis quibuſdam, ſed omni-
bus promiſcuè, vnde & vox clamans dicitur.
Deinde Iordanis mentionem facit, vt nos ad-
moneat de typo, & veritate typo reſpondente.
E Vt enim Moſes, poſtquam populum deduxe-
rat ad Iordanem, moritur, & cum honore ſepe-
litur: Ioſua autem tranſiens per medium Ior-
danem introducit populum in terram promiſ-
ſam, videlicet Canaan: ita lex cum ſuis ho-
ſtiis & cæremoniis pædagogus fuit veteri po-
pulo vſque ad baptiſmum Chriſti, per quem
moritur & veluti ſepelitur lex vetus: Vt Chri-
ſtus per baptiſmum, cuius typus fuit tranſitus
per Iordanem, introducat nos in hæreditatem
F cœleſtem. Præterea quia Iohannes non Iero-
ſolymis, vbi erat ordinarium miniſterium: ſed
alibi exorſus eſt Euangelium Chriſti, ſignificat,
Euangeliũ nõ eſſe alligatũ certo loco, vt volunt
Pontificij: ſed omnẽ locũ orbis terrarũ eſſe ido-
neũ Euangelio prędicando Vnde & Dominus
amandans ſuos diſcipulos ait Marc. 16. 15. *Ite in
mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni
creaturæ*, id eſt, omnibus hominibus omnium
nationum & conditionum, nullis exceptis.

G
DE TERTIO TESTIMONIO IOHANNIS.

Tertium teſtimonium Iohannis de Chriſto
ſequitur

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſequitur, in quo plura ſunt membra: Primum, Teſtificatio Iohãnis de Chriſto, videlicet quòd ſit agnus ille Dei, tollens peccatum mundi. Secundum, Collatio Iohãnis & Chriſti. Tertium, Repetitio finis baptiſmi Iohannis. Quartum, Expoſitio modi quo Iohãnes Ieſum eſſe Filium Dei & Chriſtum olim promiſſum cognouerit.

DE PRIMO.

29 Poſtero die vidit Iohannes Ieſum venientem ad ſe, & dicit: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.

Hìc primum tempus ſignificatur, quando Iohannes edidit hoc de Chriſto teſtimonium. Secundo enim die, poſtquam reuerſus eſt Ieſus (tranſactis 40. diebus ieiunij & tẽtationis poſt baptiſmum acceptum à Iohanne) in Galilæam. Nam primo die Iohannes edidit primum & ſecundum teſtimonium: Secundo die hoc tertium teſtimonium, quo die exacto, venit tertio die in Canam Galilęæ, vbi nuptiis interfuit.

Porrò teſtimonium pręſens non ſolùm Meſſiam monſtrat, verumetiam ipſius officium clariſsimè depingit hiſce verbis: *Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi.* Hìc obſeruetur, quòd non ſine maxima cauſa particula attentionis, *Ecce*, huic teſtimonio præfigatur. Nam debet hæc particula eſſe nobis vice lõgiſsimi exordij, quo & attentos & dociles & beneuolos ad audiendum meritò omnes mortales facit.

Porrò cogitanti mihi de modo enarrandi hunc diuinum aphoriſmum, qui & primus & ſummus eſt in Theologia noſtra, multa, vt fit, occurrebant, nunc hęc nunc illa enarrandi methodus placebat, & cùm rerum profunditate penè obruerer, aliò atque aliò cogitatione inclinante, tandem viſa eſt mihi commodiſsima ea explicandi ratio, non quam rei ſublimitas poſtulare: ſed quam ſimplicitas verborum requirere videbatur, in quam cùm diligentiùs intentus eſſem, videbar mihi ex ea ſimplicitate ferri in altiorem huius myſterij conſiderationem. Deus ſuo Spiritu nobis adſit, vt ea quæ allaturi ſumus, ſeruiant gloriæ ipſius, & ſint nobis ſalutaria.

Conſtitui igitur ſex quęſtionibus concludere huius aphoriſmi enarrationem, ex quibus poſtea ſummam doctrinæ de beneficiis Chriſti Mediatoris extruam. Sunt autem hæ quæſtiones, quas ipſa verba ſuppeditant:

1. Quis ſit ille Agnus, qui monſtratur à Iohanne.
2. Cur Agnus dicatur.
3. Cur Agnus Dei nominetur.
4. Quid faciat hic Agnus.
5. Quorum cauſâ faciat.
6. Quomodo facti eius ſeu meriti & victimæ reddamur participes.

DE PRIMA QVAESTIONE.

Quis eſt ille Agnus qui monſtratur à Iohanne?

Eſt λόγος caro factus, eſt Ieſus Filius Dei & A Filius Virginis, eſt vnus Chriſtus in duabus naturis, diuina & humana, ſubſiſtens. Nam vt hunc Iohannes verum hominem agnouit, & Filium Dei prædicauit: ita hunc vnum Agnum eſſe oſtendit, vt ſignificet, perſonę, quę eſt Deus & homo, conuenire officium Mediatoris inter Deum & homines. Non enim eſt Mediator, vt eſt Deus tantùm, quemadmodum falsò Oſiander putauit: Nec vt eſt homo tantùm, vt opinatus eſt Stancarus, ſed vt eſt Deus & homo, vna B perſona, quæ Chriſtus dicitur, Sacerdos, Propitiator, Mediator. Eſt enim Chriſtus perſonæ, quę eſt Deus & homo, appellatio. Hinc tria colligamus: Primum, quòd poſsit hic Agnus, quidquid velit: quia Deus eſt, cui omnia ſunt poſsibilia, ex quo fit, quòd Eccleſia inuicta perſiſtat aduerſus portas inferorum. Secundum, quòd velit quicquid nobis ſalutare eſt, vt qui nobis naturæ ſocietate iunctus ſit. Tertium, quòd omnia opera ipſius ſint infiniti valoris & tem- C pore & merito. Quidquid ergo fecerat in ſanctiſsima ſua humanitate, valet omnibus ætatibus, & extendit ſe ad omnes homines, qui ſalutem in ipſo quærunt.

Hæc igitur demonſtratio Iohannis, vt confutat vtroſque, id eſt, & eos qui dicunt Chriſtum eſſe Mediatorem ſecundùm humanitatem tantùm, & eos qui Mediatoris officium ſoli diuinæ naturæ attribuunt: ita confirmat veram & catholicam Eccleſię Dei conſtantem ſententiam, D quæ ſtatuit Chriſtum, qui eſt Deus & homo, eſſe Mediatorem Dei & hominum. Niſi enim ita eſſet, nunquam Filius Dei aſſumpſiſſet humanam naturam, vt ea aſſumpta eſſet Agnus ille qui tolleret peccatum mundi. Non ergo Chriſtus eſt vulgaris aliquis Agnus, non legalis, ſed Agnus quem lupi timẽt, & qui occiſus leonem occidit. Diſcipuli Domini Matth. cap. 10. verſ. 16. dicuntur agni: *Ecce ego mitto vos ſicut agnos in medio luporum.* Sed hic Agnus ſingularis eſt, ſo- E lus, ſine macula, ſolus ſine peccato, ſolus cuius maculæ abſterſæ non ſunt. Nam in eo macula fuit nulla: Solus, cuius puritas puros efficit alios. Plura in hũc locum vide ſupra in Dictum: *Et Verbum caro factum eſt.*

DE SECVNDA.

Diximus, quiſnam ſit ille Agnus, quem Iohannes monſtrauit, videlicet Ieſus Chriſtus, Deus & homo: nunc cur Agnus dicatur, paucis F aperiendum eſt.

Sunt autem duæ rationes præcipuæ, quare Ieſus Chriſtus Agnus dicatur. Vna, vt hæc appellatio commonefaciat nos de vtroque, videlicet vmbra & veritate, de quibus ſuprà dictum eſt: *Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et Epiſtola ad Hebræos cap. 10. verſ. 1. *Vmbram habet Lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.* Erat itaque Agnus legalis, Phaſe præcipuè, & commonefactio de G præterito beneficio Dei: & ſignificatio ſeu adumbratio futuri. Quemadmodum enim admonebat Iudæos, quòd ſicuti ſacrificio agni in Æ-

gypto peracto, populus ex Ægypto egreſſus ſit & è ſeruitute liberatus: ita ſignificabat per Chriſti ſacrificium humanum genus reconciliatum iri Deo, & aſſerendum in libertatem. Tribuitur igitur veritati appellatio vmbræ, vt ſciatur quòd Ieſus Chriſtus is ſit, quem Agnus paſchalis in veteri Teſtamento adumbrabat. Vſitatum enim eſt, ſignis & rebus ſignatis eaſdem appellationes tribuere, vt ex collatione vmbræ & veritatis pleniùs erudiamur. Sic petra quæ fuit vmbra Chriſti, tribuitur Chriſto, quia in eo completa eſt veritas, quæ adumbrata fuit per petram in deſerto. Sacrificiũ, quod erat tantùm figura futurę expiationis, dicebatur *ἱλασμὸς*, i. propitiatio, quæ appellatio à Paulo & Iohanne tribuitur Chriſto, qui ſolus verum propitiatorium Sacrificium obtulit. Atq; hanc regulam de communi appellatione vmbræ & veritatis accommodo ad ea quę ſunt veteris Teſtamenti, non autem ad res noui Teſtamenti, quia nos nõ vmbras, ſed imagines rerum habemus. Deinde cùm Iohannes Agnum Chriſtum appellat, ſignificat ipſum mactandum eſſe in victimam, atque ita finem omnium ſacrificiorum legalium vno verbo expreſsit Iohannes, videlicet quòd adumbrarent victimam Chriſti, quæ vna ſufficeret, & quia peracta ceſſare deberent Aaronica ſacrificia. Sic enim Epiſt. ad Heb. habet cap. 10. 11. *Omnis quidem Sacerdos præſtò adeſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ nunquam poſſunt auferre peccata: Hic autem vnam pro peccato offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet ad dexteram Dei, de cætero expectans donec ponantur inimici ſcabellum pedum eius. Vna enim oblatione conſummauit in perpetuum omnes ſanctificandos.*

His duabus cauſis quæ ſunt præcipuæ, cur Chriſtus dicatur Agnus, addi poteſt tertia ex cap. 53. 7. Eſaiæ: ibi enim ſic de Chriſto habemus: *Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe obmutuit.*

Porrò vt in genere ſaltem admoneamur de veteribus ſacrificiis & eorum vero vſu, ſciẽdum eſt, quòd ſint in illis ſpectanda duo, videlicet typus & ſymbolum. Typus fuit adumbratio victimę Chriſti ſemel peragẽdæ pro peccato. Hęc adumbratio ſine fide otioſum fuit ſpectaculũ, & alebat in offerẽtibus hypocriſin, & fiduciam operum, vt in Caino & in multis Iudæis. Sed quando accedebat fides non in victimam, ſed in Chriſtum adumbratũ victima (cuius ſolius ſanguine, & non victimarum, abluuntur peccata, iuxta illud Heb. 10. 4. *Impoſſibile eſt ſanguine taurorum aut hircorum auferri peccata.* Item verſ. 12. *Vna oblatione conſummauit,* ſcilicet Chriſtus Sacerdos, *in ſempiternum ſanctificandos*) placebat & perſona offerens, & opus ipſum. Perſona quidem, quia reconciliata Deo erat per fidem & iuſta Chriſti iuſtitia. Opus verò, propter perſonam fide placentem. Ideo ſcriptum eſt de Abel, Gen. 4. 4. *Reſpexit Dominus ad Abel & munera eius.* Symbolum, id eſt, ſignum externum, comparatione docẽs, duplex eſt: Vnum, videlicet reatus offerentis: Alterum, debiti officij offerentis. Nam quem-

A admodum ſanguis victimæ, reatum offerentis, & pœnam debitam propter reatum notabat, vt Epiſtola ad Heb. docet, cùm ait cap. 10. 3. *In ipſis,* (ſcilicet ſacrificiis veteribus) *commemoratio peccatorum per ſingulos annos fiebat:* ita eiuſdem occiſio ad aram, monet nos occiſionis veteris hominis & concupiſcentiarum eius, quæ peragitur in ara noſtra quæ eſt Chriſtus, vt reſurgat nouus homo ex fide Deo obedientiam præſtans, & ſe Deo ſiſtens tanquam victimam acceptam

B Deo per Ieſum Chriſtum, Rom. 12. 1.

Sacrificia vetera in hunc modum ex fide facta, ſeruata ſymbolica ſignificatione, pinguia, id eſt, grata Deo dicebantur. Contrà verò ſicca, id eſt, ingrata Deo erant, quæ fide & inuocatione deſtituebantur.

DE TERTIA.

Hic Agnus, *Agnus Dei* dicitur. Primùm, quia à Deo promiſſus & miſſus eſt. Huc pertinent om-

C nia vaticinia de promiſsione Meſsiæ, & teſtimonia de exhibito Meſsia. Secundò, dicitur Agnus Dei, propter puritatem & conformitatem quã cum Deo habet. Eſt enim purus ab omni macula, atque adeò ſegregatus à peccatoribus, quemadmodum Agnus ille Phaſe, purus eſſe debuit, & ſegregatus à reliquo grege. Nam ſi in eo fuiſſent maculæ, non fuiſſet idoneus qui pro propriis peccatis, nedum pro peccatis totius mũdi expiandis offerretur. Siquidem immun-

D dus immundos purgare nequit. Cùm ergo innocens eſt hic Agnus, & nihilominus offerri debuit, ſequitur eum non ſua, ſed noſtra cauſa, immolandum fuiſſe. De hac Agni Dei puritate & innocentia teſtatur Eſaias cap. 53. verſ. 9. hiſce verbis, *Iniquitatem,* inquit, *non fecit, nec fuit dolus in ore eius,* vt qui nec facto nec verbo vnquã vlla in re impegerit. Tertiò dicitur Agnus Dei, quia Deo placet, illique ante omnia acceptus eſt, idque propter innocentiam, puritatem & o-

E bedientiã. Ita tertia cauſa ſecundæ conſequens & neceſſarius effect⁹ eſt. Quartò, dicitur Agnus Dei, quia conſilio Dei vt Agnus puriſsimus immolandus erat, vt ipſius victima eſſet ſufficiens *λύτρον*, quo placaretur Pater, & nobis reconciliaretur. Tertiam & quartam cauſam coniungit Bernardus, cùm ait: *Quis peccatum meliùs tolleret quàm is in quem peccatum non cadit? Iſte ſine dubio me lauare poteſt, quem conſtat inquinatum non eſſe, hæc manus opertum luto detergat oculum, quæ ſola ſine pul-*

F *uere eſt.* Sed cur Iohannes potiùs confert Chriſtum agno, quàm aliis animalibus, quæ ſecundùm Legẽ mactabantur, & adumbrabant Chriſtum? Inter omnes figuras veteris Teſtamenti nulla conuenientior fuit quàm agni. Nam vt agnus ſine macula eligebatur & ſegregabatur ab aliis: ita Filius Dei tametſi homo eſt factus: tamen ab aliis omnibus hominibus ſegregatur, vt candidus & purus abſque omni peccato. Item vt agnus fuit iuge ſacrificium & principa-

G le, quod manè & veſperi offerebatur quotidie: ita Agnus hic Dei eſt, veluti iuge ſacrificium, cuius vis & efficacia perpetuò durat. Præterea vt per-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

vt peracto ſacrificio agni Phaſe in Ægypto liberati ſunt Iſraelitæ à ſeruitute Ægyptiaca: ita omnes homines credentes per mactationem huius Agni Dei ſemel factam liberantur à ſeruitute Diaboli.

DE QVARTA.

Cui rei deſtinetur victima Agni, quem monſtrauit Iohannes, aperit, cùm ait: *Qui tollit peccatum mundi.* quaſi dicat: Agnus ille Dei, ſcilicet immolandus per paſsionem & mortem ſuam, tollit peccatum mundi, id eſt, exonerat mundum peccato, quod in ſe transfert, vt illud merito ſuæ victimæ, id eſt, paſsionis & mortis aboleat. Hîc tria perpendenda ſunt, videlicet vmbra præcedens, veritas ſubſecuta, & efficacia perpetua.

Vmbra præceſsit in mactatione victimarum veteris populi. Nam Sacerdotes manuum impoſitione in agnum mactandum ſignificabant ſe peccata totius populi in victimam iniicere, quod tantùm vmbratile fuit.

Veritas autem eſt, quòd in hunc Agnum Dei IESVM Chriſtum Deum & hominem iniecta ſunt peccata totius mundi, vt ſolus reatum, iram, & maledictionem ſuſtineret. Nam etſi immunis fuit à culpa, reatum tamen reuera & pœnam in ſe recepit. Atque hoc eſt, quod vult Eſaias cap.53. verſ. 6. *Poſuit enim in eum noſtras omnium iniquitates*. Nam cûm nos iniquitates noſtræ, vt onera grauiſsima, premerent, & alienati à Deo properaremus ad inferos, Chriſtus tranſtulit in ſe noſtra ſcelera, & omnium iniquitatum noſtrarum colluuiem, quãtum quidem ad reatum & pœnã attinet, in ſe recepit, vt nos à peccato exoneratos in libertatem aſſereret. Et hoc eſt quod Iohannes ait, *tollens peccatum mundi*, quam ob cauſam Paulus vocat Chriſtum maledictum, ſeu execrationem, cùm ait Galat. cap. 3. verſ. 13. *Chriſtus nos redemit de execratione Legis, factus pro nobis execratio.* Huc etiam facit, quòd eundem peccatum nominet, 2. Corinth. cap. 5. v. 21. cûm ait: *Eum, qui non nouit peccatum, fecit peccatum pro nobis.* & ad Rom. cap. 8. ver. 3. *Nam quod impoſſibile erat Legi, quia imbecillis erat per carnẽ, hoc Deus proprio Filio miſſo, ſub ſpecie carnis, peccato obnoxiæ, præſtitit, ac pro peccatis damnauit peccatum in carne, vt iuſtitia Legis impleretur in nobis*. Tollit proinde Chriſtus peccatum, quando nos eo exonerat, & illud in ſe transfert, vt pœnam nobis, & non ſibi, debitã luat, vt expiato peccato, Chriſti iuſtitia donemur, qua iuſti apparemus in conſpectu Dei, idque ea iuſtitia perfectiſsima, quã Lex requirit, *Chriſtus enim finis Legis eſt in iuſtitiam omni credenti*, Rom. cap. 10. v. 4.

Tertiò obſeruãdum eſſe dixi efficaciam perpetuam victimę huius Agni: quę efficacia ſignificatur verbo præſenti *Tollit*. Verbũ enim præſens in narrationibus ſignificat continuum actum, vt ſuprà quoq; monuimus. Cùm ergo hîc dicit in præſenti *tollit*, ad omne tempus, & ad omnes ætates referenda eſt actus efficacia, non autẽ actus ipſe. Nam vt ſemel mortuus eſt Chriſtus ꝑ peccatis, & non ſæpius moritur: ita mors eius ad expianda omnium hominum omnium ætatum peccata efficax exiſtit. Sic quoq; Chryſoſtomus hunc locum interpretatur: *Non ait*, inquit, *qui tollet, aut qui tulit, ſed qui tollit peccatũ mundi, vt eius vis perpetuò duratura intelligatur.* Extendit proinde ſe efficacia paſsionis Domini, hoc eſt, victima huius Agni, ad vtrumque tempus, videlicet quod præceſsit victimam hanc, inde vſque ab exordio mundi, & quod ſequutum eſt poſtea, ſequeturque vſque ad extremum diem.

Verùm hîc Papiſtæ ſe nobis opponunt, fingentes, neſcio quem, limbum, in quo ſeruatas animas iuſtorum dicunt, vſque ad peractam victimam Chriſti in ara crucis, ac tum primùm è tenebris, & è carcere eductas, quando Dominus deſcendit ad inferos, & reſurrexit à mortuis. Videntur autem niti ſolido fundamento, cùm ſic ratiocinantur: Impoſsibile eſt, effectum priorem eſſe ſua cauſa. Liberatio animarum ab inferno eſt effectus paſsionis Domini. Proinde cùm paſsio Domini, quæ eſt cauſa redemptionis animarum, exactis quatuor millibus annorum contigit, ſequitur animas hominum, qui ante illud tempus obierũt, in tenebris & in carcere fuiſſe vſque ad peractam victimam huius Agni Redemptoris.

Ad hoc argumentum Papiſtarum ſic reſpondendum eſt, longè aliter iudicandum eſſe de actionibus diuinis, quã humanis. Etſi enim deſtinato diuinitùs tempore paſſus eſt Chriſtus: tamen propter deſtinationem diuinam efficax fuit etiã in ſuperioribꝰ ætatibus ante Chriſtum exhibitum: Id quod ſignificat Iohannes Apocalypſ. cap. 13. verſ. 8. *Agnus occiſus eſt ab origine mundi*, quo dicto abſque omni dubio indicat Iohannes, Agni merito, qui deſtinatione Patris iam à mundo condito occiſus eſt, omnes credentes ſaluatos eſſe. *Abraham* (ait Dominus) *vidit diem meum, & gauiſus eſt.* Idem Abraham Lucæ capite 16. verſ. 25. ait: *Fili recordare, quòd receperis bona tua in vita tua: Lazarus ſimiliter mala. nunc verò hic ſolatio fruitur, tu verò cruciaris.* Item ad Hebr. cap. 13. verſ. 8. *Chriſtus hodie & heri vſque in ſecula*, qui de ouibus ſuis ſic teſtatus eſt, Iohan. cap. 10. ver. 28. *Non rapiet eas quiſquam de manu mea.* Conſtanter igitur tenendum eſt, quòd animæ Sanctorum omnibus ætatibus virtute victimæ Chriſti ſeruatæ ſint, quam, vt nos, fide apprehenderunt.

Porrò quantum ad tempus, quod ſequitur paſsionem Chriſti vſque ad conſummationem ſeculi, Papiſtæ ſimiliter tenebras offundunt, qui vt fingunt ſe eſſe ſucceſſores Chriſti, qui offerant pro viuis & mortuis: ita alios mediatores, videlicet Sanctos demortuos Eccleſię Chriſti obtrudunt, quorum vanitas & ſacrilegium totius Scripturæ conſenſu euertitur. Clariſsimè enim Epiſtola ad Hebræos ait cap. 10. ver. 12. *Vna oblatione conſummauit Chriſtus, Sacerdos, in perpetuum ſanctificandos*, & negat ipſius ſacerdotium transferri in alios. Et quid clarius eſt hiſce verbis Iohannis, 1. Ioh. 2. 1. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrẽ, IESVM Chriſtum iuſtũ, et ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris tantũ,*

A *ſed pro totius mundi.* Inſigni proinde contumelia afficiunt Filium Dei, qui vel alios mediatores quàm Chriſtum excogitant: vel alia ſacrificia, quàm vnicum IESV Chriſti prædicant. Vt enim is ſolus vna victima ſatisfecit pro peccatis: ita ſolus manet æternus Sacerdos, ſemper interpellans pro nobis.

Eſt quoque obſeruandum hoc loco, quôd Iohannes hîc ponat nomen ſingularis numeri, *Peccatum*, vt totum corpus peccati, ſeu totam molem peccati Chriſto impoſitam fuiſſe oſten- B dat, ne quis cum Papiſtis quibuſdam exiſtimet, Chriſtum tantùm originale peccatum abluere, nos autem pœnitentia & lachrymis, ieiuniis & eleemoſynis debere alia peccata, videlicet actualia, abſtergere, quod vel cogitare contumelioſum eſt in Filium Dei, cui ſoli hæc gloria debetur, q ſit ἱλασμὸς pro peccatis totius mundi.

Porrò hoc Iohannis teſtimonium de Chriſto, *Agnus Dei tollit peccatum mundi*, ſit nobis loco principij immoti & indubitati, quo ſtante, C corruunt omnia humana merita, omnia ſacrificia, omnia opera, omnes fictæ expiationes, quibus tribuitur vis abolendi peccata & reconciliandi nos cum Deo. Nam ſoli Agno Dei gloria tollendi peccatum, atque adeò ſaluandi tribuenda eſt.

DE QVINTA.

Quôd hanc quintam quæſtionem, de iis, pro quibus victima Chriſti peracta eſt, mouerim, duas habeo cauſas, quas Emphaſis vocabuli D *Mundi* nobis commendat, quarum prima eſt, vt hoſtes gratiæ vniuerſalis refellam. Altera, vt conſternatis & deſperantibus propter peccatorum ſuorum enormitatem, ſolatium efficax proponam.

Hoſtes vniuerſalis gratiæ fabricant tabulas Parcarum, in quibus exarata finguntur nominatim, & ſaluandorum & damnandorum nomina, adeò vt neceſſe ſit hos damnari, & illos ſaluari, vel abſque conditione fidei. Verùm cùm E Iohannes hîc dicit, *Qui tollit peccatum mundi*, prædicat vniuerſalem gratiam. Mundi enim vocabulo intelligit omnes homines, qui in mundo ſunt, quemadmodum & Iohannes 1.Iohan.2.2. cùm ait: *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantùm, ſed pro totius mundi.* Item ipſe Dominus Marci 16. v. 15. ait: *Ite in mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ.* Et Iohan.3.16. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eũ, non pereat,* F *ſed habeat vitam æternam.* Item Paulus 1.Tim.2.4. *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Et Petrus 2.Pet 3.9. *Longanimis eſt Deus, non volens vllos perire, ſed omnes ad pœnitentiam recipere.* Quòd autem ſalus promiſſa requirat conditionem fidei, teſtatur totius Scripturæ cõſenſus. *Hæc*, inquit Iohan.20.31. *ſcripta ſunt, vt credatis, quòd IESVS ſit CHRISTVS ille Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in ipſo.* Et Dominus ipſe Marci 16.16. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, hic ſaluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur.* Hanc vniuerſalem gratiam confir-

mat mandatum Dei vniuerſale, quo iubetur, vt omnes audiant, & credant Euangelio: promiſſio vniuerſalis, *Venite ad me omnes*: teſtimonium gratiæ vniuerſale, videlicet Baptiſmus. Mandat enim Chriſtus omnes gentes baptizari: & λύτρον vniuerſale, quod, vt hîc Iohannes loquitur, *tollit peccatum mundi*: Et ipſe veritas ait Matth.18.11. *Venit Filius hominis ſaluare quod perierat.* His rationibus muniamus animos noſtros, contra Stoica deliramenta de Prædeſtinatione, quam per- B peram à modo auellunt, & nudam proponunt contra Scripturam, quę non aliam prædeſtinationem nouit, quàm eam, quæ nobis à Paulo commendatur ad Epheſ.1. qui ſtatuit omnes audientes Euangelium, & credentes in Chriſtum ante mundi conditionem electos & ordinatos eſſe ad vitam æternam. Qui ergo credit, ſaluabitur, qui verò non crediderit, damnabitur, idq́; ſua culpa, vt qui porrectam Dei manum dexteram, videlicet IESVM Chriſtum, noluerit ap- C prehendere, vt reſurgeret. Tollit ergo Iohannes hoc vocabulo *Mundi*, non ſolùm prærogatiuam Iudæorum, qui putabant Chriſtum ſibi ſolis deſtinatum fuiſſe: verumetiam particularitatem Stoicam euertit. Vtrumque errorem refutat Paulus copioſè in Epiſtola ad Romanos cap.9.10.& 11.

Deinde altera cauſa cogitanda eſt, videlicet quòd Iohãnes Mundi potiùs, quàm Hominum vocabulo vſus ſit, vt efficax ſolatium proponat D omnibus afflictis conſcientiis, & conſternatis propter peccatorum ſuorũ enormitatem. Nam cùm dicit, Chriſtum tollere peccatum mundi, ſignificat victimam Chriſti longè efficaciorem eſſe ad ſaluandum, quàm peccata totius mundi ad perdendum. *Gratia enim*, vt Paulus ait, *abundat ſupra peccatum.* Roman.cap.5.verſ.20. Quare omnium peccatorum grauiſsimum eſt, ſtatuere contra hoc teſtimonium Spiritus Sancti, peccatum vllum maius eſſe, quàm vt veniam con- E ſequatur verè pœnitens. Tale fuit peccatum Cain, qui victus conſcientia ſcelerum, deſperabundus dixit, Geneſ.cap.4.verſ.13. *Maior eſt iniquitas mea, quàm propitiatio.* At huic rectè Auguſtinus reſpondet: *Mentiris Cain, maior eſt enim Miſericordia Dei, quàm omnium peccatorũ miſeria.* Arguit proinde Deum mendacij, quicunque deſperat de venia ob peccatorum ſuorum molem & magnitudinem, contemnit iuſiurandum Dei, qui iureiurando confirmat, ſe nolle mortem pecca- F toris, ſed vt conuertatur, & viuat. Siquidem Deus cùm tuum peccatum intuetur, ſimul cogitat infinitum precium pro eo ſolutum eſſe, paſsionẽ Dominicam. Vnde illa vox conſcientiæ exultantis in Bernardo: *De remiſsione peccatorum validiſsimum teneo argumentum Dominicam paſſionem. Vox ſiquidem eius inualuit multò plus q̃ vox ſanguinis Abel, clamans in cordibus electorum remiſſionem omnium peccatorum. Traditus eſt enim propter peccata noſtra, nec dubium eſt, quin potentior & effica-* G *cior ſit mors illius in bonum, quàm peccata noſtra in malum.* *Peccaui*, inquit Manaſſes, *ſupra arenam maris, ſed tu Domine indignũ ſaluabis me ſecundùm magnam miſericor-*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

miſericordiam tuam. Populus Iſraeliticus acriter reprehenſus à Propheta, tandem in hác vocem prorupit deſperabundus, Ezechiel. cap. 33. v. 10. *Iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus, quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos, dicit DOMINVS Dominator: Viuo ego, nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini, conuertimini à viis veſtris peſsimis, quare moriemini domus Iſrael?* Quicunque ergo affligitur conſcientia ſcelerum, & cum deſperatione luctatur, recolat magnitudinem miſericordiæ Dei, excedentis omnia opera Dei: cogitet voluntatem Dei eſſe, non velle mortem peccatoris, ſed conuerſionem & vitam: intueatur λύτρον perſolutum à Chriſto, quod longè maius eſt colluuie omnium peccatorum totius mundi: Conſideret exempla conuerſorum poſt horrẽdiſsima peccata, vt Latronis, Manaſsis, ac aliorum plurimorum: caueat ne peccatorum ſuorum magnitudini addat deſperationẽ, qua negatur veritas Dei, quo ſanè peccato nullum grauius eſſe poterit: atque ita fide Chriſti ſe erigat, ac ſerio corde propter Chriſtum petat veniam, nec ceſſet, priuſquam in corde ſuo ſenſerit per Spiritum Sanctum ſibi reſponſum dari: quod abſque omni dubio fiet, modò propoſitum peccandi ſeriò abiecerit. Cùm hoc pacto firmatus eſt animus, rectè petitur confirmatio per vocem Miniſtrorum Euangelij, & vſum dominicæ Cœnæ. Verùm qui petit veniam, & nihilominus retinet propoſitum peccandi, damnatus hypocrita eſt, qui putat Deum ſibi ſimilem eſſe, vt qui moueatur & delectetur, aut etiam decipiatur hypocriſi. Huic, donec talis fuerit, & abſolutio per miniſterium Eccleſiæ, & vſus ſacroſanctæ Cœnæ dominicæ cedit in maius iudicium.

DE SEXTA.

Quomodo meriti mactati Agni reddamur participes, Epiſtola ad Hebræos cap. 3. verſ. 14. explicat, cùm ait: *Participes Chriſti effecti ſumus, ſi modò initium fiduciæ eius vſque ad finem firmum teneamus*. Híc duo fidei tribuũtur, videlicet quòd & apprehendat Chriſtum, & eundem retineat, quâ amiſsâ, amittitur Chriſtus ipſe. Proinde conditio fidei, quæ hîc exprimitur, tenenda eſt, ſine qua fide vt nemo placet Deo: ita nemo beneficiorum Chriſti particeps fieri poteſt. Loquor autem de adultis. Infantibus enim Chriſtianorum ſingulare eſt priuilegium, quemadmodum conſtat ex fœdere inito inter Deum & Abrahami ſemen, Geneſ. cap. 17. verſ. 7. Rom. cap. 9. verſ. 8. Galat. cap. 4. verſ. 28. 1. Corinth. capite 7. verſ. 14. Cùm ergo per fidem dicit nos fieri participes Chriſti, & fides ex verbo pendet, & confirmatur ſacramẽtis, hæc tria coniungenda ſunt, videlicet verbum, fides & ſacramẽta, vt inſtrumenta diuinitùs ordinata. Horum ordo eſt, quòd verbum præcedat, verbum fides mox excipiat, fidei firmandæ ſacramentum accedat, vt ſignaculum Dei.

Horrendus furor eſt Papiſtarum, qui putant verba hæc, *Agnus Dei tollit peccata mundi*, ſuſpenſa ad collum ſalutaria & efficacia eſſe, vel ad ſanitatem conſeruandam, vel ad Diabolos abigendos, quo errore infirmi & ſimpliciores tanquam laqueo capti, à vero & ſalutari vſu Euangelij abducuntur. Horum ſuperſtitionẽ Chryſoſtomus refutat hiſce verbis: *Quidam aliquam partem Euangelij ſcriptam circa collum portãt. Sed nónne quotidie Euangelium legitur & auditur ab omnibus? Cui ergo in auribus poſita Euangelia nihil proſunt, quomodo poſſunt eum circa collum ſuſpenſa ſaluare? Deinde, vbi eſt virtus Euangelij? In figuris literarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis, at ſi in intellectu, in corde poſita proſunt, & non circa collum ſuſpenſa.* Hæc Chryſoſtomus, ex cuius ſententia ſequitur, quòd omnis applicatio verborum Euangelij, ſeu alterius ſcripturæ, præter eam, quæ fit per lectionem, prædicationem, meditationem, ſit eius abuſus ſuperſtitioſus, & contra ordinationem verbi diuini, atque ideò omnibus piis meritò fugiendus eſt huiuſmodi abuſus. Eſt ſiquidem hic verus verborum diuinorum vſus, vt cùm prædicãtur, feriant aures, per auditum tranſmittantur ad mentem (quæ tanquam luce allata verbis Euangelij illuminatur) memoria teneantur, voluntate approbentur, viua fide excipiantur, ac totum hominem ad obedientiam præſtandam Deo informent. Atque ita veluti fax prætenſa, ducant hominem ab his miſeriis ad ſempiternam beatitudinem. Hæc omnia complectitur Paulus duabus vocibus, videlicet *cognitione & ſenſu*, ad Philippen. cap. 1. verſ. 9. qui ſenſus eſt viuus motus Spiritus Sancti in corde ex aduerſo reſpondens cognitioni. Cùm igitur huic cognitioni & ſenſui ſolummodò deſtinatum ſit Euãgelium, perperam eo abutuntur, qui ad quaſcunque ſuperſtitiones illud transferunt. Hæc adiicere volui, vt refellerem errorem eorum, qui ſuperſtitioſè hæc verba, *Agnus Dei tollit peccatum mundi*, inſculpta auro aut argento, aut ſcripta quouis modo ad collum ſuſpendunt.

Secundum locum in accommodatione, ſeu applicatione victimæ huius Agni occupat fides. Nam vt Euangelium offert hunc theſaurum, videlicet meritum paſsionis & mortis Chriſti: ita fides in corde hominis per Spiritum Sanctum formata, tanquam manus apprehendit totum Chriſtum cum omnibus ſuis beneficiis & promiſsionibus. Fides autem hæc non eſt nuda hiſtoriꝫ cognitio, qualis eſt in Diabolis, & poteſt eſſe in impiis hominibus & hypocritis, ſed eſt cum notitia hiſtoriæ viua cordis fiducia, qua ſtatuitur, quòd Chriſtus verè nobis talis eſſe velit, qualis prædicatur in Euangelio, atque hoc eſt credere in nomen Chriſti, id eſt, in Chriſtum, qualem illum prædicat Euangelium, videlicet, natũ nobis à Deo ſapientiam, iuſtitiam, ſanctificationem, & redemptionem, quę omnia beneficia ſunt Mediatoris. Hęc fides perpetuá luctam cum ratione habet. Nam ambæ, hoc eſt, fides & ratio, in hoc totis viribus incumbunt, vt altera alteri oculũ eruat. Habet enim vtraque ſuum oculum: Fides quidem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſpiritualem & diuinum, atque adeò caſtiſsimum. Ratio verò carnalem & mundanum, quo tametſi ſe acutum cernere putat: tamen reuera cæca eſt in rebus ſpiritualibus. Huius luctæ fidei, & rationis, & victoriæ fidei pulcherrimum exemplum videre eſt in Abrahamo Geneſ. 22. & Rom. 4.18.

Præterea hæc fides ſi germana fuerit, eſt veluti fœcundiſsima mater plurimarũ virtutum, quas ex Spiritu Sancto conceptas parit. Nam poſtquam Chriſtum apprehendit, Deum vero cultu colit, proximum diligit, tolerat aduerſa, ſperat meliora, retinet hominem in officio, ne fractus cruce aut ſcandalis, nêve ineſcatus voluptatibus, diuitiis, honoribus, potentia mundi confeſsionem abiiciat. Sunt ergo hæ germanæ virtutes veluti proles fidei pulcherrimę, pietas, timor, dilectio Dei & proximi, ſpes, tolerantia, humilitas. Etſi autem has & ſimiles virtutes ſecum fides ſemper habet: tamen ſola vt ſponſa ſponſum Chriſtum amplectitur, non freta prolibus aut comitibus virtutibus, ſed ſolo ſponſo IESV Chriſto, hunc amat, hunc complectitur, hunc ſolum ſine meritis ſuis Saluatorem veneratur. Hic ſponſus Chriſtus fidelem animam pulcherrimis ornat ornamentis, videlicet gratiâ & dono Spiritus. Gratiâ quidem, quâ eam induit vt ſponſam tunica nuptiali: hæc gratia eſt iuſtitia & perfecta Legis impletio, quá Chriſtus fideli animæ imputat, vt iuſta ſit coram Deo, & appareat pulcherrima corã Patre ſponſi, & eius Angelis. Nam poſtquam eam exuit maculoſa tunica carnis, expiando & delendo peccatum, ipſam induit noua tunica, imputando illi ſuam iuſtitiam, qua ornata prodit in conſpectum Dei & Angelorum eius. Eſaiæ 62. v. 5. *Sicuti gaudet ſponſus propter ſponſam ſuam, ſic gaudebit ſuper te Deus tuus.* Hinc illa fidelis animæ apud eundem Eſaiam 61. v. 10. exultatio: *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* Dono verò Spiritus, quo & illam fœcundam facit ad edẽdos fructus iuſtitiæ ſuauiſsimos, quos ſuprà enumeraui, & quales Paulus enumerat ad Galatas 5.22. & eam armat aduerſus carnem inimicam, quæ perpetuò illi aduerſatur, vt hoſtis ἄσπονδος, aduerſus mundum, qui ſuis illecebris & variis technis conatur eam ſpoliare veſte, qua ornata eſt à ſuo ſponſo: & aduerſus Sathanam, qui inuidet ei amplexum ſponſi dulciſsimi IESV Chriſti.

Tertium locum in accommodatione victimæ huius Agni Dei tribui ſacramento. Nam vt verbum offert, & fides quod offertur, accipit: ita Deus ſacramento teſtatur de exhibita gratia, atque eam obſignat. Abraham credidit, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam, in cuius rei teſtificationem & obſignationem mandata fuit Abrahamo circumciſio, quâ non eſt iuſtificatus, ſed iuſtitia illi per eam obſignata eſt: Ita enim Paulus ait ad Romanos cap. 4. verſ. 11. *Signum accepit circumciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei.* hoc eſt,

A Circumciſio fuit teſtimonium Dei, quòd Abraham fide ſit iuſtificatus. Circumciſioni ſucceſſit Baptiſmus diuinitùs nobis mandatus. Ita enim ſcriptũ eſt de Baptiſta, Marci cap. 1. verſ. 4. *Docebat Baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum.* hoc eſt, docebat quòd Baptiſmus ſit ſignaculum Dei, quo Deus teſtatur & obſignat peccata remitti iis, qui agunt pœnitentiam, hoc eſt, qui conuertuntur. Fit autem conuerſio hęc per fidem in IESVM Chriſtum. Hoc qui rectè

B perpenderit, intelliget non præciſè requiri ſacramentum Baptiſmi ad ſalutem. Etſi autem Baptiſmus ordinarium inſtrumentum eſt regenerationis: tamen Deus interdum ſine hoc inſtrumento inuiſibiliter efficax eſt, vt ſit conſtans ipſius promiſsio, Geneſis cap. 17. verſ. 7. *Ego ſum Deus tuus, & ſeminis tui poſt te in ſempiternum.* cuius promiſsionis hæredes ſumus nos, qui in Chriſtum credimus. *Tum igitur*, vt Auguſtinus ait, *impletur inuiſibiliter, cùm myſterium*

C *Baptiſmi non contemptus religionis, ſed articulus neceſsitatis excludit.* Nam *ſola fides*, vt quidam ex Orthodoxis Patribus rectè ait, *ſaluat non inuenientem à quo baptizetur. Occaſionem ſiquidem ſalutis, non perditionis, exquirens Chriſtus, ſacramenta inſtituit, nec in eis conſtituit ſic ſalutem, vt ſibi etiam ſine eis ſaluandi ademerit facultatem. Nota*, inquit Bernardus, *quòd Saluator, cùm diceret: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, cautè & vigilanter non repetierit, qui verò non baptizatus fuerit, ſed tantùm, qui*

D *verò non crediderit, condemnabitur, innuens ſolam fidem interdum ſufficere ad ſalutem, & ſine ipſa ſufficere nihil.* Qui autem ex dicto Chriſti Iohan. cap. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non introibit in Regnum cœlorũ* colligũt infantes Chriſtianorum, qui ſubitò moriũtur ſine baptiſmo, damnari, falluntur. Nam mox poſt hæc verba, quæ adduximus, ſequitur immediatè: *Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt.* Hîc non repetit Dominus, ex a-

E qua & ſpiritu, ſed ex ſpiritu ſolummodò, ſignificans ſpiritualem renaſcentiam aliquando fieri ſine externo ſymbolo. Quare Bernardus rectè affirmat ſpiritualem renaſcentiam aliâs peragi virtualiter tantùm, vt in ſemine Abrahæ, quod non externum ſacramentum morte præuentum acceperit: aliâs virtualiter & actualiter ſimul, vt cùm externum accedit ſacramentum. Vt ergo Iohannes Baptiſta ab vtero matris à Spiritu Sancto fuit afflatus, & ſanctifica-

F tus: ita Chriſtianorum infantes, etſi naturâ peccatores ſunt, quemadmodum Iohannes fuit: tamen ex gratia propter promiſsionem capaces ſunt Spiritus Sancti, quo regenerantur, & fiunt hæredes promiſsionis, id eſt, vitæ æternæ. Nam motus qui excitatur in infantibus per Spiritum Sanctum, qui loco fidei eſt, & fides aliqua ratione dici poteſt, ſufficit eis in ſalutem, præſertim cùm articulus neceſsitatis excludit Baptiſmum. Hęc de Baptiſmo admonere libuit, vt

G ſciamus aliquando ſola fide per Spiritum Sanctum applicari meritum victimæ Chriſti, & ſacramentum requiri vt teſtificationem & obſignationem

gnationem eius, quod intus fit p Spiritum Sanctum. Solus enim Spiritus Sanctus eſt, qui regenerat: Baptiſmus autem lauacrum regenerationis ideò dicitur, quia eſt externa teſtificatio & obſignatio renaſcentiæ ſpiritualis, quę fit per Spiritum Sanctum.

Applicatur etiam meritũ Agni tollentis peccata mundi per ſacratiſsimâ Domini Cœnam, quę eſt ſacramentum corporis & ſanguinis Domini, ab ipſo Domino inſtitutum in ſui recordationem. Sciendum eſt autem, quòd pręter illum cœleſtem modũ, quo Chriſtus totus, Deus & homo, ſedet ad dextram maieſtatis in excelſis, corpus eius & ſanguis tripliciter conſiderari debeat. Primùm enim corpus & ſanguis Domini tanquam victima & ſacrificium conſiderentur, idque ſolùm in arca crucis, in qua ſemel ante annos 1553. completos Chriſtus ſeipſum obtulit, vt ſatisfaceret iuſtitiæ diuinæ, placaret iram Dei, expiaret totius mundi peccatum: vna ſiquidẽ oblatione conſummauit in perpetuum ſanctificandos. Hoc corporis & ſanguinis Chriſti ſacrificium ſemel quidem peractum, nos vt recens ſemper intueamur, quia eius vis omnibus ſeculis eadem durat in ſalutẽ omnium eorum, qui credunt.

At Papiſtæ, qui iactant ſe offerre corpus & ſanguinẽ Chriſti in Miſſa pro viuis & mortuis, arguũt Spiritum Sanctum mendacij, qui dicit, vna oblatione Chriſti ſanctificandos conſummari: & Chriſtum contumelia horrenda afficiunt, qui ſolus eſt Sacerdos ille magnus, qui ſe ſemel obtulit in ſacrificium in perpetuum efficax. Ita enim Petrus ait 1. Pet. 3. 18. *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt.*

Secundò conſideratur corpus Chriſti vt indumentum, & ſanguis eius vt ablutio, ſeu purgatio, idq; in Baptiſmo. Vnde Galat. 3. 17. *Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Item: *Chriſtus nos lauit à peccatis ſanguine ſuo*, Apocal. 1. 5. Et Petrus affirmat nos ſanctificari per aſperſionẽ ſanguinis Chriſti, 1. Pet. 1. 2. Hæc ablutio, ſiue purgatio & aſperſio ſignificatur ſymbolo aquæ Baptiſmi. Nam ſemper iuxta ordinationem Chriſti, & ſymbolum externum, & res inuiſibilis, videlicet aſperſio ſanguinis Chriſti, coniunguntur in Baptiſmo. Quare huius corporis & ſanguinis Dñi iure reus peragitur Iudæus, quando ſimulata religione Chriſtiana, lucri gratiâ Baptiſmum accipit, quod ſanè fieri nõ poteſt ſine cõtumelia Chriſti, & contemptu Baptiſmi, quẽ Chriſtus inſtituit, vt eſſet efficax ſymbolũ communicationis ſui corporis, & aſperſionis ſanguinis ſui in peccatorum remiſsionem.

Tertiò conſiderátur corpus & ſanguis Chriſti tanquam cibus & potus, idq; in ſacra Cœna, in qua iuxta inſtitutionẽ Chriſti veraciter diſtribuitur corpus & ſanguis Domini. Nã in Cœna dominica tria ſunt, videlicet veritas panis & vini, quę ſunt externa ſymbola propter cõparationem adhibita: veritas corporis & ſanguinis Domini iuxta clariſsimam promiſsionem Chriſti: & veritas gratiæ ſpiritualis. Ad veritatẽ panis & vini ſenſus pertingit humanus. Hîc fingere, tranſmutari elementa, id eſt, panẽ & vinum, & remanere ſpeciẽ panis & vini, id eſt, accidentia incurrentia in oculos, cõtra Scripturam eſt, & rationem ſacramentorum euertit.

Ad veritatem corporis & ſanguinis Domini in Cœna præſentium contemplandã ſola fides aſſurgit. Hæc enim vt à Chriſto didicit, præſentiã eſſe ſpiritualẽ: ita à Paulo, eſſe κοινωνίαν, qua, mediante Spiritu Chriſti, efficimur credentes, κοινωνοὶ corporis & ſanguinis Domini.

Ad veritatẽ ſpiritualis gratiæ percipiendam fidelis anima ſola aſpirat, & hoc dulciſsimo fœdere mirificè afficitur, delectatur, accenditur, confirmatur. Etſi autem homo non quærit gratiam à ſacramentis, quaſi ab eis: tamen per illa quærit gratiã à Deo, vt Magiſter Sententiarum rectiſsimè dicit.

Fit ergo applicatio victimæ Agni per Cœnam dominicam, quia dominica Cœna eſt teſtimonium diuinũ, quòd Filius Dei humanam naturam aſſumpſerit, & in ea factus ſit victima expiatoria peccatorum mundi, id eſt, omnium credentium in mundo. Cuius rei teſtificatio & obſignatio eſt ſumptio ſacræ Cœnæ. Ideò Paulus ait 1. Cor. 11. 25. *Hic calix eſt nouum teſtamentum in meo ſanguine.* Et Dominus apud Matth. 26. 28. *Hic eſt ſanguis meus, qui eſt noui teſtamẽti.* Eſt proin de Cœna dominica, teſtificatio & obſignatio, qua Chriſtus teſtatur & obſignat ſe remittere peccata, iuxta noui huius pacti conditionem, omnibus iis, qui ſe agnoſcũt Agnum tollentem peccatũ mundi, & in ſe viua fiducia ręcumbũt. Plura de applicatione annotauimus in Pſal. 84.

Hactenus enarraui, qua potui perſpicuitate, dictum Iohannis de Chriſto: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatũ mundi.* iam, vt promiſi, ſummam doctrinæ de beneficiis redemptionis factæ p Chriſtum proponam, cùm quia hoc tempore anni pij potiſsimùm occupantur in meditatione huius mirãdi operis, tum quia nihil piis mentibus dulcius eſſe poteſt, quàm rectè intelligere, & aſſiduè meditari redemptionis beneficium, ſine quo vt extremè miſeri ſumus: ita per illud æternùm beati efficimur. Vt autem certa methodo procedam, tres locos conſtituam, qui ſunt:

Primus, definitio duplex paſsionis Domini, quæ eſt opus redemptionis noſtri.

Secundus, ἀνάλυσις definitionis in certas & definitas circumſtantias.

Tertius, ſalutaris meditatio paſsionis Dominicæ.

DE PRIMO.

Duas definitiones recenſebo, quarum poſterior declarabit priorem. Chriſtus ipſe Iohan. 17. ſua voce, iam iam paſſurus, quale opus ſit ſua paſsio, explicat, cùm ait Iohan. 17. 19. *Pro iis ſanctifico me ipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate.* Sanctifico, id eſt, ſegregatus à peccatoribus puritate vera, & coniunctus Deo perfecto amore & obediẽtia, offero meipſum Patri in ara crucis per Spiritum æternum, in hoſtiam placatoriam, vt merito meæ victimę homines in me cre

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dentes ſeparentur à prophanitate mundi, iun- A
gantur Deo per viuam fidem, & ita offerantur
in hoſtiam ſanctam, vt ſint verè ſanctificati in
æternum. Præſenti tempore *Sanctifico* vtitur ad
ſignificandum perpetuò duraturam efficaciam
victimæ ſuæ: nam eius vis extendit ſe ad omnia
tempora, etſi definito tempore peracta eſt ho-
ſtia. Loquitur igitur hîc Chriſtus de ſua paſsio-
ne, quã definit eſſe ſanctificationem, id eſt, ob-
lationem ſanctam ſui ipſius pro Diſcipulis, id
eſt, omnibus credituris, vt ipſi ſint merito paſ- B
ſionis ipſius ſanctificati, id eſt, tanquam hoſtia
ſancta oblata Deo: ita nos Chriſtus in ſua per-
ſona quodammodo obtulit Patri, vt & ipſius
merito accepti ſimus & iuſti, & ipſius Spiritu re
nouemur in verã ſanctitatem. Quid potuit bre-
uius & abſolutius dici de opere redemptionis,
quod eſt paſsio Dominica? Hanc proinde defi-
nitionem paſsionis Dominicæ alta mente te-
neamus, videlicet quòd ſit ſancta oblatio, qua
Filius Dei ſeipſum Patri obtulit pro homini- C
bus ſanctificandis. Neque eſt quòd quiſquã mi-
retur, nos paſsionem Domini actionem & opus
dicere. Oblatus eſt enim Dominus, quia voluit.
Prompta itaque voluntas fecit, vt paſsio Domi-
ni ſit actio omnium maxima, & opus maximè
arduum. *Nequaquã*, ait Chryſoſtomus, *errauerit,
qui paſsionem Domini actionem eſſe dicat: Nam dum pa
titur, deſtruit mortem, quod ſanè magnum & admira-
bile opus exiſtit.* Nunc alteram definitionem, ſeu
deſcriptionẽ collectã ex Epiſt. ad Heb. 9. 12. &c. D
adiiciamus: *Paſsio Domini noſtri IESV Chriſti eſt
ſacrificium propitiatoriũ, in quo Filius Dei æternus, ho-
mo factus, & æternus Sacerdos à Patre conſtitutus, ſei-
pſum (obediendo Patri vſq; ad mortem crucis) per æter
num Spiritũ obtulit æterno Patri in ara crucis, maledi-
ctionem Legis verè ſuſtinens, vt iſta ſua vna & perfe-
ctiſsima oblatione ſatisfaceret iuſtitiæ Dei pro culpa &
pœna humani generis, placaret iram Dei iuſtiſsimã, &
mereretur hac vnica victima omnibus, qui in ipſum cre-
diderũt, inde vſq; à creatione mundi, & q credunt, & q E
crediturí ſunt vſq; ad finẽ mundi, æternã ſanctificatio-
nem, hoc eſt, gratiam, benedictionẽ, liberationẽ à male-
dictione Legis, vitam & ſalutem æternam, vt & in hoc
mundo Deum prædicent, & in omni æternitate confor-
mes Chriſto, eundem perpetuis hymnis celebrent.* Hæc
definitio, ſiue deſcriptio paſsionis Dominicæ
collecta, vt diximus, ex Epiſtola ad Hebræos,
conſtat circumſtantiis præcipuis, quæ concur-
runt in hoc admirando opere redemptionis no
ſtri, quemadmodum iam in analyſi videbimus. F

DE ANALYSI.

Duodecim ſunt circumſtantiæ in hac defini-
tione ordine perpendendæ:

1. Sacrificium propitiatorium.
2. Sacerdos quis ſit, & à quo ſit conſtitutus.
3. Quid obtulerit.
4. Quomodo obtulerit.
5. Qua virtute obtulerit.
6. Cui obtulerit.
7. Vbi obtulerit. G
8. Quantum onus in ſe receperit.
9. Cur obtulerit.
10. Pro quibus obtulerit.
11. Fructus oblationis.
12. Quid viciſsim debeát, qui percipiunt fru-
ctum huius oblationis.

Has duodecim circumſtantias eo, quo propo
ſitæ ſunt, ordine examinemus. Nulla enim erit,
quæ non ſingularem doctrinam, vberrimã con
ſolationem, efficacem admonitionem piis men
tibus ſit allatura.

PRIMA.

Paſsio Domini noſtri dicitur ſacrificiũ pro-
pitiatorium, idque à proprio ſuo officio, ſeu effe
ctu incõmunicabili vllis creaturis. Solus enim
Chriſtus ſuo ſacrificio propitium nobis Deum
reddit, vt qui perfectè ſatisfaciat iuſtitię diuinę,
placet iram Dei, aboleat peccatum & mortem.
Propitiatoria legalia propter ſolam ſignifica-
tionem hoc nomẽ habuerunt: Chriſti verò vni-
cum ſacrificium peractum ſemel in ara crucis,
nõ ſignificatiuè, ſed effectiuè propitiat Deum:
hoc eſt planè idem, quod Iohãnes ſuprà ait: *Ecce
Agnus Dei tollit peccatum mundi.* Item: *Lex per Mo-
ſen, gratia & veritas per IESVM Chriſtum.* Item
Iohannes in Epiſtola, 1. Ioh. 2. 2. *Ipſe eſt propitiatio
pro peccatis noſtris.* Hîc ergo manifeſtè refutantur
errores omnium hominum, qui aliunde, quàm
per ſacrificium Chriſti, quærunt reconciliatio-
nem cum Deo. Nam aliis rebus tribuere hunc
honorem, quàm ſoli Chriſto, eſt Chriſtum igno
minia afficere, atq; eius pretioſum ſanguinem
pedibus conculcare.

SECVNDA.

Sacerdos offerẽs eſt ipſe Filius Dei æternus,
homo factus, idq; iuxta decretum Patris iure-
iurando ſancitum. Pſal. 110. 4. *Iurauit Dominus, &
non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundùm
ordinem Melchiſedech.* Hic Pſalmi verſus tria con-
tinet: Primum eſt decretum immutabile Dei,
iureiurando confirmatũ de Sacerdote Chriſto.
Vnde ſequitur, Chriſtum non habiturum ſuc-
ceſſorem, nec fore alium pręter illum, qui ſacer-
dotio fungetur. Eſt enim eius ſacerdotium ἀπα-
ράβατον, Hebr. 7. 24. vt quod ſucceſsione ad alium
non tranſeat. Secundum eſt æternitas Sacer-
dotij, qua ſignificatur, quòd Chriſtus perpetuò
ſit habiturus Eccleſiam. Nam Sacerdos relatio-
nem habet, & ad Deum apud quem agit pro ho
minibus: & ad homines, quibus placatum red-
dit Patrem, & pro quibus intercedit. Semper i-
gitur manebit Eccleſia, etiamſi fractus collaba-
tur orbis. Tertium eſt diſcrimẽ inter Chriſtum
Sacerdotem, & Legales Sacerdotes. Legales e-
nim ex tribu Leui erant, iuxta ordinẽ Aaronis.
Hic autem IESVS Chriſtus ex tribu Iudá, eſt Sa
cerdos ſecundùm ordinem & ritum Melchiſe-
dech, quem ritum Epiſtola ad Hebr. 7. 1. &c. ex-
plicat, & ſumma huc redit: Melchiſedech pri-
mùm iuxta ἔτυμον Rex iuſtitiæ dicitur: deinde
Rex pacis, Sacerdos Dei altiſsimi, refocillator
victoris exercitus Abrahami, cui & benedixit,
& à quo decimas accepit, cuius nec ortus, nec
obitus ſcitur, ex quo prędicatur æternus Sacer-
dos, quę omnia tribuuntur Melchiſedech vt ty-
po, quo-

po,quorum veritas in ſolo Chriſto elucet. Vide quæ annotauimus in 7.cap.Epiſt. ad Hebræos.

TERTIA.

Obtulit hic Sacerdos nō pecuinas victimas, vt Leuitici,ſed ſemetipſum. Ideò enim, vt Epiſtola ad Hebr.2.14. ait, particeps factus eſt carnis & ſanguinis,vt haberet quod offerret. Nam ſicut humana natura lapſa eſt in Adamo, & rea facta:ita Chriſtus in natura humana,quá aſſumpſit,pœná luit,vt ita iuſtitiæ diuinę ſatisfieret.

QVARTA.

Obtulit ſe per obedientiam, qua Patri obediens fuit vſque ad mortem crucis, Philip.2.8. Hæc obedientia meritorium facit ſacrificium Chriſti,de qua Propheta Eſa.53.7.*Oblatus eſt,qa voluit.* Etſi autem caro exhorrebat naturaliter cruciatum ſine vitio: ſpiritus tamen fuit promptiſsimus ad obediendum Patri, ſicuti ipſe ait, Matth.26.41.*Spiritus quidem promptus eſt,caro verò infirma.* Voluit ergo Filius,quia Pater voluit:Vterque voluit,vt hoc iuſto medio ſaluaretur qđ perierat. Quid ergo peccârunt,qui Chriſtum occiderunt,cûm fecerint id,quod Deus voluit? Siquidem nullus,dum facit quod Deus vult, videtur peccare. Reſpondeo. Voluntatis bonitas & malitia ex cauſa dependet impulſiua & fine. Deus Pater voluit ex charitate Filium in mortem tradere, iuxta illud Iohan.3.16.*Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Et ad Romanos capite 5. verſic.8.*Deus commendat charitatem ſuam erga nos,quòd quum adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Filius voluit, ſicuti iam dictum eſt, ex obediētia erga Patrem & amore generis humani, quod perditum erat per peccatum. Verùm qui Chriſtum occiderunt, voluerunt quidem Chriſtum mori, non ſicut Pater vt reſurgeret,ſed tanquam hoſtes vt periret, idque alij aliis de cauſis fecerunt. Iudas fur fuit & auarus,pecuniam quærēs Dominum prodidit. Pontifices & ſectarij,qui odio & inuidia torquebantur, veritatem Dei ferre non poterant, quare Chriſtum è medio ſublatum voluerunt. Vulgus promiſcuum cupiens gratificari magnatibus clamat, *Crucifige, crucifige.* Pilatus timens offenſam Cæſaris contra conſcientiam tra̓didit innocentem carnificibus. Carnifices partim lucri ſpe, partim ſtudio gratificandi Principibus Sacerdotū, partim vt obſequerentur Præſidi, Chriſtum flagellârunt, & tandē cruci affixerunt. Hinc patet, quòd omnium horum voluntas alieniſsima fuit à voluntate Dei.

QVINTA.

Obtulit ſemetipſum p̄ Spiritum æternum: Ita enim ait Epiſtola ad Hebr. cap.9.*Qui per Spiritum æternum ſeipſum obtulit immaculatum Deo.* Leuitici Sacerdotes per ignē extinguibilem (qđ ſignificabat, ceſſatura eſſe Leuitica ſacrificia) offerebant ſuas hoſtias. At Chriſtus per Spiritum æternum (quo ſignificatur perpetuus vigor ſacrificij Chriſti) ſemetipſum obtulit. Vnde hæc maxima virtus & efficacia oblationis Chriſti manat, quòd ipſe vnica ſui oblatione in æternum conſummauerit ſanctificandos.

SEXTA.

Obtulit ſe Chriſtus æternus Sacerdos æterno Patri. Chriſtus enim ab ipſo Patre conſtitutus Sacerdos, ſeipſum Patri obtulit in odorem ſuauitatis, vt eius iram iuſta pœna pro peccato ſoluta placaret, & genus humanum imputata ei ſua iuſtitia Patri reconciliaret. Vnde Paulus 2.Cor.5.19.*Deus erat in Chriſto,mundū ſibi recōciliās.*

SEPTIMA.

Obtulit ſe Dominus in ligno tanquā ſuper aram. Eſt enim ligno crucis clauis affixus. Etſi autē huius rei figuræ,& rationes multę aſsignari poſſunt:ego tamē hac vice illuſtrioribus figuris contentus ero, quibus tres rationes ſubiiciá.

Inter figuras prima occurrit, Arca Noe, Geneſ.6.15. ex lignis compacta,quæ fuit, vt Auguſtinus ait, figura crucis Chriſti. Vt enim nemo extra arcam in diluuio aquarum ſeruabatur:ita nemo extra meritum crucis Chriſti in diluuio peccatorum huius mundi ſaluari poterit.

Secunda: In Iſaach, Geneſ.22.6. crucis Chriſti adumbratio præceſsit: Is enim immolandus à Patre ligna portauit, quibus poſtea impoſitus eſt,obediens Patri tanquam immolandus.

Tertia: Percuſsis in deſerto Iudæis à Dipſadibus, mandatum accepit Moſes, Num.21.8. vt æneum ſerpentem erigeret ſuper lignum, quo aſpicientes ſanarentur. Hanc figuram Chriſtus ipſe ligno crucis accommodat, Iohan.3.14. vbi ait: *Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto,ſic oportet exaltari Filium hominis, vt omnis q̄ credit in illum non pereat,ſed habeat vitam æternam.* Omitto ſacrificij genus, quod *Theruma*, id eſt, leuanda dicebatur,quo ſignificatum fuit,vt Chriſtus immolandus exaltaretur in cruce. Prętereo altaria ex ligno *Cetim*, quæ lignum crucis adumbrabant. Taceo virgam Moſis, qua percuſsit Ægyptum, & alias figuras plurimas.

Præter has figuras obſeruandę ſunt rationes tres, cur oportuerit Filium hominis in crucem ſuſpendi. Harum prima eſt: Congruum fuit, vt quemadmodum per lignum mors venit:ita per lignum vita reſtitueretur, videlicet, vt Diabolus,qui vincebat per lignum, per lignum etiam vinceretur. Vnde hymnus: *Hoc opus noſtræ ſalutis,ordo depopoſcerat:multiformis proditoris,ars vt artem falleret: & medelam ferret inde, hoſtis vnde læſerat.* Secunda ſumitur à reatu peccati. Reatus peccati, quem in ſe recepit Dominus,fuit maximus & digniſsimus, qui ignominioſiſsima morte puniretur. Siquidem reatus hic fuit proditoriæ defectionis à Deo,quo maior nullus eſſe potuit. Nunc autem cûm iuſtitia Dei requirit, vt maximus reatus ignominioſiſsima morte puniretur, & nō fuit apud Romanos ignominioſius mortis genus,quàm patibulo affigi, poſtulabat diuina iuſtitia, vt Dominus cruci affixus moreretur, qui omnium hominum reatum grauiſsimum & maximum in ſe recepiſſet. Tertia à pœna peccati ſumitur,quæ à Paulo ſignatur ad Galatas 3.13.*Chriſtus redemit nos de maledictione Legis, factus pro nobis maledictum. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Eſt proinde Do-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

minus ſuper ligno ſuſpenſus, vt ſignificetur q̀ A
verè maledictionem Legis in ſe receperit, quæ
eſt pœna peccati iuſtiſsima.

OCTAVA.

Onus ergo in ſe tranſtulit, quod nemo alius ſuſtinere potuit, videlicet peccatum noſtrum, quantum ad reatum & pœnam, quæ pœna eſt ira Dei & maledictio. Hoc onere verè preſſus Filius Dei clamat in cruce, Matth. 27. 46. *Deus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me?* ita tamē preſſus, non eſt victus, ſed victor euaſit. Nam mortē mo B
riendo deſtruxit, & vitā reſurgendo reparauit.

NONA.

Cur obtulit ſe Filius Dei æterno Patri? Vt iſta ſua vna & perfectiſsima oblatione ſatisfaceret iuſtitiæ Dei pro culpa & pœna humani generis, placaret iram Dei iuſtiſsimam. Breuiter, vt opponeret meritum ſuæ mortis omnibus noſtris miſeriis. Hoc vult prima promiſsio, Geneſ. 3. 15. *Semen mulieris conteret caput ſerpentis.* Vnde in C
hymno concinnè canitur: *Adam vetus quod polluit, Adam nouus hoc abluit: Tumens quod ille deijcit, Humilimus hic erigit.*

DECIMA.

Etſi ex dictis manifeſtum eſt, pro quibus ſe Chriſtus obtulerit: tamē hæc circunſtātia ideò diligētiùs obſeruāda eſt, quia medetur duabus grauiſsimis tentationibus, videlicet particularitatis & indignitatis: quarum illa quidem oritur ex Stoica imaginatione de tabulis Parcarū, hæc verò ex cogitatione enormitatis ſcelerum: vtri- D
que tentationi opponendum eſt, quod Iohannes ait: *Agnus Dei tollit peccatum mundi.*

VNDECIMA.

Deſcriptio à nobis propoſita præcipuos fructus paſsionis Dominicę enumerat, videlicet liberationem à maledictione Legis, iuſtificationem, ſanctificationem, vitam, ſalutem, & beatitudinem nunquam finiendam, quæ opponēda ſunt triſtiſsimis malis, videlicet captiuitati, ſeu ſeruituti ſub Legis damnatione, peccato, pro- E
phanitati, morti, condemnationi, & miſeriæ ſempiternæ.

DVODECIMA.

Qui hæc beneficia percipiūt ex morte & paſſione Domini, debent viciſsim cùm in hac vita, tū in futura ſuam declarare gratitudinē. In hac quidem vita ſentētia, voluntate, fide, confeſsione, obedientia, ſeiungent ſe ab hoſtibus Chriſti, ac Deum veris cultibus colent, iuxta illud Pſal. 29. 2. *Afferte Domino gloriam nominis eius.* In futura F
verò vita Chriſto cōformes effecti, & Deo perfectiſsimo amore iuncti, perpetuis laudib⁹ hoc redemptionis beneficium proſequentur.

DE MEDITATIONE PASSIONIS DOMINI.

Meditatio paſsionis Domini triplex eſt. Prima, Hiſtorica, quæ eſt cognitionis, qua mens rectè erudiatur de paſsione Domini, eius cauſis G
& circumſtantiis. Secunda, Spiritualis, quę eſt affectionis, qua cor ipſum afficitur, vt beneficiū redemptionis verè apprehendatur & ſentiatur. Tertia, Practica, quæ eſt imitationis, qua vita & mores noſtri ad exemplar formantur. Hæc tria meditationis genera ordine ſe conſequuntur. Primum enim eſt cauſa medij, medium vltimi.

De Meditatione Hiſtorica.

Hiſtorica meditatio, quam ad mentis inſtructionem refero, occupatur in tribus, videlicet in notitia euentus: in collatione euētus ad typos, figuras & prædictiones: in cauſarū inquiſitiōe.

Euētus & generatim & particulatim cognoſcendus eſt: Generatim proponitur in Symbolo hiſce verbis: *Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.* Particulatim deſcribitur in hiſtoria Euangelica, cuius ſunt quinque veluti actus, ſeu membra, quę hiſce verſibus memoriæ cauſa complector:

Hortus, Pontifices, Reges, Crux atq; Sepulcrum:
Hiſtoriæ Chriſti patientis membra notentur.

Deinde horum membrorum plures ſunt veluti articuli, qui ad integritatem membrorum pertinent, qui etiam ex hiſtoria cognoſcendi ſunt.

Collatio hiſtorię ſeu euentus cum typis, figuris & prædictionibus, quę in Moſe & in Prophetis præceſſerunt, diligens adhibenda eſt, idque primùm in genere, deinde particulatim. Hæc collatio mirum in modum aſſenſionem confirmat, quemadmodum Petrus, 2. Petri 1. 19. teſtatur hiſce verbis: *Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hoc primùm intelligentes, q̀ omnis prophetia Scripturæ non ſit priuati impetus ſeu impulſus. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed à Spiritu Sancto acti locuti ſunt ſancti Dei homines.* De huius collationis vtilitate loquitur Auguſtinus, cùm ait: *Firmitas fidei in eo eſt, quia omnia, quæ euenerūt in Chriſto, prædicta ſunt.* Hæc proinde collatio hiſtoriæ & prædictionū, opponenda eſt omnibus prauis Diabolorum & hominum quorumcunque iudiciis, qui nos malignis artibus à Chriſto vnico ſalutis æternę autore abſtrahere volunt, vt hoſti Diabolo rurſus ſubiiciamur.

Tertium locum in meditatione hiſtorica tribui inquiſitioni cauſarum, quarum cognitio vt iucundiſsima, ita ſalutaris maximè exiſtit. Primùm proinde videamus, cur hæc ratio ſaluandi genus humanum per paſsionem Domini fuerit maximè conueniens, & Deo digniſsima. Deinde cauſas concurrentes in hoc ſaluationis opere perpendamus.

Auguſtinus affirmat ſanandæ noſtrę miſerię conuenientiorem modum alium nō fuiſſe, nec eſſe potuiſſe, quàm per paſsionem Chriſti. Vt autem hoc intelligamus, ante omnia tanquam principium immotum tenendum eſt, q̀ Deus quidquid agit, hoc iuſtè, miſericorditer, ſapienter, & potenter agat, quod videre eſt in creatione rerū, & gubernatione. Hæc connexio harum quatuor virtutum in actionibus diuinis diſſolui non poteſt ſine iniuria Dei. Iuſtitia enim ſine miſericor-

miſericordia, crudelitas eſt: miſericordia ſine iuſtitia iniquitas eſt (neq; enim vnquã exercet Deus iuſtitiam in puniendo, niſi ſimul monſtretur miſericordię via) vtramq;, id eſt, iuſtitiam & miſericordiam, moderatur ſapientia, quibus accedit potentia, quæ exequitur qđ ex iuſtitia & miſericordia ſapienter ordinatum eſt. Ex hoc principio ſic colligamus: Opus in quo maximè relucent iuſtitia Dei, miſericordia, ſapientia & potentia, Deo digniſsimum eſt, & maximè congruit diuinæ bonitati. In hoc redemptionis noſtri opere per paſsionem Domini noſtri IESV Chriſti declarat Deus inenarrabilem miſericordiam, ſummam iuſtitiam, admirandam ſapientiam, & immenſam potentiam. Fuit ergo hic redemptionis noſtri modus Deo digniſsimus, & diuinæ bonitati maximè congruẽs. Inenarrabilis enim miſericordia in hoc conſpicitur, quòd tametſi homo ſuapte culpa inciderat in ſempiternam miſeriã, propter proditoriam defectionem à Creatore ſuo ad Diabolum hoſtem Dei: tũ miſericordia motus, cogitat de remedio aduerſus tam triſte vulnus generis humani, & dat Filium medicum & ſanatorẽ tanti vulneris. Iuſtitia in hoc apparet ſumma, ꝙ placari nõ voluerit, niſi facta iuſta compenſatione iniurię ſibi factæ. Homo peccauit, & totam poſteritatem ſuo peccato in pœnas cõiecit æternas: In his pœnis hominẽ manſiſſe oportuit, aut iuſtam pœnam ſubire, qua ſatisfaceret iuſtitiæ diuinæ. At cùm nemo mortalium potuit tantam pœnã ſuſtinere, vt ea ſatisfieret iuſtitiæ diuinæ, cùm quia peccatores erant omnes, tũ quia offenſa erat infinita, Deus iuſtiſsimus ex inenarrabili ſua miſericordia dedit Filium, vt homo factus lueret pœnam debitã humano generi, vt ſicut vnus peccauit: ita etiam vnus peccatũ iuſta pœna perſoluta aboleret, & iuſtã irã Dei mitigaret. Ad Rom. 5. In hac ſumma iuſtitia, & inenarrabili miſericordia conſpicitur & ſapientia Dei, & potentia. Sapientia quidẽ, quia reſtituit hominẽ priſtinę dignitati, qua erat conditus ad imaginẽ Dei, & beatam immortalitatẽ. Potentia verò, quia mortem deſtruxit, & eum q mortis habebat poteſtatem, hoc eſt, Diabolũ, ſubegit. Hic ergo modus redemptionis humani generis ꝑ paſsionẽ Domini facit, vt gloria Deo tribuatur inenarrabilis miſericordiæ, ſummæ iuſtitiæ, admirandæ ſapientiæ, & immenſæ potentiæ.

Iam cauſas concurrentes in hoc ſaluationis opere perpendamus, quę pleræq; omnes continentur hoc aphoriſmo omnibꝰ piis notiſsimo, Iohan. 3.16. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitũ daret, vt omnis q credit in illũ nõ pereat, ſed habeat vitam æternã.* Hîc obiectum externum mouens eſt mundus, i. miſeria humani generis. Internum mouens eſt dilectio, qua Deus ſuã creaturam ad imaginẽ ſuam conditam complexus eſt. Hæc dilectio, quia nihil voluit abſurdi facere ex iuſtitia, dedit Filium, vt per illum fieret iuſta offenſæ compenſatio. Finis additur, ſalus hominum & deſtructio regni Sathanæ. Hoc totum redemptionis beneficium accipitur, poſsi-

A detur, & retinetur fide. Ideò ait: *Vt omnis qui credit, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

De Meditatione Spirituali.

Meditatio ſpiritualis, cui deſtinatur hiſtoria, hunc ſcopũ habet, vt cor hominis reuera ſentiat hoc redemptionis beneficiũ, ac eo perfruatur. Quod fit, quando viua fiducia in Chriſtum paſſum, mortuũ, & reſuſcitatũ recumbimus, quẽadmodum antea à nobis demonſtratũ eſt. Verùm B quô magis ſentiatur hoc beneficium magisq; nobis dulceſcat, quatuor ordine ſerio corde perpẽdamus. Primùm, quales creati ſimus. Deinde, quales effecti ꝑ peccatũ. Tertiò, quomodo ꝑ Chriſtũ fiat reparatio. Quartò, quomodo in huius reparationis poſſeſsionẽ venire liceat.

Primum commonefacit nos de beatitudinis ſtatu, in quo geſtauimus in patre noſtro Adam imaginem Dei, vnde nos excidiſſe dolebimus.

Secundum nobis ob oculos ponit enormita-C tem peccati noſtri, iuſtam iram Dei, & ſempiternam miſeriam. Hæc cogitatio pariet in nobis verum dolorẽ ob peccatũ, verum odium & fugam peccati, & hic eſt primus ad ſanitatem gradus.

Tertium, qđ eſt notitia Chriſti reparatoris ꝑ paſsionẽ ſuam, commendabit nobis miſericordiam Dei volentis nos priſtinę dignitati & beatitudinis ſtatui reſtituere, & amorem Filij deriuantis in ſe iram Patris, & nos Patri reconciliantis, perſoluto λύτρον pro nobis. Ex quo in nobis D naſcitur ſpiritualis expetitio tãti beneficij. Hãc cordis ſeriam expetitionem excipit fides, per quam venimus in integram poſſeſsionẽ beneficiorum Chriſti. Qui enim credunt, participes ſunt Chriſti, & merito paſsionis & mortis ipſius à iure peccati liberati ſunt. Hinc ſpiritualis conſolatio in tota vita & in morte oritur. Hinc verus timor Dei & ſanctus naſcitur. Hinc acre ſtudium per totam vitam obediendi Deo manat.

Hæc ſpiritualis meditatio paſsionis Domini E elegãter pingitur cruce, in cuius medio fides vt gemma precioſiſsima collocatur: ad caput charitas vt ſecunda gemma: ad dexterã tertia gemma, obediẽtia: ad ſiniſtram quarta, patientia: ad pedes quinta, humilitas. Sub quibus reliquæ omnes Chriſtianæ virtutes continentur.

Fides veluti mater reliquarũ eſt gemmarum, Chriſtum totum apprehẽdit, pellit Diabolum, vincit mundum, vera ſolatia præſtat: quare & in medio crucis collocatur.

F Charitas eſt vt gemma lucida & dura: vt enim coram Deo & hominibus lucet: ita difficultatibus & inertiæ carnis non cedit. Quare Paulus charitati κόπον tribuit, 1. Theſs. 3. atque ideò ſupremum crucis cornu occupat.

Gemma Obedientiæ à dextris eſt, & actuoſa & ad iuſſa parata, cuius efficacia eſt maxima aduerſus prudentiam carnis, peruerſitatem mundi, & venena Diaboli.

Gemma Patientiæ à ſiniſtris eſt, quę & impa-G tientiam & deſperationem ſuperat.

Gemma Humilitatis ad pedes collocata, contra ſuperbiam habet vires efficaciſsimas.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

De Meditatione Practica.

Meditatio Practica, quæ eſt imitationis, vitam & mores ad exemplar formans, eſt, quando Chriſtum Dominum & in vita, & in cruce, & in reſurrectione nobis imitandum proponimus.

De imitatione vitæ loquitur Chriſtus, cùm ait Matth.11.29. *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Iohan.13.15. *Exemplū dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis: ita & vos faciatis.* Iohan.13.34. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem, ſicut ego dilexi vos.* Et Paulus 1. Cor.11.1. ait: *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.*

De imitatione crucis Chriſti loquitur Petrus 1. Pet.2.21. cùm ait: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt inſequeremini veſtigia ipſius.* Hæc imitatio crucis Chriſti non ad quantitatem, non ad qualitatem, non ad finem crucis Chriſti principalem referēda eſt, ſed ad imitationem fiduciæ, obedientiæ, patientiæ, inuocationis, expectationis glorioſæ liberationis, & tempore perſecutionis ad confeſsionis conſtantiam, vt inuicto animo perferamus crucem. Vt ergo Chriſtus non detrectauit ignominioſiſsimam mortem ſubire pro noſtra ſalute: ita nos potiùs ignominioſiſsimá mortem patiamur, q̃ vt confeſsionem abiiciamus, aut cum hoſtibus Chriſti colludamus. Huic imitationis generi magna præmia ſunt propoſita, iuxta illud Pauli Rom.8.17. *Si vnà cum eo patimur, ſimul etiam cum eo regnabimus.* Plura de imitatione crucis Chriſti annotauimus in 2. cap. prioris Epiſtolæ Petri.

De imitatione reſurrectionis Chriſti loquitur Paulus ad Rom.6.4. vbi affirmat nos reſurrexiſſe cum Chriſto: quemadmodum baptiſmus noſter indicat, vt in nouitate vitæ ambulemus. Et Paulus Coloſ.3.1. *Si ſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, ſapite.* Sed de hac re in 20. cap. copioſiùs dicetur.

DE SECVNDO.

30 Hic eſt, de quo dixi, Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt, quia prior me erat.
31 Et ego non noueram eam.

Hanc collationem Chriſti & Iohannis ſuprà expoſuimus, cuius ſenſus hic eſt: Etſi Chriſtus ſuum miniſterium poſt me auſpicaturus eſt: tamen mihi præferendus eſt, vt qui me multò præſtantior exiſtit, quem vt Dominum meum agnoſco & veneror. Vide quę ſuprà notauimus in tertio membro ſecundi teſtimonij Iohannis.

Quòd autem addit Iohannes Baptiſta, *Et ego non noueram eum*, & ad tempus quod præceſsit aduentum Chriſti ad Baptiſmum Iohannis: & ad faciem perſonæ Chriſti referendum eſt. Etſi autem antequam venit Chriſtus ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo, ignota erat facies Chriſti Iohanni. Nam Chriſtus hactenus in Galilæa, Iohannes verò in deſertis Iudææ degerat: non tamen ignota erat illi præſentia Meſsiæ, cuius præcurſorem ſe affirmabat, & quem adeſſe ſenſit cùm adhuc in vtero matris eſſet. Hîc obſeruetur ſingulare conſilium prouidentię diuinæ. Nam hoc ita factum eſt, ne peruerſitas mundi diceret, ex compoſito rem inter Iohannem & Chriſtum geri. Nam ſi vnà educati fuiſſent, aut vnà vixiſſent familiariùs, potuiſſent homines praui dixiſſe, qđ ex compoſito fraudem ſtruerent. Poſtquam ergo venit Chriſtus ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo, Iohannes & verbo admonitus eſt diuinitùs, quòd Ieſus, qui peteret à ſe Baptiſmum, eſſet Meſsias. Vnde ait Iohannes: *Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me?* & ſigno externo Spiritus Sancti ſedentis ſupra Chriſtum baptizatum in ſpecie columbæ confirmatus eſt. Nam hoc familiare Dei eſt, quòd verbo ſuo ſignum externum adiiciat humanæ infirmitatis gratiâ.

DE TERTIO.

Sed vt manifeſtetur Iſraeli, propterea veni ego baptizans aqua.

Repetitio finis Baptiſmi Iohānis. Baptiſmus Iohānis, analogia quadam docebat Baptiſmum Chriſti iam pręſentis: Vt enim Baptiſmus aquę externè abluit hominem: ita Baptiſmus Spiritus, qui eſt Chriſti, internè abluit conſcientiam hominis à mortuis operibus, & hominem regignit in filium Dei. Atque ita Baptiſmus externus interni efficax ſymbolum eſt. Quare Paulus vocat Baptiſmum lauacrū regenerationis, id eſt, regenerans, ad Titum cap.3. verſ.5. quia videlicet teſtatur, & obſignat internam regenerationem, quæ fit, non virtute aquæ, ſed virtute Spiritus Sancti, cuius ſymbolum eſt aqua: ita videmus ſymbolis tribui ea, quæ propriè ſunt eorum, quæ ſymbolis & ſignis externis ſignificantur, & verè offeruntur res promiſſę, fide accipiendę cum ſymbolis. Cùm ergo Miniſter verbi baptizat aqua, verè Spiritus Chriſti intus abluit hominem ſanguine Chriſti, qui per aquæ Baptiſmum ſignificatur adeſſe efficaciter, iuxta ordinationem diuinam. Proinde quando Iohannes prædicabat Baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum, docebat Baptiſmum eſſe teſtimonium ſignaculum & pignus, quòd Deus remittit peccata pœnitentibus, id eſt, conuertentibus ſe ad Deum ꝑ fidem in Ieſum Chriſtum, in qua conuerſione arcano quodam modo generatio noua, qua filij Dei naſcimur, inchoatur. Quicunque ergo baptizatus eſt iuxta ordinationem Chriſti, circumfert ſecum diuinum teſtimonium, ſignaculum & pignus, ꝙ Deus velit ſibi pœnitēti remittere peccata. Hoc teſtimonium, hoc ſignaculū, & hoc pignus opponet pœnitens & indignitati ſuæ & particularitatis ſomnio. At quicunque de peccatorū ſuorum venia deſperat, Deum mendacij arguit, ipſius teſtimonium, ſignaculū, & pignus de remiſsione peccatorum contemnit.

DE QVARTO.

32 Et teſtimonium perhibuit Iohannes, dicens: Vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cælo, & manſit ſuper eum.

33 Et

33 Et ego nõ noueram eum: ſed qui miſit me baptizare aqua, ille mihi dixit: Super quẽ videris Spiritũ deſcendentem & manentẽ ſuper eum, hic eſt, qui baptizat Spiritu Sancto.

34 Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quòd hic ſit Filius Dei.

Exponitur ſignum, ꝑ quod Baptiſta agnouit IESVM Mariæ filium eſſe Filium Dei, & CHRISTVM olim promiſſum. Eſt autẽ hic ordo expoſitionis: Primo loco narratur euentus. Deinde diuinitùs monſtratum ſignum, ꝑ quod agnoſceretur Chriſtus, indicatur. Tertiò, ex euentu cum ſigno congruente colligitur, ꝙ Ieſus Mariꝫ filius ſit Filius Dei, id eſt, promiſſus Meſsias, ex quibus hæc demonſtratio conficitur: Ille extra omne dubium eſt Meſsias promiſſus, quẽ Deus & voce & cœleſti ſigno Meſsiá eſſe teſtatur. Ieſus Mariꝫ filius eſt, quem Deus & voce & cœleſti ſigno Meſsiam eſſe teſtatur. Igitur Ieſus Mariæ filius extra omne dubium eſt Meſsias olim promiſſus, atq; adeò verus Dei Filius. Minorem confirmat prædictio & euentus. Prædictio eſt: Super quem videris Spiritum Sanctum deſcendentẽ & manentẽ ſuper eum, hic eſt qui baptizat Spiritu Sancto. Baptizare autẽ Spiritu Sancto, proprium Meſsiæ munus eſt. Euentum teſtatur Iohãnes reſpondiſſe prædictioni. Nam ſuper Ieſum Mariæ filium vidit Spiritum deſcendentem quaſi columbá, & manentẽ ſuper eum. Hic euentus pleniùs deſcribitur Matth. 3.16. & vox Patris auditur. Ita enim habet hiſtoria: *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper eum: & ecce vox de cœlo, dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt.*

Ex hoc loco duo colligat fides. Primũ demõſtrationem infallibilẽ de Meſsia. Secundum ex ſigno Spiritus Sancti apparẽtis in ſpecie columbæ, ꝙ Meſsias ſit pacificator, quemadmodũ & voce ſua Pater teſtatur, in quo εὐδόκησα, id eſt, in quo placatus ſum. Vt enim columba olim adferens ramum oliuæ, ſignum dedit diuinꝫ miſericordiæ & liberationis humani generis à diluuio, Geneſ. 8.8. ita Spiritus Sanctus apparens in Baptiſmo Chriſti, & ſedens ſuper eũ, ſignificat Chriſtum pacificatorẽ eſſe, & eos qui baptizantur, placationis & beatitudinis teſtimonium accipere. Deinde hìc viſibiliter ſignificatur, ꝙ inuiſibiliter fit in noſtro Baptiſmo. Quemadmodum enim viſibiliter venit Spiritus Sanctus, & manſit ſuper Chriſtum baptizatum: ita inuiſibiliter datur Spiritus Sanctus baptizatis, quò regenerantur, ex quo Baptiſmus lauacrũ regenerationis dicitur. Inſuper monẽtur baptizati, vt columbæ ſimplicitatem, manſuetudinem, & expertem fellis innocentiam imitentur. Adhæc vt columba à muſcarum & vermium cadaueribus abſtinẽs, pura legit grana, quibus alitur: ita baptizati à putridis & fœtẽtibus corruptelis doctrinarum humanarũ abſtineant, & paſcantur puriſsimo ſemine verbi cœleſtis. Symbolum proinde columbæ quatuor nobis commendet. Primum, pacificationem cum Deo, quæ confirmatur Baptiſmo. Secundum, præſentiam & efficaciam Spiritus S. in noſtro Baptiſmo. Tertium, innocentiam, vitꝫ ſimplicitatẽ & alias virtutes cũ his congruentes. Quartum, puritatem cœleſtis doctrinæ, qua vt puriſsimis granis alentur baptizati.

Quòd autem Spiritus Sanctus apparuit in die Pentecoſtes per ignẽ, aliam ſignificationem habet. Ita enim ait Auguſtinus: *Ne Spiritũ ſanctificati dolum habeant, in columba demonſtratum eſt, ne ſimplicitas frigida maneat, in igne declaratum eſt. Sed de hac re latiùs aliâs.*

DE QVARTO TESTIMONIO IOHANNIS.

35 Poſtero die iterum ſtabat Iohannes, & ex Diſcipulis eius duo.

36 Et conſpicatus Ieſum ambulantem, dixit: Ecce Agnus Dei.

Hoc quartum teſtimonium Iohannis, quod ipſe perhibuit de Chriſto corã Diſcipulis ſuis, eò pertinet, vt & Iohannes ſignificet, ſuum officium eſſe, omnes ad Chriſtum mittere, & nos exemplo Iohannis, non ad alium mittamus ſitientes ſalutem, quàm ad hunc Agnum Dei, ꝗ vt ſolus eſt victima accepta Deo, & verè propitiatoria: ita ſolus fons ſalutis eſt, de quo qui hauſerit, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

PARS V.

Quinta & poſtrema pars huius capitis continet hiſtoriam de quibuſdam Diſcipulis, qui ex teſtimonio Iohãnis Baptiſtꝫ & aliis quibuſdam ſignis agnouerũt, Ieſum Mariꝫ filium, eſſe Meſſiam olim Patribus promiſſum. Nos hanc hiſtoriam partiemur in quatuor membra, quorũ ſingula notentur nominibus Diſcipulorum, ꝗ hìc narrantur agnouiſſe Ieſum eſſe Meſsiam.

Primum de Andrea eiuſque ſocio, qui ſecuti ſunt monſtratum à Iohanne Chriſtum.

Secundum de Simone, qui per Andream fratrem adductus eſt ad Ieſum.

Tertium de Philippo, quem Ieſus inuenit, dum pararet iter in Galilæam.

Quartum de Nathanaele, qui ꝑ Philippum adductus eſt ad Ieſum. Horum quinque Diſcipulorum exemplum omnibus piis imitandum eſt. Vt enim hi agnitum Chriſtum aliis prædicabant, quò plures beneficiorum Chriſti fierẽt participes: ita omnibus piis hoc potiſsimùm ſtudium eſſe debet, vt quàm latiſsimè ſpargatur fama Chriſti inter homines. Non enim ſibi ſoli pius Chriſtum quꝫret, ſed aliis quoque ad eundem viam monſtrabit, exemplo, confeſsione, prædicatione, ſcriptione, quò latiſsimè propagetur Chriſti Regnum, id eſt, Eccleſia. Deinde hic cœtus Diſcipulorum audiẽtium Chriſtum, eumque agnoſcentium, quid ſit Eccleſia, oſtendit: videlicet ꝙ ſit cœtus docentium & diſcen-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tium & amplectentium Euangelium Chriſti, A
qui cœtus tametſi caret pompa externa, qualis cernitur in imperiis mundi: tamen eius gloria longè maxima eſt, quæ tegitur cruce in hac vita, reuelãda tandem reſuſcitatis mortuis. Cùm ergo talis fuerit forma Eccleſiæ inde vſque ab initio, non frangamur animis propter præſentes ærumnas & perſecutiones, ſed reſpiciamus ad gloriam nobis propoſitam, & in periculis confugiamus ad nomen Domini, vt turrim fortiſsimam, ad quam qui confugerit, ſaluus erit. B
Prouerb. 18. 10.

DE PRIMO.

37 *Et audiuerunt eum duo Diſcipuli loquentem: & ſecuti ſunt Ieſum.*

38 *Conuerſus autem Ieſus, & videns eos ſequentes ſe, dixit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod eſt interpretatum, C
Magiſter) vbi habitas?*

39 *Dicit eis: Venite & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eũ manſerunt illo die. Hora autẽ erat quaſi decima.*

40 *Erat autem Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus, qui audierãt à Iohanne, & ſecuti ſunt Ieſum.*

Hoc primum membrum exponit, quomodo Andreas & ſocius eius, videlicet Iohannes, hu- D
ius Euangelij ſcriptor, monſtratum Chriſtum à Iohanne ſecuti ſunt. Ex quo primùm colligitur finis prædicationis Euangelij, vt audientes ſequantur Chriſtum ſententia, voluntate, confeſsione & vita. Colloquium quod hîc inſtituitur inter Chriſtum, & hos duos Diſcipulos, dulciſsimum eſt: quo enim affectu Chriſtus ſit erga eos, qui ſe ſequuntur, declarat. Primùm enim Chriſtus conuertit ſe ad eos, & ait: *Quid quæritis?* Hæc interrogatio imprimis obſeruan- E
da eſt. Non ait: quem quæritis, ac ſi ignoraſſet ſe à Iohanne illis monſtratum eſſe, ſed, quid quæritis, vt admoneat aliquid ſingulare in ſe quærendum eſſe, præter perſonæ externę notitiam. Non enim ſatis eſt noſſe perſonã Chriſti, eâmque externis oculis tueri, ſed oportet oculum fidei adhibere, & quærere in Chriſto ſapiẽtiam, iuſtitiam, ſanctificationem, & redemptionem. *Natus eſt enim nobis*, vt Paulus ait prima ad Corinthios capite primo, verſiculo trigeſimo, *à Deo* F
ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.

Reſponderunt Diſcipuli, et dixerunt: Rabbi, quod eſt interpretatum, Magiſter, vbi habitas?

Etſi ſimpliciſsimè, maximè tamen appoſitè ad interrogationem Domini reſpondent. Primùm enim cùm eum magiſtrum vocant, ſe cupere ab eo diſcere ſignificãt. Deinde cùm quæ- G
rũt, vbi habitet, oportunum diſcendi locum cupiunt, quò pleniùs à Chriſto doceãtur. Vtrunque nobis imitandum eſt. Nam & Chriſtũ vnicum magiſtrum veræ ſapientiæ & ſalutis agnoſcamus oportet, & vt pleniùs ab eo inſtruamur, vbi habitet, nos ſcire par eſt. Habitat autem in Eccleſia, cui theſauros ſapientiæ ſuæ commendauit, quæ propterea à Paulo dicitur columna & ſtabilimentum veritatis, 1. Timoth. cap. 3. v. 15. Non enim alibi inuenitur Chriſti ſapientia in mũdo, quàm in Eccleſia. Hæc enim eſt, quæ filios Dei gignit & educat per verbi Dei prædicationem, vſum Sacramentorum, & verè bonorũ operũ exempla. Alibi, hoc eſt, extra Eccleſiam, tenebræ, mendacia, errores, impoſturæ, ſuperſtitiones, vertiginis & ſtuporis ſpiritus, omnes denique corruptelæ omnia latè poſsident.

Quantum autẽ ad vocem *Rabbi* attinet, ſciendum eſt, quòd *Rab* eminentem declarat, & eum qui multorum ſit inſtar, propter multiplicem plurimarum rerum ſcientiam. Quidam diſtinguũt inter *Rab, Rabbi* & *Rabboni*. Titulum enim *Rab* attribuebant iis, qui in Academiis Babylonicis magiſterium conſequebãtur. *Rabbi* autem iis, qui in regione Iſrael per impoſitionem manuum declarati ſunt ſapientes. Titulus *Rabboni* peculiaris fuit ſapientibus domus Dauid. Cùm Dominus vetat appellari *Rabbi*, non vult ſublatam appellationẽ hãc penitùs, ſed ambitionem animi damnat, qua αὐτοδίδακτοι plerunq; laborãt.

Ad interrogationem de habitatione, Dominus peramanter reſpondet, & ait: *Venite & videte*, quo reſponſo ſignificat ſe paratum eſſe ad recipiendos quoſuis in ſuam domũ, h. e. Eccleſiã.

Venerunt ergo & viderunt vbi maneret, & manſerunt apud illum die illo.

Hoc eſt, ab hora decima (quę noſtrę ferè ſextæ pomeridianæ verno tempore reſpõdet) vſq; ad Solis occaſum, hoc eſt, duas integras horas, quibus Chriſtus Andream & Iohannẽ pleniùs inſtruxit de ſe, & ſuo officio: & fortè, quia nox inſtabat, in diuerſorio cum Chriſto manſerunt tota illa nocte, quã haud dubiè non tã dormiendo, q̃ docendo, diſcẽdo, & orando tranſegerũt.

Cùm Euangeliſta addit: *Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant à Iohanne, & ſecuti ſunt Ieſum*: ſubindicat Euangeliſta, ſe alterum Diſcipulorum Iohãnis Baptiſtæ, qui Chriſtum ſecuti ſunt, fuiſſe. Solet enim Iohannes interdum de ſe ipſo loqui, ſuppreſſo nomine, Iohan. 18. & 21.

DE SECVNDO.

41 *Inuenit hic primùm fratrem ſuum Simonẽ, & dixit ei: Inuenimus Meſsiam (quod eſt interpretatum, Chriſtus)*

42 *Et adduxit eũ ad Ieſum. Intuitus autem eũ Ieſus dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, qđ interpretatur, Petrus.*

Hoc ſecundum membrum exponit, quomodo Simon per Andream fratrẽ ſit ad Chriſtum adductus, quomodoq; ab eo ſit acceptus. Sunt autem in hoc membro potiſsimùm obſeruanda con-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

da confeſsio Andreæ eiusque fructus, argumentum Diuinitatis Meſsiæ, & prædictio de imponendo Simoni nouo nomine, videlicet Cephas.

Confeſsio hæc eſt: *Inuenimus Meſsiam.* Quòd Andreas inuenerit fratrem ſuum Simonem, nec magnum nec admirandum fuit: At quòd inuenerit Meſsiam, iam quatuor millibus annorum expectatum poſt primam promiſsionē factam Patribus, hoc ſanè & maximum & imprimis admirandum erat. Hæc enim inuentio, omnibus theſauris, imò cœlo & terra pretioſior fuit. Siquidem Meſsiam inuenire, eſt iuſtitiam, benedictionem & vitam æternam inuenire, & liberari à peccato, morte, maledictione & miſeria ſempiterna. Nā vt ab his malis liberat Meſſias: ita æterna bona inuentoribus ſuis confert. Cùm ergo dicit Andreas: *Inuenimus Meſsiam*, vox eſt exultantis animæ inuento Meſsia. Hîc abſque omni dubio Andreas teſtimonia præſentis Meſsiæ adiecit, videlicet quòd ab ipſo Baptiſta eſſet & voce & geſtu monſtratus, quòd teſtimonio cœleſti, videlicet voce Dei Patris Filius Dei eſſet declaratus, quòd ſigno Spiritus Sancti apparentis in ſpecie columbæ ſuper ipſum baptizatum, eſſet ſignatus verùs Meſsias, quod eſt interpretatum, Chriſtus, id eſt, vnctus, videlicet Rex, Propheta & Sacerdos Dei, idque nō oleo, quali vngebantur Reges, Prophetæ & Sacerdotes Moſaici: ſed oleo ſpirituali, videlicet ipſo Spiritu Sancto, de quo Epiſtola ad Hebr. 1.9. ex Pſal. 45.8. *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ conſortibus tuis.* Conſortes Chriſti omnes Sancti ſunt, ſed ille ſingulariter Sanctus Sanctorum, ſingulariter Chriſtus, ſingulariter vnctus. Propter hanc ſingularem vnctionem, Mediator noſter Deus & homo, Hebraicè Meſſias, Græcè Chriſtus, Latinè Vnctus dicitur. Verùm vt hanc rem penitiùs introſpiciamus, primùm conferenda ſunt vmbra & veritas, & explicāda ſymbolica ratio: Deinde ad quid vnctus ſit Chriſtus noſter, aperiendum eſt.

Vmbra fuit oleum legale, quo vngebantur Sacerdotes Leuitici, & Reges Moſaici. Veritas eſt Spiritus Sāctus, quo ſanctus ſanctorum Ieſus Chriſtus vnctus eſt primùm: deinde eius conſortes, hoc eſt, credentes in illum. Vmbra fuit Aaron: veritas eſt Chriſtus. Vmbra ſenſus afficit: veritas animum attingit. Vmbra de capite Aaronis in barbam & in fimbrias veſtimentorum defluit: veritas de Chriſto in omnes ſanctos eius decurrit. Breuiter, vmbra fuit externa vnctio: veritas autem interna & ſpiritualis per Spiritum Sanctum.

Symbolica ratio hæc eſt: Quemadmodum oleum lucet, ardet, lenit, roborat: ita Spiritus Sanctus mentem illuminat verbo, cor inflammat viua fiducia, lenit dolores conſolatione, roborat vires aduerſus vitia & concupiſcentias carnis, vt ampliùs non militemus carni & mundo, ſed Deo & iuſtitiæ.

Iam ad quid vnctus ſit Chriſtus, videamus. Primùm ergo in Regem vnctus eſt oleo ſpiritus roboris, quo deſtruit opera Diaboli, quo per verbum in Eccleſia regnat, quo defendit Eccleſiam aduerſus inferorum portas. Deinde in Prophetam eſt vnctus oleo ſpiritus lucentis, id eſt, ſapientiæ. Is enim mētes hominum ad prædicationem & meditationem Euangelij illuminat per ſuum Sanctum Spiritum, quo in verbo vult eſſe efficax. Adhæc vnctus eſt in Sacerdotem oleo Spiritus veræ exultationis & lætitiæ, vnde fit, vt eius victima ſit Patri accepta, & eius interceſsio Patrem nobis propitium reddat, vt in ipſo exultemus & lætemur. Ad hunc ergo ſolum noſtrum Regem, Prophetam & Sacerdotem currendum eſt, quoties vel tyrannide Diaboli premimur, vel ſenſu peccati tangimur. Sic enim ait Iohannes 1. Ioh. 2.1. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.*

Fructus fidei & confeſsionis Andreæ ſequitur. *Et adduxit eum* (ſcilicet Simonem) *ad Ieſum.* Eſt enim indoles veræ fidei & cōfeſsionis, Chriſti regnum augere, plures Chriſto voce, confeſſione & exemplo adducere. Nam cùm pij norunt, theſaurum Chriſti inexhauſtū eſſe, quàm plurimos cupiunt inde diteſcere, quò à plurimis gratiæ agantur Deo per Ieſum Chriſtum, plenum gratia & veritate.

Argumentum Diuinitatis Chriſti haud obſcurum eſt, quòd hominem antea incognitum proprio nomine compellet, & cuius ſit filius indicet. *Tu es*, inquit, *filius Iohanna.* Hinc Petrus non parum firmatus eſt, vt ſtatueret Ieſum verè eſſe Meſsiam, quemadmodum ab Andrea fratre audiuerat. Fratris quidem teſtimonio mouebatur nonnihil, ſed argumēto Diuinitatis Chriſti tanquam ſigno minimè fallaci, confirmatus eſt magis. Hnc ſiquidem modo Chriſtus conſuluit infirmitati Petri. Hoc modo nobis quoque conſulit; qui verbo ſuo, & interna teſtimonia & externa adhibet, quò nos ad ſe alliciat omnis beatitudinis autorem vnicum.

Prædictio de imponendo Simoni alio nomine ſequitur. *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur, Petrus*, hoc eſt, rupes. Hæc appellatio tribuenda erat Simoni propter futuram fidei & confeſsionis conſtantiam, cui prædictioni vt euentus reſponderit, habemus Matthæi 16.15. vbi Chriſtus interrogat diſcipulos ſuos dicens: *Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Barjona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui eſt in cœlis. Et ego dico tibi: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam.*

In hoc Domini dicto tria ſunt inprimis notanda: Quorum primum eſt, quòd Chriſtus tribuat Simoni appellationem Petri, id eſt, rupis; idque propter confeſsionem. Hæc confeſſio ideo rupi confertur ſiue petræ, quia nititur & fixa eſt in ſolida rupe ſeu petra Ieſu Chriſto. Deinde quia non fuit leuis, erronea, inconſtans, inſtar auræ aut pulueris, ſed firma, verè

conſtans & immobilis, inſtar rupis, quam nemo loco mouere poterit. Confeſsionis forma hæc fuit: *Tu es Chriſtus Filius Dei viui.* Hìc Simon Diuinitatem, humanitatem, & vnitatem perſonæ agnoſcit, quam prædicat Chriſtum eſſe, hoc eſt, Meſsiam & ſaluatorem mundi. Quia autem hæc confeſsio Simonis præuiſa à Chriſto fuit, præmonet hìc Chriſtus, fore aliquãdo, vt propter eam nomen Cephæ, hoc eſt, petræ, eſſet accepturus.

Secundum, quòd hîc notandum eſt in dicto Chriſti, eſt, quòd ait: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Spiritus Sanctus ſingulari conſilio genus mutat, etſi ſignificationem retinet, idq́ue ideo facit, ne quis ædificium hoc ad dignitatem perſonæ Petri referat, & non ad ſimilem fidei cõfeſsionem & conſtantiam vt oportet. hoc ergo dicto: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, ſignificat Chriſtus, ſe ſimilem confeſsionem & conſtantiam requirere in omnibus, qui aliquando Eccleſiæ ſuæ, per fidem Euangelij inſerentur, ac ſi dicat: Mi Simon, qui ſimili tecum fide, confeſsione & conſtantia me agnoſcunt, erunt etiam petræ, id eſt, viui lapides ædificij mei, ædificati ſuper me, qui ſum firma petra, & vnicum Eccleſiæ fundamentum.

Tertium quod notandum eſt in dicto Chriſti, eſt, quôd rupis nomine etiam ſignificetur Eccleſiæ firmitas, videlicet, quòd inuicta ſit futura Eccleſia, vt quæ in altiſsima rupe ſit collocata. Huc promiſsio ſubiecta pertinet: *Et portæ inferorum non præualebunt ſuper eam.* id eſt, quidquid Sathan poteſt vel cõſilio vel viribus, non euertat Eccleſiam Chriſti.

Porrò cùm Antichriſtus dictum Domini torquet ad ſtabiliendum primatum Papæ, ſuo more facit, peruertendo & corrumpendo Scripturam. Cuius Antichriſti errorẽ & vanitatem ſatis refutat cùm ipſa circumſtantia loci, tùm dictum Domini ad diſcipulos: *Reges gentium dominantur eorum: vos autem non ſic.*

DE TERTIO.

43 Poſtero die voluit exire Ieſus in Galilæam: & inuenit Philippum, & dicit ei: ſequere me.

Erat autem Philippus à Bethſaida, ciuitate Andreæ & Petri.

In hoc tertio membro hoc ſingulare eſt, quôd Philippus non quærat Chriſtum, ſed à Chriſto quæſitus inueniatur. Beatus profectò, qui à Domino quæritur & inuenitur. Sed quomodo quærit Dominus? vbi quærit? quos quærit? & quomodo cum iis, quos inuenerit, agit?

Quærit vt paſtor ouem, quærit vt ſaluator perditum, quærit verbo, quærit cruce. Breuiter, quęrit miniſterio Euangelij, & non paucos cruce cogit.

Vbi quærit? paſsim in vaſto orbe, iuxta illud: *Ite in mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium*

A *omni creaturæ.*

Quos quærit? Omnes. Ita enim ait Matth. 11. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis mole peccatorum.* Eſt enim diues in omnes, nec eſt vlla diſtinctio nationũ, hominum, ſtatuum, ſexuum. Neque enim dignitas hominum hîc habet locum, neque indignitas quemquam excludit, modò ad ſanctum ſanctorum cõfugerit, qui ſufficiens λύτρον perſoluerat pro toto humano genere. Quicunque ergo pereunt, ſua culpa

B pereunt, vt qui nolint ſalutem oblatam fide amplecti.

Quomodo eos, quos inuenerit, regit? Verbo, Spiritu, Sacramentis, diſciplina, cæremoniis, & obedientes tandem æterna beatitudine donat.

DE QVARTO.

45 Inuenit Philippus Nathanael, & dicit: Quem ſcripſit Moſes in Lege & Prophe-

C *tæ: inuenimus Ieſum filium Ioſeph à Nazareth.*

46 Et dicit ei Nathanael. A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? dicit ei Philippus: Veni & vide.

47 Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt.

D *48 Dicit ei Nathanael: vnde me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Priuſquam Philippus te vocaret, cùm eſſes ſub ficu, vidi te.*

49 Reſpondit ei Nathanael, & dixit: Rabbi, Tu es Filius Dei, Tu es Rex Iſrael.

50 Reſpondit Ieſus & dixit ei: Quia dixi tibi: vidi te ſub ficu, credis, maiora his videbis.

51 Et dicit ei: Amen Amen dico vobis, ab

E *hoc tempore videbitis cælum apertũ, & Angelos Dei aſcendentes deſcendentesq́; ſuper Filium hominis.*

Quatuor ſunt in hoc membro: Primum, colloquium Philippi & Nathanaelis.

Secundum, colloquium Chriſti & Nathanaelis.

Tertium, confeſsio Nathanaelis.

F Quartum, confeſsionis probatio cum promiſsione maioris certitudinis.

Colloquiũ Philippi & Nathanaelis de Chriſto, in quo primùm Philippus teſtatur de Chriſto in hunc modum: *Quem Moſes ſcripſit in Lege & Prophetæ, inuenimus Filium Ioſeph à Nazareth.* Quò firmior eſſet Philippi aſſertio, Moſen & Prophetas in medium adducit, qui venturum Meſsiam orbis Saluatorem prædixerant. Nam tum demum conſtabit de veritate, vbi ap-

G paret conſenſus Moſis & Prophetarum cum euentu. *Et dicit Nathanael: à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Nathanael magno errore perſonam

nam ex loco æſtimat, cùm potiùs perſona loco dignitatem conciliet quàm locus perſonæ. Qua autem occaſione factum ſit, vt Ioſeph nutricius Chriſti habitaret Nazareth, indicat Matthæus capite ſecundo, verſ. vigeſimo tertio. Ac ita diuina prouidentia factum eſt, vt Ieſus à loco diceretur Nazaræus, ſeu Nazarenus, qui verus Nazaræus fuit naturâ & facto. Nam verè ſanctus Dei fuit, ſegregatus à peccatoribus, ſanctificans alios ſua ſanctitate. Nathanael Philippum ſequitur, vt cognoſcat, an ſic ſe res habeat, quemadmodum à Philippo audiuerat. Magno enim deſiderio videndi Meſsiæ tenebatur: quem cùm Ieſus videret ad ſe venientem, dixit de eo: *Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt.* Hìc Dominus edito argumento Diuinitatis ſuæ (ſolius enim Dei eſt corda hominum intueri & ſcrutari) vacillantem fidem Nathanaelis confirmat. Diſcrimen inter veros Iſraelitas & carnales tantùm, ad Romanos capite nono, verſiculo ſeptimo tra ;itur, vbi Iſraelitæ veri definiuntur eſſe Filij promiſsionis, hoc eſt, omnes qui credunt promiſsioni gratuitæ, vt Iſrael fecit, coram Deo Iſraelitæ cenſentur. Habuit ergo Nathanael fidem in promiſſum Meſsiam, qua fide iuſtus erat & Deo acceptus, etſi perſonam Meſsiæ nondum nouit. Huius fidei germanus fructus fuit, quod fuerit ſincerus, & ſine omni dolo. Non ergo naturæ fuit iſta in Nathanaele innocentia, ſed gratię & fidei. Nam veræ fidei indoles eſt innocentia & candor.

Colloquium Nathanaelis & Chriſti ſequitur. Cùm fortè interueniſſet Nathanael, & audiſſet Chriſti de ſe teſtimonium, ait Chriſto: *Vnde me noſti?* ac ſi dicat: Mirum mihi videtur, quòd mihi ignoto tantum feras innocentiæ teſtimonium. Cui Dominus: *Priuſquam Philippus te vocaret, cùm eſſes ſub ficu, vidi te.* Ex hoc reſponſo colligit Nathanael Chriſti Diuinitatem. Vnde confirmatus, fidei ſuæ confeſ-
A ſionem edit hiſce verbis: *Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Iſrael.* Hanc confeſsionem approbans Dominus ait: *Quia dixi tibi: vidi te ſub ficu, credis,* hoc eſt, quia Philippo credere noluiſti, ſigno iam conuictus credis. *Sed maiora his ſigna videbis,* quæ fortiùs animum tuum conuincent, vt me ſtatuas verum Meſsiam eſſe mundo promiſſum. Huc addit Dominus aſſeuerationem præpoſita iuratione: *Amen Amen dico vobis, ab hoc tempore videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei*
B *aſcendentes & deſcendentes ſuper Filium hominis:* Hìc Dominus exponit, quid ſignificauerit illa ſcala quam Iacob vidit in ſomniis, Geneſ. capite vigeſimo octauo, verſiculo duodecimo, vbi ſic habetur: *Ecce ſcala erecta erat ſuper terram, & caput eius tangebat cœlum: Ecce præterea Angeli Dei aſcendebant & deſcendebant per eam.* Hæc pictura non ad aliquod ſingulare & viſibile miraculum, ſed ad perpetuam regni Chriſti adminiſtrationem referenda eſt. Scala ergo hæc Chri-
C ſtus eſt, qui capite attingit cœlum, quia in eo eſt diuina natura, & conſiſtit in terra, quia Filius Dei aſſumpſit humanam naturam. Quòd autem extremitatibus tangat cœlum & terram hæc ſcala, ſignificat, quòd Chriſtus coniungat, vt Mediator, Deum & homines. Atque hac de cauſa cœlum apertum dicitur, quòd antea peccatoribus occluſum erat, quia Chriſtus Patrem propitium reddit, vt reſpiciat inuocantes, atque eos iure cœleſtis habitatio-
D nis dignetur. Angeli aſcendentes per ſcalam ſignificant, quòd acceſſum habeamus ad Deum per Ieſum Chriſtum. Iidem Angeli deſcendentes per eandem ſcalam ſignificant miniſterium Eccleſiæ in mundo efficax eſſe & ſalutare per eundem Ieſum Chriſtum, per quem Patri reconciliati ſumus. Hæc ergo pictura adminiſtrationis regni Chriſti deſtruit omnes opiniones hominum, qui aliam viam in cœlum quæ-
E runt, quàm vnum Ieſum Chriſtum.

CAPVT SECVNDVM.

SVMMA CAP. II.

Chriſtus aqua in vinum conuerſa in nuptiis, deſcendit cum matre & diſcipulis Capernaum. Poſt paucos dies inde profectus Ieroſolymam in Paſchatis feſto eiicit è templo ementes & vendentes. Quo facto offenſi Iudæi cum illo expoſtulant, quærentes ſignum. Interim multi miraculis moti, quæ edidit in nuptiis, in ipſum crediderunt.

ORDO ET PARTES CAPITIS II.

Quatuor ſunt huius Capitis partes:

Prima, de nuptiis, & iis quæ in nuptiis contigerunt.

Secunda, de mora CHRISTI in ciuitate Capernaum.

Tertia, de profectione CHRISTI Ieroſo-
F lymam, & eius facto in templo.

Quarta, de Iudęis, qui offenſi facto CHRISTI, ſignum poſtulant.

EXEGESIS SECVNDI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

DE PRIMA PARTE.

Primam partem huius capitis, quę eſt de nu-
G ptiis quibus interfuit Dominus, partiemur in ſex membra, eaque accommodabimus inſtructioni noſtri & vſui.

DE PRIMO.

1 Et tertia die nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ: & erat mater Ieſu ibi.

2 Vocatus eſt autem & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.

HIc duo ſunt ſpectanda, videlicet hiſtoria & myſtica ſignificatio, de quibus ordine dicemus.

In hiſtoria tres ſunt circumſtantiæ: Prima temporis. Secunda loci. Tertia perſonarum.

Prima circumſtantia, quæ eſt temporis, eò pertinet, vt ſciamus ordinem rerum geſtarum à Chriſto. Chriſtus cùm eſſet natus circiter annos 30. baptizatus eſt à Iohanne Baptiſta eo die Ianuarij, quem Eccleſia vocat Epiphaniam Domini, propter apparitionem trium perſonarum Diuinitatis in Baptiſmo Chriſti, videlicet Patris, cuius vox de cœlo audiebatur: & Filij qui baptizatus eſt à Iohanne, & declaratus Filius Dei teſtimonio diuino: & Spiritus Sancti, qui apparuit in ſpecie Columbæ ad deſignandam pacificationem inter Deum & homines. Poſt Baptiſmum Chriſtus ſeceſsit in deſertum, vbi commoratus in ieiunio 40. dies, tentatur à Diabolo, Mat. 4. 1. Poſt ieiunium & ſuperatam tentationem rediit Chriſtus ad Baptiſtam, & tertio die poſt hunc reditum factæ ſunt nuptię in Cana Galilææ, quarum hìc fit mentio, idque circa medium Februarij. Hic ordo hiſtorię eſt, vt eum annotauit Philippus.

Epiphanius, qui ſcribit Chriſtum natum eſſe 33. anno Herodis, id eſt, 40. Auguſti, & affirmat Chriſtum baptizatum eſſe à Iohãne 12. Nouembris, cùm ferè natus eſſet 30. annos, & poſt baptiſmum ieiunaſſe 40. dies, refert hoc miraculũ, quod edidit Chriſtus in nuptiis, ad 6. Ianuarij, quem eundem facit natalem Domini. Funccius ſcribit Chriſtum baptizatũ eſſe 10. Septembris 29. anni ætatis. Sed Philippi ſupputatio præ aliis mihi placet, interim relinquẽs cuique ſuum iudicium.

Secunda circumſtantia loci eſt. *Erant*, inquit, *nuptiæ in Cana Galilææ*. Cana oppidum fuit in tribu Manaſſe, in Galilæa, obſcurum & ignobile. Hìc nota, loci obſcuritatem non impediuiſſe Dominum cœlorum, quominus illis nuptiis intereſſet. Nam cùm regnum Chriſti non ſit de hoc mundo, haudquaquam decet eius gloriam loci dignitati, ſed hominum potiùs pietati alligatam eſſe. Nemo ergo ſuperbiat de loci, vnde ſit, excellentia & ſplendore, & nemo animum deſpondeat, ob loci obſcuritatem aut contemptum: ſed in hoc quiſquis laboret, vt fide, pietate, innocẽtia Chriſtum inuitet, vt in ſe habitet, quò clarus ipſius præſentia reddatur, & qui in ſe obſcurus eſt, vt iudicio Dei cenſeatur dignum Chriſti hoſpitium.

Tertia circumſtantia perſonarum eſt, quæ hìc narrantur interfuiſſe nuptiis, videlicet mater Ieſu, Ieſus ipſe, ac diſcipuli eius. Hæc circum- A ſtantia in primis obſeruanda eſt. Clariſsimè enim docet nuptias eſſe ordinationem Dei: approbari à Chriſto: Chriſtum in piorum nuptiis præſentem eſſe: nuptias eſſe honorabiles, eſſe dignas quæ præſentia ſanctorum ornentur. Hinc autor Epiſtolæ ad Hebræos cap. 13. verſ. 4. dehortaturus à ſcortatione, quæ eſt opus Diaboli, & deformatio ordinationis diuinæ, ait: *Honorabile eſt inter omnes coniugium, & thorus immaculatus*. Quid ergo ſit ſentiendum de iis, qui B contra ordinationem Dei: contra approbationem Chriſti: contra teſtimonium Spiritus Sancti coniugium vel extenuant vel damnant, non eſt difficile iudicare iis, qui ſciunt, quidquid contra verbum Dei dicatur, proficiſci à Sathana hoſte Dei.

Tatianus, qui vixit Antonini tempore, nihil differre nuptias à ſcortatione, impuriſsimo ore euomuit. Hunc errorem ſecuti Euchratitæ nuptias rem eſſe Diabolicam dixerunt. C Hieronymus bonorum genere coniugium eximit, & inter minùs mala numerat. Ius Canonicum vocat coniugium immunditiem carnis, in quo qui ſunt, Deo placere non poſſunt. Monachi ſuum Sodomiticum cœlibatum pręferunt ſanctiſsimo coniugio. Quid quæſo magis horrendum eſt, quàm confuſionem Diabolorum, & ordinationem Dei æquare? Quare nos furori damnantium coniugium opponamus ordinationem Dei ſanctam, approba- D tionem Chriſti, teſtimonium Spiritus Sancti, exempla plurimorum Sanctorum inde vſque ab initio mundi, fines inſtituti coniugij, ac memores ſimus prædictionis Apoſtoli 1. ad Timotheum capite quarto, verſ. 1. *Spiritus manifeſtè dicit, quòd in nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis Dæmoniorum, per hypocriſin falſiloquorum, cauteriatam habentium conſcientiam, prohibentium contrahere matrimonium*. Hoc Pauli vaticinium E ſatis oſtendit, quo ſpiritu ducantur & loquantur, qui vel minimum detractum volunt ſancto coniugio. Syracides capite vigeſimoquinto verſ. primo. *Tria me exhilarant, & coram Deo ſimul & hominibus condecorant: concordia fratrum, amicitia propinquorum, & vir & vxor inter ſe bene conſentientes*. De coniugio vide integrum tractatum in locis Philippi, & Enchiridio noſtro. Item in Syntagmate.

Myſtica ſignificatio præſentiæ Chriſti in nu- F ptiis, iam primùm auſpicantis ſuum regnum, hæc eſt: Filius Dei in hunc mundum venit, vt Eccleſiam ſibi tanquam ſponſam copularet. Vnde Paulus Epheſ. cap. 5. 32. arctiſsimam copulam Chriſti & Eccleſiæ magnum vocat myſterium, quod myſterium adumbratur quodammodo coniugio, id eſt, copula mariti & vxoris, quæ eſſe debet arctiſsimo & mutuo amore deuincta. Vt enim derelinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & qui G duo erant, fient vna caro: ita Filius Dei de cœlo deſcendit & iungitur Eccleſiæ, vt ipſe & Eccleſia fiat vna caro. Vnde Theodoretus rectiſsimè ait

mè ait: *Ipſe Filius Dei ſuperno Patre relicto, coniunctus eſt Eccleſiæ. Relinquere autem viſus eſt ratione ſuſceptæ humanitatis, cùm vt Deus à Deo ſeparari non poſſet, vt qui ipſe etiam haberet naturam, quæ non poſſet circumſcribi.* Vt ergo Eua ſponſa Adami, erat caro de carne & os de oſsibus Adami: ita nos quemadmodũ Paulus ait, membra ſumus corporis eius, ex carne eius, & ex oſsibus eius. De hac admirãda copula Chriſti & Eccleſiæ loquitur Paul. 2. Corinth. 11. 2. *Deſpondi vos vni viro, vt exhibeatis vos Chriſto virginem puram*, hoc eſt, Euangelij prædicatione à fornicatione impura, qua contaminati eratis, adduxi vos ad Chriſtum, cui purificanti vos à prioribus pollutionibus deſpondi tanquam marito, vt poſthac exhibeatis vos vt puram virginem. Conſiſtit autem hæc puritas in ſimplicitate doctrinæ Chriſti, in fide ſincera, qua purificantur corda, in vero cultu ſponſi Chriſti, in morum innocentia. Qui enim doctrinam vel corrumpit, vel fidem violat ſponſo datam, vel cultum debitum ei non exhibet, vel morum impudicitia laſciuus redditur, à Chriſto ſponſo ad fornicariam laſciuiam deflectit. De hac arctiſsima copula huius ſpiritualis coniugij Chriſti & Eccleſiæ, & eiuſdem legibus vtrinque ſeruandis loquitur Dominus ipſe apud Hoſeam Prophetam cap. 2. 19. in hanc ſententiam: *Deſponſabo te mihi in perpetuum: & deſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in clemẽtia & in miſericordia: & deſponſabo te mihi in fide, & cognoſces* I E H O V A H. Hìc Propheta, vt oſtendat arctiſsimam eſſe copulam deſponſationis Chriſti & Eccleſiæ, quinque huius deſponſationis circumſtantias ponit. Primùm enim ter repetit promiſsionem deſponſationis perpetuò duraturæ. *Deſponſabo*, ait, *te mihi in perpetuum.* Hæc crebra promiſsionis repetitio opponenda eſt deſperationi & indignitati. Nam in promiſsionibus diuinis non tam noſtram indignitatem quàm Dei veritatem in promiſſis præſtandis ſpectare oportet. Secundò, fœdus deſponſationis ratum fore pollicetur, cùm ait: *Deſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio*, id eſt, fœdere firmiſsimo & inuiolabili, vt quod & iuſtum ſit & à recto iudicio profectum. Tertiò, ne quis deſperet aut exiſtimet, priores ſordes & fornicationes abominabiles impedire poſſe hác nouam deſponſationem, addit: *Deſponſabo te mihi in clementia & miſericordia*, quaſi diceret: propitius ero iniquitatibus eius, & peccatorum ipſius non recordabor. Ego enim ſum, qui ex mera bonitate & miſericordia mea, deleo iniquitates & abluo immunditiem prioris fornicationis, vt mihi virginem puram deſponſem. Modus huius purgationis & ordo pulcherrimus monſtratur à Paulo, qui in hunc modum ſcribit Epheſiis 5. 25. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, vt eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt ſtatuat ipſam ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut quid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata.* Clementia ergo ſua & miſericordia ex immunda fornicaria, puram virginem facit, hanc lauat, hanc vngit, hanc veſtit, hanc paſcit, hanc potat. Lauat ſanguine: vngit Spiritu: veſtit ſtola iuſtitiæ & ſanctimoniæ: paſcit carne ſua: potat aqua ſcaturiẽte in vitam æternam, in qua dulciſsimo complexu mariti fruetur in omnem æternitatem, vbi erit hæc ſponſa perfectè munda, perfectè ſine ruga & macula, quæ hìc tantùm imputatione & inchoatione munda eſſe poterit. Hinc eſt, quòd ſponſa Chriſti & nigra & formoſa à Salomone dicatur. Nigra ob ſuperiorem impietatem: Formoſa propter pœnitentiam. Nigra propter infiditatem: Candida propter fidem. Nigra propter reliquias peccati: Candida & formoſiſsima propter iuſtitiá Chriſti, qua vt infinito ſplendore nitet. Nigra propter crucem: Formoſa propter Spiritum conſolantem, & ſpem gloriæ promiſſæ. Quartò explicat Propheta, qua lege fiat hæc deſponſatio Chriſti & Eccleſiæ, cùm ait: *Deſponſabo te mihi in fide*. Nam fides à parte ſponſæ eſt, conſenſus in hoc nouum coniugium teſtificatio. Verùm quia fides eſt ex auditu, & auditus per verbum Dei, fit vt miniſtri verbi habeantur pronubi & nuptiarum conciliatores. Ideo Paulus, de ſe ait, ſcribens Corinthiis 2. Corint. 11. 2. *Deſpondi vos vni marito Chriſto.* Quinto loco addit Propheta: *Et cognoſces* I E H O V A H. Quibus verbis requirit firmam Dei notitiam, & cũ notitia fidem, quæ ſine fructu nunquam exiſtit. Cùm ergo cõiunctio illa, qua nos ſibi deuinxit Chriſtus, habet ſe vt coniugium inter nos & illum, monemur, quòd quemadmodum ipſe omnibus officiis erga nos fidelis mariti defungitur: ita nobis viciſsim ſtipulatur amorem & caſtitatem coniugalem, ne videlicet animas noſtras Sathanæ libidini, fœdiſque carnis cupiditatibus ſtuprandas proſtituamus. Deinde cùm ſalus Eccleſiæ, quæ eſt ſponſa Chriſti, in luce notitiæ Dei efficacis cõſiſtit, monemur, vt ſemper intentæ ſint mentes noſtræ in Chriſtum ſponſum, vt ſcilicet maneat firma & ſtabilis noſtri cum illo coniunctio.

Porrò quòd Papiſtæ ex eo quòd Paulus videtur vocare coniugium magnum myſterium, cùm tamen non ipſum coniugium, ſed arctiſsimam copulam Chriſti & Eccleſiæ, quæ adumbratur coniugio, magnum myſterium appellat, numerant coniugium inter ſacramenta noui Teſtamẽti, ab ipſo Paulo refellitur, qui manifeſtè dicit, ſe myſterium magnum appellare nõ viri, aut mulieris copulam, ſed arcanam illam coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ. Deinde ſi omnia corporata, quæ habent analogiam ad res ſpirituales & inuiſibiles, eſſent ſacramenta, infinitus profectò foret ſacramentorum numerus. Hic Sol aſpectabilis Chriſtum ſponſum ſignat: Stellę Apoſtolos: Ignis Spiritũ Sanctum. Num ergo hæc inter ſacramenta numerabimus noui Teſtamenti? nullo modo. Sunt enim Sacramenta cæremoniæ Eccleſiæ propriæ: habent promiſsionem gratuitæ remiſsionis peccatorum: Et requirunt fidem promiſsionis gratuitæ, & ſunt per fidem efficacia. Deinde poſt-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quam perſuaſum fuit Papiſtis, coniugium eſſe ſacramentum Eccleſiæ, ex vno errore in duos alios lapſi ſunt. Horum primus eſt de diuortiis iuſtis, quæ non re ipſa fieri putant. Alter de ſecũdis nuptiis, quas parum à ſcortatione differre putant, neque ideo negant ſecundò contrahentibus coniugium benedictionem ſacerdotalem. Nam & diuortia & ſecũdas nuptias cum ſacramenti ratione pugnare exiſtimant. Siquidem Sacramentum hoc, vt volunt, poſtulare videtur. vt maneat vinculum coniugij re ipſa, ſiue adulterium committat alterutra pars, ſiue moriatur. Verùm cùm piis & rectè doctis conſtet, coniugium non eſſe ſacramẽtum Eccleſiæ, ruit fundamentum Papiſticum, ex quo ſuos errores extruunt.

DE SECVNDO.

3 *Et deficiente vino dixit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.*

4 *Et dixit Ieſus: Quid mihi tecum eſt mulier, nondum venit hora mea.*

Huius ſecundi membri quatuor ſunt circumſtantiæ:

Prima. Defectus vini in nuptiis.

Secunda. Affectus Mariæ matris Domini erga nouos coniuges.

Tertia. Interceſsio matris apud filium.

Quarta. Reſponſio Chriſti cum ratione ſubiecta.

Prima. Defectus vini primũ arguit inopiam ſponſi & ſponſæ, quæ tamen inopia non impediuit Chriſtum cœlorum Dominum, quominus illorum intereſſet nuptiis: cuius exemplũ etiam nos imitemur, ornando præſentia noſtra honeſtas nuptias etiam pauperum. Secundò, indicat hic defectus vini imprudentiam ſponſi in ſupputandis ſumptibus & parandis iuxta numerum conuiuarum. Eſt enim prudentis & conſiderati hominis, non vltra facultates ſumptus facere: ſed diligenti habita facultatum ratione videre, & quantum ferre poſsit, & quid ſe deceat, & proſpicere in futurum, ne ita vno anno ſumptus faciat, vt ſequenti cum vxore & liberis mendicet panem, id quod videmus multis euenire, qui huius ſponſi imprudentiam ſequuntur. Tertiò, hic defectus vini exemplum ærumnarum coniugij eſt: quæ ſanè ærumnæ non ſunt vnius generis. Nam alij aliis cum ærumnis conflictantur. hos premit inopia, illos morbi infeſtant: incidunt interdum infœlices partus, magna difficultas obiicitur in educandis natis: nati ſæpè parentibus ſunt immorigeri: vnde haud rarò incidunt in triſtes caſus, hinc dolor parentum maior efficitur, quàm ſi ipſi ea paterentur. Iuxta illud Prouerb. 19.13. *Dolor patris, filius ſtultus.* Harum ærumnarũ plures ſunt cauſæ. Multi parentes ſegniùs faciunt officium in educandis natis. Multi ſuæ prouidentiæ ſucceſſum liberorum aſcribunt: Multi ordinatione Dei ſine timore Dei, vtuntur, & ſine inuocatione Dei. Diabolus hoſtis ordinationis diuinæ deformationem ordinationis diuinæ molitur. Deus interdum ſingulari & arcano conſilio ſanctos coniuges cruce exercet, quò reddantur ſibimet probatiores, & efficiantur inſtructiores aduerſus communem hoſtem Diabolum. Hæc omnia moueant coniuges, vt viuant in timore Dei, ſemper Deum inuocent, & præparent ſe aduerſus omnes fortunæ caſus, præſertim cùm omnes ordinationes diuinæ in hoc mundo habeant crucem comitem. Quartò, vt hæc inopia coniugũ & defectus vini ſeruiebat gloriæ Chriſti manifeſtandæ: ita omnes calamitates humanæ, & quantumuis triſtes caſus eò pertinent, vt Deo in gloriam cedant. Quod tum demum fit, vel quando in mediis ærumnis ad ipſum precibus confugimus, qui nunc apertum fert auxilium, nunc intus conſolatur, & adeſt nobis vt παραστάτης, ne fracti cruce nobis impoſita deſperemus: vel quando fremimus ſub cruce & Deo iraſcimur nos iuſtè punienti. Tunc enim gloria Dei iuſtè punientis peccatum manifeſtatur. Exempla habemus in Pharaone Ægypti Tyranno, & multis aliis.

Secunda. Affectus Mariæ matris Domini ex eo ſe prodit, quòd ſit ſolicita pro his nouis coniugibus, & illorum calamitate, perinde atq; ſua, afficitur. Hoc exemplum matris Domini omnibus piis imitandum eſt. Siquidem omnes, qui verè pij ſunt, vnius corporis mẽbra in Chriſto Ieſu exiſtunt, adeò vt Paulus audeat dicere, Chriſtum ipſum & omnes qui in ipſum credũt vnum eſſe Chriſtum. Ita enim ait ad Galat. 3.28. *Omnes vos vnus eſtis in Chriſto Ieſu.* Huius vnionis in idem corpus teſtimonia ſunt Baptiſmus & cœna Domini. De Baptiſmo loquitur Paulus 1. Cor. 12.13. *Etenim in vno ſpiritu nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus.* De Cœna autem 1. Cor. 10.17. *Quia vnus panis, vnũ corpus multi ſumus.* Qđ autẽ vnio hæc ſit ſpiritualis & arcana, oſtendit Paul. 1. Cor. 6.17. cùm ait: *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* Hinc igitur eſt, quòd Paulus hunc mutuæ commiſertionis affectum erga confratres noſtros, & commembra, vt ita dicam, commendat nobis, Rom. 12.15. *Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus,* & addit dulciſsimam ſimilitudinem: *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra eundem actum non habent: Ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* Hæc proinde membrorum coniũctio per eũdem Chriſti Spiritum in vno eodemque corpore, cauſa eſt eius affectus, qui Græcè dicitur συμπάθεια, id eſt, condolentia ſeu commiſeratio: Et à Clemente Alexandrino definitur in hunc modum: συμπάθειά ἐστι πάθος τινὸς διὰ πάθος ἑτέρου, h.e. *Condolentia ſeu commiſeratio eſt affectio alicuius propter affectionem alterius.* Ad eundem ergo modum in calamitatibus aliorum, præſertim eorum, qui membra ſunt eiuſdem corporis, nobiſcũ affectos eſſe nos decet, quo ſunt affecta membra eiuſdem corporis, erga membra alia morbo aut quouis malo laborantia. Exẽpli gratia: Cùm quis laborat morbo pedis infimi mẽbri corporis, quid hìc faciũt membra alia eiuſdem corporis? An non os aperitur

ritur ad quærendum remedium? Annon auris ad audiendum patet? An non oculus ad videndum promptus eſt? Annon manus ad ligãdum vulnus parata? Si ſimilem affectionem non ſentimus in nobis in ærumnis ſanctorum, profectò vel mortua ſumus membra, vel planè alieni ſumus à corpore Chriſti. Nam in corpore Chriſti perpetua eſt membrorũ mutua affectio. Vnde Paul. 1. Cor. 12. 26. *Si quid patitur vnũ membrum, compatiuntur omnia membra. Si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autẽ eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.*

Cęterùm quò magis excitemur ad hunc pietatis & commiſerationis erga alios affectum, ordine cauſas pręcipuas recitabo, quæ nos meritò mouere deberent, vt alij aliorum afficeremur calamitatibus.

Prima. Cõformitas naturæ. Sumus enim homines eiuſdẽ naturæ. Hinc Eſaias 58. 7. commiſerationis argumentum petit, cùm ait: *Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris.*

Secunda. Origo communis. Sumus enim omnes ab eodem Deo creati, & ab iiſdem parentibus Adam & Eua progeniti: Quam ob cauſam ꝓximi dicimur alter alterius. vnde Auguſtinus: *Si putamus, non eſſe proximos, niſi qui de iiſdem parentibus naſcuntur, Adam & Euam intendamus, & omnes fratres ſumus.*

Tertia. Cogitatio conditionis noſtræ, qui variis caſibus expoſiti ſumus, ſecũdùm notum & veriſsimum verſiculum:

Aut ſumus aut fuimus aut poſſumus eſſe quod hic eſt.

Huc & illa vox Didonis pertinet:

Haud ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Quarta. Fraternitas ſpiritualis. Sumus enim omnes, qui in Chriſtum credimus, fratres inter nos, nati ex Deo, patre, & matre Eccleſia Ioh. 20. 17. *Aſcendo*, ait Dominus, *ad Patrem meũ & Patrem veſtrum, & ad Deum meum & Deum veſtrum.* Cùm ergo nos fratres ſumus, eandem habituri hæreditatem, profectò decet, vt alij aliorum neceſsitatibus afficiamur. Quod qui non faciunt, declarant ſe extra hãc ſpiritualem fraternitatem eſſe. Id quod Iohãnes 1. Ioh. 3. 17. teſtatur, cùm ait: *Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum habere neceſſitatem, & clauſerit viſcera ſua* (id eſt, non tangitur eius calamitate) *quomodo charitas Dei manet in eo?* q. d. alienus prorſus à Deo eſt.

Quinta. Dignitas fratrum laborãtium & ope noſtra indigentiũ, videlicet quòd ſint filij Dei. Hæc dignitas monebit nos, vt quemadmodum oculis corporeis pannos Lazari & vlcera intuemur: ita oculo fidei contemplemur dignitatem & gloriam filiorum Dei, atque adeò ſummam illam charitatem cœleſtis Patris erga ſuos filios. *Videte*, inquit Iohãnes, 1. Ioh. 3. 1. *quantam charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & ſimus.* Cùm ergo in externã ſpeciem hominis quouis modo afflicti oculũ corporis intẽdis, ſimul purgato fidei oculo internam gloriam adoptionis contemplare, vt huius dignitas ad commiſerationem & opem ferendam te commoueat: quæ ſi te non mouerit, certã notam habes, quòd gra-

A tiæ adoptionis adhuc ſis expers.

Sexta. Æſtimatio beneficij præſtiti proximo Chriſtiano apud Filiũ Dei. Hic. n. ſibi factũ reputat, quidquid ex fide præſtiteris diſcipulo eius minimo, i. cuiuis Chriſtiano. Ita enim ipſe ait Matth. 25. 40. *Amen dico vobis, quatenus feciſtis vni ex iſtis fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Huc illud Hieronymi pertinet: *Quotieſcunq; manum pauperi extendis, Chriſtum cogita.* Hæ & ſimiles cauſæ, ſi quem nõ mouerint ad commiſerationem erga proximum, planè extra Chriſtum eſt. B

Tertia circumſtantia eſt interceſsio matris apud filium. Hæc interceſsio matris apud filium, non confirmat, vt Papiſtæ volunt, inuocationẽ Sanctorũ, vt pro nobis intercedant, quam idololatriam Diabolus inuexit in mundum in contumeliam Ieſu Chriſti vnici interceſſoris noſtri: ſed commẽdat nobis charitatẽ erga proximos, quæ facit, vt inuocemus Deum, vt ipſe opem ferat laborantibus fratribus. Huiuſmodi inuocaC tio habet mandatum Dei, proficiſcitur ex viua fide erga Deũ, & vera charitate erga proximos, habet promiſsionem diuinam, nititur dignitate Filij Dei, & interceſsione: iuxta illud Ioh. 16. 23. *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, hoc dabit vobis.* Denique tendit in gloriam Dei & ſalutem proximi. Deinde in ſpecie monet nos hęc interceſsio matris, vt nos quoque nouis coniugibus ſalutaria precemur.

Quarta circumſtantia eſt reſponſio Chriſti D cum ſubiecta ratione. *Quid*, inquit, *mihi tecum eſt mulier.* Vt intelligamus quid ſibi hæc duriuſcula reſponſio velit, diſcernendũ eſt inter Chriſti maieſtatem, & humiliationem: inter Diuinitatis gloriam, & humanitatis ſubiectionem: inter opera ſaluationis, & moralia: inter tempus ſubiectionis, & officij Meſſiæ executionem.

Quantum ad maieſtatẽ, Diuinitatis gloriam, opera ſaluationis, & executionem officij Meſſiæ proprij attinet, exemptus fuit Chriſtus omE nibus legibus humanæ ſubiectionis, nec habuit vllam perſonarũ acceptionem: ſed ſe omnibus ex æquo ſaluatorem obtulit. Atq; ideo matrem, cui, quantum ad humiliationem & humanitatis ſubiectionem, paruit vſque ad tempus inchoati miniſterij ſaluationis, in communem ordinem reiecit, eam nõ matrem, ſed mulierẽ appellans. Matt. 12. 46. cùm Ieſus occuparetur in operibus ſpectantibus ad Meſsię officium, quidam interuenit & ait: *Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant* F *quærentes te.* At ipſe reſpondens dixit: *Quæ eſt mater mea & qui ſunt fratres mei? Et extenſa manu ſua in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.* Simile eſt quod habetur Luc. 11. 27. vbi mulier quędam ex turba clamat: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti.* Cui Dominus reſpondens ait: *Imo verò, beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud.* Duriuſcula ergo hæc reſponſio Chriſti eò G pertinet, vt Maria cogitet nõ cadere ſub maternam obedientiam, ea quæ ſunt officij Meſsiæ, nec moueri Chriſtũ in actionibus Meſsiæ pro-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

priis, materna autoritate, ſed ſpontanea alacritate ad iuuandũ omnes. Impiè proinde canunt Papiſtæ in Cantico, cuius initium eſt, SALVE REGINA: *Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordiæ oculos ad nos conuerte, & Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis oſtende.* Quaſi Chriſtus adhuc maternis legibus ſubiiciatur, cuius autoritati eum cedere oporteat.

Nondum venit hora mea. Hora Chriſti eſt oportunum iuuandi tempus, videlicet, cùm ſentitur neceſsitas, cùm agnoſcitur inopia, cùm seriò petitur auxilium. Tunc enim gratum eſſe ſolet beneficium, quando præſtatur indigenti & anxiè petenti. Non ergo præſcribamus Chriſto tempus in noſtris anguſtiis, ſed pulſemus vt aperiatur nobis oportuno tempore. Ipſe nouit horam ſuam, nec deſerit vnquam eos, qui orando non deficiunt. Siquidem firma manebit hæc promiſſio, Ioh. 16. 13. *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Verùm quia ipſe meliùs diſcernit inter Scorpionem & piſcem, inter lapidem & panem, quàm nos, ſemper in petitionibus rerũ ſpectantium ad hanc vitam petemus cum conditione, videlicet vt det quod petimus, modò non impediat maiora & ęterna bona. Ideo ſemper addendum eſt: *Fiat voluntas tua.*

DE TERTIO.

5 Dicit mater eius miniſtris: Quodcunq; dixerit vobis, facite.

Hæc vox matris ad miniſtros plena fiduciæ eſt. Etſi enim Chriſtus ſtatim non exaudiuit: tamen mater ſtatuit fore, vt filius aliquo conſilio ſuccurreret præſenti neceſsitati. Hinc duo diſcamus: Vnum, non diffidere in noſtris precibus, quin tandem exaudiamur. Nam dilatio, & fidei probatio eſt, & ardentioris precationis occaſio. Alterum, omnibus ſuadere & præcipere quantum in nobis eſt, vt faciant quidquid mandauerit Chriſtus, non tam qualitatem operis, quod præcipitur, ſpectantes, quàm autoritatem imperantis.

DE QVARTO.

6 Erant autem ibi Hydriæ lapideæ ſex, poſitæ ſecundùm purificationem Iudæorum, capiẽtes ſingulatim metretas binas aut ternas.

7 Et dicit eis Ieſus: Implete hydrias aqua, & impleuerunt vſque ad ſummum.

8 Et dicit eis: Haurite nunc, & ferte Architriclino: & tulerunt.

Huius membri circumſtantiæ ſunt quatuor: Prima, de hydriis ſex, poſitis ad purificationem Iudæorum, quæ diuina prouidentia, futuro miraculo ſeruire debuerunt. Et notandũ eſt, quòd non dixerit ſimpliciter, ſex vaſa lapidea, ſed, ſex hydrias, id eſt, aquales, deſtinatas non vino, ſed aquæ, quod ad fidem hiſtoriæ faciendam pertinet, ne quis aut fæces, aut vini quippiam intus reſediſſe ſuſpicetur, quod poſtea infuſæ aquæ vini colorem & ſaporem indiderit. Singulæ ha-

A rum hydriarum capiebãt binas aut ternas metretas, hoc eſt, vt Philippus interpretatur, ſexaginta Germanicos Cantharos. Sex ergo hydriæ ſex amphoras, quas *Ammer* vocant, capiebant. Vt autem hæc liberalitas ad dignitatem & magnitudinem miraculi faciebat: ita numerus hydriarum ad eiuſdem certitudinem.

Secunda. Refert Euangeliſta has hydrias poſitas fuiſſe ad purificationem Iudæorum, videlicet ſuperſtitioſam illam, cuius Marcus meminit
B cap. 7. 3. vbi ait: *Phariſæi & omnes Iudæi niſi certatim lauerint manus, non edunt, tenentes traditionem maiorum: & à foro venientes, niſi baptizentur, nõ comedunt, & alia multa ſunt, quæ acceperunt tenenda.* Hîc videre eſt, quomodo de vna ſuperſtitione in aliam paulatim hypocritæ incurrant. Non fuerunt contenti Iudęi purgatione legali, ſed multò plures adiecerunt, ſicut Papiſtis nõ vnus Baptiſmus ſatis erat, ſed inſuper cacozelia Iudaica & Ethnica lotiones plures, per luſtralem, vt vo-
C cant, aquam excogitauerunt. Quibus nõ ſolùm viuos purgari à venialibus peccatis putârunt: verùm etiam mortuorum animas in purgatorio refrigerari inde docuerunt, cùm eorum ſepulchra aſpergillo irrigarentur, facta ſimul inuocatione pro mortuis, vel recitato Pſalmo, qui incipit: *De profundis.* In hunc vſum Papiſtæ intra templorum ianuas collocarũt vaſa plena aquis, additis aſpergillis, ſicut ciues Canæ Galilææ ſuas hydrias poſuerant, nõ ſine impietate & ſu-
D perſtitione damnãda. Sed quid hîc facit Dominus? Non iubet frangi hydrias iſtas, & proiici fragmẽta in flumina, ſed mandat impleri aqua, vt quæ hactenus deſtinatæ erant ſuperſtitioni damnandæ, iam gloriæ Chriſti manifeſtandæ ſeruiant. Ad eundem modum, quæ in Papatu erant dicata idololatrico vſui & ſuperſtitioni, vt templa, pocula, veſtes, &c. non ſunt abiicienda, cùm de iis perdendis & comburendis non habeamus particularia mandata, ſed transferenda
E ſunt in aliquem pium vſum, vt quæ olim deſtinata erãt prophanitati papiſticæ, nunc ſeruiant gloriæ Dei, ſed abſterſa ſuperſtitione & monſtrato ſalutari vſu. Sed diſcernendum eſt accuratè inter ea quæ re ipſa & vſu ſunt impia, & ea quæ vſu tantùm ſunt talia. Miſſa papiſtica, inuocatio ſanctorum, idola, & multa alia re ipſa ſimul & vſu ſunt impia, quare prorſus abiicienda ſunt. Templa, pocula, veſtes, decantationes Pſalmorum vſu tantùm ſunt impia, quare monſtra-
F to ſalutari vſu retineri poſſunt. Deinde videndum eſt, vbi vſus ſuperſtitioſus corrigi poteſt, & vbi non. Si nõ poteſt corrigi, imitemur exemplum Ezechię regis deſtruentis æneum ſerpentem, ſed ſeruata vocationis ratione. Præterea cauendus eſt zelus ſuperſtitioſus, qualis fuit Abdæ Perſici Epiſcopi, qui deſtruxit pyræum Perſicum, cuius factum ſecuta eſt perſecutio Chriſtianorum, quæ durauit 30. annos. Vide lib. 10. tripartitæ hiſtoriæ cap. 30.

G Tertia circumſtantia, mandatum Chriſti & eius executio. Chriſtus dicit miniſtris: *Implete hydrias aqua.* Miniſtri dicto audientes impleuerunt

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

runt hydrias vſque ad ſummum, nihil cogitantes de futuro miraculo, ſed fortè, vt erant ſuperſtitioſi, nouum purificationis ritum proponendum à Chriſto iudicarunt. Neque enim interrogant illum, in quem vſum hoc mandet fieri, ſed ſimpliciter, vt miniſtri, imperata faciunt. Horum exemplum & nos imitemur, faciamus quæ Chriſtus præcipit nobis, non præbeamus aliis magiſtris aures, qui vel corrigunt verbum Dei, vel planè mutant. Chriſtus vult, vt quidquid petierimus, in ſuo nomine petamus. Chriſtus mandat, vt omnes de calice bibamus. Si ergo ſumus diſcipuli Chriſti, obediamus ipſius mandato, & Papam tãquam anathema deteſtemur, qui alios mediatores nobis obtrudit, & arcet laicos à ſacrato calice. Ad eundem modum de aliis fiet iudicium.

Quarta. Aqua diuina virtute Chriſti, ſine contactu, ſine verborum quorumuis pronũciatione, ſine longo apparatu in vinum conuerſa eſt. Dicit enim miniſtris: *Haurite nunc & ferte Architriclino*, ſignificans vinum eſſe, quod modò erat aqua. Miniſtri obtemperant & ferunt ad Architriclinum.

Etſi autem Chriſto fuiſſet facile, vacuas hydrias vino de nouo creato impleſſe: tamen ex aqua infuſa voluit miraculosè vinum facere, vt oſtenderet creaturas inſtrumenta ſuæ gloriæ eſſe, quas ita habet in ſua manu, vt ipſius nutui obſequantur.

Architriclinus hîc dicitur qui præfuit conuiuio, & gubernauit conſilio & authoritate reliquos qui miniſtrârunt. Dicitur autem Architriclinus à Triclinio, id eſt, loco tribus inſtructo menſis ad diſcumbendum. Deinde in genere triclinium ſignificat quemuis locum conuiuiorum, & Architriclinus eum notat, qui preeſt gubernationi conuiuij, qui aliàs Græcè ἰδιατρος dicitur, vt refert Athenæus lib. 4.

DE QVINTO.

9 Vt autem guſtauit Architriclinus aquã vinum factã, & non ſciebat vnde eſſet. (Miniſtri autem ſciebant, qui hauſerant aquam) vocat ſponſum.

10 Et dicit ei: Omnis homo primùm bonũ vinum apponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod eſt deterius. Tu autem ſeruaſti bonum vinum huc vſque.

Quoniam ea quæ miraculosè fiunt, excedũt communem naturæ legem, ex aqua vinum factum per miraculum, multò fuit nobilius vino ex vuis expreſſo. *Nec aliter* (vt ait Cyrillus) *eſſe poterat quàm optimum, quod miraculosè à Chriſto factũ fuit.* Ideo Architriclinus exiſtimans ſpõſum hoc generoſum vinum ſeruaſſe huc vſque, id eſt, ad finem ferè conuiuij, arguit ſponſum, quòd contra aliorum hominum conſuetudinem fecerit, qui ſolent in principio conuiuiorum nobiliora vina apponere, poſtea autem vbi inebriati fuerint conuiuæ, ea quæ ſunt deteriora. Quàm autem laudabilis ſit iſta conſuetudo, viderit

A Architriclinus ipſe: Sponſum ſatis excuſat miraculum. Euangeliſta hæc refert ad conciliandam miraculo fidem, & ad probandam hiſtoriæ certitudinem.

DE SEXTO.

11 Hoc fecit initium ſignorũ Ieſus in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt in eum Diſcipuli eius.

Finis editi miraculi exprimitur. Manifeſtauit
B enim Chriſtus hoc miraculo, quòd ipſe ſit Rex gloriæ, de quo canit Pſalmus 24. 7. *Attollite portæ capita veſtra, & eleuamini, quia intrabit Rex gloriæ. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus Sebaoth. Ipſe eſt Rex gloriæ.* Et quòd ipſe ſit ſponſus Eccleſiæ, cuius curam ita gerit, vt deficientibus mediis ordinariis, ipſe Eccleſiam ſuam miraculosè conſeruare velit. Deinde conſpecta hac gloria regis Chriſti, diſcipuli confirmati ſunt, vt qui antea fouebant opinionem vagam, facilè in vtramq;
C partem nutantem, iam viuam fiduciam concipiant, cùm vident præſens miraculum tranſcendere naturę vires, & Dominum totius creaturę præſentem monſtrare.

Eſt ergo duplex ſcopus miraculorum Chriſti. Vnus, vt intelligatur eſſe Rex gloriæ, id eſt, verus Meſsias. Vnde Ioh. 6. 14. ſcribitur, quòd cùm vidiſſent homines miraculum, quòd quinque millia virorum ſaturaſſet Ieſus quinque panibus hordeaceis, dixerunt: *Hic eſt verus Prophe-*
D *ta, qui venturus eſt in mundum.* Et Chriſtus ipſe ait: Ioh. 10. 25. *Opera quæ ego facio, teſtificantur de me.* Alter, vt homines conuicti miraculis de veritate Dei, credant, & credẽtes ſaluentur. De vtroque ſcopo loquitur Iohannes cap. 20. 31. cùm ait: *Hæc facta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus ſit Chriſtus, et vt credentes vitam habeatis per ipſum.*

Etſi autem quæ hactenus diximus de miraculis, videntur ſimplicioribus ſufficere: tamen quò clariùs ratio miraculorum intelligatur, ſu-
E perioribus addam tria.

Primum, quid ſit miraculum, quæ eius genera & differentiæ.

Secundum, quid doceant & declarent miracula Chriſti in genere.

Tertium ſintne quædã ſymbolicæ ſignificationes miraculorũ Chriſti, cùm ſint tam varia.

DE PRIMO.

Diuina illa opera Chriſti, quæ fuerunt veluti
F quædam ſolennia & authentica ſigilla vocationis ipſius & doctrinæ, ad medendum infirmitati humanæ ac vacillantibus animis hominum edita, dicuntur nunc miracula, nunc prodigia, nunc ſigna, propter alios atque alios reſpectus. Miracula enim vocantur, propter effectum, eò quòd in admirationem ſua nouitate hominum animos adducunt: vt conuerſio aquæ in vinum miraculum fuit, quo in ſummá admirationem homines ſpectatores adducti ſunt. Prodigia di-
G cuntur, propter inuſitatum euentum in re ſubiecta, digna propterea, in quæ quaſi digitum intendas: vt cùm viderent conuiuæ aquam in vi-

num conuerſam contra naturæ ordinem & vires, omnes & oculos & vultus in factum conuerterunt. Signa denique dicuntur, propter vſum & finem. Propter vſum quidem, vt ſpectatores agnoſcerent diuinam potentiam in Christo edente ſigna: & veritatem infallibilem in doctrina eiuſdem. Propter finem verò, vt agnoſcentes Chriſtum & credentes ipſius doctrinæ, vitam per ipſum haberent æternam. Sic conuerſio aquæ in vinum, ſignum eſt diuinę potẽtiæ Chriſti & veritatis infallibilis doctrinæ eiuſdem: vnde ſpectatores conceperunt fidem, cui propoſita eſt vita æterna. Ideo Euangeliſta dixit: *Manifeſtauit gloriã ſuam, & diſcipuli eius crediderũt in eum.*

Horum miraculorum, ſiue prodigiorum, ſiue ſignorum genera ſunt duo. Quædam enim ſunt præter & contra naturam, vt quę ſuperant potentiam naturę creatę, videlicet Angelorum, hominum & Diabolorum, vt mortuum hominem verè ad vitam reuocare: effętam aniculam & ſterilem fœcundam facere, & huius generis multa, quæ ſunt propria Eccleſiæ.

Hìc obiter notetur, quòd aliquid poſsit dici contra naturam fieri tripliciter. Primùm cùm quod fit, ſuperat potentiam & facultatem naturę, cuius autor ſolus eſſe poteſt, qui eſt ſupra ordinem naturæ. Secundò dicitur fieri contra naturam, quod vel defectum vel exceſſum patitur contra conſuetũ naturæ vſum, vt monſtra quæ ſolent portendere aliquid noui. Tertiò contra naturam dicitur fieri, quod violat legem naturæ, vt inceſtus, & quidquid fit contra dictamen rectæ rationis.

Alterum genus miraculorum eſt eorum, quę fiunt præter conſuetudinem, vt ſanatio febricitantis nec fit præter nec contra naturam. Nam per naturam poteſt ſanari febricitans. Verùm quòd ſocrus Petri febricitans voce Chriſti ſola, ſit ſubitò & in momento reſtituta ſanitati, præter & contra conſuetudinem fuit, quare diuinæ potentiæ teſtimonium fuit.

Deinde modus editorum à Chriſto miraculorum obſeruetur. Quædam enim imperando ſolummodò edidit: quædam inuocando: quædam per media: quædam ſine mediis: quædam per pugnantia cum effectu: quædam nutu tantum, quæ omnia & ſingula potentiam Chriſti diuinam, & veritatẽ doctrinæ infallibilem manifeſtant. Tametſi autem plures ſunt notæ, quibus Chriſti miracula & Sanctorum diſcernuntur à falſis miraculis Magorum & Dæmonum, de quibus diximus in enarratione Pſal. 84. tamen hæ duæ ſunt præcipuè & præ aliis obſeruandæ, videlicet virtus & finis. Virtus quidem, quòd Chriſtus ediderit ſua miracula diuina potentia, quæ miracula vt veriſsima ſunt: ita excedunt vires omnium creaturarum. At magi operatione dæmonũ falſa miracula edunt per præſtigias ſuas. Finis verò miraculorum Chriſti eſt, vt Chriſtus glorificetur, & homines illi adhærentes ſaluentur. At Magorum finis in edendis miraculis eſt, vt decipiant & noceãt, vel inanem gloriam conſequantur.

DE SECVNDO.

Symbolica ſignificatio miraculorum Chriſti in genere quadruplex eſt. Prima: quemadmodum miracula Chriſti ſunt ſupernaturalia. Solus enim is poteſt vera miracula facere, cui tota natura eſt ſubiecta: ita potentia regis Chriſti diuina & ſupernaturalis eſt, ſicut & regnum, vt quod nullis viribus creaturarum cedat. Ideo ſcriptum eſt Matth. 16. 18. *Portæ inferorum nõ præualebunt aduerſus eam.* Secunda: vt miracula Chriſti ſunt ſupernaturalia & diuina: ita doctrina eiuſdem ſupernaturalis & diuina eſt, vt quæ omnem creaturarum ſenſum excedat. Vnde Paulus Rom. 16. 25. vocat Euangelium myſterium abſconditum à ſeculis: Et alibi ſapientiam Dei, 1. Cor. 1. 24. Cur autem doctrinam ſuam voluerit Dominus miraculis confirmari, hæc cauſa eſt: Congruebat, fidem, quæ eſt de rebus, quæ ſuperant intelligentiam humanam, confirmari per ea, quæ ſunt ſupra naturam & contra vſitatum naturę ordinem, vt cùm viderent homines oculis corporeis, ea fieri, quæ ſuperarent naturę vires, excitarentur ad ea videnda oculis internis, & credenda quæ ſunt ſupra naturam. Vt ergo quæ rationi ſubiecta ſunt, demonſtrationibus indigent, vt fides illis habeatur, & quæ ſenſui ſubiiciuntur, ſenſu percipiuntur: ita diuina & cœleſtia excedentia ſenſuum & rationis humanæ menſuram, miraculis tanquam diuinis quibuſdam demonſtrationibus fidem merentur. Cùm ergo Euangelium audimus, mentes noſtræ leuandæ ſunt ad iſtas diuinas confirmationes, quæ ſunt factæ per miracula, temporibus Prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum. Ita enim Auguſtinus ait: *Nec miracula illa in noſtra tempora durare permiſſa ſunt, ne animus ſemper viſibilia quæreret, & eorum conſuetudine frigeſceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit. Nec iam dubium nobis eſſe debet, iis eſſe credendum, qui cùm ea prædicarent, quæ pauci aſſequuntur, ſe tamen ſequendos, populis perſuadere potuerunt.* hactenus Auguſtinus. Tertia: vt miracula Chriſti ſunt opera ſupernaturalia, teſtificantia de Chriſti potentia & doctrina, ſicuti ipſe ait Iohan. 5. 11. Ita redemptio, quæ fit per Chriſtum, & ſalus promiſſa, rationis acie nõ percipitur. Atque hoc eſt quod Paulus ait 1. Cor. 2. 9. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum.* Quarta: vt miracula ſupernaturalia ſunt: ita legatio Chriſti ſupernaturalis eſt, videlicet quòd Filius æternus æterni Patris ſit miſſus in mundum, vt Diaboli regnũ deſtruat, & regnum gratiæ extruat in gloriam Patris.

DE TERTIO.

Eſſe quaſdam allegoricas & ſymbolicas ſignificationes ſingulorum miraculorum Chriſti in ſpecie, non eſt dubium. Verùm in his aptè eruendis & extruendis ſingularis cautio adhibenda eſt, ne ab analogia fidei deflectant & pugnẽt cum axiomatis religionis noſtræ. Ante omnia igitur curandum eſt, vt allegoriæ & ſymbolicæ ſignificationes extructæ cum claro verbo Dei

conueniant,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

conueniant, & probatis exemplis conſentiant. Quod cùm ſit, earum vſus apud rudiores ampliſsimus erit. Nam vulgus hominum magis allegoriis, parabolis & exemplis ducitur, quàm acutis rationibus flectitur. Cùm Dominus ſanat ægrotorum corpora, ſymbolicè ſignificat, quòd ſit animarum medicus, quemadmodũ ſe ipſum appellat, cùm ait Matth. 9.12. *Non opus habent, qui ſani ſunt, medico, ſed malè habentes.* Congruit ergo ſymbolica ſignificatio cum regula, hoc eſt, cum manifeſto verbo. Sanat Dominus cæcum luto, qua re ſignificat ſe poſſe vel repugnantibus omnibus mediis inuocantes ſe iuuare, iuxta promiſsiones apertas, Matth. 11. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati eſtis, ego reficiam vos.* Item Ioh. 14.13. *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Exemplum habemus in tribus illis viris, quos in ardenti camino miraculosè conſeruauit. Quòd verterit aquam in vinum in nuptiis, ſymbolicè notat, quòd Chriſtus, modò eius auxilium imploretur, in coniugio & in Eccleſia, aduerſa conſolatione temperet. Excitatio Lazari fœtentis in ſepulchro ſymbolũ eſt, quòd quantumuis magnum peccatorem & in peccatis ſuis fœtentem poſsit & velit Dominus in vitam gratiæ reuocare, modò ſe clamantem audiuerit.

PARS II.

Secunda pars capitis continet profectionem Chriſti in ciuitatem Capernaum. Nam poſtquã edidiſſet miraculum in ciuitate Cana Galilææ, adiuncta ſibi matre & fratribus & diſcipulis, deſcendit Capernaum. Ita enim habet textus:

12 *Poſthæc deſcendit Capernaum ipſe & mater eius & fratres eius, & Diſcipuli eius. Et ibi manſerunt non multos dies.*

Quòd ipſe Chriſtus cum matre, fratribus & diſcipulis ſit vnà profectus, ἰδιωκὸν eſt. Tametſi autem Chriſtus communis omnium ſaluator venit: tamẽ extra negotium Meſsiæ proprium, cognationis & ſanguinis, vt verus homo, rationem habuit, & ſancta quadam στοργίᾳ ſuos complexus eſt, nobis pietatis & naturalis affectionis erga ſanguine iunctos relinquens exemplum.

Porrò fratris appellatio in Scripturis ſanctis latiùs patet quàm alibi. Primùm enim reſpectu primi hominis Adam omnes homines fratres ſunt: atque ideo Dominus noſter filium hominis, id eſt, Adam, ſe nominat, vt teſtetur, ſe eſſe fratrem noſtrum, & nos fraterno complecti amore. Secundò, fratres dicũtur omnes qui ſunt eiuſdem gentis ſeu generis, qua ratione omnes Iſraelitæ fratres dicuntur. Deut. 17.15. *Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus.* Hìc frater dicitur quilibet eiuſdem gentis Iſraeliticæ. Tertiò, fratres dicuntur cognatione, quemadmodum Abraham & Loth, Geneſ. cap. 14.16. *Reduxit Abraham omnem ſubſtantiam, et Loth fratrem ſuum:* cùm tamen Loth & Abraham fuerint patrueles. Et in hac ſignificatione fratris vocabulum in textu præſenti accipi debet. Quartò, dicuntur fratres, qui vel alterum parentem, vel vtrunque communem habent, vt Iſmael & Iſaach: Iacob & Eſau. Quintò, ſpiritu & affectu ſunt fratres, quotquot verè Chriſtiani ſunt. Ioh. 20.17. *Aſcendo,* ait Dominus, *ad Patrem meum & Patrem veſtrum.* Habent enim Chriſtiani omnes vnum patrem Deum, vnam matrem Eccleſiam, iuncti vno & eodem ſpiritu Chriſti, & tandem vna hæreditate cœleſti fruentur.

Quid autem fecerit Dominus in ciuitate Capernaum, Lucas explicat cap. 4.15. cùm ait: *Et ipſe docebat in Synagogis eorum et glorificabatur ab omnibus.* His verbis indicat Euãgeliſta breuiſsimè, quid fecerit Dominus in ciuitate Capernaum, & quid factum eius ſecutum ſit.

Quid fecit? docebat. Hoc enim doctoris proprium munus eſt. Neque enim meretur doctoris nomen & dignitatem, qui officium doctoris non facit.

Vbi docuit? in Synagogis eorum, hoc eſt, domibus deſtinatis cœtibus & conuentibus ſacris docendi & orandi cauſa. Quo facto ſignificabat Dominus, ſe & doctorem eſſe, & paratum ad docendum quoſuis, vt in hunc mundum propter omnes venit.

Quid ſecutum eſt doctrinam Chriſti? Glorificabatur ab omnibus, id eſt, omnes qui habitabant Capernaum, tribuebant ipſi gloriam propter doctrinam ipſius & vitam ſanctiſsimam. Doctrina autem tum demum meretur laudem, quando grauitate, perſpicuitate & moribus docentis ornatur. Verùm hìc deplorandus eſt caſus Capernaitarum, qui cùm adeò in principio feruebant, quòd omnes amplecterentur doctrinam Chriſti, paulatim ſegneſcebant, & tandem planè defecerunt ab hoc cœleſti doctore. Tanta eſt hominum inconſtantia, temeritas & peruerſitas. Laudabile quidem fuit inprimis, quòd Capernaitæ Chriſtum propter inſignem eius doctrinam, quam miraculis auditorum ſuorum animis obſignauit, glorificauerũt. Verùm quòd mox ſegneſcant, & tandem auerſentur doctrinam Euangelij, incõſtantiæ, temeritatis & peruerſitatis fuit. Quare ſibi grauiſsimas pœnas accerſiuerunt, ſicut hæc comminatio Domini, Matth. 11.23. ſatis indicat. *Et tu Capernaum, quæ vſque ad cœlum exaltata es, vſque in infernum deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent in hanc vſque diem. At tibi dico, quòd terræ Sodomorum remiſsius erit in die iudicij, quàm tibi.* Hoc exemplum meritò moueret eos, qui in principio reformatæ doctrinæ Eccleſiæ fuerunt Euangelij propagatores & defenſores acerrimi, nec vitæ nec ſumptibus parcentes vllis, nunc autem remittunt manus, ſinunt tyrannos graſſari in Eccleſiam Dei, effuſione ſanguinis ſanctorum non mouentur, colludunt cum aduerſariis: Breuiter, nihil minus curant quàm ſalutem Eccleſiæ. Et timendum eſt, ne aliquando cum Capernaitis cõfeſsionem doctrinæ Eccleſiæ abiiciant. His rectiſsimè accommodaue-

ris hanc Chriſti comminationem, quòd ſit olim remiſsius futurum Sodomorum terræ quàm ipſis. Non enim beatus eſt, qui bene cœperit, niſi idem perſeuerauerit ad finem vſque. Ita enim ipſa veritas ait, Matth. 10. 22. *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, ſaluus erit.* Simus ergo nos admoniti damno Capernaitarum, & militemus honeſtam militiam vſque ad finem retinẽtes bonam conſcientiam & fidem: & curriculum pręſentis vitæ in vera pietate perficiamus, quò tandem ſperatam ſalutem per Chriſtum conſequamur.

PARS III

Tertia pars huius capitis continet hiſtoriam profectionis Chriſti Ieroſolymam ad feſtum Paſchatos, exponitque quid in templo egerit. Verùm vt hanc hiſtoriam rectiùs intelligamus, ac in noſtrum vſum transferamus, eam partiemur in membra quatuor, quæ ſunt: Primum, temporis deſcriptio & profectio Chriſti Ieroſolymam. Secundum, indigniſsima prophanatio ſancti Dei templi. Tertium, heroicum Chriſti factum eiicientis prophanatores templi Dei, cui ratio ſubiungitur. Quartum, confirmatio diſcipulorum per collationem facti Chriſti ad prophetiam.

DE PRIMO.

13 *Et prope erat Paſcha Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam.*

Quò pluribus viam ſalutis monſtraret ſalutis autor, aſcendit Ieroſolymam in ipſo Paſchatis feſto, quod erat primum ab eius Baptiſmo. In quo ex mandato Dei omnes mares Ieroſolymis apparere coram Domino debebant, vt & memoriam celebrarent beneficij præſtiti in Ægypto, & altiùs mentes tollerent ad cogitandas promiſsiones de vero Phaſe, id eſt, trãſitu à peccati regno in ſpiritualem requiem per agnum immaculatum Ieſum Chriſtum tollentem peccata mundi. Deinde voluit Dominus aſcendere ad hoc feſtum, vt exemplo ſuo alios ad obedientiam inuitaret: Item, vt ſua præſentia miniſterium & cæremonias diuinitus ordinatas ornaret. Vtrunque nobis imitandum eſt, vt ſimus ἀπρόσκοποι, & nemini ſcandalum præbeamus. Voluit præterea hoc facto ſignificare, quòd factus ſit ſub Legem, vt eos qui ſub Lege erãt, redimeret. Quemadmodum enim circumciſus eſt & oblatus in templo iuxta Legem: Ita in feſtis ordinariis ter in anno apparuit Ieroſolymis coram Domino cum cæteris Iudæis.

De Paſchate.

Paſcha ſeu Phaſe, ſeu Peſach etſi propriè trãſitum ſeu ſaltum ſignificat: tamen vox poſtea per varios tropos accõmodatur pluribus, quemadmodum breuiter indicabimus.

Primùm enim hac voce Paſchatis duplex trãſitus ſignificatur iuxta hiſtoriam, quæ eſt in Exodo cap. 12. Quorum prior fuit tranſitus Do- A mini percutientis Ægyptiorum primogenita, & prætereuntis domos Iudæorum, ſanguine iuxta præceptum Domini tinctas: Poſterior tranſitus populi Iſraelitici per mare rubrum ſubmerſo Pharaone cum exercitu ſuo. De vtroque tranſitu loquitur Moſes Exod. 12. 12. *Phaſe eſt Domino. Nam tranſibo per terram Aegypti nocte iſta, & percutiam omne primogenitum in terra Aegypti: Præteribo autem vos, & non erit in vobis plaga.* Et paulò infrà verſ. 17. *Obſeruabitis infermentata,* B *quia hac ipſa die eduxi exercitus veſtros è terra Aegypti: obſeruabitis diem iſtum in generationibus veſtris ſtatuto tempore.* De vtroque tranſitu loquitur etiam Ioſephus: de priori quidem lib. 2. antiquitatum Iudaicarum capite 5. vbi ſic ait: *Paſcha dicitur eò quòd Deus illa die præterierit, illæſis Hebræis, Aegyptiis morbo percuſsis. Nam peſtis illa nocte abſumpſit primogenita Aegyptiorum.* De poſteriori verò lib. 17. cap. 11. *Paſcha monumentum eſt veteris ex Aegypto effugij.*

Secundò, vox Paſchatis ad tempus anni v- C triuſque tranſitus transfertur, & in tanti beneficij memoriam mandauit Dominus celebrari feſtum, quod Paſcha iuſsit nominari. Ita enim ait Exod. cap. 12. verſ. 14. &c. *Erit dies iſte vobis in memoriam, celebrabitiſque illum feſtum Domino in generationibus veſtris, ſtatuto perpetuo celebrabitis eum. In primo menſe* (hic Menſis Chaldaicè *Niſan* dicitur, & plerunque reſpondet Martio noſtro. Nam initium eius aliquando præcedit, aliquãdo ſequitur ęquinoctium vernum) *decimo quarto* D *die menſis in veſpera comedetis infermentata vſque ad diem vigeſimumprimum menſis in veſpera. Et in primo die conuocatio ſancta, die quoque ſeptima conuocatio ſancta erit vobis, hoc eſt, primus dies & ſeptimus feſti azymorum, id eſt, paſchatos, erunt vobis præ aliis ſolennes.* Leuit. cap. 23. verſ. 4. *Menſe primo, decimoquarto die eiuſdem menſis inter duas veſperas erit Peſach Domino,* id eſt, comedetur agnus Paſchalis. Atque hoc eſt illud Paſcha, quod Euangeliſta vocat Iudæorum, vt qui Lege cogerentur ſingulis annis E hoc feſtum celebrare. De quo & hoc Ioſephus ſcribit lib. 18. cap. 3. *In feſto azymorum, quod Paſcha vocamus, mos eſt Sacerdotibus poſt mediam noctem aperire templi ianuas.*

Porrò quia hìc mentio fit Paſchatos Iudæorum, quod fuit vnum ex præcipuis feſtis, populo Iudaico diuinitus imperatis, volo hìc breuiter ex vigeſimotertio capite Exodi, ex vigeſimo tertio capite Leuitici, & ex decimooctauo & decimo nono Numerorum commemorare, quæ F fuerint feſta Iudæorum, & qui eorundem fines.

Inter feſta igitur veteris populi, erat quolibet die iuge ſacrificium, ſed manè tantùm & veſperi celebrandum. Hoc inſtitutum erat in memoriam diuinæ beatitudinis, eiuſque perpetuæ. Nam Deus ſolus eſt, qui ſemper beatus exiſtit, & ſolus beatitudinem perpetuò confert, dignus propterea, vt omni die ſpiritualibus ſacrificiis colatur.

Secundum feſtum die ſeptimo cuiuſque ſe- G ptimanæ celebrabatur, Sabbatum Domini dictum. Hoc feſtum, ſi tempus præteritum reſpicis, inſtitutum erat, vt & eſſet μνημόσυνον creationis re-

nis rerum, & adumbratio quædam Domini requieſcentis in ſepulchro peractis redemptionis noſtræ laboribus. Si tempus præſens reſpicis, erat ſymbolum & quietis conſcientiarum à peccatorum procellis, poſt liberationẽ à regno Diaboli per Chriſtum: & ſanctificationis noſtri, qua Deus nos ſanctificat, vt habetur Ezechielis cap. 20. verſ. 12. *Sabbata mea dedi eis, vt eſſet ſignum inter me & eos, vt ſcirent quòd ſim* IEHOVAH *ſanctificans eos.* Si futurum tempus attendis, ſabbatũ typus fuit conſummationis mundi. Vt enim ſex dies creationis rerum adumbrabant ſex annorum millia, quibus hic mundus durabit: ita ſabbatum æternitatem quietis Sanctorum in cœlo adumbrabat. Taceo politicum finem ſabbati, qui fuit, ne continuis laboribus ſerui, ancillæ, boues & aſini deficerent, & perirent.

Tertio loco ſingulorum menſium feſtum inſtitutum erat, Neomenia ex eo dictum, quòd in Calendis, id eſt, menſium exordiis celebraretur, idque in memoriam perpetuæ gubernationis & prouidentiæ diuinæ.

Adhæc ſingulis annis erant plura feſta annua, inter quæ tria erant ſolennia præ aliis, videlicet Paſcha, Pentecoſte & feſtum tubarum, in quibus feſtis omnes mares debebant apparere Ieroſolymis. De Paſchate iam dictum eſt.

Pentecoſte à dierum numero dicta eſt. Nam quinquageſimo die à primo die azymorum excluſiuè ex mandato Dei celebrari debuit, idque in memoriam datæ Legis in lapideis tabulis in monte Sinai quinquageſimo die ab egreſſu de Ægypto: tum in figuram dandæ Legis & ſcribendæ in cordibus carneis quinquageſimo die ab egreſſu Domini è ſepulchro.

Feſtum tubarum ſeu clangoris, quod tertium erat inter maximè ſolennia feſta, prima die Septembris celebrabatur. Fiebat autẽ clangor cornu arietino, & fertur inſtitutum fuiſſe in memoriam liberationis Iſaach ab immolatione, pro quo in holocauſtũ oblatus eſt aries, quæ res adumbrabat Chriſtum immolandum in holocauſtum, ſed liberandum à morte ꝑ glorioſam reſurrectionem.

Præter hæc tria ſolennia & annua feſta quartum fuit, quod expiationis dicebatur, celebrandum decimo Septembris. Huius feſti finis fuit, vt populus ſe ieiunio affligeret, publicã ageret pœnitentiam, publicè peteret peccatorum condonationem, &c.

Quintum feſtum annuum fuit tabernaculorum, celebrandum decimoquinto die Septembris vſq; ad vigeſimumſecundum. Debebat enim populus ex Lege ſeptem dies habitare in tabernaculis, in memoriam populi morantis in tabernaculis per quadraginta annos in deſerto.

Sextũ annuũ feſtum dicebatur Collectæ, ſiue congregationis, quoniam adhuc hoc die, videlicet vigeſimoſecundo Septembris, retinebatur populus ad ſolennitatis complementum, & viceſimotertio ſinguli ad ſua reuerſi ſunt.

A Tertiò, Agnus qui mactabatur in Ægypto, ante exitum populi, & qui poſteà primo die azymorum apud Iudæos domatim mactabatur, dicebatur Paſcha, ſeu Peſach. Quia vt populum Iudaicum admonebat de tranſitu Angeli percutientis Ægyptios, & de tranſitu populi Dei ex ſeruitute Ægyptiaca: ita myſticè adumbrabat Agnum tollentem peccata mundi, Exodi cap. 12.

Quartò, Paſcha dicitur Chriſtus ipſe, vtpo-
B te veritas reſpondens figuræ. Nam vt omnia ſacrificia veteris Legis Chriſtum adumbrabant: ita Agnus ille, qui dicebatur Phaſe', peculiari modo Chriſtum figurabat. Quemadmodum ſuprà copioſiùs declarauimus, cùm hoc dictum Iohannis, Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi, tractaremus.

Quintò, tranſitus eorum, qui conuertuntur à regno Sathanæ, & transferuntur in regnum Chriſti, Paſcha ſpirituale dicitur. De vtroque
C Paſchate, videlicet Chriſto ipſo & ſpirituali piorum Paſchate loquitur Paulus Epiſtola prima ad Corinthios, cap. 5. verſ. 7. cùm ait: *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua maſſa, ſicut eſtis fermenti expertes. Etenim Paſcha noſtrum pro nobis ſacrificatum eſt, nempe Chriſtus. Itaque feſtum celebremus, non in fermento veteri, nec fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in non fermentatis panibus ſinceritatis & veritatis.*

Sextò, nobis Chriſtianis dicitur Paſcha fe-
D ſtum inſtitutum in memoriam reſurrectionis Domini, qui verus ille Agnus eſt, qui vicit Leonem, id eſt, Diabolum, cuius victoriæ teſtimonium eſt ipſa reſurrectio. Quid? Annon Paulus ait reprehendens Galatas, cap. 4. verſic. 10. *Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos, timeo vobis, ne fruſtrà apud vos laborauerim?* Annon idem in Epiſtola ad Coloſſenſes, cap. 2. verſ. 16. ſcribit: *Nemo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quæ ſunt*
E *vmbra futurorum, corpus autem Chriſti?* Reſpondeo: Paulus vtrobique loquitur de obſeruatione Iudaica, ſuperſtitioſa, quæ ceſſare debuit mortuo Chriſto, & reſuſcitato à mortuis: non de diſciplina Chriſtiana: Nam omnia vult fieri in Eccleſia ordine & decẽter in ædificationem, prima ad Corinthios cap. 14. verſ. 40. Rectores ergo Eccleſiarum habent poteſtatem ordinandi feſta & ceremonias, quæ faciunt ad ædificationem, & non ad deſtructionem. Vide quę an-
F notauimus in tertium caput Epiſtolæ ad Galatas, & in ſecundum ad Coloſſenſes, vbi ſeptem regulas de feſtis Chriſtianorum aſcripſi.

DE SECVNDO.

14 Et inuenit in templo vendentes boues & oues, & columbas: & numularios ſedentes.

Hîc deſcribitur prophanatio templi Dei in-
G dignisſima, cuius prophanationis cauſa fuit auaritia inexplebilis Sacerdotum. Vt autem huius prophanationis magnitudo cõſideretur

meliùs, videamus in quē finem extructum fuerit templum, à quo conſecratum, & cuius rei typus extiterit.

Fuit autem extructum templum Ieroſolymitanum Deo, idque ex mandato Dei, vt domus Dei eſſet & nominaretur. Non quòd Deus habitet vt homo in domo aliqua, id quod Salomon etiam teſtatur hiſce verbis, 2. Paralip. cap. 6. verſ. 18. *Sed num verè habitabit Deus cum homine ſuper terram? Ecce cœlum & cœli cœlorum non capiant te, quantò minùs domus hæc, quam ædificaui.* Et Stephanus in Actis, cap. 7. verſ. 47. *Salomon ædificauit illi domum, ſed Deus non habitat in templis manu factis.* Sed quòd in ea Deus peculiarem maieſtatis ſuæ præſentiam & potētiam exhibeat & declaret, & in ea coli velit, & exaudire inuocantes: Quemadmodum oratio Salomonis indicat, 2. Paralip. cap. 6. verſ. 19. vbi ſic ait: *Reſpicias ad orationem ſerui tui, & ad deprecationem eius, ô Iehouah Deus meus, exaudiendo clamorem & orationem, quam ſeruus tuus orat, vt ſint oculi tui aperti ſuper domum iſtam die ac nocte, ſuper locum de quo dixiſti, quòd poneres nomen tuum ibi, vt audias orationem, quam orabit ſeruus tuus in loco iſto. Atque exaudias deprecationem ſerui & populi tui Iſraelis, quam orauerit in loco iſto: tu, inquam, exaudias è loco habitationis tuæ, id eſt, è cœlo. Exaudias & parcas.* Poſt hanc orationem ſubiungit Salomon neceſsitates, ſiue caſus quoſdam, in quibus confugiendum ſit ad hanc domum, & petendum à Deo auxilium. *Si peccauerit quiſpiam in proximum ſuum: Si ſuperatus fuerit populus tuus Iſrael ab inimicis: Si clauſo cœlo pluuia ob peccata populi non fluxerit: Si fames orta fuerit in terra, vel peſtis. Quidquid peccauerint in te, & deprecati fuerint in templo tuo, dicentes: Peccauimus, iniquè egimus, iniquitatem fecimus, exaudi preces eorum, & dimittas populo tuo, quamuis peccatori.* Hinc manifeſtum eſt, in quem vſum fuerit primùm extructum templum Ieroſolymitanum à Salomone in monte Moria, & poſt reditum à captiuitate Babylonica reædificatum ab Eſdra. Nam idem planè vtriuſque templi finis fuit. Ita enim ait Dominus ad Salomonem, libro 3. Regum, cap. 9. verſ. 3 *Exaudiui orationem tuam, & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me. Sanctificaui domum hanc, quam ædificaſti, vt ponerem nomen meum ibi in ſempiternum: & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* Obſerua, quomodo huius templi conſecratio fiat, Salomon orat & ſacrificat, Deus ſolus ſanctificat.

Iam, cuius rei typus fuerit & Salomon & templum Ieroſolymitanum, videamus. Dauidi dictum fuerat, naſciturum ex ipſo filium, qui templum Ieroſolymis Domino ædificaret, quod & factum eſt, mittentibus ad tantum ædificium ligna & operarios etiam externis regibus. Quo facto ſignificatur, quòd Chriſtus Filius Dauidis ſecundùm carnem, Eccleſiam ex credentium multitudine colligeret, cui externi atque gentiles infererentur, cuique extruendæ Reges gentium locarent ſuam operam. Huc reſpexit Eſaias cap. 49. verſ. 23. *Erunt Reges nutricij tui, & Reginæ erunt nutrices tuæ.* Salomonis o-

A ratio, in qua petit pro toto populo, filij Dei pro Eccleſia intercedentis orationem adumbrat. Et ſicut in templo Salomonis Deus Iſraelitas exaudire voluit: ita veri Iſraelitæ, hoc eſt, ciues Eccleſiæ Chriſti verè exaudiuntur, vbicunque fuerint terrarum. Sunt enim fideles verum Dei templum, 1. ad Corinthios, cap. 6. verſ. 15. *An neſcitis quòd corpus veſtrum templum ſit habitātis in vobis Spiritus Sancti?* 2. ad Corinthios cap. 6. ver. 16. *Vos templum eſtis Dei viuentis*, &c. In hoc templo
B Deus clamorem inuocantium exaudire ſe promittit, propter interceſsionem Filij. Atque ita hunc typum explicat Chriſtus ipſe, Iohan. cap. 4. verſ. 21. vbi mulieri quærenti de loco orationis reſpondet: *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate,* ſignificans fideles templa Dei eſſe, in quibus Deus habitans exaudit inuocantes. Iam ex fine extructi templi, ex autore ſanctificationis eius, & eiuſdem typica ſignificatione prom-
C ptum eſt colligere, quanta prophanatio fuerit, domum à Deo ſanctificatam, Deo & precibus dicatam & adumbrantem Ecclēſiam Filij Dei, transferre ad prophanos vſus vendentium & ementium, & eam polluere, non ſolùm ſtercoribus boum & ouium, verumetiam turpiſsimis animorum ſordibus, præſertim eorum, qui præ aliis in templo Dei ſanctitate eminere debebát. Quò enim ſanctior locus eſt, eò grauiùs peccat, qui ipſum prophanat.

D Porrò quoniam prophanatio templi Ieroſolymitani Iudæis obiicitur, nos hoc exemplo moneamur, ne domos deſtinatas diuino miniſterio, (quas Græco nomine nūc Κυριακὰς nominamus, vtpote Domino conſecratas, nunc Eccleſias, quia in iis cœtus fideliū conueniunt, nunc templa, quia ſunt loca contemplationi rerum diuinarum deſtinata) prophanemus. Vt autem hanc prophanationem vitemus, verus vſus templorum Chriſtianorum conſiderandus eſt, qui
E eſt, vt ſeruiant puritati doctrinæ: vt ſeruiant vero cultui Dei, iuxta verbum Dei: vt ſeruiant publicæ fidei confeſsioni: vt ſeruiant publicis precibus: vt ſeruiát vnitati & cōcordiæ: vt ſeruiát diſciplinæ ſanctæ. Vbi ergo impia & hæretica doctrina traditur: vbi defenduntur idololatrici cultus: vbi negatio veræ fidei cernitur: vbi violatur vnitas, & negligitur diſciplina, ibi profectò fœdiſsimè prophanantur Chriſtianorum templa. Id quod videre eſt in regno Antichri-
F ſti, id eſt, Papæ, qui doctrinam Euangelij perſequitur, qui colit Deū humanis traditionibus, qui fidei veræ confeſsionem ſanguine ſanctorum impedire conatur, qui vanitatis potiùs, q̃ vnitatis patronus eſt, qui laxat ſuis frena ad omnem nequitiam & turpitudinē perpetrandam, quo ſanè ſtudio ſatis declarat ſe hoſtem Chriſti, atque adeò verum Antichriſtum.

DE TERTIO.

G
15 *Factóque flagello de funiculis, omnes eiecit è templo, & oues & boues, & argen-*

tariorum numulos effudit, menſáſque ſubuertit.

16 Et iis qui columbas vendebant, dixit: Tollite iſta hinc: Ne facite domum Patris mei domum negotiationis.

Hîc deſcribitur heroicum Chriſti factum eiicientis è templo Dei eius prophanatores. Huius rei rationẽ ſubiungit ab indignitate rei ſumptam. Quid enim indignius eſſe potuit, quàm Deum eiicere de ſua domo, & in eius locum ſubſtituere ſordidos & auaros mercatores, & facere ex domo Dei, quæ eſt domus orationis, domum negotiationis ſeu mercatus? Matthæi capite 21. verſ. 13. Marci cap. 11. verſ. 17. Lucæ cap. 9. verſ. 46. rationem ſui facti à diſparatis apponit Dominus, adducto teſtimonio ex cap. 56. verſ. 7. Eſaiæ. Ita enim ait: *Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur,* (id eſt, erit) *cunctis populis.*

Hoc Prophetæ dictum quia huc pertinet, & continet ampliſsimam doctrinam, libet breuiter enarrare: ſiquidem in eo inſtituitur collatio vmbræ & veritatis: indicatur vocatio gentium ad familiam Dei: traditur definitio veræ Eccleſiæ: proprium opus Eccleſiæ exponitur: & ſimul notatur diſcrimen inter domeſticos Dei, ſeu ciues Eccleſiæ, & omnes alios cœtus in mundo.

Collatio vmbræ & veritatis eſt, qua confertur templum Ieroſolymitanum, quod patebat ſolis Iſraelitis, cum domo Dei, quæ cunctis populis, per vaſtum mundum ſparſis, patet. Nam quod Propheta intelligit de populo Dei in genere, reſpiciens tamen ad typum, id Chriſtus loco & typo accommodat. Vmbra erat materialis illa domus, è qua eiicit Dominus vendentes & ementes. Veritas eſt domus Dei ſpiritualis. Nam vt Ieruſalem terreſtris, typus erat Ieruſalem cœleſtis, & Iſrael natus ſecundûm carnem figurabat Iſraelem verum, natum ſecundûm promiſsionem: ita & templum, quod erat Ieroſolymis, ſpiritualem domum Dei, quæ eſt Eccleſia ſparſa per orbẽ, adumbrabat. Sed diſcrimen eſt tantum, quantum eſt vmbræ & corporis, figuræ & veritatis, carnis & ſpiritus, & eius quod fit manu hominum, & ſine manibus, operante Deo.

Deinde in hoc dicto ſignificatur clariſsimè vocatio gentium ad familiam Dei. Nam cûm dicit: *Domus mea erit domus cunctis populis*, ſignificat, ſe velle, vt omnes gentes audiant Euangelium, & ſe in hanc domum Dei fide recipiant, vt fiant domeſtici Dei. Huc pertinet dictũ Pauli ad Epheſios cap. 2. verſ. 17. *Chriſtus veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & iis qui propè, quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno Spiritu ad Patrem. Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis conciues Sanctorum, & domeſtici Dei, superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ſummo angulari lapide Chriſto* IESV, *in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum Domino.* Hîc Paulus clariſsimè vtrunque docet,

A videlicet templum Iudaicum fuiſſe typum templi ſpiritualis, quod eſt Eccleſia Chriſti, & gentes per prædicationem Euangelij accerſendas eſſe in templum Dei ſpirituale, ædificandas ſuper angulari lapide Chriſto IESV, vt ipſe & Iudæi credentes vnam domum Dei conſtituant.

Definitio veræ Eccleſiæ traditur, cûm ait: *Domus mea,* id eſt, Eccleſia, *eſt domus orationis,* id eſt, populus, in quo habito, & in quo præſtatur mihi verus cultus. Eſt enim omnis in quo Deus
B per gratiã habitat & colitur, domus Dei, id eſt, membrum viuum Eccleſiæ. Huc pulchrè quadrat definitio Eccleſiæ, quam Iohannes tradit 1. Iohan. cap. 1. verſ. 7. vbi affirmat Eccleſiam eſſe ſocietatem Sanctorum, id eſt, eorum, qui ſegregati ſunt à prophanitate mundi, & aggregati familiæ Dei per fidem in IESVM Chriſtum, vt iam tanquam domeſtici Dei habeãt ſocietatem cum Patre & Filio eius IESV Chriſto, qua gloria nulla alia maior eſſe poterit. Ideò apud E-
C ſaiam dicit Dominus, cap. 43. verſ. 7. *Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum.*

Proprium opus Eccleſiæ indicatur voce Orationis, per quam orationem ſpiritualis cultus Dei, quo Deus in ſua domo vult coli, per ſynecdochen intelligitur. Primûm ergo requiritur hîc notitia Dei, ad quem dirigenda eſt oratio. Deinde notitia Chriſti, ſine cuius interceſsione fruſtra inſtituitur oratio. Tum fides, per quam nitimur merito Chriſti, quaque ſtatuimus nos
D exaudiri. *Quomodo*, inquit Paulus ad Romanos cap. 10. verſ. 14. *inuocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent in eum, de quo non audiuerunt?* &c. Præterea ex fide, quę eſt directrix orationis, naſcũtur fructus multiplices, vt verus timor Dei, dilectio Dei & proximi, & quæ cum his neceſſariò coniuncta ſunt.

Poſtremò hæc ſententia Eſaię diſcernit inter veram Eccleſiam, & alios omnes cœtus in mundo. Vera Eccleſia ſola orare poteſt, reliqui cœ-
E tus non verè orant, etiamſi maximè clament, & ſpecioſiſsimis verbis vtantur. Quicunque ergo non orat, ſciat ſe non eſſe viuum membrum Eccleſiæ. Nam Eccleſiæ ciuem nõ facit titulus, ſed ſpiritus, quo excitamur ad hoc officium orandi ex fide præſtandum.

Oſtendimus, quare Chriſtus ita incãduerit, quòd ementes & vendentes è templo eiecerit. Nunc videamus, quid potuiſſent prætẽdere Sacerdotes ad excuſandum factum. Semper enim
F hypocriſis effugia quęrit, & ſe bene facere & rectè contendit, detorto interdum in ſuum patrocinium verbo Dei. Poterant proinde ex cap. 14. 25. Deut. reſpondiſſe Chriſto: Mandatũ Dei eſt, vt qui procul à Ieruſalem habitant, vendant domi res offerẽdas in loco ſancto, & rurſus eadem pecunia, cùm venerint Ieroſolyma, emant oues & boues & alia neceſſaria. Huic Dei mandato accedit, quòd emptio & venditio ſint res licitę, vt contractus, ſine quibus vita humana conſiſte-
G re non poſsit. Quid ergo peccati erat, in templo vendere, qđ emebatur, vt offerretur in templo? Huiuſmodi ſpecioſa argumẽta adferre poterãt

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Sacerdotes, quibus ſuum factum defenderent. Verùm ita reſpondendum eſt: Concedo mandatum Dei eſſe, quod auducitur. Concedo, licitos eſſe contractus huic vitæ vtiles: tamē templum in forum non erat commutandum, neque ea, quæ ſunt ſimpliciter licita, quouis in loco licitè fiunt. Forum proprius eſt negotiationis locus, templum verò orationis. Iure igitur culpandi erant Sacerdotes, qui, quod in foro agendum erat, in templo facere maluerunt, vt ſuam explerent auaritiam. Prætendebant quidem cultus Dei conſeruādi ſtudium, quod palliabant lege Dei malè detorta, & contractuum libertate. Sed vera cauſa facti ipſorum fuit illorum inexplebilis auaritia. Adeò vſitatum eſt in mundo, facere ex non cauſis cauſas, vt habeat malitia hominum quod ſuis factis prætendat. Simile ſtudium eſt Papiſtarum, qui horum Iudaicorum Sacerdotum diſcipuli haud ignaui videntur. Si reprehendis Miſſaticum idolum: Si damnas aquam luſtralem: Si Papatus primatum negas, mox confugiunt ad verbum, quod detorquent ad ſuum factum, confugiunt ad Patres, bonam intentionem amplificant: cùm tamen ſuis impoſturis nihil aliud agant, quàm vt dominentur in Eccleſia, abundent diuitiis & dignitatibus, & fruantur quibuſuis voluptatibus. Vtinam Miniſtri Euangelij non ſinerent ſe paulatim occultis fraudibus Diaboli, & carnis concupiſcentia vinci, vt ſuæ quoq; auaritiæ prætexerent religionis zelum, dignitatem vocationis & iuſtam mercedem in magnum ſcandalum infirmorum, & in contemptum ſui ordinis, ne dicam in contumeliam Euangelij. Nihil eſt turpius in Miniſtro Euangelij, quàm exemplo malo impedire curſum Euangelij, & præſertim nota auaritiæ aliis eſſe ſcandalo. Nam qui hoc faciunt, quod ore docent opere deſtruunt, & paulatim homines, quibus ad Chriſtum duces eſſe deberent, Diaboli iugo implicant, cuius rei pœnas ſuo tempore luent.

Præterea cùm audimus, Chriſtum adeò excanduiſſe, quòd eiecerit prophanatores è templo, non eſt exiſtimandum, quòd Chriſtus ita incanduerit ſolummodò, quòd videret templi Ieroſolymitani prophanationem, quod breui ſolo æquādum nouerat: verumetiam ſimul intuetur prophanationem illam horrendam templi Dei, quæ ſecuta eſt in Papatu per nundinationes multò turpiores, quàm quæ exercebantur in templo Ieroſolymitano: videbat nundinationem Miſſarum, quibus prophanatur Cœna Domini, & calcatur pedibus ſanguis Chriſti: videbat venditionem & emptionem Indulgentiarum: videbat inuocationē mortuorum: breuiter videbat omnia in turpiſsimum quæſtum conuerti, idque ab iis, qui ſucceſſores Apoſtolorum dici, & Apoſtolici vocari volunt. Hac indignitate motus Dominus, heroico impetu impulſus, purgare templum Dei voluit, ſignificans fore, vt templum Dei pollutum ab Antichriſto purgetur p viros ipſius Spiritu impulſos, id quod videmus inchoatū eſſe per Lutherum & alios.

Iam quæſtiones quædam hîc ſe offerūt, quarum diiudicatio vtilis eſt.

Prima, cùm Chriſti regnum ſit ſpirituale, cur Chriſtus voluerit viribus corporis & armis externam diſciplinam tueri.

Secunda, cùm Chriſtus dicit, *Sicut miſit me Pater: ita ego mittam vos*, an liceat Miniſtris exemplo Chriſti arma ſumere ad defendendam diſciplinam Eccleſiæ.

Tertia, quatenus liceat Magiſtratui ciuili miniſteriū verbi & diſciplinā Eccleſię armis tueri.

Quarta, quænam ſit vera caſtigādi ratio conceſſa, & mandata Miniſtris Euangelij.

Reſponſio ad primam Quæſtionem.

Factum Chriſti expellentis flagello prophanatores templi, qualitatem ſumit, non ab eo qđ foris apparet, ſed ab impetu illo heroico & zelo ſpiritu flagrante. Proinde non eſt annumerandum operibus politicæ gubernationis, aut ordinariæ & externę diſciplinę. Non enim vi corporali factum eſt, ſed impetu Spiritus Sancti, quo Dominus contra iſtam turpiſsimam prophanationem templi Dei exarſit. Quod ſanè factum potuiſſet vel ſolum Iudæos conuiciſſe, quòd hic vir non humana, ſed diuina planè virtute præditus eſſet: vnde promptum fuiſſet colligere, illius doctrinam quoque fuiſſe diuinam & cœleſtem. Nec dubito, multos hoc Chriſti facto fuiſſe confirmatos, ſed plerique auaritia & ambitione quaſi faſcinati, nihil aliud cogitare potuerunt, q̄ quòd faceret ad quæſtum & propriam gloriam. Ita enim Chriſtus Ioh. 5. 44. ait: *Quomodo vos poteſtis credere, cùm gloriam alij ab alijs captetis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, nō quæratis?* Atque ita hoc Chriſti factum ad miracula potiùs referendum eſt, quàm ad externam vim: Sicut Heliæ factum declarauit, ipſum verum Prophetam fuiſſe, libro 4. Regum cap. 1. verſ. 9. Nam cùm Princeps quinquagenarius cum ſuis militibus quinquaginta ad eum veniſſet, & ironicè diceret: *Vir Dei, Rex dicit, deſcende.* Cui Helias: *Si vir Dei ſum, deſcendat ignis è cœlo, & conſumat te atque tuos quinquaginta.* Et mox deſcendit ignis è cœlo & conſumpſit eum & quinquaginta eius. Poſt quem miſſus eſt & alius, qui cum ſuis ſimili plaga eſt percuſſus. Hoc Heliæ factum heroicum fuit, non pertinens ad communem regulam, ſed ad zelum, quo exarſit contra impios, qui doctrinam diuinam, quam profitebatur Helias, non admittebant. Huc & Petri factum referendum eſt, qui ſola voce Ananiam mentientem occidit, Actor. 5. 5. Etſi autem hæc exempla eximuntur à communi regula: tamen certum eſt, vocem docētium in Eccleſia efficacem eſſe ad ſpiritualiter puniendos impios, & piorum preces aduerſus perſecutores Euangelij exaudiri diuinitùs, ſicut ſcriptū eſt Geneſ. 12. 3. *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi.* Sed de hac re plura in reſponſione ad quartam quæſtionem.

Reſponſio

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Reſponſio ad ſecundam Quæſtionem.

Tametſi Chriſtus ait: *Sicut miſit me Pater, ita ègo mittam vos:* tamen non inde ſequitur, quòd liceat Miniſtris verbi, arma ſumere ad defendendum diſciplinam externam exemplo Chriſti. Nam, vt iam dictum eſt, factum Chriſti ſingulare fuit, non pertinens ad communem regulam Miniſtrorũ Euangelij. Nec dictum Chriſti Iohan. 20. 21. *Sicut miſit me Pater, ita ego mitto vos*, extendi debet ad ea, quæ Chriſti fuêre peculiaria. Nõ enim mittit Chriſtus Apoſtolos ad expianda mundi peccata, ad iuſtitiam comparandam hominibus, ſicuti à Patre miſſus fuerat, ſed ad prædicandum Euangelium. Similitúdo ergo miſsionis Chriſti & Apoſtolorum ad doctrinam pertinet, & doctrinæ autoritatem, iuxta illud Lucæ 10. 16. *Qui vos audit, me audit*, vt & Miniſtri Euangelij cogitent, quanta requiratur in officio illis commiſſo vigilantia & ſinceritas: & auditores Euangelij ſciant communicatam eſſe eam Miniſtris Euangelij autoritatem, quam Chriſtus accepit à Patre. Non ergo minore cum reuerentia audiendum eſt Euangelium, quod hodie Miniſtri verbi proponunt, quàm cùm Chriſtus ipſe ſua voce Euangelium ſonaret.

Reſponſio ad tertiam Quæſtionem.

Cùm Magiſtratus ſit cuſtos vtriuſque tabulæ, quòd ad externam diſciplinam attinet, manifeſtum eſt, quòd liceat Magiſtratui ciuili miniſterium verbi & diſciplinam, ſi res poſtulat, armis tueri. Nam ſi latrones, qui inuadunt bona corporis, reprimere armis Magiſtratus pius debet, multò magis corruptores doctrinæ & morum, videlicet hæreticos & ſchiſmaticos, qui animi bona inuadunt, cohercere debet Magiſtratus, modò ritè & prudẽter ſuo officio fungi velit.

Cæterùm quum iudicium de doctrina non tantùm pertinet ad Magiſtratum, ſed ad totam Eccleſiam, cuius pars eſt Magiſtratus, cauendum eſt, ne temerè iudicet Magiſtratus ex paucorum adulatorum ſententia, ſed audiat ſententiam optimorum & doctiſsimorum in Eccleſia. Et vbi rem exactè nouerit, coherceat legibus & pœnis corruptores doctrinæ, exemplo Conſtãtini Imperatoris. Hic enim, cùm Donatiſtæ contenderent, Sacramenta per malos adminiſtrata, fieri irrita, iudicium commiſit Epiſcopis Romanis: & errore Donatiſtarum cognito, tranſtulit bona ipſorum Eccleſiaſtica ad verã Eccleſiam. Hoc optimi Imperatoris exemplum pij Reges & Principes, aliiq; gubernatores imitati, bona eccleſiaſtica à Monachis tranſtulerunt ad veram Eccleſiam, ad fouendos rectè docẽtes & diſcentes in Scholis & Eccleſiis, ad alendos pauperes, &c.

Reſponſio ad quartam Quæſtionem.

De armatura Miniſtrorum verbi loquitur Paulus in Epiſtola 2. ad Corinthos 10. 4. cuius hæc ſunt verba: *Arma militiæ noſtræ non carnalia*
A *ſunt, ſed Dei potentia valida, dum ratiocinationes euer-*
timus, omnemque ſublimitatem, quæ extollitur aduer-
ſus cognitionem Dei. Et captiuam duximus omnem co-
gitationem ad obediendum Chriſto. Hîc Paulus ver-
bum Dei (quod in Epiſtola ad Epheſios 6.17.
vocat gladium Spiritus) pronunciat eſſe vali-
dum potentia Dei, & Miniſtros Euangelij ea-
dem Dei potentia armari affirmat, quæ poten-
tia facit, vt pergant de victoria in victoriam, vt
Pſalmus habet. Tametſi igitur hoſtes Eccleſiæ
B ſunt potentes, qui ſub principe tenebrarum mi
litant aduerſus Eccleſiam, videlicet Tyranni,
Sophiſtæ, Hypocritæ, Alaſtores, Epicurei: ta-
men inuicta perſiſtit Eccleſia, iuxta promiſsio-
nem Chriſti, Matthæi 16.18. *Portæ inferorum non*
præualebunt aduerſus eam. Huc accedunt preces,
imprecationes, excommunicatio, anathemati-
ſmus, quorum efficaciam maximam eſſe teſtan-
tur plurima exempla.

C DE QVARTO.

17 *Recordati ſunt autem Diſcipuli eius, quòd ſcriptum ſit: Zelus domus tuæ comedit me.*

Diſcipuli Domini videntes factum Chriſti
eiicientis prophanatores templi cõgruere cum
prophetia, quæ in Pſalmo ſexageſimonono, ver
ſic. 10. eſt, confirmantur magis de Meſsia. Con-
ferunt enim inter ſe prophetiam & euentum:
D Quæ cùm pulchrè conueniunt, fidem Diſci-
pulorum confirmant, vt indubitatò ſtatuant,
IESVM eſſe olim Patribus promiſſum Meſsiá.
Vnde Cyrillus: *Indies vndique rebus ſingulis Scri-*
pturam conferentes ad maius fidei robur progrediuntur.
Nam, vt ait Auguſtinus: *Firmitas fidei in eo eſt,*
quia omnia, quæ euenerunt in Chriſto, prædicta ſunt.
Eſt proinde hoc Diſcipulorum Domini exem-
plum nobis imitandum, vt prophetias veteres
cum hiſtoria Domini conferentes, in fide Chri-
E ſti confirmemur. Hæc itaque demonſtratio eſt
firmiſsimè tenenda: Is ſolus, abſque omni du-
bio, verus eſt Meſsias, in quem omnia Prophe-
tarum vaticinia concurrunt, cuique ſoli conue-
nit, quidquid de Meſsia dictum eſt à ſanctis
Prophetis, Moſe & aliis. In IESVM Mariæ filium
concurrunt omnia Prophetarum vaticinia, eí-
que ſoli conuenit, quidquid de Meſsia prædi-
ctum eſt à ſanctis Dei Prophetis, Moſe & aliis.
Ergo ſolus IESVS Mariæ filius abſque omni du
F bio eſt verus Meſsias. Cuius demonſtrationis
minorem, quæ eſt λειπόμενον, prolixè confirma-
uimus in enarratione Pſalmi 84. quare illuc au-
ditores remitto, & verba ex Pſalmo adducta ex-
pendam: *Zelus*, inquit, *domus tuæ comedit me.* Hæc
verba de perſona Chriſti, prophetico ſpiritu elo
cutus eſt Dauid, q. Chriſti typus fuit, quorũ hic
ſenſus eſt: Ego qui intimè diligo domum Dei,
adeò ingẽti dolore afficior, quòd in eius prophana-
tores vehementiſsima ira exardeſcam, & vt de-
G pellam contumeliam, qua Deus afficitur, vitá
meam in diſcrimẽ adduco. Concurrũt ergo hîc
in Chriſto ſummus amor domus Dei, cultus &

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A gloriæ ipſius: maximus dolor ob eius prophanationem impiiſsimam, vehementiſsima ira in prophanatores domus Dei, vnde adducit vitam ſuam in diſcrimen, & flagello depellit prophanatores ipſos. Hic zelus Pſal. 79. 5. confertur igni ardenti: *Accendetur velut ignis zelus tuus:* ſcilicet quo & amas populum tuum, & indignaris quòd ſe proſtituat Diabolo ad peccandum, & punis atrocibus pœnis eos, qui fornicantur abs te. Vt enim maritus amás ſuam coniugem non B vult eam proſtitui aliis, ſed ſibi ſoli vult ipſam adhærere, & indignatur & pugnat ne ſibi eripiatur: ita Deus zelotes eſt amans Eccleſiam, non vult eam proſtitui Diabolo per idola & atrocia ſcelera, ſed vult ipſam ſibi ſoli adhærere fide & obediētia, & indignatur cùm fidem abiicit, & per inobedientiam ſe veluti repudiat. Vnde zelus in Deo tanquá ignis exardeſcit ad puniendam contumaciam. Hęc collatio vtrunque explicat, qualis affectus fuerit zelus ille, qui exe-C dit Chriſtum intuentē domus Dei fœdiſsimam abominationem cum contumelia Dei coniunctam. Hoc Chriſti exemplum nobis quoq; proponendum eſt, vt vero zelo cupiamus gloriam Dei propagari inter homines, abolitis impiis hoſtibus Dei, & prophanatoribus cultus ipſius.

Porrò quia vſus huius vocabuli Zelus multiplex eſt in Scriptura, libet huc præcipua eius ſignificata aſcribere, quæ prudenter accommodanda ſunt, prout locorum periſtaſis & ſenſus D poſtulat. Eſt igitur Zelus in genere, cuiuſuis affectus, boni vel mali, vehementior æſtuatio. Dicitur autem zelus παρὰ τὸ ζέιν, id eſt, à feruendo, vt zelus ſit affectus feruens & vehementiùs æſtuans. Huic generali ſignificationi ſubiiciūtur hæ ſignificationes tanquam formæ generis:

Prima: zelus eſt honeſtus ille affectus & laudabilis, quo accendimur ad alicuius virtutes imitandas, aut etiam ſuperandas ſine ipſius odio. Secunda: Accipitur interdum zelus pro in-E uidia & liuore. Tertia: zelus accipitur pro ſancta zelotypia, quæ nō proficiſcitur à cuiuſquam odio, verùm ab eorum amore, quos non noſtri, ſed ipſorum potiùs cauſa amamus. Quarta: zelus eſt ſui ipſius amor nimius, cui ſancta zelotypia prætexitur. Quinta: zelus eſt æſtus animi ex indignatione de iis concepta, quæ indignè fiunt aduerſus eum, quem amamus, vel aduerſus homines nobis charos, vel aduerſus Deum ipſum. Eſt autem hic zelus duplex: Vnus nimi-F rum cum voluntatis Dei cognitione, ac vera in ipſum fide coniunctus, qualis Chriſti fuit. Alter, qui non eſt ſecundùm ſcientiam, videlicet cæcus impetus & furioſus.

PARS IV.

In hac poſtrema parte capitis ſecundi exponitur, quid actum ſit in templo, eiectis eiuſdem prophanatoribus, & confirmatis in fide Diſci-G pulis Domini. Iudæi auari & ambitioſi offenſi facto Chriſti, quærunt ſignum, cur hoc fecerit. Dominus obſcuriùs reſpondet, ſignum ſe daturum, nempe templi deſtruendi à Iudæis inſtaurationem per ſe futuram intra triduum: id quod Iudæi tanquá impoſsibile reiiciunt & derident. Interim multi videntes miracula à Chriſto edita, eius doctrinæ credunt. Sed cùm Dominus ſcrutator cordium, non ignoraret hominum perfidiam & fraudulentiam, ſe ipſis non credidit. Atque ita membra huius partis quinque ſunt.

DE PRIMO.

18 *Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis nobis, quandoquidem iſta facis?*

Huius interrogationis hunc prætextum habuêre Iudæi: Prophetæ diuinitùs miſsi ad populum Dei, vt Moſes, Helias, Heliſæus, Daniel, & multi alij diuinis miraculis claruerunt, quò fides ipſis tanquam nunciis Dei à populo haberetur. Nam cùm doctrina cœleſtis humanis rationibus demonſtrari nequeat, mos Deo inde vſque ab initio fuit vſitatus, ſuos famulos Prophetas dono edēdi miracula, veluti armare aduerſus Sophiſtas & homines incredulos, præſertim cùm opus aliquod arduū aut inſolitum aggrederētur, vt & oſtenderetur legatio eſſe diuina doctrinaq; cœleſtis, & conſuleretur eo pacto humanæ infirmitati, quæ maior eſt, quàm vt credat veritati Dei, niſi conuicta fuerit miraculis, quę ſolus vera edere poteſt, cui tota natura creata eſt ſubiecta. Hanc ergo cauſam poterant Iudæi prætendere: tametſi auaritiâ & ambitione moti hoc fecerunt potiùs, quàm veritatis ſtudio. Interrogant proinde hoc pacto: *Quod ſignum oſtendis nobis, quandoquidem iſta facis?* Ac ſi dicerent: Quicunque aliquid arduum & inſolitum aggreditur in populo Dei, ſine mandato Dei, malè facit, & vt ſeditioſus & turbator ordinis politici & eccleſiaſtici, pœna dignus eſt. Tu igitur hoc arduum & inſolitum cùm aggrederis opus, & eiicis priuata autoritate è templo Dei vendentes & ementes ea, quæ ſunt neceſſaria ad diuinum cultum conſeruandum, aut oſtende ſignum, quo te probes diuinitùs miſſum eſſe, & iſta facere ex mandato Dei, aut nos te, vt ſeditioſum & turbatorem ordinis politici & eccleſiaſtici iudici puniendum trademus. Hoc voluiſſe Iudæos ſua interrogatione, ex reſponſione Domini manifeſtum euadit. Sed vide, quid facit auaritia? quid ambitio? Dominus ſolus contra tantam turbam, inermis cōtra tot armatos, prodit in medium, & eiicit ſolus è templo flagello, quos armatus exercitus vix armis eieciſſet, & tamen excæcati erant perfidi Iudæi auaritiâ & ambitione, quòd non viderint hoc Chriſti factum ingens miraculum fuiſſe, quo & diuina ipſius potentia & diuina legatio confirmari poterat. Sed, vt diximus, auaritia & ambitio excæcat humanos oculos, vt diuina opera non queant aſpicere. Quare iſta, quibus ſalus curæ eſt, non ſecus quàm lutum peſtilentiſsimum & fœdiſsimum, quo oculi mentis occæcantur, vt verum non cernant, fugienda ſunt.

DE SECVNDO.

19 Reſpondit Ieſus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Dominus obſcuriùs reſpondens, promittit ſe ſignũ oſtenſurum, videlicet templi deſtruendi à Iudæis inſtaurationem per ſe futuram, idq́; tertio die. Hoc Domini reſponſum nec Iudæi, qui ſine tropo illud ſimpliciter acceperunt, nec Diſcipuli Domini planè intellexerunt ante ipſius reſurrectionem à mortuis. Quærunt quidem ſignum Iudęi, ſed Dominus promittit tale ſignum, quod inter omnia alia ſigna erit præcipuum & maximum, videlicet reſurrectionem ſuam à mortuis, idq́ue tertio die, poſtquam traditus & occiſus fuerit à Iudæis. Hoc ſignum præcipuum & maximum fuit admiratione, potentia, fructus amplitudine & gloria. Quid quęſo magis admirandum eſſe potuit, quàm ꝙ mortuus ſe ipſum excitet à mortuis? Quid potentiùs, quàm mortem ſuperare? Diabolum mortis autorem vincere? Quid fructuoſius, quàm hominibus perditis & mortuis in ſuis peccatis, morte peccati veniam, reſurrectione æternam vitam & iuſtitiam comparare? Quid denique glorioſius, quàm ignominia mortis abolita, per reſurrectionem, gloriam, quá ab æterno habuit æqualem cum Patre, recuperare? Hoc magnum illud ſignum eſt, quod Dominus promittit Iudæis. Sed cur Dominus nõ eſt apertè locutus? cur vſus eſt figurata & adeò obſcura reſponſione? Reſpondeo. Dominus videns interrogantium Iudæorum conſilium eò tendere, nõ vt ab eo diſcerent & meliores fierent, ſed vt ipſum ingratiſsimi perderent, non iudicabat eos aperto reſponſo dignos. Tametſi ita temperat reſponſum, vt & Iudæi perfidi nullum inde excuſationis captent prætextũ, & ipſi Diſcipuli ſuo tempore inde fructum perciperent ſingularẽ. Nam reſuſcitato Domino, intellexerũt Diſcipuli hac figurata locutione ſignificatam fuiſſe mortem Domini in cruce, & reſurrectionem eiuſdem à mortuis tertio die. Vnde ipſorum fides nõ exiguum robur accèpit. Vtrique ergo, hoc eſt, Iudæi perfidi, & Diſcipuli Domini ſimpliciores hoc reſponſum alta mente reponũt. Iudæi quidem, vt eo aliquádo abuterẽtur in Chriſti perniciem, vt eſt Matth. 26. 61. *Nouiſsimè venerunt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic dixit: Poſſum deſtruere templum Dei, & tribus diebus reædificare illud.* Vide calumniam: Non dixit Dominus: Poſſum deſtruere, aut volo: ſed, deſtruite. quod tamen non eſt præcipientis, ſed proſpiciẽtis euentum. Ac ſi diceret: Video fore, vt me interficiatis, tantum enim in vobis eſt veritatis odium, vt non ceſſetis, priuſquam me è medio ſuſtuleritis. Sed mortis victor prodibo è ſepulchro viuus. Diſcipuli verò Domini, quemadmodum modò diximus, maius fidei robur inde ſumpſerunt. Atque ita verba Chriſti etiam hoc die aliis ſunt odor mortis ad mortem, aliis odor vitę ad vitam.

Porrò cùm Neſtorius hoc dictum Domini
A torquet ad tollendam vnitatẽ perſonæ in Chriſto, Sathanæ ſpiritu agitatur. *Filius*, inquit, *Dei in carne tanquam in templo habitauit. Ergo diſiunctæ, & non vnitæ erunt naturæ. Si non vnitæ naturæ, profectò Deus & homo non ſunt vna perſona, ſed duæ perſonæ, vt ſunt duæ diſiunctæ naturæ.* Reſpondeo, & nego conſequẽtiam primi enthymematis. Nam noſtra corpora aliter ſunt templa Dei, aliter autem Chriſti corpus. Noſtra enim corpora dicũtur templa Dei, propterea quòd Deus per Spi-
B ritus Sancti gratiam in nobis habitet ſeparabiliter. At Chriſti Domini corpus dicitur templũ Dei, quia in eo habitat Diuinitas σωματικῶς, vt Paulus loquitur Coloſs. 2. 9. id eſt, perſonaliter & inſeparabiliter. Aſſumpſit enim λόγος æternus nõ perſonam humanam, ſed humanam naturam in vnionem perſonalem, eamq́ue inſeparabilem. Vnde Paulus dicit, 1. Timoth. 3. 16. Deum manifeſtatum eſſe in carne. Neſtorius proinde ſacrilegè facit, qui contra totius Scri-
C pturæ conſenſum hũc locum torquet ad ſuum impium dogma ſtabiliendum: & nõ diſtinguit inter habitationẽ Dei in homine ſeparabilem, & inſeparabilem: inter eá, quæ eſt per gratiam tantùm, & perſonalem.

DE TERTIO.

20 Dixerũt ergo Iudæi: Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & in tribus diebus excitabis illud?

D *21 Ille autem dicebat de corpore ſuo.*

22 Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt Diſcipuli eius, quòd hoc dixiſſet, & crediderunt Scripturæ & ſermoni, quem dixit Ieſus.

Iudæi tanquá impoſsibile & abſurdum reiiciunt, qđ dixit Dominus de templo deſtruendo, & rurſus per ſe erigendo intra triduum. Et
E hac nituntur, vt ipſi rentur, demonſtratione immota: Fieri non poteſt, vt vnus homo templum deſtructum, quod quadraginta ſex annis à toto populo magnis difficultatibus & laboribus extructum eſt, rurſus ædificet intra triduũ. Sed hoc templum noſtrum magnis difficultatibus & laboribus quadraginta ſex annis eſt extructum à toto populo. Proinde fieri non poteſt, vt tu, cùm vnus ſis homo, illud deſtructum & ſolo æquatum intra triduum rurſus ædifices.
F Igitur vana eſt tua iactantia & promiſsio planè impoſsibilis. Quare tu, vt impoſtor & nugator, meritò puniendus es. Maiorem putant immotam eſſe, quod quidem verum eſſet, ſi is, cum quo agerent, non etiam verus Deus eſſet, cui nihil eſt impoſsibile. Quare vel nutu ſolo erigere potuiſſet templum deſtructum, nedum triduo. Minorem ex hiſtoria extructi templi certam eſſe relinquunt. Nam vt eſt lib. 1. Eſdræ cap. 5. Cyrus Rex Babylonicus primæ ſuæ Monarchiæ
G anno, propoſuit edictum, vt domus Dei ædificaretur Ieroſolymis rurſus, qui annus erat primus poſt completos ſeptuaginta annos capti-

uitatis. Deinde 1. Eſdræ 6. ſcribitur: *Ædificauerũt & conſtruxerunt, iubente Deo Iſrael, & iubente Cyro & Dario & Artaxerxe Regibus Perſarum: & compleuerunt domum Dei iſtam vſq; ad diem tertium menſis Adarh, qui eſt ſextus annus regni Darij Regis.* Verùm hæc templi completio tantùm de erecto Sanctuario intelligenda eſt, in quo fiebant ſacrificia. Nam propter ignauiam populi occupati in priuatis conſtruendis ædificiis interrupta eſt ædificatio vſque ad ſecundum annum Longimani, & completa eſt anno quinto eiuſdem Regis, qui erat annus quadrageſimusſextus à primo anno Monarchiæ Cyri. Hanc computationem cùm Iudæi, vt apparet, exactè tenerent, dixerunt, templum illud extructum fuiſſe quadraginta ſex annis. Vide Chronicon Philippi, & Commẽtarios eiuſdem in Iohannem. Quòd autem quidam diſſentiant ab hac computatione, putantes plures annos interceſsiſſe inter Cyrum & Longimanum, non conſiderant Reges quoſdam ſimul regnaſſe, quorum tamen anni, ac ſi ſeorſim regnaſſent, numerantur à Græcis hiſtoricis. Sed Philippi ſupputatio veriſsima eſſe videtur, quam Lutherus ipſe aliorum ſupputationibus præfert.

Cæterùm quantum ad argumẽtum Iudæorum attinet, Euangeliſta noſter fallaciam aperit, & oſtendit errorem Iudæorum, cùm dicit, Chriſtum locutum fuiſſe, non de templo Ieroſolymitano ex lapidibus & lignis extructo, ſed de templo corporis ſui: Quod vel excitandi verbum docere Iudæos potuiſſet. Id quod Diſcipuli Domini intellexerunt nõ ſtatim: Sed cùm Dominus excitatus erat ex mortuis, poſteaquã à Iudæis interfectus eſt. Nam tum demum intelliguntur verba Chriſti, quando ipſe in nobis viuit per fidem, antea planè nobis ſunt obſcura ænigmata, mortuo adhuc Chriſto in nobis.

DE QVARTO.

23 Cùm autẽ eſſet Ieroſolymis, in Paſcha in die feſto, multi crediderunt in nomen eius, videntes ſigna quæ faciebat.

Etſi principes Sacerdotum & magnates quidam Chriſtum calumniabantur, & eius doctrinam palàm aſpernabantur: tamen multi ex vulgo, videntes miracula Chriſti, crediderunt in nomen eius. Neque eſt quòd aliud expectent Miniſtri Euangelij, habebunt auditores varios, exponentur calumniis multorum: nihilominus tamen verbum nõ redibit ad eos vacuum, ſed in multis fructum faciet. Cùm ergo ſentiũt multos calumniatores, ſolentur ſe exemplo Chriſti, conſcientia fideliter præſtiti officij, & promiſsione diuina, videlicet quòd verbum ad ipſos non ſit rediturum vacuum. Qualis autem fuerit fides plerorumque eorum, quos Euangeliſta dicit crediſſe, ex fidei cauſa quam Euangeliſta ponit, & ex iis quæ mox ſequuntur, apparet: *Videntes*, inquit, *ſigna quæ fecit*, & vt ſequitur: *Dominus ſe non credebat illis.* Fuit ergo fides illa mentis, non cordis. Fides mentis eſt prior or-

A dine, qua conuicti miraculis tanquam firmiſſimis demonſtrationibus, ſtatuimus doctrinã Chriſti veram eſſe. Ideò hi dicuntur crediſſe in nomen eius, hoc eſt, ſe eius doctrinam vt veram amplecti profitebantur, vt qui autoritatem ſibi & veritatis teſtimonium miraculis conciliaſſet. Hæc fides hiſtorica tantùm eſt, ſeu dogmatica, qualem Diaboli, ſcelerati homines & hypocritæ habere poſſunt, & dicitur à Iacobo mortua, Iacobi cap. 2. verſ. 17. Duabus igitur re-
B bus acquiritur hæc fides dogmatica, ſiue hiſtorica, videlicet clara expoſitione doctrinæ, & miraculis, quibus veritas doctrinæ demonſtratur: Nec eſt voluntatis, ſed intellectus, vnde nec volens quis poterit eam abiicere, vt qui ſemel hác propoſitionem didicit: Contraria contrariorum ſunt conſequentia, non poteſt huius propoſitionis notitiam, etiamſi maximè velit, abiicere. Fides cordis ordine poſterior, eſt viua fiducia in corde, quæ eſt opus Spiritus San-
C cti, per quem naſcimur filij Dei credẽtes: iuxta illud Iohan. cap. 1. v. 12. *Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, qui credunt in nomẽ eius*, hoc eſt, qui talem Chriſtum ſibi eſſe verè perſuadent & ſtatuunt, qualem ſe eſſe prædicat credentibus in Euangelio. Hæc eſt illa fides, quæ iuſtificans dicitur apud Paulum. Nam qui apprehendit Chriſtum totum cum ſuis beneficiis, ſimul apprehendit eius iuſtitiam, quæ cùm credenti imputatur, iuſtus fit, idque non ſua, ſed Chriſti iuſtitia. Di-
D citur autem hæc fides viua, propter eius viuum ſenſum in corde, quo verè ſentimus, Chriſtum nobis talem eſſe, qualem ſe eſſe prædicat. Vt igitur mente creditur ad notitiam: ita corde creditur ad iuſtitiam. Cauſæ huius viuæ fidei ſunt, verbum Dei: miracula, quibus veritas verbi confirmatur: Spiritus Sanctus, qui in corde & voluntate efficax eſt: & voluntas docta verbo, mota Spiritu Sancto, & acquieſcens firmiter in promiſsionibus diuinis. Eſt itaque hæc
E viua fides voluntatis. Nam poteſt homo eam abiicere, ſicuti multa teſtantur teſtimonia. Paulus ait Epiſtola 1. ad Timotheum cap. 1. verſ. 18. *Milita honeſtam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam, quam cùm quidam repulerunt, circa fidem naufragium fecerunt.*

DE QVINTO.

24 Ipſe autem Ieſus non credebat ſemeti-
F *pſum eis, eò quòd ipſe noſſet omnes.*

25 Et quia non opus erat ei, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

Hinc apparet qualis fuerit plerorumque fides. Vulgus hominum inſtabile adeò eſt, vt meritò dixiſſe Poeta videatur:

Λάῳ μὴ πίστευε, πολύτροπος ἐστιν ὅμιλος. hoc eſt:
Ne confide populo: Eſt enim vulgus varium & mu-
G *tabile.*

Ideò & Pſalmus 146. v. 3. *Nolite confidere in Principibus, in quibus non eſt ſalus.*

Diſcernen-

Diſcernendum eſt ergo inter probatos amicos, & eos, quos nondum probauimus, iuxta Syracidæ illud cap. 9. verſ.15. *Vinum nouum, amicus nouus, veteraſcet, & cũ ſuauitate bibes illud.* Nam *amicus fidus,* vt idem ait capite 6.verſ.16. *medicina vitæ eſt, qui Dominum timent, talem nanciſcentur.* Et Herodotus: *Pretioſiſsimus theſaurus eſt, & omnibus opibus antecellit amicus prudens & beneuolus.* Cicero: *Amicitia eſt optima & pulcherrima vitæ ſupellex.* Sed, vt idem Cicero teſtatur, non facilè diiudicatur, quis verus, & quis fictus ſit amicus, niſi aliquod incidit eiuſmodi tempus, vt quaſi aurum igne, ſic beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſsit. Monemur igitur exemplo Chriſti, ne ſinamus nos ficta fide & amicitia decipi. Monemur etiam, neophytis non eſſe nimium credendum, donec probati fuerint. Quare Paulus noluit neophytos eligi in Epiſcopos. Porrò cùm Paulus dicat, 1. ad Corinthios cap. 13. verſ. 5. Charitatem non eſſe ſuſpicacem, quid dicemus de Chriſto, qui ſe non credebat Iudæis credentibus? Inter nos & Chriſtum hoc eſt diſcriminis, quòd Chriſtus, vt Deus, ſumit iudicium de arbore ex radice ipſa: nos verô, vt homines, ex fructibus. Debemus ergo de omnibus bene ſperare, niſi longa & ſcelerata vita, & mores peſsimi aliud teſtentur. Hîc etiam obſeruetur teſtimonium Diuinitatis Chriſti. Solus is nouit intimos affectus hominum, & cogitationes, qui eorum corda finxit, iuxta Pſalmi dictum, Pſalmo trigeſimotertio, verſ.15. *Qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.* & Actor.cap.1.verſ.24. *Tu Domine καρδιογνώστης omnium.* Chriſtus proinde cùm nouit quidquid eſt in homine, vt Euangeliſta noſter claris verbis teſtatur, verus & æternus Deus eſt; cui cum Patre & Spiritu Sancto ſit honor in ſecula.

AMEN.

CAPVT TERTIVM.

SVMMA CAP. III.

Vt CHRISTVS *Phariſaicam opinionem de iuſtitia Legis euertit, docetq́; nemini ſalutem contingere, niſi de nouo fuerit natus: ita Iohannes Baptiſta interrogantibus de purgatione* CHRISTVM *ſalutis vnicum autorem commendat, & omnes in eum non credentes, iræ diuinæ ſubiacere teſtatur.*

ORDO ET PARTES CAPITIS III.

Partes huius Capitis quatuor ſunt:

Prima. Deſcriptio Nicodemi.

Secunda. Colloquiũ Nicodemi & CHRISTI, in quo colloquio CHRISTVS de regeneratione agit, ſine qua nemini ſalus contingit. Oſtendit neceſsitatem regenerationis: Vnde ſit, aperit: modum declarat: ſe vnicum autorem ſalutis affirmat: Patrem ex mera dilectione Filium dediſſe ſaluatorem credentium teſtatur: Credentes liberos eſſe à Legis damnatoria ſententia refert: Deniq; fructum fidei & regenerationis apponit.

Tertia. Profectio CHRISTI & Diſcipulorum in terram Iudæam, vbi & ipſe & Iohannes baptizabat.

Quarta. Teſtimonium Iohannis Baptiſtæ de CHRISTO, quem prædicat vnicum ſalutis autorem eſſe, adeò vt omnes, qui in ipſum crediderint, ſaluentur: Qui verò non crediderint, iræ diuinæ ſubiaceant. Secunda & vltima pars principales ſunt, reliquæ his ſeruiunt.

EXEGESIS TERTII CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

DE PRIMA PARTE.

1 *Erat autem homo ex Phariſæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.*

2 *Hic venit ad* IESVM *noctem.*

HÆC breuis perſonæ deſcriptio quatuor habet, videlicet, nomen perſonæ, ſectam, de qua fuerit, publicum munus, & diſcendi ſtudium.

Nomen perſonæ eſt Nicodemus, de quo ambigitur, ſitne Hebraicum, aut Græcum. Si Hebraicum eſt, idem eſt quod innocens ſanguis, *Nachi*, innocens, & *Dam*, ſanguis. Si Græcum, victoria eſt populi. Sed hoc parum ad rem. Vtile eſt tamen nominis meminiſſe, vt videamus quomodo in fide profecerit.

Secta, quam profitebatur, Phariſaica fuit, præcipua inter illas tres ſectas, quæ tum temporis celebres erant apud Iudæos. Huius ſectæ, de qua fuit Nicodemus, obſeruatio permultum faciet ad rectè iudicandum controuerſiam inter Nicodemum & Chriſtum. Phariſæi cum aliis Iudæis omnibus hoc habebant commune, quòd gloriarētur de patre Abraham, quaſi ideò eſſent Deo acceptiores, quòd haberent patrem Abraham. Deinde Legem Dei tantùm concionari de externis factis putantes, docebant homines Legi Dei ſatisfacere poſſe, mereri remiſſionem peccatorum ſacrificiis ſuis, & fieri iuſtos operibus Legis, & hæredes vitæ æternæ propriis meritis; non intellexerunt Meſsiæ pro-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

prium eſſe hæc bona conferre. Nicodemus igi- A
tur cùm videret hanc Phariſaicam opinionem
taxari à Iohanne & Chriſto, & audiret, nihil va-
lere coram Deo propagationem carnalem à po
ſteris Abrahæ, & Meſsiæ officium eſſe tollere
peccatũ, conferre iuſtitiam & vitam æternam:
iuxta teſtimonium Iohannis: *Ecce Agnus Dei, qui
tollit peccatum mundi*, non parum turbatur, præ-
ſertim cùm videat, Chriſtum diuinis clarere
miraculis, quibus conuictus, velit nolit, cogi-
tur fateri ipſius doctrinam diuinam eſſe. Fuit B
ergo conſilium huius Phariſæi, cum Chriſto
conferre de his pugnantibus opinionibus Pha-
riſæorum & Chriſti: Voluit ſcire, quid ſentien-
dum eſſet de prerogatiua carnali filiorum Abra
hæ, de iuſtitia Legis & meritis operum, an Pha-
riſæorum ſententiæ acquieſcendum eſſet, aut
Chriſti & Iohannis.

Tametſi igitur radices egerat in corde Nico-
demi opinio de prærogatiua carnis, & quòd ho
mo, qui fecerit Legem (quemlibet autẽ id poſ- C
ſe arbitrabatur) iuſtus ſit Lege, & mereatur obe
dientia ſua vitam æternam: tamen miraculis
Chriſti, vt dixi, motus, incipit vacillare, & cu-
pit ſe rectiùs à Chriſto inſtitui, id quod & fa-
ctum eſt, quemadmodum ex fidei ipſius fructu
manifeſtum eſt. Nam Iohannis capite ſeptimo,
verſic. 51. in concilio Phariſæorum conſultan-
tium de Chriſto tollendo è medio, reſpondit:
*Nunquid Lex noſtra iudicat hominem priuſquam audi-
uerit, & cognouerit quid fecerit?* Quo dicto effe- D
ctum eſt, vt eo tempore à propoſito deſiſterent
Phariſæi. Deinde mortuo Domino, adeſt eius
ſepulturæ, adfert mixturam myrrhæ & aloes
quaſi libras 100. Hi fructus teſtantur, quantum
profecerit Nicodemus in ſchola Chriſti Domi-
ni noſtri.

Publicum munus Nicodemi additur, cùm
dicitur: *Princeps Iudæorum*. Fuit ergo vnus ex pri-
moribus ſuę gentis, qui ἄρχοντες Græcè diceban-
tur. Vt ergo ſecta, de qua fuit, religionem ipſius E
& ſtudium interpretandi Scripturam: ita pu-
blicum munus eiuſdem, autoritatem & digni-
tatem nobis commendat. Fuit proinde Nico-
demus perſona illuſtris, honoranda, religioſa
& grauis.

Quartum, quod in deſcriptione perſonæ Ni-
codemi poſuimus, eſt ſtudium diſcendi, quod
ex circumſtantia temporis, quo ad Chriſtum
venit, concluditur. Venit enim ad IESVM no-
cte, quod tempus quieti potiùs, quã labori de- F
ſtinatum eſt. Hoc igitur exemplum Nicodemi
commendet nobis diſcendi ſtudium vel quo-
uis tempore. Omne enim tempus aptum eſt ad
ea, quæ ſalutis æternæ ſunt, diſcenda.

Sed cur non venit interdiu ad Chriſtum Ni-
codemus? Huius rei plures ſunt cauſæ.

Prima: Nicodemus fuit Magiſter in Iſrael: id-
que de ſecta Phariſæorum, qui non volebát vi-
deri ab aliis diſcere, claui ſcientiæ ſibi vendica-
ta, ſed gloriabantur ſe præ aliis excellere in do- G
ctrina Legis & Prophetarum, quam ob cauſam
ſe vocàrunt Phariſæos & Legiſperitos, non diſ-
ſimiles Sophiſtis Pariſienſibus & Louanienſi-
bus, quos vocant Magiſtros noſtros. Nam ſicut
hi Magiſtri noſtri, exceptis paucisſimis, qui ſe
dociles præbent, abhorrent à veritate & luce E-
uangelij, cui præferẽtes ſuas traditiones & Tho
miſticas tenebras, omnes perſequuntur ſince-
rioris doctrinæ profeſſores & patronos: ita Pha
riſæi plerique rabie quadam diabolica & ſuper-
bia ferebátur aduerſus Chriſtum (qui illorum
errores detexit, & in lucem protulit) vt verita-
tem Dei agnoſcere non potuerint. Veriſsimum
enim eſt quod ait Bernhardus: *Superbo oculo ve-
ritas non videtur, ſincero patet.*

Secunda: Nicodemus fuit princeps Iudæo-
rum, metuebat ergo ſibi, & ſuo honori. Nam
primores in iſto populo leuitati tribuerunt &
inconſtantiæ, ſi qui Chriſtum audirent, & ſe
illi adiungerent. Nam cùm cæcus ille, Iohannis
cap. 9. verſ. 27. interrogaret Phariſæos, num i-
pſi quoque vellent fieri Diſcipuli Domini, con-
uiciati ſunt eum, & dixerunt: *Tu diſcipulus ipſius
eſto, nos Moſi diſcipuli ſumus.* Præterea Pontifices
obiurgantes miniſtros, qui miſsi non adduxe-
runt IESVM, dixerunt: *Nunquid ex principibus a-
liquis credit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc,
quæ non nouit Legem, maledicti ſunt.* Non ergo au-
debat Nicodemus Chriſtum interdiu accede-
re, ne ſe periculo exponeret, & cõuiciis ſuorum
collegarum, qui ſibi ſolis, vt diximus, clauem
ſcientiæ vendicàrunt.

Porrò qui hodie in Papatu ſe exemplo Ni-
codemi tuētur, ſe ipſi fallunt, & aliis malo ſunt
exemplo. Iudæi habuerunt Legem & ſacrificia
diuinitùs inſtituta, quibus intereſſe, Lege co-
gebantur, vſque ad mortem Chriſti. Tantiſper
enim Lex & ſacrificia durare debebant. Si er-
go Nicodemus recuſaſſet diuinis cæremoniis
intereſſe, ſe Legis diuinæ contemptorem decla
raſſet. At Papiſtæ habent cultus non diuinitùs
inſtitutos, ſed idololatricos, vt ſacrificium Miſ-
ſæ pro viuis & mortuis contumelioſum in Fi-
lium Dei, adorationem panis, inuocationem
mortuorum, & alia multa huius generis. Qua-
re cùm mandatum ſit omnibus Chriſti diſcipu-
lis, vt fugiant idola, nemini licet idololatricis
cultibus Papiſtarum intereſſe, neo poteſt quiſ-
quam ſe exemplo Nicodemi excuſare. Quòd
autem non colluſerit Nicodemus cum aduer-
ſariis Chriſti, poſtquam à Chriſto rectiùs ſit in-
ſtitutus, apparet ex iis, quæ ſuprà adduximus
ex 7. cap. & 19. Iohannis.

PARS II.

*Et dixit ei: Rabbi, ſcimus quòd à Deo ve-
neris magiſter: nemo enim hæc ſigna poteſt
facere, quæ tu facis, niſi Deus ſit cum eo.*

Nicodemus hoc exordiolo beneuolentiam
Chriſti conatur ſibi conciliare. Conſtat autem
hoc exordiolum compellatione, propoſitio-
ne & ratione. Quæ tametſi paucisſimis verbis
abſoluun-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

abſoluuntur, res tamen maximi momenti continent.

Compellatio vna voce abſoluitur, *Rabbi*, quę cùm honoris eſt, tum teſtificationis de doctrina Chriſti. Literati enim homines tum temporis apud Iudæos Magiſtri dicebantur. Sed de hac voce vide quę annotauimus in primum caput. Nobis ſufficiat hoc loco, quôd Nicodemus ſignificet, ſe hac compellatione cupere magiſterio Chriſti erudiri, nobis relinquens exemplum, vt Chriſtum vnicum & verum doctorem Eccleſiæ agnoſcamus.

Propoſitio exordij eſt: *Scimus quòd à Deo veneris Magiſter.* hoc eſt, ſcimus te diuinitùs miſſum eſſe ad nos erudiendos, & ab errore reuocandos. Nicodemus enim haud ignorabat, morem Deo eſſe familiarem, mittere Prophetas ornatos dono miraculorum, præſertim quando falſi Doctores ius docendi in Eccleſia ſibi ſumerét, oppreſsis piis Doctoribus. Hinc factũ eſt, quòd Iudæi nullum admitterét Prophetam, niſi probaret ſe verbum Domini adferre, id quod teſtatur vox illa toties apud Prophetas repetita: *Hæc dicit Dominus Deus.* Item: *Os Domini locutum eſt.* Nicodemus proinde intuens ſigna, quæ fecit IESVS, & agnoſcebat ipſum diuinitùs miſſum eſſe doctorē, & putabat errores quoſdam negligentia gubernatorum irrepſiſſe in Eccleſiam, de quibus à Chriſto clarente miraculis doceri cupiebat. Hîc nobis perpetua regula commendetur, videlicet, Nullum agnoſcendum eſſe idoneum Eccleſiæ Doctorē, niſi qui à Deo ſit miſſus, & proferat non ſuam, ſed Dei doctrinam. Ideò & Chriſtus dicit: *Oues meæ vocem meam audiunt.* Item: *Cauete à falſis Prophetis.* Securè igitur contemnamus omnes Doctores, qui non adferũt vocem Archipaſtoris noſtri IESV Chriſti ex propheticis & apoſtolicis ſcriptis. Nam quidquid locuti ſunt ſancti Dei Prophetæ & Apoſtoli, è theſauris ſapientiæ Chriſti prompſerunt. Siquidem in eo omnes theſauri ſapientiæ & cognitionis reconditi ſunt.

Ratio propoſitionis exordij: *Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi Deus ſit cũ eo.* Hæc ratio non ſolùm de Doctore diuinitùs miſſo: verum etiam de genere doctrinę & de certitudine nos monet.

Genus doctrinæ eſſe diuinum, probat eius confirmatio. Vt enim intelligibilia demonſtrationibus, & ſenſibilia experientiis probantur: ita diuina miraculis, quæ cùm ſint opera diuina, ſuperantia facultatem creaturarum, oſtendunt doctrinam, cui demonſtrandæ adhibentur, verè diuinam eſſe, & rationis captum & ſenſum excedere. Quare nequaquam debet hoc doctrinæ genus menſuræ ſenſuum aut rationis ſubiici.

Certitudo etiam ex miraculis concluditur, quæ ſi conferatur cum certitudine philoſophica, multò eſt euidentior, multò firmior. Non enim pariunt hæ diuinæ demonſtrationes ſuſpicionem, aut opinionem, aut fidem vacillantem, ſed firmiſsimam ſcientiam. Quare Nicodemus non dicit: Suſpicamur, aut opinamur, ſed, ſcimus, tribuens teſtimonio diuino hanc gloriam, quôd in infinitum ſuperet omnes probationes & demõſtrationes philoſophicas. Deteſtanda igitur vox illorum eſt, qui certitudinem philoſophicam præferunt certitudini diuinæ. Dicunt enim Chriſtianos habere fidem tantùm, quam Philoſophi reiiciunt in tertium ordinem cauſarum certitudinis, & ferè cum phantaſia coniungunt: Sed Philoſophos præter fidem habere plura principia & præſtantiora quàm fides eſt. Sed ſtulti homines non diſcernunt inter fidem hominum & fidem Dei. Fides humana rectè ab illis reiicitur in tertiam claſſem certitudinis, quia homines & errare & fallere poſſunt: Quare probabilia tantùm parit argumenta: Sed fides Dei eſt omni probatione ſublimior & certior, quia Deus nec errare, nec fallere poteſt. Eſt enim & ſapiens & bonus. Quia ſapiens, non errat, quia bonus, non fallit. Præclarè igitur Baſilius: ἔχομεν πίστιν ἀποδείξεως βεβαιοτέραν.

His ita explicatis, proponamus demonſtrationem, qua Nicodemus nititur: Quicunque ea ſigna edit, quæ non poſſunt ab vlla creata potentia fieri, ſed tantùm ab eo, qui diuina potentia armatus eſt. is & verè à Deo miſſus eſt, & doctrina ipſius abſque omni dubio diuina & certiſsima eſſe conuincitur. Tu autem ea ſigna edis, quæ non poſſunt ab vlla creata potentia fieri, ſed tantùm à Deo ipſo, vel ab eo, qui diuina potentia armatus eſt. Proinde & verè à Deo miſſus, & doctrina tua abſque omni dubio diuina & certiſsima eſſe conuincitur. Hac ergo ratione conuictus de doctrina tua & legatione diuina, ad te tanquam cœleſtem Doctorem venio erudiendus.

Sed cur non hac ratione etiam moti ſunt reliqui Phariſæi? Cauſas duas in ſecundo capite aſsignauimus, videlicet auaritiam & ambitionem, quæ vt homines etiam ſapientiſsimos prudentiſsimosque excæcant: ita peſsimi ſunt conſiliarij. Plura de miraculis Chriſti vide ſuprà in ſecundo capite.

3 *Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen, Amē dico tibi, niſi quis natus fuerit denuò, non poteſt videre Regnum Dei.*

Hoc reſponſum Domini cum tanta aſſeueratione, præfixo iureiurando, elatum, opponendum eſt Phariſaicæ opinioni de conſequendo Regno Dei. Nicodemus, vt Phariſæus, non parùm glorians quòd Abrahæ ſemen eſſet, putabat hanc prærogatiuam Deo placere. putabat ſe ſuis ſacrificiis delere peccatum. putabat iuſtitiam Legis eſſe meritum Regni Dei & vitæ æternæ. At Chriſtus cœleſtis Doctor, affirmans neminem ſine renaſcētia poſſe videre Regnum Dei, nedum eo frui in omnē æternitatem, proſternit tanquam fulmine cœleſti opinionem iſtam Phariſæorum, qua Nicodemus, vt Phariſæus, inflatus erat. Nam ſi prærogatiua carnis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

hominem acceptum Deo reddit: Si ſacrificia delent peccatum: Si denique Legis operibus homines mereri poſſunt poſſeſsionem Regni Dei, profectò non opus erat noua natiuitate, vt illud conſequantur. At nunc opus eſt renaſcentia ad conſequendum Regnum Dei. Proinde nec prærogatiua carnalis propagationis ex ſemine Abrahæ, nec ſacrificia Legalia, nec opera Legis merentur poſſeſsionem Regni Dei & gloriæ cœleſtis.

Minor nititur aſſeueratione Chriſti & eiuſdem iureiurando. Quid? An ergo renaſcentia eſt cauſa poſſeſsionis cœleſtis? An non ſolius Chriſti merito conſequimur ſalutem? An non ſola fide iuſtificamur, dum nobis credentibus iuſtitia Chriſti imputatur? Reſpondeo. Renaſcentia pendet à fide iuſtificationis, à qua renaſcentia (cùm ſit ipſa certiſsimum indicium obtentæ iuſtitiæ Chriſti per fidem, quæ Chriſti iuſtitia nobis imputata, cauſa eſt Regni cœleſtis) rectè cõcluditur poſſeſsio Regni cœleſtis. Nam aliàs Scriptura à qualitatibus perſonarum, tanquam à principiis cognitionis & veriſsimis ſignis concludit. Aliâs ab ipſis rerum cauſis, vt videre eſt in Paulo & Iacobo: quorum ille à cauſis ad qualitates & actiones deſcẽdit, hic à qualitatibus & actionibus ad ipſas cauſas aſcendit. Deinde hæc regula nota debet eſſe omnibus. Quando plura naturâ coniuncta ſunt, & vnum ponitur, cætera intelliguntur: Vt, iuſtus eſt, ergo renatus: renatus eſt, ergo iuſtus.

Quod autem à qualitatibus & actionibus ſæpe concludit Scriptura, ideò fit, vt hypocriſis hominum detegatur, & reprehẽdatur. Si Chriſtus dixiſſet Nicodemo Phariſæo: Nemo poteſt videre Regnum Dei, niſi crediderit, facilè aſſenſus fuiſſet Chriſto, & ſe verè credere dixiſſet. Nam hoc familiare eſt omnibus Phariſæis & hypocritis, fidem iactare, quam tamen non habent. Quare Chriſtus, vt hypocriſi phariſaicæ non ſit locus, & Nicodemus ſe ſpectro fidei non fallat, naturales fidei proprietates ponit, & ex propriis qualitatibus ſubiectum oſtẽdit. Sed quid ad hæc Phariſæus?

4 *Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci, quum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterum introire, ac naſci?*

Opponit Nicodemus aſſeuerationi & iureiurando Chriſti abſurdum & impoſsibile. Eſt enim validiſsima refutationis via ex aduerſarij dictis abſurditatem inferre, vnde tanquam ex obliquo reprimitur aduerſarius. Nam omnis hypotheſis, ex qua manifeſta abſurditas ſequitur, in bona conſequentia falſa eſt: Siquidem ex vero nil niſi verum ſequitur. Putabat igitur Nicodemus, quòd vt profundus Magiſter dictum Domini euertiſſet, atque eum quaſi de mendacio conuiciſſet. Sed fallitur Nicodemus. Quòd enim Chriſtus ſpiritualiter intelligit, id Nicodemus carnaliter & phyſicè accipit. Quâre declarat, quàm fuerit egregiè (ſi diis placet) verſatus in ſchola Prophetarum, & quàm dignè ſederit ſuper Cathedram Moſis Magiſter in Iſrael.

Hic locus docet, quòd dignitas, titulus, ordinaria ſucceſsio nõ debeat oculos noſtros perſtringere, vt hominibus propter dignitates, titulos, & ordinariam ſucceſsionem credamus. Nicodemus, quia fuit Phariſæus, princeps ſuæ gentis, Magiſter in Iſrael, putabatur à vulgo non poſſe errare, aut aliquid ignorare: Sed tamen hîc prodit craſſam ſuam ignorantiam & imbecillitatem.

Tales ſunt Pontificij plerique omnes, Cardinales, Epiſcopi, & Monachi. Vendicant enim ſibi ius & poteſtatem interpretandi Scripturas, cùm ne prima quidem doctrinæ Chriſtianæ axiomata teneant, ac inſuper vanis huius mundi voluptatibus dediti, à ſeria diuinarũ literarum lectione penitùs abhorreant.

Diſcamus igitur & nos, veram Eccleſiam non eſſe alligatam ad illos magnificos titulos & gradus dignitatum, vnde ſupra modum ſuperbiunt Papiſtæ, & nos tanquam ex alto deſpiciunt: Sed ad verbum Dei, quod traditur in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis. *Ad Legem*, inquit Eſaias, *& teſtimonium:* & confirmemus nos aduerſus colluuiem Papiſtarũ mandato Chriſti, qui ait: *Cauete vobis à Pſeudoprophetis.*

5 *Reſpondit Ieſus: Amen, Amen dico tibi, ſi quis non fuerit natus ex aqua & Spiritu, non poteſt intrare in Regnum Dei.*

Obiectionem Nicodemi diluit Dominus, affirmans ſe non loqui de carnali natiuitate iteranda: ſed de ſpirituali, hoc eſt, non de ea, quæ eſt ex carne propagatio carnalis: ſed de ea quæ ex aqua & Spiritu, id eſt, ex aqua ſpirituali, videlicet Spiritu Sancto eſt propagatio ſpiritualis, qua non ſubſtantia hominis mutatur: ſed qualitas animi nouatur & ſanctificatur.

Cùm enim per Spiritus Sancti gratiam mente & animo renouamur, renaſci dicimur, cuius renaſcentiæ ſymbolum eſt aqua Baptiſmi. Nam vt aqua corpus mundat externè & reficit: ita Spiritus Sanctus intus animũ ſanctificat, dum nouam lucem, qua agnoſcitur Deus, & fidem, qua corda purificantur, infundit, quæ purificatio noua obedientia declaratur.

Cùm igitur Miniſter Baptiſmi ex mandato Chriſti ait: *Ego baptizo te in nomen PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI*, ſenſus eſt: in hunc finem te baptizo, vt agnoſcas, inuoces, colas, timeas, celebres hunc vnum Deum, qui eſt Pater, qui dedit Filium in mortem pro te, & Filius qui pro te mortuus eſt, qui te à peccato, ſuo ſanguine emundat, qui te veſtit ſua iuſtitia, qui te membrum ſui corporis facit: & Spiritus Sanctus, qui te regenerat, & ſanctificat ad vitam æternam, vt Deo iunctus in omni æternitate beatus ſis. Quoties

igitur

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

igitur videmus infantes aqua Baptiſmi aſpergi, admonemur arcanę regenerationis infantium, quæ fit non per aquam elementarem, ſed per Spiritum Sanctum, cuius tamen aqua elementaris efficax ſymbolum eſt. Ac ſi diceret Chriſtus: Vos Phariſæi miramini, cur ego & Iohannes nouam cęremoniam, videlicet Baptiſmum, vobis priùs ignotam introducimus: ſed ſcitote, hac viſibili cæremonia inuiſibilem gratiam ſignificari, ſine qua nemo ſaluari poterit. Teſtatur enim hæc cæremonia de præſentia Spiritus Sancti, qui intus hominem lauat, & in nouum hominem regenerat, vt ſit capax regni cœlorum. Atque hoc eſt, quod Baptiſta dicebat: *Ego baptizo aqua, in medio autem veſtri ſtat, qui baptizat Spiritu Sancto & igni*, ſignificans aquam non eſſe cauſam regenerationis, ſed ſymbolum & teſtimonium ſpiritualis natiuitatis. Non enim ſunt duæ natiuitates, vt vna aquæ, & altera ſpiritui aſcribatur, ſed vna dumtaxat, & illa nòn aquæ, ſed ſpiritus eſt. Verùm quia aqua huius eſt ſymbolum, dicitur Baptiſmus lauacrum regenerationis, id eſt, teſtimonium & ſacramentum internæ regenerationis, quæ fit per Spiritum Sanctum iuxta promiſsionem Domini. Non eſt ergo externo elemento attribuendum, quod ſpiritus eſt. Sed diſcernendum eſt accuratè inter ſacramentum ipſum ſeu ſymbolum, & rem ipſam ſacramenti ſeu ſignatum, hoc eſt, internam regenerationem. Quòd autem quidam ex veteribus ex his verbis Chriſti: *Niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu*, &c. concluſerunt, infantes Chriſtianorum, qui hinc diſcedunt ſine externo Baptiſmo, non eſſe capaces regni cœlorum, & ideo eos adiudicarunt æternæ damnationi, facilè refelli poteſt.

Primùm: ſi Chriſtus externum Baptiſmum omnino neceſſarium ad ſalutem vt cauſam voluiſſet, in declaratione huius propoſitionis non præteriſſet mentionem aquæ, quod tamen fecit. Ita enim ait: *Quod natum eſt ex carne, caro eſt, quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.*

Secundò: Chriſtus amandans ſuos diſcipulos in mundum prædicatum Euangelium, ait: *Prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Hîc in antitheſi non omiſiſſet mentionem Baptiſmi, ſi præcisè eius neceſsitas requireretur ad ſalutem.

Tertiò: Baptiſmus Chriſtianorum ſucceſsit in locum circumciſionis Iudæorum, ſed infantes Iudęorum circumcidebãtur, non vt circumciſione illa in fœdus Dei reciperẽtur, ſed vt conſortes illius eſſe monſtrarentur. Nam vt Abraham ipſe non ideo circumciſus eſt, vt in fœdus aſſumeretur, ſed quia in fœdus Dei aſſumptus erat, fœderis ſigno obſignabatur. Iam autem certum eſt, Chriſtianos eſſe filios Abrahæ & hęredes promiſsionis. Quare promiſsio facta Abrahæ: *Ego ſum Deus tuus & ſeminis tui in ſempiternum*, pertinet ad Chriſtianos omnes & ipſorum infantes. Hac igitur promiſsione freti Chriſtiani, adferũt ſuos infantes ad Baptiſmum, vt hoc

A externo ſigillo fœdus priùs cum illis initum obſignetur. Quia ergo participes fœderis ſunt Chriſtianorum infantes, ſignaculum fœderis accipiunt. Nam hæc eſt ſigni externi ratio, non vt reddat gratiæ & fœderis participes, ſed vt in gratiam & fœdus aſſumptos certificet & firmiter obſignet.

Quartò: Omnis obſignatio alicuius rei obſignatio eſt. Iam autem Baptiſmus non eſt ſimplex ſignum, quod ſignificat aliquid ſimplici-
B ter: Sed eſt σφραγὶς, vt qui circumciſioni ſuccedat, hoc eſt, tale ſignum quod non ſolùm ſignificat aliquid, ſed etiam quo aliquid obſignatur, quoque certitudo rei quæ geritur, offertur & traditur. Proinde Baptiſmus cùm ſit σφραγὶς, nõ ſolùm eſt ſignum aliquid ſignificans, ſed etiam obſignatio in corpore noſtro promiſsioni adiuncta.

Quintò: Vox Eccleſiæ idem confirmat. Auguſtinus enim ita ait: *Tum impletur inuiſibiliter,*
C *cùm myſterium Baptiſmi non contemptus religionis, ſed articulus neceßitatis excludit.* Et Bernhardus. *Renaſcentia eſt ſpiritualis, ſed peragitur aliàs virtualiter tantùm, vt in ſemine Abrahæ, quod non externum Sacramentum præuentum morte accepit: aliàs virtualiter & actualiter ſimul, videlicet cùm externum Sacramentum accedit.*

Porrò cùm hoc dicimus de Chriſtianorum infantibus diſcedẽtibus ſine externo Baptiſmo, nihil detractũ volumus Baptiſmo, quod ei ver-
D bum Dei tribuit: ſed neceſſarium diſcrimen ſtatuimus ex verbo Dei inter externa teſtimonia & inuiſibilẽ gratiam, quam dicimus adeſſe poſſe ſine externo ſigno, præſertim vbi contumacia non accedit. Nam vt non omnes externè baptizati (quod manifeſtum eſt in perfidis Iudæis, quorum multi Baptiſmum ſumunt lucri gratia) per Spiritum Chriſti regenerantur: ita non omnes externo Baptiſmo priuati, Spiritu Chriſti priuantur, id quod in Baptiſta Iohanne,
E cùm adhuc in vtero matris eſſet, videre eſt. Nec dubito, hoc ita factũ eſſe, vt ſignificaretur, quòd Chriſtianorum infantes etiam in vtero materno poſsint eſſe & ſint capaces Spiritus Chriſti, ſicuti olim tempore circumciſionis in Iacob Patriaraha declarata eſt conſtantia fœderis diuini. Nam & hic antequam in lucem editus eſt, ſanctus fuit, placuit enim Deo. Etſi autem omnes naturâ ſunt peccatores cùm Iudæorũm, tùm Chiſtianorũ infantes: tamen ex gratia ſunt par-
F ticipes fœderis, nati ex ſemine Abrahæ, iuxta ꝓmiſsionem, quæ ad ſpirituale ſemen pertinet.

Cur ergo, obiiciet aliquis, baptizantur Chriſtianorũ infantes, cùm ſint ſine Baptiſmo participes fœderis? Reſpondeo: Primùm ob hanc ipſam cauſam baptizari Chriſtianorum infantes oportet, quòd ſint participes fœderis. Nam Baptiſmus obſignat eis fauorem Dei. Secundò, propter mandatum Chriſti, qui mandat omnes gentes baptizari. Hoc mandatum Dei con-
G temnere extrema eſſet contumacia. Tertiô, vt cumulatiore gratia donentur per ſpiritum regenerationis & preces Eccleſiæ. Vt enim Apo-

ſtoli acceperunt Spiritum Sanctum, ſufflante in eos Chriſto, & tamen poſtea eundem acceperũt viſibiliter in die Pentecoſtes, in maiorem gratiarũ cumulum: Et vt pij, in quibus Chriſtus habitat, per fidem ſacra Cœna vtẽtes, ſacramentaliter & veraciter Chriſti carnẽ & ſanguinem percipiunt, vt Chriſtum magis & efficaciùs in ſe habitare ſentiant: ita etiam infantibus, dum baptizantur, accedit cumulatior gratia per viſibile ſacramentum & preces Eccleſiæ. Quartò, vt in cœtum Eccleſiæ viſibilis recipiantur, & hac nota diſtinguantur ab omnibus prophanis hominibus. Quintò, vt ſit teſtimonium excuſsi iugi Sathanæ, & ſeruitutis peccati, vt quæ ſit teſtificatio continuationis in fœdere Dei. Breuiter, quid præſtantius eſſe poterit, quid præclarius quàm nota filiorum Dei inſignitum eſſe. Propter has cauſas velim parentes non differre infantium ſuorum Baptiſmum, ſed quàm primùm curare, vt hac nota filiorũ Dei inſigniantur. Sed de hac re plura aliàs diximus.

6 *Quod natum eſt ex carne, caro eſt, quod natum eſt ex Spiritu, Spiritus eſt.*

Neceſsitatem regenerationis ex effectibus contrariis generationis carnalis & ſpiritualis monſtrat, quò & arrogantiam phariſaicam deprimat, & hominem ſine regenerationis gratia totum ſeruituti peccati regnantis in vitioſa natura ſubiectum eſſe oſtendat. Obſeruanda ſunt autẽ hoc loco duo axiomata ſeu principia Theologica, ex quibus duo concluduntur ſyllogiſmi demonſtratiui, qui tanquam conſultationes multis adhiberi debent hypotheſibus iudicandis, præſertim iis de quibus controuerſum erat inter Chriſtum & Nicodemum alioſque Phariſæos.

Prior Syllogiſmus.

Quæſtio eſt, vt patet ex ſuperioribus, An quiſquam vel propter carnalem genituram ex ſemine Abrahæ, vel ob dignitatem ſacrificiorum, vel ex operibus Legis poſsit fieri capax regni cœlorum. Huius quæſtionis affirmatiuam partem Phariſæi tuentur: At Chriſtus contrà negatiuam concludit hac demonſtratione:

Quod natũ eſt ex carne (id eſt, ex vitioſa, corrupta, peccatrice & rea natura) caro eſt, (id eſt, vitioſum, corruptum, peccans, reum, ſapiens carnem, & ambulans ſecundùm carnem, cuius φρόνημα mors eſt & inimicitia cum Deo.) Nunc autem omnis homo non renatus per Spiritum Sanctum, eſt natus ex carne (id eſt, vitioſa, corrupta, peccatrice, & rea natura.) Ergo omnis homo ſine regenerationis gratia eſt caro (id eſt vitioſus, corruptus, reus, ſapiens carnem, & ambulans ſecundùm carnem.) Proinde fieri non poteſt, vt homo non renatus, vel propter carnis genituram, vel ob merita ſacrificiorum, vel ex operibus Legis fiat capax regni cœlorum. Paulus principium noſtræ demonſtrationis per Soriten colligit ad Romanos cap. 8. verſ. 5. in hunc ferè modum: Ambulantes ſecundùm car-

A nem, carnalia ſapiunt: carnalia ſapientes, quæ mortis ſunt ſapiunt: Sapientes quæ ſunt mortis, inimici ſunt Dei: Inimici Dei Deo diſplicẽt: Diſplicentes Deo, ſunt ſub maledictione Hinc à primo ad vltimum concluditur. Igitur verſantes ſecundùm carnem, ſunt ſub maledictione. Quare nequaquam capaces eſſe poſſunt regni cœlorum. Hoc igitur argumento refutatur Nicodemi opinio, qui putabat Iudaicum populum ideo placere Deo, quòd natus ſit ex ſemi-

B ne Abrahæ: putabat ſacrificiis Moſaicis deleri peccatum: putabat homines ſatisfacere poſſe Legi Dei, & ſua obedientia mereri introitum in regnum Dei. Sed quomodo quæſo fieri poteſt, vt caro, id eſt, homo in peccatis conceptus & natus, totus vitioſus, corruptus & reus præſtet Deo puram, integram, perfectã, perpetuam & ſpiritualem obedientiam, qualem Lex requirit, quæ promittit vitam, modò quis hanc obedientiam præſtiterit, iuxta illud: *Qui fecerit eã ho-*

C *mo, viuet in eis.* Quid ergo homo non renatus expoſtulabit à Lege? maledictionem. Ita enim ſcriptum eſt: *Maledictus omnis, qui non fecerit omnia quæ ſcripta ſunt in libro Legis.* Argumenta quibus refellitur gloriatio carnalis propagationis ex ſemine Abrahæ, vide ad Rom. 9. Quibus merita ſacrificiorum euertuntur, vide in tota epiſtola ad Hebræos. Quibus denique demonſtratur, quòd nemo poſsit Legi Dei ſatisfacere, vide ad Romanos 1. 2. 3. Et reuocantur argumenta om-

D nia, quibus oſtenditur quòd nemo Legem prę-ſtare poſsit, ad quatuor capita:

Primum, ad iudicium Dei punientis peccatum in omnibus hominibus: iuſtitia enim non infligit pœnam, niſi culpa anteceſſerit.

Secundum, ad vniuerſalem experientiam, quæ teſtatur omnes homines eſſe reos, & totam naturam corruptam.

Tertium, ad teſtimonium Scripturarum, quę adimunt homini non renato iudicium boni &

E recti, voluntatem & conatum.

Quartum, ad victimam Chriſti. Si enim per Legem eſt iuſtitia, Chriſtus fruſtra mortuus eſt. Vide quæ annotauimus in primum, ſecundum & tertium capita ad Romanos, & in Pſalmum 84. in fine.

Poſterior Syllogiſmus.

Quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt (hoc eſt, omnis homo, qui per gratiam Spiritus eſt

F regenitus, eſt ſpiritus, id eſt, Spiritu in ſe habitante agitur, ſapit ſpiritum, ſecundùm ſpiritum ambulat, ſpiritu actiones carnis mortificat, ſpiritu adoptionis clamat Abba pater, ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectat.) Omnis qui verè credit, natus eſt ex ſpiritu (id eſt, per gratiam Spiritus Sancti eſt natus filius Dei, iuxta illud: *Dedit hunc honorem credentibus, vt ſint filij Dei, non qui ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.*) Igitur o-

G mnis qui credit, ſpiritu in ſe habitante agitur, ſpiritum ſapit, &c. Proinde talis ſolus eſt regni cœlorum capax.

Porrò

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Porrò hîc quatuor ſumma diligentia obſeruanda ſunt. Primum, quòd credens ſeu renatus habeat remiſsionem peccatorum propter meritum mortis Chriſti, ex quo fit, vt liber ſit à damnatoria Legis ſentẽtia, hac videlicet: *Maledictus omnis qui non fecerit ea quæ ſcripta ſunt in libro Legis:* Iuxta illud Galat. 3. 13. *Chriſtus redemit nos à maledictione Legis, factus pro nobis maledictũ.* Itẽ Rom. 8. 1. *Nulla condemnatio eſt iis qui ſunt in Chriſto Ieſu, & nõ ſecundùm carnem ambulant, ſed ſecundùm Spiritum. Nam Lex ſpiritus & vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à Lege peccati & mortis. Quod enim per Legem fieri non potuit, eò quòd infirmabatur per carnem, hoc Deus præſtitit, dum proprium Filium miſit, & pro peccato damnauit peccatum in carne, vt ius Legis in nobis impleretur.* Credẽs igitur cùm ſit ſub gratia, ſeu ſub Lege ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu, non poterit eſſe ſub Lege, videlicet damnante.

Secundum, quòd credenti perſonæ imputatur obedientia Chriſti (qua ipſe impleuit Legem) in iuſtitiam, iuxta illud Rom. 10. 4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti,* hoc eſt, omnis qui credit, habet quod Lex requirit, nempe iuſtitiam, non quam ipſe fecit, ſed quam Chriſtus illi imputat, qua purus, iuſtus, ſanctus in conſpectu Dei apparet. Proinde qui hanc iuſtitiam habet, nõ eſt ſub Lege accuſante. Eſt enim Legi ſatisfactum, iuxta illud Pauli Rom. 8. 33. *Quis intentabit crimina aduerſus electos Dei? Deus eſt, qui iuſtificat: quis eſt qui condemnet?*

Tertium, quòd credens perſona habens remiſsionem peccatorũ, & iuſtitiam Chriſti perfectam ſibi imputatam, agitur Spiritu Dei, quo renatus meditatur vitam Spiritu Dei dignam, & ſe libenter Legi Dei ſubiicit, vt qui mente ſeruiat Legi Dei, vt Paulus de ſe teſtatur, Rom. 7. 25. Hic motus Spiritus Sancti in credentibus, eſt teſtimonium regenerationis ſpiritualis, iuxta illud Pauli Rom. 8. 14. *Qui Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.* Non eſt ergo hæc actio ſpiritus cauſa adoptionis noſtri, ſed effectus potiùs, vnde fit iudicium de regeneratione. Breuiter, quicunque retinẽt fidem & bonam conſcientiam, ſpiritualis regenerationis teſtimonium habent.

Quartum, quòd regeneratio in hac vita inchoatur, & paulatim creſcit pro fidei modulo, perficienda tandem in vita æterna, id quod oſtendit perpetua lucta carnis & ſpiritus in ſanctis. *Spiritus enim concupiſcit aduerſus carnem, & caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Galat. 5. 17. Sed vita & mors pugnantibus propoſita ſunt. Ita enim Paulus ait Rom. 8. 13. *Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini,* id eſt, ſi vitioſæ naturæ imperata feceritis, regnante in vobis peccato per concupiſcentias ſuas, mortem tanquam mercedem reportabitis. *At ſi ſpiritu actiones corporis mortificaueritis,* id eſt, ſi non permiſeritis peccatum regnare per concupiſcentias ſuas, *viuetis,* videlicet vita fœlici & beata. Cæterùm ſi contigerit aliquando hominem à carne vinci, adeò vt eius concupiſcentias perficiat proſtrato ſpiritu, ſciamus quòd ianua ad amiſſam gratiam pateat per veram pœnitentiam ſeu conuerſionem, iuxta

A illud Ierem. 36. 3. *Reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, & propitius ero iniquitati eius.* Item Ezech. 33. 11. *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur à via ſua mala, & viuat.* Huius rei teſtimonium circumferimus Baptiſmum. Teſtatur enim Baptiſmus, quòd Deus omni conuertenti ſe, remittat peccatum.

7 Ne mireris quòd dixi tibi: Oportet vos naſci denuo.

B *8 Spiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde venit, et quò vadit. Sic eſt omnis, qui natus eſt ex Spiritu.*

Quòd Dominus non ſtatim reiiciat rudem diſcipulum tanquàm minùs aptum ad res tantas percipiendas, ſed ipſum propoſita ſimilitudine, vt rem de qua agitur, quodammodo pingat, informare pergit, eò pertinet, vt miniſtri Euangelij exemplo ſui magiſtri boni conſulant C ſtupiditatem ſuorum auditorum, nec eos deſiſtãt docere & monere, donec ſenſerint eorum in ſchola Chriſti profectum. Chriſtus primùm aſſeruit regenerationem eſſe neceſſariam, quod cùm Nicodemus iudicaret abſurdum, Dominus diſtinctione ipſum docuit, quòd aliud ſit loqui de regeneratione carnali, aliud de ſpirituali, quam neceſſariam ad ſalutem propoſuit. Verùm cùm ne ſic quidem profecit Dominus apud craſſum diſcipulum, vſitato omnibus do- D centibus more, præſertim cùm agitur cum rudi populo, proponit ſimilitudinem ductam à re, quæ eſt in quotidiano vſu. Nam cùm ſpiritualia quæ ſenſibus percipi non poſſunt, comparantur ad corporalia, ſimilitudine ducuntur homines in rerum ſpiritualium intelligentiam. Ita enim optimo Deo viſum fuit, has corporeas & in ſenſus incurrentes creaturas condere, vt aliquam analogiam ſeu comparationem haberẽt ad res ſpirituales: quò per eas doceri poſſent E homines cõmodiùs. Iam præſentem ſimilitudinem, quæ à vento (nam hìc ſpiritus pro vẽto in priori membro ponitur) ſumpta eſt, videamus.

Quemadmodum neſcitur, vnde ventus veniat, aut quò vadat, antequam ſpirat: ſed cùm ſpirat, tum primùm & ſentitur, & eius vis percipitur: Sic eſt cum homine qui regeneratur, non percipitur vnde veniat regeneratio, & quæ ſit eius vis, priuſquam quis regeneratus fuerit. Tunc enim & ſentit regenerationis ſpiritum, & F eius virtutem percipit. Nam cùm Spiritus Sanctus fidẽ inſpirat in corda noſtra, ſimul occulto & arcano quodam, nobiſque incognito modo nos regignit. At fide donati mox viuo conſcientiæ ſenſu, non modò adoptionis gratiam, ſed vitæ quoque nouitatem in nobis inchoari ſentimus, quæ nouitas cernitur & ſentitur in mortificatione veteris hominis, & viuificatione noui hominis. Mortificatio quidem fit per contritionem: viuificatio verò per fidem: vtraque G manat ex efficacia mortis & reſurrectionis Chriſti, id quod etiã ſymbolo Baptiſmi, qui propterea lauacrum regenerationis dicitur, indicatur,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quemadmodum Paulus docet ad Rom.6.4.
Poſtquam autem ſimilitudinem propoſitam
declarauimus vtcunque, libet huc nonnulla ad-
iicere de regenerationis cauſis & effectibus, vt
& meliùs intelligamus hoc myſterium, & ſcia-
mus certiùs, an ipſi huius cœleſtis regeneratio-
nis ſimus participes.
Regenerationis cauſæ variè in Scripturis re-
feruntur, quas confundere, & non ſingulas ſuis
claſsibus ſubiicere, plus quàm dici poteſt, ob-
ſcurat doctrinam Euangelij, & parit multas no-
xias diſputationes. Ordine proinde enumera-
bimus cauſas regenerationis noſtri, & ſingulas
ſuis claſsibus ſeu generibus ſubiiciamus, vt di-
ſcerni clarè & perſpicuè poſsint.
Tribuitur regeneratio, nũc verbo Dei, nunc
Deo ipſi, nunc morti & reſurrectioni Chriſti,
nũc lauacro aquæ ſeu Baptiſmo, nunc fidei, nũc
miniſtris Euangelij. Quis hìc non videt, neceſ-
ſariò diſtinguendas eſſe has cauſas? Qui enim
hoc peritè non fecerit, in multiplicem contra-
dictionis implicationem incurrat neceſſe eſt.
Accuratè igitur has cauſas diſtinguamus.
Verbo Dei tribuitur regeneratio noſtri vt ſe-
mini. Habet ſiquidẽ verbũ Dei in regeneratio-
ne noſtri, ſeminis rationem. Ita enim Apoſtolus
Petrus ait in 1. Epiſt. 1.22. *Renati*, inquit, *non ex ſe-
mine mortali, ſed immortali per verbum viuẽtis Dei, &
manentis in æternum.* Verbum enim Dei, h.e. Euã-
gelium, iactum in agrum cordis, ſemen eſt illud
immortale, ex quo naſcimur filij Dei. Vocat au-
tem hoc verbũ Euãgelij immortale ſemen pro-
pter effectũ. Nam ſi manſerit in corde hominis
vſque ad finem, habet promiſsionem immorta-
litatis & vitæ æternæ. Quòd autem quidam ex
dicto Petri concludũt, fidem ſemel conceptam
non poſſe penitus amitti, quia verbũ Euangelij
iactum in cor hominis eſt ſemen immortale, fri-
uolum eſt. Dicitur enim verbum Dei, i. Euan-
geliũ, ſemen immortale à ſua natura, vſu & effe-
ctu, ſi modò ipſum in ſe ſolummodò cõſideres.
Verùm ſi hominẽ ſpectes, effectus verbi & vſus
ex conditione pendent. Nã ſi manſerit verbum
in hominis corde, vitam & immortalitatem ad-
fert. At ſi haud manſerit in corde, non quidem
moritur verbum ipſum in ſe, ſiquidẽ manet in
æternum. Sed homo qui immortale hoc ſemen
in agro cordis ſui fide non retinet, moritur. Hãc
conditionẽ diſertè requirit Dominus, cùm ait
Mat.10.22. *Qui perſeuerauerit vſq; ad finem, hic ſaluus
erit.* Item Ioh. 15. 7. *Si manſeritis in me, & verba mea
in vobis manſerint.* Et Epiſt. ad Hebr. 3.14. *Participes
facti ſumus Chriſti, ſi modò conceptam fiduciam vſq; ad
finem firmã tenuerimus.* Et Coloſſ. 1.23. *Si modò in fi-
de permaneatis fundati, ſtabiles & immobiles à ſpe Euã-
gelij quod audiſtis.* Eſt proinde hæc conditio obſer-
uanda, quòd verbum Dei tum demum immor-
talitatẽ adferat, vt ſemen regenerationis, quan-
do fide retinetur vſque ad finem.
Deo tribuitur, regeneratio noſtri, atque adeò
ſingulis perſonis ſeorſim. Regenerat enim Pa-
ter, regenerat Filius, regenerat Spiritus Sãctus.
De Patre 1. Petr. 1. 3. *Benedictus Deus & Pater Do-*
A *mini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm magnam miſeri-
cordiam ſuam regenerauit nos in ſpem vitæ æternæ.*
Eſt igitur Pater regenerationis autor, & prima
cauſa principalis. De Filio dicitur: Ioh. 14. 6. *Ego
ſum via, veritas & vita.* Itẽ Ioh. 11.25. *Ego ſum reſur-
rectio et vita.* Regenerat enim Filius vt Mediator,
& vt vitis in qua palmes inſita viuit & fructifi-
cat. Ioh. 15.1. De Spiritu Sãcto ſuprà dictum eſt:
Niſi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. Eſt e-
nim Spiritus Sanctus veluti vis & anima ſemi-
B nis, hoc eſt, verbi Dei.
Morti & reſurrectioni Chriſti regeneratio no-
ſtri tribuitur vt merito & efficaciæ. Merito qui-
dẽ, quia merito mortis ſuæ nos Chriſtus à iure
mortis liberauit, & reſurrectionis merito nobis
vitam comparauit. Efficacia verò, quia Chriſtus
à nobis apprehenſus fide efficax eſt in nobis &
morte & reſurrectione ſua. Morte quidem, ad
mortificandũ corpus peccati. Reſurrectione ve-
rò, ad nouitatẽ vitę meditandã. Quòd ergo mor-
C tificatur in nobis peccatum, efficacia fit mortis
Chriſti, & hæc mortificatio, regenerationis no-
ſtri inchoatio eſt. Quòd aũt viuificatur in nobis
ſpiritus, efficacia fit reſurrectionis Chriſti. Vnde
fit, vt in nouitate vitæ ambulemus, præbeamus
corpora noſtra arma iuſtitiæ Deo. Rom. 6.13.
Lauacro aquæ ſiue externo Baptiſmo tribui-
tur regeneratio noſtri, quia Baptiſmus de noſtri
regeneratione quæ fit virtute Spiritus Sancti,
teſtatur, & hanc ipſam regenerationẽ obſignat.
D Sunt enim Sacramenta ſignacula promiſsionũ,
quas verbum proponit, & fides apprehendit.
Fidei tribuitur regeneratio noſtri vt inſtru-
mento recipienti ſemen illud immortale in cor
hominis. Dedit enim poteſtatem filios Dei fieri
qui credunt in nomen eius. Nã qui credit, & iu-
ſtificatur, & donatur S. Sancto, per quem in no-
uum hominẽ regignitur. Hìc diſcernendum eſt
inter perfectam veramq; fidem, & eius ſpectrũ.
Perfecta & vera fides Chriſtum apprehẽdit, cui
E inſiti homines de nouo gignuntur. Nã Chriſtus
intra nos habitans, mortificationem & viuifica-
tionẽ per ſuum Spiritum operatur, quę vbi non
ſentiuntur, ibi nequaquam eſt vera fides & per-
fecta, ſed tantùm eius inane ſpectrũ. Cùm enim
fide iuſtificatur aliquis, fieri non poteſt, quin ſi-
mul ſanctificetur: & prout fides creſcit: ita rege-
neratio incremẽta ſumit, vt pro regenerationis
incremẽtis dicamur adoleſcere in Chriſto. Vo-
co autem perfectam fidem, quæ conſtat notitia
F promiſſæ miſericordiæ & fiducia in eandem, e-
tiamſi gradibus non eſt abſoluta.
Miniſtris Euãgelij tribuitur regeneratio no-
ſtri tanquam agricolis, qui ſemen incorruptibi-
le verbum Dei iaciunt, dum pręedicant Euange-
lium Ieſu Chriſti. Ita enim ait Apoſtolus: *In Chri-
ſto Ieſu per Euangelium vos genui.* Præclara ſanè na-
tiuitas, in Chriſto naſci, & fieri Chriſti membra
per ſemen incorruptibile, quod eſt Euãgelium,
quod vt iacitur à præconibus verbi per prædi-
G cationem Euangelij: ita fide in agrum cordis re-
cipitur, vt Filij Dei naſcamur credentes.
Iã de effectibus regenerationis pauca adiicia-
mus.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mus. Effectus regenerationis ſeu fructus ſunt noui hominis noui motus & actiones congruentes huic ſpirituali natiuitati, hoc eſt, vt vno verbo dicam, noua obedientia, qua vt veterem hominem mortificamus: ita per ſpiritum fidei, nouum excitamus, vt in nouitate vitæ ambulemus. Sunt ergo duæ partes nouitatis eius, quæ à regenitis requiritur, videlicet mortificatio veteris hominis, & viuificatio ſpiritus. Hæ partes vno ſanctificationis nomine intelliguntur. Eſt ſiquidem Sanctificatio nihil aliud quàm ſegregatio hominis regeniti à prophanitate gentium per mortificationem carnis, & coniunctio eiuſdem cum Deo per viuificationem ſpiritus, vt iam ſit Deo hoſtia pura & accepta. De priori parte loqtur Paul. Coloſſ 3.5. *Mortificate*, inquit, *membra veſtra terreſtria*, id eſt, omnem vim & vigorem naturæ deprauatæ reſtinguite, quæ natura vos deorſum trahit, & prauos illos motus ſpiritui repugnantes in vobis ciet. Hos motus & cupiditates prauas eleganter vocat membra, quibus ſcilicet vetus homo, id eſt, ratio, voluntas & ſenſus hominis deprauata, perinde vtitur vt corpus membris ſuis, vtpote quæ ipſius etiam corporis membra ſecum trahit. De poſteriori parte loquitur Paulus ad Rom. 8. 14. *Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.* Aguntur autem Spiritu Dei, qui actiones corporis mortificant, & per iuſtitiam Deo ſeruiunt, ita vt nihil magis in voto habeant, quàm vt totam ſuam vitam Deo ſubiiciant. De vtraque parte ſimul loquitur Paulus cùm ait: 1. Theſſ. 4. 3. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtri.* Et ad Rom. 8. 10. *Si Chriſtus in vobis, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum*, id eſt, victimam Chriſti, qui eſt efficax in vobis, *Spiritus verò vita propter iuſtitiam.* Ad Philip. 3. 3. vtitur Apoſtolus alia loquẽdi figura, qua regenerationis effectum explicat, cùm ait: *Nos circumciſio ſumus, qui Spiritu Deum colimus & gloriamur in Chriſto, & in carne non confidimus.* Hîc Paulus aſcendit ab vltimo effectu regenerationis ad primum, quia poſteriores effectus ſæpè magis incurrunt in oculos, & ſenſus hominum, cùm priores velut intus latent, ſoli Deo & homini in quo ſunt, cogniti. Nos igitur ordinem conſecutionis ſequentes proponamus effectus, quos hìc Paulus enumerat. Sunt autem tres: videlicet amputatio fiduciæ carnis, gloriatio in Chriſto, & ſpiritualis Dei cultus.

Amputatio fiduciȩ carnis eſt, quando in nullam rem extra Chriſtum collocamus fiduciam. Caro enim hoc loco ſignificat quidquid extra Chriſtum eſt.

Gloriatio in Chriſto eſt, totius ſalutis fiduciam in vno Chriſto collocare vnico mediatore & ſaluatore.

Cultus Dei ſpiritualis, eſt obedientia ex fide præſtita in glôriam Dei, quæ obedientia conſiſtit in pietate erga Deum, charitate erga proximum, modeſtia & innocentia in vita, & fide in vocatione. Breuiter, regenerationis effectus ſunt virtutes omnis generis, quarum choros ductat fides, adiunctis ſibi ſpe & charitate, quæ tres à Paulo vt præcipuæ nominantur. Nã hæ & cauſæ ſunt, & moderatrices aliarum omnium virtutũ, quæ in ipſo decalogo præcipiuntur, & præcipuè numerantur à Paulo ad Galat. 5. 22. quos vocat fructus Spiritus.

Iam vnuſquiſq; noſtrûm ſe probet tanquam ad Lydium lapidem, an ſit regenitus nec ne. Si ſentis fidem: ſi ſentis Chriſtum in te habitãtem: ſi ſentis efficaciã mortis & reſurrectionis Chriſti in te, ſi ſentis luctam ſpiritus & carnis: ſi carnis omnem fiduciam abiicis: ſi gloriaris in Chriſto: Denique, ſi nihil magis tibi in votis eſt, quã vt Deo totam tuam vitam approbes in vero timore & obedientia, teſtimonia habes, ꝙ verè ſis per Spiritũ regenitus & noua creatura in Chriſto Ieſu. Nec aliud vult Paulus cùm ait: 1. Tim. 1. 18. *Milita honeſtam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam.* Ex his cõcluditur, quàm ſint neceſſaria bona opera, quæ tametſi non ſunt cauſæ iuſtificationis: tamen teſtantur de Spiritu Sancto, cuius gratia regeniti ſumus in nouos homines, vt non amplius carni & Sathanæ, ſed iuſtitiæ & Deo militemus.

9 Reſpõdit Nicodemus: Quomodo poſſunt hæc fieri?

Etſi Nicodemus rectè facit, quòd ſuam agnoſcat ignorantiam, & in diſcendo tarditatem: tamen in hoc culpandus eſt, quòd doctoris ſui, quem agnouit diuinitus miſſum, vtpote armatũ diuinis miraculis, certiſsimȩ doctrinæ opponit adhuc impoſsibilitatem. In primo ergo dignus eſt, quem diſcentes imitentur: In altero minimè. Hoc Nicodemi factum, quàm verum ſit dictum Pauli, oſtendit 1. Cor. 2. 14. *Animalis homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei.* Monemur ergo vt in myſteriis religionis oculos carnis claudamus, & oculis fidei intenti ſimus in ea quæ Dominus loquitur, idque exemplo patris noſtri Abrahami.

10 Reſpondit Ieſus & dixit illi: Tu es ille magiſter Iſraelis, & hoc ignoras?

Non ſolùm tardiorem diſcipulum taxat Dominus, eique exprobrat, quòd cùm ſit aliorum magiſter, ipſe tamen ignoret quæ ſcire maximè referebat: verùm etiam dolet vicem populi Dei, non habentis doctorẽ, ſed errãtis inſtar ouium ſine paſtore. Vtinã Nicodemus hîc non haberet multos ſocios in magnum Eccleſiæ Dei detrimentum, idque non ſolùm in Papatu, vbi meræ tenebræ regnant: verumetiam inter nos. Multi ambiunt officia & dignitates amploſque reditus, pauci verò curã habent officij fideliter præſtandi. Multi magis ſunt ſoliciti pro conſequendis Parochiis, quàm pro conſequenda doctrina neceſſaria, putãtes ſatis eſſe ſtrenuè clamare, & verba vix intellecta ex Poſtillis detonare. Etſi autem horum iudicium horribile erit in extremo die, maius tamen futurum eſt eorum, qui tales ad miniſteria Eccleſiæ Dei, quam ipſe ſuo ſanguine redemit, admittunt. Non ergo Paulus adeo ſeriò abſque grauiſsima cauſa hortatur Epheſinos Epiſcopos Actor. cap. 20. 28. cùm ait:

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos ad paſcendam Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. A
Sciant igitur qui aſpirant ad ſanctiſsimum miniſterium in Eccleſia Dei, arduum eſſe officium, & requirere ſummũ ſtudium & vigilantiam in doctrina & moribus. Sciant, vt ſumma præmia ſunt propoſita rectè fungentibus officio, iuxta dictum Daniel. 12. 3. *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*: ita horrendas pœnas manere B
eos, qui Eccleſiam Dei ſibi commiſſam fraudulenter produnt. Nam horum ſempiternum erit opprobrium. Cogitent turpe eſſe in doctore, ignorare quæ ſcire oporteat: turpius, vendicare ſibi earum rerum ſcientiam quam non habet: turpiſsimum, cum doctrina vitam moreſq; pugnare. Primum, facit ineptum. Secundum, ſtultum. Tertium, mendacem & ſui ipſius iudicem. Nam quiſquis rectè docet, & malè viuit, toties ſe ipſum condemnat, quoties quod rectum eſt, C
docet, & non facit. Deinde qui docet tantùm, & non facit, ipſe doctrinæ ſuæ detrahit pondus. Quis enim obtẽperet, cùm ipſe præceptor doceat non obtemperare? Bonum eſt autem recta & honeſta præcipere, ſed niſi & facias, mẽdacium eſt. Et incongruens atque ineptum eſt, non in pectore, ſed in labiis habere bonitatem. Simus ergo memores dicti Sapientis: *Fac in tuo ſtes ordine, in eoq; aſſiduò verſeris, atque in tuo officio munereq; conſeneſcas.* Item: *Ne mireris opera hominis* D
ſcelerati, confide Domino, atq; in labore tuo perſeuera.

11 Amen Amen dico tibi: Quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis.

Duo continet hæc aſſeueratio, Chriſti videlicet teſtificationẽ de cœleſti doctrina, quam ipſe & Iohannes profitebantur, & reprehenſionem Phariſæorum. Habet autem hæc reprehenſio tacitam collationẽ, ac ſi diceret Dominus: Vos E
Phariſæi quod neſcitis, loquimini, & quod non vidiſtis, teſtamini, & tamen vobis tanquam diuinitus miſsis doctoribus creditur. At ego & Iohannes, quod ſcimus, loquimur, & quod vidimus, teſtamur, nobis tamen non creditur. Quid quæſo indignius quàm falſum teſtimoniũ amplecti pro vero, & verum cœleſteq; tãquam falſum repudiare? Huius Phariſaicę cæcitatis exẽpla hodie videre licet in Papatu. Volunt videri doctores Eccleſiæ, docent quæ ignorant, te- F
ſtantur, quod non viderunt, ferro & igni perſequuntur omnes, qui ſuam doctrinam non recipiunt & ſibi credũt. Vt enim Phariſæi olim ſuas traditiones in locum verbi Dei ſubſtituerunt: ita Papiſtæ humanas doctrinas, & Patrum traditiones abolito Euangelio inculcant, & tametſi ſibi Eccleſiæ titulum vendicant: tamen teſtimonium diuinum traditum in Scripturis Propheticis & Apoſtolicis non admittunt. Pluris e- G
nim faciunt vnam ſententiolam Thomæ Aquinatis, quàm ſexcenta teſtimonia ex diuinis Scripturis petita.

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?

Exaggerat reprehẽſionem Phariſæorũ, ſumpto argumento à maiori ad minus. Qui non credit terrena, id eſt, ea quorum vſus & experientia eſt neceſſaria in hac vita ſuper terram, multò minùs credet cœleſtia, quorum vſus & fruitio perpetua erit in cœlis poſt hanc vitam. At vos Phariſæi non illa creditis, multò minùs B
hæc credetis. Qui vocabula, *Terrena & Cæleſtia*, ad materiam doctrinæ referunt, falluntur. Nam Græcę voces omnem ambiguitatem tollũt, quę ſignificant, ea quæ hîc dicuntur, non ad materiam, ſed ad loca diuerſa & ſtatus hominum diuerſos referenda eſſe, videlicet ad terram in qua habitamus, dum hoc mortale corpus circumferimus, & ad cœlum, ad quod aſpiramus. Nam vt ἐπίγεια dicũtur, quaſi τὰ ἐπὶ τῆς γῆς γιγνόμενα, i. quæ hìc in terris fiunt, & quorum vſus Eccleſiæ mi- C
litanti in hac vita eſt neceſſarius, etiamſi ſi materiam ſpectes, planè diuina ſunt: ita ἐπουράνια dicuntur ea quæ in cœlo olim gerentur, & quorũ perpetua fruitio erit in æterna vita. Hoc ad vtrumque referendum eſt, videlicet ad cognitionem & bonorum copiam. Cognitio in hac vita ex parte eſt, ſed tamen tanta quæ viam mõſtrat ad immortalitatem. In futura autem vita erit perfecta & omnibus gradib. abſolutiſsima. Hinc Paulus 1. Cor. 13. 9. *Ex parte cognoſcimus, & ex parte* D
prophetamus: cùm autem venerit id quod perfectum eſt, abolebitur id quod eſt ex parte. Itẽ verſ. 12. *Nunc cernimus per ſpeculum in ænigmate, tùnc facie ad faciem.* De bonorum cumulo & abundantia idem Apoſtolus in hunc modum loquitur, 1. Cor. 2. 9. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ Deus præparauit diligentibus ſe.*

13 Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, Filius hominis qui eſt in cœlo.

Vide quæſo quàm apta & concinna methodo procedat Dominus in myſterij propoſiti declaratione. Primùm regenerationis docuit E
neceſsitatem. Deinde diſtinguẽdo inter duplicem natiuitatẽ, teſtatus eſt, ſe non loqui de carnali, ſed de ſpirituali natiuitate. Tertiò proponit duo axiomata ſeu principia, ex quibus concluditur neceſsitas regenerationis. Quartò, modum regenerationis ſimilitudine aptiſsima illuſtrauit. Nunc autem quinto loco pergit docere, F
quod in hoc myſterio ſummum eſt, videlicet quòd in hac regeneratione oporteat hominem inſeri Chriſto, & fieri eius membrum, quò fiat regni cœlorum capax. Nam cùm vnus Chriſtus ius habeat poſſeſsionis cœleſtis, vt qui ſolus tanquam Dominus cœli deſcenderit è cœlo, & ſit in cœlo, neceſſe eſt, vt illi veluti membrum corpori, & palmes viti inſeratur, quiſquis regni cœlorum particeps fieri cupit. Siquidem Chriſtus qui & homo & Deus eſt, hominem & G
Deum ſolus coniungere, vt vnicus mediator & placator iræ Dei, poteſt: Atque hæc ſententia huius dicti ſumma eſt. Videtur autem Dominus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nus hîc reſpexiſſe ad ſcalam Iacob. Vt enim An-
geli Dei viſi ſunt Iacobo aſcendere & deſcende-
re per ſcalá, cuius ima pars terram, ſuprema cœ-
lum attingebat, Geneſ. 28.12. ita Filius Dei ſolus
eſt, per quem & in cœlum aſcenditur & deſcen-
ditur. Vide quæ annotauimus in fine 1. capitis.

Porrò hoc dicto Chriſti rurſus refutatur opi-
nio Phariſaica de prærogatiua ſeminis Abrahæ,
de merito ſacrificiorum, de iuſtitia Legis. Præ-
terea quoque alius error Phariſęorum hîc taxa-
tur, qui putauerunt, Meſsiæ officium eſſe mun-
di imperia ſibi ſubiicere, non intelligentes ne
primam quidem promiſsionem: *Semen mulieris
conteret caput Serpentis*, hoc eſt, Meſsias opera Dia
boli deſtruet, ac vita ęterna donabit electos, hoc
eſt, omnes qui in ipſum crediderint. Tametſi au
tem modum quo Chriſto inſeramur, & eius
membra efficiamur, abolito peccato per morté
Chriſti, proximè ſequente ſententia exponit
Dominus: tamen hîc monendos eſſe auditores
duxi de diſcrimine inter iuſtificationem & re-
generationem, quæ tametſi naturâ coniuncta
ſunt cum fide remiſsionis peccatorum: tamen
res ſunt diuerſæ, & diſtincta mediatoris benefi-
cia, quæ à ſe inuicem ſeparari nequeunt. Adeo
enim coniunctę ſunt iuſtificatio & regeneratio,
vt vtrauis in ſubiecto poſita, concludatur alte-
ra, iuxta regulá: *Cùm proprietates diuerſæ & diſtin-
ctæ pendet ab vna eademq; cauſa, valet conſequentia ab
vna ad alteram, propter communem dependentiam.* Re-
ctè igitur ſequitur: Abraham fide iuſtus eſt. Igi-
tur Abraham eſt regenitus. Abraham regenitus
eſt. Igitur eſt fide iuſtus. Vtrunque enim cum
fide remiſsionis peccatorum cohæret. Tametſi
autem hæc conſequentia neceſſaria eſt: tamen
qui ex regeneratione iuſtificationem facit, vel
contrà ex iuſtificatione regenerationem, quæ
neceſſariò diſtinguenda ſunt, perperàm con-
fundit, & occaſionem controuerſiis prębet, non
diſcernens inter beneficium imputationis, &
beneficium Domini, quod infunditur, & reipſa
in homine exiſtit. Iuſtificatio ſiquidem eſt im-
putatio iuſtitiæ alienę, nempe Chriſti, quæ non
eſt qualitas in nobis vlla. At regeneratio ipſa in
nobis eſt, videlicet viuus in corde ſenſus Spiri-
tus Sancti nos regenerantis. Etſi igitur iuſtifi-
catio implicitè continet regenerationem, & re-
generatio ſimiliter iuſtificationem: tamen vt
diſcernatur beneficium iuſtificationis à quali-
tatibus, quas in nobis efficit Spiritus Sanctus,
neceſſe eſt vt agnoſcatur iuſtitia, qua iuſti ſu-
mus coram Deo, eſſe obedientia Chriſti, & non
noſtra.

Præter ea quæ hactenus diximus, continet
hęc aſſeueratio Domini tria, videlicet, quòd ipſe
Ieſus ſit verus Deus, verus homo, vnus Chri-
ſtus ſeu vna perſona. Quæ tria neceſſariò requi-
runtur in Meſsia. Nam nec ſeruare poteſt niſi
ſit Deus, nec redimere debet niſi ſit homo, &
neutrum poteſt niſi vnus & idem, ſit Deus &
homo.

Quòd ſit verus Deus, ex eo euidentiſsimè pa-
tet, quòd ſimul & ſemel in terra ſit & in cœlo.
A *Deſcendit*, inquit, *de cœlo, & eſt in cœlo.* Vt ergo ſe-
cundùm viſibilem carnem erat in terra: ita ſe-
cundùm inuiſibilem maieſtatem in cœlo & in
terra, imò vbique. Cùm igitur ſolius infinitę na-
turæ ſit, hoc eſt, diuinæ, eſſe eodem temporis ar-
ticulo in locis pluribus, & maximè diſtantibus:
Et hoc Ieſu Mariæ filio tribuitur, neceſſe eſt fa-
teri illum verum Deum eſſe. Baſilius magnus ex
hac Dei proprietate extruit demonſtrationem
de Spiritu Sancto, qua concludit ipſius veram
B diuinitatem hoc modo: Omnis creatura habet
ſubſtantiam circumſcriptam. Spiritus Sanctus
non habet ſubſtantiam circumſcriptam. Igitur
Spiritus Sanctus non eſt creatura. Etſi autem
inuiſibiles creaturę loco & finibus non circum-
ſcribũtur: tamen proprietate ſubſtantię finiun-
tur. Eſt proinde hæc demonſtratio de diuina na
tura Meſsiæ imprimis obſeruanda. Meſsias eſt
ſimul & ſemel in cœlo & in terra, imò vbique.
Igitur eſt Deus. Siquidem ſolius Dei eſt, vbique
C ſubſtantiâ & potentiâ præſentem eſſe.

Quòd ſit verus homo, ex eo patet, quòd ſe no
minet hominis filium, hoc eſt, hominem de ho-
mine natum. Qui putant Chriſtum ideo ſe vo-
caſſe filium hominis, quòd ſit filius vnius homi-
nis, videlicet Mariæ virginis, ex eo refelluntur
quòd Spiritus Dei ſæpiſsimè Ezechielem Pro-
phetá filiũ hominis nominet. Sed quatuor aliæ
huius appellationis cauſę illuſtres reddi poſsũt.

Prima, Chriſtus filius hominis dicitur, quia
D ab Adam communi patre eſt genitus, Lucæ 3. vt
ſignificetur, quòd ſalus à Chriſto allata, ſit toti
generi humano communis: hinc ergo petamus
conſolationem in tentatione particularitatis.

Secunda, vt ſe verũ hominem oſtendat, con-
ſtantem anima rationali & corpore cum omni-
bus proprietatibus naturalibus veri hominis.

Tertia, vt ſignificet magnitudinem ſui amo-
ris erga genus humanum, qui cùm eſſet in for-
ma Dei, aſſumpſit formam ſerui, id eſt, hominis,
E verus homo factus, obediens patri vſq; ad mor-
tem crucis. Vt hanc humilitatem Filij Dei ple-
niùs deſcriberet Bernardus, tres deſcenſus Do-
mini in terram gradus facit. Quorum primus
fuit à ſummo cœlo vſque ad carnem. Secundus
vſque ad crucem. Tertius vſque ad mortẽ. Qui-
bus gradibus deſcenſus opponit tres gradus a-
ſcenſus. Quorum primus, gloria reſurrectionis.
Secũdus, poteſtas iudicij. Tertius, conſeſſus ad
dexteram Patris.

F Quarta, quia Chriſtus Adam ſecundus eſt,
cuius typus fuit primus Adam, creatus ad ima-
ginem & ſimilitudinem Dei, rectè dicitur filius
Adam, hoc eſt, hominis. Verùm quia primus A-
dam amiſit per peccatum imaginem Dei, venit
ſecundus Adam de cœlo, cœleſtis imago perſo-
næ Patris naturalis, vt in nobis repararet ima-
ginem Dei, atq; ita nos in illo, quaſi noua crea-
tura, imagine Dei ornata naſceremur. Omnino
enim decuit, vt per naturalem Dei imaginem,
G imaginis Dei per gratiam fieremus participes.

Quòd Ieſus Filius Dei & filius hominis ſit v-
nus Chriſtus ſeu vna perſona, ex alternatione

prędicationis idiomatum manifeſtum eſt. Nam
cùm proprietates diuinæ naturæ attribuuntur
Filio hominis, & rurſus proprietates humanæ
naturæ attribuuntur Filio Dei, neceſſe eſt, mo-
dò harum prædicationum veritas ſaluetur, vt
fateamur Deum & hominem vnam perſonam
eſſe ſeu vnum Chriſtum. Hinc Auguſtinus: *Ne-
mo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit, Filius hominis
qui eſt in cœlo: quò hæc pertinent? niſi vt intelligamus
vnam perſonam eſſe Chriſtum, Deum & hominē.* Chri-
ſtus ergo vnus eſt: Verbũ, anima & caro vnus
Chriſtus: Filius Dei & Filius hominis, vnus
Chriſtus: Filius Dei ſemper, Filius hominis ex
tempore: tamen vnus Chriſtus ſecundùm vni-
tatem perſonæ. Sic erat Filius hominis in cœlo,
quemadmodum erat Filius Dei in terra: Filius
Dei in terra in ſuſcepta carne: Filius hominis in
cœlo in vnitate perſonæ. Vera eſt ergo hæc pro-
poſitio: Filius hominis eſt in cœlo, q̃a eſt Deus.
Loquitur autem reſpectu temporis, quo Chri-
ſtus cum Nicodemo locutus eſt. Item: Deus in
terra viſus eſt, quia eſt homo.

Porrò cur oportuerit Meſsiam eſſe Deum,
cur hominem, cur vnam perſonam, cur, quo-
modo & quando alternentur idiomata natura-
rum, & quis ſit horũ omnium vſus & fidei *πρά-
ξις*, ſuprà annotauimus in primo capite in enar-
ratione huius propoſitionis: *Et Verbum caro fa-
ctum eſt.* Eô ergo remitto Studioſos. Nam ſi to-
ties eadem integrè eſſent explicanda, quoties
occurrũt, nec finis lectionum foret, nec ſine tæ-
dio auditorum hoc fieri poſſet.

*14 Et quemadmodũ Moſes exaltauit ſer-
pentem in deſerto: ita exaltari oportet Filium
hominis.*

*12 Vt omnis qui credit in eum, nõ pereat,
ſed habeat vitam æternam.*

Veritatem cum figura ſeu vmbra cõfert Do-
minus, idq́ue ideo, vt & oſtendat ſuam doctri-
nam non nouam eſſe, vt exiſtimabat Nicode-
mus: & doceat peccatum non tolli per ſacificia
legalia, vt idem putabat: ſed requiri mortē Meſ-
ſiæ (quam adumbrabant ſacrificia vetera) cuius
meritum credentibus applicatur, vt immunes
ſint à peccato, quod homines excluſit à cœlę-
ſtis hæreditatis poſſeſsione.

Continet autē hic locus tria, videlicet figurá,
mortem Meſsiæ, & modum applicationis.

Figura, Num. 21. 4. proponitur, in qua populi
culpa, pœna, pœnitẽtia, remedium, & ſignifica-
tio ſpectentur. Culpam pœna diuinitus comita-
tur: Gratia pœnitentibus remedium offert: Si-
gnificatio remedij materiam, mortem Domini,
annunciat.

Culpa populi deſcribitur in hanc ſentẽtiam:
*Cùm proficiſcerentur Iſraelitæ de monte Hor per viam,
quæ ducit ad mare rubrum, vt circuirent terram Edom,
tædere cœpit populum itineris et laboris. Locutusq́; cõtra
Dominum & Moſen ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto, vt
moreremur in ſolitudine, deeſt panis, non ſunt aquæ, ani-
ma noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Hacte-
nus de culpa. Populus itineris difficultate & la-
A boris magnitudine fatigatus, ex impatientia p-
rumpit in querelá aduerſus Dominũ & Moſen,
& oblitus mirandę liberationis ex ſeruitute Æ-
gypti, quæ non minùs quàm mors ipſa oneroſa
& grauis fuit, iam Deo & eius miniſtro Moſi ex-
probrat factum, & beneficium ſummum, maxi-
mum maleficium interpretatur. Inſuper etiam
ad præſentem benedictioné qua diuinitus Do-
minus iſtum populum in deſerto miraculosè
aluit, nauſeare incipit, & contemnit tanquam
B rem viliſsimam cibum cœleſtē, quem antea aui-
diſsimè expetiuit, & maxima animi alacritate
percepit, in qua re cernere eſt & inconſtantiam
& ingratitudinem populi.

Porrò ſi penitiùs hanc culpam populi intro-
ſpiciamus, inueniemus non ſolùm Iſraelitarum
culpam hîc deſcribi: verumetiam omnium ho-
minum (qui Spiritu Dei non ſunt regeniti, do-
cti & confirmati) ingenium tanquam in tabula
quadam depingi. Neq; hoc mirum eſt, cùm idē
C fons mali ſit in omnibus filiis hominum. Cùm
igitur homines aduerſis caſibus premũtur gra-
uiùs, ſubinde labaſcunt, paulatim fiũt impatien-
tes. Impatientia victi nõ ſuam culpá agnoſcunt,
quod facere deberent: ſed cauſam malorum in
Deum ipſum & in eius miniſtros transferunt.
Hinc querelæ, hinc murmura, hinc cæcitas, ob-
liuio, atque deteſtãda ingratitudo cum benefi-
ciorũ Dei præſentium extremo contemptu. In
principio renati Euangelij in hoc regno multi
D fuerunt, qui tãquam liberationem ab Ægypto,
imò ab inferno, beneficium hoc Dei interpreta-
ti ſunt, nihil fuit illis dulcius cęleſti cibo, h. e. do-
ctrina Euangelij. Sed quid factũ eſt? Paulatim
laboribus & cruce multi facti ſunt impatientes,
multi adeo ingrati, ꝙ cõqueſti ſint, ſe de medio
regni Antichriſti exemptos, accúſent Deũ, cul-
pam impingant miniſtris Euangelij ad ſua ſce-
lera conniuentes, nauſeent ad cibum cœleſtis
doctrinæ, ac ſua ingratitudine & amentia iram
E Dei prouocent magis magiſq́ue.

Pœna populi (quam ſecundo loco conſide-
randã dixi) his verbis à Moſe deſcribitur: *Quam-
obrem immiſit Dominus in populum vrentes ſerpentes,
qui mordebant populum, & mortuus eſt multus populus
in Iſrael.* Vide quàm ſit iuſta & conueniens cul-
pæ, pœna. Vt culpa paulatim creuit quaſi vene-
num ſerpentinum, & magis magiſq́; exarſit, do-
nec ad contemptum Dei ſummum peruentum
eſt: ita pœna ex ictu ſerpẽtum vrentium ſerpit,
F & paulatim calore ſitim inducẽte aucta eſt, do-
nec peſtilẽti flamma peccatores è medio ſuſtu-
lit. Vt igitur ore virus maledicẽtiæ in Deum &
in Moſen eiaculati ſunt ſerpentibus ſimiles: ita
ſerpentes lethiferum venenum in eos euomue-
runt, vt iuſta talionis ſeruaretur pœna. Solet e-
nim Dominus pœnas delictis ita attemperare,
vt appareat aliqua proportio culpæ & pœnæ,
non ꝙ vlla pœna in hoc mundo ſufficiat ad cul-
pam delendam, qua lęſa eſt diuina maieſtas: ſed
G vt ſit teſtimonium æternarum pœnarum, niſi
fiat remiſsio.

Pœnitentia populi hiſce verbis deſcribitur

Venerunt

Venerunt ad Moſen atq; dixerunt: Peccauimus, quia locuti ſumus aduerſus Dominũ et te. Ora vt tollat à nobis ſerpentes. Et orauit Moſes pro populo. Vt plaga hominem culpæ admonet ſuæ: ita plaga & culpa ſimul ad pœnitentiam inuitant. Siquidem Deus vt pœnitentes miſericordia recipit: ita impœnitentes damnationis iudicio reſeruat. Nam punit vt pater, ne puniat vt iudex. Eſt autem furoris Domini certiſsimum indicium, quando peccatores ſine caſtigatione permittit viuere. Quémadmodum autor Epiſtolæ ad Hebr. 12.6. teſtatur, cùm ait: *Quem diligit Dominus, caſtigat: flagellat omnẽ filium quem recipit.* Et paulò infrà verſ.8. *Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, certè ſpurij & adulterini eſtis, & non filij.* Signum ergo paterni amoris eſt, quòd Deus peccatores flagellet, qui ſi cõtumaces eſſe perrexerint, è familia Dei excluduntur, ſententiæ mortis ſubiacent, & reſeruãtur æternis pœnis. Proinde cùm caſtigamur, agnoſcamus & iuſtũ Dei iudicium, & paternam miſericordiam. Iudicio punit peccatũ, vt ex miſericordia inuitet ad pœnitẽtiam.

Porrò in hoc exemplo Iſraelitarum agẽtium pœnitentiam, videre eſt, quòd vera pœnitentia ſit dolor de peccato admiſſo, cum ſpe veniæ, & promiſsione emendationis vitæ in poſterum. *Peccauimus,* inquiunt, *quòd locuti ſumus aduerſus Dominum & te.* Hæc eſt peccati agnitio & confeſsio perpetrati peccati. *Ora vt tollat nobis ſerpẽtes.* Hæc ſpes veniæ eſt, quæ non poteſt eſſe ſine fide in mediatorem, quę fides propoſitum emendationis adiunctũ habet. Nos rectà ad Meſsiam contendimus, freti ipſius merito & interceſsione: *Si quis peccauerit,* inquit Iohannes, 1. Ioh. 2. 1. *aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantùm, ſed pro totius mundi.* Eſt proinde Chriſtiana pœnitentia conuerſio hominis (agnoſcentis ſuum peccatum, & dolentis quòd Deum offenderit) per fidem in Ieſum Chriſtum, cum promiſsione obedientiæ in poſterum. Sunt proinde tres partes pœnitentiæ ſeu conuerſionis, videlicet antecedens, dolor ex agnitione peccati & iræ Dei: formalis, fiducia in Chriſtum mortuum pro peccatis noſtris: & conſequens, videlicet noua obedientia. Hæ tres partes in vera pœnitentia & ſalutari neceſſariæ ſunt, ſed diuerſimodè. Dolor ob peccatum, quem cõtritionem vſitatè vocamus, neceſſarius eſt ad obſtaculum remouendum: fieri enim non poteſt, vt peccatum adhuc in homine regnans per ſuas concupiſcẽtias remittatur. Sola fides neceſſaria eſt ad beneficium mediatoris conſequendum, atq; ad eiuſdem iuſtitiam nobis imputandam. Hac ſola fide homo iuſtificatur abſq; omnibus operibus præcedentibus, coniunctis & conſequentibus. Cum hac fide iuſtificationis regeneratio quoq; coniuncta eſt, quæ à iuſtificatione ipſa diligenter eſt diſtinguenda, vt intelligatur beneficium mediatoris proprium. Noua obedientia, fidei, iuſtificationis & regenerationis effectus, eſt neceſſaria, vt iuſtitiæ & regenerationis fructꝰ proprius: fieri enim non poteſt, vt peccatum remit-

A tatur, vbi manet propoſitum peccandi. Et Bernardus rectè ait: *Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens coinquinat culpa.* Proinde vt propoſito peccandi ſuccedat noua obediẽtia & ſanctũ propoſitum, neceſſe eſt. Vbi enim manet propoſitum peccãdi, vaſtatur conſcientia, & fides planè mortua eſt. Quare Paulus ait 1. Timoth. 1. 18. *Milita bonã militiam retinens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam reiicientes, circa fidem naufragium fecerunt.*

Porrò hęc noua obedientia, vt ſummatim dicá, B abſoluitur pietate erga Deum, charitate erga proximum, ſanctimonia vitæ, & diligẽtia in vocatione. Plura de pœnitentia aliàs diximus.

Remedium aduerſus plagam populi hiſce verbis à Domino proponitur: *Et locutus eſt Dominus ad Moſen: Fac æneum ſerpentem, et pone eum ſuper lignum. Quicunque morſus fuerit, et aſpexerit illum, viuet. Fecit ergo Moſes ſerpentem æneum, quem poſuit ſuper lignum, quem cùm percuſſi aſpicerent, ſaluabantur & viuebant.* Hoc remedium fuit diuinitus pro- C poſitum contra morſus ſerpentum: In quo ante omnia ſpectãdum eſt, ꝙ non in ſerpente æneo, vitæ ac actionis experte, fuerit vis ſanãdi, vt nec in piſcina Siloë, nec in Iordanis aqua, in qua ſe Naaman ex Prophetæ mãdato & abluit & mundatus eſt à lepra ſua: Sed in promiſsione diuina, & fide promiſsionis. Nõ ergo res quam Dominus mandat, æſtimãda eſt ab externa ſpecie, quę in oculos & in ſenſus incurrit, ſed ex decreto voluntatis Dei, qui ſingulari ſua ſapientia res D ordinat in noſtros vſus, prout expedire optimè nouit. Noſtrum proinde erit iuſſa facere, & nobis perſuadere, quòd ea quæ iubet, velit, & quæ promitt, poſsit. Cùm igitur aqua externa iuxta inſtitutionem Chriſti abluimur, cùm pane in Cœna veſcimur & vino potamur, oculis fidei intueamur promiſsionẽ diuinam, & ſtatuamus nos internè ablui ſanguine Chriſti, & purgari à fœdiſsima peccatorum lepra: ſtatuamus nos ali & recreari vero corpore & ſanguine Domini E iuxta ipſius promiſsionem, qui poteſt quidquid promiſit, quia omnipotens eſt, & vult, quia optimus.

Significatio ſerpentis ænei iam conſideretur. Dictum Lactantij, videlicet minora & exigua magnorum figuras & præmonſtrationes eſſe, huc optimè quadrat. Nam vt id quod ſignificat, videlicet ſignum aſpectabile ænei ſerpẽtis, planè exiguũ eſt, vt nulla ſit eius ad id quod ſignificatur, ratio & proportio, ſi dignitatis gradus F ſpectes. Quare altiùs mente eleuata, quid hîc ſignificetur, expendamus. Ante omnia ergo hîc ſcire oportet, cur Diabolus ſerpens, cur homo ſerpens, cur Chriſtus ſerpens dicatur. Deinde cur non verus ſerpens: ſed æneus, cui àſsimilatus eſt Dominus, ſit à Moſe ſuſpenſus.

Diabolus ideo ſerpenti confertur, quia vt ſerpens occultè ſerpit, & paulatim ſe applicat, donec venenum euomuerit in pernitiem animalium: ita Diabolus occultè & aſtutè illabitur, G donec homines veneno ſuo occiderit. Primùm enim pertentat ſenſus: Deinde ſenſibus victis, ſe medullis hominis atque oſsibus implicat &

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

immergitur. Tandem nidum in corde hominis ſibi ædificat, & eum lethifero veneno enecat, vt videmus in primis noſtris parētibus, cùm quod Deus affirmaret, de eo mulier dubitaret, ipſe aſtutè negaret, accuſans Deū mēdacij & inuidię.

Homo dicitur ſerpens, ſiquidem corpus hominis per tranſgreſsionem factum eſt veluti ſerpens, in quo venena ſerpentis latent, depaſcentia animam hominis atque adeo ipſum hominem perdentia.

Chriſtus dictus eſt ſerpens duabus de cauſis: Primùm propter corpus noſtrum quod aſſumpſit, verùm ſine peccato & veneno Diaboli, ſed propter ſimilitudinem, vt infrà dicetur, ſerpens dictus eſt. Deinde propter ignominiam & contemptum, ſicuti ipſe teſtatur Pſal. 22. 7. *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominis & abiectio plebis.* Quanta hæc Filij Dei humiliatio fuerit, nec Angeli nec homines ſatis cogitare poſſunt. Deinde ſcire oportet, cur non verus ſerpens, ſed æneus à Moſe ſuſpenſus ſit, videlicet vt ſignificaretur, Filium Dei aſſumpturū corpus humanum, ſed ſine veneno. Huc dictum Ambroſij facit: *Non verus ſerpens eſt ſuſpenſus, quia in veritate quidem corporis, ſed ſine veritate peccati ſuſcepit Dominus ſpeciem peccatoris, vt per lubricum infirmitatis humanæ, ſimulando ſerpentem, depoſitis carnis exuuiis verè deſtrueret ſerpentis aſtutiā. Bonus ergo ſerpens Chriſtus, vt qui de ore ſuo remedia, non venena fundat.* Huc Auguſtini eruditam huius figuræ enarrationē aſcribam: *Quid eſt,* inquit, *exaltatus ſerpens niſi mors Chriſti eo ſignificandi modo, quo per efficientem id quod efficitur, ſignificatur? A ſerpente quippe mors venit, qui peccatum, quod mori mereretur, homini perſuaſit. Deus autem in carnem ſuam non peccatū tranſtulit, tanquam venenum ſerpētis, ſed tamen tranſtulit mortem, vt eſſet in ſimilitudine carnis peccati pœna ſine culpa. Vnde in carne & culpa ſolueretur & pœna. De maledicto ergo vicit maledictum, de morte mortem, de peccato peccatū, de ſerpente ſerpentem: maledicta mors, maledictum peccatum, maledictus ſerpens, & hæc omnia in cruce triumphata ſunt. Vt tunc, quicunque fuit à ſerpente percuſſus, ſerpentem æneum reſpiciebat, & ſanabatur: ita nūc humanum genus, quod à ſpirituali ſerpente percuſſum fuerit, Chriſtum credendo reſpicit, & ſanatur. Tunc vnuſquiſque reſpiciebat ſerpentem mortuum, vt poſſet euadere viuum: nunc verò qui vult vitare Diaboli venenum, Chriſtum reſpiciat crucifixum. Serpens æneus in ligno poſitus venena viuorum ſerpentum ſuperauit: & Chriſtus in cruce ſuſpenſus & mortuus antiqua Diaboli venena reſtinxit, & omnes, qui ab eo percuſsi fuerant, liberauit. Quicunq; ergo tunc percuſſus non vidit ſerpentem illum æneum, moriebatur: ita nunc niſi qui in Chriſtum crucifixum crediderit, Diaboli veneno premitur & occiditur. Et vt ſerpens guſtata hominis ſaliua, extinguitur: ita homo guſtato ſerpentis veneno moritur, niſi ad ſerpentem ſuſpenſum, hoc eſt, ad Chriſtum crucifixum, fide reſpiciat. Tunc enim quemadmodum ſerpens Moſis deuorauit omnes ſerpētes magorum Ægypti, Exod. 7. 12. ita Chriſtus omnia ſerpētina inferni reſtinguit venena.*

Cęterùm cùm ex iis, quę diximus de ſerpente, qui eſt imago Diaboli hoſtis humani generis, propter aſtutiam & naturalē malitiam, quęri poteſt, cur Dominus iubeat ſuos diſcipulos imitari ſerpentes, cùm ait Matthæi 10. 16. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Etſi autem ſerpentes infames ſunt propter venenum lethiferum & aſtutiam: tamen quatuor ſunt, in quibus eos imitari vtile eſt. Quorum primum eſt, vt ſicut ſerpentes declinát eos quibus ſunt exoſi: ita diſcipuli Domini declinent eos, qui ſe oderūt & perſequuntur Euangelij cauſa. Ita enim Dominus ſe interpretatur verſ. 22. *Et eritis exoſi omnibus hominibus propter me.* Item verſ. 23. *Cùm perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Item verſ. 14. *Quicunque non receperit vos neq; audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris.* Secundò, vt ſerpens acceſſurus bibendi gratia fontem, priuſquam bibat, omne venenum euomit: ita nos acceſſuri fontem viuum Ieſum Chriſtum precationibus noſtris, vt aquá refectionis hauriamus fide, euomamus omne venenū, odium, iram, malitiam, inuidiam, ſuperbiam: denique omnes cogitationes & affectus pugnantes cū Lege Dei. Tertiò, quemadmodum ſerpens obturat aurem ad vocem incantantis, ne vires ſuas amittat: ita nos obturemus aures noſtras ad hæreticorū voces, ne virtutem quam obtinemus in Chriſto, amittamus. Quartò, vt ſerpens abſtinet à morſu hominis, ne in pœnam excluſionis de ſuo domicilio incidat, ita homo cauere debet, ne mordeatur à ſerpente Diabolo, quod ſi factum fuerit, à domicilio proprio, quod eſt regnum Chriſti, excluditur.

Hactenus de figura & eius circumſtantiis: nunc de morte Meſsiæ & mortis ipſius efficacia quædam, quemadmodum à nobis propoſitum eſt, adiiciamus. Nihil enim homini æquè ſalutare eſt, atque rectè myſterium mortis Chriſti intelligere, eamq; piè meditari, quæ ſola ſapientia eſt electorū. *Verbum crucis,* inquit Paulus 1. Cor. 1. 18. *pereuntibus quidem ſtultitia eſt, nobis autem qui ſaluamur, Dei virtus eſt.* Item verſ. 23. *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Græcis verò ſtultitiam, ipſis autem vocatis Iudæis & Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.* Sciamus ergo in cruce Chriſti, hoc eſt, in morte Domini ſummam ſapientiam Chriſtianorum incluſam eſſe. Quare cum Paulo in cruce Chriſti gloriemur, qui 1. Cor. 2. 2. ait: *Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.*

Porrò quia ſuprà, in enarratione Dicti: *Ecce Agnus qui tollit peccatum mundi,* prolixè, & quanta potui perſpicuitate, dixi de myſterio paſsionis & mortis Domini, hîc ſolummodò definitionē repetam, quæ efficaciam & virtutē mortis Domini continebit.

Paſsio & mors Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacrificiū eſt propitiatorium, in quo Filius Dei æternus, homo factus, & æternus Sacerdos à Patre conſtitutus, ſeipſum (obediendo Patri vſq; ad mortem crucis) per Spiritum æternum obtulit æterno Patri in ara crucis, maledictionem Legis verè ſuſtinens, vt iſta ſua oblatione vna & perfectiſsima ſatisfaceret iuſtitiæ Dei pro culpa & pœna humani generis, placaret iram Dei iuſtiſsimam, &

mereretur

mereretur hac vnica victima omnibus, qui in ipſum crediderunt, inde vſque à creatione mundi, & qui credunt & credituri ſunt vſque ad finem mundi, æternam ſanctificationem, hoc eſt, gratiam, benedictionem, liberationem à maledictione Legis, vitam & ſalutem æternam, vt & in hoc mundo Deum prædicent, & in omni æternitate conformes Chriſto effecti eundem perpetuis hymnis celebrent. Huius deſcriptionis analyſin vide ſuprà loco quem modò nominauimus, vbi etiam expoſui cauſas cur oportuerit Chriſtum in lignum ſuſpendi, & tam ignominioſum mortis genus ſubire. Vnum ſaltem dictum Bernardi dignißimum memoria aſcribam: *De remißione peccatorum validißimum teneo argumentum dominicam paßionem. Vox ſiquidem ſanguinis eius inualuit multò plus, quàm vox ſanguinis Abel, clamans in cordibus electorum remißionem omnium peccatorum. Traditus eſt enim propter peccata noſtra. Nec dubium eſt, quin potentior & efficacior ſit mors illius in bonũ quàm peccata noſtra in malum.*

Modus applicationis ſequitur: *Vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

Hæc fides duabus rebus conſtans, videlicet notitia vera Chriſti & firma fiducia in eundem ſecundùm promiſsionem Euangelij habet promiſsionem vitæ æternæ non ex ſuo merito, ſed ex merito Chriſti quem totum apprehendit.

Cæterùm cùm credenti promittitur vita æterna, plura neceſſariò concurrunt cogitanda. Primùm enim neceſſe eſt, fide obtinere remiſſionem peccatorum, idq́ue ex merito mortis Chriſti. Siquidem ſine remiſsione peccatorum, nemo capax eſt regni cœlorum, nemo beatus. Ideo Paulus ad Romanos cap. 4. verſ. 7. poſt Dauidem Pſalm. 32. verſiculo primo, ait: *Beatus quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: Beatus vir cui Dominus non imputauit peccatum*. Hanc peccatorum remiſsionem meruit Dominus per obedientiam crucis omnibus in ſe credentibus. Ideo Iohannes ait 1. Iohan. cap. 1. verſ. 7. *Sanguis Ieſu Chriſti purgat nos ab omni peccato.*

Secundò, neceſſe eſt fide obtinere iuſtitiam, ſine qua nemini in vitam ingredi datur. Eſt enim iuſtitia via vitæ æternæ vel Chriſti teſtimonio dicentis Matth. 19. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Verùm quia propter corruptionem naturæ non poſſumus Legem præſtare, & iuſti Legis ſententia per nos fieri, venit Filius Dei & Legem præſtitit, vt iuſtitia Legis impleretur in nobis, qui in ipſum credimus. Ita enim Paulus ait ad Romanos, capite 5. verſ. 19. *Quemadmodum vnius inobedientia multi*, (id eſt, omnes ſecũdùm communem naturæ Legem ab Adam propagati) *ſunt conſtituti peccatores: ita vnius obedientia multi* (id eſt, omnes credentes) *conſtituentur iuſti*. Eſt proinde Chriſtus, vt idem Paul. ait, *finis Legis in iuſtitiam omni credenti*, Rom. 10. 4. Fide proinde obtinetur iuſtitia, qua Legi Dei ſatisfit, vt de Abrahamo ſcribitur Geneſ. 16. 6. *Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Et Paulus collatione quadã hoc illuſtrat, cùm ait ad Romanos cap. 4. verſ. 4. *Ei qui operatur, merces non imputatur ſecùndùm gratiam, ſed ſoluitur ex debito. Ei autem qui non operatur, ſed credit in eum qui iuſtificat impium, imputatur fides eius ad iuſtitiam.* Et Rom. cap. 3. verſ. 28. *Arbitramur hominem iuſtificari fide abſque operibus Legis* (ſcilicet à ſe præſtitis.) De hac fidei iuſtitia plura legantur ad Romanos 3. & 4. ad Gal. 2. 3. & 4. ad Epheſ. 2. Ad Philip. 3.

Tertiò ex hoc dicto, quo promittitur credenti vita æterna, neceſſariò colligitur, fide hominem regenerari. Nam cùm hîc promittitur vita æterna credenti, & ſuprà dictum eſt: *Niſi quis natus fuerit denuo, non videbit regnum Dei*, neceſſe eſt fide homines regenerari. Huc illud Iohannis pertinet. Ioh. 1. 12. *Dedit poteſtatem filios Dei naſci iis qui credunt in nomen eius*, hoc eſt, iis qui credunt in ipſum ſecundùm nomen eius, videlicet quo nominatur & prædicatur in Euangelio & probatur ex factis. Ex his concluditur, cum fide remiſsionis peccatorum coniũctam eſſe gratiam & donum. Gratia quidem, eſt iuſtificatio gratuita, qua nobis imputatur iuſtitia Chriſti, quæ perfectiſsima Legis impletio exiſtit. Donum verò eſt donatio Spiritus Sancti, quo regignimur, vt in nouitate vitæ ambulemus. Etſi autem hæc Chriſti beneficia perpetuò coniuncta ſunt, vt quæ à ſe inuicem diuelli non poſsint: tamen accuratè diſtinguenda ſunt, vt mediatoris beneficium à noſtro debito obſequio rectè & clarè diſcernatur. Eſt enim aliud iuſtitia Chriſti, quæ nobis imputatur credẽtibus, quaq́ue iuſti apparemꝰ corã tribunali Dei, ac ſi ipſi Legem impleuiſſemus: aliud regeneratio noſtri, quæ in nobis exiſtit & in nobis ſentitur, vnde noua obedientia manat. Facit enim vt non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum ambulemus.

Præter ea quæ hactenus à nobis dicta ſunt, duo obſeruentur. Primum, argumentum per contrarium ſenſum in hunc modum: Vt omnis qui credit, habebit vitam æternam: ita omnis qui non credit, peribit in ſuo peccato. Immotum eſt enim hoc dictum Iohannis. Ioh. cap. 3. verſ. 36. *Qui non credit in Filium, ira Dei manet ſuper eum.* Eſt enim ſub Lege, cuius iudiciariæ ſententiæ] duæ ſunt: Prior Leuit. cap. 18. verſ. 5. *Qui fecerit ea homo, viuet in eis.* Poſterior Deut. cap. 27. verſ. 26. *Maledictus omnis, qui non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis.* Iam autem cùm calamitates humanæ, vniuerſalis corruptio & experientia omnium hominum, teſtantur neminem Legem Dei implere poſſe, ſequitur omnes homines natos ſecundùm communem naturæ Legem ſubiacere Legis damnatoriæ ſententię. Vana proinde eſt imaginatio eorum, qui dicunt, gentes obſeruatione ſuarum Legũ, Iudæos ſuis legibus & ſacrificiis, & Chriſtianos obſeruatione Euangelicæ Legis ſaluari.

Alterum eſt vniuerſalis particula, quæ ad vtrumque membrum æquè referenda eſt: OMNIS *non credens peribit*: Et, OMNIS *credens vitam habebit æternam*. Hoc eſt immotum decretum iuſtitiæ diuinæ, quod non abolebunt Parcarum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tabulæ aut Zenonis familia. Hoc Dei decretum
confirmat vniuerſale mandatum, quo iubentur
omnes homines audire Euangelium eiq́ue cre-
dere. *Ite,* ait Dominus Marci 16.15. *in mundum V-
niuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ:* V-
niuerſalis promiſsio, quæ ſine diſtinctione Iu-
dæorum & gentium offert omnibus promiſcuè
gratiam. *Non eſt,* ait Paulus Rom. 10.12. *diſtinctio
Iudæi & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in
omnes qui inuocant illum.* Et Dominus ipſe inuitat
omnes ſine diſcrimine Matth. 11.28. *Venite ad me
omnes qui laboratis, & onerati eſtis.* Vniuerſale λύτρον
ſufficiens ad delēda omnia omnium hominum
peccata. Dedit enim mediator Chriſtus, vt Pau-
lus 1. Tim. 2. 6. ait, ſeipſum ἀντίλυτρον pro omni-
bus. Et ipſe Dominus ait Matth. 18.11. *Venit Filius
hominis ſaluare quod perierat:* Et vniuerſalis bene-
ficiorum Chriſti obſignatio, quæ fit per Baptiſ-
mum. Nam Dominus iubet baptizari omnes
gentes in teſtimonium, quòd omnibus gētibus
pœnitentibus remittantur peccata. Hæc qua-
tuor ſemper opponamus tabulis Parcarum, &
ſtatuamus, de Deo, & eius voluntate iudican-
dum eſſe ex ipſius verbo, & non ex imaginatio-
nibus hominum, qui contendunt gratiam Dei
particularem eſſe, & ſe nō extendere ad omnes.

16 *Sic enim Deus dilexit mundū, vt Filiū
ſuum vnigenitū dederit, vt omnis qui credit
in illū, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

Ratio eſt exaltati, id eſt, crucifixi Filij Dei in
ſalutem credentium, ſumpta à prima & princi-
pali cauſa ſaluationis noſtræ, quę cauſa eſt gra-
tuita dilectio Dei complectentis ſuam creatu-
ram, quam ad imaginem ſuam & ſimilitudinem
condiderat. Hoc eò pertinet, vt ſciamus opus
ſaluationis eſſe opus totius Trinitatis. Pater ex
mera dilectione miſertus generis humani tra-
didit Filium in mortem, vt ſua victima placaret
iuſtam iram Dei. Filius Patri obediens vſque ad
mortem crucis, peccatū merito mortis ſuæ ex-
piat, iuſtitiam imputat credēti, intercedit & re-
conciliat peccatores cum Deo. Spiritus Sāctus
ad prædicationem Euangelij efficax eſt, & regi-
gnit credentes in nouos homines. Hæc proinde
dulciſsima concio opponenda eſt iudicio Legis
damnantis omnes non præſtātes Legi Dei per-
fectam obedientiam: quod Legis iudicium con
firmatur calamitatibus, quibus premitur genus
humanum, & conſcientiæ teſtimonio, quo ho-
mines omnes cōuincuntur de peccato. Nā cùm
Deus iuſtus ſit, non punit niſi reos. Quare ne-
ceſſe eſt, vt omnes fateantur ſuum reatum, quia
omnes mole calamitatum & conſcientię terro-
re premuntur. Contra hoc iudicium tenēda eſt
hæc conſolatio, ꝙ Deus nos diligat, & non pu-
niat vt hoſtes, ſed vt filios, modò filiorum ius in
fide obtinuerimus. Eſt proinde diſcernendum
inter Eccleſiam & alios in mundo cœtus. Eccle-
ſia caſtigatur vt ſanetur, reliqui qui ſunt extra
Eccleſiam, iuſta ira Dei opprimuntur, & ſua cul
pa pereunt. Nam traditio Filij in mortem teſti-
monium eſt duarū rerum diuerſiſsimarum, vi-

A delicet iræ & miſericordiæ Dei. Iræ magnitudo
ex eo colligitur, quòd nulla re alia placari po-
tuerit Pater niſi morte Filij. Cùm enim Deus ſit
iuſtus, requirebat ipſius iuſtitia, vel iuſtam pro
offenſa pœnā à toto genere humano, quia Deū
contumaciter offenderat, vel iuſtam compen-
ſationē pro offenſa, qua placari potuit cœleſtis
Pater. Verùm cùm non potuerit aliquis in hu-
mano genere, nec omnes ſimul, neceſſe fuit o-
mnes in peccatis ſuis perire, niſi ſuccurriſſet Fi-
B lius Dei aſſumpta noſtra in ſe cauſa. Miſericor-
dia igitur immenſa in hoc conſpicitur, quòd
Deus iuſtiſsimus voluerit potiùs vnigenitū Fi-
lium, de ſubſtantia ſua natum, in mortem dare,
vt eſſet mediator inter Deū & homines, vt per-
ſolueret λύτρον pro toto humano genere, quàm
vt iuxta iuſtitiæ rigorem totum humanum ge-
nus ęternùm periret. De hac dilectione & miſe-
ricordia loquitur Paulus in hūc modum Rom.
5.8. *Commendat Deus charitatem ſuam erga nos ex eo,
C quòd cùm adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis
mortuus ſit. Multò igitur magis nunc iuſtificati in ſan-
guine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum.* De huius
dilectionis effectu loquitur Iohannes 1. Ioh. 3.1.
cùm ait: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater,
vt filij Dei vocemur.* Hoc magnificum donum A-
poſtolus noſter ſuprà cap. 1. 12. ἐξουσίαν, h. e. cœle-
ſtem honorem nominat. Hoc donum ſeu hic
cœleſtis honor à Iohanne charitas dicitur, quia
à charitate Dei proficiſcitur.

D Porrò vt ſententia hæc, quæ eſt caput totius
religionis noſtræ, dulciùs cogitetur, eam retexā
in ſuas partes, quæ ſunt quatuor. Prima: Magni-
tudo miſeriæ humanæ & eius cauſa. Secunda:
Collatio dilectionis Dei & iræ iuſtiſsimæ. Ter-
tia: Mors Filij & mortis eius efficacia. Quarta:
Finis mortis Chriſti & applicatio meriti mortis
Chriſti. Ad harum quatuor partium explicatio-
nem pertinet vniuerſa Scriptura, quas qui rectè
tenet, ſapientiam verè diuinā nactus eſt, quę eſt
E ſcientia ſalutis cū pietate & virtute coniuncta.

17 *Non enim miſit Deus Filium ſuum in
mundum, vt iudicet mundum: ſed vt mun-
dus ſeruetur per ipſum.*

Repetit eandem ſententiam, & ſimul diſcer-
nit Dominus inter ſuum officium & Moſis, in-
ter Legis miniſterium & Euangelij proprium
munus, quo conſtet eum in mortem traditum
eſſe, vt à iure Legis, hoc eſt, iudicio damnationis
F credentes in ſe liberet. Hæc ſentētia de fine pri-
mi aduentus Chriſti in mundum ſæpè inculca-
tur in Moſe, Prophetis & in nouo Teſtamento,
vt ſequentia teſtimonia teſtantur. Gen. 3.15. *Se-
men mulieris conteret caput Serpentis.* Item Gen. 12.
3. *In te benedicentur omnes generationes terræ.* Itē Eſa.
53.5. *Liuore eius ſanati ſumus.* Item Mat. 1.21. *Saluum
faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Item Mat. 18.11.
Venit Filius hominis ſaluare quod perierat. Item
Lucæ cap. 5. verſ. 32. *Non veni vocatum iuſtos, ſed
G peccatores ad pœnitentiam.* Eſt proinde finis eſſen-
tialis primi aduentus Domini in mundum, ad-
ferre ſalutem credentibus, & liberare eos à
maledi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

maledictione Legis, idque merito obedientiæ duplicis, videlicet Legis & crucis. Quòd autem alibi dicit Dominus, Iohan. cap. 9. verſ. 39. ſed veniſſe in iudicium. Item cùm dicitur de Patre, Iohan. cap. 5. verſ. 22. *Dedit omne iudiciũ Filio.* Item Lucę cap. 2. verſ. 34. *Poſitus eſt multis in ruinam*, finis acceſſorius eſt ex hominum culpa non volentium oblatam per Chriſtum ſalutem fide apprehendere. Quid ſignificetur iudicandi verbo hoc loco, ex antitheſi manifeſtum eſt. Opponuntur enim iudicare & ſaluare. Vt ergo ſaluare eſt ab interitu vindicare & ſalutem conferre: ita iudicare eſt condemnare & perdere.

Porrò cùm Arriani ex hoc dicto & ſimilibus nituntur concludere diſtinctionem eſſentię Patris & Filij: Item inæqualitatem perſonarum, opponamus illis perſpicua teſtimonia de vnitate eſſentię diuinæ, & æqualitate perſonarum, & pluris faciamus ſymbola à ſanctis Patribus conſcripta, & ex verbo Dei concluſa, quàm illorum blaſphemias olim damnatas autoritate diuinarum Scripturarum. Et teneamus hanc regulam: *Proprietates perſonales perſonas diſtinguunt, & proprias actiones ſingulis attribuunt: non autem diſtinguunt eſſentiam, nec dignitatem.* Etſi igitur Pater mittit, & Filius mittitur: tamen Pater & Filius ſunt ὁμοούσιοι & coæquales.

18 Qui credit in eum, non iudicatur.

Prolepſis eſt: Ita enim obiici poterat: In omnibus hominibus & ſentitur reatus & eſt peccatum: Ergo omnes homines ſubiacent Legis iudicio, id eſt, iudicantur & damnantur ſententia Legis. Sed Chriſtus hìc excipit in ſe credentes, in quos nihil iuris habet Lex, quantum quidem ad damnationem attinet. Sunt enim ſub gratia, non ſub Lege: Siquidem habent remiſsionem peccatorum ex merito mortis Chriſti: ex quo fit, quòd Lex nihil habeat, quod in credentibus vel accuſet, vel damnet: Habent iuſtitiam Chriſti ſibi imputatam, qua Legi Dei per omnia ſatisfactum eſt, iuxta illud in Epiſtola ad Romanos cap. 10. verſ. 4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti.* Habent ergo credentes quod Lex requirit, videlicet iuſtitiam, quæ eſt via vitæ æternæ. Huc pertinet Pauli dictum ad Romanos cap. 8. verſ. 1. *Nulla igitur nunc eſt condemnatio ijs, qui ſunt in Chriſto IESV, & non ſecundùm carnem ambulant, ſed ſecundùm Spiritum. Nam Lex Spiritus vitæ in Chriſto IESV liberauit me à Lege peccati & mortis. Quod enim per Legem fieri non potuit, eò quòd debilitabatur per carnem, hoc Deus præſtitit, dum proprium Filium miſit in ſimilitudine carnis peccati: Et pro peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio Legis impleretur in nobis, qui non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm Spiritum ambulamus.* Cùm ergo dicitur, in omnibus hominibus eſſe peccatum, & propterea omnes homines damnari, neganda eſt conſequentia.

Etſi enim in omnibus hominibus eſt peccatum: tamen non eadem ratio peccati eſt in omnibus. In omnibus quidem eſt, ſi materiale peccati ſpectes. At ſi formale, quod eſt ipſe reatus, conſideres, in credentibus peccatum non eſt. Nam eſt remiſſum illis, imò planè abolitũ.

Qui autem non credit, iam iudicatus eſt, quia non credidit in nomen vnigeniti Filij Dei.

Antitheſis eſt ſuperioris ſententiæ, quæ opponitur opinioni Phariſæi de prærogatiua carnali, de merito ſacrificiorum & iuſtitia Legis. His enim tribus ſupra modum tumebant Phariſæi. Nam ſi omnis, qui non credit in nomen vnigeniti Filij Dei, iudicatus, id eſt, condemnatus eſt, ſequitur profectò, nullum nec propter merita maiorum, nec propter ſua propria merita, damnationis ſententiam effugere poſſe. Atque hoc eſt, quod in primo capite dictum eſt, vbi adimitur adoptionis gloria natis ex ſanguinibus, ex voluntate carnis, & ex voluntate viri: & tribuitur ſolummodò à Deo natis per fidem. Sed quænam eſt huius damnationis cauſa propria? peccatum, quod tolli non poteſt, niſi per ſolum Mediatorem, quem fide apprehendere oportet. Sed quando & vbi ſententia huius iudicij lata eſt? In Paradiſo, vt eſt Geneſ. cap. 2. verſ. 17. *In quacunque die comederis ex ea, morte morieris.* Adam ergo comedens, contra interdictum Dei, in iudicium condemnationis incidit, cum omni ſua poſteritate, iuxta illud Pauli in Epiſtola ad Romanos cap. 3. verſ. 23. *Omnes peccauerunt, & carent gloria Dei.* Et ad Epheſ. cap. 2. verſ. 3. *Eramus naturâ filij iræ.*

Secundò hæc ſententia damnationis confirmatur in poſteris Adæ multis calamitatibus, quibus premitur genus humanum.

Tertiò repetitur hæc ſententia damnationis in Lege, cùm dicitur Deuter. cap. 27. verſ. 26. *Maledictus omnis, qui non fecerit omnia, quæ ſcripta ſunt in libro Legis.*

Quartò confirmatur etiam eadem condemnationis ſententia proprio cuiuſque conſcientiæ teſtimonio.

An nõ Dominus hoc loco aliam cauſam condemnationis aſsignat, videlicet, *Quia non credidit in nomen vnigeniti Filij Dei?* Non dicit, quia in Adam reus eſt: non dicit, quia Legem non facit: ſed, quia non credidit. Reſpondeo. Cùm Dominus ait: *Quia non credidit*, ſignificat omnes manere ſub damnationis ſententia, à qua illi ſolummodò liberantur, qui Filium Dei fide apprehendunt. Hic enim credentibus ſuam iuſtitiam imputat, vt habeant quod Lex requirit, iuxta illud, in Epiſtola ad Rom. cap. 10. verſ. 4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti.* Diſcernendum eſt igitur accuratè inter veram & propriá cauſam condemnationis, quę eſt tranſgreſsio voluntatis diuinæ in Adam & in eius poſteris: & accidentalem, quæ eſt oblatum remedium aduerſus peccati aculeum aſpernari. Vt enim in moriẽte homine propriè cauſa mortis eſt morbus, quo affligitur, accidentalis verò medicinam contemnere: ita in homine propria damnationis cauſa & per ſe eſt ipſum peccatum, accidentalis verò quòd Chriſtum medi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cum aſpernetur, qui ſolus peccati vulneribus mederi poteſt.

Cur Filius Dei, Vnigenitus dicatur, ſuprà in primo capite dictum eſt, videlicet, quia ſolus, & ante omnes, & præ omnibus eſt à Patre genitus, vtpote ipſi Patri coæternus. In nomen vnigeniti Filij Dei credere, eſt firma fiducia recumbere in vnigenitum Filium Dei, idque iuxta nomen ipſius, ſcilicet quo nominatur, id eſt, prædicatur in Euangelio, & comprobatur factis.

19 *Hoc eſt autem iudicium, quòd lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Erant enim opera eorum mala.*

Repetit cauſam condemnationis eorum, qui non credunt Euangelio. Hoc eſt, inquit, iudicium, id eſt, hæc eſt cauſa condemnationis hominum, quòd lux Euangelii, ſeu Chriſtus ipſe venit in mundum, offerens omnibus pœnitentibus lucem & ſalutem, quam lucem homines recuſarunt admittere. Magis enim ſuis tenebris delectabantur, quàm luce Euangelij, hoc eſt, anteponebant Euangelio ſuos errores de prærogatiua carnis, de merito ſacrificiorum, de iuſtitia Legis, idque ideò, quia opera eorum erant mala, id eſt, mens eorum & conſcientia erant polluta. Vnde contumacia & rebellio aduerſus Deum & odium Euangelij in omnium temporum Phariſæis, ſeu hypocritis. Hiſce Phariſæis planè ſimiles ſunt Monachi noſtri temporis, q pluris faciunt ſuos boatus, Miſſas, murmura, cucullos, roſaria, & id genus nugas alias, quàm verbum Euangelij.

Porrò quia latè patet vſus vocabulorum, Lucis & Tenebrarum, in Scripturis, libet huc eorum varia ſignificata adiicere. Primùm ergo ꝓpriè accipiuntur, vt Geneſ. cap. 1. verſ. 3. vbi dicitur: *Fiat lux, & facta eſt lux.* Item verſ. 2. *Tenebræ erant ſuper faciem Abyſsi.* Vt ergo hìc lux eſt claritas, ſeu qualitas lucida: ita tenebræ ſunt priuatio lucis, videlicet obſcuritas. Deinde per tropos variant ſignificata, idque quinque modis. Primùm. Vt lux eſt mentis clara de Deo notitia: ita per tenebras mentis cæcitas & ignorantia ſignificatur. Quod enim lux & tenebræ ſunt externo oculo, hoc notitia clara & ignorantia oculo eſt interno, hoc eſt, menti. Secundò. Vt lux accipitur pro cauſa claræ notitiæ Dei, id eſt, pro ipſo verbo Dei, iuxta illud Pſal. 119. verſ. 10. *Verbum tuum lumen ſemitis meis:* ita tenebræ cæcitatis cauſam, id eſt, erroneam doctrinam notát. Tertiò. Vt lux effectum claræ notitiæ Dei in homine ſignificat, videlicet vitá ſanctam, vt in illo Matth, cap. 5. verſ. 16. *Sic luceat lux veſtra:* ita tenebræ effectum erroneæ doctrinę notant, hoc eſt, mores malos, videlicet hypocriſin, idololatriá, flagitia, facinora. Quartò. Vt lux pro cauſa, vnde lux exiſtit, vt cùm Chriſtus dicitur eſſe lux, Iohan. cap. 1. verſ. 4. & pro ſubiecto, in quod lux transfunditur, id eſt, piis, qui lucem Euangelij admittunt: ita tenebræ pro cauſa, id eſt, Diabolo, & pro ſubiecto, id eſt, pro hominibus cæcis, A & flagitioſè viuentibus accipitur. Quintò. Vt lux Regnum Chriſti dicitur & gratię in præſenti, & gloriæ in futuro: ita tenebræ regnum Diaboli ſignificant, cùm hìc in culpa, tum poſt iudicium in pœnis æternis. Vnde Sathan princeps tenebrarũ dicitur, id eſt, & cæcitatis malitiæq; in præſenti & ſuppliciorũ æternorum in futuro. Et hæ ſunt tenebræ exteriores, vt illæ interiores. His ita cognitis, nõ erit difficile ea ſignificata accommodare, quæ loci periſtaſis poſtu- B lare videtur.

20 *Omnis enim qui mala agit, odit lucem, & nõ venit ad lucẽ, ne arguantur opera eius.*

Ratio proximè præcedentis ſententiæ ſumpta à contrariorum conſequẽtibus: Omnis malè agens odit lucem. Qui autem lucem odit, non venit ad lucem, ne ipſius tenebræ ſeu ſordes, id eſt, mala opera, videlicet prærogatiua carnis, merita ſacrificiorum, fiducia operũ argu- C antur. Poteſt autem argumentum hoc dialecticè concludi in hunc modum: Nullus qui odit lucem, venit ad lucem. Omnis qui male agit, odit lucem. Ergo nullus qui malè agit, venit ad lucem. Minoris ratio eſt, quæ additur, videlicet, ne opera malè agentis arguantur à luce Euangelij. Quòd autem de hypocritarum operibus hæc potiſsimùm accipienda ſunt, ex tribus manifeſtum reddi poteſt. Quorum primum eſt, quòd Dominus hanc diſputationem inſtituit D cum Phariſæo, cuius externi mores erant irreprehenſibiles, quales illius fuêre, qui ſuperbè gloriatur de ſuis operibus, & miſerum Publicanum præ ſe contemnit, tanquã indignum, qui prodeat oraturus in templum Dei. Secundum, ꝗ hoc loco malè facere & veritatẽ facere opponuntur, ſicuti mox apparebit. Tertiũ, nulli homines magis oderũt puritatem Euãgelij, quàm hypocritæ, qui ſanctitatis laudem captant apud homines. Nõ enim ferre poſſunt, quòd illorum E cultus, opera, merita, traditiones damnentur, & ſoli Chriſto tribuatur gloria iuſtitiæ, adeò quòd nemo mortalium conſiſtat coram Deo, iuſtitia Legis fretus. Hoc ipſe Dominus Matth. cap. 21. verſ. 31. teſtatur & exemplo confirmat: *Amen dico vobis, quòd publicani & meretrices præcedent vos in Regnum Dei.* Exemplum ſubiicit: *Venit Iohannes in via iuſtitiæ, & non credidiſtis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes nec habuiſtis pœnitentiam poſtea, vt crederetis ei.*

F Exemplum habemus illuſtre Lucæ 7. in Simone Phariſæo tumẽte ſua hypocriſi, & in peccatrice: Quorum ille hypocriſi ſua faſcinatus Euangelium contempſit: Hæc ſordes peccatorum ſuorum & vulnera conſcientiæ agnoſcens confugit ad medicum, qui omnes vocat promiſcuè cùm ait, Matth. cap. 11. verſ. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos.* Idem videre eſt in Monachis, qui cùm audiant ſuas Miſſas, indulgentias, inuocationem San- G ctorum, luſtrationes, & alias nugas damnari voce Euangelij, & detrahi ipſis opinionem meriti & cultus, toto impetu feruntur aduerſus

præcones

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

præcones Euangelij, & fluminibus ſanguineis conantur impedire Euangelij curſum, ſicut hic dies manifeſtè docet. Contrà verò multi mercatores, & alij ſentientes peccatorũ ſuorum ſordes, ad Euangelij prædicationẽ conuertuntur, & fiunt membra Chriſti, agunt gratias medico, qui omnibus gratuita aduerſus peccata remedia offert. Multò igitur difficiliùs reuocãtur hypocritæ à ſuis erroribus ad lucem Euangelij, q̃ aliâs ſceleratiſsimi homines.

21 Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quòd in Deo ſint facta.

Antitheſis eſt ſuperioris ſententiæ illuſtrandi cauſa adhibita. Vt enim in ſuperiori verſu malè agere dicitur, qui peccatum ſuum non agnoſcit, qui nititur merito ſuorum operum: ita hîc dicitur veritatem facere, qui depoſita hypocriſi, agnoſcit peccatum ſuum, abiicit fiduciam carnis. Et hic venit, ſcilicet audito Euangelio, per fidem, quam operatur Spiritus Sanctus in homine ad prædicationem Euangelij: hic venit, inquam, ad lucem, id eſt, amplectitur lucem Euangelij, vt peccatis ſibi remiſsis, & iuſtitia Chriſti ſibi imputata, & corde accenſo Spiritu Sancto, in luce Euangelij ambulet, & iam fructus pœnitentiæ in Deo edat. Dicuntur autem opera in Deo facta, quæ illi probantur, quæ ſecundùm regulam voluntatis ipſius fiunt, ipſo duce & gubernatore.

Qui ex hoc loco conantur probare, hominem poſſe benefacere, & Deo aliquid gratum præſtare, antequam luce Euangelij fuerit illuminatus: & inde extruunt liberũ arbitrium & meritũ congrui, extendũt hoc Domini dictum vltra limites, intra quos claudi debet. Opponitur enim hoc dictum hypocriſi Phariſæorum (quorum opera externa fuerunt ſpecioſiſsima, & multis vtilia) non agnoſcentium ſua peccata, tumentium meritis ſacrificiorum, confidentium iuſtitia operum. Proinde facere veritatem eſt abſque omni dubio hoc loco, agnoſcere quod verum eſt de ſe ipſo, agnoſcere peccata ſua, abiicere fiduciam carnis, propriæ dignitatis & iuſtitiæ, vt Publicanus ille Lucę capite decimooctauo: Hæc opera per accidens fiunt bona opera, videlicet, cùm lucem Euangelij pœnitentes recipiunt. Poſtquam autem fide Euangelij fuerunt regeniti, edunt verè bona opera, quæ ſunt fructus, qui à radice fidei proueniunt. Eſt enim fides vnica bonorum operum radix.

PARS III.

22 Poſt hæc venit Ieſus & Diſcipuli eius in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, & baptizabat.

23 Erat autem & Iohannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic: & veniebant, & baptizabantur.

24 Nondum enim miſſus fuerat Iohannes in carcerem.

Huius partis ſunt duo membra: Quorum prius eſt de Chriſti profectione in Iudæam terram, de eius mora illic cum Diſcipulis, & de Baptiſmo ipſius. Poſterius eſt de Iohanne baptizante in lacu Ennon. De Baptiſmo Chriſti & Iohannis ſuprà in 1. cap. dictum eſt.

Cùm hîc meminit Euangeliſta loci vbi baptizabat Chriſtus per Diſcipulos ſuos, & Iohannes: ac ſubiungit hanc rationem: *Quia aquæ multæ erant illic*, videtur ſignificare, quòd Chriſtus & Iohannes Baptiſmum peregerunt totius corporis ſubmerſione in aquam. Nam vel minima aqua ſuffeciſſet aſpergendis multis millibus. Verùm cùm vt baptizandi mandatum nos ad obedientiam obligat: ita modus nobis relictus eſt liber, non refert ſiue aſpergas aquam in hominem, ſiue hominẽ totum ſubmergas in aquam, modò teneatur ſpiritualis veritas iuxta Chriſti inſtitutionem.

De priori membro quæſtio eſt, quî poſsit fieri vt Chriſtus dicatur venire in Iudęam terram, cùm fuerit in ipſa metropoli Iudææ, videlicet in ciuitate Ieruſalem, vt patet ex fine ſecundi capitis. Hunc nodum alij aliter ſoluunt. Ego autem ſic exiſtimo: Chriſtus Dominus abſque dubio fuit adhuc Ieroſolymis, quæ eſt Iudææ pars, & inde prodiit in eiuſdem Iudææ territorium, hoc eſt, in ciuitates & pagos extra Ieruſalem in Iudæa. Nam cùm dicit Euangeliſta, *Poſthæc*, id eſt, poſt hoc colloquium cum Nicodemo, ſignificat, quòd mox à colloquio cum Nicodemo, quod in Paſchate Ieroſolymis contigit, profectus ſit in territorium Iudææ, vt paſſim Euangelij ſemina iaceret. Quo facto, teſtatur Chriſtus, ſe Doctorem & Saluatorem eſſe miſſum omnibus promiſcuè in ſalutem, vt non ſit diſtinctio, quantum ad Regnum Chriſti attinet, clarorum & obſcurorum hominum, ſiue habitantium in altis palatiis, aut in humilibus tuguriis. Non enim eſt πρωσοποληψία apud illum, qui venit ſaluare quod perierat. Hinc fidem ſuam confirment & clari & obſcuri, & diuites & pauperes. Siquidem Dominus vt omnibus hominibus naturæ ſocietate iunctus eſt: ita omnibus hominibus offert ſalutem fide accipiendam. Nec locum habet in Regno Chriſti diſtinctio ordinum, aut ſtatuum hominum, nec nationum, aut ſexuum in Regno Chriſti vlla eſt differentia. Nam omnes qui credunt, cuiuſcunque fuerint ordinis, conditionis, aut ſexus, filii Dei naſcuntur, membra Chriſti efficiuntur, ſpirituales Reges, Prophetæ & Sacerdotes creantur, quemadmodum Petrus docet, cùm ait, 1. Pet. 2. 9. *Vos eſtis genus ſelectum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus peculiaris, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile ſuum lumen.* Has diuitias gratiæ Chriſti cum gratiarum actione agnoſcamus & pręedicemus, vt alij noſtro exemplo inuitentur, & adiungant ſe veræ Eccleſiæ IESV Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

PARS IV.

Huius partis duo ſunt membra, quorum vnum occaſionem exponit, cur ad Iohannem venerint Diſcipuli Iohannis cum quibuſdam Iudæis aliis. Alterum continet ipſum colloquium Diſcipulorum & Iudæorum cum Iohanne, in quo Iohannes clariſsime determinat quæſtionem controuerſam inter Diſcipulos ſuos & Iudæos.

25 *Orta eſt autem quæſtio ex Diſcipulis Iohannis cum Iudæis de purgatione.*

26 *Et venerunt ad Iohannem.*

Hoc primum membrum eſt huius partis, in quo ſpectanda ſunt duo. Vnum, qualitas quæſtionis. Alterum, factum partium diſsidẽtium.

Quæſtionis qualitas eſt, quòd de purgatione, hoc eſt, de Baptiſmo Iohãnis & Chriſti contendant. Diſcipuli Iohannis, vt apparet ex forma quæſtionis Iohanni propoſitæ, ſuum magiſtrum præferebant Chriſto, & Baptiſmum referebant ad ipſum, tanquam ad autorem. Iudæi autem fortè à Diſcipulis Chriſti baptizati, Chriſtum meritò præferebant Iohanni, quem & autorem Baptiſmi contendebant. Quæſtio ergo fuit, vter alteri præferendus eſſet, Iohannésne Chriſto, an Chriſtus Iohanni. Item, vtrius Baptiſma eſſet dignius. Hinc videmus peruerſum hominum iudicium, qui ſuos, quos venerantur, magiſtros aliis, non ſine contemptu, præferunt, quaſi res penderet à dignitate hominum, & non à Deo ipſo, cuius vice funguntur miniſtri. Hinc ſchiſmata, hinc diſtractiones animorũ, hinc ſæpe magni tumultus oriuntur. Hunc peruerſum zelum taxat Paulus Corinthiis ſcribens, cùm ait, epiſt. 1. ad Corinthios, cap. 3. verſ. 3. *Cùm fuerit inter vos zelus & contentio & factiones, nónne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis? Cum enim quis dicat: Ego ſum Pauli, alius verò: Ego ſum Apollo, nónne carnales eſtis?* Huic zelo medetur idem Apoſtolus, cùm reuocat eos ad ipſum ſalutis fontem & Baptiſmi autorem. Ita enim ait: *Quis igitur eſt Apollo? quis verò Paulus, niſi Miniſtri, per quos credidiſtis, & vnicuique ſicut Dominus dedit. Ego plantaui, & Apollo rigauit, ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Quantæ turbæ omnibus temporibus excitatæ ſint carnali hoc zelo & ſtulto, docent hiſtoriæ, & noſtrum ſeculum ſuo magno malo experitur, dum alij Caluinum, alij Lutherum, alij Philippum, alij Flacium, alij alios præferunt, vnde primùm ſchiſmata manant, mox hæreſes accedunt, hinc conuicia erumpunt, tandem cruenta bella conuicia excipiunt. Taceo defectiones multorum infirmorum ab Euangelio. Taceo aduerſariorũ triumphum aduerſus Eccleſiam Dei. Ab hoc pernitioſo zelo dehortatur ſuos Chriſtus, cùm ait, Matthæi cap. 23. verſ. 8. *Vos nolite vocari Rabbi. Vnus eſt enim Doctor veſter. Omnes autem vos eſtis fratres. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. Vnus eſt enim Pater veſter, qui eſt in cœlis. Nec vocemini magiſtri, quia veſter Magiſter vnus eſt Chriſtus. Qui maior eſt veſtrûm, ſit miniſter veſter: Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.*

Hinc diſcamus humiliter & de noſtris magiſtris, & de nobis ipſis ſentire. Sentiamus Miniſtros Euangelij, quocunque ſunt nomine, & in quocunque ſunt dignitatis gradu, miniſtros Chriſti eſſe. Non contemnamus alij alios propter eorum dignitatem, quorum magiſteriò vtimur: Tegamus alij aliorum infirmitates, demus operam, vt vnum in Chriſto ſimus, omnem honorem, omnem gloriam vni deferamus Chriſto, vt & ſentiamus & dicamus cum Dauide, Pſalmo 115. verſ. 1. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Deniq; zelum ſtultum, & carnalem abiiciamus, qualis fuit in Iohannis Diſcipulis & Iudæis.

Secundo loco ſpectandum dixi factum diſſidentium inter ſe, qui cùm ipſi inter ſe conuenire non poſſent, faciunt quod ipſa ſuadebat neceſsitas, rem controuerſam deferentes ad eum, quem iudicabant ſapientia, prudentia, pietate & autoritate pollere. Accedunt igitur Iohannem Baptiſtam, ipſi quæſtionem controuerſam proponunt, & ab eius iudicio ſtare & cadere decreuerunt.

Horum exemplum ſi hodie multi imitarentur, & res controuerſas deferrent ad eos, quorum ſapientia, prudẽtia, pietas & autoritas ſpectata eſt, minùs controuerſiarum eſſet & tumultuum in Eccleſia. Actor. 15. refert Lucas, quòd orta diſputatione de ritibus Moſaicis inter Phariſæos quoſdam credentes ab vna parte, ab altera Paulum & Barnabam. Phariſæi conuerſi docebant Circumciſionem omnino neceſſariam eſſe ad ſalutem, atque ideò volebant gentes conuerſas ad Chriſtũ circumcidi. Contrà verò Paulus & Barnabas intelligentes rectè libertatem Chriſtianam, docuerunt Circumciſionem externam cum cæteris legalibus abolitá eſſe. Hîc cùm neutra pars voluit cedere, deferebant quæſtionem ad Apoſtolos Domini, qui fuerunt Ieroſolymis. Hi collecti definiunt credentes à iugo Legis Moſaicæ liberatos eſſe per Chriſtum, nihilominus tamen ad tempus quædam ex charitatis regula permittunt, & hortantur, vt abſtineant ab idolothytis, ſuffocato, & ſanguine, ne infirmi ex Iudæis conuerſis, eorum vſu qui fuit in Moſe prohibitus, offenderentur. Horum exemplo ortis quæſtionibus in Eccleſia pij gubernatores & imperatores ad petitionẽ docentium in Eccleſia coegerunt ſynodos & concilia, vt in iis quæſtiones controuerſæ diiudicarentur, & diſcerneretur quid quauis de re ſentiendum & credendum eſſet. Verùm ne hîc autoritate hominum & ſanctimonia fallamur, & in errores pernitioſos paulatim præcipitemur, hæc Auguſtini regula tenenda eſt: *Quidquid homines, quantũuis docti & ſancti, ſinguli ſeorſim vel coniuncti vniuerſi ſtatuerint: tamen non ideò verum credi debet, quia ab ipſis ita ſtatutum ſit, ſed quia quod ſtatuerint, certis etiam ſcripturis ac rationibus comprobauerunt.*

Hanc

Hanc Auguſtini regulam ſecuti, amplectimur Nicenum Concilium, tanquam vocem Dei, in quo cōtumelia Arrij in Filium Dei damnatur, quia eius Concilij ſententia pronunciata in Arrium demonſtratur ex verbo Dei. Atque ita de aliis iudicandum eſt.

Et dicebant ei: Rabbi, qui erat tecū trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Hæc oratio eſt Diſcipulorum Iohannis grauiter ferentium aliquid detrahi autoritati ſui Magiſtri. Conſtat autem hæc oratio compellatione, narratione & querela.

Compellatio eſt vox *Rabbi*, quæ loco exordij eſt, & captationis beneuolētiæ. Nam cùm eum Rabbi agnoſcunt, duo faciunt. Primùm tribuūt ipſi iudicium, quòd peritè diſcernere poſsit inter rectum & iniquum. Deinde ſe ipſius Diſcipulos profitentur, vt ipſe viciſsim cogitet ſuum officium eſſe, vt ſe non ſinat erroribus aut opinionibus ambiguis fluctuare. Vt enim ſeduli diſcipuli eſt ea, quę ignorat, à magiſtro ſuo quęrere: ita fidelis & boni præceptoris eſt, clarè & ſine ambiguitate rem de qua quæritur, explicare & demonſtrare.

Narratio breuis eſt. *Qui*, inquiunt, *erat tecum trans Iordanem, cui tu teſtimonium perhibuiſti, Ecce hic baptizat.* Non dicunt hîc Diſcipuli Iohannis: IESVS ille, quem prædicaſti Agnum Dei tollentem peccatum mundi, & de quo vox audita eſt de cœlo: *Hic eſt FILIVS meus dilectus, in quo mihi complacui.* Sed hæc aſtutè diſsimulant, & ea ſōlummodò referunt, quibus ſe exiſtimant Chriſti autoritatem minuere, & Iohannem præceptorem & magiſtrum extollere. Iudæi autem abſque omni dubio, qui ſe Iohannis Diſcipulis oppoſuerūt, teſtimonio diuinitùs edito de Chriſto confirmati, Chriſtum Iohanni præpoſuerunt. Sed Diſcipuli Iohānis vt notiores ſuo magiſtro, formant narrationem ita, vt ſuæ cauſæ ſeruiat, quaſi dicerent: de quo adeò præclarè meritus es tuo præconio trans Iordanem, ecce qualem gratiam tibi refert: Baptizat, & homines à te paulatim alienat & abducit, qui tibi iure obſtictus eſt ad gloriam tuam ornandam & amplificandam inter homines, & nō obſcurandam. Ecce quid faciat zelus carnalis. Iohannes fert teſtimonium Chriſto, id quod ex ratione officij ſui facere debuit: Fuit enim præcurſor ipſius diuinitùs miſſus. Hoc Diſcipuli Iohannis cæco zelo referunt ad Chriſtum contemptum, quaſi is parùm candidè, & præſtiti beneficij delatique honoris immemor magiſtrum ſuum obſcuraret.

Similis zelus ꝓ Moſe fuit in Ioſue filio Nun, Numer. 11. 26. qui cùm audiret Eldad & Medad in caſtris prophetare, cùm ſtulto ſuo zelo vellet hanc prophetandi gloriam apud Moſen ſuum Dominū ſolummodò manere, accurrit ac nunciat Moſi tanquā rem indignam, & rogat vt eos ſua autoritate cōpeſcat atq; prohibeat ne prophetent, cui Moſes: *Nunquid æmularis pro me? Vtinam vniuerſus populus Prophetæ eſſent, & daret Dominus Spiritum ſuum ſuper eos.*

Querela ſequitur: *Et omnes veniunt ad eum*, quaſi dicerent: Si diu ſic perrexerit is, de quo tam præclarè meritus es, tecum actum erit. Breui enim futurum eſt, vt ſolus relinquaris, deſertus etiam ab iis, qui te nunc venerantur magiſtrum. Quòd autem dicant, Omnes venire ad Chriſtū, hyperbole eſt vſitata in querelis. Hac enim figura id quod maius eſt, dicitur, vt quod reuera eſt, perſuadeatur, vt cùm dicitur: Nuſquàm tuta fides, ſignificatur, quòd pleriſque nō ſit tutè fidendum: tametſi inueniantur pauci in magno numero, quorum fides ſit & tuta, & laudabilis.

27 Reſpondit Iohannes, & dixit:

Reſponſum Iohannis clarum & perſpicuum eſt, abſque omni ambiguitate, & verborū perplexitate elatum, quo vt ſe miniſtrum: ita Chriſtum Dominum eſſe, à quo ſalus & vita æterna expectanda ſit, teſtatur, adeò vt qui in ipſum crediderit, habeat vitam æternam: Contrà, qui in eum credere recuſauerit, maneat ſub ira Dei. Hęc ſumma reſponſi eſt, nunc particulatim ſingula videamus.

Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datum è cœlo.

Hanc regulam opponit Iohannes errori & ſtulto zelo Diſcipulorum ſuorum. Senſus autem regulæ hic eſt: Nullus rectè & iure ſibi ſumit aliquid, niſi quod à Deo datur, & ratio vocationis poſtulat. Ego autem diuinitùs ſum vocatus, vt ſim præcurſor Domini, & illi teſtimonium perhibeam, quòd ſit Agnus Dei tollens peccatum mundi, atque ideò baptizo & prædico Baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum, idq; propter victimam Chriſti, quem vobis oſtendi, nec mea vocatio, qua ſum diuinitùs ad hoc miniſterium vocatus, aliud poſtulat. Proinde plus mihi non vendico, ſed me intra vocationis limites contineo. Maior, ſeu regula de debito & legitimo officio, ad quod aliquis diuinitùs vocatur, ſiue immediatè à Deo, vt Iohannes, Prophetæ & Apoſtoli, ſiue mediatè, ſed legitimè per Eccleſiam, cui poteſtas vocandi diuinitùs eſt conceſſa, intelligenda eſt. Hæc regula ad Hebræos 5. 4. hiſce verbis proponitur: *Nec quiſquam ſibi ſumat honorē, niſi qui vocatur à Deo.* Et Paulus 1. Corinth. 7. 17. *Vt vnumquemque vocauit Deus, ita ambulet.* Item verſ. 20. *Vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea ita maneat.*

Obſeruetur igitur hæc regula, quòd quilibet debeat ſe intra limites ſuæ vocationis continere, & nihil vltra vel ambitione, vel curioſitate affectare. Regula confirmatur exemplo Iohannis Baptiſtæ, quod piis Miniſtris potiſsimùm imitandum eſt.

Alij hoc dictum ad euentus negotiorum referunt. Sed periſtaſis loci & contextus conuincunt, quòd ad vocationem propriiſsimè referendum ſit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

28 *Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis, quòd dixerim: Ego nō ſum Chriſtus, ſed quia miſſus ſum ante illum.*

Subſumptionis, ſeu minoris ſyllogiſmi confirmatio ſumpta à teſtimonio Diſcipulorū Iohannis, ad hoc enim prouocat ipſe. Teſtimonium autem hoc duo habet. Prius eſt confeſsio Iohannis: poſterius indicatio officij.

Confeſsio eſt: *Ego nō ſum Chriſtus:* hoc eſt, promiſſus ille Meſsias, qui genus humanum liberabit à peccato & morte. Hanc confeſsionem tametſi ignorare non potuerunt Diſcipuli Iohannis: tamen noluerunt ne tantillum quidem ſuo Magiſtro detrahi, ſed illum voluerunt omnino eminere ſupra Chriſtum, hoc eſt, ſeruum ſupra Dominum ſuum. Tantum poteſt concepta opinio vel manifeſtè falſa, & carnalis zelus, qui nō ſcientiam, ſed erroneam perſuaſionem pro fundamento habet.

Indicatio officij eſt: *Ego ſum miſſus ante illum:* videlicet vt ſim eius præcurſor ad parandū vias eius, quaſi diceret Iohannes: Hominem decet, conceſſa ſibi de cœlo menſura honoris eſſe contentum. Cùm igitur ego ſolummodò ſum miſſus ad parandum vias eius, intra hos meæ vocationis limites me contineo. His igitur verbis: *Ego ſum miſſus ante eum*, reuocat Iohannes ſuis Diſcipulis in memoriam, quæ antea teſtatus eſt de officio ſuo ex Eſaia & Malachia, qui de Iohannis officio vaticinati ſunt.

29 *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi.*

Vt Iohannes oſtendat, ſe longè aliter affectū eſſe erga Chriſtum, quàm fuerunt Diſcipuli eius, & vt ſignificet, quòd nihil magis in votis habeat, quàm vt Chriſti gloria indies magis magiſque inter homines innoteſcat, ſimilitudine pulcherrima, & maximè appoſita diſcernit inter ſe & Chriſtum. Chriſtum quidem ſponſo habenti ſponſam, ſe verò amico ſponſi comparans, ac ſi diceret: Quemadmodū amicus ſponſi non ægrè fert ſponſum ſolum ſua oblectari ſponſa, ſed imprimis ſponſo gratulatur, & audit ipſius præſentis vocē maximo cum gaudio: ita ego qui ſum amicus & miniſter ſponſi Chriſti, qui ſibi deſponſauit Eccleſiam tanquam ſponſam caſtiſsimam, non ægrè fero Chriſtum ſponſum ſua oblectari ſponſa, quæ eſt Eccleſia, ſed gratulor illi imprimis, ac ipſius præſentis vocem audio ſummo cum gaudio. Nihil enim mihi optatius accidere poteſt, quàm vt omnia illi ex voto cedant. Nolite igitur pro me æmulari: Illum potiùs mecum amplectimini, ſi vobis ſalus curæ eſt.

Hoc loco duo obſeruemus: Vnum de Chriſto & Eccleſia, videlicet quòd Chriſtus ſponſo, Eccleſia autē ſponſæ comparatur. Alterum de Miniſtris noui Teſtamenti, quòd nō ſint ſponſi Eccleſiæ, ſed amici ſponſi & miniſtri. De vtroque breuiter quædam annotabimus.

A Cùm Chriſtus vocatur ſponſus, & Eccleſia ſponſa, primùm hac ſimilitudine ſignificatur arctiſsima illa copula Chriſti & Eccleſię, cuius copulæ typus & figura præceſsit in primo coniugio in Paradiſo inſtituto. Id quod Paulus Epheſiis cap. 6. ſcribens docet, cùm affirmat hoc myſterium, videlicet quòd ſimus membra corporis Chriſti de carne eius & oſsibus eius, quemadmodum Eua fuit membrum Adæ de carne eius & oſsibus eius, eſſe magnum. Deinde ſigni-

B ficatur hac ſimilitudine & intimus amor inter Chriſtum & Eccleſiā, qualis eſt inter honeſtum ſponſum, & honeſtam ſponſam: & indiſſolubilis copula cum communione bonorum.

Vt autem æſtimemus, vt par eſt, has ſpirituales nuptias, cogitare oportet, quomodo Chriſtus ſibi adiungat Eccleſiam vt ſponſam, quæ ſint eius beneficia erga ſpōſam: Et contrà, quid debeat Eccleſia ſponſo ſuo, quibus legibus ſit illi obſtricta, & quænam ſit illa caſtitas, quam

C ſponſus requirit.

Paulus Epheſiis ſcribens cap. 5. v. 25. exponit quomodo Chriſtus ſibi Eccleſiam conciliet, & vt ſponſam adiungat, & quæ ſint eius beneficia erga illam: *Chriſtus*, inquit, *dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro illa, vt illam ſanctificaret, & mundauit eam lauacro aquæ in verbo, vt adiungeret ipſam ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam & rugam, aut aliquid eiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & immaculata.*

D Hiſce verbis ſex circumſtantiæ nuptiarum Chriſti ſponſi & Eccleſiæ ſponſæ exponuntur. Quarum prima eſt dilectio, qua Chriſtus futuram ſponſam complectitur, quæ dilectio habet cauſam non pulchritudinē futuræ ſponſæ, non diuitias, non virtutem, non excellentē aliquam artem. Nam homines omnes poſt lapſum Adæ, ante hanc ſalutarem & coniugalem cum Chriſto copulam, ſunt deformes, vt qui referant imaginem Sathanæ, ſunt extremè pauperes. Nul-

E las enim veras diuitias habent: Sunt ſpirituali lepra & infinitis vitiis contaminati: Sunt denique prorſus inutiles, vt qui nihil boni cogitare poſsint, nedū facere: ſed gratuita bonitate Chriſtus miſertus ſuæ creaturæ, eam intimo amore complectitur.

Secunda: *Et tradidit ſe ipſum pro ea*, hoc eſt, vt eam liberaret à ſeruitute Diaboli, ſub qua propter peccatum erat, tradidit ſe in mortem pro ea, vt merito mortis ſuæ placaret iuſtam iram

F Dei, & ſatisfaceret pro peccato.

Tertia, finis eſt, videlicet, *vt illam ſanctificaret:* hoc eſt, ſepararet eam à prophanitate mundi, puram efficeret, abolito prioris fornicationis crimine, ac ipſam Deo conſecraret, tanquā hoſtiam ipſi acceptam.

Quarta, modus ſanctificationis eſt. *Et mundauit eam lauacro aquæ in verbo.* Hìc diligenter obſeruandum eſt, quòd non dicat ſimpliciter, *mundauit eam lauacro aquæ*, ſed addit, *in verbo*, videlicet

G quòd teſtatur Baptiſmum aquæ eſſe ſignum interioris Baptiſmi, qui fit per ſanguinem Chriſti & Spiritum Sanctum, & ſignaculum, quo Deus

teſtatur

teſtatur ſe remittere peccata baptizatis agentibus pœnitentiam. Eſt igitur Baptiſmus externus teſtimonium interni & ſpiritualis Baptiſmi, quo Chriſtus abluit ſuam Eccleſiam ſanguine proprio, eamq; ſuo Spiritu regenerat & ſanctificat. *Sanguis* I E S V *Chriſti*, ait Iohannes, 1.Iohan.1.7.*purgat nos ab omni iniquitate.* Non ergo aqua Baptiſmi ꝑ ſe, abluit aut purgat animum, quem non attingit, ſed ſignum eſt, vt dixi, interioris purgationis, quæ fit per ſanguinem Chriſti, & Spiritum renouantem, id eſt, regenerantem & ſanctificantem. Ita enim Paulus ſeipſum interpretatur, cùm ait, Tit.3.5. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.*

Quinta copulæ eſt ſponſi Chriſti & ſponſæ Eccleſiæ. *Vt eam,* inquit, *ſibi adiungeret glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi.* Cùm enim homo credit voci Euangelij, hac fide copulatur Chriſto ſponſo, & habetur glorioſa ſine omni macula, quod quidẽ ad interiorem formam referendum eſt. Fide enim corda & non corpora purificantur, & ad imputationem diuinam, & non ad qualitatem hominis credentis in hac vita. Nam omnis ſanctus in hac vita opus habet quotidie remiſsione peccatorum, iuxta illud Pſal.32.v.6.*Pro hac orabit ad te omnis Sanctus.* Et precantur Sancti quotidie ex mandato Chriſti: *Remitte nobis debita noſtra.* Quicunque ergo retinet fidem & bonam conſcientiam, habetur coram Deo, etiamſi multis peccatis infirmitatis & ignorantiæ adhuc ſordeſcit, purus & ſanctus. Verùm poſt reſurrectionem mortuorum vt perfecta erit regeneratio totius hominis, quò ad animam & quò ad corpus: ita perfecta erit etiam puritas Eccleſiæ, & erit re ipſa pura abſque omni macula & ruga.

Sexta eſt caſtitatis, quæ notatur hiſce verbis: *Vt eſſet ſancta & immaculata.* Conſiſtit autem hæc caſtitas in hiſce quinque. Primùm, vt renunciet omnibꝰ prioribus amatoribus, videlicet Sathanæ & eius membris cum ſuis ſtudiis. Secundò, ſuo ſponſo fide adhæreat. Tertiò, redamet intimè amantem. Quartò, eius ſolius vocẽ audiat, & maneat in ſimplicitate doctrinæ Euangelij. Quintò, ſpirituali cultu Patrem huius ſui ſponſi colat iuxta Euangelium: Denique morũ ſuauitate & innocẽtia ſuo ſponſo placere ſtudeat. Atque ita ſumpta lampade cum oleo, expectet ſui ſponſi aduentum, qui incertus eſt, hoc eſt, in pietatis exercitiis non langueſcat, ſed quotidie ſeipſam ſuperare contendat. Non enim ſatis eſt, ſi quis bene inceperit, niſi perſeueret ad finem vſque. Atq; hoc eſt, quod Dominus ait, Matth. 10. 22. *Qui perſeuerauerit vſq; ad finem, hic ſaluus erit.* His ſalutaribus nuptiis Chriſti & Eccleſiæ, deſtinatur Euangelij prædicatio, iuxta illud Pauli, 2.Cor.11.2. *Paraui vos vni viro, vt exhibeatis vos Chriſto virginem caſtam.* Non ergo pij Miniſtri Euangelij ſibi Eccleſiam in ſponſam quærũt, ſed vni Chriſto. Huic enim primùm (monſtrata harum nuptiarum neceſsitate, voce Legis accuſantis & damnantis omnes homines propter peccatum) per dulciſsimam Euangelij vocem conciliant animos hominum tanquam ſponſæ futuræ. Deinde deſponſandã curant. Tum deſponſatam iungunt. Hæc tria ſignificantur voce Græca ἡρμοσάμην, qua Paulus vtitur. Hoc ipſum Iohãnes Baptiſta ſignificat ſe feciſſe, cùm ait: *Amicus ſponſi eſt, qui ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi.* hoc eſt: Quemadmodum amicus viri ambiẽtis alicuius fœminæ nuptias, ſtat & audit voluntatem eius de perſona quam ambit, cognita autem voluntate, conatur mandatum exequi, ſtudet animum virginis, cuius nuptiæ expetuntur, amico conciliare, curat deſponſari, & tandem iungi copula coniugali, quo facto vehementer gaudet, eò quòd nuptiæ ex voto ſucceſſerint: ita ego amicus, imò potiùs ſeruus fidelis Dei Patris, & audiui vocem Chriſti Filij eius, & illi conciliaui animos hominum, atque eos illi ſoli tanquam ſponſam paraui, deſpondi, iunxi, quo meo miniſterio peracto, vehementer & ex animo gaudeo. Proinde mea prædicatio, meuſque Baptiſmus, non eò pertinent, ſicuti vos falſò putatis, vt mihi ſponſam quæram, ſed vni Chriſto, qui ſolus Eccleſię ſponſus eſt.

Hoc loco obſeruetur doctrina vniuerſalis de officio Miniſtrorum Euãgelij, quod eſt vocem Chriſti ſponſi audire, & ab ea ne tantillùm quidem declinare, ſed iuxta eam, ſponſam Chriſto conciliare, deſpondere & adiungere. Sic fecerunt Prophetæ, Apoſtoli & hic Iohannes Baptiſta. Sic ſemper fecerunt & hodie faciunt omnes ſinceri Miniſtri Euangelij. At qui non vni Chriſto, ſed ſibi ſponſam quęrunt, vt pluris ſuam vocem quàm Chriſti faciunt, turpiſsimi adulteri ſunt, qualis eſt Papa cum ſuis. Hic enim non vocem ſponſi Chriſti, ſed ſerpentis potiùs & ſuam propriam ſonat. Sit ergo Papa cum ſuis nobis anathema.

Hoc ergò gaudium meum impletum eſt.

Accommodatio ſimilitudinis. Quemadmodum amicus ſeruus & fidelis, qui procatur pro ſui domini filio, tum demum ex animo gaudet, quando filio herili ſponſam conciliauerit, deſponderit, iunxerit: ita ego à Deo Patre miſſus ad quærendam ſponſam filio eius, omnia feci quàm fideliſsimè, & poſtquam iam video homines ad Chriſtum Filium Dei venire, atque illi per fidem & Baptiſmum copulari, vt ſponſo chariſsimo, tanquam perfunctus mea legatione, gaudeo vehementer, vt qui meum miniſterium adimpleuerim. Quòd ergo dicit: *Gaudium meum impletum eſt*, ad miniſterium Iohannis pertinet. Nam in cœleſtibus nuptiis in vita æterna ex omni parte implebitur gaudium amicorum ſponſi, quando videlicet eius lætiſsimo conſpectu fruentur in omnem æternitatem.

Hinc Miniſtri verbi diſcant, quale gaudium ratione officij ſui expetant in hac vita, videlicet, vt plurimos Chriſto lucrifaciant per prædica-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tionem Euãgelij. Contrà verò nihil triſtius piis Euangelij præconibus accidere poteſt, quàm videre euentum parum reſpondere laboribus ſuis. In hac tamẽ ingenti triſtitia ſe conſolabuntur præcones Euangelij hac diuina promiſsione, Eſaiæ 55.11. *Verbum meum non redibit ad me vacuum.* Deinde quòd multa ſint Eccleſiæ membra, quæ non agnoſcuntur.

30 Illum oportet creſcere, me autem minui.

Aſſeueratio eſt, pertinẽs ad confirmationem eorum, quæ dixerat Iohannes de Chriſto, & de ſe ipſo. *Illum*, inquit, *oportet creſcere, me autem minui.* quaſi diceret: Id quod oportet fieri ex immoto Dei decreto, ex neceſsitate finis, ex natura & conditione perſonarum, nõ poteſt humanis conſiliis inuerti & immutari. Sed Chriſtum creſcere, me autem minui, decretum Dei immotum, neceſsitas ſalutis comparandæ, natura & conditio perſonarum poſtulat. Oportet igitur ita fieri. Id quod cùm videam, imprimis gaudeo. Quid enim mihi iucundius eſſe poteſt, quàm regnantẽ Chriſtum coràm videre? Vide quàm diſsimile eſt gaudium Iohannis à gaudio hominum carnalium. Iohannes gaudet, eò quòd ipſe decreſcit, & Saluator creſcit. At homines carnales gaudent, quando ipſi creſcunt, & alij decreſcunt. Decreſcat igitur homo, creſcat Deus.

Sed quomodo creſcit Chriſtus? Hoc incrementum nõ ad perſonam Chriſti, cui nihil nec accedere, nec decedere poteſt: Eſt enim Deus perfectus: ſed ad notitiam eius inter homines, in quibus creſcit: ad gloriæ reuelationem: ad victoriam ſuper peccato, morte, inferno, Diabolo: ad maieſtatis eminentiam: ad dexteram Patris: ad perpetuitatem Regni, referendum eſt. Decremẽtum Iohannis & ad ipſius perſonam, & ad miniſterium eiuſdẽ refero. Ad perſonam quidem, idque non ſimpliciter, vt cui corona gloriæ in vita æterna propoſita eſt, ſed comparatiuè, hoc eſt, reſpectu Chriſti, cuius ſplendor cùm magis inclaruerit inter homines, eo minor apparet Iohannes, qui antea opinione hominum maior videbatur, vt q. putaretur Meſsias.

Cyrillus Luciferi & Solis exemplis illuſtrat hoc Iohannis dictum. Luciferi ſplendor ante Solis ortum longè gratiſsimus eſt hominibus, ſed cùm lux Solis orbem noſtrum aliquantum illuminauerit, maiori luci ſenſim cedit Lucifer. Ad miniſterium verò non in vniuerſum, ſed in perſona propria Iohannis. Nam iam inſtabat finis miniſterij ipſius, manifeſtato Chriſto Iudæis, & vitæ præſentis terminus in propinquo erat. Hoc incrementum Chriſti & decrementum Iohãnis adumbratũ fuit natiuitate vtriuſque. Vt enim Chriſtus creſcente iam die: ita Iohannes decreſcente natus eſt.

Porrò exemplum Iohannis imitentur pij Euangelij Miniſtri, deponant φιλαυτίαν, ambitionem, ſitim inanis gloriæ, & φιλονεικίαν, id eſt, rixandi ſtudium, vt & ſentire & dicere poſsint cum Dauide, Pſalmo 115. verſ. 1. *Non nobis Domi-*

A *ne, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Ferant æquo animo, ſi vel in nihilum redigantur, modò Chriſtus emineat, ac eius nomen latè propagetur inter homines. Hic affectus in piis Paſtoribus non aliunde proficiſci poteſt, quàm ex ſincero amore Chriſti, cuius negotium agitur. Huc pertinet triplicata illa Chriſti interrogatio, an Petrus ſe diligat, cum triplicato mandato de paſcendis ouibus ſuis, Iohan. cap. 21. verſ. 15. Nemo proinde idoneus eſt paſcendis Chriſti ouibus, B niſi qui amorẽ Chriſti ſuo honori, vitæ & commodis anteponit. Qui enim ſic affectus eſt, nihil ex contentione, aut inani gloria, facit, ſed cum Paulo Apoſtolo ſuum ſummum eſſe gaudium ducit, ſi pia in piis & honeſtis rebus conſenſio, & animorum coniunctio ſeruetur, ſi per humilitatem alij alios ſe præſtantiores eſſe exiſtimauerint, ſuppreſſa origine diſcordiæ, & peſte concordiæ libidine rixandi, quę ex inani gloria & ambitione naſcitur.

C *31 Qui è ſupernis venit, ſupra omnes eſt: Qui eſt ex terra, ex terra eſt, & ex terra loquitur.*

Hactenus Iohannes Baptiſta reſpondit de officio Chriſti, & ſuo miniſterio, illum promiſſum Meſsiam, ſe verò eius miniſtrum & præcurſorem affirmans. Nunc autem altiùs aſcendit, & agit de perſona, doctrina, immenſa ſpiritualium diuitiarum copia, poteſtate & beneficiis Chriſti & eorum applicatione: ac primùm D ab origine, inter perſonam Chriſti, & ſuam differentias petit Baptiſta, vt pateat Chriſtum ſupra omnes eminere, vt verum Deum, reliquos autem omnes longiſsimè infra illum collocari, vt homines tantùm. Hæc ſumma collationis eſt. Nunc verba ipſa altiùs perpendamus. *Qui è ſupernis*, inquit, *venit, ſupra omnes eſt.* Hæc propoſitio ponitur loco totius argumenti, quod hoc modo complebitur: Qui è ſupernis venit, ſu- E pra omnes eſt. Chriſtus venit è ſupernis: Igitur Chriſtus ſupra omnes eſt. Minorem, quæ eſt λειπόμενον, confirmat primum caput huius Euangelij, plurima ſacræ Scripturæ teſtimonia, officium Meſsiæ, atque omnia eius dicta & facta.

Quid autem ſit venire è ſupernis hoc loco, rectiſsimè colligemus ex antitheſi. Opponitur enim venire è ſupernis, eſſe ex terra, eſſe terrenum, & terrena loqui. Proinde venire è ſuper- F nis tria complectitur, videlicet cœleſtem originem, indolem origini ſimilem, & actiones vtrique reſpondentes. Hinc eminentia Chriſti ſupra omnes.

Iohannes igitur hoc loco primùm pronunciat Chriſtum eſſe verum Deum, quem paulò infrà vocat Filium Dei. Vnde ſequitur, iure eũ eminere ſupra omnes, vt Deum verum ſupra creaturas. Deinde tribuit illi indolem Deo dignam, videlicet diuinam, hoc eſt, præſtantiam G ex deitatis virtute, & efficaciam promanãtem, qua etiam re meritò ſuprà omnes eſſe agnoſcitur. Tertiò tribuit ei actiones diuina natura & excellentia

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

excellentia dignas. Omnia proinde Chriſti dicta & facta diuina & cœleſtia ſunt, & nihil habent terrenæ fæcis, aut erroris admixtum. Ex his ſingulis & omnibus manifeſtum eſt, Chriſtum eminere ſupra omnes homines, quantumuis iudicio mundi excellentes, ſiue originem, ſiue indolem, ſiue acta reſpicias.

Sequitur antitheſis: *Qui eſt ex terra, ex terra eſt, & ex terra loquitur*. Ita enim ad verbum ex Græco conuerto. Eraſmus ſententiam exprimit, cùm ſic vertit: *Qui ex terra eſt, terrenus eſt, & è terra loquitur*. Hæc oratio manifeſtè tria continet, videlicet originem, qualitatem & actum.

Primò enim cùm ait: *Qui ex terra eſt*, Græcè ſignificantius ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, originem terrenam ſignificat, hoc eſt, qui nihil aliud eſt, quàm homo, caro de carne. Secundò cùm addit: *è terra eſt*, id eſt, vt Eraſmus conuertit, *terrenus eſt*, indolem terrenæ fæcis exprimit, quæ complectitur omnia incommoda, quæ ſequuntur originem, vt ſunt corruptio, ignorantia, tarditas, carnis rebellio in omnibus hominibus, etiam in ſanctis. Tertiò cùm ſubiicit: *è terra loquitur*, fructum vitioſæ originis & peruerſę indolis declarat. Quidquid enim è malo & fœtido fonte manat, malum & fœtidum eſſe neceſſe eſt. Ex hoc dicto veluti è principio Iohannes in hunc modum de ſe ipſo concludit: Qui è terra eſt, terrenus eſt, & è terra loquitur. Ego è terra ſum: Igitur ſum terrenus, & è terra loquor, hoc eſt, vt vitioſa eſt mea origo: ita indoles & ingenium meum ea ſolummodò quæ vitioſa ſunt, ſapit, & omnes meæ actiones abiectæ ſunt, humiles & vitioſæ.

Hinc patet quid de homine per ſe iudicandum ſit extra regenerationis gratiam. Nam ſi Iohannes, quo nullus maior extitit inter natos mulierum, ita ſe abiicit, vt originem, indolem & fructum vtriuſque vitioſa & corrupta pronunciet, profectò ſequitur, omnes homines vitioſos & corruptos eſſe, vt nihil poſsint, nihil ſapiant, nihil velint ex ſua natura, niſi quod vitioſum eſt. Id quod Paulus in Epiſtola ad Romanos cap. 3. verſ. 9. hiſce verbis concludit: *Omnes ſub peccato ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinauerant, ſimul inutiles facti ſunt. Non eſt qui faciat bonum, ne vnus quidem*. Proinde neceſſe eſt, vt aliunde accipiant homines, videlicet è cœlo, ſi quid poſsint, ſi quid ſapiant, ſi q d velint quod virtuoſum & laudabile eſt coram Deo. Atque hoc eſt, quod ſuprà à Domino dictum eſt: *Quod natum eſt ex carne, caro eſt*. Quòd ergo Iohannes, Apoſtoli & alij ſancti viri diuina & cœleſtia docent, hoc habent non ex natura ſua, ſed ex donatione cœleſti, iuxta illud Iacobi capite 1. verſ. 16. *Nolite errare fratres mei dilecti: Omnis donatio bona, & omne donum perfectum è ſupernis eſt, deſcendens à Patre luminum*. Et Auguſtinus in hunc locum ita ſcribit: *Quantum ad ipſum Iohannem pertinet, de terra eſt, & de terra loquitur. Si autem aliqua loquitur diuina, illuminatus eſt à Deo. Nam ſi non eſſet illuminatus, terra terram loqueretur: Ergo ſeorſum eſt gratia, ſeorſum natura hominis.* Et paulò pòſt: *Siquid diuinum audiſti de Iohanne, illuminantis eſt, non recipientis.* Monemur ergo vt à Patre luminum illuminationem mentis petamus, & gratiam, vt poſsimus aliquid illi gratum & ſapere & facere.

Qui è cœlo venit, ſupra omnes eſt.

32 Et quod vidit & audiuit, hoc teſtatur.

Ex perſonę Chriſti eminẽtia doctrinæ ipſius certitudinem & præſtantiam cõcludit. Loquitur autem de Chriſto Deo humano more. Vt enim quæ quis videndo & audiendo explorata habet, ea ſine omni errore aliis enarrare poteſt: ita Filius Dei, qui eſt in ſinu Patris, abſque omni errore perſpicuê, clarè & perfectè nobis Patris voluntatem explicare & enarrare nouit. Id quod etiam teſtatur, non ſolùm diuinis miraculis & arrhabone Spiritus, quo obſignat Euangelium in cordibus hominũ: verùm etiam teſtimonio Patris, qui iubet nos Filium audire, veritatis & voluntatis ſuæ infallibilem teſtem.

Cùm igitur ſalus noſtra agitur, curramus ad hunc ſalutis doctorem, qui cùm ſit è cœlo, cœleſtia docet, cûm ſit Deus ſapientiſsimus, errare non poteſt, cûm ſit optimus, fallere nequit, cùm ſit potentiſsimus, præſtare valet quod verbis promittit. Hîc antitheſis cogitanda eſt, videlicet, quòd qui è terra eſt, non vidit, nec audiuit per ſe veritatem Patris cœleſtis. Quare nec per ſe de veritate Dei, niſi diuinitùs doctus fuerit, teſtari poterit. Cûm igitur homines traditiones ſuas & ἐθελοθρησκείας nobis obtrudere conantur, reſpondeamus nos habere vnũ doctorem nobis diuinitùs commendatum, ad quem ſolum audiendum, in negotiis ſalutis noſtræ, mandato Dei obligamur.

Et teſtimonium eius nemo recipit.

Querela eſt de ingratitudine cineris & pulueris, hoc eſt, hominum carnalium & viliſsimorum, qui teſtimonium Chriſti, id eſt, doctrinam Chriſti teſtificãtem de voluntate Dei, non recipiunt. Eſt autem hoc dictum comparatiuè intelligendum. Nam ſi totam colluuiem generis humani reſpicias, quaſi pro nihilo reputantur pauci illi, qui Chriſti Euangelio credunt, & verè ſtatuunt, Chriſti teſtimonium eſſe verum. Sin verò rurſus Eccleſiæ decus ſpectes, pauci illi, qui Euangelium amplectuntur, pro infinita multitudine reputantur, cùm interim maxima illa colluuies orbis terrarum, quaſi pro nihilo coram Deo cenſeatur. Hæc querela vt horrendam cæcitatem & ingratitudinẽ hominum, qui creati ſunt, vt Deum cognoſcant & colant, oſtẽdit: ita nos monet, ne multitudine & exemplo malorum, vel negligamus ea, quæ nobis ſalutaria ſunt, vel ſegneſcamus paulatim, & in curſu deficiamus, atque ita noſtrapte culpa excidamus ſalute. Nihil enim eſt vſitatius, quàm multitudinis exemplo, & potiſsimùm eorum, qui in aliqua dignitate conſtituti ſunt, decipi

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

& errare. Præterea admonet hæc querela nos de Eccleſiæ forma in hoc mundo, videlicet quòd ſit futura, vt Chriſtus loquitur, Lucæ capite 12. verſ.32. puſillus grex, ne ſcandalo multitudinis perſequentium Euangelium perturbemur, & ab Euangelio deficiamus. Huc pertinēt Pſalmi 37. & 73.

33 Qui recipit eius teſtimonium, obſignauit quòd Deus verax ſit.

Antitheſis eſt ſuperioris ſententiæ. Qui, inquit, recipit eius teſtimonium, hoc eſt, qui credit Euangelio Chriſti, teſtificanti de voluntate Dei, is obſignauit, hoc eſt, certò cognouit, quòd Deus verax ſit. Ponitur autem effectus pro cauſa, tanquam eius certiſsimum indicium, per Metonymiam. Cognouit autem per Spiritum Sanctum efficacem in miniſterio verbi & obſignantem doctriná in cordibus hominum. Nemo enim poteſt dicere Dominum IESVM niſi per Spiritum Sanctum, 1. ad Corinthios cap. 12. verſ. 3. Et 1. Iohan. cap. 5. verſ. 9. *Hoc eſt teſtimonium Dei, quod teſtificatus eſt de Filio: Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium in ſemetipſo.* Vt igitur homines, quæ certò cognita habent, ea in teſtimonium compertæ & certò cognitæ veritatis obſignare ſolent: ita obſignare hoc loco ſignificat clarè cognoſcere, vt nullus ſit reliquus dubitandi locus. Et hæc obſignatio fit ad prædicationem verbi per Spiritum Sanctum, ſicuti dictum eſt.

Hîc obſeruetur primùm, quid ſit verè credere doctrinæ Chriſti, videlicet obſignare, quòd Deus ſit verax, hoc eſt, obſignatam habere voluntatem Dei in corde per Spiritum Sanctum. Eſt ergo fides non vacillans opinio, ſed vera & firma perſuaſio de veritate Euangelij cum fiducia firma promiſſæ miſericordiæ propter Filium. Non igitur opinio errabunda meretur fidei nomen, multò minùs academica dubitatio. Deinde obſeruetur, quàm pretioſa res ſit fides, qua ſegregamur à mendaci mundo, & adiungimur Deo veraci, ac ipſi laudem veritatis tribuimus, id quod ſanè ſacrificium eſt Deo longè ſuauiſsimum, ac cultus maximè gratus, cùm contrà nihil Deum magis offendit, quàm eius verbo nō credere, hoc eſt, ipſum accuſare mendacij, iuxta illud Iohannis, 1. Iohan. cap. 5. verſ. 10. *Qui non credit Deo, mendacem facit ipſum, quia non credidit teſtimonio, quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.* Verùm cùm Deus verax ſit, ſequitur illum qui eius teſtimonium non recipit, vaniſsimum eſſe & mendaciſsimum. Huc illud Iohannis, 1. Iohan. cap. 2. verſ. 22. *Quis eſt mendax, niſi qui negat IESVM eſſe Chriſtum? Hic eſt Antichriſtus negans Patrem & Filium.* Quantumuis igitur magni peccatores ſumus, caueamus, ne hoc addamus horrendum peccatum, vt Deum qui eſt ipſa veritas, mendacij arguamus. Tertiò monemur, vt intrepidè doctrinam Euangelij amplectamur, etiamſi ſint pauciſsimi, qui hoc faciant, quum ſciamus eius autorem, nempe Deum, veracem eſſe.

34 Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur.

Ratio eſt proximæ aſſertionis de certitudine & veritate teſtimonij Chriſti, hoc eſt, doctrinæ Chriſti teſtificantis de voluntate Patris. A Deo miſſus verba Dei abſque omni dubio loquitur. Chriſtus à Deo miſſus eſt. Proinde eius teſtimonium abſque omni dubio verum eſt.

Miſsio Doctorum Eccleſiæ duplex eſt, videlicet immediata & mediata: Immediata eſt & Filij, qui eſt ipſa ſapientia Patris, & ſeruorum, qui de plenitudine Filij accipiunt. Vtraque habet teſtimonium infallibilis veritatis. Quare vt Filius: ita etiam Miniſtri immediatè miſsi, audiendi ſunt. Mediata miſsio eſt eorum, qui mittuntur, & vocantur per homines ad miniſterium. Hi audiendi ſunt, quatenus doctrinam Chriſti, Prophetarum & Apoſtolorum adferunt. Verùm cùm alienam vocem ſonant, fugiendi ſunt tanquam anathemata, iuxta illud Galat. cap. 1. verſ. 8. *Si quis aliud Euangelium docuerit, anathema ſit.*

Non enim ex menſura dat Deus Spiritum.

Cùm hæc oratio ſit comprobatio proximè præcedentis rationis de veritate doctrinæ Chriſti, neceſſe eſt vt eam ad Chriſtum referamus. Quod cùm videret Eraſmus, rectè ſuppleuit pronomen *Ei*, ſcilicet Filio, quem miſit Pater. Senſus ergo eſt: Pater non dat Filio, vt mihi & aliis Miniſtris, Prophetis & Apoſtolis ex menſura, ſed effuſiſsimè præter omnem menſuram Spiritum ſuum Sanctum. Igitur Filius abſque omni dubio Patris loquitur verba, & pleniſsimè nobis ipſius voluntatem enarrat. Proinde ipſius teſtimonium de voluntate Patris, vt eſt pleniſsimum, ita etiam veriſsimum.

Eſt autem hoc dictum de donatione Spiritus ad humanam naturam Chriſti referendum. Nam ſi diuinam naturam Chriſti reſpicimus, idem eſt Chriſtus ſubſtantia, quod Spiritus Sanctus.

Obſeruemus hoc loco perneceſſariam doctrinam, videlicet quòd plena cognitio voluntatis Dei, de ſalute comparanda, ſit nobis patefacta teſtimonio Chriſti, hoc eſt, Chriſti Euangelio. Faceſſant igitur procul à nobis, qui nobis alia obtrudere conantur, tanquam ad ſalutem neceſſaria. Deinde obſeruemus diſcrimen inter Chriſtū & Prophetas, qui ante Chriſtum exhibitū in carne fuerunt, p quos Deus locutus eſt. Vt enim his Deus largitus eſt ex mēſura: ita Filio præter omnem menſuram largitus eſt Spiritum, vt in ipſo ſolo plenam & omnibus modis abſolutam de voluntate Dei doctriná quæramus. Prophetæ alij alias partes doctrinæ tradiderunt, idque diuerſis temporibus, & variis modis. Sed Chriſtus omnia perfectiſsimè tradidit. Atque hoc eſt, quod autor Epiſtolæ ad Hebræos capite 1. verſ. 1. vult, cùm ait: *Multifariam, multiſque modis olim Deus locutus Patribus: nouiſsimè*

uiſſimè in diebus iſtis locutus eſt nobis per Filium, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem & ſecula fecit. Adhæc monemur de regula, quam Paulus tradit in Epiſtola ad Romanos capite duodecimo, verſ. 3. *Vnuſquiſque ſapiat ad ſobrietatem, prout cuique Deus partitus eſt menſuram fidei,* hoc eſt, quilibet maneat intra ſuæ vocationis limites, & menſuram donorum, ne videlicet vel ſibi arroget quod nō habet, vel de eo quod accepit, iuxta carnem glorietur: Sed acceptis donis in timore Dei vtatur in Domini gloriam & Eccleſiæ ædificationem, quò fidelis ſeruus & œconomus inueniatur.

35 Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.

Ex magnitudine dilectionis Patris erga Filium, infert amplitudinem & immenſitatem bonorum, quæ Pater Filio dederat. Vt enim immenſa eſt dilectio, qua Pater inenarrabili ϛοργῇ Filium complectitur: ita immenſa eſt bonorum copia, vnde nobis fide hauriendum eſt. Nam de plenitudine eius omnes accipiemus gratiam pro gratia. Hac igitur aſſertione diſtinguit Iohannes Baptiſta inter Chriſtum & ſe, alioſque Miniſtros Euangelij, vt ſciamus, quid de Domino, & quid de ipſius Miniſtris ſentiendum ſit.

Suprà diſtinximus inter dilectionem, qua Pater Filium diligit, & qua nos. Illum ſine mediatore in ſe & propter ſe diligit. Nos autem charos habet in dilecto, ad Epheſ. cap. 1. verſ. 6. Hoc diſcrimē traditur in concione Patris ſuper Filium, Matth. cap. 17. verſ. 5. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Porrò ex hac aſſertione de dilectione Patris erga Filium, & de omnibus Filio à Patre traditis doctrinam & conſolationē vberrimam hauriamus. Doctrinam quidē, quòd Filius ſit conſtitutus à Patre dator omnium bonorum, videlicet ſapientiæ, iuſtitiæ, ſanctitatis, ſalutis, & deſtructor operum Diaboli, videlicet peccati & mortis. Conſolationem verò, quôd in noſtris anguſtiis & ærumnis habeamus hunc fontem vberrimum omnis conſolationis, videlicet IESVM CHRISTVM. Hunc igitur fide accedamus, vt auxilium inueniamus in tempore oportuno.

36 Qui credit in Filium, habet vitam æternam.

Suprà meminit teſtimonij Chriſti: Nunc exponit in ſumma, quale illud ſit, videlicet quòd teſtetur Chriſtus, Deum dare vitam æternam credentibus in Filium. Ita quoque Apoſtolus noſter in ſua Epiſtola Dei teſtimonium definit, vbi in hunc modum ſcribit, 1. Iohan. cap. 5. verſ. 11. *Hoc eſt teſtimonium, quòd vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in Filio eius eſt. Qui habet Filium, habet vitam.*

Cùm igitur hîc Iohannes Baptiſta pronunciat, credentē in Filium Dei habere vitam æter-

A nam, monet eam non alibi quærendam eſſe. Nam qui Filium habet, primùm viam ad vitam æternam habet. Filius enim via eſt, vt ipſe ait: *Ego ſum via.* Deinde qui habet Filium, ianuam vitæ habet, iuxta illud Iohan. cap. 10. verſ. 7. *Ego ſum oſtium.* Præterea qui habet Filium, meritum æternæ vitæ habet. Nam Filius non ſibi, cui iure debebatur vita æterna, ſed ſuis, hoc eſt, in ſe credentibus, vitam æternam meruit. Adhæc qui Filium habet, omnia cum Filio habet.
B Qui enim Filio proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum, quomodo non daret etiam cum ipſo nobis omnia? ad Romanos cap. 8. verſ. 32. Præterea qui habet Filium, vnum cum ipſo eſt. Fieri itaque non poteſt, quin verè cum Filio hæres vitæ æternæ ſit. Denique qui Filium habet, ipſam vitam æternam habet. Ita enim ipſe ait, Iohan. cap. 11. verſ. 25. *Ego ſum vita.* Siue ergo viam vitæ, ſiue oſtium, ſiue meritum, ſiue fontem & dominum, ſiue vitam æter-
C nam quæris, habes hæc omnia in Filio, cùm in ipſum credis. Hoc enim vult Iohannes Baptiſta, cùm hoc loco ait: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam.* Siquidem hoc dicto, & quomodo nobis applicentur beneficia Filij Dei, cui omnia à Patre tradita ſunt, explicat, & ſummam beneficiorum Chriſti exponit, cùm nominet vitam æternam. Nam cùm ait: *Qui credit in Filium*, ſtatuit fidem inſtrumentum eſſe, quo nobis beneficia Filij applicantur. Cùm addit: *Habet vitam*
D *æternam*, ſummam beneficiorum Chriſti, vt diximus, complectitur.

Priuſquam autem plura de fide dicemus, declarabimus vſum promiſſæ vitæ æternæ, quæ eſt triplex, videlicet in cruce, in pugna ſpiritus aduerſus carnem, in agone mortis.

In cruce opponenda eſt æterna gloria breui & temporaneæ afflictioni, 1. Pet. cap. 5. verſ. 10. & ad Rom. cap. 8. verſ. 18.

In lucta ſpiritus aduerſus carnem erigamur
E ſpe promiſſæ vitæ æternæ, ſi in pugna perdurauerimus inuicti.

In agone mortis opponamus vitā æternam breui cruciatui, & cogitemus Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, cuius nos membra ſumus.

Quid ſit autem in Filium Dei credere, ſæpe declarauimus, & nunc idem repetendum eſt, quò hæc præſens Euangelica γνώμη vberiorem nobis doctrinam & conſolationem ſuppeditet.

Hæ duæ loquendi formulæ, credere in Chri-
F ſtum, &, credere in nomen Chriſti, nobis perſpicuè rationem ſalutaris fidei declarabunt. Etſi autem vtraque forma notitiam Chriſti requirat, quæ in quatuor conſiſtit, videlicet in diuinitate, in humanitate, in perſonali vnione, & officio Chriſti: Prior tamen, videlicet credere in Chriſtum, obiectum ſolummodò fidei, ſeu fiduciæ monſtrat eſſe Chriſtum. Poſterior, nempe credere in nomen Chriſti, qualitatem fiduciæ indicat, videlicet, quòd talis debeat eſſe fi-
G ducia in Chriſtum, quale eſt eius nomen in Euangelio, & qualia facta ipſius de ipſo teſtificantia. Cùm ergo in Euangelio Chriſtus no-

minatur, id eſt, prædicatur, Saluator omnium in ſe credentium, verus Deus, verus homo, vna vera & æterna perſona, ac Agnus Dei tollens peccatum mundi: & multa exempla teſtantur facta Chriſti huic auguſto nomini reſpondere:, Vera fides in Chriſtum erit viua & conſtans cordis fiducia, qua Chriſtus ſtatuitur eſſe Saluator omnium in ſe credentium, vt qui poſsit omnia præſtare, quæ vult, tanquam Deus, velit nobis optima, vt homo nobis naturæ ſocietate coniunctus, debeat vt Mediator inter nos & Deum à Patre conſtitutus, qui dedit ſemetipſum in precium redemptionis pro omnibus, vt omnis, qui credit, ſanguine ipſius purgetur à peccatis, obedientia iuſtificetur, Spiritu regeneretur ad vitam æternam.

Hæc plenior fiduciæ in Chriſtum deſcriptio in anguſtius contrahi poteſt, idque ex verbis Iohannis Baptiſtæ: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam*, in hunc modum: Fides eſt notitia Chriſti, & firma fiducia vitæ æternæ obtinendæ propter illum. Huiuſmodi fuit fides Latronis in cruce, qui ex firma fiducia dixit, Lucæ capite vigeſimotertio, verſ.42. *Memento mei cùm veneris in Regnum tuum.* Cui reſponſum eſt à Domino: *Hodie eris mecum in Paradiſo.* Peccatricis, Lucæ cap. 7. verſ.50. quæ à Domino audit: *Fides tua te ſaluauit.* Publicani, Lucæ cap.18.verſ.13. ita precantis: *Deus propitius eſto mihi peccatori.* Dauidis, Pſalmo vigeſimoquinto, verſ.11. *Propter nomen tuum, Domine, propitiare peccato meo.* Hic Dauid fiduciam cordis ad menſuram nominis Dei metitur. Hæc omnia quadrant ad regulam Pſalmi ſecundi, verſ. 12. *Beati omnes qui confidunt in eo.*

In hac regula ſunt quatuor. Primum, particula vniuerſalis, quæ monet, beneficium Chriſti extendi ad omnes. Secundum, fides & fiducia, qua beneficium Chriſti appreheditur. Tertium, obiectum fiduciæ Chriſtus ipſe. Quartũ, certitudo promiſsionis. Nam cùm confidentes in Chriſtum pronunciat beatos, ſignificat eos certò conſecuturos eſſe in Chriſto ſalutem, qui fiduciam ſuam in eo collocant. Ex his quintum per antitheſin ſequitur, videlicet quòd omnes, qui non collocant fiduciam ſuam in Chriſto, ſint miſeri.

Cæterùm quia aduerſarij gratuitæ iuſtificationis non ſolùm negant fidem eſſe firmam fiduciam promiſsionis diuinæ: verumetiam inficiantur SOLA fide iuſtificari hominem, conabor firmiſsimis rationibus eorum vanitatem refellere. Primùm igitur rationes colligam, quibus demonſtrabitur, quòd fides præter notitiam ſignificet etiam firmam fiduciam promiſſionum diuinarum. Deinde oſtendam, particulam excluſiuam SOLA rectè addi, & neceſſariò, cùm agitur de gratuita iuſtificatione.

Rationes autem, quibus conuincitur, quòd fides Chriſtiana, qua apprehenditur Chriſtus cum ſuis beneficiis, ſignificet cum notitia fiduciam, hæ ſunt præcipuæ.

Prima: Grammatica ſignificatio vocis Græcanicæ, qua vtuntur Euangeliſtæ & Paulus,

A cùm de fide iuſtificante & ſaluante agitur. Vtuntur enim nomine πίστεως & verbo πιστεύειν, quod à nomine deductũ eſt. Significat autem verbum πιστεύειν propriiſsimè fiduciam in aliquem collocare, iuxta eius verba & promiſsiones, vt in illo: λαῷ μὴ πίστευε, πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος, hoc eſt, *Populo ne credas, varijs enim afficitur modis turba*. Hîc ex ratione ſubiecta patet, quid τὸ πιστεύειν ſignificet, nempe fiduciam in aliquem collocare iuxta eius verba & promiſsionem. Ta-

B lem fiduciam non vult Phocyllides collocari in promiſcuam multitudinem propter eius inconſtantiam.

Cùm igitur Scriptura requirit à nobis fidem in Chriſtum, vult vtrumq;, videlicet vt & Chriſtum agnoſcamus, & firma in eum fiducia recumbamus ſecundùm eius verba, promiſsiones & teſtimonia. Vt enim is conſtans in ſuis promiſsis eſt, nequaquam ſimilis inconſtanti plebeculæ, quæ & poteſt & nouit fallere: ita con-

C uenit, vt fides, id eſt, fiducia in illũ, propter conſtantiam eius ſit conſtantiſsima. Talis enim fides eſt habenda dicenti & promittenti, qualis ipſe eſt. Vocat Chriſtus omnes ad ſe, promittit omnibus reſipiſcentibus veniam, ac multis factis id teſtatur. Hæc vocatio & promiſsio, quia Chriſtus eſt ipſa veritas, vt qui nullo modo fallere poſsit, cauſa eſt fiducię in ipſum collocãdę.

Secunda: Synonymorum collatio conuincit fidem ſignificare fiduciam, vt Confidere in Pro-

D pheticis ſcriptis. Vt Pſalmo 2. verſ.12. *Beati omnes qui confidunt in ipſum.* πεποίθησις, παῤῥησία, ὑπόστασις, πληροφορία. Quòd autem his quatuor Græcis vocibus firma fiducia in genere ſignificetur, manifeſtum eſt. Nam tametſi modi varij huius fiduciæ his diuerſis appellationibus indicantur: tamen genus ipſum, videlicet firma fiducia, idem manet in omnib9. πεποίθησις enim fiduciam ſignificat ex certa perſuaſione de veritate Dei concepta. Vt enim Deus eſt in ſuis promiſsis

E conſtans & verax: ita hęc πεποίθησις firmam & immotam fiduciam cum confidentia quadam notat. παῤῥησία fiduciam ſignificat, qua credẽs non iam amplius fugit Deum, ſed fretus ipſius promiſsis, illum accedit intrepidè & audacter, ſtatuens ſibi acceſſum ad Deum patere p IESVM Chriſtum, ad Rom. cap.5. verſ.2. & ad Epheſios cap.3. verſ.12. vbi Paulus tribuit fidei & παῤῥησίαν qua accedimus Deum, & πεποίθησιν fiduciam, qua in ipſum recumbimus. *In Chriſto*, inquit, *ha-*

F *bemus παῤῥησίαν & aditum cum fiducia per fidem in ipſum.* Quid quæſo clarius dici poteſt de vera fidei indole, ſeu proprietate? ὑπόστασις vſurpatur in definitione fidei, ad Hebræos cap. 11. verſ. 1. vbi ſic ſcribitur: *Eſt autem fides ſperandarum rerum ὑπόστασις, & ἔλεγχος non apparentium.* Hîc primo loco ponitur effectus, ſecundo cauſa. Eſt enim ἔλεγχος certitudo, qua mens conuicta diuinis teſtimoniis firmiſsimam eſſe ſtatuit promiſsionem diuinam de beneficiis Chriſti. Ex hac cer-

G titudine immota naſcitur ὑπόστασις, id eſt, fiducia. Eſt autem ὑπόστασις militare vocabulum, quo Polybius & Herodotus vtuntur pro confidentia,

tia ſiue firma fiducia, qua quiſpiam intrepidè conſiſtit fixoque pede aduerſarium inuadentem excipit, certus de fœlici euentu & læta victoria. Ad eundem modum fides in ærumnis erigit animum, quæ fides eſt eiuſmodi Chriſtiani animi conſtans robur, quo luctetur contra omnia Chriſtianum animum oppugnantia. Hoc pacto accipitur ὑπόστασις Pſalmo trigeſimo nono, verſ. ſeptimo. Nam vbi Hebræus habet, *Thochalthi Leca Hu*, id eſt, *Expectatio mea in te eſt*, ibi Græcus habet: Καὶ ἡ ὑπόστασις μου παρὰ σοῦ ἐστιν, hoc eſt, *fiducia mea à te eſt*. Significat ergo ὑπόστασις fiduciam firmam & conſtantem, quæ eſt viuæ fiduciæ proprietas. πληροφορία ſimiliter fiduciam notat, & tribuitur fidei Abrahæ, ad Romanos cap. 4. verſ. 21. Et ad Hebræos cap. 10. verſ. 22. *Accedamus cum vero corde in πληροφορίᾳ fidei, aſperſi cordibus à conſcientia mala, teneamus confeßionem ſpei inflexibilem.* Eſt proinde fides talis fiducia, qua veluti pleno curſu & recto ferimur in portum ſalutis nobis per Chriſtum promiſſæ. Eſt enim metaphora ſumpta à nautis, qui panſis velis recto curſu feruntur in portum.

Tertia: Effecta fidei manifeſtè conuincunt, fidem ſignificare fiduciam. Per fidẽ accedimus ad Deum: fide ſaluamur: fide iuſtificamur: omnia credenti ſunt poſsibilia: Chriſtus per fidem habitat in cordibus noſtris: fide purificantur corda: Hæc eſt victoria quæ vicit mundum fides noſtra: Ex fide iuſtus, viuit. Hæc nequaquam tribui poſſunt notitiæ hiſtoriæ aut aſſenſui, ſed viuæ fiduciæ, qua Chriſtus mediator apprehenditur. Per hunc enim accedimus ad Deum, per hunc ſaluamur, per hunc iuſtificamur, in hoc mundum vincimus, in hoc viuificamur. Nam quidquid tribuitur fidei, hoc Chriſti proprium eſt, atque fidei ideo tribuitur, quia ea ſola Chriſtum apprehendit, & poſsidet ſaluatorem credentium.

Quartò: Cùm Chriſtus dicit Matth. cap. 8. 10. *Neque in Iſrael tantam fidem inueni.* Item aliquoties: *Fides tua te ſaluauit*: Et periclitantibus in mari Lucæ cap. 8. verſ. 25. *Vbi eſt fides veſtra.* Item: *ô mulier, magna eſt fides tua.* Item Iohannis cap. 5. verſ. 44. *Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Item: *Si habueritis fidem, & non hæſitaueritis.* Nonne hæc dicta manifeſtiſsimè euincunt, fidem eſſe cum notitia firmam fiduciam de promiſsionibus diuinis. Quis enim non videt, hæc nequaquam conuenire notitiæ hiſtoriæ, qualis eſt in Diabolis, & eſſe poteſt in impiis ſuperbiſsimis?

Quinta: Exempla approbata ſimiliter conuincunt, fidem eſſe fiduciam: vt Abrahami, Iairi, Hæmorrhouſæ, patris lunatici. Hi enim non ſolùm nouerunt promiſsionem gratiæ, ſed iuxta promiſsionem ſe fide erexerunt, & viua fiducia acceperunt oblatam gratiam. Verùm quia Abrahæ exemplum, vtpote patris fidelium, præ aliis nobis commendatur, illo ſolo hac vice contenti erimus. Ita ergo Paulus indolem fidei exponit in illuſtri exemplo, vide-

A delicet Abrahami, ad Romanos cap. 4. verſ. 17. *Qui credidit*, inquit, *ei qui viuificat mortuos & vocat ea quæ non ſunt, tanquam ſint, & qui præter ſpem in ſpem credidit, vt fieret pater multarum gentium, ſecundùm id quod dictum ei fuerat: Sic erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli & arena maris. Ac fide minimè debilitatus, non cõſiderauit ſuum ipſius corpus iam emortuum, cùm centum circiter natus eſſet annos, nec emortuam vuluam Saræ: aduerſus promißionem Dei non diſceptauit infidelitate, ſed robuſtus factus eſt fide, tribuens Deo* B *gloriam, & plenè perſuaſus, quòd quidquid promiſit, poßit etiam præſtare. Ideo & imputatum eſt illi ad iuſtitiam.*

Hinc ab exemplo rem in genere conclude hoc modo: Ergo fides eſt notitia & firma fiducia diuinarum promiſsionum, excludens carnis ſenſum, rationis argutias, pugnantes cum verbis promiſsionis diuinę, atque adeò omnem hæſitationem, firmiter acquieſcens in verbo promiſsionis diuinę, ſua conſtantia omnem in- C credulitatem vincens: quæ cùm Deo verè gloriam tribuit, pleniſsima fiducia, promiſſa Dei expectat. Talis fides Abrahæ fuit, etſi alia atque alia obiecta habuit. Quòd aũt ſimilis fides in genere à nobis requiratur, docet Apoſtolus cùm addit: *Non ſcriptum eſt autem propter illum tantùm, quòd imputatum ſit illi, ſed etiam propter nos, quibus imputabitur credentibus in eum, qui excitauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum à mortuis.*

Hoc loco diligenter obſeruanda eſt regula. D Etſi externa obiecta & negotia ſunt diſsimilia: tamen primum obiectum & proprium, ſcilicet promiſsio miſericordiæ in Chriſto, eſt idem in omnibus promiſsionibus & exercitiis fidei, iuxta illud 2. Corinth. cap. 1. verſ. 20. *Omnes promißiones in Chriſto ſunt etiam & Amen.* Ex quo fit, quòd exemplum fidei Abrahæ rectè accommodetur aliis credentibus in genere, videlicet propter primum & principale fidei obiectum, quod Abraham intuetur. In hunc ergo modum E fidem Abrahæ iuxta regulam nobis accommodemus. Quemadmodum Abraham promiſſionem ſeminis ſibi factam ex verbo nouit, huic aſſenſum præbuit, hanc expetiit, in hac firma fiducia acquieuit: ita nos ex verbo Euangelij promiſsionẽ ſalutis in Chriſto, pro nobis mortuo & reſuſcitato, agnoſcamus, huic aſſentiamur, hanc expetamus, in hac firma fiducia ſine hæſitatione acquieſcamus. Hinc concluditur hæc fidei Chriſtianę definitio: *Fides Chriſtiana eſt* F *notitia, aſſenſus, expetitio & fiducia promiſſæ ſalutis propter Chriſtum, pro nobis mortuum & excitatum.* Aſſenſum vſitatè ſub notitia intelligimus, & expetitionẽ cum fiducia cõiungimus. Sed ego explicatè hæc poſui, quò clariùs ratio Chriſtianæ fidei, & ea quæ fidei nomine continentur, intelligantur. Ex his quinque rationibus manifeſtè concluditur quod aliquoties iam diximus, videlicet quòd fides ſit & certiſsima perſuaſio de promiſsionibus diuinis, & viua fiducia in Chri- G ſtum mediatorem, etiamſi ſenſus & ratio & natura, videantur reclamare. Nam iuxta dictum Bernardi: *Fides tranſgreditur rationis fines, humana*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

naturæ vſum, experientiæ terminos.

Hactenus, vt opinor, ſatis probauimus, fidem Chriſtianam eſſe firmam notitiam & fiduciam promiſſæ ſalutis in Chriſto. Nunc autem quod ſecundo loco propoſuimus, aggrediamur, & oſtendamus rectè dici: hominem *SOLA* fide iuſtificari. Hìc omnium primùm videndum eſt, quò particula *SOLA* pertineat. An in vniuerſum omnes alias cauſas, an certum cauſæ genus excludat à iuſtificatione. Tenenda eſt ergo hæc regula: Etſi omnes cauſæ alicuius effectus coniunctæ ſunt & concurrunt in ſuis actionibus & mutuis auxiliis conſiſtunt: tamen ſingulæ cauſæ proprium quiddam habent in ſingulis actionibus. Vnde fit, quòd cuiuis cauſæ vox *SOLA*, propriè & rectè in ſuo genere & ordine accommodari poſsit. Cùm ergo dicitur, quòd *SOLA* fides iuſtificet, ſolummodo diſcernitur cauſa, quæ in nobis eſt, ab aliis omnibus, quæ extra nos ſunt. In nobis enim tantummodò fides eſt ex operatione Spiritus Sancti ad prædicationem verbi, qua *SOLA*, oblatam per Chriſtum gratiam, apprehendimus. Non ergo excluſiua *SOLA* diſtrahuntur cauſæ, quæ coniuncta virtute operantur: ſed tantùm diſtinguuntur & diſcernuntur cauſarum ordines & operationes, & illa excluduntur, quæ falsò alicui cauſarum ordini affinguntur. Quare cùm dicimus, hominem *SOLA* fide iuſtificari, ſignificamus, præter fidem nihil in nobis eſſe, quo Chriſti iuſtitia nobis applicetur.

Quod autem particula *SOLA* non excludat in vniuerſum omnes alias cauſas præter fidem à iuſtificatione, manifeſtum eſt iis qui ſtatum diſputationis Paulinæ obſeruant. Quæſtio eſt, num operibus iuſtificemur, aut vllis humanis meritis nec ne. Item, fidéne & operibus ſimul conſtet iuſtitia Chriſtiana. Item, an fide tantùm, ſine operibus ſiue prærogatiua carnis, atque adeo ſine omnibus meritis humanis.

In primo, ſecundo & tertio capitibus ad Romanos, firmis demonſtrationibus concludit Apoſtolus, neminem ex operibus iuſtificari. In decimo eiuſdem Epiſtolę, & in tertio ad Philippenſes, conuincit idem Apoſtolus iuſtitiam fidei & operum, non ſimul conſiſtere, ita vt opera & fides ſint ſimul vel cauſæ vel partes iuſtitiæ, qua iuſtificamur coram Deo. Et concludit, hominem iuſtificari fide abſque operibus Legis. Et hanc concluſionem probat copiosè ad Romanos capite quarto, & ad Galatas primo, ſecundo, tertio & quarto capitibus. Atque hoc eſt fundamentum eorum, qui rectè dicunt *SOLA* fide iuſtificari hominem, in qua aſſertione *SOLA* particula, eſt excluſiua operum humanorum, atque adeo omnium meritorum hominum. Incumbit autẽ piis doctoribus multiplex neceſsitas, vt hanc propoſitionem tueantur. Primùm enim neceſſe eſt, refutare corruptelas Papiſtarum, qui doctrinam gratuitæ iuſtificationis ſophiſtica iuuadunt, & planè Phariſæorum more abolere conantur. Deinde vt Chriſto ſuus honor integer tribuatur. Nam qui vel operibus tantùm, vel operibus & fidei ſimul, tribuunt iuſtificationem, Chriſtum ſuo honore ſpoliant, qui ſolus ſaluator mundi & iuſtificator credentium prædicatur in Euangelio. Tùm vt afflictæ conſcientiæ habeant ſolidam conſolationem, cùm intelligunt beneficium redemptionis gratuitum eſſe. Nam propterea ait Paulus ad Romanos cap. 4. verſ. 16. *Ex fide eſt hæreditas, vt ſit ſecundùm gratiam, quò firma ſit promiſsio omni ſemini*, id eſt, omnibus credentibus. Adhæc vt ſit illuſtre diſcrimen inter Legis iuſtitiam, quæ hominis, & fidei iuſtitiam, quæ Dei dicitur, Philip. cap. 3. verſ. 9. Poſtremò vt ſtatuatur verum & perſpicuum diſcrimen inter cauſas & effecta, inter arborem & fructũ, inter beneficium mediatoris proprium, & noſtrum debitum obſequium. Verùm qui in gratiam Papiſtarum iam abſtinent à particula *SOLA*, caſtra Chriſti perfidè produnt, & cum eius hoſtibus fraudulenter colludunt.

Porrò monſtrata neceſsitate tuendi particulam *SOLA*, ſubiiciemus rationes aliquot, quibus probabimus rectè & neceſſariò ex Scripturæ ſenſu dici: Hominem iuſtificari & ſaluari *SOLA* fide.

Prima: Marci cap. 5. verſ. 36. expreſsè ponitur particula *SOLA*, vbi Dominus Archiſynagogo, cuius filia iam mortua erat, dicit: *Noli timere*, ΜΟΝΟΝ πίστευε, id eſt, *SOLVM crede*. Hìc Dominus non requirit opera, ſed ſolam fiduciam, quòd & poſsit & velit ſuam excitare filiam. Quòd autem conſequentia valeat ab hoc particulari exemplo ad probandam vniuerſalem doctrinam, ſuprà oſtendi. Nam qualiacunque ſunt externa obiecta: tamen neceſſe eſt ante omnia intueri primum & principale obiectum, videlicet promiſsionem gratuitæ iuſtificationis, in qua aliæ vt partes in toto includuntur. Primùm igitur Archiſynagogus *SOLA* fide iuſtificatur. Deinde ex ea fide impetrat magnum beneficium, videlicet excitationem filiæ ex mortuis, quo facto magis confirmatur eius fides. Verùm hanc fiduciam Archiſynagogi abſque dubio ſecuta eſt gratitudo & noua obedientia.

Secunda. Vis particulæ *SOLA* æquipollentibus vocibus expreſſa, videlicet, *Niſi, Gratis, Non ex operibus, Gratia, Non ex vobis, Dei donum eſt.* Hæ voces planè idem volũt quòd particula *SOLA*. Gal. cap. 2. verſ. 16. *Scientes quòd non iuſtificetur homo ex operibus Legis niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſtum Ieſum credimus, vt iuſtificemur ex fide Chriſti, et non ex operibus Legis.* Rom. cap. 3. verſ. 28. *Colligimus hominem iuſtificari fide abſque operibus Legis.* Ad Epheſ. cap. 2. verſ. 8. *Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur.*

Quòd autem Pontificij dicát, hæc dicta Pauli quæ recitauimus, & ſimilia, non accipienda eſſe de operibus moralibus, ſed de cæremonialibus ſolummodò, falſiſsimum eſt. Primùm enim diſputatio Pauli in 1. 2. & 3. capitibus ad Romanos

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

manos luce clariùs conuincit, Paulum loqui de ea Lege, ad cuius obedientiam obligantur omnes homines ſine diſcrimine. Nam & Iudæos & Gentes reos violatę Legis peragit. Nunc autem Iudæis ſeu populo Iſraelitico tantũ cæremoniæ Moſaicæ ad tẽpus erant datæ, & non aliis populis. Vaniſsimum proinde eſt commentum Papiſtarum, qui opera cæremonialia tantùm excludi à iuſtificationis cauſis contendunt.

Secundò: Tranſgreſsiones Legis, quas Paulus ad Romanos 1. opponit operibus Legis, quibus vim iuſtificandi adimit, ſunt Legis moralis. Igitur opera Legis, ſine quibus Paulus contendit hominem credentem iuſtificari, ſunt Legis moralis. Siquidem eiuſdem Legis eſt præcipere & prohibere contrarias actiones.

Tertiò: Apoſtolus in teſtimonium violatæ Legis diuinæ ab omnibus adducit poſtremum præceptum: *Non concupiſces.* Quod ſanè ineptiſſimum fuiſſet, ſi tantùm contra cæremonias diſputaret Apoſtolus, & non de tota Lege.

Quartò: Cùm idem Apoſtolus ad Romanos cap. 7. verſ. 14. dicit: *Scio quòd Lex ſpiritualis ſit, ego verò carnalis, venditus ſub peccato,* &c. vſque ad finem capitis, apertiora ſunt quàm vt ad cæremonias torqueri poſsint.

Quintò: Dictum Pauli ad Galat. cap. 2. verſ. 21. oſtendit, per Legem in diſputatione Paulina, totam Legem, & omnes eius partes intelligi: *Si*, inquit, *iuſtitia eſt ex Lege, Chriſtus fruſtra mortuus eſt.*

Sexto: Galat. cap. 2. verſ. 21. affirmat Paulus eos abrogare gratiam Dei, & eam penitus reiicere, qui volũt ex Lege iuſtificari. Nam id quod eſt gratię proprium, tribuunt ſuis operibus. Verùm cùm ſit maximum flagitium, Dei gratiam abrogare, Papiſtę horrendo reatu ſe inuoluunt, dum, vt gratiam aboleant, particulam *SOLA* oppugnant.

At habent Papiſtæ quod in ſpeciem videtur patrocinari illorum cauſæ. Nam in Epiſtola ad Gal. in qua Paulus de iuſtificatione agit, apparet occaſionem ſcribẽdi præbuiſſe Paulo, quòd Chriſtiani ex Iudæis cõuerſi cęremonialia Moſis, & potiſsimùm circumciſionem neceſſariam eſſe ad ſalutem docuerint. Vt autem hunc errorem de circumciſione & aliis Moſaicis ritibus refutet Apoſtolus, ſcribit Gal. Hoc cum Papiſtis recipimus. Fatemur enim Apoſtolũ impulſum eſſe ad ſcribendam ſuam Epiſtolam ad Gal. ad refutandos quoſdam ſurreptitios fratres, qui irrepſerant ad explorãdam libertatem noſtram, quam habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem adigerent, ſcilicet impoſita nobis neceſſitate circumciſionis. Sed negamus conſecutionem. Etſi enim Paulus hunc errorem, vt rectè dicunt Papiſtæ, ſibi ſumit refutandum ad Gal. tamen vt id faciat validiùs, & fortiùs aduerſus Sophiſtas concludat, vniuerſum genus proponit, vnde de eius partibus, ſubiectis, ſeu formis ſingulis iudicium vult fieri. Cùm igitur negat Apoſtolus operibus Legis vllum iuſtificari, ſequitur, quòd nec moralibus, nec iudicialibus, nec cæremonialibus operibus tribuenda ſit vis iuſtificandi. Quòd autem vniuerſam Legem intelligat Paulus cum ſuis omnibus partibus, oſtẽdit aſſeueratio quæ eſt in fine ſecundi capitis ad Gal. *Si per Legem eſt iuſtitia, igitur Chriſtus fruſtra mortuus eſt.* Nam eadem eſt hîc ratio conſequentiæ à toto & eius partibus ſingulis. Nam ſiue à tota Lege, ſiue ab vlla eius parte eſt iuſtitia, idem abſurdum ſequitur, videlicet quòd Chriſtus fruſtra mortuus ſit.

Tertia: Iuſtificamur non noſtra, ſed Chriſti iuſtitia, nobis nõ operantibus, ſed credentibus in eum qui iuſtificat impium, imputata. Igitur iuſtitiæ, qua iuſtificamur corã Deo, nec partes, nec cauſæ ſunt noſtra opera, aut merita: quæ, cùm particula *SOLA* excludit, rectè dicitur quòd homo *SOLA* fide iuſtificetur. Nam fides ſola apprehendit iuſtitiam Chriſti. Antecedens confirmat Dictum Pauli ad Rom. 10. 4. *Chriſtus eſt perfectio Legis in iuſtitiam omni credenti*, hoc eſt, Chriſtus eſt perfecta Legis impletio, quæ cedit in iuſtitiam omni credẽti, ſeu, vt Ambroſius loquitur: *Perfectionem Legis habet qui credit in Chriſtum.* Ergo nulla pars iuſtitiæ ipſius in nobis eſt, ſed tota in Chriſto, qui nobis credentibus ſuam iuſtitiam perfectiſsimã imputat. Et 2. Cor. 5. 21. *Eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum, vt nos fieremus iuſtitia Dei in ipſo*, hoc eſt, vt Auguſtinus interpretatur: *Noſtra delicta ſua delicta fecit, vt ſuã iuſtitiam noſtram iuſtitiam faceret.* Vt ergo Chriſto imputatur peccatum noſtrum abſque omni ipſius commerito, cuius reus peragitur coram tribunali Dei in ara crucis: ita nobis ipſius imputatur iuſtitia abſq; omni noſtro merito, quia iuſti cenſemur coram tribunali Dei. Item Rom. 11. 6. *Si gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non eſt gratia.* Si verò ex operibus, iam nõ eſt gratia, alioquin opus iam non eſſet opus. Ratio conſequentiæ huius argumenti redditur ad Rom. 4. 4. Quod pro operibus rependitur, eſt debitum, quod ex gratia tribuitur, merum donum eſt. Eſt proinde repugnantia debiti & doni. Ideò rectè Auguſtinus, cùm ait: *Gratia eſt nullo modo, quæ non eſt gratuita omni modo.* Quis hîc non videt, omnia humana merita & opera à iuſtificationis cauſis excludi? ad quod declarandum pij Eccleſiæ doctores particulam *SOLA* vſurpare ſolent.

Quarta: Exemplum Pauli, cum quo congruunt omnia ſanctorũ exempla. Hic enim ad Philip. 3. 6. in hunc modum ſcribit: *Secũdùm iuſtitiam quæ eſt in Lege, fui irreprehenſibilis, ſed quæ erant mihi lucra, ea duxi propter Chriſtum damnum eſſe: quinetiam certè duco omnia damnum eſſe propter eminẽtiam cognitionis Chriſti Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, eaq; duco pro excrementis, vt Chriſtum lucrifaciam, & comperiar in eo non habens meam iuſtitiam illam ex lege, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti. Iuſtitiam, inquam, quæ eſt ex Deo per fidem.* Hactenus Paulus, cuius verba & exemplũ confirmant hominem gratis iuſtificari, hoc eſt, *SOLA* fide. Nam hæc particula ſolummodo ea excludit, quæ Paulus hîc quinquies manifeſtè

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

excludit. Tametſi autem Paulus erat, vt ipſe fatetur, ſecundùm Legem irreprehenſibilis, videlicet coram hominibus: tamen hanc Legis externam & literalem iuſtitiam damnum ducit, & pro excremento habet, vt Chriſti iuſtitia iuſtificetur, tantum abeſt vt vlla humana merita aut opera Legis ſtatuat vel cauſas vel partes eius iuſtitiæ qua iuſtificamur coram Deo. Deinde iuſtitiam ſuam quæ eſt ex Lege, & iuſtitiam Dei quæ eſt ex fide Chriſti, tanquam contrarias opponit. Ex quo patet, quòd Paulus *SOLA* iuſtitia fidei nitatur, & non ſuis meritis aut operibus.

Quinta: Excluſio gloriationis confirmat rectè addi particulá *SOLA*, cùm agitur de iuſtificatione noſtri, quæ fit per fidem in Ieſum Chriſtum. Nam cùm humana gloriatio habet cauſam vel prærogatiuam carnis, vel excellentiam maiorum, vel merita propria ſeu opera, profectò excluſa gloriatione, nullus locus carni, nullus dignitati, nullus meritis propriis relinquitur. Hinc Apoſtolus ad Rom. 4. 2. *Si Abraham iuſtificatus eſt ex operibus, habet quòd glorietur*, ſcilicet propter ipſa opera quibus iuſtificatur. At non habet ſcilicet quòd glorietur apud Deum. Proinde non eſt iuſtificatus ex operibus. Minorem confirmat Moſis teſtimonio: *Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Hìc Apoſtolus credere & operari ita opponit, vt in cauſis iuſtificationis ſimul ſtare non poſsint. Excluſis igitur operibus excluditur gloriatio, & *SOLA* fide hominem iuſtificare ſequitur 1. Corinth. 1. 30. *Chriſtus natus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.* Et ad Rom. 3. 27. ex iuſtificatione gratuita infert Paulus excluſionem gloriationis cùm ſic ait: *Vbi igitur gloriatio? excluſa eſt. Sed per quam Legem? operum? non. Sed per Legem fidei*, id eſt, per fidem ipſam. Colligimus igitur, fide iuſtificari hominem abſque operibus Legis. Nam ſi vel tantillum in iuſtificatione noſtri tribueretur noſtris viribus, meritis aut operibus, aliqua ſaltem gloriandi materia relinqueretur homini, quæ iam in vniuerſum excluditur, vt in ſolo Chriſto gloriemur, quem *SOLA* fide apprehendimus.

Sexta. Vox purioris Eccleſiæ noſtram ſententiam confirmat. Nam & ex Græcis ſcriptoribus & Latinis multi vſi ſunt in hac doctrina particula *SOLA*. Ex Grȩcis hos annotauimus. Nazianzenus: *Nã iuſtitia quidem eſt TANTVM credere.* Baſilius Magnus ad humilitatem exhortaturus, poſtquam omnem detraxit homini gloriandi materiam, de iuſtitia hæc addit: *Neque propria iuſtitia aliquis effertur, ſed ſe nouit indigere vera iuſtitia, & SOLA fide quæ eſt in Chriſtum, iuſtificatur.* Atque hanc ſuam ſententiam confirmat Baſilius exemplo Pauli, quod paulò antea adduximus ex tertio cap. ad Philip. & affirmat, Paulum gloriari in eo quòd propriam iuſtitiam contemnat & pro nihilo habeat. Athanaſius in tertium caput Epiſt. ad Gal. in hæc verba Pauli (*Quoniam in Lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuit*) ita ſcribit: *Oſtenditur igitur Lege execrabiles reddi homines, & maledictioni ſubeſſe: fide verò benedictiones accumulari. Nunc planè demonſtrat Apoſtolus, fidẽ ipſam vel SOLAM iuſtificandi in ſe habere virtutem.* Et Abacuc dicentem inducit: *Quia ex fide, & non ex Lege victurus eſt iuſtus.* Origenes in Epiſtolam ad Romanos capite tertio: *Apoſtolus*, inquit, *affirmat ſufficere SOLIVS fidei iuſtificationem, ita vt credens quis tantummodò, iuſtificetur, etiamſi nihil operis ab eo fuerit expletum. Per fidem enim iuſtificatus eſt latro ſine operibus Legis.* Chryſoſtomus: *Latro credidit DVNTAXAT, & iuſtificatus eſt à miſericordiſsimo Deo.* Heſychius in Leuiticum libro primo, capite ſecundo: *Gratia ex miſericordia fide apprehenditur SOLA.*

Inter Latinos autem hi ſunt: Ambroſius in Commentariis in Epiſtolam ad Romanos: *Quomodo*, inquit, *Iudæi per opera Legis iuſtificari ſe putant iuſtificatione Abrahæ, cùm videant Abrahamum non ex operibus Legis, ſed SOLA fide iuſtificatum. Non ergo opus eſt Lex, quando impius per SOLAM fidem iuſtificatur apud Deum.* Idem: *Iuſtificati ſunt GRATIS, quia nihil operantes neque vicem reddentes, SOLA fide iuſtificati ſunt dono Dei.* Hilarius in Euangelium Matthæi ſcribens hæc inter alia habet: *Mouet ſcribas remiſſum ab homine peccatum. Hominem enim tantùm in Chriſto Ieſu contuebantur, & remiſſum ab eo quod Lex laxare non poterat. Fides enim SOLA iuſtificat.* Gloſſa ordinaria in Epiſtolam Iacobi: *Abraham per opera quæ fecit, iuſtus non fuit, ſed fide SOLA.* Et ad Galat. 3. *Si Lex non iuſtificauit ſed SOLA fides, quare ergo poſita eſt Lex & data?* Haimo in Euangelio de circumciſione Chriſti de gẽtibus agens ita ſcribit: *SOLA tantummodò fide ſaluabantur.*

Hactenus probatum eſt, quòd rectè & piè ad cauendas corruptelas in doctrina de gratuita iuſtificatione addant pij Doctores particulam excluſiuam *SOLA*. Nunc autem aduerſariis breuiter reſpondebimus, qui hanc veram & catholicam doctrinam Eccleſiæ Dei, vel non recipiunt, vel corrumpunt. Sed quia nobis, de immota & infallibili veritate Dei, ex iis quæ diximus, conſtat, non iudicamus opus eſſe prolixa refutatione: ſed pauca ſolummodò adhibebimus, ex quibus de aliis non erit difficile iudicare.

Priuſquam autem ad Papiſtas veniam, pauca de Oſiandrica ſententia proponam, qui noſtra ætate mouit diſputationem de iuſtitia Chriſtiana. Huius cùm nouum ſit inuentum, ex mera ambitione natum, non eſt quòd magnopere laboremus in eo refutando. Nouitas enim per ſe ſuſpecta eſſe debet. Fatetur nobiſcũ Oſiander, homines iuſtos fieri iuſtitia Dei, dum credunt: ſed de iuſtitiæ huius definitione inter illũ & nos minimè conuenit. Is enim fingit homines credentes eſſentiali Dei iuſtitia iuſtos fieri: Nos verò impletionem Legis diuinæ in Chriſto, iuſtitiæ Chriſtianæ materiam eſſe defendimus. Iuſtitia Dei eſſentialis Oſiandro non eſt aliud, ſicuti ipſe fatetur, quàm ipſa diuina eſſentia.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſentià. Hanc ſuam opinionem ſophiſtica munit, A
primùm in hoc peccans, quòd non diſcernat in-
ter eam iuſtitiam, qua hìc iuſtificamur creden-
tes, & eam iuſtitiam, quam expectamus ſpiritu
ex fide: De qua Paulus ait: *Nos ſpiritu ex fide ſpem
iuſtitiæ expectamus.* Vt enim in hac vita imputa-
tione iuſtitiæ Chriſti iuſti coram Deo cenſe-
mur: ita in vita æterna conformitate noſtri cum
Deo in omni æternitate iuſti erimus, perfectè
ſancti & beati. Verùm ne in hac parte prolixior
ſim, vnam firmam demonſtrationem opponam B
opinioni Oſiandri, & ſimul definitionem iuſti-
tiæ, quam nos defendimus, firmiſsimam ex
Scripturis ponemus. Iuſtitia Dei eſſentialis,
non eſt Chriſti Dei & hominis, mediatoris in-
ter Deum & homines obedientia. Quia nihil
ea vtpote ipſa Diuinitate prius, ſuperius, po-
tentius & maius exiſtit, cuius non eſt obedire
ſed imperare. Verùm iuſtitia qua iuſtificamur
in Chriſtum credentes, eſt obedientia mediato-
ris Dei & hominis Ieſu Chriſti, quemadmodum C
Paulus clariſsimis verbis docet ad Romanos 5.
19. collationē inſtituens inter merita Adami, &
Chriſti mediatoris. Sic. n. ait: *Quemadmodū inobe-
diētia vnius* (Adami) *peccatores cōſtituti ſunt multi:
ita obedientia vnius* (Chriſti) *multi conſtituentur iu-
ſti.* Proinde iuſtitia qua iuſtificamur corā Deo,
non poteſt eſſe eſſentialis Dei iuſtitia, qua ipſe
eſſentialiter iuſtus eſt. Paulus ad Philippenſes
claudit hanc Chriſti obedientiam, quæ eſt no-
ſtra iuſtitia, quo ad tempus, non quo ad fru- D
ctum, termino crucis. Iam autem manifeſtum
eſt, eſſentialem Dei iuſtitiam nullis claudi ter-
minis: *Fuit*, inquit, *obediens vſque ad mortem cru-
cis*. Eſt autem Chriſti obedientia duplex, Le-
gis videlicet & crucis. Obedientia Legis à Chri-
ſto præſtita, ſed nobis credentibus imputata,
iuſti ſumus. Obedientia crucis purgamur à
peccatis.

Præterea cùm Paulus dicit Rom. cap. 10. verſ.
4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti,* E
manifeſtè oſtendit, quòd iuſtitia nobis impu-
tata ſit Legis impletio, & non eſſentialis Dei iu-
ſtitia, quæ à Lege minimè impetratur. Adhæc
Paulus ad Romanos cap. 8. verſ. 3. *Quod fieri non
potuit per Legem, hoc Deus præſtitit miſſo Filio, vt iu-
ſtitia Legis impleretur in nobis*, dum videlicet no-
bis credētibus à Chriſto imputatur. Quod autē
hæc Chriſti obediētia iuſtitia Dei dicatur, ideo
fit, quia eam promittit, efficit, & acceptam ha-
bet Deus. Eſt proinde accuratè diſcernendum F
inter iuſtitiam Dei eſſentialem, iuſtitiam Chri-
ſti nobis imputatam, iuſtitiam bonæ conſcien-
tiæ, & iuſtitiam (vt ita dicam) formalem. Iu-
ſtitia Dei eſſentialis cauſa eſt omnium bono-
rum, & fons vberrimus, nullis clauſus termi-
nis. Iuſtitia Chriſti mediatoris nobis imputata,
eſt eius obedientia, qua Deo obediens fuit &
in Lege, & in cruce vſque ad mortem crucis. Iu-
ſtitia bonæ conſcientiæ eſt fructus iuſtitię fidei,
videlicet cùm ex fide Deo obedimus, & nihil G
contra conſcientiam ſcientes & volentes com-
mittimus. Iuſtitia formalis, qua formaliter &
re ipſa iuſti erimus in vita æterna. Nihil hìc di-
cimus de iuſtitia politica, quæ eſt communis
piis & & impiis: Ita tamen vt cùm ad pios refe-
ratur, ſit pars iuſtitiæ bonæ conſcientiæ: At
cùm ad eos referatur qui ſunt extra Eccleſiam,
larua iuſtitiæ potius ſit quàm vera iuſtitia. Has
firmiſsimas rationes opponamus argutiis O-
ſiandri ab illo recens excogitatis, nihil ſoliciti
etiamſi ad omnia eius ſophiſmata reſpondere
nequeamus, & ſimus contenti veritate ipſa qua
nihil fortius.

Nunc ad Papiſtas veniamus, de quorum fun
damento priùs dicendum erit. Fundamentum
erroris Papiſtici eſt opinio partim politica, par-
tim Phariſaica. Cum politicis hominibus col-
locant iuſtitiam in externa Legis obſeruantia.
Cum Phariſæis pingunt hanc externam obe-
dientiam hypocriſi, & fuco humanarum tradi-
tionum inficiunt. Etſi autē in iuſtificatione im-
pij faciunt mētionem remiſsionis peccatorum:
Nam definiunt iuſtificationem impij eſſe remiſ
ſionem peccatorum & conſummationem bo-
norum operum: tamen in declaratione defini-
tionis ſuæ contritionem, confeſsionem & ſatiſ-
factionem mereri remiſsionem peccatorum do
cent. Deinde fidem formatam charitate iuſti-
ficare contendunt, quo dicto volunt ſignifica-
re, charitatem cum ſuo fructu, id eſt, bonis o-
peribus, eſſe formam iuſtitiæ, qua iuſtificamur
coram Deo. Ex quo patet, quòd iuſtitia quam
illi agnoſcunt, ſit monſtrum ex politicis & Pha-
riſaicis opinionibus de iuſtitia conflatum. Hoc
fundamento erroris Papiſtici euerſo, actum e-
rit cum toto ipſorum ædificio.

Quòd autem Deus externam obedientiæ
laruam non pro iuſtitia habeat, ex eo manife-
ſtum eſt, quòd ipſe ſit Spiritus, atque ideo ſpi-
ritualem obedientiam requirat Ioh. 4. 24. De-
inde hypocriſin omnem auerſatur Dominus
qui non facie rerum externa fallitur, ſed cor in-
tuetur. Hinc toties VAE in hypocritas pronun-
ciat Dominus Matth. 23. Humanas traditiones
reiicit Chriſtus Matth. 15. 9. & Marc. 7. 6. Ex E-
ſaiæ cap. 29. 13. *Fruſtra me colunt docentes doctrinas et
mandata hominum.* Et Ieremias: *In præceptis meis
ambulate, & non in præceptis Patrum veſtrorum.* Bre-
uiter, totum fundamentum Papiſtici erroris e-
uertit definitio iuſtitiæ Chriſtianæ, quam ſuprà
tradidimus, & confirmauimus, non eſſe in no-
bis qualitatem vllam, ſed obedientiam Chriſti
nobis imputatam. Eſt enim iuſtitia, qua credens
iuſtificatur, obedientia erga Deū, omnibus nu-
meris & gradibus abſoluta, nō à credente, ſed à
Chriſto facta & credēti imputata. Quantū autē
mali pepererit olim & pariat hodie Papiſtica i-
ſta opinio, manifeſtū eſt. Impedit. n. quo minus
inflati hac Phariſaica opinione ad Chriſtū ve-
niant. Qui enim malè agit, odit lucē, & nō venit
ad lucē. Deinde incitat eos ad perſequēdum ve-
ram doctrinam, & eos qui veram doctrinam re-
cipiunt, quemadmodum omnia tempora, &
quotidiana experiētia teſtantur. Semper enim
Sophiſtica tyrannide & hypocriſi ſinceritatem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gratuitæ iuſtificationis inuadunt,& euertere & abolere conantur,quod profectò non facerent, ſi ſeipſos rectè cognoſcerent: ſi Legem Dei ſpiritualem eſſe intelligerent: ſi finem aſſumptæ humanæ naturæ à Filio Dei rectè perpenderēt: ſi denique humiliationem Filij Dei vſq; ad mortem crucis,ea qua deceret humilitate coram maieſtate Dei ęſtimarent.Etſi autem rationes,quibus confirmauimus, ſola fide abſque operibus Legis hominē iuſtificari coram Deo, & quibus conuicimus,iuſtitiam, qua coram Deo conſiſtimus,non eſſe qualitatem in nobis,ſed obedientiam Chriſti nobis imputatam,ſatis pioru̅ mentes de vera ſentētia munire poſſunt:tamen prodeſt communes tenere regulas, ad quas recurrendum erit,quādo nos ſua ſophiſtica adoriuntur Papiſtæ. Vult enim Paulus Tito ſcribens,vt miniſter Euangelij ſit potens ad arguendu̅ eos per ſanam doctrinam qui contradicunt. Vult id cum modeſtia fieri 2.ad Timoth.3. Vult verbum Dei redargutionis regulam eſſe 2.Timoth. 3.16. *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad doctrinam, ad redargutionem,ad correptionem, ad inſtitutionem iuſtitiæ, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè inſtructus.* Etſi autem velle omnia ſophiſmata refutare perinde eſt,ac ſi quis tentaret ventos rete capere, & oleum manu retinere: tamen cùm cogitentur communes viæ, quibus veritatem inuadunt Sophiſtæ, poterit pius & prudens ex Scripturarum collatione fraudes deprehendere & declinare. Vias proinde ſeu acies quibus Papiſtæ veritatem Dei impugnant, primùm paucis notabo: Deinde quomodo ſit illis ex verbo Dei occurrendum,oſtendam.

Acies itaque quas aduerſus nos inſtruunt, multiplices & varię ſunt. Nunc enim verbis expreſsis, hoc eſt,claris mandatis Dei tanquam aperto marte pugnant: nunc exemplis agunt: nunc promiſsiones & comminationes vrgent: nunc fallacibus concluſiunculis quaſi velitationibus quibuſdam veritati inſidiantur: Nunc ad Patrum patrocinia confugiunt: nunc ex obliquo nos adoriuntur,vt incautos opprimant.

Cùm verbis expreſsis & claris Dei mandatis pugnant, videntur ſine dolo & aperto marte agere, vnde fit vt ſimpliciores & rudiores, ignaros Scripturæ faciliùs capiant, & in ſua caſtra abducant.

Verba expreſſa & clara mandata Dei ex multis hæc ſunt: Leuitici 18.5. *Cuſtodite Leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis.* Deuteron. 4.1. *Audi præcepta & iudicia,quæ ego doceo te,vt faciens ea viuas.* Deuteron.30.19. *Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem,elige ergo vitam,vt et tu viuas & ſemen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius.* Chriſtus qui eſt ipſa veritas Matthæi 19.17. clarè ait: *Si vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.* Paulus Rom.2.13. *Non auditores Legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores Legis iuſtificabuntur.* Iacobi 2.20. *Vis autem ſcire ô homo inanis, quòd fides ſine operibus mortua ſit.* Ibidem 24. *Videtis quòd ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tan-*
A *tùm.* Huiuſmodi dicta cumulāt aduerſarij, quæ, cùm manifeſtè pronunciant,vitam victuros Legi obtemperantes, atque adeo iuſtos eſſe Lege, faciliùs rudiores capiunt, & alienant illorum animos ab Euangelio, quod offert gratuitam iuſtitiam & vitam æternam credentibus.

Sed quid ad hæc tam clara & perſpicua teſtimonia reſpondendum eſt? Ex omnibus his & ſimilibus dictis, vbicunque occurrunt, concluditur infallibilis iudicandi regula de omnibus
B & ſingulis hominibus abſque omni exceptione. Regula autem hæc eſt. *Omnes facientes Legem Dei iuſtificātur Lege, & iuſtificati ex Lege viuent.* Hāc regulam quæ erit propoſitio in ſyllogiſmo practico, veriſsimam eſſe & infallibilem, fatendum eſt. Non enim hominem habet autorem, quem aliquid excipiendum ex generali regula fugere poterat,vt in artibus & iure ciuili plerunq; accidit: ſed Deum ipſum, quem nihil fugere poterit, vt qui ipſa ſapientiſsima veritas ſit. Quare hanc
C regulam omnes qui verbum Dei in vllo precio habent, amplecti oportet multò firmiùs quàm Euclidis principia, quibus ipſa natura fert teſtimonium. Nam hîc naturæ autorem teſtem habemus. Verùm non ſatis eſt regulam certam & omnino conſtātem eſſe, ſed accommodanda eſt regula ſine dolo & ſine hypocriſi omnibus in genere & ſingulis in ſpecie hominibus. Quod ſi rectè facerent Papiſtę, nō tam impudenter eam gratuitæ iuſtificationi opponerent. Quomodo
D autem hæc regula rectè accommodanda ſit, diſcamus à ſanctiſsimo Dauide, dicente Pſal.130.3. *Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit?* Itē Pſal.143.2. *Ne intres in iudicium Domine cu̅ ſeruo tuo, non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Hæc ergo regulæ applicatio iuſta erit: Omnes faciētes Legē Dei iuſtificantur Lege, & Lege iuſtificati viuent. Sed nullus mortaliu̅ facit Legē, excepto vno Ieſu Chriſto. Ergo nullus mortalium iuſtificatur Lege, nec Lege iuſtificatus viuet.
E Hic ſyllogiſmus practicus nō fuit ocioſa ſpeculatio in Dauide, qualis eſt in hypocritis, qui lumen Euāgelij fugiunt, ſed eum acutiſsimus ſenſus in eius conſcientia luctātis cum Legis damnatoria ſententia excipit. Sentit enim ſe procul abeſſe à Legis iuſtitia, cogitat ſententiam Legis & iudicium Dei in trāſgreſſores. Nam vt ex ſyllogiſmo practico, quem poſuimus, intellexit & ſenſit ſe procul abeſſe à iuſtitia Legis, & vita, quam Lex perfectè Legem implētibus promit-
F tit: ita ex Legis ſentētia damnatoria ſe ſub damnationis iudicio iacere concluſit hoc modo: Omnis qui Legem nō impleuerit, maledictus eſt, iræ Dei & æternis pœnis ſubiectus. Nec ego nec alius quiſquam mortalium Legem implemus. Igitur & ego & alij mortales omnes maledicti ſumus, irę Dei & æternis pœnis ſubiecti. Propoſitio ſententia Legis eſt, Deut.27.26. *Maledictus omnis qui non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis.* Aſſumptionem Dauid ipſe agnoſcit
G veriſsimam eſſe cum concluſione, quando ait: *Si intres in iudicium cum ſeruo tuo, non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Item: *Si iniquitates obſer-*

uaueris

naueris Domine, quis ſuſtinebit? id eſt, quis non ſubiacebit iudicio damnationis æternæ. Horum ſyllogiſmorum prior, concludit communem reatum omnium hominum. Poſterior pœnam. Vnde Dauid compellitur ad quærendam propitiationem. Quare huic conſcientiæ ſuæ πράξει ſubiūgit: *Sed apud te propitiatio eſt, vt timearis.* Hinc apparet quomodo lex ſit pædagogus noſter ad Chriſtum.

Peccatrix Luc. 7. ex his ſyllogiſmis practicis ſuum reatum intelligens, & ſentiens iram Dei, & guſtū æternæ damnationis, confugit ad Chriſtum propitiatorem, cui Dominus non proponit regulam examinis cōſcientiæ. Nam iam antea malleo Legis erat veluti contuſa, ſed dicit ei: *Fides tua te ſaluauit.* Verùm adoleſcentem Matth. 19.21. quærentem quid faciat vt poſsit vitam æternam conſequi, mittit ad regulam, dicens: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Nam iuxta regulam, ſeruans mandata iuſtus eſt & viuet. Sed cùm ille hypocrita eſſet, & diceret ſe omnia quę Legis ſunt, impleuiſſe à iuuentute ſua, Dominus illum ab errore reuocaturus, ait: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni & ſequere me.* Quid hîc fit? Triſtis diſcedit, vulnere in conſcientia accepto. Anteponit enim ſuas diuitias obedientię erga Deum contra primum præceptum. Vnde ſe reum eſſe coram Deo ſentit. Nam hæc Legis extrema voluntas eſt, vt obedientiam erga Deum omnibus rebus vel chariſsimis anteponamus, quod qui non facit, ſententia Legis damnatus eſt. Etſi autem facultates vendere & dare pauperibus, non eſt vniuerſale præceptum, omnes obligans in ſpecie facti: tamen genus facti ſub Lege continetur, quod eſt, obedientiam erga Deum omnibus præferendam eſſe. Abraham accepto mandato de offerendo filio, ſi non paruiſſet, ſententia Legis fuiſſet damnatus. Nam filium antepoſuiſſet Deo. Saul accepto mandato de occidendo Agagh rege Amalech non paruit. Quare à Deo reiicitur, vt qui obedientiam erga Deum poſtpoſuerit vitæ hoſtis Dei. Nam cùm Lex dicit Exod. 20.3. *Non habebis Deos alienos coram me,* obedientiam poſtulat in omnibus quæ Deus mandat, ſiue in vniuerſum omnibus, ſiue ſigillatim certis perſonis aut populis.

Porrò aſſumptionem prioris ſyllogiſmi practici quem propoſuimus, Paulus ſex firmiſsimis demonſtrationibus confirmat, quas tenere vtile eſt, vt ſimus inſtructiores aduerſus Papiſtas. Harum prima ſumitur à communi humanæ naturæ prauitate, ad Rom. 5. & ad Epheſ. 2. Secunda ab vniuerſali experientia, ad Rom. 1. Tertia à iudicio Dei punientis omnes homines propter peccatum, ad Rom. 1. Quarta ab apertis Scripturæ pronunciatis, ad Rom. 3. *Non eſt iuſtus ne vnus quidem.* Quinta à repugnantibus Legis diuinę & humanę naturę poſt lapſum, ad Rom. 7. Sexta à neceſsitate mediatoris, ad Gal. 2. Harum demōſtrationum explicationem & declarationem iuſtam vide in Commentariis noſtris in Epiſtolam ad Rom. & in Pſal. 84.

A Ex dictis ergo Scripturæ quæ aſcripſimus, &
ſimilibus, non colligitur quid valeat homo poſt
lapſum, ſed quid potuerit ante lapſum, & quòd
nunc poſt lapſum debitor ſit, reus & damnatus,
niſi aliunde illi ſuccurratur. Atque hoc eſt quod
Paulus ait ad Gal. 3.22. *Cōcluſit Scriptura omnia ſub
peccatum, vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.*
Nam vt rex ille Matt. 18. iuſtè exigit decem
millia talenta ab eo qui debuit, etſi is non
habuit quod ſolueret, idque ideo fecit, vt pau-
B per ille agnito debito, & ſua inopia, & commerita
pœna, ſi non ſolueret, confugeret ad miſericordiam
regis, vt debitum ſibi ex gratia condonaretur:
ſic Deus ſua Lege exigit plenam, perfectam,
perpetuam & ſpiritualem obedientiam,
quam nos cùm patre noſtro, creato ad ſimilitudinem
Dei, debemus, & minatur pœnas æternas
hoc debitum non ſoluentibus. Sed quare
hoc facit? vt agnito debito, intellecta inopia noſtra,
& pœna commerita, confugiamus ad miſe-
C ricordiam in Chriſto Ieſu propoſitā & promiſſam
credentibus. Hoc ipſum teſtatur Auguſtinus
in lib. de correptione & gratia cùm ait: *O
homo in præceptione cognoſce, quid debeas habere, in correptione
cognoſce, tuo te vitio non habere, in oratione cognoſce,
vnde accipias quod vis habere.* Proinde, vt vno
verbo dicamus, ideo requiritur Legis obſeruatio
ad iuſtitiam, vt agnoſcamus, nos nihil habere
iuſtitiæ, nec in nobis, nec à nobis, vtque agnita
miſeria noſtra, cōfugiamus ad Chriſtum, qui
D eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti, vt qui
gloriatur, in Domino glorietur. Si Papiſtæ rectè
perpendiſſent dictum Pauli quod aduerſus
gratuitam iuſtificationem torquent ex 2. cap. ad
Rom. *Non auditores Legis iuſti ſunt apud Deum, ſed
factores Legis iuſtificabuntur,* & ſcopum Paulinæ
diſputationis ſibi ob oculos poſuiſſent, intellexiſſent
proculdubiò, Paulum nihil aliud eo dicto
voluiſſe, quàm quod & ex illo & multis aliis
concludit, videlicet neminem iuſtum eſſe Lege
E cùm tantùm factores Legis, quales nullos eſſe
iuſta diſputatione confirmat, iuſtificabuntur.
Eodem planè pertinet dictum Chriſti Matth.
19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Hîc Chriſtus
monet vt legiſperitus iuuenis ſua iuſtitia
tumens accommodet regulā ad πρᾶξιν conſcientiæ
ſuæ. Quod cùm faceret peccatrix, Luc. 7. nō
audit à Chriſto: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata:*
ſed, *Fides tua te ſeruauit,* ſignificans eam iam
habere ex gratia, quod naturæ viribus obtinere
F non potuit. Rectiſsimā proinde viam vitę monſtrat
Dominus ſuperbo Phariſæo, quam etſi ſciuit
Phariſæo impoſsibilem eſſe: tamē vt iuſtam,
veram & debitam illi propoſuit, non alio ſanè
conſilio, quàm vt Phariſęus in ſeſe deſcenderet,
agnoſceret debitum, miſeriam & iuſtam pœnā,
& ita confugeret ad miſericordiam Dei, vt viam
gratiæ in Chriſto Ieſu ad vitam æternam inueniret.
Eſt enim duplex via vitæ æternæ: Vna
per legem, quę etſi iuſtiſsima eſt, tamen à nullo,
G niſi ab vno Ieſu Chriſto calcata eſt. Altera per
gratiam in Chriſto Ieſu; de qua ipſe Dominus
ait: *Ego ſum via.* Illa oſtēditur, vt hæc quæratur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Illa impoſsibilis per naturam, hæc poſsibilis
per gratiam. Nam Chriſtus Ieſus Legem im-
plet, vt non implenti ſed credenti iuſtitiam Le-
gis à ſe factam impertiat. Ad dictum quod ex Ia-
cobo adducunt, reſpondebo vbi ſecundam a-
ciem Sophiſtarũ aggrediemur. Hîc autem duo
firmamenta teneamus: Vnum, quòd nemo poſ
ſit Legis operibus conſiſtere coram Deo, ſed o-
mnes obnoxij ſint & rei. *Quis poteſt*, ait Salomon
Prouer. 20. 9. *dicere: purum eſt cor meum, & mundus
ſum à peccato. Vnus eſt*, inquit Auguſtinus, *qui &
carnem habere & peccatum potuit non habere*. Alte-
rum, quòd ideo exigatur Legis perfecta obedi-
entia, etſi nobis impoſsibilis eſt, vt omne os ob-
ſtruatur, vt omnes confugiant ad propitiatoriũ,
Chriſtum Ieſum, ſine quo nemini cõtinget ſpe-
culam beatitudinis conſcendere.

Etſi autem Papiſtæ intelligunt, ſe victos eſſe
demonſtrationibus quas adduximus: tamen ne
videantur turpiter cauſa cadere, adferunt quæ-
dam ex Scripturis, quæ videntur non poſſe ſta-
re cum ſententia quam ex Scripturis probaui-
mus: Atque ita Scripturæ Scripturam oppo-
nunt, quaſi Spiritus Dei qui in Scriptura loqui-
tur, ſibi ipſi cõtrarius eſſet. Sed audiamus, quid
adferant.

Quinque ſunt præcipua argumenta veluti
ſubſidiarij milites primę aciei, quam Papiſtę ad-
uerſus gratuitam iuſtificationem inſtruunt. His
enim mandata Dei de præſtanda Lege & iuſti-
tia legali poſsibilia eſſe cum Pelagianis conten-
dunt. Primum petunt ex 30. 11. capite Deutero-
nomij, vbi hęc ſunt Moſis verba: *Mandatum quod
ego præcipio tibi hodie, non eſt ſupra te neque procul po-
ſitum*. Secundum mutuantur à Iohanne 1. Ioh. 5.
3. *Mandata eius grauia non ſunt*. Tertium Paulo e-
ripiunt ad Rom. 13. 8. *Qui diligit proximum, Legem
impleuit*. Quartum ex 2. 14. ad Rom. ſumũt: *Gen-
tes quæ Legem non habent, naturaliter quæ Legis ſunt,
faciunt*. Quintum à politicis legiſlatoribus acci-
piunt, qui ſi impoſsibilia præceperint, tyranni
audiunt. Lex ſiquidem impoſsibilis, tyrannica
eſt. His rationibus Papiſtæ veritatem Dei oppu
gnant de gratuita iuſtificatione. Sed videamus,
quantum valeat vnaquæque earum.

Primùm itaque cùm opponunt nobis dictum
Moſis, videlicet: *Mandatum quod præcipio tibi hodie,
non eſt ſupra te, neque procul poſitum*, non diſcernũt
inter notitiam & obedientiam. Notitia Legis
clara & perſpicua eſt. Verbis enim minimè am-
biguis à Moſe propoſita eſt. Obedientia autem
non reſpondet notitiæ, idque hominis culpa,
ſicuti ſuprà à nobis probatum eſt. Hanc reſpon-
ſionem confirmat textus Hebraicus: *Mandatum
quod præcipio tibi hodie, non eſt occultum à te*.

Porrò non eſt prætereundum, quòd Paulus
mandatum, cuius hîc fit mentio, interpretetur
verbum fidei ad Rom. ſignificans non Legem
tantùm mandati nomine deſignari: ſed in gene-
re totam doctrinam Dei quæ Euangelium ſub
ſe comprehẽdit, cui qui credit, donatur iuſtitia
Chriſti, qua Legi ſatisfit & regeneratur Spiritu
Sancto, qui potenter in credentibus eſt efficax.

A Secundum argumentum ſubſidiarium de-
promunt ex 1. Iohan. 5. *Mandata eius grauia non
ſunt*. Hîc primùm impingunt Papiſtæ, quòd di-
ctum quod ſolis credentibus Iohannes accom-
modat, promiſcuè ad omnes referunt, quaſi A-
poſtolus loqueretur de humanis viribus qui-
bus Lex Dei præſtari poſsit. Deinde in eo pec-
cant, quòd ſimpliciter accipiunt quod Iohan-
nes comparatè intelligit. Nam Lex ipſa per ſe &
in ſe conſiderata nec grauis nec leuis dici po-
B teſt, ſed quatenus accommodatur hominibus,
grauis & leuis dicitur pro hominum diuerſita-
te. Nam ſi iis accommodatur qui ſunt in carne,
& non credunt in Ieſum Chriſtum, grauiſsima
eſt, quia eos magno põdere, nempe maledictio-
ne grauat & deprimit. At ſi accommodatur cre-
dentibus in Chriſtum, grauis non eſt, cùm quia
liberati ſunt à pondere Legis, hoc eſt, à maledi-
ctione, tùm quia donati Spiritu Chriſti delectã-
tur Lege Dei: tametſi grauiſsimam luctam car-
C nis aduerſus ſpiritum ſentiunt: in qua tamẽ lu-
cta ſuperiores euadunt per fidem, quę eſt mun-
di victoria. Non ergo Iohannes affirmat, Legem
non eſſe grauem, hoc conſilio, quaſi aliquis im-
munis poſſet à peccato eſſe. Nam ipſe dicit: *Si di-
xerimus, quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeduci-
mus*. Sed ideo, quia non grauat ſuo pondere cre-
dentes, qui non ſunt ſub Lege, ſed ſub gratia.

Tertium ſubſidiarium argumentum à Paulo
petunt ex cap. 13. ad Rom. *Qui diligit proximum, Le-
D gem impleuit*. Hîc Paulum Paulo opponunt, ſeu
potius Spiritum Sanctum (qui in Paulo loqui-
tur) ſibiipſi. Nam in 1. 2. 3. 5. 7. capitibus eiuſdem
Epiſtolæ firmiſsimis rationibus cõuictus negat
vllum Legem Dei implere poſſe. Quare fieri nõ
poteſt vt in 13. eiuſdem Epiſtolæ affirmet, quod
tãta in ſuperiorib. aſſeueratione negauit. Quid
ergo ſibi vult hoc dictum Pauli? *Qui diligit proxi-
mum, Legem impleuit*. Sciendum eſt, quòd duplex
ſit impletio Legis, videlicet ſecundùm partes, &
E ſecũdùm gradus partium. Illa eſt omnium pio-
rum, hæc ſolius Ieſu Chriſti, quæ requiritur ad
iuſtitiam formalem Legis. Cùm ergo Paulus di-
cit: *Qui diligit proximum, Legem impleuit*, ſcilicet ſe-
cundùm partes, nõ enim adulterium commit-
tit, non occidit, nõ furatur, non falſum teſtimo-
nium dicit, non concupiſcit, &c. Rom. 13. Sed ta-
men qui ſic diligit, nõ implet Legem ſecundùm
gradus partium, quod requiritur ad iuſtifica-
tionem legalem.

F Quartum argumentum ſubſidiarium ſumũt
etiam ex Paulo, ex 2. cap. ad Rom. *Gentes quæ Le-
gem nõ habent, naturâ quæ Legis ſunt, faciunt*. Quòd
Paulus hìc nõ loquatur de plena inobedientia
erga Legem Dei, ex diſputationis, quam inſti-
tuit, ſcopo, intelligitur. Scopus enim diſputatio-
nis Paulinę eſt, confirmare, quòd nec Iudæi, nec
Gentes, nec adeò vllus homo iuſtificetur ex Le-
gis operibus.

Quid ergo ſibi volunt hæc Pauli verba? Ab
G effectis tamquam ex certiſsimis indiciis colligit
cauſam, hoc eſt, ab externis operibus Legis con
cludit Gentes habuiſſe naturalem Legis intelli-
gentiam,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gentiam, vt ignorantiam non poſsint prætendere, quin iure ſint damnabiles, vtpote Legis diuinæ tranſgreſſores.

Quintum ſubſidiarium argumẽtum eſt hoc: Si Lex eſt impoſsibilis, Deus eſt tyrannus. Nam obligatio ad impoſsibile eſt tyrannica. Reſpondeo ad probationem, quę non eſt in vniuerſum vera. Nam duplex eſt obligatio ad impoſsibile: Vna iuſta, altera tyrãnica. Iuſta eſt, quoties impoſsibile, quod exigitur, eſt iuſtũ debitum, impoſsibile factum culpa debitoris, Matth. 18. Iam autem cùm homo ſit conditus ad imaginẽ Dei, poterat ante lapſum implere Legem, quæ facta eſt impoſsibilis poſt lapſum, idq́; hominis culpa à quo propagati ſumus, & in quo perdidimus facultatem præſtãdi Legem. Tyrannica obligatio ad impoſsibile eſt, cùm homo à ſuperiore citra ſuam culpam obligatur ad id quod per ſe & ſimpliciter eſt impoſsibile. Cùm ergo Lex Dei obliget ad impoſsibile quod iure debemus, duo mẽte ſeria cogitemus, videlicet ſummam iuſtitiam, & immẽſam miſericordiam Dei. Iuſtitiam quidẽ, quia Deus iuſtè exigit quod ſibi iure debetur. Miſericordiam verò, qua agnoſcentibus debitum ex gratia omnia condonat, ne ſentẽtia Legis oppreſsi pereant. Atq; hoc eſt quod aurea illa ſentẽtia vult, quæ eſt Ioh. 3.16. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, nõ pereat, ſed habeat vitam æternam.*

Secunda acies, quam inſtruunt Sophiſtę aduerſus gratuitam iuſtificationem, exemplis conſtat ſanctorum, quos armatos, vt illi putãt, propria iuſtitia, tanquã gigantes inuictiſsimos aduerſus nos producũt. Inter multos hi ſunt: Iob, Abraham, Phinees, Zacharias, &c. Hos ſi ſpoliauerimus armis, id eſt, propria iuſtitia, qua Lex Dei ab illis impleta falsò dicitur, facilè alios in fugam vertemus.

Iob, inquiunt, non hominis, ſed Dei teſtimonio, propria armatum iuſtitia vobis obiicimus, de quo in hũc modum ſcribitur, Iob. 1.8. *Et dixit Dominus ad Sathanam: Appoſuiſti ne cor in ſeruũ meũ Iob? Non eſt enim illi homo ſimilis ſuper terrã, vir perfectus ac rectus, timens Deum ac recedens à malo.* Hoc Dei teſtimoniũ de Iob viro ſancto & iuſto Pelagiani & Papiſtæ producunt, vt vniuerſalẽ regulam, qua omnes homines pronunciantur iniuſti & rei coram Deo, euertant, ac ſtabiliant iuſtitiam operum cum Phariſæis & hypocritis omnium temporum. Sed quid nos hìc dicemus? Quomodo huic giganti occurremus? num pręclarum hoc teſtimonium, quo laudatur Iob, cõtrariũ eſt teſtimonio Dauidis, qui ait Pſal. 143.2. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens?* num ſapientiſsimum Salomonẽ mendacij arguit, qui ait Prou. 20.9. *Quis poteſt dicere: mundũ eſt cor meum, & purus ſum à peccato?* Nunquid aduerſatur Paulo, qui magna aſſeueratione poſt Dauidẽ & Salomonem ait: *Non eſt iuſtus ne vnus quidem.* Rom. 3.10. Item: *Omnes peccauerunt.* Item Eph. 2.3. *Omnes naturâ*, id eſt originaliter, *ſunt filij iræ?* Abſit vt cogitemus, Spiritũ Dei in Dauide, Salomone. Paulo, contra teſtimonium Dei loqui, quod hìc Iob

A perhibetur, vel ſentiamus teſtimonium Dei de Iob aduerſari Spiritui Sancto in Paulo, qui omnia (id eſt, & homines & eorũ omniũ opera, cogitata, verba & facta) cõcludit ſub peccatum, vt omnium miſereatur. Certè cùm Iob ipſe redemptorem agnoſcit, ſe captiuum ſub peccato fatetur. Quid ergo dicemus? Quoniam Paulus vult omnem prophetiam, i. Scripturę interpretationem, eſſe analogam fidei, & idem affirmat, nihil placere Deo ſine fide, neceſſe eſt vt hoc B pręclarũ teſtimonium Dei de Iob ſeruo Dei intelligamus de Iob cõuerſo per fidẽ in eũ quem agnoſcit redemptorẽ. Quare hoc teſtimonium non ad iuſtificationis cauſas, ſed ad fructus iuſtitiæ referendum eſt. Sed videamus penitiùs, quale ſit hoc teſtimonium Dei de ſancto viro Iob. Sunt autem huius teſtimonij quatuor partes, quæ veræ fidei certiſsima ſunt indicia.

Prima: Dicitur fuiſſe perfectus, non quòd Legem Dei perfectè impleuerit ſecundùm gradus C partium, vt ſomniant Papiſtæ: ſed ꝙ obedientiã erga Deum antepoſuerit omnibus rebus mũdi ſine hypocriſi. Talis fuiſſe Noë prædicatur. Tales ſunt omnes, qui fidẽ Chriſti nõ mentiuntur.

Secunda: Prædicatur rectus fuiſſe, vt qui nec in publicis negotiis, nec in priuata vita, vel ad dexteram vel ad ſiniſtram declinauerit, ſed rectà ad metam in omnibus ſuis actionibus contenderit, videlicet ad gloriam Dei & vtilitatem proximorum, nec fauore aut odio, nec promiſ-D ſionibus aut minis corruptus.

Tertia: Timens Deum dicitur. Hic timor Dei cauſa eſt ſuperiorum, qui cùm ſanctus ſit, à fide proficiſcitur, & tendit ad meditationem & curã vitæ regendæ ad regulam voluntatis Dei. Hic timor vt cauet omnem Dei offenſam: ita ſtudet in omnibus ſe Deo pia obedientia approbare.

Quarta: Et recedẽs à malo, ſcilicet occaſiones, conſilia & exẽpla mali vitando, prauos affectus cohibendo, & ſe continuò in veræ pietatis exer-E citiis exercendo.

Habemus, qualis fuerit Iob ad Deũ cõuerſus, planè Abrabamo patri noſtro ſimilis, in cuius veſtigiis inſiſtere oportet omnes Abrahæ filios, h.e. omnes credentes. Et quãuis in omnib. non ſunt pares progreſſus: tamen volũtas ſimilis & propoſitum requirũtur, quod fit cùm retinetur fides & bona conſcientia. Etſi autem Dauid ſua peccata agnoſcit & deplorat, & clarè ꝓnunciat, neminem corã Deo iuſtificari operibus ſuis: tñ F ſibi hæc quatuor, quæ ſancto Iob tribuuntur, etiam tribuit. De primo & ſecũdo loquitur Pſal. 25.21. *Perfectio & rectitudo cuſtodiant me.* Timorem ſibi tribuit Pſal. 86.11. *Lætetur cor meum, vt timeat nomẽ tuũ.* Cũ hoc timore ſẽper cõiungitur quartũ, quod eſt, declinare à malo, vt eſt in Pſ. 34.15.

Huc aſcribamus etiam Auguſtini reſponſum datum Pelagianis lib. 2. cõtra Pelagianos. *Primis verbis*, inquit, *ex hominũ qui ſunt in terra cõparatione laudatur: proinde omnibus qui tunc in terra iuſti eſſe po-G tuerũt, antecellebat. Nõ ergo ipſe ꝓpterea nullũ peccatũ omnino habebat, quia in profectu iuſtitiæ cæteros anteibat. Deinde adiũgitur, ſine querela, de quo nemo iuſtè*

quereretur. Iuſtus, qui tãta morũ probitate ꝓfecerat, vt nullus ei eſſet æquãdus, verus Dei cultor, qppe etiã ſuorũ peccatorũ verax humiliſq; cõfeſſor. Abſtinẽs ſe ab omni opere malo, mirũ ſi etiã ab omni verbo & cogitatu malo. Quantus quidẽ Iob fuerit, ignoramus: ſed nouimus iuſtũ, nouimus etiã in perferendis horrendis tribulationũ tentationibus magnũ, nouimus nõ propter peccata, ſed ꝓpter eius demonſtrandã iuſtitiã illa omnia fuiſſe perpeſſum. Veruntamen hæc verba quib. à Domino laudatur, poſſũt etiã de illo dici, qui cùm delectatur Lege Dei ſecundũ interiorẽ hominem, vidit aũt aliam Legem in membris ſuis repugnantem Legi mentis ſuæ, præſertim quia dicit: Nõ quod volo, facio bonũ: ſed quod odi malum, hoc ago. Si aũt quod odi malum, hoc facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Hactenus Auguſtinus: cuius ſentẽtię hęc sũma eſt, ꝙ aliud ſit corá Deo reũ peragi, aliud corá hominib. Apud illũ nemo innocens, homines tátùm faciẽ intuentur. Præterea Deus de cõuerſis iudicat nõ ex natura ſed ex gratia, qua ipſe eos diligit, & peccata illorum tegit. Sed qd multis? Ipſe Iob ſe in caſtra noſtra recipit, cum ait 14. 4. *Quis dabit mundũ ex immũdo? ne vnus quidẽ.* Itẽ 19. 25. *Scio ꝙ redemptor meus viuit.*

Quid ergo ſibi vult, ꝙ Iob ipſe diſputás cum amicis ſe innocentẽ & à peccato mundũ longiſſima oratione contẽdit? Amici Iob cõmuni omnium carnaliũ argumento, à præſentibus calamitatib. deſumpto, nitũtur probare ipſum Iob, & in Deũ impium & aduerſus ꝓximos iniuſtũ. Ná inter alia Eliphas Iob in hunc modũ alloquitur. Iob 4. 7. *Recordare obſecro te, quis vnquã innocẽs periit: aut, quãdo recti deleti ſunt? Quin potiùs vidi eos qui operãtur iniquitatẽ et ſeminãt dolores & metũt eos, quòd flatu Dei pereunt, & ſpiritu furoris eius deficiunt.* Hoc argumentũ carnalium hominũ eſt, qui afflictiones præſentes ſanctorũ, indicia iræ diuinę interpretátur. Non intelligũt prouidentiá Dei, qui mirabiliter agit cum Sanctis ſuis in terra, vt ſint æternùm beati in cœlo. Nõ ſciunt iudicium Dei à domo Dei inchoandũ eſſe. Non diſcernũt inter probationẽ ſeu caſtigationem filiorum & ſupplicia impiorum. His reſpondet Iob, & prouocat ad ſuam innocentiá, quá non opponit iudicio Dei, ſed amicorũ ſuorũ & hominum carnalium errori. Sic Dauid ſæpè prouocat ad ſuá iuſtitiam, ad innocentiam manuum ſuarum, ad conſcientię teſtimonium, quæ opponit peruerſo hominum iudicio & errori malè iudicantium de ſeruis Dei, qui in hac vita ſæpè plus quàm hoſtes Dei affliguntur.

Deinde Abrahamũ operibus armatũ, ſed inuitũ, contra nos producunt, quẽ & fide & operibus iuſtum eſſe factũ contendunt. Et vt magis nobis terribilis eſſe videatur, adiungunt ei Iacobum Apoſtolum tanquam παραστάτην, qui in hũc modum de Abrahamo ſcribit cap. 2. 20. *Vis noſſe ô homo inanis ꝙ fides ſine operibus mortua ſit, Abraham pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt oblato ſuo filio Iſaach ſuper altare? Vides ꝙ fides cooperata fuerit eius operibus, et ex operibus fides perfecta fuerit, atq; impleta fuerit Scriptura quæ dicit: Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam, & amicus Dei vocatus eſt. Videtis igitur ꝙ ex operibus iuſtificatur homo, et*

A *non fide tantùm?* Hactenus Iacobus. Nos primùm hìc videamus argumenti ſummá. Deinde verba examinemꝰ, vt appareat, vbi Papiſtæ impingát.

Argumenti pręſentis, quo ſupercilium hypocritarũ deiicit Apoſtolus, ſumma hæc eſt: Qualis fuit fides Abrahæ, talis & aliorũ credentium eſſe debet. (Nam is pater credentium propterea dicitur, quòd credẽtes eius fidem imitari debeant.) Sed Abrahæ fides habuit adiunctam obedientiam erga Deum. (Nam tanti fecit obe-
B dientiam erga Deum, quòd potiùs voluerit ad mandatum Dei vnicum mactare filium, quàm Deo non obedire.) Ergo & aliorum fides opera adiuncta habere debet. Quæ, ſi non habuerit, nõ vera, ſed ficta eſt & hypocritica, vnde nõ immeritò inanis & mortua cenſenda eſt. Hæc argumenti ſumma eſt, quam omnes pij abſque omni dubio recipiunt & amplectuntur. Iam verba Apoſtoli, quæ à ſophiſtis contra gratuitam iuſtificationem torquentur, perpendamus.

C Primùm ergo occurrit verbum iuſtificandi, de cuius ſignificatione non conuenit inter nos & Papiſtas. Omnibus notum eſt, verbum Iuſtificandi non eodem modo accipi. Nunc enim ſignificat ex iniuſto iuſtum fieri, ſeu à reatu abſolui: Nunc iuſtum declarari & oſtendi. Papiſtæ in priori ſignificatione verbum iuſtificandi accipiunt: nos autem in poſteriori. Quòd nõ poſsit verbum iuſtificari hoc loco accipi, vt Papiſtæ volunt, ex regula ſuperiùs demonſtrata certiſ-
D ſimum relinquitur. Nam ſoli facientes Legem eamq́ue perfectè implentes (quales nulli ſunt, vt Paulus iuſtiſsima diſputatione confirmat, & nos eius confirmationis capita ſuprà annotauimus) iuſtificátur ex operibus Legis. Quare neceſſe eſt, vt poſteriorem ſignificationem verbi iuſtificandi hoc loco apud Iacobum amplectamur. Quod ſi fecerimus, ſententia Iacobi habebit totius Scripturę conſenſum. Sin minùs, Spiritus Dei in Apoſtolis Iacobo & Paulo ſibi ipſi
E contrarius erit, id quòd ſanè vel cogitare horrendum fuerit.

His addamus tres firmiſsimas demonſtrationes, quibus fulcietur noſtra interpretatio. Sunt autem hæ:

Prima ſumitur à ſcopo diſputationis Iacobi, qui non inſtituit, vt Paulus ad Romanos & Gal. diſputationem de cauſis iuſtificationis, ſed tantùm oſtendit, ex quibus effectis, tanquam certis indiciis, iuſtificatio gratuita colligi, & hominũ
F oculis quaſi ſubiici poſsit. Nam vt ſunt duo rerum principia: vnum exiſtentię, alterum cognitionis: ita ſciendum eſt, aliud eſſe cauſam vnde iuſtificatio exiſtit, aliud effectum, ex quo iuſtificatio cognoſcitur. Hæc qui confundit, perturbat ordinem rerum diuinitus ſancitum, & denſiſsimis ignorantiæ tenebris inuoluitur. Cùm igitur maximus ſit error & planè intollerabilis, ex effectis cauſas facere eiuſdem reſpectu, nullo modo ferẽdi ſunt, qui ſcopi diſputationis Iaco-
G bi & propoſitionis probandæ obliti in ſublime feruntur, & conantur Pauli doctrinam de gratuita iuſtificatione conuellere, cùm longe alius

fuerit

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

fuerit ſcopus Paulo quàm Iacobo. Paulus enim cauſam iuſtificationis quærit, Iacobus eiuſdem effecta producit. Paulus docet, quomodo iuſtificemur, Iacobus quomodo iuſtificati eſſe declaremur. Paulus excludit opera à iuſtificationis cauſis, Iacobus includit eadem in iuſtificationis effecta. Paulus negat opera præcedere iuſtificãdos, Iacobus affirmat opera ſequi iuſtificatos. Cùm tãtum ſit diſcrimen inter conſilium Pauli & Iacobi, quis non videt Sophiſtarum vanitatem, qui Apoſtolos Chriſti tanquam aduerſarios inter ſe committunt?

Secunda ſumitur ab ordine cauſarum & effectuum. Gen. 15. 6. teſtimonio Dei pronunciatur Abraham fide iuſtificatus eſſe: *Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam.* Hoc autẽ contigit 30. ad minimum annis, antequam mandatum acciperet Abraham de offerendo filio ſuo Iſaach Gen. 22. Quomodo ergo fieri poteſt, vt eo opere iuſtificatus eſſe dicatur, quod facere propoſuit trigeſimo anno poſtquam diuina voce iuſtificatus eſſe pronũciaretur? Proinde neceſſe eſt iuſtificari apud Iacobum non ſignificare ex iniuſto iuſtum fieri, & à reatu abſolui, ſed iuſtificatum declarari operibus. Sunt enim opera certiſsima viuæ fiduciæ indicia.

Quòd autem verba Moſis: *Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam*, non ſint accipienda vt prophetia, ſed vt res geſta, conuincũt hæc Pauli verba ad Rom. 4. 10. *Quomodo ergo imputata eſt?* (ſcilicet fides Abrahamo in iuſtitiam) *In circumciſione, an in præputio? Non in circumciſione, ſed in præputio*, hoc eſt, antequam eſt circumciſus, imputata eſt fides ei ad iuſtitiam. Nunc autem circumciſus eſt Abraham anno integro ante natum Iſaach: fieri igitur non poteſt, vt eius immolatione ſit iuſtificatus.

Tertia ſumitur ex verbis Angeli Gen. 22. 12. poſtquam Abraham mactare filium propoſuiſſet ex mandato Dei, & à propoſito voce Angeli reuocatus eſſet, audit ab Angelo: *Nunc cognoui, quòd tu timeas Deum, quia non pepercisti Filio tuo Vnigenito propter me.* Quid quęſo hæc verba aliud volũt, quàm ipſam promptiſsimam obedientiam Abrahæ fuiſſe timoris Dei teſtimonium, atque adeo iuſtificationis Abrahæ declarationẽ quandam coram hominibus? Ex his conſtat de ſententia Iacobi, & quid illi ſignificet hoc loco iuſtificandi verbum. Nunc reliqua verba Iacobi videamus.

Cùm dicit fidem fuiſſe cooperatam operibus, naturam viuæ & ſalutaris fidei exprimit, nimirum quòd ſit efficax & fœcunda bonorum operum mater. Hanc naturam cùm non habeat hypocritarum fides, nequaquam vera ac viua iudicanda eſt. Hoc igitur dictum Iacobi: *Fides cooperata eſt operibus*, nihil planè aliud vult, quàm quòd bona opera ex vera & viua fide proficiſcãtur.

Quod ſubiungit Iacobus, quòd ex operibus fides perfecta fuerit, nihil aliud eſt, quàm quòd ex operibus fides Abrahę ſit declarata non fuiſſe fucata & hypocritica, ſed vera & ſincera. Nam hic perfectum opponitur hypocriſi, vt in illo

A Eſa. 38. 3. *Tu ſcis, quòd ambulauerim coram te in corde perfecto.* Nam aliàs nullius fides ita perfecta eſt, quin opus habeat incremento, & vt fidelis precetur cum Apoſtolis Luc. 17. 5. *Domine adauge nobis fidem.* Cùm addit Iacobus, completam eſſe Scripturam quæ dicit: *Credidit Abraham Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam*, id non ad cauſam, ſed ad effectum referendum eſt. Nam eo facto declarauit Abraham, ſe verè anteà fide fuiſſe iuſtificatum. Iſtud ergo complere ad experientiam
B hominum, non ad rei exiſtentiam referendum eſt. Raab meretricem, quam Iacobus ex operibus iuſtificatam fuiſſe, eò quòd exceperit nuncios Hebræorum, eoſque per aliam viam, ne interciperentur, dimiſerit, prætereo. Nam eadem ratio eſt huius exempli & ſuperioris.

Inter exempla Phinees quoq; à Papiſtis numeratur, de quo ſcriptũ eſt Num. 25. quòd quia occiderit Sambri & Coſni ſcortantes, ſit iuſtificatus, vt eſt in Pſal. 106. 30. *Et ſtetit Phinees, & placauit te: & ceſſauit quaſſatio, & reputatum eſt ei ad iu-*
C *ſtitiam in generationem & generationem vſque in ſempiternum.* Et Syracides cap. 45. 28. ait: *Gloria ab his* (ſcilicet Moſe & Aarone) *tertius eſt Phinees Eleazari filius, eò quòd flagrarit ſtudio religionis Domini. Quapropter Dominus pactum firmauit ei pacis, Antiſtitem fore ſacrorũ in ſuo populo, ac vt ei & ſemini ipſius amplitudo Sacerdotij in perpetuum maneret.*

In hoc exemplo iudicando tria ſpectentur: Cauſa facti, factum ipſum, & facti remuneratio.

D Cauſam facti pronunciat Dominus ipſe fuiſſe zelũ Domini. Ita eim ait Num. 25. 11. *Zelo meo commotus eſt contra eos.* Item verſ. 13. *Zelatus eſt pro Deo ſuo.* Sed vnde hic zelus Phineæ ad vindicandam gloriam Dei, quẽ Deus ſingulari præmio, nempe perpetuo ſacerdotio ornat? Reſpõdeo. Profectò aliunde proficiſci nõ potuit, quàm ex fide. Nam vt impoſsibile eſt Deo placere quicquam ſine fide: ita fides Sola dirigit omnes hominis actiones in gloriam Dei. Si ergo credidit
E Phinees, antequàm edidit hoc factum, quemadmodum ex zelo ipſius indubitáter colligitur, profectò iuſtus fide fuit ante hoc factum. Proinde hoc factum fructus iuſtitiæ fidei fuit, & nõ cauſa. Quare perperam faciunt Papiſtæ, cùm ex effectu cauſam faciant.

Deinde conſideretur factum Phineæ, quale fuerit: Occidit ſcortatorem cum ſcorto ſuo, zelo Dei. Quale hoc factum eſt? profectò particulare factum eſt. Vnum factum vnius præcepti
F tranſgreſsionem puniuit. Sed conſtat particularia Legis facta non eſſe Legis Dei impletionem. Quare fieri non poteſt, vt hoc facto ſit iuſtificatus Phinees ſententia Legis, quæ requirit integram, puram, perpetuam & ſpiritualem obedientiam.

Quòd ergo dicitur, hoc factum ipſi imputatum fuiſſe ad iuſtitiam, ita accipiendũ eſt, quòd hoc factum iuſtum fuerit, proficiſcens ex zelo Dei in gloriam eius, qualia ſunt omnia piorum
G facta ex fide profecta.

Tertiò conſideretur remuneratio facti, videlicet ius perpetui ſacerdotij. Ita enim textus ha-

bet: *Ecce do ei fœdus meum, & erit tam ipſi quàm ſemi-*
ni eius pactum Sacerdotij ſempiternum, eò quòd zelatus
ſit pro Deo ſuo. Vide hîc quomodo Deus particu-
lare factum, ex fide profectum, particulari præ-
mio remuneret, quod eò pertinet, vt ſciamus
zelum gloriæ Dei, ex fide manantem, atq; adeo
omnem obedientiam, ex fide præſtitam, habere
ſuam remunerationis promiſsionem, quam fi-
deles intuentur, ſed extra iuſtificationis nego-
tium. Fruſtra ergo nobis Phineem Papiſtę obii-
ciunt, qui potiùs contra illos pro nobis, quàm
contra nos pro illis militat.

Pelagiani contra Auguſtinum Zachariam &
Elizabeth parentes Iohannis Baptiſtę tanquam
armatos propria iuſtitia contra gratuitam iuſti-
ficationem, ſed inuitos, producunt, de quibus
Lucas cap. 1. 6. in hunc modum ſcribit: *Erant iu-*
ſti ambo coram Deo, incedentes in omnibus mandatis &
iuſtificationibus Dei ſine querela. Hinc Papiſtæ con-
cludũt, Zachariam & Elizabeth iuſtificatos fuiſ-
ſe ſuis operibus, atque adeo ſalutem conſecutos
propriis meritis. Et profectò ſi quis hæc verba
Lucæ arripit ſine collatione Scripturæ reliquę,
& non ex collatione ſententiam dicti colligit,
peruertit Scripturam in propriam pernitiem.

Primùm huic ſplẽdido encomio opponamus
Zachariam ipſum, qui longè aliter quàm Papi-
ſtæ, in ſuo cantico definit ſcientiam ſalutis, cùm
filium ſuum miſſum eſſe canit ad dãdam ſcien-
tiam ſalutis populo per remiſsionem peccato-
rum per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. Dein-
de ſi Zacharias iuſtificatus eſt ex operibus, ha-
bet quod glorietur: ſed cùm hæc gloriatio Patri
credentium adimatur, ad Rom. 4. profectò tri-
bui nõ poteſt Zachariæ aut vlli alij mortalium
præter vnicum Chriſtum. Proinde hoc loco &
ſimilibus aliis ſciamus iuſtitiæ fructus & teſti-
monia, & non cauſam deſcribi. Atque ipſum A-
brahæ exemplũ tanquam regulam (contra quã
nulla admittẽda eſt exceptio) omnium eorum
qui iuſtificabũtur vnquam, opponamus omni-
bus particularibus exẽplis, & diſcernamus in-
ter iuſtitiam imputationis, qua ſola conſiſtimus
coram Deo, & iuſtitiam bonæ conſcientiæ, quæ
eſt fructus iuſtitiæ fidei, & nõ ipſa iuſtitia, iuxta
illud Pauli 1. Cor. 4. 4. *Nullius mihi ſum cõſcius: ta-*
men in hoc non ſum iuſtificatus. Auguſtinus contra
Pelagianos in hunc modũ argumentũ ſoluit: *Za-*
charias, inquit, *in eo numero Sacerdotũ erat, qui primũ*
pro ſuis, deinde pro populi peccatis offerebãt, ad Heb. 7.

At vrgẽt verba Lucæ: Erãt, inquiũt, ambo iu-
ſti corã Deo ſeu in cõſpectu Dei, h. e. coram Dei
iuſtiſsimo tribunali, cuius iuſtitiæ ratio expreſ-
sè additur, videlicet quòd ambulauerint in omnib.
mandatis & iuſtificationibus Domini ſine que-
rela. Primùm ad ipſam propoſitionem expoſi-
tionis reſpondebo. Deinde ad rationem ipſam.

Erant, ait Euangeliſta, *ambo iuſti coram Deo.* Hęc
propoſitio eſt, quę quid quęſo aliud vult, quàm
quod ſuprà dictũ fuiſſe de Iob, Abraham & Phi-
nee diximus? Nihil ergo hinc aliud concludere
poſſunt Papiſtæ, quàm quod de Abraham, Iob
& Phinee demonſtratum eſt. Fatemur proinde
A cum Papiſtis Zachariam & Elizabeth fuiſſe iu-
ſtos coram Deo, ſed conſtanter negamus, eos
fuiſſe iuſtificatos coram Deo operibus Legis, id
quod contendunt Papiſtæ. Neque enim ſequi-
tur: Zacharias iuſtus eſt coram Deo. Igitur ope-
ribus Legis coram Deo iuſtificatus eſt. Nam hęc
propoſitio: Zacharias iuſtus eſt coram Deo, ex
ipſis verbis triplicem ſenſum habere poteſt. Nã
iuſtus coram Deo dici poteſt, & qui Legis ſen-
tentia iuſtus eſt, videlicet operibus Legis, iuxta
B illud: *Qui fecerit ea, viuet in eis:* & quì credit in Chri-
ſtum, qui eſt finis Legis in iuſtitiam omni cre-
denti. Proinde omnis qui credit, coram Deo iu-
ſtus cenſetur: & qui ex fide viua obedientiam
Deo præſtat perfecto corde, vt Ezechias & alij
ſancti. Ex hoc triplici ſenſu quem propoſitio ex
verbis recipit, deligũt Sophiſtæ primum, vt iſto
pacto gratuitam iuſtificationẽ, quæ habet per-
petuum Scripturæ conſenſum, euertant, quo-
rum vanitas ſex euidentibus demonſtrationi-
C bus ſuprà concluſa eſt. Nam demonſtrauimus,
in toto humano genere poſt lapſum primorum
parentum præter vnum Chriſtum extitiſſe ne-
minem, qui Legem Dei perfectè impleuerit,
quam profectò implere oportet eum qui iuſti-
tiam ex operibus Legis quærit. Quod cùm ita
ſit, vanum eſt commentum Papiſtarum, qui
nugantur Zachariam & Elizabeth, operibus
Legis fuiſſe iuſtificatos, idque coram Deo: pro-
inde neceſſe eſt, vt vel ad ſecundum, vel ad ter-
D tium, vel ad vtrumque ſenſum, reuocemus E-
uangeliſtæ propoſitionem, hoc modo: Zacha-
rias & Elizabeth fuerunt iuſti coram Deo, ſcili-
cet fide & noua obedientia, quæ obedientia eſt
iuſtitia bonæ conſcientiæ. Vt enim fide poſſe-
derunt iuſtitiam Chriſti, qua iuſti reputaban-
tur coram Deo: ita noua obedientia hanc ſuam
iuſtitiam declarabant coram hominibus. Ne-
que aliud vult ratio quæ ſequitur: *Ambulantes*
in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine
E *querela.* Eſt enim hęc obedientia certiſsimum in-
dicium gratuitæ iuſtificationis. Ita enim Iohan-
nes ait 1. Ioh. 2. 29. *Qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus*
eſt. Item in 3. 7. *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.* Hîc Io-
hannes, vt in priori dicto, regenerationem cau-
ſam nouæ obedientiæ facit, ita in poſteriori no-
uam obedientiam quam iuſtitiam appellat, cer-
tum indicium iuſtitiæ gratuitæ antea poſſeſſæ
conſtituit. *Qui facit,* inquit, *iuſtitiam, iuſtus eſt,* hoc
eſt, qui ſtudet puritati & innocentiæ, vt retineat
F bonã conſcientiam, declarat hominib. ſe fide iu-
ſtũ eſſe corã Deo: fieri enim nõ poteſt, vt Spiri-
tus Chriſti, quo donati ſunt credentes, ſit otio-
ſus, & non cieat tales motus in corde credentis
qualis ipſe eſt. Siquidem impoſsibile eſt, ſpiritũ
Chriſti à fide ſeparari, modò viua ſit & vera.

Sed adhuc inſtant Sophiſtæ, ac vrgent ver-
ba Euangeliſtæ: *Ambulantes in omnibus manda-*
tis. Cùm omnia mandata dicit, videtur ſigni-
ficare quòd omnia mandata Legis impleuerint
G Zacharias & Elizabeth: quaſi verò idem ſit, in
itinere eſſe, atq; ad metam perueniſſe, ſeu idem,
ambulare in omnibus mandatis, atque imple-
re om-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A re omnia mandata, quorum illud piorum omnium eſt, hoc ſolius IESV Chriſti. Cùm ergo dicuntur Zacharias & Elizabeth ambulaſſe in omnibus mandatis Dei, ſignificatur ſtudium & conatus ſanctorum hominũ, in præſtanda Deo vera obediẽtia: mádata Dei omnia ſibi propoſuerunt facienda, in quæ in toto vitæ ſuæ curſu reſpexerint, decreuerunt declinare nec ad dexteràm, hoc eſt, ad humana ſomnia, nec ad ſiniſtram, hoc eſt, ſcelera & peccata, vaſtantia conſcientiam, B donec ad metá peruenirẽt, nihil magis in votis habentes, quàm vt omnem offenſam Dei cauerent, ac totam ſuam vitam Deo vera pœnitentia approbarent. Non enim ignorârunt obedientiam erga Deum copulatiuam eſſe debere. Digni profectò vt illorum exempla nobis proponamus, tanquam veræ pietatis ex fide præſtandæ imagines. Quod ſi facerent Papiſtæ, nõ tam fœdè & indignè abuterentur ſanctorum hominũ exemplis ad euertendam gratuitam iuſtificationem. C Hanc fuſiorem ſolutionem dedimus, vt ex refutatione huius ſophiſmatis, quod eſt vnum ex præcipuis, quibus Sophiſtæ veritatem Dei oppugnant, ſtudioſi de ſimilibus dexteriùs iudicare poſsint.

In tertia acie, contra veritatem Dei, de gratuita iuſtificatione, collocát aduerſarij promiſſiones diuinas, ſed confuſè abſque omni ordine. In multitudine enim ſperát victoriam ſitam eſſe. Ego autem quaſdam ex eis annotabo, eáſque primùm D concludam ſub generali promiſſione, tanquam ſub genere, cui generalem ſolutionem apponam. Deinde ſpeciales, ad ſingula teſtimonia, ſolutiones ſubiungam, atque ideò numeris teſtimonia diſtinguam.

Primum Ieremiæ 5 1. *Circuite vias Ieruſalem, & conſiderate, & quærite in plateis eius, vt inueniatis virum facientem iudicium, & quærẽtem fidem, & propitius ero ei.*

Secundum Hoſeæ 2.19. *Sponſabo te mihi in iu-* E *ſtitia & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus, & ſponſabo te mihi in fide.*

Tertium Deuter 7.12. *Si, poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi & miſericordiam, quam iurauit Patribus tuis.*

Quartum Eſaiæ 1.16. *Quieſcite agere peruersè, & diſcite benefacere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.*

F Quintum Daniel. 4.24. *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.*

Sextum Ezechiel. 18.20. *Iuſtitia iuſti ſuper eum, & impietas impij ſuper eum erit. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iuſtitiam & iudicium, vita viuet, & nõ morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor, in iuſtitia ſua, quam operatus eſt, viuet.*

Septimum Tobiæ 4.11. *Eleemoſyna ab omni pec-* G *cato & morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras: fiducia magna erit coram Deo eleemoſyna omnibus facientibus eam.*

A Octauum Lucæ 11.41. *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.*

Nonum 1. Corinth. 13.2. *Si habuero omnẽ fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodeſt.*

Decimum Lucæ 7.47. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multùm.*

Hæc decem teſtimonia de promiſsionibus, & iis, quæ habent vim promiſsionum, aſcribere volui, cũ quibus aliæ omnes promiſsiones, vbi- B cunque leguntur, conueniunt.

Concluduntur autem omnes ſub hac generali ſententia, tanquam partes ſub toto: *Deus reddet vnicuique iuxta opera ſua*, Pſalmo 62.13. ad Romanos 2.6. & Matthæi 16.27. *Filius hominis veniet in gloria Patris cum Angelis: & tunc reddet vnicuique ſecundùm facta ſua.* Poſtquam hanc generalem promiſsionem expoſuerimus, erroríque Papiſtarum generalem appoſuerimus ſolutionem, tanquam regulam particularium ſolutionum, C particulatim ad ſingula, quæ adduximus, teſtimonia reſpondebimus.

Quoniam autem in hac generali promiſsione (*Deus reddet vnicuique ſecundùm opera ſua*) dubitari poſsit, quid ſit dicere *Secundùm opera*, an ſit ſecundùm dignitatem, merita, & quantitatem operum, an ſit ſecundùm qualitatem & teſtimonium operum tantùm. Papiſtæ priorem, nos poſteriorem interpretationem amplectimur. Quòd autem non poſsit accipi dictum, vt D Papiſtæ volunt, de dignitate, merito & quantitate operum, firmiſsimis rationibus, idque breuiſsimè, oſtendam.

Prima. Nemo Legi ſatisfacit, quemadmodum ſuprà ſex demõſtrationibus cõcluſum eſt.

Secunda. Iuſtificamur abſque operibus: Ergo in iuſtificationis coram Deo articulo nulla eſt ratio dignitatis, meriti, aut quantitatis operum.

Tertia. Si iuſtitia eſt ex Lege, Chriſtus fru- E ſtra mortuus eſt, Gal. 2.21.

Quarta. Donum Dei eſt vita æterna in Chriſto IESV.

Quinta. Gratiâ ſaluati ſumus.

Sexta. Nulla eſt proportio finiti & infiniti, id eſt, temporaneæ, ſeu momentaneæ obedientiæ ad æternæ beatitudinis gloriam.

Septima. Latro & multi alij in extremo ferè vitæ halitu conuerſi ſunt & ſaluati.

Octaua. Conducti in vineam accipiunt mer- F cedem ex gratia æqualem. Fieri ergo non poteſt, vt ſecundùm opera ſignificet ſecundùm dignitatem, merita & quantitatem operum. Siue igitur hanc promiſsionem: *Deus reddet vnicuique ſecundùm opera ſua*, omnibus promiſcuè, ſiue piis, aut impiis ſigillatim accommodaueris, non efficies vllum hominem ſuis meritis iuſtificari & ſaluari. Si enim omnibus promiſcuè accommodatur, nequaquam inde ſequetur, vllum hominem operibus ſuis iuſtificari, donec ſteterit hoc G Dauidis dictum, Pſalmo 143.2. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Si piis accommodas, mox obiicitur illud de Abrahamo: *Si Abraham*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

iuſtificatus eſt ex operibus, habet quod glorietur, at non apud Deum. Item: *Non eſt iuſtus, ne vnus quidem.* At ſi impiis accommodas, reſpondit Baptiſta: *Qui nō credit in Filium Dei, ira Dei manet ſuper eum.* Quis ergo adferet illa opera, quæ ſuo merito digna ſunt vita æterna, ſi nec renati, nec non renati id faciunt? Vnus Chriſtus reliquus eſt, qui Legem Dei perfectè impleuit, huic reddit Deus ſecundùm dignitatem, merita & quantitatē operum. Hic proinde ſolus adfert opera vitā æternā digna. Hunc, quia nobis factus eſt à Deo ſapiētia, B iuſtitia, ſanctificatio & redemptio, vt qui gloriatur, in Domino glorietur, fide apprehendimus, quò ipſius obedientia iuſtificati, placeamus Deo, & ſaluemur.

Proinde perfidè torquent hanc promiſſionē Papiſtæ, cùm illam de meritorum dignitate & operum interpretantur, contra quæ Paulus eo loco diſputat, vnde Papiſtæ eam deſumunt, vt interim taceam eos ineptè aſſumere τὸ ζητούμενον in argumentādo. Nam hoc in controuerſia eſt, C num aliqui reperiantur præter Chriſtum, qui adferunt ea opera, quibus meritò debeatur iuſtitia & vita æterna. Illi aiunt, repugnante Scriptura & omnib⁹ Sanctorum exemplis, nos negamus infallibili veritate Dei firmati, ſicuti modò demonſtrauimus.

Cùm itaque iam demonſtratum eſt, promiſſionem hanc vniuerſalem: *Deus reddet vnicuique,* &c. non poſſe intelligi de dignitate, merito, aut quantitate operum, ſequitur vt qualitatē & te- D ſtimonium tantùm intelligamus, vt in ſymbolo Athanaſij: *Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam.* Iohan. 5. 29. *Procedent, q bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ.* Luc. 16. 9. *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt vos in æterna tabernacula recipiant.* Huc & exempla omniū Sanctorū inde vſq; ab initio mundi referēda ſunt. Nemo enim fuit, vel eſſe potuit, qui de dignitate aut merito ſuorum operum gloriatus ſit. Nam gloriari de dignitate, merito, & quantitate operum, ſolummodò E hypocritarum eſt.

Verùm hæc, quę de vniuerſali ꝓmiſſione diximus, dextrè & prudenter accipienda ſunt, & accommodanda piis. Nam cū hęc ſententia, aut ſimiles renatis accommodātur, hæc quinque ordinē concurrūt perpendenda & examinanda.

Primum, ꝙ renati non ſint ſub Lege, ſed ſub gratiā. Rigor enim Legis illis eſt ſublatus, qui in tribus conſiſtit: videlicet, quòd obedientia hominis non placeat, niſi ſit perfecta, pura, perpe- F tua & ſpiritualis, quòd non ſalutem & vitā promittat Lex, niſi qui plenam obedientiam Legi præſtiterint, quòd maledictionis ſentētiæ ſubiiciat omnes, q Legem nō impleuerint perfectè. Ab hoc itaq; Legis rigore liberati ſunt credentes, quibus Lex ſolummodò norma vitę exiſtit.

Secundum, ꝙ homines credentes placeant Deo, & ſint hæredes vitæ æternæ, idque ſolius Chriſti merito.

Tertium, ꝙ Deus à credentibus & iuſtifica- G tis requirat obedientiam, vt pater à filiis.

Quartum, ꝙ Deus paterna bonitate promittat filiis obediētibus præmia, & in hac vita, & in futura, idq; non ex debito propter dignitatem operum, ſed ex gratia mera propter paternam promiſſionem.

Quintum, ꝙ ſecundùm qualitatem & teſtimonia operū ſit redditurus remunerationem, quemadmodum ipſa ſententia extremi iudicij teſtatur, Matth. 25.

Hæc omnia congruunt cū regula Pauli: *Omnes promiſſiones in Chriſto* IESV *ſunt etiam & Amē,* hoc eſt, ratę & conſtātes. Vnde conficitur, ꝙ nulla promiſſio extra Chriſtum habeatur firma.

Qualitas operum, hoc eſt, bonitas, ſeu quòd bona habeantur, aliunde proficiſci nequit, q̄ ex fide. Siquidem quidquid non fit ex fide, peccatum eſt. Quid enim boni fieri poteſt ab eo, qui totus malus eſt, cuius mens & conſcientia ſunt pollutæ?

Teſtimonium operum potiſſimùm extrema vitæ clauſula cōtinetur, vt in Latrone cernitur, & in multis aliis, qui in ipſo agone mortis ad Deum conuertuntur, & Deum viua fide inuocant, quibus ipſi Angeli Dei perhibebunt teſtimonium in extremo iudicio.

Hactenus de generali ſolutione diximus, quę poterit omnibus particularibus promiſſionibus accommodari, tanquam regula catholica. Nunc particulatim ſubiiciemus ſpeciales ſolutiones, quò magis appareat Sophiſtarum malitia, veritatem Dei contra conſcientiam oppugnantium.

Ad primum ergo teſtimonium, quod deſumptum eſt ex 5. cap. Ieremiæ, in quo promittitur propitiatio facienti iudicium, & quærēti fidem, id eſt, conſtantiam dictorum & factorum inter homines, dico primùm: Propitiatio promittitur pœnitentibus, non propter dignitatem pœnitentiæ, ſed propter Chriſtum, qui in Conuerſione fide apprehenditur. Hic enim ſolus eſt propitiatio pro peccatis totius mundi, 1. Iohan. 2. 2. Verùm quòd hîc promittat propitiationem operibus ſecundę tabulæ, ideò fit, quia obedientia ſecundæ tabulæ proficiſcitur ex timore Dei. Secundò dico, propitiationem eſſe duplicem, videlicet culpæ pœnæq; æternæ, & pœnæ temporariæ propter certa peccata in hac vita. Sicut ergo credentibus Chriſtus eſt propitiatio quò ad culpam & pœnam æternam: ita idem Chriſtus eſt propitiatio emendantibus vitā ſuam, & officia charitatis proximis pręſtantibus, quò ad præſentes pœnas, quas certis peccatis ſibi accerſiuerunt. Has pœnas vel tollit, vel mitigat, ſi homines alioqui ſint emendabiles. Quòd ſi Dominus pro ſua ſapientia viderit eos nō emendari vel ſublatione, vel mitigatione pœnarū, eos vt bonus pater cohercet pœnis, ne deteriores reddantur. Hoc cū fit, propitius meritò iudicabitur Deus, qui punit, vt ſeruet, & hæc eſt tertia propitiationis forma ſecundùm Auguſtinum.

Ad Hoſeæ teſtimonium, quod eſt in ordine ſecundum, reſpondeo, Hoſeam loqui de duabus rebus: Primùm enim de iudicio, iuſtitia, miſericordia & miſerationibus Dei, quæ deſponſationis

A tionis cauſæ ſunt. Deinde de fide hominis, qua
interroganti Deo reſpondetur, quaque deſpon
ſatio homini applicatur, atq; adeò ex altera par-
te deſponſationi Dei reſpondet, vt ſit mutua ſti
pulatione firmata deſponſatio.

Tertium teſtimonium, quod ex Deuterono-
mio deſumptũ eſt, loquitur de qualitate & ſtu-
dio eorum, quibus ſeruatur pactum diuinum,
& miſericordia promiſſa, & nõ de cauſa ſeruati
pacti, quæ cauſa eſt fides pacti, quæ ſola Media-
B toris obedientia nititur.

Quartum teſtimonium ex Iſaia deſumptum
promittit propitiationem pœnitentibus. Sed
quænam ſit vera propitiatio, & quomodo appli
cetur, dictum eſt ſatis in ſolutione primi teſti-
monij. Non enim pœnitentia meretur propi-
tiationem, ſed fide pœnitentis apprehenditur
propitiator Chriſtus.

Danielis dictũ, quod quinto loco poſuimus,
videlicet, *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniqui-
tates tuas miſericordijs pauperum*, applicat genera-
C lem doctrinam de fructibus veræ conuerſionis
ad regiam perſonam. Vt enim cuiuſuis hominis
pœnitentia cernitur præcipuè in iis, quæ ipſius
perſonę ſunt propria, & officio maximè conue-
nientia: Ita de regum conuerſione teſtantur fru
ctus pœnitentię, q. maximè regibus conueniũt,
vt ſunt iuſtitia & miſericordia, quibus ſuccurri-
tur ſubditis afflictis & oppreſsis, iuxta illud:

Regia crede mihi res eſt ſuccurrere lapſis.

D Præterea redemptio duplex eſt: Vna à culpa &
pœna æterna, quæ eſt ſolius IESV Chriſti, iuxta
illud, 1. Corinth. 1. 30. *Chriſtus nobis eſt natus à Deo
ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, vt qui glo
riatur, in Domino glorietur*. Altera eſt pœnæ tem-
poralis, videlicet cùm pœnitentibus aut tollun
tur, aut mitigantur pœnæ commeritæ. Verùm
hæc poſterior redemptio ex fide prioris depen-
det. Vide quæ annotauimus de dicto Danielis
in enarratione Pſal. 84.

E Sextum teſtimonium, quod ex 18. cap. Eze-
chielis deſumptum eſt, loquitur de integra con
uerſione, in qua fides ſola apprehendit remiſ-
ſionem peccatorum, & iuſtitiam propitiatoris.
Deinde, quia ex fructibus fidei cognoſcitur ve-
rus timor Dei, promittuntur ex fide Deo obe-
dientibus præmia iuſtitiæ, inter quæ vitæ con-
ſeruatio & defenſio primũ locum tenet, vt pro-
miſsio quarto præcepto addita, oſtendit. Diſcer
nendum eſt igitur accuratè inter partes pœni-
F tentiæ, & ſingulis ſuæ proprietates tribuendæ
ſunt. Contritione offenſam Dei dolemus. Sola
fide propitiatorem peccati apprehẽdimus. No-
ua obedientia gratitudinẽ noſtram erga Deum
teſtamur, & eſt teſtimonium Spiritus Chriſti,
quo aguntur fideles. Huic obediẽtiæ ex gratia
ſæpiſsimè promittuntur præmia in Scripturis.
Harum partium prima poteſt eſſe ſine reliquis.
Verùm fides & noua obedientia nunquam à ſe
diuelli poſſunt, tametſi fides ordine naturæ
G prior eſt. Quoties proinde nouæ vitæ, hoc eſt,
obedientiæ noſtræ, promittitur præmium qua-
lecunque, cogitemus eam poſtremum locum

inter partes pœnitentiæ obtinere, atque ideò fi-
dem, qua apprehenditur remiſsio peccatorum
& iuſtitia Chriſti, neceſſariò eam præcedere, et-
ſi non tempore, naturâ tamen, quæ fides re-
munerationis cauſa eſt. Ideò enim promittitur
obedienti præmium, quia credit. Siquidem fi-
des facit, vt obedientia placeat, & accipiat mer-
cedem. Nam quidquid non fit ex fide, pecca-
tum eſt, nec arbor mala, fructus bonos edere
poteſt.

Septimum teſtimonium ex quarto capite li-
bri Tobiæ deſumptum eſt. Cùm Tobiæ liber
non numeretur inter eos, qui in canone repu-
tantur, hoc eſt, qui indubitatæ autoritatis & fi-
dei exiſtunt, adeò vt ex ipſis canones, hoc eſt,
regulæ fidei, depromi & confirmari poſsint, tan
tiſper Tobiæ teſtimonia, in confirmandis do-
gmatibus Eccleſiæ, & confutandis erroribus,
admittimus, donec non trahantur in malam
conſequentiam ab aduerſariis ad expugnãdam
veritatem Dei. Si ergo Papiſtæ eleemoſynæ per
ſe tribuunt, quòd liberet à morte, & ab omni
peccato, atque adeò purget peccata, impia &
blaſphema eſt interpretatio, quam affingunt
Tobiæ. Quare iſtam interpretationem vt ſer-
pentis vocem execremur. Verùm ſi patiuntur
Papiſtæ Tobiæ dictum accommodari renatis,
quorum corda fide purificata ſunt, & peccata
ſanguine Chriſti abluta, admittimus Tobiæ di-
ctum, modò liberationem à morte & purgatio-
nem peccatorum de præmiis pœnitentiæ acci-
piant in hac vita, vt liberatio à morte, ſit defen-
ſio vitæ præſentis, & condonatio præſentium
pœnarum, quæ contingit verè pœnitentibus,
vt in Niniuitis, & ſæpiſsimè in populo Iudaico
videre eſt: & purgatio peccatorum ſit mitiga-
tio pœnarum, quas propter peccata noſtra ſu-
ſtinemus. Hæc placuit de dicto Tobiæ annota-
re, quia eius verba ſecundùm ſenſum, quem
verba prima fronte videntur ingerere, pugnant
cum analogia fidei. Si ergo Papiſtæ ſine omni
mitigatione & interpretatione analoga fidei,
Tobiæ autoritatem nobis obtrudunt, dicimus,
Tobiæ librum non eſſe eius autoritatis, vt in-
de petantur canones diiudicandorum dogma-
tum in Eccleſia.

Octauum teſtimonium eſt vox Chriſti Lu-
cæ cap. 11. *Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vo
bis*. Papiſtæ qui hoc dictum Domini ad expia-
tionem, ſeu mundationem peccatorum coram
Deo referunt, toto cœlo errant. Nam Dominus
hîc ſuperſtitionem & hypocriſin Phariſæorum
taxat, qui puritatẽ collocârunt in externa pur-
gatione vaſorum, & crebris manuum lotioni-
bus, cùm vera purgatio conſcientię eſſe debeat,
qua ſanguis Chriſti purgat credentem à mor-
tuis operibus ad ſeruiendum Deo, ad Hebræos
cap. 9. verſ. 14.

Verùm quia purgatę conſcientiæ ſignum eſt
Dei cultus (cuius pars quædam eſt pium bene-
ficentiæ ſtudium. Eſt enim eleemoſyna omnis
generis beneficẽtia, quæ præſtatur proximo ex
miſericordiæ affectu.) Chriſtus ait: *Date elee*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

moſynam, & omnia ſunt munda vobis. hoc eſt, pia eleemoſyna, vt pars veri cultus Dei, teſtatur de conſcientiarum puritate, quæ aliam cauſam habet, videlicet ſanguinem Chriſti, qui aſpergitur credentium conſcientiis.

Teſtimonium nonum, quod torquent Papiſtę contra gratuitam iuſtificationem, petitur ex 13. cap. prioris Epiſtolæ ad Corinthios: *Si habuero omnem fidem, charitatem antem non habuero, nihil mihi prodeſt.* Ex hoc dicto Papiſtæ duo colligũt: Vnũ, quòd fides eſſe in homine poſsit ſine charitate. Alterum, quòd fides ſine charitate, nihil proſit, tantũ abeſt vt iuſtificet. Si dicimus, Paulum nõ loqui de fide iuſtificante, mox obiiciunt nobis particulam vniuerſalem. Dicit enim Paulus expreſsè: *Si habuero* O M N E M *fiduciam.* Sed ſciendum eſt, quòd particula OMNIS non eodem modo ſemper accipitur. Aliâs enim vniuerſalem ſpecierum generis, cui additur, complexum deſignat, vt cùm dico: Omnia bona ſunt à Deo, aliâs eius ſpeciei, cui apponitur, perfectionem declarat, vt cùm Paulus dicit Philip. 1. 9. *Oro vt adhuc magis charitas veſtra abundet in omni cognitione, & omni ſenſu.* Et ad Rom. 7. 8. *Peccatum gignit in me omnẽ concupiſcentiã.* Sic hoc loco OMNIS fides ſignificat abſolutiſsimã fidem, ſcilicet edendi miracula. Id quod oſtendit Apoſtolus, cùm eius effectum addit, adeò vt montes transferam. Fruſtra igitur Papiſtæ particulam OMNIS vrgent, cùm nihil illorum cauſam iuuet. Proinde perperam colligunt ex particulari vniuerſalem concluſionem, & inde peſsimè inferunt fidem iuſtificantem poſſe eſſe ſine charitate, nec ſine charitate iuſtificare. Etſi autem verum eſt, quòd vt fides hiſtorica poteſt eſſe in improbis & Diabolis: ita fides edendi miracula poſsit inueniri in ſceleratis hominibus: tamen hinc non ſequitur, fidem veram non iuſtificare, & fidem iuſtificantem exiſtere poſſe ſine charitate. Nam fides illa iuſtificans, quæ Dei miſericordiam in Chriſto apprehendit, cogitatione quidem & proprietate ſecerni debet & poteſt à charitate, ſocietate verò nunquam. Nam qui credit, filius Dei eſt, Iohan. cap. 1. verſ. 13. Qui autem filius Dei eſt, agitur Spiritu Dei, Rom. cap. 8. verſ. 14. Quotquot Spiritu Dei ducuntur, filij Dei ſunt. Hinc efficitur, fidem iuſtificãtem non magis poſſe à charitate diuelli, quàm ſplendorem à Sole, aut calorem ab igni. Quòd autem Apoſtolus ait, ſe nihil eſſe ſine charitate, veriſsimum eſt. Nam vbi charitas non eſt, ibi nec fides exiſtit. Neque tamen ideò tribuit charitati proprietatem fidei, ſed ſolummodò arctiſsimam copulam fidei veræ & charitatis indicat.

Decimum & poſtremum teſtimonium eſt dictum Chriſti Lucæ cap 7. verſ. 47. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multùm.* Cùm nos hîc dilectionem conſequi remiſsionẽ peccatorum & eſſe fidei fructum dicimus, illi contrà clamãt, effectum non eſſe priorem ſua cauſa. Nam cùm Dominus dicit in præſenti: *Remittuntur peccata,* & in pręterito: *dilexit multùm,* ſignificat dilectionem remiſsionem peccatorum præcedere, vt cauſam ſuũ effectum. Primùm reſpondeo, Papiſtas, præſertim doctiores, contra conſcientiam peccare, qui cùm ſciant, ἀφέωνται, quo verbo Lucas vtitur, eſſe Præteritum: tamen falſam eius verſionem præferunt, qua in re oſtendunt, ſe non veritatem quærere, ſed hoc conari, vt vana ſophiſtica veritatem Dei euertant. Neque eſt, quòd particulam QVIA in ſuæ cauſæ patrocinium vocent. Fateor quidem, QVIA, eſſe coniunctionem cauſalem, vt quæ eius, quod præceſsit, cauſam indicet. Sed alia eſt cauſa conſecutionis, alia rei, alia conſecutionis, & rei ſimul. Cùm dico: Laborat è pulmonibus, quia perpetua tuſsi fatigatur, quis hîc non videt, Quia, cauſam indicare conſecutionis, & non rei. Ita cùm dicitur: *Remiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multùm,* ſignificatur coniunctorum, quæ ab vna eademq; cauſa dependet, mutua conſecutio, iuxta regulam: *Cùm effecta diuerſa pariter dependent ab vna eademque cauſa, valet conſequentia ab vno effectu ad alium, propter communẽ dependentiam.* Quoniam igitur vtrunque, hoc eſt, remiſsio peccatorum & dilectio pendent ex fide, tanquã à cauſa propria, valet conſequentia à dilectione ad remiſsionem peccatorum, propter communem dependentiam. Quidam particulam, ὅτι, pro *Ideò,* collectiua, ſiue relatiua particula accipiunt, vt ſit directum Enthymema: Remiſſa ſunt ei peccata multa, ideò dilexit multùm. Atque ita volunt remiſsionem cauſam eſſe, dilectionem verò effectum. Sed tametſi illorum ſententia in ſe recta eſt & bona: tamen firmiorem ſolutionem præbet ipſa parabola, quam Dominus in medium adduxit. Nam cùm Dominus proponit Simoni parabolam de duobus debitoribus, quorum vnus debebat denarios quingentos, alter verò quinquaginta: qui cùm non haberent, quod ſoluerent, donauit vtriſque, & quærit Dominus à Simone, vter horum plus diligat: cui cùm reſpondiſſet, cui plus donatum eſt, quod reſponſum etiam Dominus ipſe approbat, clariſsimè conuincit hæc parabola, Dominum locutum eſſe de dilectione, ſecuta condonationem debiti. Nam is, cui maius debitum condonatur, magis diligit, id quod ratio ipſa gratitudinis erga benemeritos iure poſtulat. Vide quę annotauimus de hoc argumento in Pſal. 84.

Quarto loco ſine ordine prodeunt velites, qui incurſationibus ſuis crebris, alios mouent, alios terrent, ſed à cordatis aduerſariis ridentur, & facilè in fugam vertuntur. Verùm quia ſine ordine hi pugnãt, eos, prout oblati fuerint, excipiemus, cauſæ bonitate freti.

Merces eſt præmium laboris. Vita æterna eſt merces: Ergo vita æterna eſt præmium laboris. Sed quis labor eſt, niſi mandatus Legi Dei? Operibus ergo Legis conſequimur mercedem, quæ eſt vita æterna. Proinde operibus Legis iuſtificamur. Eſt enim iuſtitia via vitæ æternæ. Specioſum eſt hoc argumentum, non veritate, ſed fuco. Parabola quæ eſt Matthæi cap. 20. de Patrefamiliâs conducente operarios in vineam ſuam, qualis ſit merces, quæ datur laboranti-

bus,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

bus, docet. Iubet nouiſsimis tantum dari, quantum primis. Quare neceſſe eſt, vt intelligamus, non debitam, ſed gratuitam ex bonitate patriſfamiliâs promiſſam & datá, hoc eſt, gratuitam remunerationē obedientiæ & patientiæ in cruce. Nam ſi vita æterna eſſet merces debita, falſum eſſet quod Paulus affirmat ad Rom. cap. 6. verſ. 23. *Donum Dei eſt vita æterna in Chriſto IESV Domino noſtro.*

Sciendum ergo eſt, quòd vox Mercedis dupliciter accipiatur in Scripturis. Aliâs enim ꝓpriè accipitur pro compenſatione debitâ & labori analogâ, hoc eſt, vbi labor & merces arithmetica proportione æquantur, & hęc merces ſeruorum eſt. Aliâs pro genere, hoc eſt, pro compenſatione qualicunque, qua compenſatur obedientia Deo præſtita, & hæc merces filiorum dicitur. Hinc Epiſtola ad Hebr. 10. 35. *Ne abieceritis fiduciam veſtram, quæ magnam habet præmij remunerationem,* hoc eſt, compenſationē obedientiæ erga Deum, & patientiæ ſub cruce. Neq; ſine cauſa mercedis vocabulo vtitur Scriptura. Primū enim hoc facit, vt Deus teſtetur ſe noſtrā requirere obediētiam. Deinde, vt nos inuitet ad præſtanda officia. Tum vt oſtendat ſibi placere obedientiam ex fide præſtitá. Poſtremò, vt ſciamus Deum velle ex ſua bonitate, non habita ratione dignitatis, operis, compenſare obedientiam noſtram. Hinc Deus Μισθαποδότης dicitur, ad Hebr. 11. 6. *Credere oportet Deum eſſe* Μισθαποδότην *iis, qui exquirunt eum.*

Paulus vixit ſecundùm Legem irreprehenſibilis: Igitur Paulus impleuit Legem. Proinde & alij Legem implere poſſunt. Antecedens eſt falſum. Tametſi enim Paulus ſecundùm Legem vixit irreprehēſibilis coram Synedrio Iudæorum & Phariſæorum iudicio: tamē coram Deo fatetur ipſe ſe peccatorem & reum eſſe, & ſe ex miſericordia per Chriſtum ſaluatū agnoſcit. Clariſsimè enim ſe numerat inter eos, qui gratia ſaluati ſunt, ad Epheſ. 2. Quod cū facit, omnia ſua merita excludit, vt interim taceá, Paulū eo ipſo loco, vnde hæc obiectio Papiſtarum deſumpta eſt, damnare Phariſaicam opinionem de iuſtitia Legis, & gratuitam iuſtificationē prædicare.

Eadem ratio eſt partis quò ad partem, quæ totius eſt quò ad totum. Sed perfecta obedientia Legis eſt plena & perfecta iuſtitia. Ergo particularis obedientia Legis eſt particularis iuſtitia. Proinde laus iuſtitiæ non eſt omnino adimenda homini, qui facit quantum poteſt. Reſpondeo, Principium de proportione totius & partis hîc non valere, quia Deus non promittit quouis modo operátibus ſecundùm externam faciem Legis vitam, ſed ſolummodô implentibus Legem. Tranſgredientes autem vel in minimo, maledictos pronunciat. Deinde ſtante hoc argumento Pauli ad Roman. cap. 3. verſ. 23. *Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Iuſtificantur autem gratis ipſius gratia per redemptionem, quæ in Chriſto IESV eſt,* non habet locum illa particularis iuſtitia, ſi quæ eſſet. Iam autem nulla eſſe poteſt, donec hoc oraculum Spiritus Sancti ſterit: *Quidquid non fit ex fide, eſt peccatum.* Iacobus præterea dicit: *Qui in vno labitur, omnium reus eſt.* Ex quo dicto cùm copulatiua obedientia concluditur, fruſtra obiicitur particularis aliqua iuſtitia. *Tunc,* inquit Dauid, *non confundar, ſi reſpexero ad omnia mandata tua.*

Contrariorum contraria ſunt conſequentia, hoc eſt, contrariæ actiones & effecta. Bona opera & mala opera ſunt contraria. Ergo ſi mala opera merentur mortem, profectò bona vitam merebuntur: Et ſi mala opera condemnant, bona iuſtificabunt. Reſpondeo. Vnum malum opus per ſe violatio Legis diuinæ eſt. Siquidem qui in vno labitur, omnium reus eſt. Sed vnum bonum opus non eſt impletio Legis diuinæ, imò ne vnum quidem bonum opus inueneris in homine non credente. Fides enim bonitatis qualitatem operi conciliat. Sine enim fide impoſsibile eſt placere Deo. Deinde iuſtitia & vita non promittuntur ex pacto Legis, niſi implentibus Legem, quam non conuerſi ad Deum, ne inchoare quidem poſſunt, tantum abeſt, vt inde aliquam iuſtitiæ portionem mutuentur.

Philippus reſpondet: Contraria, ſi ſunt pariter integra, habere contrarios effectus. quod quidem veriſsimū eſt: ſed, vt diximus, in nō conuerſis, ne vnum quidem bonum opus inuenire eſt, tantum abeſt vt in iis inueniantur contraria, videlicet bona & mala, modò ad tribunal Dei prouocemur.

Obedientia Chriſti iuſtificamur, ad Rom. cap. 5. verſ. 19. *Per obedientiam vnius multi conſtituentur iuſti.* Obedientia Chriſti eſt opera à Deo imperata facere. Igitur iſtis operibus iuſtificamur. Hoc argumentum Vintonienſis Epiſcopi fuit in diſputatione contra Bucerum, in quo argumento prodit iſta vulpecula ſuam malitiam. Non enim potuit ignorare diſcrimen obedientiæ Chriſti, quæ eſt perſonæ Chriſti propria, & eſt actiua tantùm obedientia, qua videlicet ipſe Filius Dei obediens erat Patri vſq; ad mortem crucis: & obedientiæ hominum propriæ, quæ dici poteſt obedientia Chriſti, quatenus imperatur à Chriſto, placet Chriſto, & Spiritu Chriſti iuuatur. Cùm ergo obedientia Chriſti non accipiatur eodem modo in propoſitione & aſſumptione, ſophiſtica eſt collectio & inſidioſa, præſertim cùm obedientia Chriſti propria, ſit perfecta Legis impletio, & promptiſsima obedientia in cruce vſq; ad mortem. At hominum etiam regeneratorū obedientia ſit tantûm quędam inchoatio & fructus iuſtitiæ & fidei, non cauſa iuſtificationis gratuitę, ſed germanus eius fructus. Illa ergo ꝗa perfecta eſt, imputatur credentibus in iuſtitiam. Hęc quia imperfecta, non ſatisfacit Legi, placet tamē Deo in credentibus, quia ipſi fide propter Chriſtum placent.

Non faciens bona opera, non placet. Igitur ꝗ facit bona opera, placet. Ex quo ſequitur, bona opera eſſe aliquam iuſtitiæ partem. Reſpōdeo. Argumentum à contrario ſenſu petitū recipio, modò rectè intelligatur, & non confundantur

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cauſæ. Antecedens igitur ita accipiendum eſt: Non faciens bona opera, nō placet, ſcilicet quia fide nondum eſt iuſtificatus. Hinc rectè infertur Conſequēs. Igitur qui facit bona opera, placet, ſcilicet, quia perſona faciens eſt iuſta fide, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo.

Cùm igitur Sophiſta infert: Igitur bona opera ſunt aliqua iuſtitiæ pars, neganda eſt conſequentia. Peccat enim Sophiſta communi & vſitata Sophiſtarum malitia, quæ eſt, ex non cauſa cauſam facere, & confundere cauſas & effecta. Quare in hunc modum potiùs concludendum fuit: Igitur bona opera ex fide iuſtificante manant, & eam neceſſariò conſequuntur.

Fide iuſtificamur. Fides eſt opus. Igitur operibus iuſtificamur. Reſpondeo. Etſi fides in genere eſt, qua creditur omne verbum Dei, tamē differentias ſumit à qualitate promiſsionum. Nunc autem cùm aliæ promiſsiones Legis ſunt propriæ, alię Euangelij, fides profectò alia Legalis erit, alia Euangelica. Fides proinde promiſsionum Legis rectè dicitur opus Legis. Nam huiuſmodi fidem Lex ipſa requirit. Qui igitur credit implentē Legem iuſtificari operibus Legis, habet fidem, quæ eſt opus Lege Dei exactū. Sed fides Euangelij non eſt opus Legis. Non enim verſatur circa promiſsiones legales, ſed eſt opus Spiritus Sancti, quia eam operatur Spiritus Sanctus in audientibus Euangelium. Neque tamen hæc fides Euangelij ideò iuſtificat, quia eſt opus, ſed quia apprehendit Chriſtum iuſtificatorem. Eſt enim fides inſtrumentum, & non meritum. Atque ita duplex fallacia committitur in hoc ſophiſmate, videlicet æquiuocationis & accidentis.

In iuſtificatione non poteſt abeſſe regeneratio. Ergo regeneratio eſt pars, ſiue cauſa partialis iuſtificationis. Reſpondeo. Multa coniunguntur, quæ tamen non ſunt partes & cauſæ eiuſdem rei, ſed ſingula habent ſuas proprietates & actiones ppriæ. Deinde plura ſæpè ſunt effecta eiuſdē cauſæ, quæ licèt coniuncta ſint, confundenda tamen cum cauſa non ſunt, vt cùm dicimus: Fide iuſtificamur, & fide regeneramur. Hîc duo diuerſa effecta, videlicet iuſtificatio & regeneratio, eidem cauſæ, nempe fidei tribuuntur, & ita coniuncta ſunt, etſi diuerſa, vt ab vna ad aliud valeat conſequentia: Vt, Abraham eſt iuſtificatus: Igitur Abraham eſt regenitus. Et rurſus: Abraham eſt regenitus. Igitur Abraham eſt iuſtificatus. Hîc dicere iuſtificationem eſſe cauſam regenerationis, aut regenerationem eſſe cauſam iuſtificationis, eſt peruertere ordinem rerum, & confundere cauſas & effecta: Quod qui facit, in multas abſurditates incurret. Cùm ergo dicunt Papiſtæ: In iuſtificatione non poteſt abeſſe regeneratio: Igitur regeneratio eſt pars, ſiue cauſa partialis iuſtificationis, confundunt ordinē rerum, & ex effectu cauſam faciunt.

Maiores virtutes habent maiorem vim iuſtificandi. Sed charitas eſt maior fide, iuxta illud Pauli, 1. Corinth. 13. 13. *Fides, ſpes, & charitas, tria hæc: Sed maior his charitas.* Igitur charitas iuſtificat & non fides. Reſpondeo. Argumentum procedit & rectè concludit de iuſtitia Legis, non de iuſtitia Euangelij. Deinde charitas eſt maior fide duobus modis, videlicet vſu inter homines & duratione. Nam durat poſt hanc vitam, vbi nullus fidei vſus erit. Sed fides eſt magna, maior & maxima in iuſtificatione. Nam *fides*, vt Auguſtinus loquitur, *impetrat, quod Lex imperat.* Sola enim maximum illud bonum apprehendit, retinet, & poſsidet, quod eſt IESVS Chriſtus, cum omnibus ſuis beneficiis. Hæc fides tametſi naturâ ſuâ comitem habeat charitatem: tamen ſine ea iuſtificat.

Deus iuſtificat. Deus eſt dilectio: Ergo dilectio iuſtificat. Reſpondeo & cōcedo argumentum de dilectione Deo, non de dilectione Dei paſsiua. Nam aliud eſt dilectio Deus, aliud dilectio Dei. Dilectio Deus, eſt ipſa Dei eſſentia, ſeu ipſe Deus. Dilectio Dei duplex eſt, videlicet Actiua, qua ipſe nos diligit, & hæc imperans cauſa eſt iuſtificationis, iuxta illud: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum Vnigenitum daret*, &c. Paſſiua dilectio Dei eſt, qua à nobis diligitur, videlicet cùm ei nihil in diligendo & ſequendo præponimus. Regnat enim carnalis cupiditas, vbi nō eſt Dei charitas. Papiſtæ ergo cùm paſsiuam concludunt, plus ponūt in concluſione, quàm fuit in præmiſsis.

Remittite & remittetur vobis. Igitur remiſſio, qua proximis remittimus, quæ in nos deliquerunt, eſt cauſa remiſsionis peccatorum coram Deo. Reſpondeo. Parabola de debitore, Matth. 18. hoc argumentum ſoluit. Vt enim hic debitor accipit condonationem totius ſui debiti gratis ex mera bonitate condonantis, ſed poſtea propter ſæuitiam in conſeruum reuocatur ad ſupplicium: ita nos remiſsionem debiti, id eſt, omnium peccatorum noſtrorum gratis accipimus, propter Chriſtum. Sed ſi fuerimus in proximos crudeles, reuocabimur ad ſupplicium. Igitur dictum Domini non de cauſis remiſsionis peccatorū noſtrorum intelligendum eſt, ſed de debito officio eorū, quibus peccatum eſt remiſſum. Quod ſanè officium piè præſtitum, teſtimonium eſt fidei & remiſsionis peccatorum apud Deum quædam teſtificatio. Atque ideo Dominus iubet nos ita precari: Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris, vt remiſsionē noſtram habeamus, tanquam teſtimonium & teſtificationem remiſsionis peccatorum noſtrorum apud Deum.

Impletio Legis iuſtificat. Charitas eſt impletio Legis. Igitur charitas iuſtificat. Reſpondeo. Maior eſt vera, nam impletio Legis ſecundùm partes & gradus partium, iuſtificat, ſecundùm illud: *Qui fecerit ea homo, viuet in eis.* Minor eſt falſa de dilectione noſtra, quoad perfectionem graduum. Nemo enim mortalium diligit Deum & proximū purè, perfectè, ſecundùm gradus, perpetuò & ſpiritualiter, vt Lex requirit. Non ergo ſequitur concluſio. Deinde ſi charitas iuſtificat,

aut

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

aut perfecta, aut imperfecta iuſtificat. Perfectã nullus hominũ habet, præter ſolùm Chriſtum. Imperfecta Legem non implet ſecundùm gradus. Quare nec perfecta, nec imperfecta charitate iuſtificamur. Quid ad dictum Pauli Rom. 13. 8. *Qui diligit proximum, Legem impleuit*, reſpondendum ſit, ſuprà dictum eſt.

Quæ in promiſsione Dei vnà coniungũtur, vnà iuſtificant. Fides & opera in promiſsione vnà coniunguntur: Igitur fides & opera vnà iuſtificant. Reſpondeo ad Maiorem ꝑ diſtinctionem. Promiſsio duplex eſt, videlicet reconciliationis, & remunerationis obedientiæ, ſeu bonorum operum. Fides habet promiſsionem reconciliationis. Opera ex fide præſtita habent promiſsionẽ remunerationis obedientiæ. Non ergo fides & opera ſunt coniuncta in eadẽ promiſsione: ſed vt illa propriam, ita hæc ſuam habet promiſsionem. Argumentum proinde peccat fallacia æquiuocationis. Confundit enim promiſsionem Legis & Euangelij.

Quæ in Eccleſia vt ad vitam æternam neceſſaria requiruntur, illa ſimul iuſtificant. Fides & charitas ſimul requiruntur. Simul igitur iuſtificant. Reſpondeo. Maior eſt falſa. Sæpè enim fit, quòd multa ſint ſimul, quæ tamen non concurrunt ſimili neceſsitate, quemadmodum ſuprà admonuimus. Fides enim requiritur vt cauſa inſtrumẽtalis neceſſaria, qua apprehenditur iuſtitia Chriſti, quę nobis imputatur corã Deo. Charitas requiritur vt iuſtificationis effectus neceſſarius. Non igitur idẽ finis fidei & charitatis, nec eadem neceſsitas eſt cauſę rei & effectus.

Pœnitentia ad ſalutem neceſſaria eſt iuxta illud Lucæ 13. 5 *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis*. Sed pœnitentiæ partes ſunt tres: videlicet contritio, fides, & noua obedientia, ſiue bona opera. Igitur omnes hæ partes ſunt neceſſariæ ad ſalutẽ. Reſpondeo ad probationem maioris, *Niſi pœnitentiam egeritis*, id eſt, iuxta Prophetarum phraſin, niſi conuertamini. In Græco enim eſt: ἐὰν μὴ μετανοῆτε. Conuerſio autẽ hæc fit per ſolam fidem in IESVM Chriſtum. Debet ergo accuratè diſtingui pœnitẽtiæ partes. Quarum prima μεταμέλεια, id eſt, diſplicentia facti, in Matthæo dicitur, & vſitatè vocatur contritio, quæ nec pars, nec cauſa iuſtificationis, ſeu ſalutis eſt: ſed ſolummodò ꝑ eam agnoſcimus morbum noſtrum, vt quæramus medicum. Secunda pars, videlicet fides, formalis eſt, qua ſola & iuſtificamur & ſaluamur, ad Rom. 1. & 3. & ad Epheſios 2. Tertia pars, videlicet conſequens, eſt noua vita, ſeu bonum propoſitum. Hinc patet, quòd iſtæ tres partes pœnitentiæ diſsimiles habeant & actiones & fines. Peccati agnitio, vnde cõtritio naſcitur, ad fidem compellit, tanquam ad vnicum ſalutis aſylum. Ideò Paulus ait: *Dolor ſecundùm Deum operatur* μετάνοιαν *ad ſalutem.* Fides in Chriſtum, per quam fit conuerſio, apprehendit remiſsionem peccatorum, & iuſtitiam Chriſti, atque adeò ſalutem ipſam. Qui enim Chriſtum habet, ſalutem habet. Noua vita, ſeu bonum propoſitũ eſt finis iuſtificationis, Rom. 6.

A Nam ideò fide iuſtificamur, vt iuſtificati Deo ſeruiamus in iuſtitia & ſanctitate vera omnib⁹ diebus noſtris.

At rurſus obiiciunt, & dicunt: Pſalmus 51. 19. dicit; *Sacrificium Deo, Spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Contritio ergo meritoria eſt remiſsionis peccatorum. Reſpondeo per diſtinctionem. Contritio conſideratur dupliciter, videlicet ante fidem, & quatenus cum fide coniuncta eſt. Contritio ante fidem B pœna eſt iuſta, & non ſacrificium. Sed accedente fide apprehendente remiſsionem peccatorum fit ſacrificium. Quemadmodũ in Cain & Dauide videre eſt. Contritio enim in Cain fuit magna ſatis & aditus ad æternam mortem. Similiter in Dauide fuiſſet initium æternarum pœnarum, niſi fides ſuccurriſſet, qua fide, temperata, contritio facta eſt ſacrificium Deo longè gratiſsimum. Neque tamen ideò meritoria eſt remiſsionis peccatorum, quę remiſsio peccatorum C vt ſolius Chriſti donum eſt: ita fide Chriſti ſola apprehenditur. Eſt proinde magnum diſcrimen inter contritionem impij, & conuerſi ad Deum.

Quicunque ſupererogat, addit aliquid vltrà debitũ officium. Sed multi ſupererogant. Proinde multi addunt aliquid vltra debitũ officium. Debitum autem officium eſt, Legis opera facere, quæ qui fecerit, viuet in eis. Minorem exemplo Pauli confirmari putant. Hic enim cùm D officium debitum prędicando Euangelium feciſſet, addit aliquid vltra hoc debitum officium: abſtinet enim à ſtipendio, quod iure ipſi debebatur. Reſpondeo. Primùm in hoc peccat argumentum, quòd ex officio perſonę fideliter præſtito, concludat toti Legi ſatisfactum eſſe, cùm officium vocationis facere, ſit ſolummodò particula quædam vnius alicuius præcepti. Deinde nego Paulum aliquid ſupererogaſſe, hoc eſt, feciſſe quod non debuerit ex officio. Etſi enim E Paulus vltrà progreſſus eſt, q̃ requirat ordinaria vocatio: tamen nihil fecit, ꝙ ex officio non debuerit. Ex officio enim Miniſtrorũ verbi eſt, atq; adeò omnium piorũ, offendiculis obuiare. Cũ ergo cerneret Apoſtolus Euangelij curſum impeditũ iri, ſi ſua facultate vteretur in petẽdo ſtipendio, ſuum officium eſſe rectè iudicauit, vt potiùs noctu labore manuũ victum quæreret, q̃ vt Euangelij curſum impediret. Nam ſi ordinarium ſtipendium accepiſſet Paulus, hoſtes F Chriſtianorum dixiſſent, Paulum Euangelium prædicaſſe potiùs vt ex alieno viueret, quàm vt quæreret gloriam Dei. Nihil proinde ſupererogauit Paulus, quod non ex officio debuit.

Hîc obiter interſeramus firmiſsimã demonſtrationem contra opera & merita ſupererogationis. Nullum opus Lege Dei comprehenſum eſt opus ſupererogationis. Eſt enim iuſtum debitum, Deo ſecundùm Legẽ obedire. Nam ſcriptum eſt: *Cùm omnia feceritis, quæ præcepta ſunt* G *vobis, dicite, Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, hoc fecimus.* Omne opus Deo acceptum, eſt Lege Dei comprehẽſum. Ita enim Dominus ait: *Fru*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſtrà me colitis mandatis hominum. Item: *In præceptis meis ambulate, & non in præceptis patrum veſtrorum.* Deinde cùm duo ſunt ordines bonorum operum. Aut enim ad Dei cultum immediatè, aut ad charitaté proximi referuntur, profectò nullum opus ad Dei cultum pertinens eſſe poteſt, quin contineatur ſub hoc capite: *Dilige Dominũ Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota διανοίᾳ:* & nullum officium eſt charitatis, quod non requiratur illo præcepto: *Dilige proximum tuum ſicut teipſum.* Proinde nullũ opus Deo acceptũ, eſt ſupererogationis, ſed debitum officium.

Verùm Papiſtæ duo habent, quæ nobis obiiciunt, quibusque poſitam demonſtrationem euertere conantur.

Primùm enim dicunt, opera ſupererogationis duplicia eſſe, videlicet conſilij & laboris, qui vltra id, quod quis ex officio debet, præſtatur. Sed primùm videamus de conſilio. Nugantur conſilia eſſe, & non præcepta, hæc tria, videlicet non vindicare, paupertatem ſectari, & cœlibem vitam ducere. Sed cuius quæſo conſilium eſt dare, & cuius, præcepta tradere? Ambroſius dicit: *Præceptum in ſubditos fertur, conſilium amicis datur. De virginibus,* inquit Paulus, 1. Cor. 7. 25. *præceptum Domini non habeo, ſed conſilium do.* Non ergo conſulit Deus, quod fieri velit, ſed præcipit vt Dominus, cuius præceptis vt omnis creatura obtemperet, par eſt. Quòd autem Paulus conſulit virginitatem, hoc fecit propter præſentia pericula, quibus tum temporis expoſita erat Eccleſia, non quòd cultum Dei acceptiorem iudicauerit cœlibatum q̃ ſanctum coniugium. Et cùm Paulus dicit, ſe præceptum Domini nõ habere de cœlibatu, mirum eſt cur Papiſtæ hanc autoritatem ſibi ſumant, vt ſuos Sacrificulos & Moniales cogát ad cœlibem vitam. Eſt proinde hæc Papæ temeritas manifeſtum indicium ſpiritus Antichriſti. Ambroſij proinde ſententiam amplectamur, qui ait: *Non imperari poteſt virginitas, ſed optari. Nam quæ ſupra nos ſunt, in voto magis, quàm in magiſterio ſunt.*

Cùm non vindicare ad conſilium referũt, & negant eſſe præceptum Papiſtæ, produnt vel ſuam malitiam, vel craſſam inſcitiam, non animaduertentes priuatá vindictam pugnare cum capite ſecundæ tabulæ, videlicet: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum:* & cùm quinto & vltimo præceptis. Nec paupertatem voluntariam vllo conſuli verbo Domini docebunt Papiſtæ. Dicit quidem Dominus homini tumenti Legis iuſtitia: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Nunquid hîc conſulit Dominus paupertatem? Nullo modo: Sed præcipit huic homini certo conſilio, vt facultates vendat, & det pauperibꝰ, videlicet vt hoc pacto homo iſte veniat in cognitionem ſui ipſius, & videat quantum abſit à plena Legis obedientia. Fuit ergo hoc præceptum perſonale, hunc hominem obligás in ſpecie facti. Hinc apparet vanitas Papiſtarum de diſcrimine præceptorum & conſiliorum.

Alterum qđ obiiciunt, eſt de labore alicuius

A in vocatione ſancta, quì labor ſi extẽditur vltra id, quod quis debeat ordinariè iuxta officij regulam: Vt ſi quis doceat in Schola, ſi quis concionetur in templo, idq́; ſæpius q̃ ipſa ordinaria vocatio poſtulat, hoc Papiſtæ indebitũ vocant, quia non debeatur ex officij præſcripta regula: atq; ideò illud ſupererogationis titulo ornant. Hoc argumẽtum ſpecioſum quidem eſt, ſed parum firmũ. Videamus ergo an ſit aliquid in tali opere, quod non debeatur. Notum eſt dupliciter debitum accipi.

B Nam & debitum eſt, ad qđ nos obligat ius ciuile, & debitum eſt, ad quod nos ius diuinum obligat. Diuinum autem ius nõ eſt vnius modi, ſed varium eſt: Aut enim impreſſum eſt in natura diuinitùs, & dicitur ἄγραπτον, quod Paulus vocat δικαίωμα τοῦ θεοῦ. Aut eſt traditum voce Dei, & dicitur ſcriptum. Nunc autem ratione officij, ſinguli homines iure diuino, etſi non ſcripto, impreſſo tamen in natura, obligátur ad omnia faciẽda, quæ ſpectare videbuntur

C ad eum conſequendum finem, cui deſtinatur officium. Ná vt ciuilis obligatio regulam certam præſtandi officij præſcribit, vltra quam nihil requirit: ita diuina obligatio nõ ſolùm regulam præſcriptam officij, ſed etiam id qđ præcipuè finem, ad quem actiones officij ordinantur, intuetur, atq; ideò vult fungentem aliquo officio, omnia referre ad illum finem, cui vocatio deſtinatur, & tantiſper obligari hominẽ, donec finem officij aſſequatur. Quam ob rem, qui

D omnia fecerit, quæ ad finem conſequendum videbuntur facere, nihil feciſſe putandus eſt, qđ non debuerit, ratione finis officij, ex diuina obligatione. Adhæc dico, id qđ fit vltra regulam obligationis ciuilis, eſſe compenſationem, vel aliâs intermiſsi officij, vel ſæpe nõ ſatis diligenter præſtiti: ex quo fit, vt tametſi hominum reſpectu, aliquid feciſſe vltra officium debitũ videaris: tamen reſpectu Dei & finis eius cui deſtinatur officium, non plura feceris, q̃ debueris.

E Taceo Papiſtas perperá modos debiti confundere. Eſt enim duplex officium debitũ. Vnum cõmunis vocationis, ad quod omnes ex æquo obligantur, videlicet ad legis diuinæ obedientiam. Alterum perſonalis vocationis, ſeu certæ functionis, ad quod obligamur ſinguli, ratione functionis, quá vel in ciuili ſocietate, vel in Eccleſia ſuſtinemus.

Papiſtæ philoſophantes, vel potius ſophiſticantes inter alia ex Paulo colligunt hoc ſophiſma:

F *Fides operatur per charitatem*, Gal. 5. 6. Igitur charitas non eſt forma fidei. Nam forma eſt, per quam natura agit. Reſpondeo. Etſi verum eſt, naturam per formam agere: tamen in voluntariis actionibus aliæ ſunt actionum cauſæ. Deinde principium, quod aſſumunt Papiſtæ, non eſt conſtans. Nam anima hominis agit per corpus, ex quo non rectè concluditur, corpus eſſe formam animæ: ita fides Chriſtiana, hoc eſt, fides iuſtificans, regenerans, & corda purificás, eiuſmodi

G aſſenſus eſt, & promiſsionis gratuitę fiducia, vt tametſi ſine cæteris virtutibus eſſe nequeat, non tamen habeat vim & vitam ſuam ab

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

vlla virtute, ſed ab ipſo Spiritu fidei, à quo &
illud fides obtinet, vt omnibus & virtutibus &
bonis actionibus vim & formá ſuppeditet, qua
& virtutes laudabiles, & opera bona cenſentur.
Ex fide enim in nobis exiſtit omnis recta volun
tas, & verè bonum opus. Nam ad perfectam bo-
ni operis actionem tria requiruntur: Fides, quę
eſt fundamentum, principium, dux & guberna-
trix actionum. Deinde opus Lege diuina præ-
ceptum. Mandata ſiquidem hominum, quo ad
cultum Dei attinet, vox Dei condemnat: Et fi-
nis, cui deſtinatur opus, ad quẽ fides tanquam
ad ſcopum collimat. Hic autem finis principali-
ter eſt gloria Dei, cui omnes alij intermedij de-
ſtinantur. Hinc fit, ꝙ quidquid ſine fide molia-
tur, & faciat homo cultus gratiâ, ſit peccatum.

Vt autem à iunioribus rectiùs intelligatur, ꝙ
charitas non ſit fidei forma, vt Papiſtæ conten-
dunt, rationes tres ſubiiciam, ex quibus liquidò
conſtabit, quòd Papiſtæ contra Scripturam lo-
quantur. Sunt autem hæ rationes:

Prima. Fructus fidei non poſſunt dici forma
fidei. Arbor enim prior eſt fructibus. Bona ope-
ra, quæ charitate continentur, ſunt fructus iu-
ſtitiæ fidei. Ergo non poſſunt dici fidei forma.
Aliud eſt enim forma arboris. Aliud fructus,
qui arbore poſteriores ſunt.

Secunda. Finis pręcepti eſt charitas ex corde
puro, conſcientia bona & fide nõ ficta. Quomo-
do igitur charitas fidei forma eſſe poterit, cùm
eius effectus ſit. Sed ſi obiiciunt: Finis eſt for-
ma, & charitas eſt finis: Igitur & forma. Reſpon
deo. Sophiſma hoc in eo peccat, quòd ex gene-
re non diſtributo certam generis ſpeciem con-
cludat. Propoſitio enim tantùm vera eſt de fine
naturæ agentis, cui finis eſt forma, quam nacta
natura ceſſat, & non de fine rei productæ. Nam
res producta certæ actioni vt fini deſtinatur.

Tertia. Quidquid non eſt ex fide, peccatum
eſt: Igitur ſi charitas non eſt ex fide, peccatum
eſt. Iam autem ſi forma fidei eſt charitas, quo-
modo ex fide erit? Etſi autem idem Spiritus eſt
cauſa fidei & charitatis, diuerſo tamen modo
hoc accidit. Nam fidei cauſa eſt Spiritus San-
ctus immediatè: Charitatis verò, mediante fi-
de, ex qua manat charitas. Siquidem eſt veluti
riuulus ex fonte fidei promanans. Atque hacte-
nus de velitationibus Papiſtarum ſatis.

In quinta acie cõtra gratuitã iuſtificationem
collocat aduerſarij Patres. Ex quorum ſcriptis
decerpunt ſententias, quę Legis poſſibilitatem
ſtabilire videntur, & iuſtitiam Legis confirma-
re. Verùm priuſquã Patrum dicta aſcribam, re-
gulam obſeruãdam in Patrum lectione tradam
neceſſariam.

Dicta Patrũ ſunt in triplici diſcrimine: Quæ-
dam enim demonſtrata ſunt, hoc eſt, ex mani-
feſto verbo Dei firmiſsima conſecutione extru-
cta, qualia ſunt ſymbola Patrum, quibus non a-
liter credendum eſt, quàm ipſiſsimæ voci diui-
næ, cuius autoritate nituntur. Quædam ſunt
probabilia, videlicet quæ nõ ſunt ex verbo Dei
extructa, ſed probabiliter dicta. Hæc tantiſper

A retineri propter Patrum autoritatem poſſunt,
donec ab hoſtibus Dei trahantur in malam con
ſequentiam, contra aliquod dogma in Eccleſia
Dei neceſſarium. quod cùm fit, hoſtibus verita-
tis obiicienda eſt regula: *Magis Deo, quàm hominis-
bus, obtemperare oportet.* Nam cùm homini obtem-
perandum eſt propter mandatum Dei, par eſt,
vt homini imperáti, quod Deus prohibet, non
obediamus. Hác regulá Petrus obiecit ordina-
riis Doctoribus Iudaicæ gentis. Hanc regulam
B obiecit Socrates magiſtratui Athenienſi. Proin-
de omnes qui volunt pij & videri & eſſe, hanc
regulam ſequantur, quoties religionis cauſa a-
gitur apud homines quoſuis. Quædam per er-
rorem & negligentiam piis interdum viris ex-
cidunt potiùs, quàm dicuntur contra Scriptu-
ram, quæ non maiorem autoritatem merentur,
quàm vox ſerpentis, noſtros primos parentes
decipientis. Quare hîc ſequamur Ambroſij re-
gulam, quę eſt lib. 1. Officiorum: *Nos noua omnia,*
C *quæ Chriſtus non docuit, iure damnamus. Quia fidelibus
via Chriſtus eſt. Si igitur Chriſtus non docuit, quod do-
cemus, et nos id deteſtabile iudicemus.* Hac regula con
firmati, non moueamur Patrum dictis, ſi quan-
do contra demonſtrationes, quas ex verbo Dei
adduximus, Legem Dei poſsibilem eſſe, & ho-
mines operibus Legis iuſtificari dicant.

Hieronymus primũ cornu tenet in hac acie.
Hic enim ita ait: *Anathema ſit, ſi quis dixerit, Deum
impoßibilia præcepiſſe.* Si hoc dictum intelligit Hie
D ronymus de viribus humanis ſine diſcrimine
cum Pelagianis, falſiſsimum eſt. Pugnat enim
cum totius Scripturę conſenſu, vt ſuprà ſatis o-
ſtẽdimus: Et vni Hieronymo duos Patres alios
opponamus, Auguſtinum & Ambroſium, quo-
rum Auguſtinus ait: *Si non eſſet apud te propitiatio,
ſi iudex ſolùm eſſe velles, & miſericors eſſe nolles, obſer
uans omnes iniquitates noſtras, quis ſuſtineret? quis an-
te te ſtaret, & diceret: Innocens ſum? quis ſtaret in iu-
dicio tuo? Spes ergo vna eſt, quoniam eſt apud te propi-
E tiatio.* Deinde idem Auguſtinus contra duas epi
ſtolas Pelagianorum ad confirmãdam ſuam de
Legis impoſsibilitate ſententiam, adducit duo
Ambroſij dicta ex libro de Fuga ſeculi, quorum
prius eſt: *Lex os omnium potuit obſtruere, non potuit
mentem conuertere.* Alterum: *Lex factum damnat,
non aufert malitiam.*

Verùm ſi Hieronymus intelligit, Legem poſ-
ſibilem eſſe per gratiam, ambigua eſt adhuc ora
tio. Nam ſi intelligit hominem regeneratum ex
F gratia poſſe implere Legem Dei, Paulo Apoſto-
lo aduerſatur, qui ad Rom. 7. 21. ita de ſe ipſo ſcri
bit: *Inuenio Legem volenti mihi facere bonum, quòd ma
lum mihi adiaceat. Cõdelector enim Legi Dei, quò ad in-
teriorem hominem, ſed video aliam legem in membris
meis rebellantem legi mentis meæ, & captiuum redden
tem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego
homo, quis me liberabit de hoc corpore mortis? Gratias
ago Deo per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum.*

Hîc tria coniungit Apoſtolus, videlicet con-
G feſsionem, querelam & conſolationem.

Confeſsio eſt acerrimæ pugnæ carnis & ſpi-
ritus in ſe. Vnde patet, quòd iuſtitiam Legis ple

nam non habuerit Apoſtolus, impeditus importunitate carnis, & prauorum affectuum rebellantium Spiritui, hoc eſt, voluntati Pauli per Spiritum Sanctum renouatæ.

Querela eſt de grauiſsimo onere peccati hærentis adhuc in natura etiam regenitorum.

Conſolatio, pro qua gratias agit, erigit illum in hac lucta acerrima ſpiritus & carnis. Statuit enim nullam condemnationẽ eſſe iis, qui ſunt in Chriſto IESV, qui nõ ſecundùm carnem ambulant, ſed ſecundùm ſpiritum, id eſt, in iis, qui actiones carnis ſpiritu mortificant.

Cum hac Pauli confeſsione cõgruit omnium ſanctorum experientia, ex quo fit, vt quotidie precentur peccatorum veniam. Siquidem omnes ſancti, qui nondum carnem exuerũt, nunc omiſsione, nunc commiſsione, nunc infirmitate, nunc negligentia peccant.

Verùm ſi intelligit Hieronymus Legem poſſibilem eſſe ex gratia, quia eius obediẽtia à Chriſto facta credenti imputatur, pia & vera eſt ſententia. Præterea ſi poſsibilem dicit, quia credenti non imputatur eius tranſgreſsio, cum Iohanne Apoſtolo ſentit, qui ait: *Qui natus eſt ex Deo, non peccat.* Item: *Præcepta eius grauia non ſunt.*

Porrò cùm vrgemur à Papiſtis Patrum autoritate, hæc ordine faciamus.

Primùm videamus, an Patrum dicta recipiát plures interpretationes, quod ſi fit, deligamus eam, quæ ſtare poterit cum Scripturæ conſenſu, repudiatis cæteris. Hîc iuuerit periſtaſin loci, vnde petuntur Patrum dicta, in conſilium adhibere.

Secundò, ſi hac via nihil profecerimus, hoc eſt, ſi Patrum dicta non recipiant plures interpretationes, circumſpiciamus an idẽ autor contrarium alicubi ſcripſerit. Quod ſi deprehenderimus, autoritas dicentis ea in re diminuta eſt. Quis enim crederet contraria aſſerenti, niſi fortè in vno, quàm in alio loco maiori cum iudicio ſcripſiſſe oſtendatur?

Tertiò, ſi neque hac via ſucceſſerit, adhibeamus alios Patres in conſiliũ, & videamus, num ſint, qui contrarium iis, quę contra nos adferuntur, ex hoc vel illo Patre, ſenſerint, quod cùm fit, autoritatẽ plurium vnius errori obiiciamus.

Quartò, ſi neque hoc pacto aliquid profecerimus, abſurdum ex dictis Patrum contra veritatem adductis, cõcludamus, hoc eſt, repugnantiam dictorum Patrum cum apertis & non ambiguis Scripturæ pronunciatis: Atq; hîc ſequamur regulam, quam paulò antea ex Ambroſio adduximus. Hac admonitione de dictis Patrũ contenti, tranſeamus ad extremam Sophiſtarum aciem.

In hac ergo extrema acie ſuprà collocauimus abſurda, quibus conantur Sophiſtæ nõ ſolùm euertere doctrinã Eccleſiæ de gratuita iuſtificatione, verùm etiam eam ita infamem reddere, & abominabilem, vt omnes eam fugiant, tanquam peſtem, & ſi quid peſte eſt peius.

Primum abſurdum ita fabricant. Salomon Prouerb. 17. 15. ſic ait: *Qui iuſtificat impium, & con-*

A *demnat iuſtum, abominatio vterque eſt coram Domino*, hoc eſt, Dominus extremè abominatur tales iudices. Qua ergo pœnarum acerbitate expiari poterit Lutheranorum ſcelus, qui tribuunt optimo Deo, quod ipſe iuſtiſsimè abominatur in homine? Reſpondeo. Paulus clariſsimis verbis Deo tribuit quòd iuſtificet impium. Ita enim ait ad Rom. 4. 5. *Ei qui nõ operatur, ſed credit in eum qui iuſtificat impium, imputatur fides eius ad iuſtitiam.* Cùm igitur Spiritus ſanctus in Paulo non B veretur Deo attribuere hoc factum, videlicet quòd impium iuſtificet, neq; nos autoritate apoſtolica freti idem verebimur affirmare. Quid ergo dicendum eſt ad Papiſtarum argumentum? Si illud planè contempſerimus, oppoſita illi autoritate apoſtolica, quid habent quod contra dicant Papiſtæ, niſi fortè Paulum eidem nobiſcum damnationi ſubiicere velint. Sed quia eccleſiæ Dei admodum vtilis eſt huius rei perſpicua declaratio, in hunc modum reſpondeo: Sa- C lomon loquitur de iudice homine, quem corã Deo abominabilem pronunciat, ſi impij cauſam iuſtam pronunciauerit, & iuſti cauſam iniuſtam, atque ita abſoluerit impium à pœna, & condemnauerit iuſtum ad pœnam. Verùm cũ Deus impium iuſtificat, duo cogitanda ſunt. Primùm, qualis ſit homo ante iuſtificationem. Deinde, quemnam iuſtificet Deus, & quomodo id faciat.

Qualis ſit homo ante iuſtificationem, oſten- D dit Paulus, cum ait: *Qui iuſtificat impium.* Impius eſt proinde omnis homo, antequam à Deo iuſtificetur. Si impius, vbi merita cõgrui, vbi merita præparantia? Opus quidem præparans eſt, videlicet opus Legis condemnans impium, & contritio, quæ eſt dolor cordis ex agnitione peccati, ex ſenſu iræ Dei, & iuſtæ condemnationis noſtri, propter peccatum conceptus. Sed nec opus Legis nobis eſt meritorium. Eſt enim alienum, & non noſtrum: nec contritio meretur E quicquam. Nam eſt iuſta pœna peccati & morbi noſtri ſenſus, qui impellit ad quærendum medicum.

Quemnam iuſtificat Deus? Paulus reſpondet ad Rom. 3. 26. *Qui iuſtificat eum, qui eſt ex fide IESV Chriſti.* Quomodo eum iuſtificat? Num vt impius iudex facinoroſum nebulonem? nullo pacto. Nam cùm Deus impium iuſtificat, tria facit. Primùm tollit impietatem, quam habuit impius, eamq; delet merito mortis Chriſti in ho- F mine credente. Secundò imputat illi iuſtitiam alienam, quam non habuit, nempe filij ſui propriam, idq; propter meritum obedientiæ Chriſti perfectæ erga Legem Dei. Hac iuſtitia ornatus homo credens, iuſtus apparet, & eſt in conſpectu Dei. Tertiò Deus dat homini, quem iuſtificat, Spiritũ Sanctum, quo regeneratus meditatur veram iuſtitiam, & obedientiam erga Deum. Multum igitur intereſt inter hominem iuſtificantem impium, & Deum, qui impium G iuſtificat. Nam homo iuſtificans impium, relinquit ipſum in ſua impietate cum aliena iniuria, & contra Legem Dei & naturæ abſoluit nocentem,

tem. Verùm cùm Deus impiũ iuſtificat, ipſum ab impietate purgat, & ornat Chriſti iuſtitia, & ſanctificat Spiritu Sancto, vt ea quæ iuſta ſunt, meditetur & faciat.

At contrà obiiciunt, & dicunt, monſtri ſimile eſſe, hominem iuſtificari aliena iuſtitia, quam non habet, & non potiùs ſua propria, quam habet. Reſpondeo. Si hoc monſtri ſimile eſt, erit & illud mõſtri ſimile, qd Paulus ait, Rom.5.19. *Sicut vnius inobediẽtia multi conſtituti ſunt peccatores: ita vnius obedientia multi conſtituentur iuſti.* Item monſtri ſimile erit Chriſto imputari reatum, quem non habet, & non potiùs quem habet. Erit & monſtri ſimile, quod Paulus de ſe ipſo ait, Philip.3.8. *Omnia pro damno duxi, vt inueniar non habens meam iuſtitiam quæ eſt ex Lege, ſed eam quæ eſt ex fide* IESV *Chriſti.* Erit & illud Auguſtini mõſtri ſimile: *Noſtra delicta ſua delicta fecit, vt ſuam iuſtitiam noſtram iuſtitiam faceret.* Denique totum redemptionis myſterium, ipſa paſsio & mors Chriſti ſecundùm illos monſtri ſimilia erunt. Sed Dominus ipſe perdit ſapientiam ſapientũ, & prudentiam prudentum improbat. Vnde Apoſtolus: *Quoniam non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultam prædicationem ſaluos facere credentes.* Decepti igitur Papiſtæ, ea quę rectè dicuntur de iuſtitia politica, impiè transferunt ad iuſtitiam Euangelij, confundentes Legem & Euãgelium, & politicam iuſtitiam cum gratuita iuſtitia. Præterea dico eos in hoc falli, quòd putent hominem iuſtificari fide, nullam habere propriam iuſtitiam. Nam qui credit, habet duplicem iuſtitiam. Vnam perfectam, nempe Chriſti. Vt enim Chriſto noſtrũ peccatum imputatur: ita nobis viciſsim credentibus eius iuſtitia imputatur. Alteram inchoatã, propriam ſcilicet. Nam qui iuſtus ex fide, viuit, & ea, quæ iuſta ſunt, facit: iuxta illud Iohãnis, 1.Iohan.3.7. *Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.*

Tertiò abſurdum eſſe clamitãt, affirmare hominem debere firmiter & certò ſtatuere, ſibi remiſſa eſſe peccata, non habita ſuæ conditionis & infirmitatis ratione, id quod potiùs eſt temerario iudicio, quàm autoritate duci Scripturæ. Vt autem hoc argumẽtum fulciant, adducunt dictum Eccleſiaſtæ ex cap.9.1. *Neſcit homo an amore, vel odio dignus ſit.* Reſpondeo & dico, rationem habendam eſſe noſtræ infirmitatis, vt eius nos pœniteat: ſed tamen ſtatuendum eſſe ſine dubitatione, ꝙ Deus verè velit remittere peccata pœnitentibus, iuxta ſuam promiſsionem. Quam ob cauſam fides in Scriptura nunc ὑπόστασις, nunc πληροφορία dicitur, vt ſuprà oſtendimus, alioqui promiſsio nequaquam certa eſſet, quam Paulus ad Rom. 4.16. certam eſſe vult. Deinde ſymbolum Apoſtolicum iubet credere remiſsionem peccatorum & vitam æternam, quam ſymboli partẽ Papiſtæ inuadunt, & abolere conantur, cùm iubent nos dubitare de remiſsione peccatorum.

Iam ad dictum Eccleſiaſtę venimus: *Neſcit homo an amore vel odio dignus ſit.* Etſi autem hæc verſio reprehendi poteſt: tamen quantum ad illam

A attinet, nõ mouebo litem Papiſtis, cùm ipſe textus clariſsimè monſtret, quomodo hoc dictum ſit reſtringendum & intelligendum, ſiquidem huius dicti mox in eodem contextu ratio ſequitur: *Nã omnia, inquit, veniunt conſimiliter omnibus, euentus vnus eſt iuſto & impio.* Loquitur ergo Salomon de iudicio humano, quod vſitatè ſumitur ab euentu. Senſus ergo eſt: *Neſcit homo an amore vel odio dignus ſit*, ſcilicet ſi euentũ communem piis & impiis conſideres. Vtriſq; enim mo-B riendum eſt, vtrique ſæpe horrendis afflictionibus agitãtur. Sæpe piis malè, & impiis bene eſt. Hic ergo euentus non eſt amoris Dei, vel odij firmum argumentum. Verùm ſi Scripturã conſideres, is verè Deo dilectus eſt, qui inuenitur in dilecto ꝑ fidem, & Deo ex fide, quantum poteſt, obtẽperat, etiamſi maximis ærumnis cum Iob in hac vita obruitur. Contrà verò is à Deo contemnitur, qui cõtumaciter viuit ſine fide & pœnitentia, etiamſi opibus, voluptatibus & ho-C noribus in hac vita abundat. Pius ergo vel maximè afflictus ex fide loquitur in hunc modum cũ Iob.19.25. *Scio ꝙ redemptor meus viuit:* Item Iob. 13.15. *Etiamſi occiderit me, in ipſum ſperabo.* Sciunt enim pij crucem eſſe caſtigationem paternam, & non iudiciariam vindictam.

Quartò abſurdam eſſe eam doctrinam obiiciunt, quę facit vt homines ſegneſcãt & langueſcant in pietatis operibus, & timore Dei. Dicũt homines magis timuiſſe Deum in Papatu, q̃ in D hac clariſsima Euangelij luce. Reſpondeo, diſcernendum eſſe inter hypocritas & verè pios. Illi vndecunque quærunt carnis licentiam, hi ſpiritus imperio reguntur, & nihil magis in votis habent, q̃ vt Deo per iuſtitiam ſeruiãt. Deinde dico, non eſſe imputandum doctrinæ Euangelij, ſi quis ea abutatur in ſuã pernitiem. Quid eſt enim, quo mali malè vti non poſſunt?

Abſurda Paulo Apoſtolo obiecta hæc inter alia ſunt. Primum ex eo, quod Paulus ad Rom. E 5.20. dixerat: *Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia*, inferebant aduerſarij Pauli, Rom.6.1. *Permanebimus igitur in peccato, vt gratia abũdet.* Paulus negat conſequentiam, & rationem petit à fine gratuitæ iuſtificationis, qui finis eſt ſanctificatio noſtri, id eſt, mortificatio & viuificatio, cuius rei ſymbolum eſt Baptiſmus. Ita ergo reſpõdit Apoſtolus: *Abſit. Qui mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo? An ignoratis, quòd quicunq; baptizati ſumus in Chriſtum* IESVM, *in mortẽ eius* F *baptizati ſumus? Sepulti igitur ſumus cum eo in mortem, vt ſicut excitatus eſt Chriſtus in gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

Secundum, ex eo, quod dixerat Apoſtolus, Rom.6.14. *Peccatum vobis non dominabitur, quia non eſtis ſub Lege, ſed ſub gratia*, inferebant aduerſarij: *Quid igitur? peccabimus quòd non ſumus ſub Lege, ſed ſub gratia?* Negat & hìc Paulus conſequentiam argumento à fine liberationis noſtri à Lege deſumpto. Ita enim ait: *Abſit. An neſcitis cui ſiſtitis* G *vos ſeruos ad obediendum, eius ſerui eſtis, cui obeditis, ſiue peccati ad mortẽ, ſiue obedientiæ ad iuſtitiam?* quaſi diceret: Finis liberationis noſtri à Lege dam-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nante eſt ſeruire liberatori, & non ei à quo manumiſſi ſum⁹, hoc eſt, peccato. Vide ad Rom. 6.

Tertium ex eo ꝙ Paulus dixerat ad Rom. 3. 7. *Si veritas Dei per meum mendacium redundauit in gloriam ipſius, cur ergo ego vt peccator condemnor?* inferebant aduerſarij: Vult igitur Paulus, vt faciamus mala, vt eueniât bona. Sed Paulus reſpondet, horum damnationẽ iuſtam eſſe. Neq; enim peccatum per ſe cauſa eſt, quòd illuſtrior reddatur gloria Dei. Neq; mala per ſe cauſæ ſunt bonorum, ſed per occaſionem tantùm.

Quartum ex eo qđ dixerat Paulus ad Rom. 3. 28. hominem iuſtificari fide ſine operibus, & Deum iuſtificare Circumciſionem ex fide, & præputium per fidem: & ex eo quod dixerat ad Gal. 3. hæreditatem nõ eſſe ex Lege, ſed ex promiſsione, inferebant aduerſarij hoc abſurdum. Sic ſic eſt, Lex fruſtra à Deo data eſt. Sed Paulus priorem obiectionẽ euertit inuerſione: *Imò*, inquit, *per iuſtitiam fidei Legem ſtabilimus.* Nã *quod Lex imperat*, vt ait Auguſtinus, *hoc fides impetrat.* Ad poſterius reſpondet, negando conſequentiam. Si hæreditas, inquiunt, ex fide promiſsionis eſt, & non ex Lege, Lex inutilis erit. Reſpondet. Etſi ex Lege non eſt hæreditas: tamen alius eſt eius vſus, iuſtificationi gratuitæ ſeruiens, videlicet quòd monſtret tranſgreſsiones. *Lex addita eſt*, inquit, *propter tranſgreßiones*, hoc eſt, vt Paulus alibi ſe interpetatur, Rom. 3. 20. *Per Legẽ eſt cognitio peccati*, hoc eſt, Lex conuincit omnes homines peccati reos eſſe, videlicet, vt omnes confugiant ad gratiam per fidem in IESVM Chriſtum.

Hactenus acies Papiſtarum, quantum licuit, perrupimus, & oſtendimus, quę ſit vera ſententia de doctrina iuſtificationis noſtri corã Deo. Nunc coronidis loco adiiciam confeſsionẽ Philippi Melanthonis optimè de Eccleſia Chriſti meriti, in quodam conuentu Theologorũ propoſitam. Sunt autem hæc Philippi verba: *De Iuſtificatione retinemus doctrinam, quæ pio conſenſu in Eccleſiis noſtris iuxta confeßionem & ἀπολογίαν proponitur, ac piè & conſtanter retinemus: Sola fide coram Deo iuſtificamur: & hanc propoſitionem intelligimus & declaramus iuxta conſenſum perpetuũ, traditũ in Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis, Quòd homo in conuerſione ex iniuſto fiat iuſtus, id eſt, ex reo habens remißionem peccatorum, reconciliatus & acceptus Deo ad vitam æternam per miſericordiam gratis, propter ſolum Mediatorem Filium Dei, Sola fide & fiducia Mediatoris, iuxta promißionem: quæ fides nititur obedientia Mediatoris, propter quem perſona credens iam eſt iuſta, habens remißionem peccatorũ & reconciliationem, & accepta eſt Deo iuſtitiâ imputatâ propter Mediatorem, ſicut Rom. 4. 5. dicitur: Non operanti, credenti autem in eum, qui iuſtificat impium, fides imputatur ad iuſtitiam. Fit autem ea ipſa fide viuificatio, qua æternus Pater per Spiritum Sanctum viuificat & regenerat credentem, & ex doloribus inferorum liberat, ſicut dicitur: Iuſtus ſua fide, viuet. Item 1. Iohan. 5. 11. Et vita in Filio eſt: Qui habet Filium, habet vitam. Et 1. Pet. 1. 23. Renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum viuum Dei, & manens in ſeculum. Ad Galat. 3. 14. Vt promißionem Spiritus accipiamus per fidem. Hæc certißimũ eſt, vbiq; in Prophetis & Apoſtolis tradita eſſe. Et accedit teſtimonium omnium piorũ in vera conuerſione. Quanquam autem inchoantur fide viuificatio & nouitas: tamẽ ſemper retinẽda eſt hæc conſolatio: Fide ſumus iuſti, hoc eſt, imputata iuſtitia, & accepti Deo propter obedientiam Mediatoris, non propter ſequentem nouitatem noſtram, ſeu inhabitationem Dei, quæ eſt efficax in Sanctis. Et quanquam in Helia, & multis alijs Sanctis excellentia dona ſunt: tamen ipſi longè anteferunt Mediatorem, & ſtatuunt perſonam iuſtam & acceptã Deo propter Mediatorem promiſſum. Quia iuxta Legem totus mundus eſt reus coram Deo, ad Rom. 3. 19. Et Iob. 9. 2. Verè ſcio, ꝙ non eſt homo iuſtus coram Deo, ſed credentes iuſti ſunt, imputatâ iuſtitiâ, ſicut dicitur ad Rom. 5. 9. Iuſtificati ſanguine eius ſaluabuntur per ipſum ab ira. Item: Per obedientiam vnius multi conſtituẽtur iuſti. Cùm igitur de iuſtitia coram Deo dicitur, ſemper fides nitatur obedientia Mediatoris. Hac fide perſona iuſta eſt corã Deo, etiam poſt regenerationem. Nec recipimus Synecdochen Origenis, Monachorũ, Papiſtarum, libri Interim, Stengsfeldi, Oſiandri, & aliorum, qui ſic interpretantur propoſitionem: Fide iuſtificamur, ſcilicet præparatione, vt ſimus deinde iuſti alia re, & accepti coram Deo, ſcilicet nouitate, ſeu dilectione, ſeu inhærente iuſtitia, ſeu iuſtitia eſſentiali. Nec volumus abijci iuſtitiam imputatam, de qua Paulus expreßè inquit: Fides imputatur credenti ad iuſtitiam: & rectè diſcerni volumus gratiam & donum. In tota Scriptura prophetica Sancti ſic accedunt ad Deum, confugiẽtes ad miſericordiam propter promiſſum Dominũ, vt Daniel 9. 17. inquit: Non in iuſtitijs, aut iuſtificationibus noſtris, ſed propter Dominum exaudi me. Et Pſal. 2. 12. Beati omnes, q confidunt in eo. Et Pſal. 6. 5. Conuertere Domine, eripe animã meam: Saluum me fac propter miſericordiam tuam. Item Pſal. 143. 2. Non intres in iudicium cum ſeruo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Et ad Epheſ. 3. 12. Per quem audemus accedere in fiducia, quæ eſt in fide eius. Ad Roman. 8 33. Quis accuſabit electos Dei? Deus eſt, qui iuſtificat. Quis condemnabit? Nitatur ergo fides Mediatoris obedientia & intercesſione, non noſtra nouitate, ſeu inhærente iuſtitia, ſeu eſſentiali. Hanc conſolationem non abijciamus, ſed nos exemplis & teſtimonijs Sanctorum confirmemus, vt ſciamus, quomodo ad Deum accedendum ſit, & hanc fidem, qua certò reputamur iuſti & accepti Deo, quamquam ingens in nobis infirmitas eſt, niti Mediatore, vt dictum eſt. Cùm verò hac conſolatione corda viuificata ſunt, vera ſunt templa Dei, & habent iuſtitiam, ſcilicet ipſum Deum mouentẽ, & ſanctificantem corda, ſeu nouitatem, quã efficit Deus, & quæ eſt fructus Spiritus, eoque nominatur, & eſt iuſtitia, etiamſi aliud eſt propter quod perſona in iudicio Dei reputatur iuſta, quæ nouitas nondum eſt integra, & triſtes reliquiæ peccati hærent in omnibus in hac vita, vt ſuo loco copioſiùs dicitur. Denique totam doctrinam de iuſtificatione, Deo iuuante, retinemus.* Hæc Philippus.

Hîc dicendũ eſſet de nouitate vitæ, vnde ſit, in quo ſit poſita, & quò tendat. Sed q̃a de hac re ſæpe aliâs dictũ eſt, redeamus ad Euangeliſtam.

Qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam. Sed ira Dei manebit ſuper eum.

Antitheſis eſt ſuperioris aphoriſmi, & cõtinet horrendam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A horrēdam comminationem eorum qui Filium Dei contemnunt, & in eum credere recuſant. Comminatur enim illis irā Dei perpetuò manentem, h.e. duraturam in omnē æternitatem.

Hîc quatuor ordine perpendenda veniunt.

Primum, reatus hominis non credentis.

Secundū, iuſtitia Dei iudicātis & punientis.

Tertium, pœna ipſa.

Quartum, magnitudo & diuturnitas pœnæ. De his ordine dicam.

B Reatus hominis non credentis multiplex, videlicet naturæ communis ob lapſum primorum parentum, contumaciæ aduerſus Legem Dei, & contemtus Euangelij.

Reatus naturæ & contumaciæ aduerſus Legem Dei vterque per ſe & ſeorſim eſt tantus, q̄ hominē ęternis pœnis obnoxium reddat, iuxta illud Gen. 2.17. *In quocunq; die de arbore iſta comederis, moriendo morieris.* Item Deut. 27.26. Paul. Eph. 3.10. *Maledictus omnis qui non manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea.* C Vnde fit, vt totus mundus obnoxius ſit Deo. Vt enim omnes reatu naturæ ob lapſum Adæ inuoluimur: ita nemo mortalium eam obedientiam Legi Dei præſtare poteſt, quam ipſa iuſtiſsimè requirit.

Reatus contemti Euangelij maior eſt, quàm vt vlla vel Angelorum vel hominum lingua explicari poſsit. Magnus fuit reatus crucifigētium Chriſtum, maior Pilati Chriſtū inſontem condemnantis, D ſed omnium maximus eſt eorum, qui Chriſtum offerentem ſalutem & vitam per ſuum Euangelium non recipiunt, ſed contemnunt, mandatum eius pro ludibrio habent, promiſsionem gratiæ ingratiſsimi abiiciunt, Deum diligentem ſe nefariè oderunt, Chriſtum paſsū & mortuum pro ipſis ſceleratiſsimè derident, Spiritum Sanctum crudeliſsimè ſpernunt, Angelos Dei indigniſsimè contriſtant, damnatis Diabolis ſceleratiſsimè delicias præbent, E hominib⁹ aliis crudeliſsimi defectionis ſunt autores, Chriſtum medicum animarū vnicum tanquam phrenetici, inuadunt, & malum pro bono reddunt. Deniq; ſe ipſos, creatos ad imaginem Dei, non ſine Dei extremo contemptu, & intollerabili iniuria in æterna ſupplicia ſpontè præcipitant. Hinc aliquo modo cogitari poteſt, quantus ſit reatus contempti Euangelij, in quo tam multa horrenda flagitia concurrunt. Non ergo mirum eſt, ſi pœnæ, ira Dei, & maledictio triplicentur, F triplicato reatu.

Cæterum quia vocabulum ἀπειθῶν, quo vtitur Euangeliſta, ſignificat & nō credere, & ſe alicui contumaciter opponere, complector hîc duplicem reatum. Vnum contemti Euágelij, de quo iam dictū eſt. Alterum abnegati Euágelij, quod quis antea amplexus erat, & de cuius veritate certus fuit. Sub huius reatus rationē venit blaſphemia in Sp. Sáctum, quam Chriſtus, Iohannes & Epiſt. ad Heb. irremiſsibilem eſſe pronunciant, G non quidem ſubſtantia ſua. Nā gratia ſuperat peccatum: ſed circumſtátia certa. Verùm quia video multos, nō ſatis perſpicuè huius peccati, quod peculiari modo cōtra Spiritū Sanctū dicitur, rationem explicare, & plurimos hærere intelligo perplexos, cùm nō ſciant q̄d certò ſtatuendū ſit de hoc peccati genere: volo paucis ex collatione Scripturarum inquirere, quænam ſit vera huius peacati, quod aliàs dicitur blaſphemia in Spiritum Sanctum, ratio ſeu forma, vt nullus amplius relinquatur dubitandi locus.

Conferenti igitur mihi Scripturę teſtimonia de hoc peccato, quod ſingulari modo in Spiritum Sanctum committi dicitur, quinque ſe offerūt excutienda, quæ ad huius peccati plenam rationem explicandam pertinere videntur.

Primûm occurrit dictum Iohannis, 1. Ioh. 5.17. *Omnis ἀνομία eſt peccatū, ſed non ad mortē.* Hîc Iohan. diſtinguit peccatū ad mortē, quod aliâs dicitur in Spiritum Sanctum à tranſgreſsionibus Legis diuinæ, ſiue ſint voluntariæ ſiue inuoluntariæ; ſiue multæ ſiue plurimæ. Dicit enim diſtributiuè: *Omnis ἀνομία*, id eſt, quælibet Legis tranſgreſſio, *eſt peccatum, ſed non ad mortem.* Hinc ergo concludamus, peccatum in Spiritum Sanctum non eſſe Legis moralis tranſgreſsionem vllam, nec vniuerſalem nec particularem. Eſtq; hæc concluſio imprimis tenenda contra multorum errorem veterum & recentium ſcriptorum.

Secundum, Chriſtus Dominus Matth. 12.31. Marc. 3, 8. & Luc. 12.10. obiicit blaſphemiam in Spiritum Sanctum Iudæis, qui nō ſolûm Chriſtum & eius ſanctum Euangelium aſpernabantur, freti propriis iuſtitiis & ſacrificiis legalibus. Verumetiam dicebant, Chriſtum eiicere Dæmonia per Beelzebub principem Dæmoniorum, & habere ſpiritum impurum. Hinc efficitur, quôd materia ſeu generica differentia peccati in Spiritum Sanctum ſit contemptus Chriſti, & eius ſancti Euangelij, aſcribere ſpiritui Sathanæ quod eſt opus Spiritus Sancti proprium, & fiducia propriæ iuſtitiæ, & dignitatis ſacrificiorum legalium.

Tertium, cùm Diuus Paulus 1. Timoth 1.13, fatetur ſe fuiſſe blaſphemum in Chriſtum, complectitur omnia vitia, quæ Chriſtus obiecit Phariſęis. Tribuit enim Paul⁹ Diabolo opera Chriſti, quod eſt verè blaſphemū eſſe in Chriſtū. Nā detrahit Chriſto laudē veritatis, diuinā potentiam, qua ratione nomen Chriſti inter homines ſupra modum læſit, & inſuper plus quàm Phariſæi alij perſecutus eſt Chriſtum zelo Legis Moſaicæ. Hic Paulus tametſi blaſphemus fuerit in Chriſtum, & eius Euangelij perſecutor: tamen ſe conſecutum eſſe miſericordiam dicit, eò quôd ignorans hæc fecerit. Significat igitur Paulus duplicem eſſe blaſphemiam & perſecutionem Chriſti, atq; eius ſancti Euangelij, quarum vnam, quę ex ignorantia proficiſcitur, non eſſe peccatum in Spiritum Sanctum. Ideo ipſe Dominus apud Matth. 12.32. ait: *Quiſquis locutus fuerit aduerſus Filium hominis, remittetur ei. Qui autem locutus fuerit contra Spiritum Sanctum, nō remittetur ei neque in hoc ſeculo neque in futuro.*

Quartū, eſt dictū Domini, Matt. 12.32. *Quiſquis autem locutus fuerit aduerſus Spiritum Sanctū, non re-*

mitteturei neq; in hoc ſeculo, neque in futuro. Hoc Domini dictum Epiſt. ad Heb cap. 6. 4. hiſce verbis exponit: *Impoßibile eſt eos qui ſemel fuerũt illuminati, guſtaueruntq; donũ cœleſte, & participes facti fuerũt Spiritus Sãcti, guſtaueruntq; bonũ Dei verbum, & virtutes ſeculi futuri, ſi prolabantur, vt denuò renouentur ꝑ pœnitentiam, vt qui rurſus ſibi crucifigãt Filium Dei, et ludibrio exponãt.* Hoc dictũ collatũ cũ verbis Domini differẽtiam ſpecificã peccati in Spiritũ Sãctũ ſuppeditabit, & rationẽ docebit, cur hoc peccatũ dicatur ꝑcipuè in Spiritũ Sanctũ. Differẽtia ſpecifica eſt à Chriſto verè agnito, & ab Euãgelio per S. Sãctum, illuminantẽ corda cognito, deficere rurſus, Chriſtũ negare, eũ perſequi & cõtumelia afficere, ſpreta ipſius hoſtia. Eſt ergo ratio appellationis, ꝙ tales ſcientes & volentes expellunt Spiritum Sanctum de cordibus ſuis, reiiciunt eius teſtimonium, per quem veritas Euangelij in ipſorum cordibus obſignata fuit.

Quintum: Cùm Epiſtola ad Hebræos 10. 26. ait: *Non eſt alia hoſtia reliqua pro peccato*, circumſtantiam cur hoc peccatum dicatur irremiſsibile, ponit. Quomodo enim is peccator reuocari per pœnitentiam poterit, qui pœnitentiæ fundamentum abiecit, videlicet Chriſtum ipſum. Renouatio enim fieri non poteſt, niſi per fidem in Ieſum Chriſtum. Deinde peccator, qui per Chriſti hoſtiam ſaluari non vult, vbi inueniet aliam hoſtiam, per quã ſaluabitur? Non enim eſt alia hoſtia, vt ait Epiſtola ad Heb. 10. 26. pro peccato quàm ſola Chriſti. Putabãt Phariſæi ſe ſuis ſacrificiis poſſe abolere peccatum ſine Chriſto, & ſine hoſtia Chriſti remiſsionem peccatorum cõſequi, quod Apoſtolus cõſentiente tota Scriptura dicit eſſe impoſsibile. Dicitur proinde hoc peccatum irremiſsibile, non quòd ſit potentius aut maius quàm gratia. Nam certiſsima eſt hęc Pauli regula: *Gratia ſuperat peccatum*: ſed quia non eſt alia quàm ſola Chriſti victima pro peccato, quam illi Phariſæi finaliter reiecerunt.

Ex his concludamus plenam definitionem huius peccati, quod dicitur in Spiritum Sanctũ. *Peccatum in Spiritum Sanctum eſt voluntaria rebellio aduerſus Chriſtum verè agnitum, defectio ab Euangelio in corde hominis per Spiritum Sanctum illuminantem obſignato, perſecutio Eccleſiæ cum fiducia propriæ iuſtitiæ & ſacrificiorum, ſpreta & abiecta finaliter Chriſti hoſtia, quæ ſola peccati expiatrix exiſtit.* Non igitur mirum eſt Dominum dixiſſe: *Omnia peccata quæ peccauerint homines, remittẽtur eis, ſed blaſphemia Spiritus non remittetur, neque in præſenti neque in futuro ſeculo.* Hinc petenda eſt declaratio dicti ad Heb. 10 26. *Voluntariè peccantibus poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia.* Nam hîc voluntariè peccantes vocat eos qui renunciant Chriſto quem agnouerunt, atque eius hoſtiam abiiciũt. Nequaquam igitur iſte locus patrocinatur Donatiſtis, qui lapſis negarunt veniam. Nam inter lapſus morum & lapſum renunciantium Chriſto verè agnito, & eius Euangelio, maximum eſt diſcrimen.

Iuſtitia Dei punientis requirit vt pœna reſpõdeat reatui iuxta eius gradus: *Nõ videbit*, inquit, *vitam*, h. e. morte æterna obruetur, nunquã fruetur conſpectu Dei, nunquã aliquid cõſolationis ſentiet, imò ne guſtum quidẽ vitæ percipiet vnquam. Hìc proinde euertũtur omnia hominum commẽta de iuſtitia hominis coram Deo extra Chriſtũ. Nã ſi iuſtitia via vitæ eſt, & nemo fruetur vita niſi qui credit in Chriſtum, ſequitur neminem iuſtum eſſe coram Deo extra Chriſtum. Deinde quia credenti promittitur vita, neceſſe eſt credentem eſſe iuſtũ. Nemo enim vitam conſequitur niſi idem iuſtus fuerit, iuxta illud Mat. 19. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Verùm quia nemo ſeruare mãdata poterit, & nihilominus oportet iuſtũ eſſe eum qui vitã ingreſſurus eſt, Chriſtus credẽti ſuam iuſtitiam imputat, vt credens ſit verè iuſtus, & vita fruatur, quę iuſtis propoſita eſt, atq; hoc eſt quod Paulus ait Rom. 10. 4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credẽti.*

Pœna iræ diuinæ nomine metonymικῶς ſignificatur. Hîc cogitetur collatio inter iram Dei & iram hominis. Homo iraſcens impediri, mutari & mori poteſt, Deus potentior eſt quàm vt impediatur, conſtantior quàm vt mutetur, viuacior quàm vt moriatur. Nemo igitur putet ſe poſſe iram Dei ſubterfugere.

Magnitudo & diuturnitas pœnę intelligitur ex reatus magnitudine & iræ diuinæ iuſtitia. Ideo Baptiſta dicit: *Ira Dei manet ſuper ipſum*, quaſi diceret: Ira Dei cui omnes obnoxij naſcimur, non venit iam primùm, cùm prædicatur Euangelium, ſuper homines, ſed quæ antea fuit, manet. Cùm enim Adam peccaret, venit ira Dei ſuper eum & omnes eius poſteros, quæ tunc veniſſe rectè dicitur, nunc autem manere, etſi duplicatam ſuper eum qui non conuertitur per fidem in Ieſum Chriſtũ. Quid quæſo magis horrendum cogitari poteſt q̃ ira Dei manens? vnde dicitur: *horrendum eſt in manus Dei viuentis incidere.*

Verùm hîc diſcernendũ eſt inter modos iræ Dei. Alia eſt enim ira Dei manens, alia non manens. Manens ira, id eſt, perpetuò durans, dicitur reſpectu eorum qui ſine pœnitentia ex hac vita diſcedunt, vt Cain, Saul, Iudas. Nõ manens dicitur reſpectu eorũ qui conuertũtur per fidẽ in Ieſum Chriſtũ. Hoc diſcrimẽ textus manifeſtè indicat: *Qui credit in Filium, habet vitam*: Igitur ira Dei non manet ſuper eũ, ſed placatur & tollitur merito mortis Filij Dei, & hoc eſt quod in Pſal. 103. 8. dicitur: *Miſerator et miſericors Dominus, tardus ad iram, & multum miſericors. Nõ in perpetuum contendet: neq; in æternũ iraſcetur.* Huius rei rationẽ paulò pòſt in eodẽ Pſalmo ſubiungit, dicẽs: *Miſericordia Domini ab æterno vſq; in æternũ ſuper timentes eum, & his qui ſeruant teſtamentum eius.* Sed cùm ſubiungit: *Qui non credit in Filium, nõ videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum*, ſignificat, iram manentem ad eos ſolummodò pertinere, qui non conuertuntur ante mortem.

Vt ergo hic locus duos ordines hominum facit: Vnum eorum qui pereunt, qui eſt omnium qui non conuertuntur, ſuper quos ira Dei manet. Alterum eorum, qui ſaluantur, & eſt omnium qui conuertuntur ad Deum per fidem in

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Ieſum Chriſtum. Hæc eò pertinent, vt nos ſeparemus ab illo, & adiungamur huic, cui ira Dei per Filium ſublata eſt: ita manifeſtè refutat Papiſtarum & Oſiandri errorem, qui putant alios agere pœnitentiam ante mortem in hac vita, alios poſt mortem & acerbitate pœnarum adigi ad pœnitentiam. Nõ nego illos dolere de facto, A quemadmodum de diuite Epulone legimus, cuius dolor non erat ſecundùm Deum, quare nec conuerſionem operatus eſt: ſed cõuerti eos nego. In quemcunq; enim locum arbor ceciderit ſiue ad auſtrum ſiue ad aquilonem, ibi erit, Eccleſiaſtæ 11.3. Et Paulus 2. Corinth. 6.2. *Nunc tempus acceptum eſt, nunc dies ſalutis.*

CAPVT QVARTVM.

SVMMA CAP. IV.

Vt profectio Domini à Iudæa per Samariam indicatur: ita occaſio relictæ Iudææ, resq́; geſtæ in Samaria & inde in Cana Galilææ narrantur. Occaſio relictæ Iudææ fuit, quòd cognoſceret Dominus Iudæos audiuiſſe, quòd ipſe plures diſcipulos faceret & baptizaret quàm Iohannes. In Samaria mulierem de vera inuocatione docet, ſe Meßiam eſſe fatetur, cum diſcipulis de cibo diſſerit, & cùm manſiſſet cum Samaritanis biduum, in Galilæam venit: à quibus excipitur benignè. Inde profectus in Canam Galilææ, reguli filium ſanitati reſtituit.

ORDO ET PARTES CAPITIS IV.

Partes huius capitis ſex ſunt.

Prima, Profectio Chriſti à Iudæa in Samariam.

Secunda, Colloquium Chriſti cum muliere Samaritana, in quo agitur de aqua viua, de vero Dei cultu, de Meſsia quis ſit, vnde fidem concipit Samaritana, & fructus fidei ſuæ ædit.

Tertia, Diſputatio Chriſti cum diſcipulis de cibo corporis & cibo obedientiæ erga Deum, ſeu ſtudio propagandi regni Dei.

Quarta, Conuerſio Samaritanorum multorum ad concionem mulieris Samaritanę, & confirmatio eorundem per præſentiam & doctrinam Chriſti.

Quinta, Chriſti exceptio benigna à Galilæis propter miracula in die feſto Ieroſolymis ædita.

Sexta, Miraculum ſanati filij reguli cum ſuis circumſtantiis.

EXEGESIS QVARTI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PRIMA PARS CAPITIS.

1 Vt ergo cognouit Dominus, audiuiſſe Phariſæos, quòd Ieſus diſcipulos plures faceret & baptizaret, quàm Iohannes.

2 (Quamquam Ieſus ipſe non baptizabat, ſed diſcipuli eius.)

3 Reliqit Iudæã, et abiit rurſus in Galilæam.

B *4 Oportebat autem eum tranſire per Samariam.*

Ex occaſione huius profectionis colligi poteſt, quid ſecutum ſit diſputationem diſcipulorum Iohannis cũ Iudæis de purgatione, hoc eſt, de Baptiſmo Chriſti & Iohan- C nis. Nã cùm Iohãnes Chriſto vt Domino omnia deferret, ac ſe in miniſtrorũ ordinem redigeret, plures curſitabãt ad diſcipulos Chriſti, vt ab iis baptizarentur, ſpreto quodammodo Iohannis baptiſmo. Quod cũ Dominus cognouiſſet Phariſæos audiuiſſe, ſeceſsit in alium locum, abſquè dubio hoc conſilio, vt & baptiſmum vtrumque, h.e. Iohannis & diſcipulorum ſuorum ęqualem oſtenderet, & inuidiam Phariſæorum ad tempus conſtitutum à Patre declinaret.

D Hinc duo diſcamus: Vnum, non pendere Sacramenta à miniſtrorum dignitate, ſed à Domino Sacramentorum. Iohannes baptizabat & diſcipuli Domini baptizabant, vtrique miniſtri fuẽre Baptiſmi, Chriſtus autẽ Dominus & autor. Quare perinde eſt, à quocunq; conferatur miniſtro. Nã omnẽ ſuam vim habet à Domino, qui manu miniſtri aquã affundit, & Spiritu ſuo Sancto intus abluit. Atque ita verum eſt, quòd Ieſus & baptizabat & non baptizabat. Baptiza- E bat miniſterio diſcipulorum: non autem baptizabat externã aquam propria manu affundendo, ſeu, vt Auguſtinus loquitur: *Ieſus baptizabat, quia ipſe mandabat: non baptizabat, quia non ipſe tingebat. præbebant diſcipuli miniſterium corporis, præbebat ille adiutorium maieſtatis.*

Verùm hîc quæſtio ſe offert de miniſtris malis, vtrum ne illorum miniſterium ſit efficax nec ne? Parmenianus & Papiſtæ negant, Nos cum Paulo affirmamus. Quare vt hæc quæſtio ac- F curatè diſcutiatur, diſcernendum eſt inter miniſtros ipſos & miniſterium eorum. Miniſtri mali eſſe poſſunt, qui ſuæ malitiæ pœnas luent ſuo tempore, ſed miniſterium eorũ quo ad vſum Eccleſiæ attinet, nihilominus valet, quia nõ ſuo ſed Chriſti nomine, funguntur miniſterio. Hoc videtur olim ſignificatum fuiſſe in extructione arcæ Noë. Architecti ipſi, quia impij fuẽre, in diluuio ſubmerſi ſunt, ſed arca ſeruabantur fideles. Docebat Iudas fur G & nequam ſibi in maius exitium, ſed eius miniſterium profuit in extruenda arca, id eſt in colligenda Chriſti Eccleſia. Baptizat Paulus,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

baptizat Apollos, vterque bonus & fidelis miniſter, ſed vnum eſt vtriuſque baptiſma, quia vnus baptiſmatis Dominus. Baptizat Iudas, baptizat & Petrus, vterque diſcipulus Domini, ille fictus, hic verus, ſed Spiritus Chriſti idem in vtriuſque baptiſmo æqualiter fuit efficax. Baptizat hæreticus, baptizat Catholicus, ille malus, hic bonus: miniſterium quidem hominis eſt, ſed poteſtas Chriſti. Vaticinatur Balaam, vaticinatur Iſaias, in vtroque fuit idem Spiritus Dei, ſed in Balaam vaticinans tantùm & docens: In Iſaia autem & vaticinans ſeu docens & ſanctificans ſimul. Sic miniſtri noui Teſtamenti ratione officij cùm ſequuntur regulam præſcripti verbi, Spiritus Sanctus in eorum miniſterio efficax eſt, tametſi non omnes habeant Spiritum ſanctificantem. Cùm his cõuenit ſententia Auguſtini ſcribentis contra Parmenianum. *Spiritus Sanctus,* inquit, *in miniſtro Eccleſiæ ſic ineſt, vt ſi fictus non eſt, operetur per eum Spiritus Sanctus, & ad eius mercedem ſalutem ſempiternam, & eorum regenerationem vel ædificationem qui per eum ſiue conſecrantur, ſiue euangelizantur. Si autem fictus eſt, quoniam veriſsimè ſcriptum eſt Sap. 1. 5. Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, deeſt quidem ſaluti eius vt auferat ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu: miniſterium tamen eius non deſerit, quo per eum ſalutem operatur aliorum, propter quod Apoſtolus 1. Cor. 9. 17. ait: Si enim volens hoc facio, mercedem habeo: Sin autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt, id eſt, illis prodeſt, quibus hoc diſpenſo, non mihi qui fictus ſum.* Hæc Auguſtinus.

Alterum, quod hinc diſcendum dixi, eſt, vt exemplo Chriſti ſtrenuè quidẽ obeamus vocationis noſtræ munus, hæc tamen cautione adhibita, ne nos temere in pericula coniiciamus, præſertim ſi gloria Dei & ſalus proximorũ per noſtram fugam non impediatur. Verùm quia Scriptura nunc commendat, & nunc vituperat fugam, tenenda eſt diſtinctio.

Fuga eſt duplex, videlicet animi & corporis.

Fuga animi ſemper vitioſa eſt & damnabilis. Hęc committitur, cùm corpore quidem manes, ſed animo fugis ſeu diſcedis, idq́ue vel commodi alicuius cauſa quærendi, vel periculi euitandi gratia. Hac fuga multi peccant & ſunt deteriores mercenariis ipſis, qui prorſus gregẽ ſuum relinquunt. Quid enim indignius eſt, quàm videre oues ſe rectà in fauces luporum coniicere, & non eas etiam cum periculo vitæ ab interitu reuocare? Verùm quia tales ſeruiunt ſibi potiùs quàm Chriſto, non eſt eis cura gregis, niſi quatenus id fieri poſsit ſine ſuo periculo, ideo dicũtur animo fugere, etſi corpore manent.

Fuga corporis duplex eſt, videlicet illicita & licita: illicita corporis fuga eſt, cùm & animo & corpore diſcedis, ouibus lupo expoſitis. Hanc fugam Chriſtus mercenarij fugam vocat Iohan. cap. 10. verſ. 12.

Fuga corporis licita eſt, cùm animo manes, & corpore diſcedis, pio ac bono fine ſeu conſilio. Hæc fuga habet mandatum Chriſti Matth. 10. 23. *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Habet exemplum Chriſti hoc loco & ſæpè aliàs. Habet exempla Helię, Prophetarum, Apoſtolorum & aliorum Sanctorum.

Auguſtinus petit diſtinctionem fugæ à perſecutionis circumſtantiis. Nã eſt perſecutio communis, ſcilicet paſtorũ & ouium ſimul: eſt perſecutio paſtorum tantùm, idq́ue vel omnium ꝓmiſcuè, vel certorũ. Hìc tres regulæ teneãtur.

Prima: Si perſecutio eſt communis, eadem & manendi & fugiendi neceſsitas imponitur Paſtori & gregi.

Secũda: Si perſecutio eſt omnium Paſtorum ex æquo, & non gregis, non eſt deſerenda Eccleſia à Paſtoribus: ſed ſorte eligantur qui maneant, diſcedentibus cęteris, vt ſeruati aliquando Eccleſiæ ſeruiant.

Tertia: Si perſecutio non eſt omnium Paſtorum, ſed certorum tantùm, ſit exemplum Pauli Actor. 20. pro regula. Hic enim fugit hoſtium rabiem, relictis aliis, quos aduerſarij tãto odio nõ ſunt perſecuti.

Porrò quantum ad nomina locorum, quorũ hîc fit mẽtio, hoc annotatur, quòd Samaria quę & vrbis & montis & regionis nomen eſt, ſit in medio inter Ieruſalem & Galilæam regionem, quæ ad Septentrionem in Iudæa ſita eſt. Hinc Chriſtus Galilæus dictus eſt Matth. 26. 69. *Et tu cum Ieſu Galilæo eras.* Quod nomen inde obtinuit Dominus, quòd ſæpè illic verſatus ſit, præſertim Nazareth & Capernaum. Fuerũt enim Nazareth & Capernaum eius regionis ciuitates.

PARS II.

5 *Venit ergo in vrbem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo.*

6 *Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus fatigatus ex itinere ita ſedit ad fontem. hora erat quaſi ſexta.*

Occaſio ſequentis colloquij Chriſti & Samaritanę exponitur. Ciuitatem quæ hìc Sychar dicitur, Sychem olim fuiſſe dictam, dubium eſſe non poteſt, vbi Iacob diu cum ſua familia habitauit Geneſ. 33. Prædij, quod dedit Iacob Ioſeph filio, mentio fit Geneſ. 48. 22. *Ego,* inquit, *do tibi partem vnam vltra fratres tuos, quam accepi è manu Amorrhæi gladio meo & arcu meo,* ſcilicet non gladio Simeonis & Leui, qui armauerãt me inuito totã domũ meam cõtra Sychimitas, ꝓpter ſtuprum illatum filiæ meæ Dinæ: ſed meo gladio & arcu meo, quibus vti conſueui, hoc eſt, oratione & fiducia in Deum. Hoc prædium mihi ita diuinitus conceſſum, cuius partem tamen exiguam iuſto pretio mihi cõparaui, tibi, mi fili, & hæredibus tuis, vltra fratres tuos donatum volo. Hîc vmbra & veritas conferantur: quòd Dominus offenſis Phariſæis reliquerit Iudæam, & abierit ad alienigenas, vmbra fuit futurorum, videlicet quod regnum Chriſti transferendum eſſet ad gentes propter pertinaciam Iudæorum.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Iudæorum. Deinde prædium donatum Ioſepho à patre Iacob, figura quædam fuit gentium, quas Deus Pater Filio in peculium daturus erat, Pſal. 2. 8. Huc pulchrè quadrat, quòd illic dicitur fuiſſe fons Iacob, qui typus fuit fontis aquæ viuæ, qua potantur gentes conuerſæ ad Euangelium. Vt autem hanc vmbram explicaret Dominus, ſedit ad hunc fontem fatigatus ex itinere, ſignificans, ſe poſt paſsionis & mortis ſuæ defatigationem aperturum gentibus ſalutis fontem. Quod autem fatigatus ſcribitur Dominus ex itinere (id quod indicatur ex circumſtantia temporis. Erat ſiquidem hora diei quaſi ſexta, id eſt, circa meridiem, quando æſtus Solis propter duplicationẽ radiorum eſt maximus) idioma eſt naturæ humanæ Chriſti, quam aſſumpſit. Hæc enim defatigatio arguit eius veram humanitatem, etſi paſsibilem & mortalem, integram tamen, incorruptam, habentem omnes vires & appetitiones naturæ humanæ proprias & ordinatas: inſuper etiam infirmitates humanas quas generales vocant.

Verùm ne hìc erretur, ſciendum eſt quòd infirmitates hominum ſint in duplici diſcrimine. Nam quædam ſunt & peccata, & habent annexa peccata, vt ignorantia Dei, incredulitas, dubitatio, &c. Quædam nec ſunt peccata nec habent annexa peccata, quæ etiam ſunt duplices. Nam alię dicuntur perſonales ſeu ſpeciales, quę ſunt vel pœnę ſpecialium ſeu perſonalium peccatorum, vt ebrietatis epilepſia, vel defectus, vt cùm quis naſcitur vna manu aut pede, &c. Aliæ ſunt generales, quibus in vniuerſum obnoxium eſt genus humanum poſt lapſum primorum parentum, vt fames, ſitis, defatigatio, dolores. Has ſolas aſſumpſit Dominus cum natura humana, & cum reatu totius humani generis.

7 *Venit mulier Samaritana, vt hauriret aquam.*

Chriſto fatigato & ſedente ad fontem recreationis gratia, venit mulier Samaritana ad hauriendam aquam, nihil minus cogitans, quàm de ingenti illo beneficio quod eſt conſecuta. Ita ſępe res quæ videtur perexigua, & leuiſsimi momenti, conſilio Dei regitur, & vel magni boni conſequẽdi, vel magni mali euadendi, vel etiam iuſtæ pœnæ luendæ, ſingulari Dei conſilio occaſionem præbet. Nec eſt quiſquam qui in ſua vita, huius rei teſtimonia, modò euentuum verus æſtimator fuerit, non deprehendat. Monemur ergo, vt in omnibus actionibus & vitæ negotiis, cogitemus Deum mirabiliter agere, ac præter omnem ſenſus & rationis captum ſuæ prouidentiæ conſilia ſapienter gubernare. Hæc mulier alienigena ob ſua ſcelera damnata & maledicta à Deo (erat enim adultera) venit ad hauriendam aquam, in vſum fortè culinarium, vel ſitis ſedandæ gratia, ſed hac occaſione fit hæres ſalutis, & liberatur à maledictione & morte æterna. Eſt qui in pueritia amittit parentes, & fit orphanus, qua re nihil videtur triſtius: ſed hac occaſione, ſic Deo ſapienter regente euentũ, ad

A amplisſimos honores emergit. Hoc conſilium Dei cogitans Paulus hanc regulã piis commendat tanquam certiſsimã, Rom. 8. 28. *Scimus*, inquit, *quòd diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Omnia, id eſt, & proſpera & aduerſa ſimul adiuuant diligẽtes Deum in bonum. Iohannes Fredericus Dux Saxoniæ ab hoſte victus, videtur ſapientibus mũdi, omnium Principum miſerrimus eſſe, idq; nõ ſine maxima Eccleſiæ ruina: ſed ita euentum rexit Deus, vt maiorẽ gloriã

B fortitudinis & conſtantię ſit conſecutus victus, quàm ſi victor & triumphator extitiſſet. Hinc ergo monemur, & de prouidentia diuina, & de timore Dei. De prouidẽtia quidem, quòd præter conſilia humana, præter omnem expectationẽ, præter carnis ſenſum, & rationis perſpicaciam, multa ſua ſingulari ſapientia regat Deus, quę alioqui hominum oculis videntur caſu ferri. Vnde in ſapientiæ & bonitatis Dei admirationem nos excitari par eſt. De timore verò Dei, vt co-

C gitemus nos in ipſius conſpectu ambulare, vt ipſum rogemus, vt noſtras cogitationes, conſilia & actiones gubernet, prout ipſe nouerit optimè expedire, vt nec in proſperis efferamur, nec in aduerſis deficiamus, ſemper pergentes in recto curſu, tenentes fidem & bonam conſcientiam.

Porrò hìc etiam alia quæſtio haud contemnenda ſe offert. Quæri enim poteſt, cùm Chriſtus hìc decreuerit agere de ſummo articulo in myſterio ſalutis noſtræ, cur nõ delegerit virum

D grauem, ſanctitate conſpicuum, qualis fuit Nicodemus, cum quo Dominus de eadem re collocutus eſt ſuprà in tertio capite: ſed fœminam alienigenam, adulteram, pauperculam. Ad hãc quæſtionem ita reſpondeo, quòd in hac re conſpiciatur ſingulare ſapientiæ diuinæ conſilium. Cùm enim hanc fœminam ad ſalutem inſtituit, eamq; in gratiam recipit, quatuor ſimul docet.

Primum, quòd nullum ſexum excludat Dominus à ſalutis ſpe, ſed omnes, cuiuſcunq; ſexus

E fuerint, modò dociles fuerint, recipiat.

Secundum, quòd nullam nationem, quantumuis humilem & contemptam, à gratia excludat.

Tertium, quòd paupertas nemini ſit obſtaculo, quin hæres ſalutis fieri poſsit.

Quartum, quòd peccatores etiam, quantumuis enormes, recipiat Dominus, modò per fidẽ ad ipſum conuertuntur. Hanc ergo delegit mulierem Dominus ex Samaritanis peccatricem,

F vt cùm reliqui, qui tãta nõ perpetraſſẽt ſcelera, viderent hãc infamem & turpem fœminam recipi in gratiam, non deſperarent de gratia.

Dicit ei Ieſus: Da mihi potum.

8 *Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.*

Fons aquæ viuentis petit aquam à ſitiente fœmina. Chriſtus fatigatus ex itinere, corporis refocillationem petit, vt mulieris aridam ani-

G mam aqua viua refocillet. Ad fontem Iacob accurrit mulier, Chriſtus fonte ſignificatus petit potum, qua re ſignificat ſe mulieris ſalutem

ſitire. Hîc rurſus oſtēditur humiliatio Filij Dei,
qui cùm eſſet æqualis Patri, forma ſerui ſumpta,
ſe omnium miniſtrum fecit, & eò ſe dimiſit, vt
fame & ſiti affligeretur, ſimilis nobis per omnia
factus, excepto peccato. Hora proinde diei ſex-
ta quæ reſpondet noſtræ duodecimæ, refocilla-
tionem corporis laſsi per potum & cibum ap-
petit: Potum quidem communem aquam, ci-
bum verò non delicatiorem: Naturæ enim hu-
manæ refocillandæ, non voluptatibus potus &
cibus Chriſti ſeruiebant. Sed quid eſt quòd in
ciuitatem miſerit diſcipulos vt cibos emerent?
An non miraculo potuit potum & cibum crea-
re? Potuit quidem, ſed ordinariis mediis & vſi-
tatis vti voluit extra extremam neceſsitatem,
nobis exemplum relinquens, vt quæ ad hác vi-
tam conſeruandam faciunt, quæramus mediis
ordinatis, quæ ſi defuerint, committamus nos
diuinæ prouidentiæ.

Hiſtoria narratur de duobus Eremitis, qui
cùm proficiſcerentur per ſyluam quandam, ca-
pti ſunt à latronibus, & abducti in illorum ſpe-
luncam. Cùm autem latrones cibum caperent,
obtulerunt & Eremitis partem, quorum vnus
recuſabat cibum accipere è manibus latronū.
Dicebat enim ſe expectare cibum diuinitus. Al-
ter cum gratiarum actione quod offerebatur,
accepit. Poſt biduum prior ille qui miraculum
expectabat, contempto latronum cibo fame ex-
tinctus eſt, alter verò à latronib. dimiſſus, viuus
euaſit. Mediis proinde ordinariis vtendum eſt,
quando haberi poſſunt: Verùm cùm hoc non li
cet, diuinæ prouidentiæ res committenda eſt.

*9 Dicit ergo mulier illa Samaritana:
Quomodo tu Iudæus cùm ſis, potum à me po-
ſcis, quæ ſum mulier Samaritana? Non enim
commercium habēt Iudæi cum Samaritanis.*

Miratur mulier, quòd Iudęus à ſe potum pe-
tat, cùm ſit Samaritana. Etſi autem Lege non
prohibentur Iudæi, rebus pertinentibus ad v-
ſum vitæ, vti communiter cum alienigenis: ta-
mē ex duobus dictis, quæ ſunt Leuitici cap. 5. 2.
extruunt traditionē, cuius hîc fit mentio. Prius
dictum eſt: *Anima quæ tetigerit aliquid immundum,
rea eſt.* Poſterius verſu 3. *Si tetigerit quicquam de im-
munditia hominis, ſubiacebit delicto.* Sed prius dictū
intelligendū eſt de cadauere cuiuſque anima-
lis, vt Moſes ſeipſum interpretatur. Poſterius
loquitur de pollutione hominis legali, ſicuti in
textu Legis declaratur. Quare perperam Iudæi
ex his dictis ſuam traditionem extruunt, quorū
error nos cautiores reddit, ne vel vltrà exten-
damus Scripturę dicta, quàm argumentū quod
tractatur, & loci circumſtantia permittit, vel cō-
trahamus in anguſtius quæ generatim dicun-
tur, & certo clauduntur genere. Iudæi ergo vl-
trà extendunt, quàm oportet, Scripturam, cùm
ex locis adductis extruant traditionem ſuam,
qua videlicet introductum fuit apud illos, vt ab
omni vſu alienigenarum abſtinerent. Abomi-
nabantur enim Iudæi Samaritanos tanquam
immundos propter abominationem idolorum

A & ſuperſtitionis, & fortè multò magis, quia in
locum decem tribuum alienigenæ ſucceſſerát.
Sed Chriſtus, qui, vt mederetur humanis miſe-
riis, in mundum venit, ægrotos nō contempſit:
Ideo mulierem Samaritanam compellat. Sed
illa turbata hoc inuſitato Iudæi facto, quaſi ex-
probrans Chriſto, quòd faceret contra ſuæ gen-
tis legem, ait: Iudęi abhorrent ab vſu rerum Sa-
maritanorum, nec conſueuerunt vllis rebus cō-
muniter cum illis vti. Quî ergo fit, quòd, cùm
B Iudæus tu ſis, & ego Samaritana, aquam à me
poſcis? fortè in hac extrema neceſsitate, Legis
tuæ gentis oblitus es, & petis à me potum, quá
tamen more tuę gentis odio habes & abomina-
ris. Atque ita reſponſio mulieris & admirationē
apertam, & tacitam obiurgationem ſeu corre-
ptionem habet.

Porrò hic locus monet, vt breuem commo-
nefactionē de traditionibus huc aſcribá. Quo-
niam igitur Papiſtæ pro traditionibus humanis
C defendendis, tanquam pro aris & focis certant.
Sciunt enim traditionibus humanis labefacta-
tis, ruiturum totum regnum Pontificium, volo
hic breuiter, quid de traditionibus ſentiēdum
ſit, exponere.

Proferunt Papiſtę mandatum Chriſti dicen-
tis Matth. 23. 2. *In Cathedra Moſis ſedent Scribæ &
Phariſæi: omnia quæ dixerint vobis vt ſeruetis, ſeruate
& facite.* Item Luc. 10. 16. *Qui vos audit, me audit.* I-
tem illud Apoſtolicum ad Heb. vltimo, verſ. 17.
D *Obedite præpoſitis veſtris:* & omnium maximè vr-
gent illud Pauli 2. Theſſ. 2. 15. *Tenete traditiones,
quas didiciſtis vel per ſermonem, vel per Epiſtolam no-
ſtram.* Et quia gloriantur ſe eſſe Apoſtolicos, ſiue
ſucceſſores Apoſtolorum, eorum autoritate ſe
tuentur & exemplo, qui Actor. 15. 29. pręcipiunt
gentibus, vt abſtineant à ſuffocato & ſanguine.
Ex his & ſimilibus locis colligūt Papiſtæ, quòd
& liceat ipſis traditiones condere, & quòd po-
pulus debeat eis obedientiam in traditionibus,
E non minùs quàm ipſi Deo. Ex quo factum eſt,
quòd adeò facilè orbem terrarum ſibi ſubiece-
rit Papa táquam Dei Apoſtolus: Nam omnibus
ſuis figmentis Dei autoritatem prætendit. Hinc
eſt, quòd tam violenter & tyrannicè Papa ob-
trudat Eccleſiæ Dei primatum ſuum, inuoca-
tionem Sáctorum, Miſſæ idolum, adorationem
panis & circumgeſtationem, idolorum cultum,
roſaria, purgatorium, indulgentias, cœlibatum
ſacerdotum, ſtata ieiunia, diſcrimina ciborum,
F & infinitas ferè alias nugas, partim ſuperſtitio-
ſas, partim manifeſtè abominabiles, ex diame-
tro pugnantes cum verbo Dei, & verū Dei cul-
tum abolentes. Vt autem has nebulas excutia-
mus, diſtinctionem traditionum proponam, &
firmiſsimis rationibus oſtendam, non omnes
traditiones ex æquo obligare, ſed eſſe quaſdam
eius generis, vt nemo eas, niſi Chriſto renuncia-
re velit, ſeruare poſsit.

Traditio itaque duplex eſt. Vna diuina, alte-
G ra humana: & vtraque rurſus duplex eſt, vide-
licet doctrinę & rituum. Diuina traditio quo ad
doctrinam attinet, eſt totius Scripturę Prophe-
ticæ &

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ticæ & Apoſtolicæ, cuius capita præcipua ſunt Lex & Euangelium, quibus reliqua continentur, vel ad ea referuntur. Quo ad ritus attinet in nouo Teſtamẽto, ſolus Baptiſmus & Cœna Dominica traditiones diuinæ ſunt. De vtraque, ſcilicet doctrinæ diuinæ, & rituum diuinorum traditione, tenenda eſt hæc regula: *Diuina traditio autoritate diuina obligat ad obedientiam verbo Dei præſcriptam, idq́ propter finem in verbo monſtratum.*

Traditiones humanę ſimiliter duplices ſunt, videlicet doctrinæ & rituum, ſed harum ratio non eſt eadem nec par obligatio, quarum differẽtias inſpiciamus cùm doctrinæ humanæ tùm rituum. Doctrina humana vel eſt demonſtrata vel probabilis, vel manifeſtè contra doctrinam Dei. Si demonſtrata eſt doctrina, verbo Dei obligamur ad obedientiam autoritate Dei, ex cuius verbo extructa eſt. Hanc ob cauſam amplectimur ſymbola Apoſtolicum, Nicenum, Athanaſianum, Ambroſianum Chalcedonẽſe, &c. Si doctrina humana eſt probabilis, obligatio ſolummodò, ſi vlla eſt, humana eſt. Quare tantiſper obedire licet, donec paci & tranquillitati ea ratione cõſulatur. At ſi doctrina manifeſtè contra verbum Dei pugnat, autoritas diuina liberat nos ab obligatione obedientiæ, imò mandat ſeuerè ne obediamus. Ita enim Chriſtus ait Matt. 7. 15. *Cauete vobis à falſis Prophetis* (qui mentiuntur doctrinam, quam adferũt, eſſe diuinam, cùm non ſit diuina) Et Iohannes 1. Ioh. 4. 1. *Probate Spiritus, num à Deo ſint.* Et Paul. Gal. 1. 9. *Qui aliud Euangelium prædicat, anathema ſit.* Hîc ergo ſequamur regulam Apoſtolicam Act. 5. 29. *Magis Deo quàm hominibus obediẽdum eſt.* Cùm igitur obtrudant doctrinam aliquam pugnantem cum verbo Dei, obiiciamus illis viciſsim verbũ Dei, mãdatum Chriſti, & exemplum Apoſtolorum, qui recuſabant obedire Phariſæis propter regulam: *Magis oportet Deo quàm homini obtemperare.*

Si traditio humana externorum rituum fuerit, tenendum eſt diſcrimen rituum. Quidam enim ſunt boni & vtiles, in hoc à ſenatu Eccleſiæ inſtituti, vt nihil fiat inordinatè & tumultuariè in Eccleſia, ſed omnia piè & honeſtè tãquam in conſpectu Dei & Angelorum gerantur. Horum rituum finis eſt politicus, & non cultus Dei per ſe. Obligant ergo huiuſmodi ritus ratione politici finis, videlicet vt omnia fiant in Eccleſia ordinatè & decenter. Hos ergo qui contumaciter violat, fit reus ordinis violati & obedientiæ debitę piis gubernatoribus. Quidam ſunt non per ſe impij, ſed parum aut nihil conferunt ad ædificationem, quos præſtaret omnino abolitos eſſe. In his ſeruandis vel omittendis habeatur ratio ſcandali.

Verùm in vtroque genere cauenda ſunt: Primùm, ne ad ſalutem aut perfectionem Chriſtianam credantur neceſſarij, iuxta illud Coloſſ. 2. 17. *Nemo vos iudicet in cibo, potu*, &c. Secundum, ne conſcientiis iniiciantur laquei, libertate amiſſa. *In libertate*, ait Paulus Gal. 5. 1. *in qua Chriſtus vos vocauit, ſtate.* Tertium, ne pro cultu Dei habeantur. Scriptum enim eſt Matth. 15. 9. *Fruſtra colunt* A *me mandatis hominum.* Item Ezech. 20. 18. *In præceptis meis ambulate, & non in præceptis patrum veſtrorum.* Tametſi autem hi ritus, præſerim primi generis, ſeruiunt pietati excitandæ & fouẽdæ: tamen cultus Dei per ſe non ſunt. Quidam ſunt prorſus impij, in quib. ſequẽda eſt regula Chriſti, Matth. 16. 6. *Cauete à fermento Phariſæorum.* Et illa Apoſtolica: Act. 5. 29. *Magis oportet Deo quàm hominibus obedire.* Ex his non difficile erit reſpondere ad Papiſtarum argumẽta, quibus ſuas B impias traditiones conantur ſtabilire. Cùm igitur obiiciunt nobis neceſsitatẽ obedientiæ, diſcernamus inter obedientiam debitam iuxta regulam verbi Dei, & obedientiam, quam vel pręter verbum Dei vel contra verbum Dei poſtulant. Cùm præcipiunt aliquid præter verbum Dei, hoc eſt, quod etſi verbo Dei expreſſum non eſt, facit tamen ad ordinem & diſciplinam in Eccleſia, obedientiam debemus, ne rei ordinis turbati & diſciplinæ diſsipatæ reddamur. Verũ cùm C pręcipiunt quicquam, quod cum verbo Dei vel expreſsè vel implicitè pugnat, ſequenda eſt regula, quam ſuprà annotauimus: *Oportet magis Deo obedire quàm hominibus.*

Cùm autem obiiciunt, obedientiam in cæremoniis Moſaicis, ſtantę Republica Moſis, fuiſſe neceſſariam, & inde inferunt, obedientiã in ſuis quoque cæremoniis neceſſariam eſſe: Hìc primùm reſpondendum eſt, magnum fuiſſe diſcrimen inter obediẽtiam operum in veteri Teſta- D mento, quæ fuerunt cultus Dei per ſe, & cæremonias quæ fuerunt cultus ꝓpter aliud. Quantum autem ad obedientiam cultus attinet, nulla excuſabat neceſsitas: ſed in cæremoniis neceſsitas excuſabat, vt videre eſt in Dauide comedente panes propoſitionis, & in Machabæis qui die Sabbathi pugnabãt, quos excuſabat neceſsitas. Si ergo in his cæremoniis diuinitus ordinatis excuſabat neceſsitas, multò iuſtior excuſatio erit in traditionibus humanis. Deinde di- E ſcernendum erit inter cæremonias diuinas ſeu diuinitus ordinatas, & eas quę humana tantùm autoritate introductæ ſunt. Illis debetur obedientia abſolutè, cùm præſtari poſsit: his cum conditione, videlicet ſi piæ ſunt, ſi religioſæ, ſi vtiles, aliàs minimè, vt ſuprà oſtendimus.

Cùm obiiciunt exemplum obedientiæ erga ciuilem magiſtratum, quam Paulus neceſſariò pręſtandam eſſe docet, & inde concludunt, non minorem, imò maiorem obediẽtiam deberi gu- F bernatoribus Eccleſiarum, reſpondeo, diſcernẽdum eſſe inter licita & illicita. In illicitis nulla obedientia debetur homini, ſiue politico, ſiue Eccleſiaſtico. Nam cùm Deus prohibet quod ab homine præcipitur, qui obtemperat homini, Deum contemnit. Deinde quantum ad licita attinet, debetur vtriſque obedientia, ſed diuerſimodè. Nam magiſtratui ciuili obedientia debetur ſimpliciter propter mandatum Dei, quo obligamur ad obedientiam erga magiſtratum. G At gubernatoribus Eccleſiarum debemus obedientiam in licitis, ita tamen ne laquei iniiciantur conſcientiis, extra caſum ſcandali, vt dixi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mus. Sũt & alia multa quæ nobis obiiciunt Papiſtæ, ſed quæ attigimus ſunt præcipua, reliqua ſunt σὺμορφίαι λόγων, & ſophiſticæ prædicationes laudum diſciplinæ & obedientiæ, de quibus nõ erit difficile iudicare ex iis quæ diximus.

10 Reſpondit Ieſus & dixit ei: Si ſcires donum illud Dei, & quis ſit qui dicit tibi: da mihi potum, tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam.

Chriſtus occaſionem nactus de Spiritus ſui gratia concionãdi, non ſtatim ſummam rei proponit, ſed paulatim progreditur, ac mulieris animum accendit, quò magis in ea deſiderium tanti boni acuatur, ac ita tandẽ Chriſtus in mulieris cor pleniſsimè penetrat, petit potũ vt det potum, offert potum gratiæ ſuæ, quò mulier ſitibũda magis expetat quod offertur. Quoniam autẽ in hoc Domini reſponſo, quo mulierẽ veluti hortatur ad petendam viuam aquam, plura ſunt conſideranda, ea ordine videbimus.

Primùm igitur conſiderandum eſt, quòd Dominus nõ diluat mulieris exprobrationem, ſed eam præterit tãquam nihil ad cauſam, quæ agebatur, facientem, vt cùm Phariſæi conuicia in ipſum iacerent, & dicerent eum Samaritanum eſſe, & præterea Dæmonium habere Ioh. 8. 48. Dominus prius cõuicium ſurda quaſi aure prę terit tanquam nullius momenti, poſterius validiſsimis refutat argumentis, quia non ſolùm falſum fuit, verùm etiam cõtumelioſum aduerſus Deum, cum magna ſcelere coniũctum. Hoc Chriſti exemplum nobis ſit regula, quoties agendum eſt cum aduerſariis. Si obiiciunt crimina, noſtram innocentiam modeſtè tueamur. Si noſtram perſonam contemnunt & tanquam ex alto nos deſpiciunt, eorum contemptum contemnamus taciti. At ſi gloriam Dei, puritatem doctrinæ & fundamentum ſalutis noſtræ inuadunt, hìc nos totos opponamus, & cauſam iuſtam fortiter, etiam cum periculo vitæ noſtræ, exemplo ſanctorum martyrum defendamus. Verùm hoc die, proh dolor, res eò deuenit, vt magis certetur pro honoribus, & prærogatiuis hominum defendendis, quàm pro cauſa quam prętendunt. Vnde fit, vt excitatis vtrinque affectibus, magna animorum incendia & extinctu difficillima ſequãtur, ex quo hoc malum etiam ſequitur, quòd nimium altercãdo paulatim veritas amittatur, & Eccleſia Dei miſerè diſsipetur, & exponatur calumniis ſophiſtarum, crudelitati tyrãnorum & hypocritarum fuco. Præſtaret igitur gloriam Dei, exemplo Chriſti, & non noſtram quærere. Quod ſi faceremus, maior pax, concordia, & tranquillitas in Eccleſia Dei eſſet. Sed qui eã turbant leuibus de cauſis, olim iuſto iudici iuſtas luent pœnas.

Secundo, hîc conſiderandum eſt, quòd ignoratio Chriſti cauſa ſit ſpreti Euangelij. Veriſsimè enim dicitur: *Ignoti nulla cupido.* Vt enim hęc mulier ex ignoratione Chriſti, gratiam Spiritus Sancti, quæ aqua viua ſignificatur, ab eo

A non petit: ita omnes homines, quibus lux Chriſti non affulſit, Euangelium contemnunt, rident, perſequuntur. *Si ſcires,* ait, *donum illud Dei,* (id eſt, donum illud magnum, videlicet quòd Deus dederit mundo Filium ſuum ſaluatorem: Nam cùm hîc *δωρεὰ* ponitur cum articulo, ſignificatur non indefinitè donum quodlibet aut vulgare, ſed definitè magnum aliquod & peculiare, cuius mentio & definitio olim præceſſerat. Nunc autem nullum maius, nullum pręclarius,
B nullum magis optabile, quàm quod olim poſt lapſum primorũ parẽtum promiſit Deus, videlicet, ſemen mulieris contriturum caput ſerpentis, cuius mentio deinceps ſæpius facta eſt apud ſanctos Dei Prophetas. Hoc ergo donum proculdubio eſt ipſe Meſsias, quem Iſaias 9. 6. donum appellat, cùm ait: *Filius datus eſt nobis.* Et Chriſtus ſuprà cap. 3. 16. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.*) *Et quis ſit qui dicit tibi, da mihi potum* (id eſt, quòd ego ſim
C illud ipſum donum) *Petiſſes à me, & dediſſem tibi aquam viuam.* Nunc ergo non petis à me aquam viuam. Proinde planè ignoras donum illud Dei, nempe quis ſim qui loquor tibi. Argumentum hoc concludit deſtructionem antecedentis à deſtructo conſequente.

Tertiò, hoc loco conſiderandum eſt, q̀ Chriſtus claris verbis cognitionem Chriſti cauſam faciat expetitionis doni illius cœleſtis & magni, de quo agit. *Si ſcires,* inquit, *petiſſes.* Ergo om-
D nis qui ſcit, ſcilicet doctus verbo & Spiritu Sancto, petit. Proinde cognitio Chriſti cauſa eſt expetitionis ſalutis per Chriſtum. Hæc expetitio ſiue petitio ordine fiduciam præcedit, & in eam tendit. Nam cùm Euangelium Chriſti (in quo Spiritus Sanctus vult eſſe efficax) prædicatur, concipitur in mente notitia, quam excipit aſſenſus in voluntate. Hunc comitatur expetitio boni cogniti in corde. Nam omnis cognitio propter bonum expetẽdum comparatur. Huic
E expetitioni fiducia cordis reſpondere debet. Atque hæc eſt viua & ſalutaris & iuſtificans fides. Abraham auditam hanc promiſsionem Geneſ. 22. 18. *In ſemine tuo benedicentur omnes generationes terræ,* intelligit, ei aſſentitur, expetit bonum promiſſum, & in promittentis bonitatem viua fide recumbit, quæ fides illi imputata fuit ad iuſtitiam. Hæc omnia nunc cognitionis ſeu notitiæ, nunc fidei nomine continentur. De cognitione, vt Iſaiæ 53. 11. *Cognitione ſui iu-*
F *ſtificabit iuſtus meus ſeruus multos.* Hìc non cognitio nuda intelligitur, ſed ſimul comprehenduntur vſitata Scripturæ ſynecdoche, notitia, aſſenſus, expetitio, fiducia, qua ſola accipitur & poſſidetur beneficium oblatum. De fide ad Romanos cap. 10. 17. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* Hìc per fidem cognitio viua & ſalutaris intelligitur, quæ nullo pacto eſſe poterit, niſi iſta quatuor quæ enumerauimus, concurrant. Eſt proinde idem Iſaiæ cognitio quod
G Paulo fides. Vt ergo, quemadmodum Auguſtinus rectè ait, bonum intellectum habet, qui quod faciendum eſt & rectè intelligit & facit:

ita

ita veram fidem habet, qui quod credendum eſt, verè credit. Verè autem credit, qui mentis notitia & aſſenſu expetit quod credenti offertur, & in promittentem firma fiducia recumbit. Hoc ergo membrum commendat nobis ſtudium cognoſcendi & diſcendi Euangelij, per cuius notitiam venimus in æternorum bonorum poſſeſsionem. Qui dicunt conuerſionem hominis eſſe violentum tractum toto homine renitente, re ipſa idem ſentiunt quod Stengfeldius & Anabaptiſtæ, qui nihil tribuunt externo verbi miniſterio, tametſi verbis eos nobiſcum execrantur. Sciamus ergo, verbum Dei organon efficax eſſe ſalutis, in quo Spiritus Sanctus eſt efficax, & voluntatem hominis doctam verbo Dei & motam à Spiritu Sancto poſſe aſſentiri & credere. Item poſſe reſiſtere vtrique, ſcilicet verbo & Spiritui Sancto.

Quarto loco obſeruandum eſt, quòd hîc & ipſe Chriſtus & ſalus per Chriſtum oblata dicatur donum, ex quo ſequitur vanum eſſe figmentum eorum, qui homines mereri vitam æternam vllis operibus aut meritis fingunt. Cum hoc ergo loco congruit dictum Pauli ad Rom. 6. 23. *Donum Dei eſt vita æterna per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.*

Quinto loco conſideranda eſt perſonæ conditio, cum qua loquitur Dominus. Fuit autem miſera adultera, contaminata multis ſceleribus. Neque enim adulterium ſolum eſt, ſed cum eo coniuncta ſunt contemptus Dei, contumacia aduerſus Legem Dei, grauiſsima proximi iniuria, obſequium Sathanæ, ſcandalum & multa alia peccata. Cùm ergo huic fœminæ tot modis contaminatæ & reæ gratiam offert Dominus cùm ait: *Si peteres ab eo, daret tibi aquam viuam* (id eſt, iuſtificaret te, donaret te Spiritu Sancto, & faceret hæredem vitæ æternę) ſignificat duo. Primum, cur in mundum venerit, nempe propter peccatores, quemadmodum ipſe ait, Matt. 9. 13. *Non veni in mundum, vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Alterum, quòd Chriſtus peccatores qui conuertuntur per fidem, recipiat in gratiam, idque ſine omnibus præcedentibus operibus & meritis ſiue congrui ſiue condigni, aut quocunque nomine nominari poſſunt. Eſt enim Chriſtus æqualis omnibus. Quare vt paratus erat ad recipiendam hanc mulierem peccatricem: ita promptus eſt ad recipiendos quoſuis alios peccatores agentes pœnitentiam.

Sexto loco, vt Chriſtus ad ſe venientibus ſponte occurrit: ita teſtatur ſe noſtris votis reſponſurum, modò ad eum in vera fiducia dirigantur.

Porrò aqua viua quæ ſit, & quæ eius translationis ratio ad gratiam Spiritus Sancti, explicandum eſt. *Aqua viua*, vt ait Auguſtinus, *dicitur vulgò, quæ de fonte exit. Illa enim quæ colligitur de pluuiis in lacunas aut ciſternas, aqua viua non dicitur. Et ſi de fonte manarit, & in loco aliquo collecta ſteterit, nec ad ſe vnde manabat admiſerit, ſed interrupto meatu tanquam à fonte tramite ſeparata fuerit, non dicitur*

A *aqua viua, ſed illa aqua viua dicitur, quæ manans excipitur.* Hactenus Auguſtinus.

Porrò aquæ nomen transfertur ad Spiritus Sancti gratiam quatuor potiſsimùm de cauſis, quas ordine recitabo.

Prima, vt ſignificetur, quales ſimus ſine Spiritus Sancti gratia. Vt enim terra arida ſterilis eſt, vt quæ ſit ſine omni ſucco & vigore, planè infœcunda & inutilis: ita nos homines, poſtquam priuati ſumus gratia Spiritus per lapſum
B primorum parentum, inſtar aridæ terræ ſteriles ſumus & infœcundi, quantum quidem ad vitam beatam ſeu pietatis & virtutum germina attinet. Hinc ęſtimare promptiſsimum eſt, qualenam ſit liberum illud arbitrium, quod Sophiſtæ adeò extollunt, qualia merita, qualia opera hominum omnium, dum adhuc iacent in peccatis ſuis ante regenerationem. Etſi autem homines ante regenerationem poſſunt multa facere in humana ſocietate vtilia & commoda:
C tamen in familia Dei ſeu Paradiſo Dei, id eſt, Eccleſia, planè ſunt ἄκαρποι, id eſt, infructuoſi, vt palmes auulſus à vite & aridus. Hinc ergo admoneamur de noſtra inopia & miſeria, item de neceſsitate regenerationis per Spiritum Sãctũ.

Secunda, Typus in prima rerum productione. Quemadmodum in prima rerum productione adumbratum fuit quod futurum eſſet ſpatio 6000. annorum, quos excipiet perpetuum ſabbatum: ita regeneratio noſtri per Spiri-
D tum Sanctum ſignificata fuit per aquarum abyſſum, vnde reliqua omnia ferè nata ſunt. Nã vt illic ſine aquis nihil productum: ita in regeneratione hominis requiritur aqua ſpiritualis ſine qua nemo reſuſcitari poteſt, quemadmodum Dominus ipſe in colloquio cum Nicodemo docuit. Quemadmodum ergo in principio rerum ſine aqua nihil ferè eſt genitum, & nihil hodie in terris naſcitur ſine humido: quemadmodum ſemina iacta indicát, quæ qui-
E dem aut humida ſunt, vt animalium, aut ſine humiditate non germinant, vt herbarum, ſtirpium, arborum, &c. ita planè in regeneratione noſtri res ſe habet. Nam ſine ſpirituali aqua qua regeneramur, manemus in noſtris peccatis mortui & ſteriles, quemadmodum dictum eſt.

Tertia, figuræ legales & aliæ legalibus perſimiles hîc explicantur. Moſes per aquam ſalutem conſequitur. Naaman Syrus per aquam à lepra mundatur. Aqua à petra manat: Spiritus
F Sanctus à Chriſto datur. Præterea luſtrationes multæ per aquam fiebant in veteri Teſtamento, quarum ſignificationem Prophetæ expoſuerunt, vt Iſaias, cùm ait cap. 44. 3. *Effundam ſuper vos aquam mundam*, quam Zaccharias cap. 12. 10. interpretatur Spiritum gratiæ & precum. Iudæi aliqua re polluti aqua aſpergebantur expiationis gratia. Sacerdotes inaugurandi aqua ſe lauabant. Ethnici amiſſa doctrina retinuerunt cæremonias, vnde putarunt, vt Cicero te-
G ſtatur in Oratione pro Roſcio Amerino: *Omnia quæ violata eſſent, mari expiari.* Et Euripides: θάλασσα κλύζει πάντα ἀνθρώπων κακά, hoc eſt: *Mare ab-*

luet omnium hominum mala. Telemachus ſupplicaturus Palladi, in æquore manus abluit. Ablutio manuum Pilati nota eſt.

Quarta, Symbolica ſignificatio ſeu analogia aquæ & Spiritus quæ ſit, ex iis quæ diximus, intelligi poteſt. Dicitur ergo Spiritus Sanctus non ſolùm aqua ſine addito, ſed aqua viua & aqua munda. Aqua quidem, quia regenerationis noſtri cauſa eſt. Viua verò, quia ſicut aquæ cadentes in terram omnium, quæ gignuntur è terra & viuunt, cauſa ſunt: ita Spiritus Sanctus cadens in cor hominis, vitæ nouæ & actionum nouæ vitæ congruentium cauſa eſt. Spiritus enim Sanctus, vitam in nobis inſtaurat, tuetur, perficit. Hinc Cyrillus in hunc locum annotauit: *Aquam viuam viuificantem Spiritum gratiæ appellat, per quam humana natura ab ariditate infœcunditateq́ue, qua Diaboli artibus infecta fuerat, depulſa, ad priſtinam pulchritudinem & viriditatem irrigata recurrit magno virtutum numero florens, & charitate erga Deum ſuauiſſimos fructus producens, quod per Iſaiam cap. 43. 20. ita futurum Deus prædixit: Glorificabunt me beſtiæ agri, Dracones & Struthiones: quia dedi in deſerto aquas, & flumina in terra aquoſa, vt darem populo meo potum, quem mihi formaui, vt laudes meas enarret.* Dicitur & Spiritus Sanctus aqua mũda, quia ſordes abſtergit & purgat mortificando veterem hominem, & excitando nouum. Breuiter, Spiritus Sanctus dicitur aqua, q̃a eo regeneramur, reficimur & ſanctificamur ad vitam æternam.

Trãsfertur præterea aqua ad doctrinam Euangelij. Vnde Syrach 15. 3. *Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum.* Et Iſaias cap. 12. 3. *Haurietis aquam de fontibus ſalutis.* Eſaiæ cap. 55. 1. *Sitientes venite ad aquas.* Et Chriſtus ipſe ait Ioh. cap. 15. 3. *Vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis*, propter ſermonem ſcilicet mente conceptum & creditum.

11 Dicit ei mulier: Domine, neque hauſtrum habes, & puteus profundus eſt. Vnde ergo habes aquam illam viuam?

12 Num tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius & pecora eius?

Mulier nihil intelligens de aqua illa viua, cuius mentionem fecit Dominus, hæret in carnali cogitatione aquæ communis & terreſtris, atque ita ratiocinatur: Nemo poteſt ex alto puteo aquam haurire ſine hauſtro. Cùm ergo tu nec hauſtrum habes, & puteus eſt profundus, fieri non poteſt, vt mihi aquam des, niſi fortè illam miraculo de cœlo vel aliunde aquam impetraueris. Præterea Iacob pater noſter aquam habere non potuit niſi priùs effoſſo puteo in ſuum & pecorum ipſius vſum, de quo aquam collectam hauſit. Verùm ſi tu poteris mihi ſine fonte aut puteo aquam miniſtrare, profectò maior es patre noſtro Iacob, qui ſine puteo aquam habere non potuit. Sic ratio in rebus diuinis cæcutire ſolet, cùm ſpiritualia & cœleſtia ad menſuram rerum corporalium & terrenarum reuocat.

Cùm Chriſtus Lucæ 17. 18. Samaritanos alienigenas appellat, quæritur, cur hæc mulier, cùm Samaritana ſit & alienigena, referat genus ſuum ad Patriarcham Iacob. Reſpondeo. Hæc mulier more ſuæ gentis facit: Samaritani enim nunc ſe cognatos Iudæorum dicebant, nunc planè ſe nulla cognatione cum illis iunctos eſſe affirmabant. Huius facti & inconſtantiæ rationem reddit Ioſephus lib. antiquitatum 9. capite vltimo hiſce verbis: *Chutei vocati Hebræis, Græcis verò Samaritæ, qui pro præſenti conditione mutabiles, quoties fœliciter degere Iudæos vident, cognatos ſe eorum appellant, vtpote à Ioſepho oriundos, & hac ratione ſanguine illis coniunctos. Quando verò in rebus aduerſis eos aſpiciunt, nihil ad ſe pertinere aiunt, nec illis quidquam debere beneuolentiæ, cùm ipſi ex longè remotis gentibus ad ea loca venerint.* Hæc Ioſephus.

In hac proinde muliere videmus ingenium hypocritarum, qui magnificè iactant nomina Patrum, vt hæc mulier de Iacob Patriarcha gloriata eſt, cùm tamen nihil magis oderunt quàm illos, qui cultum & doctrinam Patrum in Eccleſiam reuocare conantur.

13 Reſpondit Ieſus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum.

14 Quiſquis autem biberit ex aqua, quam ego dabo, non ſitierit in æternum. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.

Dominus inter aquam terreſtrem & ſpiritualem diſtinguit, differentia petita ab vtriuſque virtute & efficacia, & ſimul ſignificat ſe maiorem eſſe Iacob, qui ſolummodò terreſtrem aquam dare, idq́ue non ſine puteo potuit: *Omnis*, inquit, *qui biberit de aqua*, ſcilicet huius putei, *rurſum ſitiet*. Extinguit enim corporalem ſitim ad breue ſolummodò tempus. Vt enim corpus caducum eſt & mortale & corruptioni obnoxium: ita ea quibus fouetur & ſuſtinetur in hac vita, caduca & fluxa voluit eſſe Deus, in teſtimonium & argumentum mortalitatis corporum noſtrorum. *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei*, ſcilicet ad extinguẽdam animæ ſitim, *non ſitiet vnquam*. Vt enim anima immortalis eſt: ita ſubſidia quibus fouetur, æterna eſſe oportet. Ideo Dominus ſubiungit de continua irrigatione per hanc ſpiritualem aquam, qua ariditati animæ ſuccurritur. *Aqua*, inquit, *quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam:* Hìc per aquam ſalientem in vitam æternam, Spiritum Sanctum intelligit, vt ex ſuperioribus liquet. Hoc enim Spiritu dum credimus, regeneramur & ſanctificamur ad vitam æternam.

Quid? An non ſemper eſuriunt & ſitiunt ſancti iuſtitiam? An non perpetuo deſiderio fruitionis plenioris rerum ſpiritualium tenentur? Verum quidem hoc eſt. Etſi enim tota vita ſitiunt fideles, idq́ue ardenter: tamen viuifico

ſucco

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſucco abundant, vt nunquam prorſus, donec fidem retinent, ſint aridi. Non ergo ſatietas, quæ hìc promittitur à Chriſtò, deſiderio, ſed tantùm ſiccitati & meræ ariditati opponitur.

Sunt qui ex hiſce Chriſti verbis extruunt hác pernicioſam doctrinam, videlicet, quòd is qui ſemel hac aqua potatus fuerit, ſeu, cui ſemel hic Spiritus contigerit, cuique ſemel credere fuerit datum, nunquam poſsit gratia Dei excidere. Quod ſi verum eſt, quid quæſo ſibi vult iſta toties in Scripturis iterata conditio? Ad Coloſſ. 1.13. *Si modò permanetis in fide fundati & firmi, nec dimoueamini à ſpe Euangelij.* Ad Hebræos cap. 3.14. *Participes facti ſumus Chriſti, ſi modò conceptam fiduciam vſque ad finem firmam teneamus.* Iohan. 15. 7. *Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint.* 1. Timoth. 2. 15. *Mulier ſaluabitur ſi manſerit in fide.* 2. Pet. 2. 20. *Si elapſi ab inquinamentis mundi per cognitionem Domini & ſaluatoris Ieſu Chriſti, rurſus implicati ſuperentur, facta eſt vltima eorum conditio deterior prima. Satius enim illis fuiſſet non cognouiſſe viam iuſtitiæ, quàm cognita illa regredi à ſancta doctrina ipſis tradita. Sed accidit eis quod veteri prouerbio dici ſolet: Canis reuerſus eſt ad ſuum ipſius vomitum, & ſus lota ad volutabrum cœni.* Dauid Pſalmo 51. 13. poſt commiſſum adulterium rurſus ad Deum conuerſus per veram pœnitentiam, precatur in hunc modum: *Et Spiritum tuum Sanctum ne auferas à me.* Hìc Dauid fatetur ſe in vera pœnitentia recepiſſe Spiritum Sanctum, quem antea per peccatũ amiſerat, & petit à Deo, ne rurſus à ſe per vllum peccatum auferatur. Apocalypſ. 2. 4. *Habeo contra te quod dilectionem tuam quam priùs habebas, amiſiſti. Memento igitur vnde excideris, & age pœnitentiam, & fac priora opera.* Sed quid clarius dici poteſt, quàm quod ipſe Dominus ait Matth. 24. 13. *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, ſaluus erit*, ſignificans non fore ſaluum qui non perſeuerat. Et Epiſtola ad Hebræos cap. 6. 4. teſtatur illuminatos poſſe relabi in prophanitatem & amittere gratiam, cuius erant participes. Et Paulus cùm dixiſſet 1. Timoth. 1. 19. *Milita honeſtam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam*, addit, *qua* (conſcientia) *repulſa, nonnulli fidei naufragium fecerunt. Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Sathanæ.* Hæc teſtimonia, & ſimilia multa euidentiſsimè oſtendunt, credentes poſſe amittere Spiritum Sanctum & fidem, atque adeò gratia excidere. Hác proinde demonſtrationem immotæ veritatis opponamus errori, qui ei manifeſtè aduerſatur. Nam cùm ſit vna tantùm cuiuſlibet rei veritas, fieri non poteſt, vt eius contradictioni ſit locus ſine iniuria Spiritus Sancti qui Scripturæ autor eſt. Nihil enim certius eſt, quàm amitti fidem & excuti Spiritum Sanctum peccato vaſtante conſcientiam.

Sed quid dicemus ad aſſeuerationem Domini dicentis: *Si quis biberit de aqua quam ego do, non ſitiet in æternum.* Dominus ſimpliciter hîc docet mulierem, quòd aqua illa ſpiritualis quam promittit, hoc eſt, Spiritus Sãctus ſit, per quem ſolum, vt aliam aquam non deſideret, homo re-
A generatur abunde, & ſanctificatur ad vitam æternam, modò ſcilicet is, qui de hac aqua biberit, non eam ſua culpa euomuerit rurſus per diffidentiam & peccata conſcientiam vaſtantia. Debent ergo Chriſti verba intelligi cum ea conditione, quæ aliàs ſæpe expreſsè in Scripturis ponitur.

15 Dicit ad eum mulier: Domine da mihi iſtam aquam, vt non ſitiam neque veniam
B *huc ad hauriendum.*

Mulier nihil planè intelligens de aqua ſpirituali, de qua locutus eſt Dominus, hæret in aqua terreſtri, qua ſitis corporalis ſedari poteſt, & petit ſibi dari iſtam aquam, qua ſemel ipſius ſitis ita reſtingui poſsit, vt non opus habeat ſæpius ad puteum recurrrre aquę hauriendæ gratiá. In hac ergo muliere pingitur hominum ingenium, quibus omnia quæ de diuinis & ſpiri-
C tualibus rebus dicuntur, videntur ridicula, donec Spiritu intus fuerint illuminati. Nam tum demum incipiunt guſtare quàm ſuauis ſit Dominus, & quàm iucunda & ſalutaris annunciatio ſit Euangelium Chriſti.

16 Dicit ei Ieſus: Vade, voca virũ tuum, & veni huc.

Hoc mandato Chriſtus ſibi viam parat ad clariorem inſtructionem iſtius mulierculæ, vide-
D licet vt mulier iſta, & qualis ſit ipſa, & quis ſit cum quo loquatur, paulatim intelligat, & non repentè, ſed ſenſim & veluti pedetentim deducatur in cognitionem iſtius magni doni cuius antea meminerat. Ita enim ſolet ſuos Deus erudire inſtar fidelis pædagogi; qui paulatim inſtillat diſcentium animis, quæ cognitu vtilia ſunt. Etſi autem Dominus non ignorauit, fœminam illam eſſe adulteram, vt quæ cum alieno viro habitaret: tamen iubet eam accerſere
E virum ſuum, vt veniat ipſi in mentem, quàm ſit procul à ſalute, & quàm profundè in peccatorum barathrum ſit immerſa, idque in hunc finem, vt gratior & dulcior fiat gratia quæ illi offertur. Atque ita Lex arguens peccatum & damnans, paraſceue quædam eſt ad gratiam Euangelij expetendam.

17 Reſpondit mulier & dicit ei: non habeo virum.

F Samaritana hæc mulier ingenuè fatetur, ſe virum, hoc eſt, maritum proprium non habere. Vnde abſque dubio percellitur ipſius animus cogitatione adulterij. Nam etſi homines ſæpe indormiunt peccatis ſuis, tanquam lethargo aliquo laborantes, tamen à peccatorum, quorum rei ſunt, mentione expergiſcuntur, & conſcientia ſcelerum turbantur. Vt ergo Chriſtus iubet accerſi maritum, quô mulierem (in gratiam recipiendam) ſuæ corru-
G ptionis admoneat: ita mulier mandato hoc excitata, peccatum ſuum agnoſcit, palamque confitetur, non ſine ingenti animi dolore. Non

eſt enim dubium, verba Chriſti in intima cordis mulieris iſtius penetraſſe.

Hoc Chriſti exemplum ſit inſtar regulæ miniſtris gratiæ ſeu Euangelij, vt annunciaturi gratiam ſeu gratuitam ſalutem per Chriſtum, primùm præparent auditorum animos concione Legis, quò reddantur capaces annunciandę gratiæ. Vt enim nemo medicinam expetit, niſi qui morbum ſentit ſuum, & quò intellexerit periculoſiorem eſſe morbum, eò diligētiùs medicum quærit: ita nemo eſt gratiæ cœleſtis capax, niſi qui morbum animi ſui priùs intelligat.

Monet quoque hoc Chriſti exemplum, non aſperè, non imperioſè agendum eſſe cum peccatoribus, modò lenitate & facilitate in viam reuocari poſsint.

Præterea huius mulieris factum admoneat nos modeſtiæ, vt cùm admonemur de noſtris lapſibus, boni conſulamus, ac ſordes noſtras agnoſcamus, quò capaces gratiæ cœleſtis efficiamur.

Dicit ei Ieſus: bene dixiſti: Non habeo virum.

18 *Quinque enim viros habuiſti, et nunc quem habes, nō eſt tuus vir. hoc verè dixiſti.*

Confeſsionem mulieris approbat Chriſtus, ac vt reuocat ei in memoriam vitam anteactam: ita turpitudinem præſentem illi ponit ob oculos, non ſolùm vt in muliere creſcat agnitio peccati, & dolor ob peccatū, ſed ob duas alias cauſas grauiſsimas. Quarum vna eſt, vt mulier ex reuelatione actæ ſuæ vitæ, præſertim per eum qui peregrinus aduenerat, & ſe antea non viderat, ratiocinetur diuino Spiritu afflatum eſſe eum, qui ſecum loquitur, & ad minimum, eum Prophetam Dei eſſe, hoc eſt, doctorem diuinitus miſſum agnoſcat, atque ideo auidiùs ab eo diſcere cupiat. Altera, vt agnito morbo remedium maiori deſiderio expetat, quemadmodum & fecit.

Locus obſeruandus, quòd nihil occultum ſit Deo, ſed omnia nuda & aperta ſint ante oculos eius. Vnde monemur vigilantiæ & diligentiæ in formandis moribus publicè & priuatim, in tenebris & in luce, ne ipſum & ipſius caſtiſsimos Angelos aliqua offendamus turpitudine. Nam ſi in oculis hominum ea facere erubeſcimus quæ parum honeſta ſunt, multò minùs id decet in conſpectu Dei.

19 *Dicit ei mulier: Domine, video quòd Propheta es tu.*

Ex reſponſo Chriſti mulier rectè colligit, Chriſtum Prophetam eſſe. *Domine*, inquit, *video* (Græcè θεωρῶ, quod ad aciem mentis, non oculorum carnis refertur) *quòd es Propheta*. Ac ſi diceret: Nemo poteſt arcana hominis videre, certò ſcire & enarrare, niſi Propheticum ſpiritum habeat, & à Deo excitatus ſit doctor. Nunc autem tu qui peregrinus es, & me iam primùm apud hunc fontem vides, ſcis & clarè enarras, qualis hactenus fuerim, & qualis iam ſim. Neceſſe eſt igitur te Prophetam eſſe, qui dictantè Spiritu Sancto reuelas arcana, vt tuæ doctrinæ tamquam cœleſti fides habeatur. Nam hic finis eſt prophetiarum, non ſolùm vt Prophetæ futura prædicant, quorum euentus propheticum & diuinum Spiritum arguit: verumetiam vt auditores inde tanquam diuino teſtimonio certificentur de tota doctrina quam adferunt Prophetæ. Mulier ergo hæc cùm intelligat Ieſum Prophetam eſſe, & totam ipſius doctrinam eſſe diuinam, certam & infallibilem, magno deſiderio tenetur ab eo diſcendi, & præcipuè id quod maximè ſcire ſalutis hominum intereſt, & de quo tū temporis grauiſsimè diſputabatur, præſertim inter Samaritanos & Iudęos, videlicet de vero cultu Dei. Proponit ergo in hūc modum.

20 *Patres noſtri adorauerunt in hoc monte: & vos dicitis: Ieroſolymis eſt locus vbi oportet adorare.*

Quæſtio hæc agitabatur inter Iudæos & Samaritanos, quo in loco Deus ſit adorádus & colēdus. Samaritani contēdunt in mōte Samariæ adorationē debere fieri. Iudęi autem contrà defendunt Deum colendum eſſe in templo Ieroſolymitano. Samaritani nitebantur exemplis maiorū, ita ratiocinantes: Imitari exempla Sanctorum Patriarcharum, quorum pietas eſt manifeſta & omnibus nota, maximè pium eſt & laudabile. In monte autem Gariſim ſacrificauerunt Abraham, Iſaach, & præcipuè Iacob, de quo tantopere gloriamini vos Iudæi. Quare vt nos Samaritani ſacrificantes in monte Gariſim rectè facimus: ita vos iniuriam facitis, hunc cultum noſtrum improbantes. Hac ratione impij Sacerdotes apud Samaritanos defenderunt ſuum templum & cultum in monte Gariſim. Iudæi autem mandato Dei clariſsimo nitebantur: Deus eſt colendus iuxta ſuùm verbum & mandatum. Nunc autem nos Iudæi habemus & mādatum Dei de certo loco & certo templo vbi Deus vult nos ſacrificare, & prohibitionem quòd non liceat alibi ſacrificare. Igitur rectè facimus ſacrificantes Ieroſolymis, & taxantes veſtrum errorem, qui contra interdictum Dei vobis templum extruxiſtis in monte Gariſim.

Quid ergo hîc dicendum? Patres rectè fecerunt ſacrificantes in monte Samariæ, antequam nouum mandatum propoſitum eſt, & locus alius & certus à Deo deſignatus, in quo ſacrificari voluit Deus. Verùm poſt deſignatum locum, contra mandatum Dei & interdictum fecerunt Samaritani extruentes templum & inſtituentes ſacrificia in Samaria. Errarunt & Iudæi non diſcernentes inter typicam adorationem & veram. Hærebant enim in typica adoratione, atque idcirco putabant ſua ſacrificia, & adorationem, placere, quia in iſto loco fiebant, non intelligentes veritatem reſpondentem typo, videlicet quòd Chriſtus ſolus ſit propitiatorium illud, in quo exaudiuntur preces, & ſit vera adoratio in quouis loco.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

loco. Sacrificia enim ſeu victimæ certo loco alligabantur, ſed vera adoratio, ſeu verus Dei cultus non eſt locis, aut aliis circumſtantiis alligatus. Nam ſpiritualis eſt, vt infrà dicetur.

21 *Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, veniet hora, quando neque in monte hoc, neque Ieroſolymis adorabitis Patrem.*

22 *Vos adoratis quod neſcitis. Nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt.*

23 *Sed venit hora & nunc eſt, quandò veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorant ipſum.*

24 *Spiritus eſt Deus, & qui adorant ipſum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.*

Hoc Domini reſponſum quatuor conſtat partibus.

Prima, eſt prædictio abolendæ typicæ adorationis.

Secunda, differentia inter Samaritanorum adorationem & Iudæorum.

Tertia, definitio veræ adorationis.

Quarta, ratio definitionis, cur videlicet Deꝰ velit adorari ſpiritu & veritate.

De his quatuor partibus ordine pauca adiiciam. Nam hîc agitur vnum ex præcipuis totius religionis noſtræ capitibus.

DE PRIMA PARTE.

Crede, inquit, *mihi*, quaſi diceret: Tu conuicta firmò argumento, agnoſcis me Prophetam eſſe, hoc eſt, doctorem veracem diuinitùs miſſum. Crede igitur mihi. Ego enim de adoratione & cultu Dei te rectè inſtituam. Hoc igitur primùm tene: *Veniet hora, quando neque in monte hoc, neque Ieroſolymis adorabitis Patrem*. Hoc dicto Dominus plura complectitur.

Significat enim primùm, ceſſaturam eſſe pædagogiam Moſaicam cum omnibus typicis ſacrificiis, cultibus & cæremoniis. Deinde tollendum eſſe interſtitium & maceriem inter populum Iudaicum & alias nationes mundi, vt ſit vnus Dei populus, ꝓmiſcuè collectus ex Iudæis & gentibus. Tertiò, reuelandam eſſe breui veritatem, quam omnia Moſaica adumbrabant, videlicet verum Meſsiam IESVM Chriſtum, atque eius beneficia ſpiritualia & æterna. Quartò, omnem locum adorationi & cultui diuino fore aptum & accommodatum. De his quatuor concluſionibus Paulus diſputat in multis locis, vt ad Romanos, Corinthios, Galatas, Coloſſenſes, item autor Epiſtolæ ad Hebræos clariſsimè & fuſiſsimè. Quare de his nolo hoc loco copioſiùs agere.

DE SECVNDA PARTE.

Secundò, cum ait: *Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt*, diſcernit inter Samaritanorum & Iudæorum adorationem. Hîc per Samaritanos intellige omnes Ethnicos, & omnes populos, qui non habent
A regulam veri cultus, id eſt, verbum Dei, & ſunt extra Eccleſiam. Per Iudæos autem intelligẽ populum Dei habentem verbum Dei, vnicam veram, certam & infallibilem regulam adorationis & cultus Dei. Ideò addit: *Salus ex Iudæis eſt*, hoc eſt, quod Iſaias ait capite ſecundo, verſ. 3. *De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Euentus modum exitus declarat. Ex Ieruſalem enim prodierunt Apoſtoli, verbi precones, iuxta Chriſti mandatum, Marci capite 16. verſ.
B 15. *Ite in mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Atque ob hác cauſam Chriſtus ipſum verbum ſalutem appellat, vt ſciamus in quem finem verbum nobis proponitur. Eſt ergo hæc ratio ſumpta ex cauſa veri cultus & ſalutis. Eſt enim Synecdoche in nomine Salus. Siquidem per ſalutem intelligit verbum ſalutis, hoc eſt, Euangelium.

C Hinc extruamus doctriná, exhortationem, & conſolationem.

Doctrina his quinque continetur propoſitionibus.

Prima. Nullus cœtus hominum, qui non eſt eccleſia, rectè inuocat & colit Deum.

Secunda. Sola Eccleſia Deum rectè colit & inuocat.

Tertia. Omnis cultus Dei extra Eccleſiam irritus eſt & damnatus à Deo.

D Quarta. Sola Eccleſia, quantumuis in mundo eſt afflicta, ſalutem æterná ſibi propoſitam habet, & eſt hæres æternæ vitæ.

Quinta. Cultus Dei verus ex regula verbi Dei dependet, proinde nihil pró cultu Dei recipiendum eſt, niſi Dominus ſuo verbo illud ſuæ Eccleſiæ commendauerit. Vnde nõ eſt difficile iudicare, quo in loco habendæ ſint abominationes Papiſticæ, quas Eccleſiæ tanquam cultus obtrudunt.

E Exhortatio hinc ſumatur, vt nos veræ Eccleſiæ adiungamus ſententia, voluntate, confeſſione, cultu, φιλαδελφίᾳ, & ſeiungamus nos ab iis cœtibus, qui vel in totum doctrinam Eccleſiæ abiiciunt, vt Mahometiſtæ, vel fundamentum, hoc eſt, puram Euangelij doctrinam, articulos fidei, & verum Dei cultũ ſubruunt quouis modo, vt Papiſtæ.

Conſolatio in omnibus aduerſis & perſecutionibus hinc peti poteſt vberrima, videlicet q̃a
F in ſola Eccleſia eſt ſalus. Tyranni mundi, q̃ perſequuntur Eccleſiam, videntur ſibi fortunati & fœlices: Contrà verò Eccleſia Dei infortunata & miſera. Sed euentus aliquando oſtendet, rem longè aliter ſe habere. Producet olim purpuratum diuitem contemptorem Eccleſiæ, horrendis & nunquã finiendis malis oppreſſum. Producet Lazarum olim mendicum & vlceratum, gloria cœleſti ornatum, fœlicem & beatum. Producit Neronem funibus infernalibus in
G perpetuis flammis conſtrictum, & diuum Paulum iuſticiæ corona decoratum. Hinc diſcamus, verè bona & verè mala non metiri ſenſu

carnis, ſed amuſsi fidei, quæ non fallit, quia verbum, quo nititur, ſtabit in æternum.

DE TERTIA PARTE.

Cùm dicit Dominus: *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.* definit verum adorandi modum, atque eum diſtinguit & ab Ethnico & à Typico. Samaritis illa adorationis efficaciam loci dignitate niti putabat, cùm diceret: *Patres noſtri in hoc monte adorabãt, at vos dicitis: Ieroſolymis eſt locus adorationis.* Sed Chriſtus reuocat eam ab iſta opinione, & docet verum adorãdi modum, qui eſt adorare ſpiritu & veritate. Cùm dicit, *Spiritu*, diſcernit inter adorationem, quę ex ore tantùm procedit, & eam quæ ex ſpiritu proficiſcitur, qui ſpiritus, fidem in corde hominis operatur, ex qua & pendet & proficiſcitur vera adoratio. *Quomodo*, ait Paulus, *inuocabunt, in quem non crediderunt?* Eſt ergo Synecdoche in voce ſpiritus. Comprehẽdit enim & cauſam & effectum, hoc eſt Spiritum Sanctum & fidem. Cùm autẽ addit Dominus, *in veritate*, interpretatur duas figuras veteres. Priorem montis, in quo precatus eſt Iacob. Poſteriorem loci, qui erat Ieroſolymis, & dicebatur propitiatorium. Mons enim ille Iacob admonebat, vt oraturi nõ ſpectemus vllam locorum in mundo dignitatem, ſed vt ab omnibus vallibus mundi leuemus corda noſtra ad montes, hoc eſt, in cœlum, vbi Chriſtus Mediator noſter, in cuius nomine inuocabimus, ſedet ad dexteram maieſtatis Dei in excelſis. Atque hoc vult Dominus, cùm iubet precantes dicere, *Pater noſter qui es in cœlis.* Deteſtandi ſunt igitur furores Papiſtarum, qui corda hominum volunt alligari ſtatuis & idolis, vbi preces hominum exaudiri, propter interceſsionem Sanctorum impudentiſsimè & impiiſsimè docent.

Locus ille deſtinatus adorationi Ieroſolymis, dictus Propitiatorium, typus fuit veri Propitiatorij IESV Chriſti, Mediatoris noſtri vnici. Nam vt verſus propitiatorium illud typicum Iudæi precaturi ſe vertebant: ita veri adoratores vertẽt ſe ad vnicum Propitiatorem IESVM Chriſtum, propter quẽ ſolum exaudiuntur & placent credentes, tectis & abolitis ipſorum peccatis, & imputata ipſis Mediatoris iuſtitia. Cùm ergo dicit, Patrem adorandum eſſe ſpiritu, requirit fidem, cuius effector eſt Spiritus, qui ſuccurrit infirmitatibus noſtris, & intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Cùm dicit, in veritate, vult vt abiecta vmbra ipſam veritatem, hoc eſt, Chriſtum petamus, eius meritis precantes nitamur. Per hunc enim ſolum habemus acceſſum ad Patrem in fide, hoc eſt, dum in ipſum vera fide recumbimus. Hîc rurſus diſcernitur perſpicuè inter inuocationem prophanorum hominum ignorantium aut contemnentium Chriſtum, & veram & efficacem inuocationem.

DE QVARTA PARTE.

Cùm Dominus addit: *Nam & Pater tales quærit, qui adorent ipſum. Spiritus eſt Deus, & qui adorẽt ipſum, in Spiritu & veritate oportet orare.* rationem reddit, cur Deus velit ſpiritu & veritate adorari. Eſt autem argumentum huiuſmodi: Naturæ ſpirituali ſpiritualia conueniunt. Deus eſt ſpiritus: Ergo Deus adorandus eſt ſpiritu & veritate. Tribuenda enim ſunt vnicuique quæ maximè ei conueniunt.

Etſi autem Cato Ethnicus intellexiſſe videtur modum in genere, quo Deus coli velit, quum ait:

Si Deus eſt animus, nobis vt carmina dicunt,
Hic tibi præcipuè ſit pura mente colendus.

tamen tria præcipuè adhuc Catoni defuerunt, videlicet notitia purificandæ mentis, regula cultus, & modus certus & verus.

Notitiam purificandæ mentis ſola Eccleſia Dei habet. Nam cùm omnium hominum mẽs ſit polluta & contaminata, quemadmodum & conſcientia, ſicuti Paulus ait in Epiſtola ad Titum cap. 1. verſ. 15. *Infidelibus nihil eſt purum, ſed polluta eſt eorum & mens & conſcientia:* neceſſe eſt vt mens & conſcientia purgentur, priuſquam homo Deo purum & verum cultum præſtare poſſit. Quemadmodum autem mens purgatur verâ Dei notitiâ: ita conſcientia viuâ fiduciâ remiſsionis peccatorum & imputationis iuſtitiæ Chriſti. Atq; hoc eſt quod in Actis cap. 15. verſ. 9. dicitur: *Nihil diſcreuit inter nos & illos, fide purificans corda illorum.* Et Epiſtola ad Hebræos cap. 9. verſ. 14. *Sanguis Chriſti, qui per Spiritum æternum ſe obtulit inculpatum Deo, purgauit conſcientiam veſtram à mortuis operibus, ad ſeruiendum Deo viuo.* id eſt, vt poſsitis Deo viuo ſeruire. Item capite 10. verſ. 22. *Accedamus cum vero corde & certa perſuaſione fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluto corpore aquâ purâ,* id eſt, Spiritu Sancto, cuius ſymbolum eſt aqua Baptiſmi, qua corpus aſpergitur. Ex his promptum eſt colligere, ad mentis veram purificationem requiri verbum, (vnde notitia) ſpiritum, Chriſti meritũ, & fidem. Cùm autem horum nihil habuerit Cato, rationem purificandæ mentis nequaquam tenuiſſe putandus eſt.

Regula cultus eſt ipſum verbum Dei. Nihil enim placet Deo niſi iuſta obediẽtia. Obedientia autem nulla eſſe poteſt, niſi imperetur. Eſt enim obedientia mandati ſuperioris prompta & debita executio. Ideô Dominus dicit, Ezech. 20. 18. *In præceptis meis ambulate, & non in præceptis patrum veſtrorum.* Item Matth. 15. 9. *Fruſtrà me colunt mandatis hominum.* Nam cùm omnis cultus Dei ſit obedientia erga Deum ex fide præſtita in eius gloriam, neceſſe eſt cultus regulam eſſe verbum Dei, & non mandatum hominum, aut traditionẽ vllam, & multò minùs idololatricã inuocationem, Miſſam, & alias nugas infinitas, quas Antichriſtus in mundũ inuexerat in contumeliam Dei, cuius mandatũ contẽnitur, quoties homines temerario ſuo iudicio audẽt inſtituere cultus, ſiue præter, ſiue contra verbũ Dei. Notũ eſt ꝙ Paulus Col. 2. 23. damnet omnes *ἐθελοθρησκείας*, hoc eſt, omnem cultum, quẽ homines propria

propria voluntate ſine verbo Dei inſtituunt. Non ergo de cultu Dei iudicandum eſt ex ſpecie, ſeu externa apparentia, qua vulgus facillimè capitur, ſed ex verbo, quod eſt cultus regula, vt diximus.

Neque valet quòd prætendant Papiſtæ authoritatem Eccleſię & boná intentionem. Nam omnis autoritas Eccleſię ex verbo pendet, & ædificationi deſtinanda eſt. Si ergo aut cum verbo pugnat, aut ad deſtructionem facit, in nullo loco reputanda eſt Eccleſiæ autoritas.

B

Quantum autem ad boná intentionem attinet, ſciendum eſt, quòd quicunque inſtituat cultum Dei ſine verbo, bona, vt vocant, intentione, quadrupliciter peccet. Primùm enim fit reus defectionis. Deinde incurrit in temeritatis vitium. Tertiò horribilis eſt ſuperbia, qua Deus tentatur, quaſi verò ille non ſatis ſapienter modum ſe colendi præſcripſiſſet. Quartò peccat exemplo, quo alij ad ſimiles ſuperſtitiones inuitátur.

C

Modus denique verus veri cultus Dei eſt, vt opus præceptum proficiſcatur ex corde puro, conſcientia bona, fide non ficta, & rectà iuxta regulam tendat in hunc finem, vt Deus p Chriſtum glorificetur. Glorificatur autem Deus, cùm id fit, quod vult, eo modo quo vult. Hæc ergo tria, videlicet, notitiam purificandæ mentis, regulam cultus & verum modum cùm ignorauit Cato, vt qui verbum Dei non habuerit, fruſtrà quidam Catonis carmina tanquá monſtrantia iuſtam colendi Dei menſurá prædicát.

D

Poſtquam dictum eſt de vero Dei cultu, explicanda eſt ratio, quæ hac propoſitione continetur: *Spiritus eſt Deus.* In textu Græco nulla eſt ambiguitas, in quo articulus monſtrat Subiectum, vt vocant, propoſitionis: πνεῦμα ὁ θεὸς, id eſt, Deus eſt ſpiritus, id eſt, eſſentia non corporea, vt Anthropomorphitæ falsò putârunt, ſed ſpiritualis, ſine mole corporea. Hanc ſpiritualem eſſentiam, infinitam, æternam, omnipotentem, iuſtam, ſapientem, miſericordem,

E

ex effectibus in creaturis intelligimus. In hac ſimpliciſsima vnaque numero eſſentia ſubſiſtunt tres perſonæ, Pater & Λόγος, ſeu Filius, & Spiritus Sanctus, qui tres ſunt vnus Deus, quia vna eſt trium eſſentia non multiplicata, ſed vna numero. In qua eſſentia perfectè communicant tres perſonæ ab æterno. Vnde dicitur: Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, & Spiritus Sanctus eſt Deus. Non tamen tres Dij ſunt, ſed vnus Deus, quia vna tantùm eſt Deitas, ſeu Dei eſſen-

F

tia. Hinc eſt, quòd quæ abſolutè, id eſt, ſine relatione dicuntur de hac diuina eſſentia, in ſingulari ſolummodò numero efferẽda ſint. Proinde vt ſingulæ perſonæ ſunt vnus & idem, æternus, immenſus, infinitus, omnipotens & ſolus Deus: ita ea omnia, quæ ſunt Deo propria, ſingularia ſunt. Non ergo dicendum: tres ſunt æterni, tres omnipotentes, tres immenſi, tres infiniti: ſed vnus eſt æternus, vnus omnipotens, vnus immenſus, vnus infinitus. Teneatur pro-

G

inde hæc regula: Quæ ratio eſt ipſius naturæ, eadem quoque eſt eorum omnium, quæ de ea

A

abſolutè prædicantur. Nam relatiuorum alia eſt ratio, hoc eſt, perſonarum ſubſiſtentium in vna diuina eſſentia, quæ ad ſe inuicem referuntur. Quare cùm alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti, rectè infertur: Ergo tres ſunt perſonæ. Quæ tres perſonæ vocabulo Trinitatis ab Athanaſio ſignificantur. Vt enim vnitatis nomine vnam eſſentiam diuiná, in qua ſubſiſtunt tres ἰδιότητες, ſiue tres perſonæ ὁμοούσιοι, accipimus: ita Trinitatis nomine tres intel-

B

ligimus in vna eſſentia ſubſiſtentes perſonas. Nam cùm Scriptura dicit, Deuter. cap. 6. ver. 4. *Audi Iſrael, IEHOVAH Deus noſter, IEHOVAH Vnus eſt.* Et Paulus Epiſtola 1. ad Timotheum cap. 2. verſ. 5. *Vnus eſt Deus.* Et quia hic Deus Hebræis dicitur IEHOVAH, & in Apocalypſi ὁ ὤν, compellimur Scripturæ autoritate Deum vnum in eſſentia agnoſcere & credere. Rurſus quum eadem Scriptura Patrem Deum prædicat, ſimiliter & Filium, item Spiritũ San-

C

ctum; & Patrem à Filio, & Spiritum Sanctum ab vtroq; diſtinguit proprietatibus perſonalibus. Pater enim gignit, Filius naſcitur, Spiritus Sanctus ab vtroque procedit, cogimur confiteri tria ὑφιστάμενα, ſeu tres ἰδιότητας ſubſiſtẽtes, hoc eſt, perſonas, ſeu hypoſtaſes, easque coæquales, coæternas & conſubſtantiales, iuxta ſymbolum Nicenum, quod ex verbo Dei collectum & demonſtratum eſt. In confeſsione ergo huius ſymboli maneamus conſtantes, nec moueamur

D

Arij, aut aliorum fanaticorum hominum cauillationibus, qui ſtulta ſua ratione & ſenſu, diuinam naturam metiri conantur, id quod certiſſimum eſt infidelitatis argumentum, quemadmodum grauiſsimè Iuſtinus Martyr monet in libello, cuius titulus eſt Ἔκθεσις τῆς πίστεως. Σαφὴς ἔλεγχος ἀπιστίας τὸ πῶς περὶ θεοῦ λέγειν.

Theologi veteres, quibus cum Philoſophis, qui poſt Chriſtum fuerunt, negotium erat, veſtigia vnitatis diuinę eſſentiæ, & Trinitatis per-

E

ſonarum in naturis rerum rimati ſunt, quam vnitatem & trinitatem quum animaduerterent Philoſophi maximis rationibus fulciri, & rerum naturæ conſentaneam eſſe, paulatim conuertuntur ad fidem, & doctrinam de vnitate eſſentiæ diuinæ, & trinitate perſonarum grauiſſimè defendunt. In quorum numero Iuſtinus Martyr & Clemens Alexandrinus fuêre.

Etſi autem multa huius rei exempla in primo Longobardi libro collecta ſunt: nos tamen

F

vnum atque alterum ſolummodò adiiciemus, ex quibus de reliquis facillimum fuerit iudicare. Nam quum verbum Dei veritatis amuſſim agnoſcimus, tutius eſt apud verbum ſimpliciter manere, quàm in rerum finitarum & infinitæ comparatione. Quemadmodum ergo omne opus imaginem quandam & ſimilitudinem refert ſui opificis, adeò vt ex opere qualis ſit opifex, & ex opifice, quale ſit opus futurum, in promptu ſit intelligere: ita in rebus om-

G

nibus animaduertere eſt, diuinæ Trinitatis effigiem in vnitate ſubſtantiæ. In cuiuslibet ergo rei vna eademque eſſentia, eſt vnitas & trinitas.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Vnitas quidem, quia vna res. Trinitas verò, quia in eius eſſentia eſt principium quoddam latens quaſi Pater, vnde oritur potentia tanquam Filius, ex vtriſq; actio quaſi Spiritus Sanctus procedit. Eſſentiæ ergo vnitas deitatem vnam, principium, potentia & actio tres perſonas, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum adumbrant. In anima hominis eſt mens veluti Pater, intelligentia veluti Filius, ex quibus procedit volitio.

Verùm hoc eſt diſcrimen. Tres perſonæ communicant perfectè, & ſubſiſtunt in vna eademque ſimplicisſima & infinita eſſentia diuina, vt rectè dicatur: Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, & Spiritus Sanctus eſt Deus: non tamen tres Dij ſunt, ſed vnus tantùm, quia vna deitas eſt, non multiplicata, ſed vna numero. Cùm ergo tres perſonę dicantur ὁμοούσιοι, non Philoſophicè, ſed Theologicè accipiendum eſt vocabulum. Philoſophicè Petrus, Paulus, Iacobus ſunt ὁμοούσιοι, id eſt, eiuſdem eſſentiæ, quæ vna quidem eſt ſpecie, vt quæ ſit communis omnibus eiuſdem ſpeciei indiuiduis, non autem eſt vna numero. Nam in creaturis vt multiplicantur indiuidua: ita multiplicatur eſſentia. Vt tametſi in Paulo, Petro, Iacobo eadem eſt eſſentia ſpecie, non tamen eadem eſt numero. Verùm in deitate aliter ſe res habet. Hîc enim ideò dicuntur ὁμοούσιοι perſonæ, quia ſunt eiuſdem eſſentiæ, non multiplicatæ ad numerum perſonarum, ſed vnius numero. Cùm ergo dicitur: Solus Pater eſt Deus, falſa eſt propoſitio, quia hîc ſolus excludit alias perſonas ab eſſentia diuina. At cùm dicitur: Pater eſt ſolus Deus: item Filius eſt ſolus Deus: item Spiritus Sanctus eſt ſolus Deus, veræ ſunt propoſitiones, quia hîc particula ſolus excludit diuerſam deitatem, ſeu multiplicatam numero à perſonis, & tribuit eandem ſingulis perſonis perfectè. Verùm quia ratio humana hoc non poteſt ſuo acumine percipere, in verbo patefacto acquieſcendum eſt. Nemo enim meliùs de Deo ferre teſtimonium poteſt, quàm ipſe Deus de ſeipſo.

25 *Dicit ei mulier: Scio quòd Meſſias venturus eſt (qui dicitur Chriſtus) cúmque venerit ille, annunciabit nobis omnia.*

Etſi mulier hæc cõuicta erat miraculo, quòd IESVS, qui ſecum loqueretur, eſſet Doctor, diuinitùs miſſus, de cuius doctrina non erat dubitandum, tamen in eius doctrina non ſatis acquieſcit, ſed alium Doctorem, nempe Meſsiam ipſum expectat.

Exemplum eſt humanæ curioſitatis, quæ nõ eſt contenta manifeſta & clara doctrina, ſed quærit aliam certitudinem, vt hodie multi Concilia & Synodos fruſtrà expectant, in quibus fore diiudicationes dogmatum & rerum controuerſarum opinantur, quaſi Moſes, Prophetæ, Apoſtoli & Euangeliſtæ non eſſent ſatis locupletes veritatis teſtes. Sed nos ſciamus, in verbo reuelato acquieſcendum eſſe, & nõ pendendum ex humanis conſiliis & diiudicationibus.

A

Porrò hæc Samaritis tria intellexit de Meſſia. Primùm, quòd eſſet venturus. Secundò, quòd eſſet futurus Doctor. Tertiò, quòd excellentior eſſet reliquis Prophetis, qui particulatim, & non plenè diuina docuêre, cùm Meſsias omnia pleniſsimè eſſet annunciaturus, adeò vt poſt illum non alio indigerent Doctore, aut Propheta. In hac ergo parte Samaritidem imitemur, & Meſsiam olim promiſſum eſſe IESVM Mariæ filium agnoſcamus, ipſumq; perfectum Doctorem ſequamur, nullũ alium poſt ipſum expectantes.

B

26 *Dicit ei Ieſus: Ego ſum, qui loquor tecum.*

Hîc Dominus ſe verum eſſe Meſsiam, olim Patribus promiſſum, fatetur, qua re Samaritidis animum ſupra modum exhilarat. Neque enim poteſt, aut debet homini quicquã charius eſſe, quàm vera Meſsiæ cognitio, quæ cognitio eſt vita æterna. Hîc videre eſt, cur Chriſtus occultorum reuelatione ſuprà ſe veracem eſſe Doctorem Samaritidi perſuaſerat, nimirum vt miraculo tanquam demonſtratione euidenti conuicta mulier, verum eſſe crederet, quòd Chriſtus ſe eſſe Meſsiam diceret.

C

Porrò cùm hic locus poſtulat, vt aliquid de Meſsia dicamus, volo pauca de Meſsia huc aſcribere, idq; breuiſsimè. Etſi autem pleraque ſunt antea à nobis explicata: tamen huc pauca adiiciam, vt auditores Methodum iuſtam huic Myſterio explicando congruentem habeant, qua vti poterunt, quoties de vero Meſsia dicendum erit.

D

Primùm ergo dicam de promiſsione, nominibus & exhibitione Meſsiæ.

Deinde, ad quid promiſſus ſit & exhibitus.

Tertiò, quæ qualisque conditio Meſsiæ eſſe debuerit.

Quartò, quòd IESVS, qui cum hac Samaritide loquitur, ſit verus ille Meſsias, olim Patribus promiſſus.

E

Quintò, quid egerit exhibitus Meſsias, quídque agat.

Sextò, quomodo beneficiorum ipſius homines reddantur participes.

Septimò, quid homines viciſsim ipſi debeant.

DE PRIMO.

F

Promiſsionis Meſsiæ fama non ſolùm Iudæis, verùm etiam gentibus innotuerat. Prophetia Balaam & Magorum interrogatio de Meſsia nota ſunt. Et hæc Samaritis Samaritanorum expectationem certam fuiſſe indicat, cùm ait: *Scimus venturum eſſe Meßiam.* Etſi autem hic Meſsias ſępe promiſſus eſt verbo Dei: tamen non ſemper ſub Meſsiæ nomine, ſed aliis atque aliis nominibus, quibus ipſius officium, natura & eminentia ſignificatur. Sed priuſquàm de aliis nominibus aliquid dicamus, ratio nominis Meſsiæ explicanda eſt in genere.

G

Meſsias

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Meſsias Hebraicè, Græcè χριστὸς, Latinè vnctus A
dicitur. Et quia multi vngebantur in veteri Te-
ſtamento, vt Reges, Sacerdotes, Prophetæ, ne-
ceſſe eſt, vt hîc ſignificetur aliquis excellentiore
quodam modo vnctus, cuius vmbræ quædam
& typi fuerunt Reges, Sacerdotes, Prophetę ve
teris Teſtamenti, vt hic ſit veritas ipſa, cui hoc
nomen Meſsiæ peculiariter tribuitur. Eſt enim
& Rex & Sacerdos & Propheta, vnctus non o-
leo caduco & vmbratili, quale fuit oleum, quo
Reges Moſaici, Sacerdotes Leuitici, & Prophe- B
tæ veteris Teſtamẽti vngebantur, ad breue tem
pus manſuri, ſed oleo vero & perpetuò duratu-
ro, videlicet Spiritu Sancto, idq; pleniſsimè ab
ipſo Deo Patre, eò ꝙ eſſet futurus verus Rex,
verus Sacerdos, verusq; Propheta in æternum
manſurus. Eſt proinde maximum diſcrimẽ in-
ter hunc noſtrum Chriſtum, & alios χριστοὺς vete-
ris Teſtamenti. Hic veritas eſt: illi vmbræ fue-
runt. Hic Deus & homo purus à peccato: illi ho
mines peccatores. Hic Spiritus oleo vnctus eſt: C
illi oleo caduco. Hic à Deo Patre vnctus eſt: illi
ab Aarone, Samuele, Elia, &c. vncti ſunt. Hic vt
perpetuò ſit, vnctus: illi ad tempus certum. Hic
pleniſsimo Regis, Sacerdotis, & Prophetæ mu-
nere fungitur: Regis, quia regnum potentiâ ac-
quirit, quia partum regnum verbo, ſpiritu & po
tentia gubernat, quia hoſtes captiuos in trium-
phum ducit: Sacerdotis, quia diuina confert bo
na, quia preces & vota offert pro populo, quia
ſatisfacit pro peccato populi, quia reconciliat D
Deo populum, vt medius inter Deum & popu-
lum: Et Prophetæ, quia Doctor cœleſtis eſt, ꝓ-
ferens è ſinu Patris verbum reconciliationis: Il-
li autem non niſi in parte aliqua, idque imper-
fectè & vmbraticè ſolummodò. Alij enim Re-
gis, alij Prophetę, alij Regis & Prophetæ, alij Sa
cerdotis officio ſunt functi. Non ergo mirum
eſt, cùm tantum ſit diſcrimen, hunc excellenti
quodam modo Meſsiam, id eſt, Chriſtum eſſe,
& dici. E

Iam nomina, quibus Meſsias in veteri Teſta-
mento ſignificabatur, videamus. In Moſe pri-
mùm dicitur, Geneſ.3.15. Semen mulieris con-
triturum caput Serpẽtis, hoc eſt, deſtructurum
opera Diaboli, vt interpretatur Iohannes, 1.Ioh.
3.8. Deinde dicitur Semẽ Abrahæ benedictum,
vt in quo benedicãtur omnes gentes, Geneſ.22.
18. Tertiò dicitur Silo, hoc eſt, Filius mulieris, ꝗ
erit expectatio gentium, vt qui ſalutem & be-
nedictionem gentibus adferat, Geneſ. 49.10. F
Promittitur quoque Prophetæ nomine, Deut.
18.15 vbi dicitur: *Prophetã de medio tui & de fratri-
bus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus: ipſum
audies.* Hunc adumbrabat Aaron & ſummus Sa
cerdos cum omnibus ſacrificiis Moſaicis: Rex
Dauid & ipſius filius Salomon, qui ſuccedens
patri Dauidi ſignificabat Chriſtum verum Re-
gem ſucceſſurum typicis Regibus. Pſalmus 2.a-
pertè de pſona Chriſti loquitur, & vocat ipſum
Meſsiam Domini, & Regem conſtitutum ſuper G
montem Sion, cui & gentes ſubiicerentur. Pſal-
mus 110. ipſum & Regem & Sacerdotem prædi
cat: *Tu es Sacerdos*, inquit, *in æternum, ſecundùm or-
dinem Melchiſedech*. Eſaiæ 7.14. dicitur *Emanuel*.
9.6. dicitur *Filius admirabilis, Conſiliarius, Deus for
tis, Pater æternitatis, Princeps pacis, cuius imperium
multiplicabitur, & pacis eius non erit finis*. Et addi-
tur: *Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit,
vt confirmet illud in iudicio & iuſtitia à modò & vſque
in æternum*. In Ieremia 23.6. *IEHOVAH iuſti-
tia noſtra*. Præterea in nouo Teſtamento dici-
tur via, veritas & vita, reſurrectio, lumen, chara-
cter, & imago perſonæ Patris, paſtor ouium, o-
ſtium, ſapientia, potentia, virtus, iuſtitia, ſancti-
ficatio, redemptio, &c. quæ omnes appellatio-
nes & ſimiles declarandis Meſsiæ perſonæ na-
turis, & officio ſeruiunt.

Hic Meſsias vt promiſſus erat: ita & exhibi-
tus tempore à Iacob Patriarcha & Daniele Pro
pheta indicato, & euẽtus clariſsimè prædictio-
nibus reſpondet, quemadmodum docet colla-
tio hiſtoriæ Euangelicæ cum prophetiis. Hinc
Paulus Gal.4.4. *Poſtquam venit plenitudo temporis,
miſit Deus Filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub
Lege, vt eos, qui ſub Lege erant, redimeret*. id eſt, dam-
natos & maledictos homines redimeret. Sed
de hac collatione prædictionum & hiſtoriæ in
enarratione Pſalmi octuageſimiquarti à nobis
copioſè dictum eſt.

DE SECVNDO.

Ipſe Dominus cur in mundum venerit, ſæ-
piſsimè exponit, cùm ait, Lucæ 19.10 *Venit Filius
hominis quærere & ſaluare quod perierat*. Itam Lu-
cæ 5.32. *Veni vocare peccatores ad pœnitentiam*. Hæc
dicta congruunt cum promiſsione, Geneſ.3.15.
Semen mulieris conteret caput ſerpentis. hoc eſt, vt
hanc promiſsionem interpretatur Iohannes,
1.Ioh.3.8. *Chriſtus apparuit, vt deſtrueret opera Dia-
boli*. Seu vt Paulus 1. Timoth.1.15. loquitur: *Chri-
ſtus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere*. Cau
ſam huius admirandi facti ipſe quoque Iohan-
nes 3.16. clarè proponit, cùm ait: *Sic Deus dilexit
mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis
qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æter-
nam*. Cauſa ergo huius tanti boni eſt dilectio
qua ipſe complexus eſt ſuam creaturam, quàm
creauerat ad imaginem ſuam.

Verùm hîc ratio offenditur, atque ita obiicit:
Deus eſt omnipotẽs: Ergo potuit alio modo li-
berare genus humanũ, quàm per mortem Filij
ignominioſiſsimam. Item: Deus eſt miſericors,
diligens homines: Ergo voluit liberare genus
humanum. Cùm ergo & potuit omnipoten-
tia, & voluit φιλανθρωπίᾳ, cur non ſine humilia-
tione & infami morte Filij hoc fecit? Reſpon-
deo. Fateor quòd Deus & potuerit, quia eſt
omnipotens, & voluerit, quia eſt φιλάνθρωπος:
Sed iuxtà ſciendum eſt, quòd etiam ſit iuſtus.
Si iuſtus eſt, nihil vult ſua potentia facere, niſi
ſit rectum & iuſtum. Si ergo Deus per po-
tentiam & φιλανθρωπίᾳ tantùm liberaſſet genus
humanum, actum fuiſſet de ipſius iuſtitia, ſi-
ne qua Deus ſuam maieſtatem tueri nequit.
Eſt autem iuſtitia Dei, vt peccatum in homine

aut puniatur æternis pœnis, propter infinitum A bonum læſum & offenſum, aut aliquis deligatur ex humano genere, qui cauſam aliorum in ſe recipiat, & ſatisfaciat pro ipſis. Nam vt vnus Adam ſua inobedientia coniecit omnes in mortem: ita conueniebat iuſtitię Dei, vt vnus homo ſua obedientia vitam adduceret reliquis, vt pari dignitate & gradu conſiſterent potentia, miſericordia & iuſtitia Dei. Verùm cùm omnes homines poſt lapſum Adæ ſint immundi, de immundo concepti ſemine, & oporteat eum, qui B alios mundabit, mundum eſſe: non eſt inuentus in toto genere humano qui ad hanc tantam rem idoneus erat. Et ſi quis fuiſſet mundus inuentus, & à peccato purus: tamen imbecillior fuiſſet, quàm vt mortē aboleret, Sathanam vinceret, peccatum expiaret, iuſtitiam & vitam æternam conferret. Actum ergo hìc fuiſſet de ſalute generis humani, niſi ipſe Deus ſua ſapientia conſilium inueniſſet, quo homines & potenter & clementer & iuſtè ſeruati ſunt. Sic igitur C colligit ſapientia Dei. Nemo poteſt mala tollere, quibus oppreſſum eſt genus humanum, videlicet peccatum, iram Dei, mortem & tyrannidem Diaboli, niſi ſit Deus: nemo poteſt reddere iuſtitiam & vitam æternam, niſi ſit Deus. Rurſus. Nemo iuſtè hoc facit, niſi ſit homo, isq; purus, & ab omni peccati labe immunis. Hinc concludit diuina ſapientia, quòd Saluatorem humani generis oporteat eſſe & Deum & hominem, vnam perſonam, vt hic Deus & homo ſu- D ſtineat ignominioſiſsimam mortē, propter turpiſsimum facinus, cuius genus humanũ reum fuit. Ad hoc Dei cōſilium reſpexit Paulus, cùm 1. Corinth. 1. 23. diceret: *Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum: Græcis verò ſtultitiam. Ipſis verò vocatis Iudæis & Græcis Chriſtum Dei virtutem & ſapientiam.* Hoc Dei conſilium q̄ piè cogitat, adorabit bonitatem Dei, qui ita voluit genus humanum per Meſsiam liberare, vt Angeli canerent ipſi laudem potentiæ, miſeri- E cordiæ, iuſtitiæ & ſapientiæ.

DE TERTIO.

Quæ & qualis conditio Mediatoris eſſe debuerit, ex iis, quæ iam dicta ſunt in ſecũdo membro, in promptu eſt colligere. Primùm enim, q̄a Sacerdos & Mediator eſſe debuit, non typicus, non vmbratilis, ſed verus & efficax: oportuit ipſum coniunctum eſſe Deo vera deitate, & hominibus vera humanitate. Deinde debuit eſſe F ſanctus & impollutus. Ita enim autor Epiſtolæ ad Hebr. 7. 21. ait: *Talis decebat vt noſter eſſet ſummus Sacerdos, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus.* Vide quid de hac re annotauimus in Pſal. 84. & in Epiſtolam ad Hebræos.

DE QVARTO.

Auguſtinus ex verbis Chriſti, Lucæ 24. 25. *O ſtulti & tardi corde ad credendum ijs omnibus, quæ lo-* G *cuti ſunt Prophetæ: Nónne ſic oportuit pati Chriſtum, & ita introire in gloriam ſuam: Et exorſus à Moſe & omnibus Prophetis, & interpretabatur in omnibus ſcripturis, quæ de ſe erant ſcripta:* extruxit hoc principium: *Firmitas fidei in eo eſt, quia omnia, quæ euenerunt in Chriſto, prædicta ſunt.* Paulus Actor. 17. veluti ex hoc principio cōfirmat IESVM eſſe Meſſiam olim promiſſum, & nunc exhibitum. Vnde admoniti Theſſalonicenſes quotidie ſcrutabantur Scripturas, num hæc ita ſe haberent. Et Petrus, 2. Pet. 1. 19. eodem nititur fundamento, vbi propheticum ſermonem iubet cōferri cum geſtis Chriſti. Et ne quis ambigat de prophetiarum certitudine addit hanc rationem: *Hoc primùm noueritis, quòd nulla prophetia Scripturæ ſit proprij impulſus: Non enim voluntate humana allata eſt olim prophetia, ſed acti à Spiritu Sancto, locuti ſunt Sancti Dei homines.*

Quòd ergo IESVS, qui cum Samaritide hac loquitur, ſit verus & vnicus ille Meſsias, olim Patribus promiſſus, conuincitur hac demonſtratione, cōtra quam ne inferorum quidem portæ quicquam valent:

Is ſolus abſque omni dubio ac veriſsimo verius, atque adeò omnium confeſsione, verus eſt Meſsias, & vnicus, in quē omnia omnium Prophetarum vaticinia concurrũt, cuique ſoli conuenit quidquid de Meſsia prædictum eſt à ſanctis Dei Prophetis, Moſe & aliis.

In IESVM autem Mariæ Filium, qui hîc ſe apud Samaritidem mulierem Meſsiam fatetur, omnia Prophetarum vaticinia concurrunt, & huic ſoli IESV conuenit, quidquid de Meſsia prædictum eſt à ſanctis Dei Prophetis, Moſe & aliis.

Ergo ſolus IESVS Mariæ filius, qui cum hac Samaritide loquitur, eſt verus & vnicus Meſſias, olim Patribus promiſſus. Maior huius demonſtrationis ab omnibus, qui prophetica ſcripta amplectuntur, recipitur. Minor, quæ eſt λεγόμενον, confirmatur collatione prędictionum & hiſtoriæ Chriſti, quæ hiſtoria per omnia reſpondet prædictionibus propheticis. De hac collatione ſcripſit dialogum Vrbanus Regius lectu digniſsimum. Ludouicus quoque Viues breuiter monſtrat prædictionum & hiſtoriæ Chriſti conuenientiam. Vide quæ prolixè annotauimus in primum verſum Pſal. 84. vbi furorē Iudæorum negantium Chriſtum adhuc veniſſe refutauimus.

DE QVINTO.

Quintò quæritur, quid egerit Meſsias exhibitus, & quid nunc agat. Suprà oſtendimus, IESVM ideò dici Meſsiam, ſeu Chriſtum, quia eſt Rex, Sacerdos & Propheta. Nunc quæ ſunt eius beneficia in genere tantũ, referemus. Sunt autē quinque præcipua eius beneficia & ꝓpria.

Primum. Profert nobis verbum ſalutis è ſinu Patris, id quod Prophetæ munus eſt: hoc verbo ſibi Eccleſiam colligit.

Secundum. Aufert à nobis credentibus peccatum, quod nos habuimus, idq; merito ſacrificij ſui.

Tertium. Confert nobis iuſtitiam, quã non habuimus,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

habuimus, idq́ue merito obedientiæ ſuæ erga Legem, & ſimul pro nobis intercedens, reconciliat nos Patri.

Quartum. Sanctificat nos ſuo Spiritu, & regenerat nos in filios Dei, qui antea non fuimus. Atq; hęc tria ad ſacerdotium Chriſti pertinent.

Quintum. Liberat nos ab inferno, quem nos meruimus, tuetur nos contra poteſtatem tenebrarum, & introducet nos in vitam æternam, & ſalutem, quam ipſe nobis acquiſiuit, atque hoc denique regiæ poteſtatis eſt. Hæc quinque beneficia Mediatoris ſuprà in 1.cap. vbi hęc ſententia exponitur: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatũ mundi*, declarauimus. Item in colloquio Chriſti & Nicodemi. Paulus 1.Cor.1.30. ad quatuor capita beneficia Chriſti reuocat, cùm inquit: *Chriſtus nobis natus eſt à Deo Sapientia, Iuſtitia, Sanctificatio & Redemptio.* Sapiẽtiam conferre propheticum munus eſt. Iuſtitia hîc complectitur expiationem peccati & imputationem iuſtitiæ. Sanctificatio & imputationem ſanctitatis Chriſti & regenerationem noſtri cõtinet. Redemptio eſt ſalutis poſſeſsio, & fruitio Dei in omnem æternitatem.

DE SEXTO.

Applicationem beneficiorum Chriſti docuimus ſuprà fieri verbo, fide & Sacramentis, in q̃bus efficax eſt Spiritus Sanctus. Verbo enim offertur Chriſtus cum ſuis beneficiis. Fide recipitur, & poſsidetur. Sacramentis obſignatur. Sed de hac applicatione vide ea, quæ ſuprà annotauimus in 1. & 3. capitibus.

DE SEPTIMO.

Officia hominum, qui beneficiorum Chriſti fide ſunt facti participes, vno Chriſtianiſmi nomine intelligũtur. Vt enim participatione Chriſti Chriſtiani appellationem adepti ſumus: ita Chriſtianiſmus, q̃ eſt imitatio Chriſti, & dignitatem, ad quam euecti ſumus per Chriſtum, & debita officia, ad quæ obligamur, includit. Dignitas maxima eſt. Nam qui in Chriſto eſt ꝑ fidem, adoptionis gloria, quòd ſit Filius Dei, qui antea naturâ filius iræ fuit, gaudet, ad Epheſ.2. De hac dignitate, qua nulla maior eſſe poterit, loquitur Iohannes ſuprà cap.1.v.22. cùm ait: *Dedit poteſtatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomen eius*, hoc eſt, hunc honorem cœleſtem & dignitatem dedit, quòd filij Dei naſcantur, q̃ credunt in nomen eius. Filij Dei effecti non ſolùm dilecti ſumus in dilecto, ad Epheſ.1.6. Verùm etiam vngimur oleo Spiritus in ſpirituales Reges, Sacerdotes & Prophetas. Ita enim ait Petrus, 1.Petri 2.9. *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in acquiſitionem, vt virtutes annuncietis illius, qui ex tenebris vos vocauit in admirabilem ſuã lucem.* Primùm hîc Petrus vocat Chriſtianos electum genus, hoc eſt, filios Dei, vt qui prę omnibus aliis hominibus ſint eximij & in magno pretio coram Patre ſuo Deo, cùm interim reliqui, id eſt, nõ credentes, ſint filij Diaboli, reprobi & damnati. Hæc eximia Chriſtianorum dignitas meritò Chriſtianis ad piè ſancteq; tranſigẽdam in hoc mundo vitam, ſtimulum addere debet, ne ſua culpa hac tanta dignitate excidant.

Secundò vocat Petrus Chriſtianos Reges, non quidem prophanos, ſed ſacros: Sunt enim in Chriſto victores peccati, mundi, Sathanæ, inferni. Hæc victoria ideò in fide poſita à Iohanne dicitur, quia fides eum habet & poſsidet, qui eſt victor peccati, mundi, Sathanæ & inferni. Neq; tamẽ contingit hæc victoria ſine ingenti lucta. Nam peccatum latens in mortali noſtro corpore, nõ deſinit ſuis armis, hoc eſt, concupiſcentiis prauis Spiritum oppugnare: Mundus nõ deſiſtet, nunc proſperis, nunc aduerſis, nunc exemplis malis pios oppugnare. Diabolus perpetuò circuit tanq̃ Leo rugiens, vt Petrus loquitur, 1. Pet.5.8. quærens quem deuoret. Hinc eſt q̃ Paulus hortetur ſuos Epheſios 6.10. vt confortẽtur in Domino, & in potẽtia virtutis eius. Et addit: *Induite armaturã Dei, vt poßitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli.* Etſi autem acre certamen eſt: tamen de victoria certi ſumus, donec in Chriſto manemus, in quo, & per quẽ abſq; omni dubio victoriam obtinebimus. Ideò Paulus querelæ de hoc acerbiſsimo certamine ſubiungit, Rom.7.25. *Sed gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ.* Nam Chriſtus in ſuo regno, hoc eſt, in fidelibus gratiâ, verbo, ſpiritu & præſentiâ eſt potentior, quàm vt portæ inferorũ aliquid aduerſus ipſos, qui in eo per fidem ſunt, valeant.

Tertiò Petrus vocat Chriſtianos Sacerdotes, eosq́; non vulgares, non typicos, ſed regios, vt q̃ in Chriſto ius accedendi Deum habeant, ad offerendas hoſtias ſpirituales Deo placentes in Chriſto IESV. Hoſtiæ autem ſpirituales, quas offerunt hi regij Sacerdotes, non ſunt expiatoriæ (nam hoſtias expiatorias offerre, vnius eſt ſummi Sacerdotis IESV Chriſti) ſed Euchariſticæ, videlicet omnis obedientia in actionibus & paſsionibus à piis præſtita. Dicitur autẽ obedientia piorum ſacrificium duas ob cauſas.

Prima eſt, propter comparationem ad veteris populi ſacrificia. Vt enim illa mundabantur, ſegregabantur, applicabantur, ſanctificabãtur, atq; ita accepta erant: ita in noſtra obedientia requiritur mundatio, ſegregatio, applicatio & ſanctificatio, quo Deo accepta ſit. Vt enim in veteri Lege non licebat offerre animal immundũ: ita obedientia, quam Chriſtiani offerent, debet eſſe munda, id eſt, mandata à Deo, non prohibita, aut hypocritica, aut ſuperſtitioſa. Deinde vt agnus à reliquo grege ſegregabatur: ita obediẽtia noſtra fide ſeparanda eſt ab actionibus aliorum hominum. Sic Cornelius ſuam eleemoſynam à Phariſæi & aliorum hypocritarum ſeparauit. Tertiò, vt agnus offerendus applicabatur aræ: ita obedientia noſtra Chriſto applicabitur, hoc eſt, nitetur ipſius merito. Quartò, vt agnus igni cremabatur, ita noſtra obedientia Spiritu Sancto veluti accenditur & ſurſum tendit, atq; adeò fit Deo accepta ꝑ IESVM Chriſtum. Hinc extruamus definitionem ſacrificij Chriſtianorum, videlicet, quòd ſit omnis obedientia, hoc eſt, actio & paſsio diuinitùs imperata, ſeparata à

prophanis mundi actionibus & paſsionibus fide, qua etiam tanquam ſale conditur, atq; Spiritu Sancto tanquam igni cœleſti accenditur, & ſanctificatur, atque adeò merito Chriſti Deo accepta fit in gloriam Dei per eundem IESVM Chriſtum.

Altera cauſa, cur obedientia piorum dicatur ſacrificium, eſt, vt ſciamus eam ſeriò à Deo requiri, vt ſciamus eam Deo gratá eſſe, vt ſciamus eam Deo acceptam eſſe, & mereri mercedem ꝑ IESVM Chriſtum. Sed de Sacerdotio & ſacrificiis piorum, vide quæ annotauimus in Pſal. 84.

Quartò Petrus vocat Chriſtianos genté ſanctam & populum acquiſitionis. Gens ſancta, hoc eſt, ſegregata ab aliis prophanis cœtibus, & dicata Deo, eique in hoſtiam oblata, vt ipſum in vera ſanctitate colat. Populus acquiſitionis, hoc eſt, peculiaris, vt proprium Dei peculium, ſeu theſaurus.

Quintò finé huius eximiæ dignitatis adiungit Petrus, cùm ait: *Vt virtutes annuncietis illius, qui ex tenebris vos vocauit in admirabile ſuum regnum plenum lucis & conſolationis*. Habemus quanta ſit dignitas, & quæná officia Chriſtianorum, quorum admonemur in Baptiſmo noſtro, ꝑ quem Chriſtum induimus, & vngimur in ſanctos Dei filios, Reges ſacros, Sacerdotes ſpirituales, vt pædicemus virtutes Chriſti, id eſt, victoriam & beneficia.

Iam pauca de imitatione adiiciemus. Cùm itaque Chriſtianiſmus ſit imitatio Chriſti, omnium Chriſtianorum eſt Chriſtum imitari, atq; illum viuendi, agendi, patiendiq; regulam ſibi proponere. Chriſtus Matth. 5. 48. nobis Patris exemplum imitandum proponit: *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter, qui in cœlis eſt, perfectus eſt.* Chriſtus de ſe dicit Iohan. 13. 15. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis.* Et Paulus ad Epheſ. 5. 1. *Eſtote imitatores mei tanquam filij dilecti*. Item 1. Cor. 11. 1. *Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti.* Et ad Rom. 4. 23. commendat nobis Apoſtolus exemplum Abrahæ, in cuius veſtigiis iubet nos inſiſtere credendo & obediendo.

Commédatur ergo nobis triplex in Scripturis imitatio, videlicet Dei, Chriſti & Sanctorũ. Hæc imitatio, ſi genus reſpicis, vna eſt, quæ eſt referre imaginem Dei, ad quá creati ſumus. Ad hanc reuocat Dominus populum ſuum, Leuit. 20. 7. cùm ait: *Sanctificamini, & ſancti eſtote, quia ego ſum Dominus Deus veſter*, ſcilicet ſanctus. Et paulò infrà in eodem cap. v. 24. rationem præcepti ponit, cùm ait: *Ego Dominus Deus veſter, qui ſeparaui vos à cæteris populis.*

Hinc deſumpſit Nyſſenus ſuam definitioné, cùm Chriſtianiſmum definit eſſe imitationem diuinæ naturæ. Ná ſi hominis fabricatio ad imitationem Dei ſimilitudinis erat: Et Chriſtianiſmi profeſsio eſt, vt homo reducatur ad priſtiná & antiquam fœlicitatem, profectò Chriſtianiſmus erit imitatio diuinæ naturæ. Huc Paulus reſpexit, cùm ait ad Epheſ. 4. 22. *Deponite veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris, & renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum* A *hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate vera.* Hæc ergo generalis imitatio Dei Patris, Chriſti & Sanctorum in ſeparatione noſtri à prophanitate mundi per ſtudium ſanctitatis & iuſtitiæ poſita eſt.

Verùm ſi Chriſtum reſpicis, præter illam imitationem ſanctitatis & iuſtitiæ in genere, quæ nobis Patris exemplo commendatur: Imitatio Chriſti ſita eſt in pietate erga Deũ, in dilectione proximi, in vera humilitate, in fide vocationis, B in patientia ſub cruce, quæ omnia veræ ſanctitatis & iuſtitiæ, quę nobis Patris exemplo commendatur, germani fructus ſunt. Quàm autem hæc Chriſti imitatio ſit neceſſaria, oſtendit Iohannes, 1. Iohan. 2. 6. cùm ait: *Qui dicit ſe in eo manere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipſe ambulare.* Imitari autem Chriſtum vel in ædendis miraculis, vel in ſacrificio pro peccatorum expiatione ſacrificando nec poſſumus, nec debemus. Illud enim extra vires humanas poſitũ eſt. Hoc C velle facere, grauiſsimum ſacrilegium eſt, quo Filius Dei ignominia afficitur, cuius ſacrilegij rei ſunt Papiſtæ, qui dicunt ſe ſacrificare pro viuis & mortuis. Sed illis omiſsis cum ſuo Antichriſto, dicamus de pręcepta & vera Chriſti imitatione, quæ, vt ex dictis patet, quintuplex eſt.

Prima imitatio Chriſti eſt pietatis erga Deũ. Pietatis nomine omnes affectus, virtutes & actiones, quæ requiruntur in prima tabula, complector. Vt ergo Chriſtus in ſua ſanctiſsima hu- D manitate Deum piè coluit in vera fide, timore, inuocatione, gratiarum actione, prædicatione, confeſsione: ita & nos, modò imitatores Chriſti eſſe velimus, Deũ ex fide Chriſti piè colamus, in vera fiducia, ſancto timore, ardenti inuocatione, iugi gratiarum actione, perpetua prædicatione, & conſtanti confeſsione. Etſi autem ignorantia, peccati mole, infirmitate virium, variis vitioſis affectibus ſubindè pullulantibus, prauis exemplis in omnium hominum ordini- E bus, & inſidiis Diaboli, impedimur, quò minùs in hac vita perfectè præſtare poſsimus, quæ Chriſtus in ſua ſanctiſsima humanitate præſtitit: tamen hæc tenuis imitatio, quæ à nobis fieri poteſt, retinentibus fidem & bonam conſcientiam placet propter Chriſtum, in quo nos Pater charos habet. Eſt ergo inter Chriſti pietatem erga Deum Patrem, & noſtram, maximum diſcrimen. Nam Chriſti pietas perfecta fuit, noſtra imperfecta: Chriſti pietas per ſe & propter F ſe placuit, noſtra auté per Chriſtum & propter Chriſtum placet: Chriſti pietas non potuit impediri vllis impedimentis vt noſtra.

Secunda imitatio Chriſti in dilectione proximi cernitur. Dilectionis nomine hîc complectere affectus, virtutes & actiones omnes, quas requirit ſecunda tabula. Hanc imitationé commendat nobis Dominus Iohan 15. v. 12. cùm ait: *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis alij alios, ſicut ego dilexi vos.* Qualis autem hæc dilectio ſit, docet G Iohannes, 1. Iohan. 2. v. 10. Et Paulus in Epiſtola ad Romanos 5. v. 8. de magnitudine dilectionis Chriſti erga nos loquitur, cùm ait: *Cùm adhuc eſſemus*

ſemus

ſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.

Porrò dilectio proximi, quam à nobis requirit imitatio Chriſti, complectitur quatuor: Affectum animi ſincerum: omnis generis beneficentiam: abſtinētiam ab omni iniuria: & capitis periculum ſubeundum pro ſalute proximi, ſi res ita poſtulauerit.

Tertia imitatio Chriſti ſita eſt in vera humilitate. Eſt autem humilitas Chriſtiana duplex: Vna cognitionis: altera affectionis. Prior à nobis ipſis diſcēda eſt. Poſterior à Chriſto, qui ait, Matth. 11. 29. *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Hoc Chriſti exemplum Paulus commendat Philippenſibus 2. 5. cùm ait: *Hoc ſentiatur in vobis, quod & in Chriſto IESV, qui cùm adhuc eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, ſed inaniuit ſemetipſum, forma ſerui ſumpta humiliauit ſemetipſum vſque ad mortē crucis.* Hæc Chriſti tanta humiliatio homines arrogantes meritò humiliare deberet, qui cùm ipſi nihil ſint, ſuperbè tamen ſibi arrogāt honores, ac ſi aliis meliores eſſent, quod quidem rapinę genus eſt. Simus ergo memores dicti Chriſti, Matth. 25. 12. *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Item Petri 5. 5. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.*

Quarta imitatio eſt fidei vocationis. Vt enim Chriſtus munus ſibi impoſitū ſumma cum fide obiit: ita quemlibet Chriſtianum ſic affectum eſſe decet, vt officium vocationis piè & fideliter exemplo Chriſti faciat. Etſi autem Chriſtus perfectiſsimè præſtitit ad quod à Patre miſſus erat, nec quiſquam poteſt eam induſtriam adhibere, vt laudem perfectionis in vocationis ſuæ munere mereatur: tamen laudanda eſt vel tenuis imitationis vmbra, modò prompta ſit voluntas, & conatus pius.

Miniſtri verbi cùm partem officij Chriſti ſuſtineant, & pro eo legatione fungantur, ſingularem adhibebunt operam, vt exemplum Chriſti in docendo, conſolando, monendo imitentur, ac prodeſt vt hæc Chriſti dicta ſibi ob oculos ponant.

Primum Iohan. 20. 21. *Sicut miſit me Pater.*

Secundum Luc. 10. 16. *Qui vos audit, me audit.*

Tertium Matth. 5. 11. *Beati eſtis, cùm vos fuerint perſecuti propter me.*

Primum dictum conſolabitur pios Euāgelij præcones contra contemptum mundi, qui Miniſtros verbi ad infimam ferè plebeculę fæcem reiiciunt, contra quorum peruerſum iudicium opponant vocationis ſuæ dignitatem, videlicet quòd ab ipſo Chriſto ſint vocati & miſsi.

Secundum dictum conſolabitur Miniſtros Euangelij contra Papiſtas, & alios purioris doctrinę contemptores, & corruptores, qui neſcio quos Patres obtrudunt, quos volunt nos audire, ſepulto Euāgelio Chriſti. Sed Chriſtus vult ſuos ita docere, vt ipſe per eos loqui videatur. Quod tum demũ fit, quando verbum traditum in Propheticis & Apoſtolicis ſcriptis proponũt, contemptis humanis ſomniis & traditionibus.

Tertium dictum conſolabitur eoſdē in per-

A ſecutionibus & cruce. Debēt enim ſinceri Euangelij Miniſtri, non ad præſentē & ad breue tempus duraturam afflictionem, ſed ad pondus gloriæ futuræ reſpicere. Breuiter, Miniſtri verbi dent operam, vt ita Chriſtum in vocatione imitentur, vt cum Paulo poſsint verè dicere & in toto vocationis curſu, 2. Cor. 1. 12. *Hæc eſt gloriatio noſtra teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate & ſinceritate Dei conuerſati ſumus in mundo.* hoc eſt, quôd verbum Dei ſimpliciter, id eſt, ſi- B ne dolo, & ſincerè, id eſt, ſine admixtione peregrinæ doctrinę docuerim in mundo. *Et in extremo vitæ actu bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Quod ſupereſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in die illo iuſtus iudex,* 2. Timoth. 4. 7.

Quinta imitatio Chriſti eſt crucis. Eſt autem duplex hæc imitatio. Vna laudabilis, ſuperſtitioſa altera. In laudabili crucis Chriſti imitatione, ſpectentur neceſsitas, vtilitas, dignitas, & C modus.

Neceſsitas imitationis Chriſti in cruce exponitur Matthæi cap. 10. verſ. 38. *Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* Marci cap. 9. verſ. 34. *Quicunque vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Lucæ cap. 9. verſ. 23. idem præceptum proponitur, niſi quòd additur, *Quotidiè.* Et Lucæ cap. 14. verſ. 27. *Qui non baiulat crucem meam, & venit poſt me, non poteſt eſſe meus diſcipulus.* Ratio huius rei D eſt, quòd Sathan & mundus oderũt Chriſtum, atque ideò ipſius membra perſequuntur. At ſi quis recuſauerit crucem ob Chriſti nomen ferre, is nequaquā dignus eſt Chriſto diſcipulus.

Quiſquis ergo ſtatuit Chriſtum ſequi, eum magna animi fortitudine præditum eſſe oportet. Nam vt dies diem conſequitur: ita crux crucem in Eccleſia excipiet, donec hic mundus ſteterit. Atque hoc eſt quod Paulus ait, 2. Timoth. cap. 3. verſ. 12. *Omnes, qui volunt piè viuere in Chriſto,* E *perſecutionem patientur.*

Sed vnde tanta animi fortitudo? Nam omnes naturâ exhorreſcimus ad mortis mentionem, & crucē fugimus? Donum gratiæ, & non naturæ robur hoc facit. Ita enim Paulus cruce preſſus audit, 2. Corinth. cap. 12. verſ. 9. *Sufficit tibi gratia mea: Siquidem potētia mea in infirmitate perficitur.* Et ad Philipp. cap. 1. verſ. 29. *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolùm in eum credere, ſed etiam pro eo pati.* Hoc ergo donum gratię, quo poſsimus per- F ſiſtere in die malo, ardentibus precibus à Deo Patre per Chriſtum petamus, vt venientem crucem inuicto animi robore ſuſtineamus.

Vtilitas imitationis Chriſti ſub cruce maxima eſt, & duplex ſtatui poteſt. Vna in hac vita percipitur, de qua Paulus in Epiſtola ad Romanos cap. 6. verſ. 6. *Hoc ſcientes, quòd vetus noſter homo crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati,* id eſt, vt vis peccati innata deprimatur, *& vltrà non ſeruiamus peccato.* 2. Corinth. cap. 4. verſ. 10. *Semper* G *mortificationem IESV Chriſti in corpore noſtro circumferentes, vt & vita IESV manifeſtetur in corporibus noſtris.* Facit ergo crux, vt & peccatum in

nobis paulatim aboleatur, & vita noua in nobis inſtauretur. Altera vtilitas imitationis crucis Chriſti percipietur in futura vita, de qua Apoſtolus ad Rom. 8. 17. *Si vnà cum illo patimur, ſimul etiam cum illo regnabimus.* 2. Tim. 2. 11. *Si vnà morimur, etiam vnà viuemus.*

Dignitas imitationis Chriſti in cruce eſt, & conformitas noſtri cum Chriſto, & gloria promiſſæ beatitudinis. De conformitate loquitur Paulus ad Rom. 8. 30. *Quos præſciuit, eoſdem etiam prædeſtinauit conformes fieri imagini Filij eius.* Et ad Gal. 6. 17. *Stigmata Domini* IESV *in corpore meo geſto.* Hinc gloriatio Pauli Gal. 6. 14. *Abſit mihi gloriari, niſi in cruce Domini* IESV *Chriſti.* De gloria beatitudinis ipſe Dominus Matth. 5. 10. concionatur: *Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum: Beati cùm maledixerint vobis & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſus vos mentientes, propter me.*

Modus imitationis Chriſti in cruce in hiſce poſitus eſt: In fiducia viua, in obedientia ſpontanea, in patientia, in inuocatione, in gratiarum actione, & in ſpe glorioſæ liberationis.

Superſtitioſa imitatio Chriſti in cruce, & hypocritica varia eſt, videlicet cùm ſine vera fide & mandato Dei homines ſuperſtitioſi, & hypocritæ, ſibiipſis vel crucem accerſunt. Vt cũ Monachi & Moniales die ſexto ſeptimanæ, qui dicatus eſt paſsioni Dominicæ, ſe virgis flagellát: Cũ ſuperſtitioſè ſigna crucis in veſtibus circũferunt: Cùm Papa & Monachi pro corona ſpinea Chriſti, comam capitis circumcidunt: Cùm fune nodoſo ſe cingunt Monachi: Cùm Sacrificuli in ſua theatrica Miſſa geſticulationibus & certa veſtium forma, paſsionis Domini hiſtoriam tanquam in fabula repræſentant, & impudenter iactant ſe offerre Chriſtum pro viuis & mortuis, quo ſacrilegio nullum vnquam fuit, vel eſſe potuit in mundo abominabilius. Plura quę huc pertinent, vide ſuprà cap. 1. vbi triplicẽ meditationẽ paſsionis Dominicæ expoſuimus.

27 *Et interim venerunt Diſcipuli, & mirabantur, quòd cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit, quid quæris, aut quid loqueris cum ea?*

Diſcipuli qui abierant in ciuitatem ad emenda cibaria, redeunt ad fontem, vbi Dominus fatigatus ex itinere quieſcit. Et cùm animaduertunt eum cum muliere loqui, admirantur, abſque dubio, ꝙ myſteria ſui regni reuelet Ethnicis. Putârunt enim Meſsiam ad Iudæos ſolos pertinere. At ſi vel maximè ad Ethnicos quoq; pertineret Meſsias, mirantur quòd non magis idoneum ſexum elegerit, præſertim cùm fœmininus ſexus ſit minùs aptus ad myſteria Regni Chriſti percipienda. Nobis igitur hoc Chriſti exemplũ ſeruiet, vt ſine diſcrimine & acceptione perſonarum, quamuis occaſionem nacti, regnum Chriſti propagare ſtudeamus. Deinde ſi Chriſtus non eſt dedignatus vni fœminæ, eique infami propter adulterium, verbũ ſuum de ſalute conſequenda annunciare, quid faciemus nos, qui tantùm Miniſtri ſumus?

Hoc ergo Domini exemplum imitemur, præſertim cùm habeamus promiſsionem hanc dulciſsimam, & conſolationis pleniſsimam, Eſaiæ 55. 11. *Verbum meum non redibit ad me vacuum.* Quòd autẽ nemo Diſcipulorũ, & ne Petrus quidem, etſi audacior, interrrogauerit ipſum, reuerentię Diſcipulorum erga ſuum Magiſtrũ fuit, ex quo apparet, quo in loco habuerint Chriſtũ ipſius Diſcipuli. Quorũ exemplum & nos imitemur, eosque quos videmus excellentibus donis, vocatione, laboribus excellere, revereamur tanq̃ ſingularia organa Dei, ac pro iis Deo agamus gratias, ꝙ tales mittat, ad inſtaurationem regni filij ſui. Quod qui nõ facit, Diogenis potiùs quàm Chriſti diſcipulus cenſendus eſt.

28 *Reliquit ergo hydriam ſuã mulier, & abijt in ciuitatẽ, & dixit hominibus: Venite.*
29 *Videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. Num hic eſt Chriſtus?*

Indoles veræ fidei in exemplo proponitur. Nam vt hæc mulier nacta Chriſti ſalutarem notitiam, non ceſſat eandẽ prædicare aliis: ita quilibet pius nihil magis in votis habere debet, q̃ regnum Chriſti latiſsimè propagare, ſeruata tñ ſuæ conditionis & vocationis ratione. Vt enim fieri nequit, vt ignis non caleat: ita impoſsibile eſt veram fidem otioſam in pectore deliteſcere, ſine fructu. Nos ergo & in hoc facto Samaritidẽ imitemur, & Chriſti gloriam ꝓ viribus ex fide propagemus. Deinde vt illa relicta hydria in ſignum maximi ardoris & feſtinationis, ad inuitandum plures ad agnitionem Chriſti, abiit ſtatim ſignificatum ſuis ciuibus quæcunq; à Chriſto audierat: ita nos, & præſertim qui vocati ſumus ad miniſteriũ Euangelij, omnibus curis & negotiis vitæ præteritis, Chriſti gloriam & regnum propagare ſtudeamus. Hoc acre ſtudium nobis commendat Dominus Lucę 9. 62. cũ ait: *Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, eſt aptus regno Dei,* hoc eſt, Quemadmodum agricola occupatus negotiis ab agricultura alienis non eſt aptus aratro, id eſt, agriculturę exercendæ: ita Miniſter Euangelij implicitus negotiis ſecularibus, vt vocant, non eſt aptus regno Dei adminiſtrando per doctrinam Euangelij. Vide 2. Tim. 2. verſib. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Quòd autem narrationẽ miraculi, videlicet ꝙ omnia ſibi dixerit Dominus quæcunq; fecerat, proponit mulier, eò pertinet, vt Samaritas ad exeundum ad fontẽ, vbi Chriſtus erat, & ad credendum Chriſto præparet. Miracula enim, ſicuti ſuprà docuimus, fidei faciendæ ſeruiunt. Cùm ſubiungit mulier: *Num hic eſt Chriſtus?* non eſt dubitantis, ſed ſtupentis & admirantis, propter rei nouitatẽ. Nam cùm dicat Ieſum ſibi dixiſſe quæcunq; fecerat, ſe ſatis perſuaſam fuiſſe, quòd ſit verus Meſsias, indicat, atque adeò Samaritas eodem argumento ad fidem inuitare conatur, quemadmodum & fecit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

30 *Exierunt ergo è ciuitate, & veniebant ad eum.*

In horum Samaritanorum exemplo duo habemus, quæ nos imitari profuerit. Vnum eſt, vt quemadmodum illi nō contemnunt verbum, propter perſonæ vilitatem, aut infamiam verbum annunciantis: ita nos verbum Dei, à quocunque tandem annuncietur, magni faciamus. Nam cùm prædicatur Euangeliū, non tam ſpectandum eſt, quis ſit, & qualis qui doceat, quàm cuius ſit verbum, quod docetur. Inde enim dignitas & autoritas verbi dependet. Hoc ſignificat Dominus, Lucæ cap.10.v.16. cùm ait: *Qui vos audit, me audit.* A quocunque ergo audis Euangelium, ſtatue te Chriſtum ipſum audire. Hæc cogitatio maiorem reuerentiam meritò in auditoribus Euangelij excitare deberet. Alterum, quòd vt ipſi audita fama de Chriſto præſente, mox accurrunt, & ad ipſum veniunt: ita nos Eccleſiam, in qua loquitur Chriſtus, audiamus. Nam Miniſtri Euangelij, qualeſcunque ſint, legatione pro Chriſto, vt Paulus loquitur, funguntur, 1. Corinth.5.20.

PARS III.

31 *Interea rogabant eum Diſcipuli, dicentes: Rabbi, comede.*

32 *Ipſe autem dixit eis: Ego cibum habeo comedendum, quem vos neſcitis.*

33 *Dicebant ergo Diſcipuli inter ſe: Num quis ei attulit quod ederet?*

34 *Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, & perficiam eius opus.*

Hæc eſt diſputatio Chriſti cū Diſcipulis ſuis de cibo corporis, & de cibo ſpiritus, ſeu animæ, ſeu obedientiæ erga Deum, quæ eò tendit, vt & intelligamus, quanto cum deſiderio ſalutē noſtram ſitierit. Nam cùm longo itinere fatigatus & fame preſſus, nō expetit cibum corporalem, ſignificat animū ipſius grauioribus cogitationibus intentum eſſe: & vt in nobis excitetur fiducia in ipſum, qui ſe totum nobis offert, & ſumma delectatione afficitur, cùm nos ad illum conuertimur.

Iam videamus analogiam inter cibum corporis, & cibū animę. Vt cibus corporis à fame fatigato homine deſideratur, ſumptus recreat, delectat, conſeruat: ita cibus animæ eſt, quidquid magno deſiderio ab anima expetitur, & acceptum recreat, delectat, conſeruat: idem de potu ſit iudicium. Quemadmodum ergo cibus externus ad corpus fame grauiter defatigatum ſe habet: Sic ſtudium faciendi voluntatē Dei Patris ad animam Chriſti ſe habet. Ac ſi diceret Chriſtus: Hoc meum ſummum deſiderium eſt, hoc votum ardentiſsimum, vt animus meus expleatur & ſatietur executione volūtatis Patris mei. Ea enim re ſumma afficior voluptate, mirum in modum recreor, & veluti ſuſtentor. Huiuſmodi affectum conuenit habere omnes, qui vicem Chriſti in mundo gerunt, & eius nomine legatione funguntur. Huiuſmodi affectum requirit Dominus in Petro, cùm ter illi dicit: *Petre, amas me?* & ſimul tradit ipſi curam ſuarum ouium.

Habemus pręterea quod hîc à Diſcipulis Domini diſcamus. Vt enim illi adferunt Domino corporalem cibum: ita nos Miniſtris Chriſti & membris eius quæremus neceſſaria vitæ, eosq; noſtris facultatibus ſubleuabimus. At q̃ nullo tanguntur affectu erga Miniſtros Chriſti, & nihil in eorum ſubleuationem conferunt, ſe alienos eſſe à Chriſti familia declarant. Non enim fieri poteſt, vt is, qui membrum Chriſti verè exiſtit, reliqua membra eiuſdē corporis negligat, cùm mutua ſit affectio & συμπάθεια quædam omnium membrorum eiuſdem corporis.

Porrò cùm addit Dominus: *Et perficiam opus eius*, definit quid ſit voluntatem Patris facere, nempe opus ipſius, videlicet, ad quod miſit Filium Pater, vt perficeret. Sed qualenam hoc opus eſt? Eſt opus redemptionis & ſaluationis hominum, cuius pars quædam eſt latè ſpargere ſemen Euangelij, & multos ad gratiæ cœleſtis participationem inuitare. Quod autem hoc opus Patris nominat, eò pertinet, vt ſciamus opus ſaluationis noſtri eſſe totius Trinitatis. Pater enim ſaluat, Filius ſaluat, Spiritus Sanctus ſaluat, ſed ſeruato cuiuſque perſonæ actionis modo. Pater enim ſaluat, quomodo? mittendo Filium, & tradendo ipſum ex mera dilectione in mortem pro nobis. Filius ſaluat, quomodo? obediēdo Patri, ſatisfaciendo pro peccato, merito ſuæ mortis, iuſtificādo imputata nobis credentibus ſua iuſtitia, & intercedendo pro nobis apud Patrem. Spiritus Sanctus ſaluat, quomodo? miſſus à Patre, & datus à Filio, regenerando & ſanctificando.

35 *Nónne vos dicitis: Adhuc quatuor menſes ſunt, & meſsis veniet? Ecce ego dico vobis, attollite oculos veſtros, & videte regiones, quoniam albæ ſunt iam ad meſſem.*

Allegorica ratio eſt ſuperioris ſententiæ. Dixerat autem Dominus ſuum cibum eſſe facere voluntatem eius, qui miſit ſe, & opus perficere. Iam comparatione meſsis terreſtris & cœleſtis, quanta ſit opus feſtinatione, oſtendit. Sumpſit autem Dominus occaſionem ab anni tempore, nempe verno, cùm adhuc meſsis in herba eſſet, demetenda demum poſt quartū menſem, quaſi diceret: Vos quatuor menſes ad meſſem computatis, at ego vobis aliam meſſem albam & paratam oſtendo. Eſt igitur allegoria præſens hoc explicanda modo: Quemadmodum maturâ meſſe terreſtri opus eſt feſtinatione, vt fructus demetatur & congregetur in horreū, ne neglectus pereat: ita maturâ meſſe ſpirituali, id eſt, paratis hominum animis ad audiendum Euangelium, opus eſt feſtinatione, vt fructus demetatur per prædicationē Euangelij (eſt enim prædicatio Euangelij quaſi meſſoria quædam falx)

& congregetur in vitam æternam, ne ceſſantibus meſſoribus fructus pereat. quaſi diceret: Video promptiſsimũ eſſe iſtius mulieris animum ad recipiendum Euangelium, quemadmodum etiã in Samaritanis mox patebit. Proinde occaſio non eſt negligenda. Summum ergo meum ſtudium eſt annunciare ipſis Euangelium, quò ipſi vt fructus colligantur in vitam æternam.

Primùm hoc loco antitheſis obſeruetur inter hæc dicta: *Vos dicitis*, &, *Ego dico vobis*, qua ſignificatur, quòd homines magis proſpiciunt ſibi de rebus ſpectantibus ad hanc vitam, quàm ad veram & beatam vitam, hoc eſt, quòd ſint attentiores ad res terrenas, quã ad cœleſtes, ſicuti Chriſtus alibi etiam teſtatur, cùm inquit: *Filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua*, Lucæ 16. 8.

Deinde quòd regiones albæ ad meſſem, ſint hominum animi parati ad audiendum Euangelium. Sunt autẽ hominum animi parati, quando ſentiunt ſua mala, quibus inuoluuntur, vt hæc mulier. Huic maturitati ſeruit prædicatio Legis, crux, ſigna iræ Dei, &c. Animi hominum ita parati demetantur ex agro mundi per prædicationem Euangelij, & congregẽtur ꝑ fidem in horreum Domini, id eſt, vitam æternam.

Tertiò ꝙ meſſores ſint verbi Miniſtri, qui ſi ceſſauerint, alienis negotiis impliciti, maturâ meſſe, meſſem perdẽt, & ipſi ceſſationis ſuæ pœnas luent.

36 *Et qui metit, mercedem accipit, & fructum congregat in vitam æternam.*

Ne meſſores meſis ſpiritualis, id eſt, Apoſtoli & Miniſtri Euangelij laboris difficultate, moleſtia & periculis abſterreantur, duas rationes apponit, quarum vna eſt merces, qua labor eorum copioſè compenſatur. Altera eſt fructus laboris dulciſsimus, hoc eſt, homines conuerſi ꝑ prædicationem Euangelij, qui congregantur in horreum Dei, quod eſt vita æterna. Hinc Miniſtri verbi admoneantur, vt in ſuo miniſterio reſpiciant ad debitum officium, quod facere neceſſariò ipſis incumbit. Hinc Paulus 1. Corinth. 9. 16. *Væ mihi, ſi non euangelizauero. Neceßitas enim mihi incumbit*: ad mercedem ſplendidam repoſitam apud Deum. *Repoſita eſt mihi*, ait Paulus 2. Timoth. 4. 8. *corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in die illo, iuſtus index*: & ad fructum iucundiſſimum ſui laboris, qui eſt ſalus hominũ, qui illorum miniſterio conuertũtur ad Deum. Hinc Paulus 1. Timoth. 4. 16. *Attende tibi ipſi & doctrinæ: perſiſte in illis. Hoc enim faciẽs, & te ipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.* Hæc tria opponant Miniſtri Euangelij omnibus difficultatibus, omnibus periculis & perſecutionibus, & caueant, ne propter vlla impedimẽta ſegneſcant in tam arduo & diuino officio, quo nullum aliud, vel auguſtius, vel dignius, vel magis neceſſarium eſſe poteſt. Cogitent præterea quàm grauia ſupplicia ſibi immineant, ſi in tanto officio fuerint negligentiores. Nam ſi is qui in viliſsima vocatione remiſsior eſt, quàm officij ratio poſtulat, dicitur fraudulenter facere opus Domini, quid dicemus de illis, qui in hoc diuino miniſterio, in quo pro Chriſto legatione funguntur, ceſſauerint? Et ſi is, qui proximi effuderit ſanguinẽ, reus eſt ſanguinis proximi, & maledictus à Deo pronunciatur, vt qui imaginem Dei deſtruxerit, quid dicemus de illo, qui non corpus, quod alioqui mortale eſt & caducum, ſed animam ad immortalitatem conditã occiderit, hoc eſt, ſua negligentia ſeparauerit à Deo, qui vera & vnica vita eſt credentium.

Vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit.

Tempus ſationis à tẽpore meſſis diſtinguit, & ſeminatores à meſſoribus. Tempus ſationis fuit tempus Legis vſq; ad Chriſtum exhibitum. Ergo ſeminatores ſunt Prophetę. Tempus meſſis eſt poſt Chriſtum exhibitũ. Proinde meſſores ſunt Apoſtoli, & eorum ſucceſſores. Hæc collatio non negat multos conuerſos & ſaluatos fuiſſe per prædicationẽ Prophetarum de ſemine promiſſo: ſed ſolummodò inter obſcuriorẽ & clariorem prædicationem Euangelij diſtinguit. Porrò cùm dicit, & eũ qui ſeminat, & eum qui metit, ſimul gauiſuros, ſignificat ſummum conſenſum inter Prophetas & Apoſtolos, & communem mercedem, ſimiliter & fructum communem, atque adeò gaudium commune. Vnde ſequitur, eos, qui in veteri Teſtamento fuêre obedientes Prophetis Dei, eſſe fructus congregatos in vitã æternam. Nam merito promiſsi ſeminis omnes qui ante Chriſtum exhibitum crediderunt Prophetis, ſaluati ſunt, perinde atq; nos, qui hodie in Chriſtum exhibitum credimus.

37 *In hoc enim eſt ſermo verus, quòd alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit.*

38 *Ego miſi vos ad metendum, quod vos non laboraſtis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.*

Illuſtrandæ collationis (quam adduxit) gratiâ, vulgo vſitatũ prouerbium in medium adducit, quaſi diceret: Vulgo dici ſolet, *Alius ſeminat, alius metit*. Hoc quoque in Prophetis & in vobis verum eſt. Siquidem illi ſeminauerunt per prophetias de Chriſto: Vos metitis regnũ Dei, annunciantes Chriſtum iam exhibitum. Illi laborauerunt primi, vos in ipſorum labores fructum percepturi introiſtis. Attamen habebitis illos ſocios gaudij percepti ex labore ſationis & fructu meſsis. Hîc iterum obſeruetur diſcrimen inter Doctores Legis, ſeu Prophetas, & Doctores Euangelij, videlicet Apoſtolos, & eorum ſucceſſores. In finali fructu per omnia conueniunt, qui eſt perceptio æternæ beatitudinis in vita æterna.

PARS IV.

Quatuor ſunt membra huius partis.

Primum,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Primum, Cōuerſio Samaritanorum ad concionem mulieris.

Secundum, Gratitudo credentium Samaritanorum erga Chriſtum.

Tertium, Acceſsio credentium per præſentiam & doctrinam Chriſti.

Quartum, Conſtantia fidei Samaritanorum.

DE PRIMO.

39 Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorum in eum crediderunt propter ſermonem mulieris teſtificantis: Dixit mihi omnia quæcunque feci.

Mulier Samaritana conuerſa Chriſtum prædicat, ad cuius prædicationem multi Samaritanorum conuertuntur & credunt in Chriſtum. Abſque dubio mulier hæc tria ſuis propoſuit ciuibus. Primum, de aqua viua. Secundum, de vero cultu Dei. Tertium, de Meſsia, videlicet ꝙ ſe Meſsiam promiſſum diceret. In horum omnium confirmationem adducit miraculum, videlicet quòd Chriſtꝰ reuelaſſet ſibi omnia ſua facta, tametſi ipſam antea non viderat. Hoc miraculo vt ipſa antea confirmata eſt: ita etiam Samaritani confirmantur. Nam audito illo diuino facto, crediderūt ipſum veracem eſſe, vt qui à Deo miſſus eſſet, & verba Dei promeret.

Hîc nos & Samaritidem, & Samaritanos imitemur. Samaritidem quidem in propagando Euágelio & regno Chriſti, ex viua in Chriſtum fiducia. Samaritanos verò in recipiendo Euangelio, à quocunque tandem prædicetur. Hîc nō perſonarum annunciantium Euangelium dignitas ſpectanda eſt, ſed excellentia & maieſtas doctrinæ cœleſtis eſt cogitanda. Deinde, hic locus docet, quòd ceſſantibus iis qui tenent ordinariam cathedram, poſsint & debeant pij homines Chriſtum annunciare, quantumuis humiles & abiecti fuerint coram mundo. Non hîc expectabunt ſuperiorum mandata, nec terrebuntur eorum minis: ſed conſtanter exemplo huius mulieris Chriſtum prædicent, cuius fructum abſque omni dubio colligent in vitam æternam dulciſsimum.

DE SECVNDO.

40 Cùm ergo veniſſent ad eum Samaritani: Rogauerūt eum, vt apud ſe maneret, & manſit ibi duos dies.

Vide quæſo quid ſit vel minimum guſtaſſe de verbo Dei. Sicharitæ audiunt fœminam ciuem ſuam (quam alioqui oderunt ob ſceleratam vitam) annunciantem Chriſtum. Verùm quia miraculum in medium adducit de reuelatione vitæ ſuæ anteactæ, fidem illi adhibēt. Hæc perexigua fides ex cōcione mulieris concepta, excitat in illis maius deſiderium ſalutaris doctrinæ. Quare ipſum Dominum accedunt diſcendi cupidi, eumq́; rogant vt apud ſe maneat. Quare non ſolùm oſtendunt quàm fuerint diſcēdi cupidi, verùm etiam ſuam erga Chriſtum gratitudinem declarant.

A Hîc ergo duo habemus in Samaritis quæ imitatione digna ſunt. Vnum, vt magis magíſque cupiamus proficere in ſchola Chriſti, vt nō ſimus contenti primis elementis: ſed tendamus ad pleniorem notitiam, donec vixerimus. Nunquam enim poſſunt fontes Iſrael exhauriri. Alterum, vt grati ſimus erga eos quorū opera nos in ſalutaris doctrinæ cognitione proficimus.

Quod autem Chriſtus ſinit ſe exorari, & manet apud Sicharitas, teſtimonium eſt facilitatis Chriſti ad exaudiendum vota noſtra. PerB acto demum biduo Dominus quidem corpore à Samaritis diſcedit, ſed ſpiritu & gratia eos non deſerit: cuius præſentia ſentitur in meditatione verbi & precatione. Studeamus proinde vt Chriſtus apud nos maneat, vt diſcamus ſentire & dicere cum Dauide Pſalmo 34. 9. *Guſtate & videte quàm ſuauis eſt Dominus: Beatus vir qui ſperat in eo.*

C DE TERTIO.

41 Et multò plures crediderunt propter ſermonem ipſius.

Hæc acceſsio credentium propter præſentiam & doctrinam Chriſti non ſolùm docet verum eſſe quod Paulus dicit Rom. 10. 17. *Fides ex auditu, auditus per verbum Dei*: verùm etiam indicat grauitatem docentium, ſanctimoniam vitæ, & docendi rationem, plurimum facere, & ad D faciendam doctrinæ fidem, & ad flectendos auditorum animos, & ad imitationem, cùm contrà leuitas docentium, docendi imperitia, & vitæ prophanitas curſum fructumq́ue verbi non parum impediunt.

Etſi autem par dignitas eſt verbi Dei, à quocunque tandem prædicetur: tamen non pares fructus ex verbo à quouis prædicato proueniunt. Neque tamen hîc hominis dignitati aliquid tribuimus, ſed Deo ſoli omnem vendiE camus gloriam, qui homines idoneos reddit miniſterio Euangelij. Ita enim Paulus ait 2. Corinth. cap. 3. verſ. 4. *Fiduciam huiuſmodi habemus per Chriſtum apud Deum, non quòd ſufficientes ſimus à nobis ipſis cogitare aliquid tanquam à nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit Miniſtros noui Teſtamenti.* Non ergo omnes æquê idonei ſunt ad tantum miniſterium, ſed alij dono Spiritus miraculosê & immediatè redduntur idonei, vt olim Prophetę, & deinde Apoſtoli à Deo F immediatè miſsi: Alij præparatione longa, magno ſtudio, morum grauitate, pietate, & vſu ſeu exercitatione efficiuntur idonei per eundem Chriſti Spiritum. Qui hoc modo facti ſunt idonei, ab Apoſtolo Paulo 1. Timoth. 3. dicuntur διδακτικοί, id eſt, apti ad docendum, quales vult eſſe eos qui vocabuntur ad miniſterium Euangelij, hoc eſt, requirit in ipſis liberalem doctrinam, exercitationem, morum bonitatem & prudentiam.

G Hinc proinde admoneantur, & qui nunc ſunt in miniſterio, & qui aliquando ad miniſterium vocabuntur, vt ita vitam & mores inſti-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tuant: ita ſe dicendo & exercendo pręparent, vt non ſolùm doctrinam habeant, verùm etiam vt grauitas quædam in toto eorum miniſterio reluceat. Breuiter, vt vero timore Dei à ſuis auditoribus præditi eſſe videantur. Hæc enim coniuncta in Miniſtris Euangelij ad perſuadendum plurimum valent. Deinde eſt & aliud diſcrimen inter hanc mulierem alioſque Miniſtros Euangelij, & Chriſtum ipſum, videlicet quòd Chriſtus ſit & doctor & effector ſalutis, alij omnes ſint tantùm ſalutis doctores & annunciatores.

DE QVARTO.

42 *Et mulieri dicebant: iam non propter tuam narrationem credimus. Ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quòd hic eſt verè ſaluator mundi Chriſtus.*

Hìc deſcribitur, quomodo confirmata ſit Samaritanorum fides, videlicet verbis Domini cùm ipſum præſentem & loquentem viderent & audirent Samaritæ. Etſi autem antea crediderunt Samaritæ propter narrationem fœminæ, non dignitate ipſius, ſed miraculo vero, moti: tamen fides illa adhuc languidior erat & dubitationi vicinior, adeò vt poſtquam ipſum Chriſtum audiuerunt, pro nulla ferè habita ſit reſpectu eius fiduciæ, quam ex prædicatione Chriſti conceperunt per Spiritum Sanctum. Fuit ergo prior illa Samaritarum fides notitia quædam vacillans dubitatione mixta. Hæc autem concepta ex verbis Domini, ſcientia erat ſalutaris. Dicunt enim: *Scimus, quòd hic eſt verè ſaluator mundi Chriſtus.* Qui ſcit, non dubitat, non vacillat, non opinatur, non diiudicat ſeu diſputat, ſed certo notitiæ & fiduciæ fundamento nititur, & ſtatuit contradictorium eſſe impoſsibile. Vt enim ſcire, in Philoſophia, eſt rem per cauſas, quas ratio iudicat, cognoſcere: ita ſcire in Theologia eſt, verbo Dei, teſtimoniis verbo additis, & Spiritu Sancto perſuaſum eſſe de veritate Dei, vt ſtatuat fides quidquid cum hac veritate pugnat, eſſe mendacium, & imposturam Diaboli & organorum eius. Cùm ergo Samaritæ dicunt: *Scimus*, fatentur ſe verbis Chriſti, teſtimoniis verbo additis & Spiritu Sancto ita conuictos eſſe, vt ſtatuant indubitatò, Ieſum, qui ſecum loquitur, eſſe verè, id eſt, non typicè, non falſò, non fictè, non nomine aut opinione, ſed re ipſa & certò Meſsiam ſeu Chriſtum, qui ſit mundi ſaluator.

Ex hac pericopa tria colligamus:

Primum, quòd fides vera ſit firmiſsima notitia, id eſt, ſcientia cum fiducia ſalutis per Chriſtum conſequendæ coniuncta.

Secundum, quòd Samaritani definiant Meſſiam ſeu Chriſtum eſſe Saluatorem mundi, hoc eſt, non Iudæorum tantùm, ſed omnium etiam qui in ipſum crediderint.

Diligenter hoc loco obſeruetur vtrumque, videlicet quòd Meſsias ſit ſaluator, & mundi
A ſaluator. Si ſaluator eſt mundi, mundus profectò ſine ipſo damnatus & perditus fuit. Si mundi ſaluator, nemo certè in mundo eſt, ad quem huius ſaluatoris gratia ſe non extendat. Sed quia hęc gratia pẽdet ex notitia & fiducia Chriſti, ſuapte culpa pereunt, qui Euangelium audire & in Chriſtum credere recuſant.

Tertium, eſt cõfeſsionis exemplum. Vt enim hi Samaritæ Chriſtum, in quem crediderunt, confeſsi ſunt: ita nos eorum exemplum imitari
B neceſſe eſt, idque ob multas cauſas, videlicet, vt Deus noſtra confeſsione honoretur, veritas defendatur, proximus ædificetur, infidelis confundatur. Breuiter, vt Chriſti regnum augeatur, & Diaboli regnum minuatur, ac paulatim aboleatur.

PARS V.

In hac quinta parte narratur hiſtoria Chriſti
C proficiſcentis à Samaria in Galilæam, & exponitur, quomodo à Galilæis ſit acceptus propter miracula, quę viderunt ab ipſo fieri Ieroſolymis in feſto Paſchatos.

Huius partis duo ſunt membra.

Primum, profectio in Galilæam, relicta Samaria.

Secundum, receptio Chriſti à Galilæis propter miracula, quæ ædiderat Ieroſolymis.

D
DE PRIMO.

43 *Poſt duos dies exiit inde, & abijt in Galilæam.*

Hæc Chriſti profectio teſtimonium eſt ardẽtiſsimi ſtudij in Chriſto ad perficiendum opus, ad quod miſſus erat. Quod acre ſtudium antea ſignificauit, & cibo obedientiæ, & metaphora albicantis meſsis. Vt autem hoc ſtudium Chriſti, affectum eius erga nos declarat: ita fidem, o-
E bedientiam & gratitudinem à nobis requirit.

44 *Ipſe enim teſtatus eſt, quòd Propheta in patria ſua honorem non habeat.*

Non eſt dubium hîc interrumpi hiſtoriam. Nam cùm à Samaria proficiſceretur, audiretque, quemadmodum alij Euangeliſtæ narrant, Baptiſtam in carcerem ab Herode coniectum, ſeceſsit, & venit Nazareth, vbi erat nutritus. Verùm cùm illic doceret in Synagoga, adeò vt
F mirarentur auditores eius ac dicerent: vnde huic ſapientia hæc? nonne hic eſt fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas, & ſorores eius omnes hîc apud nos ſunt, vnde ergo huic omnia iſta? & ſcandalizabantur in eo, ac tandem eiecerunt eum extra ciuitatem, volentes eum præcipitare de monte. Sed ipſe tranſiens per medium illorum, venit in Galilęam, & teſtatus eſt, quòd Propheta honorem non ha-
G beat in patria ſua. Sordeſcunt enim domeſtica, exotica & peregrina ſunt in admiratione & habentur in pretio. Hoc iudicium non eſt ſapientum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tum, qui norunt mundum communem eſſe patriam, non eſt piorum, qui ſciunt omnes Deum timentes, ſiue ſunt domeſtici, ſiue peregrini, eiuſdem ciuitatis Dei, hoc eſt, Eccleſiæ, ciues eſſe: non eſt denique eorum, qui diſcrimina hominum non ex loco, aut cognatione, ſed ex virtutibus præclarè geſtis, & meritis erga humanum genus petunt, ſed ſtultæ, prophanæ, imperitæ & improbæ multitudinis, quæ ſenſu & affectu, non autem ratione & virtute ducitur. Nos ergo qui de Deo Patre gloriamur, habeamus in honore, quos ipſe agnoſcit filios, & agnoſcamus dona Dei in quibuſuis hominibus, hoc vnum ſpectantes, nihil eſſe laudabilius, quàm eſſe ciuem patriæ laudatiſsimæ Eccleſiæ Chriſti, quę non locis certis eſt alligata, ſed latè ſparſa per terram, quam totam Dominus ſibi vendicat, vt Dauid canit: *Domini eſt terra & plenitudo eius.* Vt hic locus monet ingratis non eſſe annunciandum Euangelium: ita conſolatur eos, qui, cùm in patria ſua, quę laude ſunt digna, faciunt, contemnuntur tamen à ſuis præſertim æmulis, qui ſibi detractum putant, quidquid honoris aliis exhibetur.

DE SECVNDO.

45 Cùm ergo veniſſet in Galilæam, receperunt ipſum Galilæi, cùm omnia vidiſſent quæ fecerat Ieroſolymis in die feſto. Nam & ipſi venerant ad diem feſtum.

46 Venit igitur Ieſus rurſus in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum.

Expulſus à Nazareth Dominus excipitur à Galilæis, & habitat in ciuitate Galilææ Capernaum, vt alij Euangeliſtæ narrāt. Ratio cur Galilæi Chriſtum receperint, additur, videlicet, ꝙ viderint miracula ab eo facta Ieroſolymis in die feſto, nēpe Paſchatos proximi à Baptiſmo Chriſti. Neque tamen exiſtimandum eſt, quòd Galilæi recipientes Chriſtum fuerint omnes eodem animo affecti. Quidā enim nouitate rei afficiebantur, & delectabantur inſpectione miraculorum ſine fide in Chriſtum, quemadmodum de Herode legimus, qui gauiſus eſt Chriſto viſo. Sperabat enim ipſum aliquod corā ſe miraculū æditurum. Rurſus alij miraculis ducebantur in admirationem perſonæ ædentis miracula, & in doctrinę certitudinem, quam Dominus proponebat, & cōfirmabat miraculis. Vnde fides in iis concepta eſt, qua & iuſtificati & ſaluati ſunt. Atque hic proprius miraculorū Chriſti finis fuit. Verùm Phariſæi multum à Galilæis differebāt, qui ex miraculis Chriſti maius odium aduerſus ipſum conceperunt, & opera diuina Dæmoniis attribuebant.

PARS VI.

Hæc ſexta pars capitis huius continet hiſtoriam ſanati filij Reguli cuiuſdam, quæ ſanatio vt erat teſtimonium diuinæ potentiæ Chriſti, atque eiuſdem cœleſtis doctrinę: ita ſymbolum fuit ſanationis animarum eorum, qui ad ipſum fide conuertuntur.

A Iam huius hiſtoriæ circumſtantias, quæ ſunt ſex præcipuæ, videamus.

Harum prima eſt occaſio miraculi.

Secunda, increpatio Reguli atque eorum qui cùm ipſo erant.

Tertia, inſtātia Reguli petētis ſanationē filij.

Quarta, exauditio petitionis Reguli atque ſanatio filij eiuſdem.

Quinta, fides Reguli ex verbis Domini concepta & euentu rei confirmata.

B Sexta, fructus fidei Reguli in domeſticis ſuis.

DE PRIMA.

Erat quidam Regulus in Capernaum, cuius filius ægrotabat.

47 Hic cùm audiſſet, quòd Ieſus adueniſſet à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt deſcenderet ac ſanaret ipſius filium. Siquidem is agebat animam.

C Hæc prima eſt circumſtantia pręſentis hiſtoriæ, videlicet occaſio miraculi. In hac occaſione quinque ſunt perpendenda, videlicet quiſnam fuerit qui Dominum rogat, cuius cauſa, vnde impulſus, quid petierit, quæ fuerit neceſsitas.

Quis ergo fuit? βασιλικός τις, hoc eſt, Regius aliquis, ſeu aulicus clarus de aula Herodis. Veriſimile eſt ipſum Senatorem fuiſſe Regium, grauem & pręſtantem virum, maritum honeſtum. Poterit etiam fieri, quòd fuerit Toparcha ciui-
D tatis Capernaum ab Herode illic conſtitutus, vt obſeruaret ne quid à ciuibus tentaretur contra Romanum imperium. Hinc primùm colligendum eſt, Dominum non eſſe acceptorem perſonarum, ſed omnem qui timet Deum, acceptum eſſe illi. Audiuimus ſuprà, quomodo piſcatores idiotas, ſapientem Nicodemum, adulteram Samaritidem, & ciues Sycharitas receperit Dominus, eodem modo hîc ſplendidum diuitem, & principem virum recepit: ex quo ſequitur, quòd
E nulla hominum conditio aut vocationum differentia excludat quemquam à Chriſti regno, modò Chriſtū audiat, & in ipſum viua fide recumbat. Nam cùm ſit ſaluator mundi, vt ex verbis Domini didicerunt Samaritæ, fieri non poteſt, vt ſe ipſum negent, & aliquem gratia, quam omnibus offert, excludat. *Venit* enim, vt ipſe de ſe teſtatur, Matth. 18. 11. *ſaluare quod perierat. Venit vocare peccatores ad pœnitentiam.* Matth 9. 13. *Venit in mundum peccatores ſaluos facere.* 1. Tim. 1. 15. idque
F per agnitionem & fiduciam ſui. Valeant ergo Stoici, qui negant gratiam vniuerſalem, qui fingunt Parcarum tabulas cum Zenonis familia, qui contradictorias voluntates in Deo mētiuntur. Nos igitur adoremus potentiam, iuſtitiam, miſericordiam & ſapientiā Dei, ꝗ non vult mortē peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat. Ezech. 18. 32. Neq; hoc prętereundū eſt, ꝙ hic Regulus ſiue aulicꝰ fuerit ſtipēdiarius & miles, armis Romanū imperiū defendēs, quę res Chriſto
G nō diſplicuit, vt neq; ipſius præcurſori Iohanni, qui militibus agentibus pœnitentiam non pręcepit vt militiam desererent, ſed vt neminem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

concuterent neque calumniarentur, & vt eſſent A
ſuis ſtipendiis contenti. Ita poteſt aliquis &
aulicus eſſe & pius, qualis & Cornelius, de
quo in Actis Apoſtolorum legimus, fuit. Chri-
ſti enim regnum non tollit diſcrimina ordi-
num & ſtatuum hominum in mundo. Siqui-
dem eſt ſpirituale: *Regnum meum*, ait Dominus
Iohan. 18. 36. *non eſt de hoc mundo.* Tametſi autem
diſcernit inter miniſtros Euangelij & guberna-
tores politiarum: tamen neminem excludit è
ſuo regno, qui ad ſe vera fide confugerit, nec iu- B
bet ipſum, vt vocationem mutet religionis cau-
ſa. In quauis igitur vocatione, faciente ad hone-
ſtam & piam conſeruationem illorum ſtatuum,
quos Deus in mundo ordinauit, placet qui cre-
dit, & ex fide piè officium facit in gloriam Dei.

Sed cuius rei cauſa accedit Dominum hic
aulicus? filius eius ægrotabat. Dum hic aulicus
bene cum ſua familia valet, Chriſtum medicum
non accedit. Nam qui benè valent, medicos par
ui faciunt. Verùm cùm iam ſentit ſe deſtitui hu- C
mana ope, cùm videt filium, quem tenerrimè
dilexit, ægrotare, accurrit ad medicum, quem
ſtatuit iuuare poſſe. *In anguſtia*, ait Eſaias 26. 16.
Requiſierunt te. Et Dauid Pſal. 119. 71. *Bonum eſt
mihi quòd humiliaſti me*, videlicet afflictione & cru
ce. Agnitio ergo morbi cùm animi tùm corpo-
ris ad Chriſtum vrget.

Morbus animi duplex eſt, videlicet ſenſus re-
atus iuſtæq; noſtræ damnationis ob peccatum.
Hic ſenſus ex prædicatione Legis, ex damnato- D
ria Legis ſententia, & ex ſignis iræ Dei concipi-
tur, & confirmatur teſtimonio propriæ con-
ſcientiæ: & dolor propter ea quæ nobis conti-
gêre aduerſa, vel in amicis, vel in fama, vel in bo-
nis externis. Hic dolor, qui eſt alter animi mor-
bus, nos commonefacit de cauſa vnde proue-
nit, quæ eſt in nobis ipſis, videlicet peccatum i-
pſum. Ita hic aulicus ex morbo filij cõcepit do-
lorem, vnde venit in cognitionem ſui.

Morbus corporis eſt, cùm nos ipſi in aduer- E
ſam incidimus valetudinem, vt mulier laborans
profluuio ſanguinis, ſocrus Petri febricitans,
cœcus à natiuitate, leproſi illi decem, Iob & alij,
qui quauis corporis aduerſitate affliguntur. Hu
iuſmodi morbi verus vſus eſt, vt homo inde ra-
tiocinetur, morbum animi, videlicet peccatum,
quod eſt vna cauſa efficax omnium calamita-
tum, & mortis in toto genere humano. Nam
iuſtitia Dei peccati pœnam poſtulat, quam
miſericordia in reſipiſcentibus mitigat. Nam F
ideo permittit nos Dominus in varias calami-
tates incidere, vt agnita cauſa confugiamus in
vera pœnitentia ad miſericordiam. Sunt ergo
in omni cruce, ſiue animi ſiue corporis, cogitan-
da, iudicium & miſericordia Dei. Iudicium
quidem, quo iuſtè peccatores punit. Miſericor-
dia verò, quia reſipiſcentibus ex paterna boni-
tate ſuccurrit. Breuiter, ita ſe res habet cum
Deo, vt cum patre terreno, qui errantes libe-
ros flagris in viam reducit, vt & ferociam & G
contumaciam eorum pœnis coherceat, & eos
meliores diſciplina efficiat. Plura de cruce aliàs.

Sed quî fit, quòd nunc potiſsimum Domi-
num accedat hic aulicus? *Cùm audiſſet*, ait Euan-
geliſta, *quòd Ieſus adueniſſet à Iudæa in Galilæam.* Ita
enim apud ſe cogitabat aulicus ille: Ieſus clarus
eſt miraculis, multos ſanitati reſtituit, leproſos
curat, atque alias infirmitates tollit, hunc ſi præ
ſentem haberem, fortè meum quoque filium
ſanaret. Hic aulicus hæret in magno errore,
dum potiùs pedibus quàm affectibus ad Chri-
ſtum accedendum eſſe putet, dum faciliùs præ-
ſentem corpore quàm maieſtate exiſtimet il-
lum iuuare poſſe, dum non verbo tantùm, vt
ille qui aiebat: *Dic tantùm verbum, & ſanabitur
puer meus.* ſed præſenti attactu opus eſſe ad ſa-
nandum iudicet.

Quid ergo petit? *Rogabat*, inquit Euangeli-
ſta, *vt deſcenderet*, id eſt, veniret. Loquitur e-
nim pro ratione ſitus loci, in quo Dominum
inuenit, & eius loci ad quem ipſum vocabat.)
Et ſanaret ipſius filium. Hæc aulici fides ab vna
parte robuſta fuiſſe videtur, ab altera nimis in-
firma & imbecillis. Nam quòd crediderit Ie-
ſum potuiſſe filium ſuum ſanare, cùm alij inte-
rea haud dubiè deſperaſſent, fidei fuit minimè
contemnendæ. Verùm quòd requirebat, vt
corpore deſcenderet, & imbecillitatis & ma-
gni erroris euidens argumentnm fuit. Nam ve-
ra fides Chriſto & omnipotentiam & omnipræ-
ſentiam tribuit, qua vbique locorum æquè ef-
ficax eſſe poterit. Nam ſi hoc non poſſet, ſal-
uator nequaquam eſſet, ſed nec illud, nec hoc
poſſet, niſi verus & æternus Deus eſſet. Neceſ-
ſitas ſubiungitur: *Incipiebat enim eius filius mo-
ri, vt qui in agone mortis fuerit.* Hîc plus tribuit
Chriſto Regulus, quàm aliis Medicis. Nul-
lus enim Medicus arte medica hominem in a-
gone conſtitutum ſanare poteſt. Nam natu-
râ prorſus morbo proſtratâ, omnis medicina o-
cioſa eſt & inefficax. Verùm in hoc defecit au-
licus, quòd non putarit Chriſtum mortuum
poſſe excitare, id quod impius Plinius etiam
Deo impoſsibile eſſe nugatus eſt. Eſt autem hìc
figura Synecdoche obſeruanda, qua tribuitur
ſubiecto toti, quod eſt partis, eiuſque inferio-
ris ac brutæ. Nam anima quæ eſt potior pars
hominis, vt quæ immortalis ad imaginem Dei
ſit creata, mori, id eſt, extingui, non poteſt. Cùm
ergo homo moritur, corpus extinguitur diſce-
dente anima à corpore, & hæc dicitur in Apo-
calypſi mors prima. Animæ autem mors non e-
ius interitus eſt, ſed ſeparatio ipſius à Deo auto
re vitæ, & coniunctio eiuſdem cum principe te-
nebrarum autore mortis & miſeriæ ſempiternæ.
Et hæc mors dicitur ſecunda.

DE SECVNDA.

Dixit ergo Ieſus ad eum:

*48 Niſi ſigna & prodigia videritis, non
creditis.*

In hac ſecunda circumſtãtia præſentis hiſto-
riæ duo obſeruanda ſunt, videlicet increpatio
huius aulici & vſus miraculorum Chriſti.

Cùm

Cùm Dominus hunc aulicum autoritate, no-
bilitate, & potentia in aula Herodis valentem,
increpat, ſuo nos docet exemplo, vt quæ officij
noſtri ratio poſtulat, faciamus cordatè, nullius
potentiam aut autoritatem pertimeſcentes, vt-
que non adulemur nobilibus aut quibuſuis a-
liis, & dicamus placentia noſtræ tranquillitatis
& ſecuritatis gratia. Hîc enim obſequium, quod
amicos conciliare ſolet, nullum habebit lo-
cum, niſi quatenus cum veritate ſtare poſsit.
Hìc ſtolones amicitiæ, hoc eſt, aſſentationes,
præſtigiæ & fraudes adulatorum, amputan-
di ſunt, quò puriores amicitiæ partes conſer-
uentur, quæ ſunt candidè monere amicos, ve-
ra dicere, errantes in viam reuocare, ſalutem
amicorum quærere. Nam qui obſequium ve-
ritati præferunt, præſertim in ſanctiſsimo ver-
bi miniſterio, ſeipſos, ſuam vitam & fortunas
quàm Chriſtum, ipſius gloriam & ſalutem
hominum pluris faciunt, qua in re turpiſsimè
ſe ſubiiciunt affectibus hominum, fraudulen-
ter officio crédunt, & nefariè occaſionem ſua
adulatione potentibus præbent, vt in ſuis pec-
catis perſeuerent, ac exemplo multos ad auda-
ciùs peccandum inuitent. Vnde fit, vt ma-
lum tandem per omnes ſtatus & ordines ho-
minum ſerpat ac plurimos inficiat in ipſorum
certiſsimum interitum. Vt ergo piorum au-
licorum eſt, qui potentia & autoritate valent,
hunc regulum imitari in patienter ferendo iu-
ſtam increpationem, in qua re etiam exem-
plum Dauidis illuſtrius habent, vt eſt in Pſal-
mo 141. verſ. 5. *Percutiet me iuſtus in miſericordia,
& increpabit me, & erit mihi oleum pretioſum.* Huc
& illud Salomonis dictum Prouerb. 27. verſ. 5.
*Melior eſt increpatio manifeſta quàm amor abſcondi-
tus, & meliora ſunt vulnera diligentis quàm fraudu-
lenta oſcula odientis:* ita Miniſtrorum verbi fuerit
Chriſtum hìc imitari, & fideliter officium fa-
cere, citra omnem perſonarum reſpectum. Pri-
mùm ergo ſibi proponant hanc regulam, quæ
eſt in Pſalmo trigeſimoſeptimo, verſ. tertio. *Spe-
ra in Domino & fac bonum, habita terram & paſce ve-
ritatem.* Et Syracides capite 11. verſ. 21. *Fac in tuo
ſtes ordine, in eóque aſsiduò verſeris, atque in tuo officio
muneréque conſeneſcas. Ne mireris opera hominis ſce-
lerati, confide Domino, atque in labore tuo perſeuera.*
Deinde proponant ſibi Miniſtri Euangelij e-
xempla Chriſti, Prophetarum, Iohannis Ba-
ptiſtæ, Apoſtolorum, Ambroſij, Athanaſij,
Chryſoſtomi, & aliorum ſanctorum, qui con-
ſtanter officia fecerunt, nullos nec propter po-
tentiam nec propter autoritatem formidantes.
Tertiò, dent ipſi operam, vt ipſi præluceant a-
liis, ne quis illis iure obiiciat: *Medice cura te ipſum,*
neque quicquam eſt turpius quàm cùm ipſa
culpa redarguit doctorem. Quartò ſapienter,
fortiter & prudenter officium faciant, gloriam
Dei, & ſalutem hominum, qui ſe audiunt, ſpe-
ctantes. Sunt enim officium & finis ſemper con
iungenda, vt finis veluti calcar quoddam ſit
præſtandi officij. Nam vt officium eſt, quod
quis facere debet pro ſuæ vocationis ratione;

A ita finis eſt, propter quod quis officium face-
re debeat. Quintò, cogitent Miniſtri Euange-
lij, quàm dulcis ſit nutrix animæ conſcientia
rectè præſtiti officij: iuxta illud Pauli, 2. Corint.
cap. 1. 12. *Hæc eſt gloriatio noſtra, teſtimonium con-
ſcientiæ noſtræ, videlicet quòd bona conſcientia faciam
quæ requirit Apoſtolatus meus.* Sextò, intueantur
præmium ſibi diuinitus propoſitum, de quo
Paulus in hunc modum, 2. Timoth. 4. 7. *Hone-
ſtum certamen decertaui, curſum conſummaui, fidem*
B (ſcilicet officij rectè præſtiti) *ſeruaui. Quod re-
liquum eſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam red-
det mihi Dominus in die illo iuſtus iudex.* Septimò
cogitent de pœnis impendentibus iis, qui frau-
dulenter officiuum ſuum fecerint. Si miniſtri
verbi hæc cogitarent, & perpetuò in conſpectu
haberent, non proponerent ſibi imitandos co-
quos aulicos, qui ſuauia curant, vtilia negli-
gunt, palato ſolummodò ſuorum dominorum
ſeruientes, ſed potiùs ſapientes & bonos Medi-
C cos, qui quidquid ad ſanitatem cõducit, etiam-
ſi ægroto ingratum fuerit, magno conquirunt
& apparant ſtudio.

Deinde obſeruandum eſt, quôd tametſi Do-
minus increpet hunc aulicum propter imbecil-
litatem fidei, non tamen ipſum abiiciat. Nam vt
humanæ fragilitatis eſt conſcius Dominus: ita
nouit ſe in mundum veniſſe infirmorum cauſa,
vt ipſorum medeatur infirmitati. *Non habemus,*
ait autor Epiſtolæ ad Heb. 4. 15. *Pontificem, qui non*
D *poſsit affici ſenſu infirmitatum noſtrarum, ſed tẽtatum
per omnia.* Vt ergo hic aulicus petens, etſi eſt in-
firmus valde, non reiicitur: ita nos ſtatuamus de
nobis, quòd tametſi ſæpè hæſitationes triſtes
in nobis ſuboriantur: tamen non abiiciamur,
modò prorſus non deficimus, ſed retinemus fi-
dei initium & ſcintillam. Marci 9. 24. pater dæ-
moniaci intercedẽs pro filio cûm interrogatur,
num poſsit credere, reſpõdet; *Credo Domine, ſuc-
curre infirmitati meæ.* Et ſæpe obiurgantur diſci-
E puli Domini tãquam ὀλιγόπιστοι, id eſt, modicæ fi-
dei ſeu parum fideles. Mat. 6. 30. *Deus veſtit her-
bam agri, multò magis vos parum fideles.* Matth. 8. 26.
Quid timidi eſtis parum fideles? Mat. 14. 31. Petro ait:
Quare dubitaſti parum fidelis? Matth. 16. 8. Diſcipu-
lis omnibus ait: *Quid cogitatis inter vos parũ fideles?*
Hinc eſt quod Paulus ad Rom. 14. 3. de infirmo
dicat: *Deus eum recepit:* Ita etiam hoc loco, etſi in
hoc regulo infirmitas fidei taxatur hiſce verbis:
Niſi ſigna videritis, non creditis: tamen recipitur &
F exauditur. Verùm in hac infirmitate non man-
ſit, ſed ſuperata eſt tandem hæc infirmitas mira-
culo, & concepta eſt firma fiducia atque adeò
πληροφορία quædam & ὑπόστασις. Atque ita in om-
nibus ſanctis initia ſunt infirmiora, quæ exerci-
tiis paulatim creſcunt.

Verùm obiicitur, in omnibus hominibus
etiam ſanctiſsimis eſſe aliquam dubitationem,
quæ videtur non poſſe ſtare cum firmo aſſenſu,
qualis fidei eſſe debet, quæ ideo ſcientia ſæpe in
G Scripturis dicitur. Sed ad hanc obiectionem
ita reſpondeo, & clarè affirmo, vtrumque ve-
rum eſſe, videlicet in ſanctis eſſe dubitatio-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nem & firmum aſſenſum, ſed ſecundùm diuer- A
ſa principia. Nam ſi ſpiritum reſpicis, fides
eſt ſalutaris ſcientia, firmiſsimuſque diuinarum
promiſsionum aſſenſus, expetitio & fiducia, ni-
hil ambigens de verbo & promiſsionibus Dei.
At ſi carnem reſpicis, ſubinde oriuntur dubita-
tiones, contra quas pugnat Spiritus fidei. Hanc
pugnam in Abrahamo fuiſſe oſtendit Paulus ad
Rom. 4. 18. hiſce verbis: *Qui contra ſpem ſub ſpe cre-
didit.* Item verſ. 20. *Aduerſus promiſsiones Dei non di-
ſputauit infidelitate, dedit enim gloriam Deo.* His ver- B
bis Apoſtolus oſtendit, in Abrahamo fuiſſe car-
nem differentem contra promiſsionem diui-
nam, ſed Spiritum fidei ſuperiorem euaſiſſe in
hac lucta. Ad eundem modum in omnibus ho-
minibus etiam ſanctiſsimis ſentitur hęc pugna.
Nunquam enim, dum in hoc mortali commo-
rabimur corpore, induciæ erunt inter ſpiri-
tum & carnem. Firmum tamen manet quod ſu-
prà à nobis dictum eſt, fidem veram eſſe firmiſ-
ſimam ſalutis ſcientiam, cum viua fiducia con- C
iunctam.

Vt autem ſignorum vſus conſpiciatur aper-
tiùs, tria ſpectanda ſunt in ſignis, videlicet occa-
ſio, cauſa & finis.

Occaſio, vt ex hoc loco & multis aliis collige-
re licet, eſt duplex, videlicet hominum incredu-
litas, & miſeria eorum hominum, in quibus mi-
racula fiebant. De priori hæc ſunt inter cætera
teſtimonia, Matth. 12. 38. *Magiſter, volumus à te ſi-
gnum videre.* quibus Dominus reſpondens ait: D
Generatio mala & adultera ſignum quærit. Et 1. Cor.
1. 21. *Iudæi ſignum quærunt.* Eſt autem ſignum quę-
rere dubitare de verbo & velle certificari alio
modo quàm per verbum. Si ergo verbo Dei ſi-
ne ſignis homines crederent, ſignorum nullus,
quantum ad certitudinem doctrinæ attinet, v-
ſus eſſet. Agnoſcenda eſt igitur hìc noſtra infir-
mitas & deteſtanda contumacia ſecuta lapſum
primorum parentum, quòd non Deo ſine te-
ſtimoniis credamus. Atque omnium maxi- E
mè illorum cæcitas eſt deploranda, qui nec
verbis, nec ſignis credunt. Sed vt verbis, ita
& ſignis alij erudiuntur in ſalutem, vt Nico-
demus, Samaritis: alij indurantur in damnatio-
nem, vt Pharao, Phariſęi, Iudas & multi alij, quo
rum dānatio multò erit grauior quàm propha-
narum gentium, quæ tantam occaſionem ſalu-
tis non habuerunt. Nos igitur verbo Dei edocti
& ſignis variis cōfirmati, ante omnia maximum
illud ſignum Ionæ Prophetæ non dico ante o- F
culos ponamus, ſed in cordibus noſtris habea-
mus. Nullum enim aliud eo efficacius eſt ad ſa-
lutem. Eſt enim ſignum Ionæ Prophetæ, mors
& reſurrectio Chriſti, quæ mortem carnis & vi-
tam ſpiritus in credentibus operatur.

De poſteriore miraculorum occaſione, vide-
licet miſeria hominum, in quibus miracula fie-
bant, multa occurrunt exempla, vt Leproſi &
Centurionis, Marci 8. Paralytici, filiæ Archiſyn-
agogi, fœminæ patientis fluxū ſanguinis, duo- G
rum cæcorum, & muti cuiuſdam, Matth. 9. Ho-
minis habentis manum aridam, & dæmoniaci
cuiuſdam, Matth. 12. filiæ Cananeæ à Dæmonio
vexatæ. Matth. 15. Languidi ad piſcinam ſanati,
Iohan. 5. Cœci nati, Iohan. 9. Lazari excitati, Io-
han. 11. Sed quid multis? Euāgelica hiſtoria cla-
riſsimè & apertiſsimè docet, Chriſtum miſeria
hominum motum fuiſſe ad edenda miracula, vt
ſanatione corporum doceret ſe quoque anima-
rum eſſe medicum.

Porro hìc quæſtio ſe offert neceſſariò excu-
tienda. Nam Chriſtus hîc increpat eos qui non
credunt niſi ſigna viderint, quare ſequitur eos
laudari, qui fidem habent verbis Chriſti, & ni-
hil quicquam pręter verbum requirunt, quo ſo-
lo contenti ſunt. Videntur ergo culpandi vt in-
creduli, qui vel ſigna petūt, vel oblata ſuſcipiūt,
vel vllis ſignis confirmandę fidei cauſa vtuntur.
Primùm, reſpondeo iis qui ſigna petunt, & dico
eos grauiter peccare, quia & Dominum tentāt,
& ipſius verbum in dubium vocant, præſertim
ſi proprio arbitrio ſigna petunt. Neque Gedeo-
nis factum, qui vocationem ſuam aliquo ſigno
confirmari voluit, noſtræ ſententiæ aduerſatur.
Nam is ſingulari impulſu Spiritus ſignum pe-
tiit, non tam propter ſuam fidem confirman-
dam, quàm propter vocationem ſuam appro-
bandam aliis.

Secundò, quantum ad eos attinet, qui oblata
ſigna non ſuſcipiunt, dico quòd vehemēter pec
cēt, & ſunt ingrati Deo, qui ſigna oblata & pro-
poſita non recipiunt. Vt Achas, Eſa. 7. cùm re-
cuſaret ſignū diuinitus ſibi per Prophetam ob-
latum. Longè ergo aliud eſt ex incredulitate ſi-
gnum petere, quàm ſignum diuinitus propoſi-
tum amplecti. Nam qui ſignum propoſitum nō
ſuſcipit, Deum contemnit autorem ſigni, & fit
abominabilis coram ipſo.

Tertiò, qui hodie confirmādæ fidei cauſa or-
dinariis ſignis vtuntur, videlicet Baptiſmo &
Cœna Domini, ſanctè faciunt. Nam quę Domi-
nus coniungi voluit, ea coniungere pietas ſua-
det, neque eſt in poteſtate hominis ea diſiun-
gere. Summa ergo contumacia & ingratitudo
phanaticorum quorundam eſt, qui Baptiſmum
& Cœnam Domini negligunt, atq; ea tanquam
puerilia rudimenta contemnunt. Hi docendi
ſunt, quòd longè aliud ſit extraordinaria ſigna
quærere, quàm ordinariis iuxta inſtitutionem
Chriſti religiosè vti.

Cauſa ſignorum in Chriſto ſimiliter eſt du-
plex, videlicet φιλανθρωπία, & miſericordia.

φιλανθρωπία, ſeu humanitas Chriſti eſt, qua ex
amore erga genus humanum boni cōſulit tar-
ditatem noſtram ad credendum, & ſe noſtro ca-
ptui accommodat. Et eſt profectò admiranda
Chriſti bonitas, quæ ita ſe attemperat noſtris in-
firmitatibus, vt nihil prorſus omittat eorū, quæ
ad noſtram ſalutem facere quouis modo viden-
tur. Cùm ergo rerum tradendarum hæc eſt abſ-
que omni dubio ratio rectiſsima, vt id adhibea-
tur ad probandum aliquid, quod eſt eiuſdē ge-
neris cum eo quod probandum ſuſcipitur. Vt
quemadmodū ea, quæ ſub ſenſum & rationem
cadunt, ſenſuum & rationis argumentis, quò il-
lis fi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

lis fides habeatur, fulciuntur: ita ea quæ ſupra naturam ſunt, hoc eſt, diuina & cœleſtia, diuinis & cœleſtibus demõſtrationibus confirmentur, vt fides eorum ſit certa minimeque vacillans. Congruebat igitur, fidem quæ eſt de rebus quæ excedunt intelligentiam humanam, confirmari per ea, quæ ſunt ſupra naturam & contra vſitatum naturæ curſum, vt cùm viderẽt homines oculis externis ea fieri quę ſuperarint naturam, excitarentur ad ea videnda oculis internis, & credenda quæ ſunt ſupra rationem. Hæc proinde fides ex qualitate miraculorum has colligat hypotheſes. Vt miracula Chriſti ſunt opera ſupernaturalia: ita eius potentia eſt ſupernaturalis, hoc eſt, diuina & cœleſtis, vt nullis creaturarum viribus cedat. Proinde nec homines nec Diaboli regnum Chriſti euertent. Atque hoc eſt quod Dominus Petro dixit Matt.16.18. *Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam & portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam.* Præterea vt miracula Chriſti ſunt ſupernaturalia: ita doctrina eiuſdem, quæ miraculis confirmatur, ſupernaturalis eſt, vt qui omnem captũ rationis excedat. Adhæc vt Chriſti miracula ſunt ſupernaturalia: ita redemptio noſtri, & ſalus, quæ fit per Chriſtum, rationis acie cerni nequit. Vnde monemur, claudendum eſſe rationis oculum, cùm de myſteriis ſalutis agitur: Et aperiendum eſſe fidei oculum, qui ſolus myſteria ſalutis cernere poteſt.

Miſericordia verò eſt, qua cõmotus eſt Chriſtus, cùm cerneret homines variis morbis, tanquam vinculis quibuſdam Sathanæ captiuos teneri, & noſtræ miſeriæ miſertus eſt. Et quia venit in mũdum, vt opera Sathanæ deſtrueret, multos ægrotos ſanitati reſtituit, in teſtimonium, quòd eſſet promiſſum illud ſemen, quod genus humanum liberaret & eriperet è poteſtate Diaboli.

Finis ſignorum ſeu miraculorũ Chriſti ſubordinatus eſt duplex, videlicet notitia & fiducia Chriſti. Sunt enim verbo addita, vt monſtrent autorem verbi Deum eſſe, vtque credamus verbo propter autoritatem Dei. Ioh. 5. 36. *Ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perbibent de me, quòd Pater me miſerit.* Et Iohan.10.25. eadem ſententia repetitur: *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, illa teſtimonium perbibent de me.* Sunt ergo miracula Chriſti tanquam veſtigia quędam ſeu ſigna diuinitatis & potentiæ Chriſti, atque ideo Auguſtinus definiens ſignum ait: *Signum eſt res quæ præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliquid aliud facit in cogitationem venire.* Sicut ergo leonis veſtigio viſo cogitamus leonem præteriiſſe: Sic viſis miraculis Chriſti, tanquam ipſius veſtigiis diuinam ipſius præſentiam & cœleſtem doctrinam agnoſcimus, atque in ipſum firma fide recumbimus exemplo eorũ, qui ſpectatores erant miraculorum Chriſti.

Finis vltimus miraculorum Chriſti eſt ſalus credentium. Hos tres fines, hoc eſt, duos ſubordinatos, videlicet notitiam & fiduciam Chriſti, & vltimum, qui eſt ſalus credentium, coniungit Euangeliſta noſter infrà cap. 20. 30. cùm ait: *Multa ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine ipſius.* His addo finem acceſſorium, qui hominum culpa accedit, videlicet vt non credentes ſint inexcuſabiles. Nam quemadmodum ipſa Euangelij vox eſt ipſis pereuntibus odor mortis ad mortem: ita miracula Chriſti contumacibus cedũt in maiorem damnationem, quemadmodum videre eſt in Ægyptiis, Phariſæis & multis aliis. Quomodo autem vera miracula à falſis diſcernenda ſint, copioſè declarauimus in enarratione Pſal. 84.

DE TERTIA.

49 Dicit ad eum Regulus: Domine deſcende, priuſquam moriatur filius meus.

Regulus non regerit in Dominum conuicia pro increpatione, ſed patienter fert iuſtè ſe reprehendi, cuius exemplo meritò moueri deberent potentes & valentes autoritate in mundo. Sed pergit potiùs in petitione, & rurſus cõpellat Dominum, eumque precatur, ſpe concepta, vt tandem impetret quod petit. στοργὴ enim naturalis intus patris viſcera concutiebat, ſcintilla fidei magis magiſque dolore ob filij mortem excitabatur, pronitas Chriſti ad iuuandum alios ſpem ipſi fecit, vt ſe tandem etiam præſenti dolore leuaret. Hîc multum profuerit plura fidei exempla inter ſeſe conferre, & videre quatenus conueniant, & quantum fides gradibus variet in aliis atque aliis hominibus, vt inde diſcamus neminem à Domino reiici, qui vel perexiguam ſcintillam fidei habuerit, & conemur ſanctorũ exemplis moti in vera cognitione & fide quotidie creſcere. Exemplum fidei in Cananæa ex parte congruens cum hoc aulici exemplo habemus Matth.15.22. Hæc accedit Dominum, queritur filiam ſuam à Dæmonio vexari, rogat Dominum vt opem ferat. Sed quid hìc Dominus? nihil reſpondet. Illa autem inſtat nihilominus, & cùm audit non eſſe bonum ſumere panem filiorum, & obiicere catellis, erigit ſe magis, & ſe inter catellos numerari patitur. Nam cùm ipſi de micis quæ cadunt de mẽſa dominorum ſuorum ſaturantur, ipſa fidem concipit, vt beneficium impetret, & ſanationem filiæ ſuæ. Etſi autem huius mulieris fides ſimilis videtur Reguli fidei in eo quòd vterq; ſub cruce Chriſtum accedãt, Chriſtum inuocent, paſſi repulſam non deſiſtant, ſed vrgeant magis quò impetrent qđ cupiunt: tamen gradibus multò eſt perfectior fides Cananææ quàm Reguli huius. Vnde rurſus monemur, quòd Dominus etſi infirmam fidem reprehendat, eam tamen non prorſus reiiciat. Fides Centurionis, Lucæ 7. 7. gradibus multò perfectior fuit quàm huius Reguli aut mulieris Cananææ. Regulus dicit: *Deſcende, priuſquam moriatur filius meus*, exiſtimans actum eſſe cum ſuo filio, niſi Dominus præſentia cor-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

poris ſui & attactu ſanaret. Mulieris fides pauló robuſtior erat. Sperabat enim ſe partem de micis catellorum accepturam. At Centurio optima ſpe concepta ait: *Tantùm dic verbum, & ſanabitur puer meus*. Tribuit ergo Chriſto potentiam diuinam, quòd poſsit ſanare puerum ſuum, etiamſi corpore præſens non ſit. Hác fidem Centurionis adeò extollit Dominus, vt dicat: *Amen dico vobis, nec in Iſrael tãtam fidem inueni.* Sed quorſum hæc?

Cûm hæc exempla in noſtri inſtructionem propoſita ſunt, ab illis diſcamus non deficere in noſtris precibus, etiamſi fides fuerit lãguidior, & Chriſtus videatur ad tempus, noſtras preces ſurda aure præterire, quod profectò facit non odio, ſed amore, nõ contemptu, ſed vt tali exercitio proficiamus magis, non vt abiiciat nos, ſed vt exercitatos exaltet, quo tandem in ſpiritualibus certaminibus quibuſuis ſuperiores euadamus, atq; fide noſtra Diabolum, mundum, carnem & omnia aduerſa vincamus, & in noſtris precibus non deſinamus, priuſquam reſponſum Spiritus acceperimus. Anna mater Samuelis diu inſtat, tandem exauditur. Zacharias & Elizabeth multis annis ſolicitè prolem à Domino petunt, tãdem ſummo cum gaudio exaudiuntur. Precemur & nos ſine hęſitatione, vt Iacobus monet, quæ gloriæ Dei, ſalutis & veræ vtilitatis interſunt, & ſentiemus Deum nequaquam noſtras preces reiicere.

Verùm prudenter diſcernamus inter ea bona, quibus & bene & malè vti poſsimus, atque ea quorum vſus non poterit alius eſſe quàm ſalutaris & bonus. Nam vt illa cum conditione: ita hæc abſolutè abſque omni conditione petenda ſunt. Quidam ſegniores ſunt in ſuis precibus ex eo quòd Deus ſæpe vel dormientibus largiatur ſalutaria & meliora, quàm ipſi norunt petere. Etſi autem hoc veriſsimum eſt: tamen negari non debet, quin multa etiam nobis petentibus largiatur Dominus. Nam cùm iubet vt ad ipſum dirigamus preces noſtras, vt ad ipſum confugiamus in noſtris difficultatibus, vult abſque omni dubio nos exaudire, vult vt ſtatuamus ſe omnium bonorum fontem & datorem eſſe, vult vt exauditi ſe prædicemus.

DE QVARTA.

50 *Dicit ei Ieſus: vade, filius tuus viuit.*

Hæc circumſtantia miraculum ipſum continet, in quo plura obſeruãda ſunt. Primum enim ex eo quòd Dominus patrem precantem pro filio exaudierit (etſi fides precantis admodum languida erat) docemur, quòd Dominus velit preces pro aliis ex fide factas exaudire, & monemur vt nos quoque pro aliis ſimus ſoliciti, atque pro eis oremus, quòd tum demum vtiliter fiet, quando fides noſtra manet in fundamento, hoc eſt, cùm in Chriſti nomine precamur iuxta promiſsionem Ioh. 15. 16. *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Deinde obſeruetur modus miraculi, videlicet quòd Chriſtus non

A voce, non attactu, non inſtrumento, non corporis ſui præſentia, denique non medio vllo, ſed ſolo nutu & voluntate luctantem cum morte, imo à morte ferè proſtratum ſanauerit: ex qua re cognoſcitur Chriſti maieſtas & omnipotentia, qua poteſt quidquid vult, ſine omnibus mediis & inſtrumentis. Hinc noſtra fides confirmetur & fulciatur in quauis afflictione, & in agone mortis. Noſtrum ergo fuerit ex fide Chriſtum inuocare. Siquidem is & nouit & poteſt

B & vult nos inuocantes iuuare & exaudire, omnis enim, qui petit, accipit, Luc. 11. 10. Præterea hîc obſeruetur miraculi magnitudo. Nam cùm Dominus dicit: *Vade, filius tuus viuit*, duos ſimul ſanat, videlicet Regulum ipſum quo ad animũ, quem veluti mortuum excitat, & filium eius quo ad corpus iam morti vicinũ. Verùm quantò anima corpore eſt præſtantior, tantò curatio animæ ſanationi corporis præferenda eſt.

Videamus ergo bonitatem Domini, plus do-

C nat quàm ab eo petitum fuit. Nos ergo hoc factum cogitantes, noſtram in ipſum confirmemus fidem, qua ſtatuamus illum velle nobis dare quæ pro ſua ſapientia nobis ſalutaria & vtilia eſſe nouerit. Nam cùm nos neſcimus, quemadmodũ oporteat orare, vt Paulus teſtatur Rom. 8. 26. ipſe nos ſuo ſpiritu confirmat, boni conſulit noſtram infirmitatem. At ſi quando precamur, quæ nobis noxia ſunt, facit vt bonus pater, qui vt ſalutem vult ſuorum liberorum: ita

D petentibus ſolummodò ea largitur, quæ ſunt ipſis vtilia. Atque hoc eſt quod Auguſtinus ait: *Quid ſit vtile ægroto, magis ſcit medicus quàm ægrotus.*

DE QVINTA.

Credidit homo ſermoni, quem dixerat ei Ieſus, & profectus eſt.

Hæc circumſtantia fidem Reguli ex verbis Chriſti conceptam continet. & habet hæc fides Reguli duas ꝓprietates germanæ & ſalutaris fi-

E dei, quas in initio nõ habuit. Primũ enim credit Regulus, Chriſtũ efficacem eſſe quouis in loco, quod antea non fecit, cûm rogaret Dominum vt deſcenderet ſecum, priuſquam moreretur filius ſuus. Hinc nos diſcamus, non locorum interualla obſtare poſſe, quin & præſens & efficax ſit Chriſtus quouis in loco iuxta ſuum verbum & promiſsionem, tametſi nec ſenſus noſter percipit, nec ratio noſtra intelligit præſentiæ & efficaciæ modum. Deinde, hic Regulus præter

F ſpẽ ſub ſpe credidit vt foret voti compos. Tametſi enim natura reclamabat, adeò vt iuxta naturæ curſum nihil ſperare poſſet: tamẽ promiſſioni Chriſti fidem adhibuit, tribuens Chriſto gloriam, quòd poſsit promiſſa præſtare vel natura reclamante: Atque in hac re exemplum Abrahæ imitatus eſt, id quod etiam omnes facere debemus, qui gloriamur de patre Abraham.

51 *Iam autem eo deſcendente, ſerui occur-*

G *rerunt ei, & nunciauerunt dicentes: filius tuus viuit.*

Serui huius Reguli non ignorarunt, ſuum

herum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

herum vehementer mœſtum eſſe ob filij aduerſam valetudinem & imminentem iam mortem, ideo cùm iam viderent ſubitò ſanatum eſſe filium, quem pater in agone mortis reliquerat, occurrunt hero ſuo, vt ipſum mœrore liberent, ac conſolentur. Hoc exemplum probis ſeruis imitandum eſt.

52 Sciſcitatus eſt ergo horam ab eis, in qua meliùs habuiſſet, & dixerunt ei: heri hora ſeptima reliquit eum febris.

53 Cognouit ergo pater, quòd illa hora erat, in qua dixiſſet ſibi Ieſus: filius tuus viuit.

Ab euentu rerum fides Reguli confirmatur. Nam cùm promiſsio Chriſti & euentus rei promiſſæ concurrunt, adeò vt vel puncto temporis reſpōdeant, fides Reguli mirum in modum eſt confirmata, non ſolùm de valetudine filij, verumetiam de perſona, doctrina & officio Chriſti, quem iam Deum, & promiſſum ſaluatorem mūdi ſtatuit. Sed de hora ſeptima quęritur, cui nam iuxta noſtra horologia reſpondeat. Cùm in duodecim horas, incipiendo à Solis ortu, & numerando ad Solis occaſum, quemlibet diem & in æſtate & in hyeme, ex antiquo more diſtinxerunt Iudęi, ſequitur ſanatum fuiſſe filium huius Reguli, circa horam primam pomeridianam iuxta noſtra horologia. Illa enim ſeptima eſt ab ortu Solis. Hæc proinde tēporis circumſtantia miraculum illuſtrat. Nam cùm ea diei parte maximus ſit calor, ægriùs habent continua febri laborantes. Cùm ergo eo tempore ſanatus eſt Reguli filius, illuſtrius eſt miraculum. Vnde docemur, quòd nec temporis vis vlla, nec morbi magnitudo obſtare poſsit potentiæ diuinæ Chriſti, qua & poteſt quidquid vult, & vult quidquid promiſit.

DE SEXTA.

Et credidit ipſe & domus eius tota.

Hic ſummus gradus fidei huius aulici eſt, quę vt ex verbo per Spiritum Sāctum eſt concepta: ita verbo aucta eſt, miraculo & euentu rei promiſſæ cōfirmata. Ex quo fit, vt qui vir princeps antea in aula Herodis ſplendidus fuerit: nunc filius Dei per fidem natus, multò illuſtrior in aula Regis cœleſtis conſpiciatur, idque non ſine maximo fructu. Nam non modò ipſe Deum rectè ex fide colit, verumetiam totam ſuam domum, hoc eſt, familiam, vxorem, liberos, ſeruos & multos aulicos ad Deum conuertit, ad pietatem exēplo & exhortatione aſſuefacit, vt aula quæ antea fuit prophanorum hominum colluuies, nunc ſit Eccleſia Dei ſancta. Hic ergo Regulus primùm præcipuis viris & aulicis, deinde

A piis patribusfamilias, tum omnibus in genere, cuiuſcunque ſunt conditionis aut ordinis, imitandus proponatur. Eſt enim omnium, qui ad Deum per fidem conuerſi ſunt, Dei gloriam inter homines propagare. Neque enim fides ita occultari poteſt, quin ſe in ſuis fructibus conſpiciendam præbeat. Patres ergo familias, qui pij videri volunt, & familiam non doctrina, admonitione, caſtigatione, exemplo aſſuefaciunt ad pietatem, verbis quidem & nomine ſe pios

B profitentur, ſed factis negant. Nam nullo glorię Dei propagandæ ſtudio teneri & argumentum eſt pietatis ſimulatæ, & occultæ prophanitatis certiſsimum indicium.

Iam ex hiſtoria præſēti colligamus fidei Chriſtianæ conditiones & proprietates, quæ hîc in illuſtri exemplo ſex proponuntur.

Prima: Vt hic Regulus cruce preſſus ad Chriſtum confugit: ita fides ad Chriſtum, quem vnicum, ſalutis autorem agnoſcit, hominē in qua-

C uis afflictione impellit.

Secunda: Vt hic aulicus Chriſtum, quem acceſsit, inuocat: ita fides bonitate Chriſti freta, potius quàm ſua dignitate Domini opem implorat, ipſique ſuam exponit neceſsitatem.

Tertia: Sicut hic Regulus non deſpondet animum eò quòd non ſtatim exaudiatur, ſed cogatur audire ſe reprehenſione dignum eſſe: ita vera fides non fatigatur orando, ſed indeſinenter vrget, donec impetrat quod vult.

D Quarta: Sicut hic Regulus perſeuerans in precando tandem audit: *Filius tuus viuit*: ita vera fides non deſinit orare, priuſquam in ſuo corde reſponſum Spiritus Chriſti ſenſerit.

Quinta: Vt hic aulicus ex reſponſo dato concipit maiorem fiduciam: ita fides vera dum ſentit reſpōſum Spiritus, maiora incremēta ſumit, vt iam ὑπόστασις quædam & πληροφορία ſit.

Sexta: Vt hic Regulus credens fructum fidei edit, & conuertit ſuam familiam ad Deum: ita

E germana fides nunquam ſuis fructibus ſpoliari poteſt, ſed perpetuò fœcunda eſt. Has fidei proprietates hoc diſticho complecti ſoleo.

Vera fides Chriſtum petit, inuocat, inſtat, ab ipſo
Impetrat, & creſcit, fructificatque ſimul.

54 Hoc iterum ſecundum ſignum edidit Ieſus, cùm veniſſet à Iudæa in Galilæam.

Reuocat Euangeliſta lectori in memoriam ſignum aquæ in vinum conuerſæ in Cana Ga-

F lilææ, vbi ad nuptias inuitatus fuit, vt quemadmodum ex illo miraculo: ita etiam ex hoc adducatur in admirationem potentiæ, doctrinæ, & officij Chriſti in eum credat & per illum ſaluetur. Nam iidem omnium miraculorum Chriſti fines ſunt.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

CAPVT QVINTVM.

SVMMA CAP. V.

Infirmus quidam à Domino die ſabbati ſanatus, iuſſu Domini geſtat grabatum ſuum. Accuſatur à Iudæis violati ſabbati. Mãdato ſanantis ſe, quem tamen ſe ignorare fatetur, factũ ſuum tuetur. Hic poſteà inuentus in templo à Domino, ab eoq; admonitus ne amplius peccet, prodit Iudæis Ieſum, qui ſe ſanum B *fecerat. Ieſus autem, cùm Iudæi ob hanc cauſam ſe occidere conarentur, patris autoritate quod fecerat, defendit. Verùm cùm magis incandeſcerent Iudæi ex reſpõſo Domini, videlicet quòd ſe diceret Filium Dei, æqualem ſe Deo faciens, prouocat ipſe ad teſtimoniũ Patris, ad teſtimonium Iohannis, ad opera ſua, ad vniuerſam Scripturam, deniq; ad Moſen ipſum, de quo maximè gloriabantur. Atque ita vt ſe Dei Filium à Patre miſſum oſtendit: ita Iudæos infidelitatis et malitiæ arguit, qui nec ſibi nec Moſi credunt.* C

ORDO ET PARTES CAPITIS V.

Hoc caput partiamur in quatuor partes principales, quæ ſunt.

Prima, profectio Chriſti Ieroſolymam in die feſto.

Secunda, ſanatio infirmi decumbẽtis ad D piſcinam in Probatica.

Tertia, reprehenſio ſanati hominis geſtantis ſuum grabatum in die ſabbati, cum facti defenſione.

Quarta, perſecutio Chriſti propter ſanatum hominem in die ſabbati, vnà cum defenſione Chriſti tuentis ſuum factum patris autoritate, & affirmantis ſe Filium Dei à Patre miſſum, idque pluribus argumen- E tis, vt ſuo loco videbimus.

EXEGESIS QVINTI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PRIMA PARS CAPITIS.

1 *Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Ieroſolymam.*

HIc diſputatur, de quonam Iudæo- F rum feſto Dominus hîc loquatur. Oſiander diſputat, feſtum, de quo hìc loquitur Euangeliſta, fuiſſe Paſcha ſecundi anni à baptizato Chriſto. Alij aliter, inter quos etiam præceptor noſter eſt Philippus Melanthon, cum Cyrillo ſentiunt, & feſtum hoc Pentecoſtes primi anni fuiſſe à baptizato Chriſto exiſtimant.

Oſiander, qui ſalsè omnes, qui à ſe diſſentiunt, ridet, duabus rationibus potiſsimùm ni- G titur. Quarum prima hæc eſt: In ſecundo capite fit mentio primi Paſchãtis à Baptiſmo Domini, in quo Dominus eiecit è templo ementes & vendentes. Poſt hoc feſtum baptizat Dominus per diſcipulos ſuos, & plures ſibi adiungit diſcipulos quàm Iohannes, à quo plurimi defecerãt, & ad Chriſtum ſe contulerant, quæ res adeò offendit Iudæos, vt coactus ſit Dominus, quò declinaret inuidiam Iudæorum, diſcedere à Iudęa B ad tempus. Quare profectus per Samariam & Galilæam multa miracula ædit, & conciones prolixas habuit ab Euangeliſtis notatas. Proinde veriſimile eſt primam Pentecoſten à Baptiſmo Domini præteriiſſe.

Altera ratio Oſiandri hæc eſt: Dominus in quarto dicit: *Vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt: & meßis veniet.* Certum eſt autem ex Leuit. 23. & Num. 28. meſſem in Iudęa intra feſtum Paſchatos & Pentecoſtes ſemper fuiſſe completá. C Nam antequam poſtridie Paſchatos manipulus frugũ offerretur, nemo audebat falcem meſſi, quantumuis maturæ, immittere. Fuit ergo menſis primus, hoc eſt, Martius, in cuius medio ferè ſemper meſsis incipiebat. Proinde quatuor illi menſes ad meſſem retrò numerando fuêre Februarius, Ianuarius, December, Nouember. Siue igitur tum, cùm Chriſtus hoc diceret, Octobris ſiue Nouembris fuit mẽſis, manifeſtum eſt Chriſtum in Iudæa permanſiſſe, donec & fe- D ſtum Pẽtecoſtes, & feſtum tubarum (quod primo die Septembris celebrabatur) & feſtum expiationis, & feſtum tabernaculorum, & feſtum Collectæ fuiſſent elapſa, vt iam nullum aliud feſtum, de quo Iohannes loqui potuerit, præter alterum Paſcha, reliquum fuiſſe ſit menifeſtiſsimum. Nam feſta annua menſe Septembri clauduntur. Hæc Oſiander tanquam infallibilem demonſtrationem ſequitur, ſtatuens Iohãnem hìc loqui de ſecundo Paſchate à Chriſti Baptiſ- E mo, & non de proxima Pentecoſte à Baptiſmo Chriſti, quemadmodum Cyrillus, & plerique alij viri doctiſsimi ſentiunt.

Prior ratio Oſiandri infirmior eſt, quàm vt quemque cogat, vt Cyrilli, & aliorum doctiſsimorum hominum ſententia repudiata, Oſiandricam ſequatur. Oſiander requirit lõgius tempus quàm inter Paſcha & Pentecoſten proximam à baptizato Domino, ad colligendos plures diſcipulos quàm Iohannes, ad ædenda mi- F racula, ad baptizandum per diſcipulos, ad profectionem per Samariam in Galilæam, & ad reditum tandem in Iudæam. Sed dico, nihil prohibere quin iſta omnia potuerint adhuc longè breuiori tempore fieri, præſertim cùm legimus Dominum nullibi interea, præter biduum aut triduum manſiſſe, nec apud eos quidem, à quibus humaniſsimè erat inuitatus: adeò operi, ad quod miſſus erat, intentus fuit.

Secunda ratio Oſiandri plus coloris habet. I- G ta enim ratiocinatur: Chriſtus ait ſuprà cap. 4. *Nonne vos dicitis, adhuc quatuor menſes ſunt, & meßis veniet?* Ergo cùm hæc dicit Chriſtus, October ſiue

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſiue Nouēber fuit anni primi à Baptiſmo Chriſti. Sequitur igitur, meſſem, de qua loquitur, incidiſſe nō in Penteeoſten primi anni, ſed in Paſcha ſecundi anni à Baptiſmo Domini.

Sed principium demonſtrationis Oſiandri fortè non eſt adeo firmum, atq; ipſe putat, præſertim cùm ſit ambiguum, recipiens plures ſenſus. Siquidem Chriſti verba & definitè, & Mimiticῶs accipi poſſunt. Si ergo Chriſtus loquitur definitè habita temporis, quo locutus eſt, ratione, demonſtratio Oſiandri immota ſtabit, quæ concludit, Iohannem de ſecundo Paſchate à Baptiſmo Chriſti loqui. Verùm ſi Mimiticῶs ex more hominum loquitur, qui longo tempore, vt exempli cauſa, quarto mēſe ante meſſem, ſolebant ſibi de meſſoribus proſpicere, infirma erit demonſtratio Oſiandri. Quòd autem Mimiticῶs loquatur Dominus, ex eo videtur intelligi, quòd mox in eodem contextu ſubiungat: *Leuate oculos, & videte regiones, quoniam albæ ſunt ad meſſem.*

Etſi autem Dominus loquitur de ſpirituali meſſe: tamen ex terreſtri meſſe, tanquā ſymbolo cœleſtis meſsis, occaſionem dicti abſq; omni dubio ſumpſit. Et quoniam meſsis apud Iudæos matura fuit in medio Paſchatis & Pentecoſtes, videtur eorum opinio probabilior eſſe, qui hîc feſtum Pentecoſtes intelligūt quàm Paſchatos. Huc accedit, quòd Cyrillus abſq; omni dubio ex hiſtoria aliqua veteri dicit, die Pentecoſtes conſuetum fuiſſe Angelum Dei deſcendere in piſcinā ad turbandas aquas, in quas qui primi deſcenderent, à quibuſuis morbis ſanabantur. Præterea cum his valdè congruit veritas aquæ ſpiritualis, qua perfuſi ſunt Apoſtoli in die Pentecoſtes proxima à reſurrectione Domini, qua perfuſione abluti ſunt à morbis animi, ignorantia & infirmitate. Siquidem hæc aquæ turbatio, quę fiebat per Angelum, videtur fuiſſe quædam figura hiſtorię Spiritus effuſi in Apoſtolos die Pētecoſtes, vt diximus. Hactenus opiniones diuerſas de hoc Iudæorum feſto recēſui, ſequatur Lector quā volet, præſertim cùm hîc nullus fidei articulus periclitetur, ſiue Oſiādrum ſiue Cyrillum ſequaris. Ego cū Cyrillo ſentio, cùm propter hiſtoriam, quā recitat, tū propter figurā, quæ pulcherrimè quadrat ad feſtum Pentecoſtes. Videmus enim Deū in typis & antitypis, ſeu in vmbris & veritate exactiſsimè tempora obſeruaſſe, vt illa obſeruatio nos de collatione admoneat, pleniuſque de veritate doceat.

Sed curnam redit Dominus Ieroſolymam in die feſto, præſertim cùm inde diſceſſerit declinaturus inuidiam Iudęorum? Plures fuiſſe cauſæ videntur. Prima: Quia Dominus venit in mundum à Patre miſſus, voluit ad quod miſsus erat, perficere. Miſſus autem erat, vt Legi ſubiectus eſſet, quò eos, qui ſub Lege iacuerunt damnationis ſentētia oppreſsi, liberaret. De hac cauſa loquitur Paulus ad Gal. 4. 4. cùm ait: *Quando venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, natū ex muliere, factum ſub Lege, vt eos qui ſub Lege erant, redimeret.* Nunc autem pars Legis erat, vt Deut.

A 16, 16. habetur, vt omnis maſculus aſcēderet Ieroſolymam, & appareret in conſpectu Dei ſui ter in anno, videlicet in feſto Azymorum, Pentecoſtes & Tabernaculorū. Erat ergo Chriſtus ſub Lege, vt reliqui Iudæi, quo ad obedientiam attinet, hoc eſt, Chriſtus erat debitor Legis totius, quemadmodum Iudæi omnes fuerunt: ſed quoniam Iudæi nō poterant ſe propriis viribus ſub Legis mole erigere, Christus aduenit, & factus eſt Legi obnoxius, quò eos qui ſub Lege e-
B rant, redimeret, ſcilicet præſtando Legi Dei & omnibus eius partibus perfectam obediētiam, qua imputata credentibus, haberentur & ipſi coram Deo iuſti, ac ſi ipſi Legem feciſſent. Quomodo autem Chriſtus Legem impleuerit, & quomodo vnius Chriſti obedientia multis imputari poſsit in iuſtitiam, ſæpè dictū eſt, quare hîc tantùm auditores admonendos duxi.

Secunda: Voluit Dominus in die feſto latiùs ſpargere Euangelij ſemina, & plures ſuo regno
C aggregare. Nā cùm in die feſto ex omnibus locis Iudææ conuenire conſueuerint plurimi Ieroſolymam, maiorem occaſionem ſpargēdi doctrinam Euangelij Dominus habuit. Nos genus facti imitemur in propagando regno Chriſti totis viribus, ſeruata vocationis noſtræ ratione, ne extra limites vocationis noſtræ curramus temerè.

Tertia: Voluit Dominus nobis quoque relinquere exemplum, vt quemadmodum ipſe re-
D diit ad ingratos, cupiens eos à ſuis erroribus reuocare, quò ſalui fierent: ita & nos quouis modo ſtudeamus etiam hoſtium noſtrorum ſaluti. Hoc videm⁹ & Prophetas multos & Apoſtolos omnes feciſſe. Neq; eſt quòd Miniſtri verbi expectent à mundo ſingularem gratitudinē, qualem merentur. Quare oculos vertant ad Chriſtum, ad Prophetas, ad Apoſtolos, ad gloriam Dei, ad neceſsitatem præſtandi officij, & non ad mundi huius ingratitudinem.

E Quarta: vt Chriſtus, quemadmodum Cyrillus pulchrè ex collatione hiſtorię colligit, ſignificet, fore, vt Iudæi tandem ob ſuam intollerabilem ingratitudinem abiiciantur, & gentes aſſumantur. Nam quòd recipitur Chriſtus à Samaritanis, & reiicitur à Iudæis, vtriuſque ſignū fuit, hoc eſt, reiectionis Iudæorū propter ſuam ingratitudinem, & aſſumptionis Gentium recipientium Chriſtum. Sunt autem hæc Cyrilli verba: *Non abſque cauſa reditum Domini in Ieroſoly-*
F *mam ſuperioribus Euangeliſta coniunxit: ſed vt à collatione rerum oſtenderet, quanto alienigenæ tam moribus quàm facultate credendi Iudæis præſtarent. Hinc enim, non aliunde, diſcere poſſumus iuſtiſsimo Dei iudicio Iudæos à gratia decidiſſe, & locum eorum Gentes occupaſſe. Sed non eſt ab re, collationem rerum breuiter ante oculos ponere. Vniuerſam igitur Samaritanorum ciuitatem vnius mulierculæ teſtimonio conuerſam fuiſſe oſtendit: Regulum & totam domum eius vno miraculo credidiſſe affirmauit. Ita facilitate Gentium demonſtrata, in Iero-*
G *ſolymam rurſus ſaluatorem reduxit, vbi longo confectū hominem morbo liberauit. Regulus igitur cum vniuerſa familia credidit. Iudæi cùm mirari & amare deberent,*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

impiè benefactorem ſuum quaſi perditũ hominem perſe-quuntur, factis ſuis multo ſe peiores alienigenis oſten-dentes, & multò poſt terga illorum relicti: hoc eſt certè quod in Pſalmis ad Dominum Ieſum dicitur: Quoniam pones eos dorſum. Nam qui primi omnium propter vir-tutes patrum erant, poſt vocationem omnium Gentium ſaluabuntur. Hactenus Cyrillus.

PARS II.

Secunda pars huius capitis duobus continetur membris, quorum primum eſt expoſitio hiſtoriæ de miraculis quę fiebant in piſcina ſita in foro pecuario Ieroſolymis non procul à templo. Secundum eſt narratio miraculi, ſanati hominis per Chriſtum, qui morbo ſuo detentus fuerat triginta octo annos.

DE PRIMO.

2 *Eſt autem Ieroſolymis ad Probaticam piſcina, quæ cognominatur Hebraicè Betheſda, quinque porticus habens.*

3 *In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum.*

4 *Angelus enim certo tempore deſcendebat in piſcinam, & turbabat aquam. Itaque qui primus deſcendiſſet poſt turbationem aquæ: ſanus fiebat quocunque detinebatur morbo.*

In hoc membro plures ſunt obſeruandi articuli.

Primus: Deſcriptio loci.

Secundus: Indicatio miraculorum, quæ in eo loco fieri conſueuerunt.

Tertius: Modus ęditorum miraculorum, vbi de miniſterio Angelorum admonemur.

Quartus: Collatio typi cum veritate.

Quintus: Vſus & finis omnium.

Primus Articulus.

Erat, inquit, *Ieroſolymis ad Probaticam*, hoc eſt, apud forum pecuarium, ſeu in foro pecuario, πρόβατον enim Græcis, ouis ſeu pecus eſt Latinis: inde προβατικὴ, ſcilicet ἀγορὰ, id eſt, pecuarium forum. Erat autem hoc forum potiſsimùm propter hoſpites conſtitutum, vt haberent ad manum, quæ erant ad victimas offerendas neceſſaria. Erat, inquam, ad Probaticam piſcina quæ Hebraicè *Betheſda* cognominatur, hoc eſt, domus ſeu locus effuſionis, ſcilicet ſanguinis victimarum. In hanc enim piſcinam dicuntur ſacerdotes effudiſſe victimarum ſanguinem. Sed alij aliter hanc vocem interpretantur, ego autem hanc interpretationem, quam adduxi, præfero propter typum, de quo poſtea dicetur.

Piſcina Græcè Κολυμβήθρα, hoc eſt, natatorium, nõ quòd homines natare illic conſueuerint, ſed quòd ea fuerit aquæ copia, quòd natare potuiſſent, ſi qui vellent. Piſcina, qua voce vtitur Latinus interpres, etſi primùm à piſcibus nomen accepiſſe videtur, propterea quòd in ea viui ſer-A uarentur piſces: tamen poſtea ad genus tranſlatum eſt hoc nomen, vt ſignificet locum aquæ capacem inſtar piſcinæ, etiamſi in eo non fuerint piſces, nec deſtinatus ſit ſeruandis piſcibus. Hæc piſcina quinque στόας, id eſt, porticus habuit, hoc eſt, ædificia concamerata ſeu teſtudinea, quò illic morantes, ab imbribus & æſtu Solis immunes eſſent. Sic enim hunc locum intelligere videtur Nonnus, cùm ait:

Δαιδαλέων ζωσθεῖσα λίθων ὑψαύχενι μίτρῃ,
B Εὐρυτενὴς ἀσάμινθος, ——

hoc eſt: *Lauacrum latum, camerato ex variis lapidibus operculo cinctum.*

Secundus Articulus.

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Plura in hoc articulo ſunt obſeruanda, quæ ordine attingemus.

Primùm ex eo quòd magna infirmorum C multitudo iacuerit in his porticibus, ſequitur, obſeruatum fuiſſe, quòd certo anni tempore, id eſt, ſemel in anno, vt Ambroſius ſcribit, idque ipſo die Pentecoſtes, vt Cyrillus notat, miracula ſanationum ſunt ædita, quibus Deus & ſuam præſentiam in iſto populo teſtabatur, & ſe in ea habere Eccleſiam ſignificabat, quã iſtis ſuę præſentiæ teſtimoniis cõfirmare & cõſolari voluit.

Secundò, hîc obſeruandum eſt, quòd Eccleſia vera poſsit latere in magna impiorum & hy-D pocritarum multitudine, qui vendicant ſibi Eccleſiæ titulum, gloriantur ſe populum Dei eſſe, habent cæremonias diuinitus ordinatas, gaudent de ſucceſsione, & tamen veram Eccleſiam perſequuntur, & ipſum Eccleſiæ caput petunt, hoc eſt, Chriſtum è medio tollere conãtur. Hæc nos de duabus rebus admoneant, videlicet, ne iudicemus de Eccleſia vera ab eius externa ſpecie, ſed veras Eccleſiæ notas cogitemus, puritatem in doctrina, ſinceritatem in cultu, reueren-E tiam in vſu ſacramentorum, grauitatem in cæremoniis, & diſciplinam ſeu obedientiam erga miniſterium. Deinde ne frangamur animis intuentes externam Eccleſiæ deformitatem, ſed illi opponamus internam Eccleſiæ gloriam, quam mundus nec vidit nec nouit, videlicet quòd Eccleſia ſit templum Dei, familia Dei, in qua omnes qui credunt, ſunt filij Dei, habent remiſsionem peccatorum, iuſtitiam, & arrhabonem Spiritus Sancti de hæreditate promiſſa. F Hæc gloria multò maior eſt, quàm principum huius mundi, qui ſunt extra Eccleſiam captiui ſub Diabolo, deformati omni peccatorum genere, iniuſtitia & iniquitate, habentes teſtimonium condemnationis proprię conſcientiæ aduerſus ſe. Ita in Turcia multa ſunt viua membra Eccleſiæ, ſed ſubiecta ſunt crudeliſsimo tyranno, cui tributa & vectigalia ſoluunt, & in rebus externis obtemperant, oppreſsi grauiſsima ſeruitute, quæ tamen ſeruitus libertatem Spiri-G tus non impedit. Similiter in Papatu plurimi deliteſcunt, qui impietatem & tyrannidem Antichriſti execrantur. Hinc etiam concluditur vanitas

nitas Anabaptiſtarum, qui Eccleſiam negát eſſe in eo cœtu, in quo ſunt plurimi impij.

Tertiò hîc obſeruanda eſt inefficacia & infirmitas ſacrificiorum Moſaicorum. Tametſi enim iſta Moſaica ſacrificia ex fide facta placuêre Deo, ſtante Republica Moſis, vſque ad paſsionẽ & reſurrectionem Domini: tamen peccata tollere non potuerunt. Nam ſi peccata tollere potuiſſent ſacrificia, multò magis curaſſent corporum infirmitates. Iam cùm non potuêre infirmitates corporum tollere, ſequitur quòd fuerint tantùm ſigna purgationis peccatorum, quę fieret per ſacrificium Chriſti. Atque ita vetera ſacrificia quaſi duces erant ad Chriſtum. Quia ergo ſanatio morborum corporis ſymbolum fuit ſanationis morborum animi, hoc eſt, peccatorum, indicium certum eſt, quòd à ſolo Deo ſanentur peccatorum vulnera.

Quarto loco hìc obſeruandum eſt, quòd vt morbi atque adeò omnes calamitates humanæ ſunt pœnæ peccatorum: ita nos debeant admonere, vt in vera pœnitentia ſeu conuerſione petamus primùm remiſsionem peccatorum, deinde ſubiiciamus nos voluntati Dei, tum petamus vel mitigationem vel liberationem à malo quo premimur. Mitigatur autem hoc malum duobus modis, videlicet vel cùm remiſsius fit, & minùs nos affligit quàm antea, vel cùm æquè ſæuit malum, robur tamen animo diuinitus additur ad perferendum malum ipſum. Vnde fit, quòd ſancti forti & infracto animo aduerſa ferant, & ſæpe in mediis ærumnis exultent expectantes promiſſam per Chriſtum liberationem.

Quinto loco hìc obſeruetur, quòd Euangeliſta potiſsimum ea morborum genera recenſeat, quæ vix poſſunt arte medica curari, vt magis manus Dei in eorum ſanatione appareat.

Tertius Articulus modum æditorum miraculorum continet.

Angelus, inquit, *certo tempore deſcendebat in piſcinam & turbabat aquam. Itaque qui primus deſcendiſſet turbata aqua, ſanus fiebat.* Hîc primùm obſeruandum eſt, quòd in aqua per ſe ſanandi non fuerit vis, alioqui quouis tempore in eam immerſi fuiſſent ſanati, ſed in Deo ipſo, qui miniſterio Angeli vſus eſt ad turbandas aquas, quò ſanctificarentur efficacéſque redderentur. Ad eundem modum ſe res habet cum ſignis ſacramentalibus in Eccleſia. Nam ſigna ſacramentalia, nec per ſe efficacia ſunt, nec naturam mutant, ſed cùm ſanctificantur, rerũ quarum ſigna ſunt, nomina accipiunt. Per ſe efficacia nõ ſunt, vtpote in quibus per ſe nulla ſit virtus aut efficacia ad ſpirituales motus in vtentibus creandos: ſed omnis virtus ex ordinatione & Spiritu Dei eſt. *Cognoſce*, inquit Ambroſius, *quòd aqua non mundat ſine Spiritu. Atque ideo Apoſtolus non erat contentus dicere, purgat nos lauacro aquæ, ſed addit, in verbo, vt omnem efficaciam & purgandi virtutem vni Deo tribuat.* Naaman Syrus leproſus iuſſus ab Eliſæo Propheta, vt ſepties ſe in Iordane lauaret, & ſanitatem reciperet, aquam conſiderat ſine

A verbo, vnde iratus ait 4. Reg. 5. 11. *Putabam quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores ſunt Amanah & Parparh fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael? An non, ſi lauero me in illis, mundus ero?* Hìc Naaman rectè quidem iudicat virtutem curandi lepram non eſſe in aqua Damaſci aut Iordanis, ſed perperàm aquam à verbo ſeparat, quę coniungi Propheta voluit. Nam non ex aqua vis illa ſanandi venit, ſed ex verbo.
B Aqua ſolummodo externum ſymbolum fuit diuinitus Naaman propoſitum. Verùm admonitus à ſeruis Naaman, credit tandem Prophetæ verbis, & curatur à duplici lepra, animi videlicet & corporis. Hinc patet, quòd ſigna ſacramentalia ex ſe & per ſe efficacia non ſint, ſed omnem eorum virtutem ex verbo pendere, nõ quia dicitur, ſed quia creditur, vt inquit Auguſtinus. Deinde vt aquæ piſcinæ Iordanis, non mutát naturam ſuam, ſed eandem quam priùs
C habuêre, retinent: Ita ſigna ſacramentalia naturam non mutant, ſed gratiam accipiunt, quare non mutari, ſed ſanctificari dicuntur, propterea quòd ab vſu communi ſeparantur, & applicantur ſacro vſui diuinitus ordinato, qui vſus cum actione ſolummodo durat, vt in Iordanis aqua & in hac piſcina videre eſt. Sic aqua Baptiſmi dum aſpergitur, ſacra eſt, defluens rurſus communis efficitur, vt quæ ſeparatur à verbo. Idem eſt de pane & vino in ſacra Cœ-
D na Chriſti iudicium. Nam ceſſante Cœna, panis & vinum quæ ſuperſunt, ſacra eſſe deſinunt & communia fiunt.

Thomas Aquinas, quia nomina rerum in Scripturis tribuuntur ſignis, magno cum malo Eccleſiæ docuit, cum nominum permutatione etiam fierì rerum permutationem, ſeu, vt ipſe loquitur, tranſſubſtantiationem, præſertim in ſacra Chriſti Cœna, in qua panis corpus, & vinum ſanguis Chriſti appellatur, non cum Au-
E guſtino animaduertens, Scripturam res ſignificantes tanquam illas quæ ſignificantur appellare permutatis nominibus.

Tenendæ ſunt ergo tres cauſæ grauiſsimæ, propter quas ſignis ſacramentalibus nomina rerum, quarum cauſa ſacramẽta ordinata ſunt, tribuuntur.

Harum prima eſt, vt non cum Naaman Syro hæreamus in rebus ſolummodo, quæ in oculos noſtros incurrunt, ſed vt leuemus mentes
F noſtras ad contemplationem rerum, quæ non corporis, ſed fidei oculis patent.

Secunda cauſa, vt finis ſacramentorum ſit conſpectior. Nam cùm panis corpus Chriſti, & vinum ſanguis eius appellatur, admonemur his appellationibus, quòd finis inſtitutæ Cœnæ ſit, vt ſit ſacramentum noſtræ redemptionis, per corpus Chriſti datum pro nobis, & ſanguinem ipſius effuſum pro multis in remiſsionem peccatorum.

G Tertia, vt ſciamus hæc ſigna non eſſe vacua elementa, ſed verè ea offerre & exhibere quorum ſunt ſigna.

DE ANGELIS.

Eccleſia in hoc mundo, eſt regnum Chriſti ſpirituale, poſitum in medio regni Sathanæ hoſtis & aduerſarij Chriſti. Inter hæc duo regna, quæ ſunt inuiſibilia, niſi quatenus ex moribus tanquá certis notis agnoſcuntur, acerrima ſunt certamina, idq́; non de leuibus rebus, ſed de vita & morte, de ſalute & perditione, de cœlo & inferno, de æterna fœlicitate & ſempiterna miſeria. Habet autem vtrumque regnum & duces & milites fortiſsimos, qui vt nunquá ſegneſcũt: ita nullas vnquam admittunt inducias, ſed ſemper in armis ſunt, & ſe inuicem petunt. Eſt enim inter eos ἄσπονδος πόλεμος, id eſt, bellum perpetuum & irreconciliabile, ſed victoria plena tandē erit apud Eccleſiam, quando excitatos à morte Chriſtus donabit ęterna requie & fœlicitate. Dux regni Chriſti ipſe Chriſtus eſt, Michael (hoc eſt, quis ſimilis Deo?) appellatꝰ, vt eſt Daniel. 12. 1. & Apocal. 12. 7. hic ſibi regnum ſanguinę acquiſiuit, huic adſunt milites, hoc eſt, ſpiritus cœleſtes, quos Angelos ab officio nominamus, & pij Eccleſiæ doctores, atque ſinguli pij ſuo loco. Cõtrà vero regni Sathanæ Draco magnus dux eſt, qui ſibi regnum parauit mēdacio & homicidio, cuius milites ſunt & mali Angeli, qui Cacodæmones, eò quòd in malum humani generis ſapiunt, nominantur. & homines mali, hoc eſt, Hæretici, Schiſmatici, Hypocritæ, Tyranni & Alaſtores. Horum ducum & militum meminit Iohannes Apocal. 12. 7. *Michael*, inquit, *& Angeli eius præliabātur cũ Dracone, & Draco pugnabat & Angeli eius.* Etſi autē regnum Chriſti ſemper oppugnatur: tamen nunquam expugnatur, adeo vt Eccleſia ſemper & mente, & lingua hoc dulciſsimum Ἐπινίκιον canat, Pſal. 129. 1. *Sæpe oppugnauerunt me hoſtes, ſed non præualuerunt mihi.* De vtriſque, hoc eſt, de bonis & malis Angelis, nonnulla colligemus ad nos commonefaciendos de maximo hoc Dei beneficio, qui tanta cura ſuam complectitur Eccleſiam.

De bonis Angelis.

Angelos omnes creatione fuiſſe bonos, dubium eſſe nõ poteſt. Nihil enim ab optimo Deo creari potuit, quod non eſſet bonitatis ipſius particeps. Ideo perfecto creationis opere, ſcriptum eſt Geneſ. 1. 31. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Quonam autē tempore creati ſint Angeli, ambigitur. Quidam, inter quos ſunt Nazianzenus, Hieronymus, Damaſcenus, ſentiunt Angelos omnes creatos eſſe primo die ante omnem ſenſibilem creaturam. Congruum enim eſſe putant, vt cùm ſpirituales creaturæ corporibus dignitate præſtēt, ante eas ſint creatæ. Nonnulli die ſecũdo poſt cœlum conditum creatos eſſe Angelos autumāt. Siquidem oportuit domum eſſe paratam, anteaquam in eam inducerentur, qui ipſam habitarēt, vt videmus in creatione hominis, cui Deus domum ædificauit, antequam ipſum conderet. Damaſcenus Nazianzeni ſententiam ſequitur hac ratione motus; *Decuit*, inquit, *intelligibilem ſubſtantiam*

A *primùm creari, deinde ſenſibilem, tum eam quæ ex vtriſque eſt, videlicet hominem.* Verùm quoniam Scriptura non meminit temporis creationis Angelorum, nos non anxiè de eo diſputabimus, ſed ſatis eſt ſcire eos eſſe creatos ante formationem hominis, idq́ue per verbum, id eſt, Filium Dei, vt reliquæ creaturæ omnes, & eſſe omnes bonos creatos, in qua tamen bonitate non omnes perſtiterunt, ſed magna pars eorum libertate voluntatis abuſi, non perſtiterunt in veritate, ſed B à Deo defecerunt, & facti ſunt hoſtes Dei & Eccleſiæ, quemadmodum in lapſu primorum parentum videre eſt. Sed de bonis Angelis, vt propoſuimus, primo loco dicemus, & hæc quatuor ordine attingemus.

Primum, quales in ſe ſint Angeli boni.

Secundum, quomodo affecti ſint erga homines, & præcipuè Eccleſiam Dei.

Tertium, quænam ſint officia & miniſteria Angelorum.

C Quartum, quid Deo, quidq́ue ipſis Angelis pro eo miniſterio ab hominibus debeatur.

DE PRIMO.

Angelus bonus eſt eſſentia ſpiritualis, intelligens, liberrima, potens, caſta, iuſta, ſed creata, aſtans Deo eiq́ue ſeruiens, quæ mittitur in miniſterium eorum, qui hæredes erunt ſalutis. Hæc definitio in ſuas reſoluta partes, naturam, virtutem ac actiones Angelorum nobis ob oculos ponet.

D Primùm ergo Angelus dicitur eſſentia, quia verè ſubſiſtit. Eſtq́ue ὑπόστασις, & non ἔμφασις, quemadmodum Saducæi impiè nugabantur, vt eſt in Actis Apoſtolicis cap. 23. 8. vbi hæc ſunt Lucæ verba: *Saducæi dicunt non eſſe reſurrectionem mortuorum, neque Angelum, neque Spiritum.* Sciamus ergo, Angelum verè eſſentiam eſſe, etſi ipſius ſpeciem & terminum ſolus creator nouit.

Secundò, eſſentia Angelica non eſt corporea, ſed multò dignior, videlicet ſpiritualis, iuxE ta illud Pſalm. 104. verſ. 4. *Facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*, id eſt, agiles inſtar ignis.

Eſt autem Spiritus res ſubtilior, quàm vt ipſum aut ſenſibus noſtris aut ratione percipere valeamus. Per Spiritus igitur vocabulum intelligimus potiùs, quid non ſit Angelus, quàm quid ſit. Nam çùm Angelus dicitur ſpiritualis eſſentia, intelligimus eum non eſſe corpoream eſſentiam, id eſt, nec molem nec figuram, aut F partes in quas diſtrahatur, habere, ſed habere quandam ſimilitudinem cum anima rationali, quæ etiam ſpiritus quidam eſt carens mole corporea.

Quî fit quòd Angelis facies, oculi, alę & pedes atq; alia membra in Scripturis tribuantur, cùm nõ ſunt corporei? Ratio huiꝰ attributionis ſymbolica eſt. Ná iis membris quæ tribuuntur Angelis, ſignificatur eorum indoles, præſtátia, & in miniſterio quo funguntur, alacritas & promptiG tudo. Vt enim facies & oculi cognitionis: ita pedes ſeduli miniſterij, & alæ alacritatis in obeundo miniſterio ſymbola ſunt. Idem iudicium ſit de

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſit de aliis membris, quæ attribuuntur Angelis. A
Nam ex vſu membrorum corporalium & viſi-
bilium intelliguntur inuiſibiles cœleſtium ſpi-
rituum actiones, quas Angeli ſine vllis corpo-
reis membris & inſtrumentis perficiunt. Præ-
terea cùm Angeli nominantur venti, ignes, nu-
bes, leones, equi, lapides pretioſi, ſciam⁹ tropos
eſſe, quibus ſpiritualia miniſteria Angelorum
nobis veluti pingũtur, de quibus particulatim
dicere non eſt neceſſe.

Tertiò dicitur eſſentia intelligens. Habet e- B
nim Angelus cognitionem longè perfectiorem
quàm homo. Eſt autem in Angelis triplex co-
gnitio, videlicet innata, reuelata & obſeruata.

Innatam voco, quá ex creatione habent An-
geli Dei, quá Chriſtus Ioh. 8. 44. vocat cognitio-
nẽ veritatis, qua nulla maior eſſe poteſt. Hac p-
fectè nouerũt Deum, hac rerũ conditarũ natu-
ras & proprietates peruidẽt, hac inflammantur
ad celebrandum mundi opificem Deum.

Etſi autem omnes Angeli cum hac cognitio- C
ne ſunt conditi: tamen in veritate non perſtitê-
re omnes, nõ quòd amiſerint omnino notitiam
ipſam rerum, ſed quòd lapſi à fine notitiæ defe-
cerint, qui finis fuit perpetua opificis Dei cele-
bratio. Nulla enim notitia veritatis eſt hoc no-
mine digna, niſi ſit actuoſa.

Reuelatam appello, cùm Deus miſſurus ſuos
Angelos eis reuelat futura, quæ vice Dei annũ-
ciabunt hominibus, vt cùm Gabrieli reuelauit
Deus tẽpus Chriſti oblaturi ſe in hoſtiam, ſub D
myſterio hebdomadarum 70. vſque ad Chriſti
aduentũ, Daniel. 8. Itẽ Iohannis & Chriſti con-
ceptionem & natiuitatem. Sic etiam reuelabit
Deus Angelis ſuis extremum diem.

Obſeruatá nomino, quæ per experientiá lon
gá colligitur. Similes.n. effectus plerunq; ſimi-
les ſequuntur cauſas. Hinc promptũ eſt intelli-
gere, quantũ Angelorũ cognitio excedat huma-
nam. Non.n. Angelus vnũ poſt aliud, aut vnũ ex
alio intelligit vt homo, qui alia poſt alia & ex a- E
liis colligit & intelligit: Sed ſupra tẽporis men-
ſuram eſt, & totũ ſimul intelligit, pręſertim cùm
de primo & ſecundo cognitionis gradu loqui-
mur. Vnde quidam inter Angelũ & animam ho
minis hác ſtatuêre differentiam, quòd Angelus
ſit ſpiritus νοερὸς, intellectualis, anima verò homi-
nis ſit ſpiritus λογικὸς, rationalis.

Quartò, dicitur Angelus eſſentia liberrima.
Habet enim liberrimam voluntatis proæreſin,
qua & bona liberrimè eligit, & mala liberrimè F
fugit & auerſatur.

Quintò, additur Potens in definitione. Vt e-
nim Angeli natura ſunt ſapientiſsimi, & volun-
tate liberrimi: ita viribus potentiſsimi ſunt. Pſal.
103. 20. *Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes
virtute.* Nam ea potentia vel vnius Angeli eſt, ꝙ
in momento poſſet vniuerſum mundum vaſta-
re. Exempla huius potentiæ Angelicæ poſtea in
tertio membro nonnulla adiiciemus.

Sexto, additur in definitione: Caſta & iuſta, G
quibus epithetis boni Angeli ab impuris & ma-
lignis ſpiritibus diſtinguũtur. Caſtitas quidem
Angelorum indicatur & verbo & ſigno. Verbũ
eſt, Matth. 22. 30. *In reſurrectione neq; vxores ducunt,
neq; nuptum dantur, ſed erunt ſicuti Angeli Dei,* ſcilicet
caſtiſsimi. Signum eſt: vident faciem Patris, te-
ſte Chriſto, quod ſine caſtitate fieri non poteſt,
vt eſt ad Hebr. 12. 14. *Sectemini ſanctitatem, ſine qua
nemo videbit Deum.* 1. Iohan. 3. 6. *Qui peccat, non videt
Deum.* Hinc concluditur, Angelos Dei bonos eſ-
ſe ſanctiſsimos & caſtiſsimos. Iuſtitia verò in
obeundo miniſterio cernitur, de quo poſtea in
tertio loco dicetur.

Propter has proprietates Angelicas quidam
ex patribus Angelum quandam imaginem Dei
eſſe affirmant. Nam vt habet Angelus intellectũ
proximè ad Diuinũ intellectum accedẽtem: ita
caſtitate, ſanctitate, iuſtitia Deum quodámodo
repræſentat. Ob hanc cauſam Dionyſ. Angelos
ἀγάλματα τοῦ Θεοῦ, tanquá ſpecula clariſsima diuini
numinis receptacula appellat. Vnde concludi-
tur ſumma Angelorum dignitas & excellentia.

Septimò, in definitione adiicitur: Aſtás Deo
eumque colens, iuxta illud Daniel. 7. 10. *Millies
mille miniſtrabant ei, & decies millies centena millia
aſsiſtebant ei.*

Octauò, in definitione apponitur, ꝙ Angeli
mittãtur in miniſterium eorũ, qui hæredes erũt
ſalutis, Heb. 1. 14. *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij
Spiritus, miſsi propter eos qui hæreditatẽ capiũt ſalutis?*
Hoc miniſteriũ, quod Eccleſiæ Angeli pręſtant,
nõ minuit quicquá de illorũ dignitate, nec eos
in ordinẽ, infra homines deiicit. Siquidẽ Angeli
ex miniſterio, qđ regi ſuo præbẽt, nuncupãtur,
& quamdiu durat curſus huius ſeculi, Angeli fa-
mulantur in negotiis regni regis ſui Chriſti, ſed
hoc non eſt naturę illorũ finis, ſed functio tẽpo-
raria. Miniſtri igitur ſunt Dei mittẽtis, qui ſuam
Eccleſiam pręſidio Angelorũ tutam eſſe voluit.

Porrò quoniá Iſaias 6. 2. meminit Seraphim,
& Moſes Gen. 3. 24. Cherubim, Paulus Coloſſ. 1.
18. Thronorũ, dominationum, principatuum,
poteſtatum. & ad Rom. 8. 38. Angelorum & vir-
tutũ, ita prioris ad Theſſ. 4. 16. Archangelorum,
pleriq; Patres poſt Dionyſium faciunt tres hie-
rarchias Angelorum, hoc eſt, tria ſacra imperia,
ſeu tres ſacras præfecturas, & ſingulis hierar-
chiis tres Angelorum ordines ſubiiciunt, vt ſi-
mul ſint 9. ordines ſeu Chori Angelorum, qui
perpetuos hymnos Deo canunt.

In prima hierarchia collocãt Seraphim, Che-
rubim & Thronos. Seraphim dicuntur, ꝙ arde-
ant amore Dei, & inſtar ignis ſint celeres. Horũ
Seraphim Iſaiæ 6. 1. deſcriptio quędá ſymbolica
traditur hiſce verbis: *Vidi Dominũ ſedentẽ ſuper ſo-
lium excelſum et eleuatũ, cuius extrema replebant tem-
plum,* i. Eccleſiá (hactenus quædá diuinæ maie-
ſtatis imago ꝓpoſita eſt) *Et Seraphim ſtabant ſuper
ipſum: erãt ſingulis ſex alæ, duabus operiebãt faciẽ ſuã,
duabus tegebãt pedes ſuos, duab⁹ volabãt.* Quòd Sera-
phim dicantur ſtare, ſymbolũ eſt prõptitudinis
Angelorũ ad exequẽda iuſſa Dei. Quòd velent
faciẽ ſuá duabus alis, ſymbolũ eſt reuerentiæ &
ſancti timoris Dei in Angelis. Non. n. ſuſtinent
maieſtatẽ diuinam intueri. Quòd velẽt duabus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

alis, ſymbolum eſt ſeduli miniſterij & alacris obedientiæ in Angelis. Quòd denique tegant pedes ſuos, ne ſcilicet videantur, ſymbolum eſt, quòd Angeli velint omnem gloriam, omnem honorem non ſibi, ſed ſoli Deo tribui.

Cherubim meminit Moſes Gen. 3. 24. *Collocauit ante hortum Eden Cherubim*, hoc eſt, Angelos, qui Cherubim propter ſimilitudinem, qua apparuerunt, dicuntur. Vocabulum *Cherub*, cuius plurale eſt *Cherubim*, aliter ab aliis exponitur. Doctores Hebræorum, quibus in hac re credendum eſſe iudico, putant *Caph* literam in *Cherubim* notam eſſe ſimilitudinis, vt *Cherub* ſit quaſi puer, vel ſimilis puero. Dicuntur autem hoc nomine Angeli propterea, quòd ſæpè in humana forma tanquam adoleſcẽtes pulcherrimi apparuerint. Ratio ſymbolica hæc eſt, videlicet quòd Angeli ſint innocentes, caſti, pulchri, hominum amãtes, & quòd Angelorum Dominus Filius Dei aliquãdo eſſet appariturus in humana forma verus homo, innocẽs, caſtus, ſpecioſus præ filiis hominum, hominũ amans. Neq; huic ſententiæ repugnat, quod eſt apud Ezechielem cap. 10. 14. *Et quatuor facies vnicuique: facies prima, facies Cherub: & facies ſecunda, facies hominis: & facies tertia, facies leonis: & facies quarta, facies aquilæ*. Prima & ſecunda facies differũt, vt illa ſit tenerior, hæc virilior, quemadmodum viri ab infantibus forma & ſpecie diſcriminantur, ſicut Oecolampadius hunc locum Ezechielis rectè explicat. De faciebus Cherubim quatuor, quibus Patres nonnulli putabãt quatuor Euangeliſtas adumbrari, legitur Ezechielis. 1. 5.

Throni dicuntur Angeli tertij ordinis primæ hierarchiæ. Eſt enim Thronus, in quo iudex ſedet, ſymbolum regni & iuſtitiæ, quam rex ſeu iudex ſeruat cùm in pœnis tũ in præmiis, abſq; omni perſonarũ reſpectu. Appellatio ergo Thronorum admonebit nos & de æqualitate in Deo, & de futuro iudicio, in quo Rex Angelorũ Chriſtus iudicaturus eſt orbem terrarum in iuſtitia.

In media hierarchia collocãt dominationes, virtutes, poteſtates, quibus nominibus ſignificatur dominium & potentia Dei, quorum ſymbola ſunt Angelorum nomina, qui dominationis & eminentiæ Dei miniſtri ſunt.

In infima hierarchia collocãt Principatus, Archãgelos & Angelos. Principatus nomine eminentiæ dignitas ſignificatur. Sunt enim Angeli ideo principatus appellati, quia quotidie Ieruſalem cœleſtem regunt & tuentur tanquã principes. Archangeli ex eo dicuntur, ꝙ ſint nuncij Dei ad homines in rebus maioribus, vt Gabriel, &c. Angeli ſimpliciter dicũtur, qui minores legationes obeunt, & perpetuæ cuſtodiæ hominũ præfecti ſunt. Hæc antiquitas de hierarchiis & ordinibus Angelorũ poſteritati reliquit, vt nobis commẽdaret diuinam maieſtatem, bonitatẽ & φιλανθρωπίαν perpetuò adorandam, & excitent nos ad gratitudinem erga Deum, qui nos tantis præſidiis cingit & tuetur.

DE SECVNDO.

Secundo loco propoſui perpendendum eſſe, quomodo Angeli Dei ſint erga nos affecti. Quòd autem Angeli Dei admodum beneuolè ſint erga nos affecti, ſequentia argumenta clariſsimè docent.

Primùm, Angeli ſunt creaturæ Dei, vt nos ſumus.

Secundò, Angeli ſunt ſpiritus noſtris animabus ſimiles, quæ ſimilitudo magni amoris teſtimonium eſt.

Tertiò, geſtãt imaginem Dei, ad quam & nos conditi ſumus.

Quartò, Angeli ſunt miniſtri Chriſti, quemadmodum nos qui Chriſti fidẽ habemus. Hinc eſt quòd Angelus in Apocalypſi ſe conſeruum Iohannis dicit, Apocal. 22. 9.

Quintò, Angeli nobiſcum hæredes ſunt æternæ vitæ per Chriſtum.

Sextò, Angeli ſunt conditi in gloriam Dei, quemadmodum & nos ſumus.

Septimò, amãt nos Angeli Dei ꝓpter ſocietatẽ naturæ Chriſti & noſtræ. Vident enim Filiũ Dei regẽ ſuum adeò nos dilexiſſe, ꝙ voluerit fieri particeps humanæ naturæ in teſtimoniũ infallibile ſuæ dilectionis qua nos ꝓſequitur. Hic amor Angelorum facit, vt cupiant nos homines ſibi q̃ ſimilimos fieri in vera pietate, virtute, dilectione, innocentia, ſanctitate & iuſtitia. Hic amor facit, vt Angeli in cœlis gaudeãt ſuper vno peccatore pœnitentiã agente, Luc. 15. 7. Si gaudent ſuper agentib. pœnitentiã, profectò contriſtãtur, cùm videãt, nos cœno peccatorũ turpiter obuolui. Nã vt regnũ Chriſti augeri & ꝓpagari ardentiſsimis votis cupiunt Sancti Dei Angeli: ita regnũ Sathanæ opprimi, minui & planè deficere exoptant. Huius rei argumẽtum hymnus ille Angelicus eſt, iam nato Chriſto ab Angelis decantatus, Luc 2. 14. *Gloria in excelſis Deo, in terra pax, & hominibus bona voluntas.* Et quod Seraphim apud Iſaiam canunt cap 6. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Deus Dominus exercituum.*

DE TERTIO.

Officia Angelorum ex verbo Dei duo eſſe in genere concluditur. Vnum, perpetuis hymnis Deum celebrare. Alterum, hominibus ex Dei mandato miniſtrare, eos iuuare & tueri aduerſus impuros ſpiritus. De vtroque officio ordine dicemus.

Vt rectè & vtiliter intelligamus, cur Angeli boni Deum celebrẽt, operæpreciũ eſt diligẽter cogitare, ex quib. cauſis alacritas illa in Angelis ad celebrandũ Deũ ꝓficiſcatur. Nã eorũ exẽplo nos noſtri admonemur officij. Hæc ergo ordine cogitemꝰ. Ex notitia Dei naſcitur in ſanctis Dei Angelis amor Dei. In amantib. Deũ, cõfirmatur gratia Dei. Ex gratia Dei eſt viſio & fruitio Dei. Ex viſione & fruitione Dei percipitur lætitia in Deo inenarrabilis. Ex hac lætitia erumpũt Angali in perpetuas Dei laudes, idq; eò ardentiùs, quia hunc ſuæ conditionis norunt præcipuum & vltimum finem eſſe, vt Deum glorificent perpetuis laudibus. Huc accedunt duo maxima beneficia. Vnum Angelis ipſis, alterum hominibus Angelorum conſeruis præſtitum.

Angeli

Angeli ex creatione ſunt mutabiles ita vt potuerint liberè ſuo arbitrio prolabi à bono in malum, à virtute in vitium, à puritate in immunditiem, à gratia in iram, à gaudio in perpetuos luctus, à fruitione Dei in exterminationem ſempiternam, quemadmodum videmus contigiſſe iis Angelis qui ſunt lapſi. Verùm virtute pmiſsi ſeminis ita confirmati ſunt ſancti Dei Angeli, vt in omnē æternitatē ſint facti cōſtantes & immutabiles in bono. Huc illud Pauli ad Epheſ. 1. 10. vbi dicit, Deū omnia inſtauraſſe in Chriſto cùm quæ in cœlis tùm quę in terra. Et ad Coloſ. 1. 20. *Pacificans per ſanguinē crucis eius, & quæ ſunt in terra, & quæ ſunt in cælo.* Et in Apocalypſi 12. 11. dicuntur ſancti Dei Angeli in ſanguine agni viciſſe. Bernhardus quoque idem teſtatur, cùm ait: *Qui erexit hominem lapſum, dedit ſtāti Angelo ne laberetur, ſic illum à captiuitate eruens, ſicut hunc à captiuitate defendens, & hac ratione fuit æquè vtrique redemptor, ſoluens illum & ſeruans iſtum.* Hoc ergo nouum beneficium Angelis præſtitum meritò eos excitat ad perpetuos hymnos Deo canendos. Atque ob hanc cauſam Dauid non immeritò inuitat Angelos Dei ad celebrandum Deum, cùm ait Pſal. 148. 2. *Laudate Dominum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.*

Homines libertate voluntatis ſuæ abuſi peccarunt, Sathanæ peſsimo conſiliario obtemperantes, ſed Deus ex immenſa ſua bonitate reſtituit hominem in integrum, idq́ue per ſummam iuſtitiam. Nam filium dedit, qui factus homo luit pœnas peccatorū noſtrorum, vt quemadmodum vnus Adā peccauit, & ſuo peccato coniecit omnes homines in cōdemnationem, ideo vnus Chriſtus qui propterea ſecundus Adam dicitur, iuſtus eſt inuentus, & ſua iuſtitia omnes qui in ſe crediderint, iuſtos facit, & hæredes vitę æternæ. Hoc beneficium Dei erga homines cōſeruos ſuos admirātes Angeli canunt nato Chriſto Lucæ 2. 14. *Gloria in excelſis Deo*, quemadmodum prædictum fuit ab Iſaia Propheta cap. 6. 3. vbi in hanc ſententiam ſcribitur. *Seraphim ſtabāt & clamabat alter ad alterum, & dicebant omnes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, plena eſt omnis terra gloria eius.* Hæc Dei gloria fundamentū habet potentiam, iuſtitiam, ſapientiam & miſericordiam Dei, per Filium ſuum liberantis genus humanum, ſuapte culpa perditum.

Hoc caſtiſsimorum Angelorum exemplum nobis imitandum proponitur. Non enim propter Angelos, ſed propter nos hæc ſcripta ſunt. Imitemur ergo Angelos, & petamus ex verbo Dei veram notitiam Dei, ex notitia cōcipiamus fiduciam, ex notitia & fiducia ſimul amorem & lætitiam in Deo, quem per fidem poſsidemus, accendamus. Ex his ſimul prorumpamus in laudes Dei, ei perpetuas gratias agentes, quòd adeò nos dilexerit, vt Filium ſuum vnigenitū pro nobis tradiderit, vt omnis qui credit in illū, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Hoc inenarrabile Dei beneficium erga genus humanum cogitans Dauid inuitat omnes populos & Gentes ad laudes Deo reddendas, cùm ait; *Laudate Dominum omnes Gentes: laudate eum omnes populi.* Pſal. 118. Cur ita? Reſpōdet Dauid: *Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.* Hæc confirmatio facta eſt morte Filij Dei, quam vidit Dauid in ſpiritu, adeò quòd eius hiſtoriam clariſsimè prædixerit Pſal. 22. Verùm qui Angelorum exemplo non excitatur ad gratiarum actionem & laudes Deo agendas, viuens in ſuis peccatis mortuus eſt, in quibus & prorſus peribit, niſi reſipiſcat.

Alterum officium Angelorū eſt, vt diximus, ex Dei mandato miniſtrare hominibus, eoſq́ue iuuare & tueri aduerſus impuros ſpiritus. Hîc ſcire vtile eſt, quid caſtiſsimi illi ſpiritus præſtent ſingulis hominibus, quid Oeconomiis, quid Politiis, & quid Eccleſiæ.

Priuatim defendunt Angeli ſingulorum vitam. Nam ſingulis hominibus à natiuitate additi ſunt Angeli cuſtodes, ſicut multa teſtimonia teſtantur. Dauid ait Pſal. 91. 21. *Angelis ſuis mādauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Et Chriſtus ait Matth. 18. 10. *Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis. Dico enim vobis, quòd Angeli illorum in cælis per omne tempus vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* In hoc dicto Chriſti tria ſunt. Exordiolum, præceptum, & præcepti ratio.

Exordiolum eſt, *Videte*, qua voce requirit & ſummam attentionem, & maximam prudentiam. Attentionem quidem, vt ſciamus non eſſe leue aut vulgare præceptum, quaſi illud vel facere vel omittere non adeò multum referat, ſed magni ponderis & momenti, quod negligere nefas ſit. Prudentiam verò, vt cogitemus circumſpectione & ſingulari cura opus eſſe, ne incauti & imprudentes contra voluntatem præcipientis aliquid faciamus, cuius nos poſtea pœniteat.

Præceptum eſt: *Ne contemnatis vnum ex puſillis iſtis*, hoc eſt, honorate omnes puſillos iſtos, quod perinde eſt ac ſi diceret: Animo complectimini eos beneuolo, verbis docete, conſiliis iuuate, conſolationibus erigite, autoritate ab errore reuocate, & omnia quæ illis bono ſalutiq́ue ſunt, procurate, & nolite eos vt viles reputare, negligere, voluntate, verbis aut factis vllis lædere.

Ratio præcepti eſt: *Dico enim vobis, quòd Angeli illorum in cælis per omne tempus vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt.* Hæc verba, *Dico vobis*, immotæ certitudinis cauſa rationi proponuntur, quaſi diceret, reuera ita eſt, & abſque omni dubio, etiamſi oculis veſtris non cernitur, aut ratione veſtra non percipitur.

Porrò in hac ratione, quæ vna eſt, ſi formam verborum ſpectes, multæ rationes particulares virtute continentur, quas euolutas ordine notabo.

Prima, amor quo Deus complectitur pueros, haud obſcurè hîc ab effectu ſuo indicatur. Si igitur Deus amat pueros, quis tu es, qui eos odiſſe aut contemnere audes?

Secunda, clariſsimè ſignificatur maxima cura Dei pro pueris, qui eis tantos cuſtodes vitæ

adhibuit. Si igitur à Deo curantur pueri, certè non ſunt negligendi aut contemnendi ab hominibus.

Tertia, dignitas puerorum hîc commẽdatur ex eo quòd caſtiſsimi ſpiritus ſint illorum miniſtri. Si ergo tanti Deus facit pueros, profectò ſtultus eſt, qui eos tanquam indignos ſua cura & auxilio abiicit.

Quarta, Angeli Dei ſanctiſsimi & caſtiſsimi curam habent puſillorum, & dignantur eos ſuo quotidiano miniſterio, multò magis hoc nos decet, qui longè inferiores & ordine & dignitate & donis ſumus quàm Angeli.

Quinta, communis dignitas puerorum & adultorum. Vtriq; enim tanti fiunt à Deo, quòd ipſis cuſtodes Angelos præficiat. Ergo non eſt quòd vel hos illi, vel illos hi contemnant.

Sexta, vindicta parata contemptoribus puerorum. Significatur autem vindicta hac notatione: *Angeli eorum videnr faciem Patris mei qui in cœlis eſt*, ſcilicet parati ad vindicandum iuſſu Patris, ſi quis puellos, quos ipſe in precio habet, contempſerit.

Septima, Pater Chriſti qui in cœlis eſt, Angelorum cuſtodia honorat pueros, quid ergo faciant patres terreſtres aut alij homines, qui hìc in terris cum pueris verſantur? An non multò iuſtiùs ab eis exegeris, vt puellos honore proſequantur?

Quòd autem vulgò perſuaſum hactenus fuerit, vnicuiq; homini à natiuitate duos eſſe additos Angelos, bonum Angelum & malum, neq; ex his verbis Chriſti quæ expoſuimus, concluditur, neque ex verbis ancillæ, quæ errore Iudaico dicebat de Petro pulſante ianuam: *Angelus eius eſt*, ſatis firmiter euincitur, neque ex eo quòd ſæpè vnus Angelus legitur in Scripturis vni homini adfuiſſe, eum direxiſſe conſiliis & defendiſſe, neque ex opinione Philoſophica, qua vnicuique homini genius bonus attribuitur, item genius malus, prȩſertim cùm legim⁹ plures Angelos ſæpè de vnius pij ſalute eſſe ſolicitos, & ꝙ Lazarus prædicetur à pluribus Angelis in ſinũ Abrahæ tranſuectus, & quòd inſidiæ à multis malis Angelis vnicuique hominum ſtruantur, contra quos plures pugnare bonos Angelos, dubium eſſe non poteſt. Videntur igitur extenuare Dei gratiam, qui tantùm ab vno Angelo vnumquemque noſtrûm confirmari, adiuuari, defendique putant.

Cæterùm cùm hȩc de Angelis verè dicuntur, cauenda ſunt duo præcipitia. Vnum ne cum Anabaptiſtis expectemus reuelationes Angelorum, qui nos doceant voluntatẽ Dei. Nam Deus Pater monſtrato Filio, dixit Matt. 17. 5. *Hunc audite*. Et autor Epiſtolæ ad Hebr. 11. ait: *Multifariam multiſq; modis Deus locutus patribus per Prophetas, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis per Filium.*

Non ergo doctrina noua expectanda eſt per reuelationes Angelorum, præſertim cùm ipſi Angeli obſtupeſcant ad prædicationem Euangelij, vt Paulus Eph. 3. 10. teſtatur, cũ ait: ſe prædicare Euangelium, *vt innoteſcat principatibus &*
A *poteſtatibus, in cœleſtibus, per Eccleſiam, multiformis ſapientia Dei, ſecundùm propoſitum æternum, quod ſtatuit in Chriſto Domino noſtro*. Et 1. Petri 1. 12. dicuntur Angeli παρακύψαι, id eſt, inclinando ſe attentè intueri, & proſpicere ea quæ prædicabantur per Apoſtolos. Hinc ſatis liquet, quòd ab Angelis Dei bonis, non ſit nouum doctrinæ genus expectandum.

Alterum præcipitium, quod hîc eſt cauendũ, eſt, ne tribuamus Angelis, quod eſt proprium B Spiritus Sancti opus, videlicet operari fidem in cordibus noſtris ad prædicationem Euangelij, creare cor nouum, in quo verus Dei timor, dilectio & aliæ virtutes relucent, obſignare veritatẽ Euangelij, viuificare & confirmare corda. Hæ enim ſunt propriæ actiones Spiritus Sancti habitantis in cordibus piorum. Bernhardus pulchrè diſcernit inter Angeli officium & Spiritus Sãcti efficaciam in anima hominis cùm ait: *Angelus cum anima, Deus in anima: Ille vt contubernalis* C *animæ adeſt, Deus vt vita animæ ineſt*. Præterea & hoc tenẽdum eſt, ꝙ vt olim viſibilia fuère Angelorum præſidia, vt in Iacob, in Thobia, in Petro, & in multis aliis cernitur: ita hodie inuiſibiliter, verè tamen, nos cuſtodiunt & tuentur. Multi velint nolint coguntur fateri, ſe ſæpenumero è maximis periculis contra omnem expectationem mirabiliter ereptos eſſe, neque enim ſunt præſentes tantùm, ſed adſunt vt protegant, adſunt vt proſint. Et Origenes dicit, vel minimis D qui ſunt in Eccleſia, adeſſe Angelos, qui regant, qui gubernent, qui actibus noſtris corrigendis ſtudeant.

Oeconomiarum quoque conſeruatio Angelis Dei curȩ eſt. Pij coniuges haud raró animaduertunt, diuinitus ſe defendi Angelorum miniſterio, etſi inuiſibili. Nulli infantes abſque cuſtodia Angelorum ſine inſigni læſione & mutilatione membrorum peruenirent ad iuſtam ætatem. Quoties cadunt nunc in aquam, nunc in E terram, quoties periculoſiſsimè impingunt? hîc qui non vident præſidia Angelorũ, planè mente ſtupidi ſunt. Sæpè, inquies, pueri cadunt in aquam & ſubmerguntur, nonnulli ex grauiori lapſu moriuntur, multis mutilantur membra, eruuntur oculi, &c. Quid hîc Angeli? Quoties talia accidũt, pœnas eſſe diuinitus inflictas ſciamus: quæ parentes admoneant de ira Dei, cuius ſignum eſt deſertio bonorum Angelorum. Quare piorum parentum eſt, piè & ſanctè viue- F re, cauere, ne ipſorum liberi ſua culpa Angelorũ prȩſidio deſtituantur. Orent proinde Deum quotidie, vt per ſuos ſanctos Angelos & ſe & familiam tueatur.

Politiis, populis & regnis præfectos eſſe Angelos Dei docet Daniel cap. 10. 13. vbi meminit Angeli qui eſt Princeps Perſarum. Item Angeli Principis Græcorum. Item Danielis 4. 10. dicũtur Angeli vigiles in arbore. Cùm ergo arbor regnum ſignificat, ſequitur Angelos excubare G pro regnis. Quòd autẽ vnus Rex aut Princeps terrori ſit multis, adeò vt ipſum etiam duriſsima interdum imperantem ferant, eique obſequantur,

quantur, beneficio Dei fit, qui per ſuos Angelos Reges & Principes tuetur. Et ſi quid interdum oriatur in regnis aut politiis mali, vt ſæpè fit, hoc non eſt aſcribendum Angelorum ignauiæ, ſed gubernatorum & ſubditorum peccatis. Nã Deus ſuo iuſto iudicio propter graſſantia peccata, regna, nunc bello, nunc principum exilio, nunc peſte, nunc fame, nunc pluribus his, interdum omnibus punire conſueuit.

Eccleſiæ Chriſti potiſsimum ſeruiunt Angeli iuxta illud Hebræorum cap. 1. 14. *Miniſtratorij Spiritus ſunt miſsi propter eos qui erunt hæredes ſalutis.* Prætereo multas hiſtorias de variis Angelorum miniſteriis viſibilibus in veteri Teſtamento, & in primitiua Eccleſia, & ſolummodo qualia ſunt hodie miniſteria Angelorum inuiſibilia in Eccleſia breuiſsimè indicabo. Et poſſunt ſub quatuor capitibus, quantum ego quidem iudicare poſſum, cõtineri. Primùm enim ex intimo amore Chriſti ſtudent Eccleſiæ ſaluti. Deinde pugnant contra malignos Spiritus. Tertiò tyrannorum & hæreticorum violentiam, verſutiam, & conſilia reprimunt. Tandem deportant obdormientium in Chriſto animas in ſinum Abrahæ.

Etſi autem non patet oculis noſtris, quomodo Angeli Dei ſaluti Eccleſiæ ſtudeant, eamque conſeruant: tamen reuera id faciunt. Quemadmodum enim in veteri Teſtamento legimus Angelos Dei Eccleſiam conſeruaſſe & ſuſtentaſſe cuſtodia, conſolatione, conſilio, victu: ita hodie idem faciunt, etſi inuiſibiliter.

Quòd pugnent Sancti Angeli contra Diabolos, docet etiã 12. caput Apocalypſeos, ſed qualénam ſit pugnæ genus, non intelligimus. Hoc loco diligenter cogitandum, quòd Angeli boni tum demum victoriam reportent, quando nos vnà cum illis arma induimus, & in ſtatione noſtra fortiter ſtamus pugnantes contra Diabolum. Paulus ad Epheſ. 6. 10. πανοπλίαν Chriſtianorum magnificè ſub figuris militaribus deſcribit, docetque quomodo contra malignos ſpiritus pugnandum ſit, cuius deſcriptionis ſenſus eſt ſimpliciſsimus, quòd Sathanæ regnum à piis inuaditur, & Sathan ipſe in fugam vertitur pura Euangelij prædicatione, viua cordis fiducia, conſtanti oris confeſsione, ardenti Dei inuocatione, pura & ſancta vita, inuicta animi fortitudine ſub cruce, & conſtanti perſeueratione vſque ad finem.

Vindictam de tyrannis & hæreticis ſumunt Angeli, & illorum conſilia & machinationes ſæpiſsimè euertunt. Exempla vetera ſunt nota: Sennacherib, 4. Reg. 19. Heliodori, 2. Machab. 3. Herodis, Actor. 12. Cherinti, vt eſt in Eccleſiaſtica hiſtoria. Vnum ſaltem exemplum noſtri ſeculi attingam. Ante annos circiter 45. Princeps quidam potentiſsimus, Papiſticæ factionis, ingentem vim pecuniæ à Papiſtis collegerat, conſcripſerat militem, inuaſurus ditiones Principum proteſtantium. Sed quid fit? Subitò percutitur ab Angelo Dei, vt Herodes, vermibus & vlceribus, adeò quòd ne familiariſsimi ipſius ſuſtinuerint præ fœtore ipſum accedere, in quibus etiam fœtoribus miſeram animam exhalauit, atq; ita Eccleſia mirabiliter ſeruata eſt. Hîc non apparuit Angelus Dei, ſed reuera adfuiſſe docet factum ipſum congruens cum hiſtoria Herodis.

Tandem eorum animas qui in Domino moriuntur, deportant in ſinum Abrahæ. Sed quis poteſt omnia beneficia Dei erga Eccleſiam per miniſteria Angelorum recenſere? Etſi autem ſuo nutu vel ſolo conſeruare & ſecuram reddere Eccleſiam ſuam poteſt Dominus: tamen ſapientiæ eius placuit per Angelorum miniſteria eam tueri & cõſeruare, & vt conſpiciatur ipſius adoranda prouidentia, & vt nos magis excitemur ad gratitudinem erga Deum, pro tanta ipſius erga nos cura.

DE QVARTO.

Cùm tanta ſint Angelorum beneficia erga nos, par eſt vt iis grati ſimus. Verùm hîc cauendũ eſt, ne præpoſtera ſit noſtra gratitudo, qualis Papiſtarum eſt, qui Angelos colunt & inuocant, non cogitantes cultum & inuocationem ſoli Deo deberi, & non vllis creaturis quantumuis excellentibus. Epiphanius antiquum errorem vocat, loco Dei creaturas colere. Deinde, cùm Angeli ſancti Deo iuncti ſunt ſincero amore, non patiuntur ſibi honorem, qui ſoli Deo debetur, tribui. Cùm Manue Iud. 13. 16. pater Samſonis vellet Angelo nuncianti naſciturum ſibi filium, offerre holocauſtum, audit ab Angelo: *Si vis holocauſtum facere, offer Domino.* Similiter Angelus Domini Iohanni volenti ſe adorare dixit Apocal. 19. 10. *Vide quid feceris, conſeruus tuus ſum & fratrum tuorum habentium teſtimonia Ieſu.* Impietatem igitur illam Ethnicam, Iudaicam & Papiſticam fugiamus, ac ſoli Deo honorem cultus tribuamus.

Quid ergo Angelis faciemus & præſtabimus pro tantis beneficiis? Nihil ſanctis Angelis gratius feceris, quàm ſi eos imiteris in vno Deo colendo, in puritate corporis & animi, in caſto ſermone, in dilectione mutua, in officio piè præſtando. denique in pugna aduerſus Diabolum, & vitia quæ Diaboli arma ſunt.

De malis Angelis.

Angeli mali ſunt, qui boni quidem ex creatione fuêre, ſed quia non ſeruarunt originem ſuam, & non perſtiterunt in veritate, ex bonis facti ſunt mali. Cur autem non ſeruauerint originem ſuam, & in veritate non ſteterint, ſola ſuperbia cauſa eſſe potuit, vt ait Auguſtinus. Hi odio Dei ſine intermiſsione conantur Eccleſiam Dei deformare mendacio & homicidio. Quia mendaces ſunt, incitant homines ad impias opiniones de Deo, & ad blaſphemias calumniantes verbum Dei, ſicut ſtatim in initio Geneſis, cap. 3. 4. apud Euam calumniatus eſt Diabolus verbum Dei, & extenuauit verbi Dei autoritatem, & exemit reuerentiam erga verbum Dei. Ex hoc calumniandi ſtudio, Diabolus, id eſt, calumniator dicitur. Deinde, quia homicida eſt,

conatur pdere homines,& pręſertim pios.Hinc A
nomen Sathanæ eſt.Iohãnes in Apocalypſ.12.7.
Diabolum draconem nominat, vt hac imagine
ponat nobis ob oculos varias Sathanæ fraudes
& nocendi modos. Deſcriptio igitur draconis
accommodetur Sathanæ.

Draco dicitur ſerpens antiquus, magnus,tor-
tuoſus, acutiſsimè cernens, flatum venenatum
exhalans,& inſidiis gaudens.

Primùm dicitur ſerpens, vt qui in ſerpente
delitеſcens primos noſtros parẽtes decepit.Per B
hoc ſolum animal promiſſum eſt Sathanæ ten-
tare, vt ait Auguſtinus, vt ſatis declaretur fœmi-
nę veneno ſum animal nõ niſi venenũ afflaturũ.

Secundò, dicitur antiquus. Vnde ipſius ad
nocendum multiplex artificium concluditur.
Longa enim conſuetudine, longa experientia
infinitas nocendi artes nouit.

Tertiò, magnus dicitur, vt qui viribus valeat
ad nocendum, etſi nihil poteſt niſi Deo iuſtè
permittente, vt in Iob videre eſt. C

Quartò tortuoſus dicitur. Ex quo calliditas
ipſius intelligitur, quia variis modis affectibus
hominum ſe inſinuat. Naturam enim cuiuſque
hominis attendens applicat ſe ea parte qua ho-
minem vidit ad fallendum idoneum.

Quintò, acutiſsimè cernit, hoc eſt, omnes fal-
lẽdi vias nouit, & qua ex parte potiſsimùm ſint
inuadendi homines, nouit.

Sextò, vt draco venenato flatu aues præter-
uo antes attrahit, occultus ſub arena: ita Diabo- D
lus hæreticorum venenata blandiloquẽtia, vo-
lantes, id eſt, inſtabiles homines decipit.

Septimò, vt draco inſidiatur Elephanti, &
pedibus extremis implicitum proſternit & oc-
cidit: ita Diabolus conatur, vt inſtillet homini-
bus prauos affectus, quibus eos euertat & tan-
dem perdat.

QVARTVS ARTICVLVS primi membri, eſt
collatio typi & veritatis, ſeu oſtenſio quomodo
typo veteris Teſtamenti reſpondeat veritas in E
nouo Teſtamento. Opponamus igitur typum
& veritatem in hunc modum.

Primùm, vt Ieroſolymis ſolummodò apud
templum corpora languẽtium in aquam piſci-
næ immerſa ſanabãtur: ita nullibi niſi in Eccle-
ſia, in qua ſonat verbum Dei, & Deus ritè coli-
tur, ſanantur animæ hominum.

Secundò, vt piſcina illa quę erat Ieroſolymis,
ſanctificata per Angeli deſcenſum, ſeruiebat ſa-
nandis corporibus: ita aqua Baptiſmi ſanctifi- F
cata per Spiritum Sanctum in Eccleſia, ſeruit
ſanandis animabus.

Tertiò, vt aqua piſcinæ nõ erat per ſe efficax,
ſed deſcendente Angelo & turbante aquam, ſa-
nandi vim obtinuit: ita aqua Baptiſmi non per
ſe eſt efficax, ſed Chriſto in aquam deſcendente
& per Spiritum Sanctum operante, regenera-
tionis efficitur lauacrum.

Quartò, vt tantùm vnus qui primus deſcen-
debat in aquam, poſtquam ab Angelo turbata G
erat, ſanabatur corporaliter: ita vnus & ſolus
Chriſtianus populus ſpiritualiter ſanatur, &
nullus præter illum.

Quintò, vt Angelus in aquam deſcẽdit, vim
ſanandi aquæ conferens: ita Chriſtus in terram
deſcendit, aſſumens naturam humanam, vt me-
dicus fieret & corporum & animarum.

Sextò, vt Angelus in piſcinam: ita Spiritus in
aquam Baptiſmi venit. Non ſunt ergo vacua ſi-
gna ſacramenta Eccleſiæ. Quòd autem ſemel in
anno, idque die Pentecoſtes deſcendit Angelus
ad turbandas aquas, adumbrabat fore, vt die
Pentecoſtes poſt Paſcha noſtrum verum im-
molatum Spiritus Sanctus deſcenderet, quò &
Apoſtoli baptizarentur, & Euangelium Chriſti
tanquam ſigillo Dei confirmaretur.

Hanc analogiam typi & veritatis, magna ex
parte agnoſcit Ambroſius in lib. cui titulus eſt,
De his qui myſteriis initiantur, cap. 4. Sunt au-
tem hæc Ambroſij verba: *Crede,* inquit, *ergo, quia
non ſunt vacuæ aquæ, ideo dictum tibi eſt, quia Angelus
Domini deſcendebat ſecundùm tempus in natatoriam,
& mouebatur aqua, & qui prior deſcendiſſet in natato-
riam poſt commotionem aquæ, ſanus fiebat à languore,
quocunque tenebatur. Hæc piſcina Ieroſolymis erat, in
qua vnus annuus ſanabatur, ſed nemo antè ſanabatur
quàm deſcendiſſet Angelus, vt eſſet indicium quia de-
ſcenderat Angelus. Mouebatur aqua propter incredulos,
illis ſignum, tibi fides: Illis Angelus deſcendebat, tibi Spi-
ritus Sanctus. Illis creatura mouebatur, tibi Chriſtus o-
peratur Dominus creaturæ. Tunc curabatur vnus: nunc
omnes ſanabuntur, aut certè vnus ſolus Chriſtianus po-
pulus.*

QVINTVS ARTICVLVS eſt obſeruatio veri
vſus & finis eorũ, quæ hactenus de piſcina dicta
ſunt. Vſus quidem eſt, ſpiritualiter fidei oculis
intueri aquam Baptiſmi, & Chriſtum operan-
tem & ſanctificantem in aqua Baptiſmi per Spi
ritum Sanctum. Finis verò, vt fide & vera obe-
dientia iuncti Chriſto expectemus integram ſa-
nationem & corporum & animarum, per eun-
dem Chriſtum, extra quem nulla eſt expectan-
da ſanatio ſiue purgatio. Solus enim Chriſtus
eſt, qui ſuo Spiritu & mundat & ſanat, & à ſe
mundatis & ſanatis dat vitam æternam.

DE MEMBRO II.

5 *Erat autem quidam homo illic triginta
& octo annos habens in languore.*

9 *Hunc cùm vidiſſet Ieſus decumbentem,
& cognouiſſet quòd multum iam tempus ha-
beret, dicit ei: Vis ſanus fieri?*

7 *Reſpondit ei languidus: Domine, homi-
nem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua,
mittat me in piſcinam. Sed interim dum ve-
nio ego, alius ante me deſcendit.*

8 *Dicit ei Ieſus. Surge, & tolle grabatum
tuum, & ambula.*

9 *Et ſtatim fiebat ſanus homo ille. & ſu-
ſtulit grabatum ſuum, & ambulabat.*

In hoc membro, in quo narratur miraculum
de ſanato ægroto apud piſcinam in Probatica,
ſex

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſex ſunt circumſtantiæ præcipuæ obſeruandæ.

Prima, Occaſio miraculi.

Secunda, Interrogatio Chriſti, num velit ille ægrotus fieri ſanus.

Tertia, Querela languidi.

Quarta, Mandatum Chriſti.

Quinta, Sanatio languidi miraculoſa.

Sexta, Sanationis teſtimonium.

DE PRIMA.

Erat, inquit, *quidam homo illic triginta octo annos habens in infirmitate*, id eſt, qui erat infirmus. Ponitur autem hîc infirmitas pro morbo per Metonymiam, hoc eſt, effectus pro cauſa. Quanta fuerit huius hominis miſeria, & ex morbo corporis grauiſsimo, & ex ſæuo conſcientiæ verbere, & ex diuturnitate vtriuſque mali, facile eſt intelligere. Morbi ſenſus excitabat in ipſo cogitationem cauſæ, videlicet communis & perſonalis. Communis quidem, quæ eſt communis naturæ humanæ corruptio & reatus, ad Rom. 5.12. Perſonalis verò, videlicet peccatum, & reatus perſonæ, hoc eſt, voluntaria Legis diuinæ tranſgreſsio. Ex morbo ergo corporis, qui pœna eſt peccati, ratiocinabatur animæ malum, videlicet peccatũ naturæ & perſonæ, iuxta illud: *Propter iniquitatem corripis hominem*, Pſal. 39.12. Nã cùm Deus ſit iuſtus, neminem punit iniuſtè. *Eſt enim iudicium Dei*, ait Paulus Rom. 2.2. *ſecundùm veritatem.* Hinc cruciatus conſcientiæ, quæ eſt inſtar mille teſtium: Siquidẽ Dei teſtimonium eſt. Huc accedit diuturnitas tanti mali, videlicet quòd triginta octo continuos annos detentus fuerit in ſua infirmitate. Ad hæc deſertio, quòd fuerit omni humano auxilio deſtitutus. Quid quæſo hìc reliquum erat miſero & afflicto homini, ſi ſenſum & rationem in conſilium adhibuiſſet, niſi deſperatio? Excipit enim cruciatum conſciẽtiæ deſperatio, niſi ſuccurratur per Euãgelium. Quid enim potuit aliud cogitare iuxta carnis ſenſum & Legis diuinæ ſentẽtiam, quàm ſe propter ſua enormia peccata abiectum eſſe, & à creatore ipſo, & à creaturis omnibus? Non eſt dubium, quin tanto tempore poſtquam deſperatum eſt de medicorum auxilio, & vberrimas lachrymas fuderit ob ſua peccata, & preces quotidie pro peccati venia, & morbi curatione à ſolo iam Deo expectanda fecerit. Sed quid inſuper hic miſer in tantis malis conſtitutus facit? num deſperat? minimè. Nam quòd non deſperauerit, apparet ex eo, quòd quotannis redierit ad piſcinam. Sed hęc ſpes longiſsima mora fuiſſet fracta omnino, niſi diuinitus fuiſſet confirmata. Nam ad regulam, quæ eſt in Pſalm. 9.19. haud dubiè reſpexit, eaque ſpem ſuam ſuſtentauit, fouit, aluit. Eſt autem hæc regula: *Non in perpetuum obliuioni tradetur pauper, & ſpes pauperum non peribit in æternum.* Hac regula cruce preſſus ſe erexit, nec fecit deſperationi locum, ne Deum mendacij arguere videretur. Hac ipſa regula Dauid ſe etiam in cruce ſuſtentat, Pſal. 119.92. *Niſi*, inquit, *Lex tua delectatio mea, tunc periiſſem in afflictione mea.* Hinc illa vox Iob cap. 13.15. *Etiamſi occidat me, in ipſum ſperabo.*

Hunc proinde languidum imitemur & nos, noſque ipſius exemplo in aduerſis corporis & animæ & fortunæ erigamus, freti promiſsionibus diuinis iuxta regulam ex Pſalmo paulò antea propoſitam, & quæramus auxilium in vera pœnitentia ardentibus precibus à Domino, qui non dereliquit, vt Dauid teſtatur, quærentes ſe. Non ergo ſimus, dum affligimur, impatientes, vt Gentes ignaræ Dei, ſed in vera pœnitentia expectemus vel mitigationem vel liberationem memores dicti Prophetæ Abac. 2.3. *Si moram fecerit Dominus, expecta eum.*

DE SECVNDA.

Hunc, inquit, *cùm vidiſſet Ieſus decumbentem, & cognouiſſet, quòd multum iam temporis detineretur, dicit ei: Vis ſanus fieri?* Hìc Chriſtus venit ad hominem morbo & peccato afflictum, medicus ad ægrotum, vt oſtendat in mundum veniſſe ſe, vt tollat miſerias humanas. Alibi clamat, Matth. 11.28. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos.* Sed ecce hîc ipſe venit ad laborantem: ea eſt bonitas Ieſu Saluatoris noſtri, quòd non expectet, ſed anteuertat clamorem noſtrum, atque ita profectò eſt, nemo ad ipſum venire poterit, niſi ipſe prior venerit. Vt tum ad languidum viſibiliter venit: ita hodie venit verbo, Spiritu, gratia, ad quem nos venire dicimur, dum ipſe nos conuertit, iuxta illud Ierem. 31.18. *Conuerte me Domine, & conuertar.* Venimus igitur ad ipſum in vera pœnitẽtia, quod cùm facimus, nequaquam ſe à nobis auertit, ſed nos tanquam filios complectitur. Afficitur enim noſtris calamitatibus. *Non habemus*, ait autor epiſtolæ ad Hebræos 4.15. *Pontificem, qui non poteſt affici ſenſu noſtrarum infirmitatum.* Proinde, vt huic languido tandem ſuccurrit: ita & nobis inuocantibus opem feret tempore, quod ipſe pro ſua ſapientia oportunum nouit. Præterea exemplum Chriſti Domini commendat nobis pauperes & infirmos, vt eorum miſereamur, feramus illis opem, precibus ad Deum, conſiliis, & facultatibus noſtris, ne videamur in conſeruos noſtros, & cohæredes vitæ æternæ crudeles: ſicut purpuratus ille, qui in omnem æternitatem ſuæ crudelitatis in Lazarum pœnas luet, Luc. 16.25.

Sed quid eſt hoc, quòd hunc languidum interroget, num velit ſanus fieri? Quis enim eſt qui ſanitatem morbo nõ anteponit, hoc eſt, bonũ malo, niſi fortè ſit vel furioſus, vt cùm Aiax inſaniam anteponeret ſanitati mentis? vel tanta malitia ſit præditus, quòd ægrotus mallet ex alieno viuere quàm ſanus ex proprio labore victum quærere? Legitur de quodam Sancto, qui quoſuis ſibi obuiam venientes, quocunque tandem laborarent morbo, inuocato Chriſti nomine ſanaret, quem cùm quidam languidi cognoſcerent adueniſſe, cauebant ne illi occurrerent, & ab eo inuiti ſanarentur, ne cum morbis etiam quæſtus deficeret. Verùm quòd hic languidus non fuerit ex illorum numero, ex eo ſatis apparet, quòd ad piſcinam triſtis ſederit, ex-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

pectans ſanationẽ. Cur igitur quærit ab eo Dominus num ſanus fieri velit? Duæ apparẽt fuiſſe cauſæ: Vna, vt languidus magis excitaretur ad petendam valetudinem, vtq́ue ſanatus medicum ſuum agnoſceret. Altera, vt ſpectatoribus innoteſceret miraculum, & per miraculum deducerentur in cognitionem Chriſti, & ſalutis per ipſum conſequendæ. Hic enim finis eſt miraculorum Chriſti, Ioh. 20.31.

DE TERTIA.

Hominem, inquit, *non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: ſed interim, dum ego venio, alius ante me deſcendit.* Hæc querela languidi, & voluntatem & infirmitatẽ, & deſpectum ipſius apud ſuos contribules indicat. Præterea quoq; manifeſtè duritiem & inclementiam hominum qui illic erant plurimi, coarguit. Quòd ſanari voluerit, & locus in quo erat, & miſerrima querela oſtendit. Quòd non potuerit ſanari, in cauſa fuit ipſius maxima infirmitas, quæ impedimẽto erat, quò minus maturè in aquam ſanandus deſcenderet. Videtur enim quòd non ſine alieno auxilio ſe de loco mouere potuerit. Deſpectus ipſius apud homines indicatur, dum nemo illum iuuat. Hypocritæ illum vt maledictum à Deo aſpernabantur: Scribæ & Phariſæi lucro erant intenti: vulgus hominum eò ſe inclinat, quò fortuna: cognati, & affines, propter miſeriam ipſum non agnouerunt: Quid quæſo miſerius eſſe potuit? videtur enim & à Deo & ab hominibus eſſe deſertus.

Quòd autem nemo inter Iudæos, qui fortè aderant in iſtis porticibus, apud piſcinam, ſit inuentus, qui huic miſero opẽ ferre voluerit, indicium eſt malitiæ & duritiæ cordiũ eius populi, qui tametſi peculium Dei dici voluit, & vnum Deum Patrem appellauit, & de patre Abraham gloriabatur: tamen procul aberat à vera pietate quam profitebantur. Siquidem foris non intus: pallio non affectu: verbis, non factis: cæremoniis, non moribus: hypocriſi & non veritate pij fuerũt, quales hodie, proh dolor, multi ſunt, qui de Chriſto fruſtrà gloriantur. Nemo proinde qui verè pius cẽſeri velit, proponat ſibi multitudinis exemplum, ſed potiùs volũtatem Dei ſpectet, ſequaturq; quocunque pietas ſuaſerit & probata ſanctorum exempla.

DE QVARTA.

Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatum tuũm, & ambula. Hoc Chriſti factum oſtendit, quis quantuſq; ſit qui imperat, quale eius officium, quomodo erga miſeros & afflictos ſit affectus, & quòd ab hominibus ſpreti, non etiam reiiciantur à Chriſto, ſed recipiantur potiùs.

Quis autem & quantus ſit qui imperat, vt languidus ſurgat, opus ipſius docet. Imperat enim, & imperãdo facit quæ nulla creata potentia facere poteſt. Nõ hîc inuocat priùs Chriſtus, & poſtea imperat, etſi hoc interdum facit. Prophetæ vt Eliſæus & alij, vt oſtendant ſe aliena potentia armatos miracula facere, priùs inuocant, & inuocãtes virtute diuina miracula edũt in teſtimoniũ vocationis & certitudinis doctri-

A næ, quam ex mandato Dei hominib. prôponũt. Chriſtus autem hîc imperat & imperãdo facit, quod creaturæ negatum eſt. Ex quo concluditur, illum natura Deum eſſe Patri maieſtate æqualem. Quòd autem interdũ inuocabat Chriſtus Patrem editurus miracula, hoc ad diſpenſationẽ pertinet, vt declaret ſe à Patre miſſum, vt opus ſibi à Patre demandatũ faciat. *Cibus meus eſt,* inquit, *vt faciam voluntatem eius qui miſit me, vt perficiam opus eius.* Cùm ergo miracula edit Chri-
B ſtus ſine inuocatione, diuinam ſuam potẽtiam declarat. Rurſus, quoties inuocat, antequã edit miracula, officium redemptionis, ad quod miſſus erat, oſtendit. Vtrumq́ue noſtræ fidei confirmandæ ſeruit. Vt enim illud fides opponit potentiæ mortis, inferni, Sathanæ: ita hoc peccato, iræ Dei, maledictioni & damnationi.

Officium quoq; Chriſti hîc tanquam in typo proponitur. Sanat Chriſtus corpora, vt ſe animarum medicum eſſe doceat. Sanat varios lan-
C guores, vt ſe omnis generis peccata abolere poſſe oſtendat. Siquidem qui poteſt impedire ſolo imperio ſeu nutu cauſam agentem in rem ſubiectã, is profectò ea cauſa eſt potentior, ipſumq; valet deſtruere & prorſus è medio tollere: Nũc autem Chriſtus vim peccati impedit, & eius impetum frangit, cùm tollit imperando morbum, quem peccatum inflixit. Proinde Chriſtus peccato ipſo eſt potentior, ipſumq́ue poteſt abolere. Eſt ergo ſanatio corporum, quæ fit per Chri-
D ſtum, ſymbolum curationis animarum, quæ in abolitione peccati poſita eſt. Hoc ita eſſe Chriſtus ipſe diſertè docet, Matth. 9.5. hiſce verbis: *Vtrum facilius eſt dicere, remiſſa ſunt tibi peccata: an dicere: ſurge & ambula? Vt autem ſciatis, quòd poteſtatem habeat Filius hominis remittendi peccata* (ſcilicet videte quid faciam) *tunc dixit paralytico: Surge tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Tunc ille ſurrexit, abijtq́ in domũ ſuam.* Quoties igitur legimus ſanationes corporum per Chriſtũ factas, leue-
E mus mentes noſtras altiùs, videlicet ad ſanationes animarum, quarum ſigna ſunt corporum curationes.

Quomodo præterea Chriſtus ſit affectus erga miſeros & afflictos, factum præſens indicat. Miſertus eſt Chriſtus huius infirmi. Igitur & aliorum infirmorum miſerebitur. Nam & æqualis eſt omnibus & miſſus eſt propter omnes, & omnes ad ſe vocat, & venit ſeruare quod perierat. Ratio ergo conſecutionis eſt firmiſsima. Chri-
F ſtus miſertus eſt languidi, ergo & mei miſerebitur. Hoc pacto & omnibus in genere, & ſingulis ſeorſim accommodari & poſſunt & debẽt, quæ Chriſtus fecerit miſeris & afflictis hominibus, dum hîc in terra viſibiliter verſaretur. Sed tenendum eſt, corporales ſanationes paucorum, ſymbola fuiſſe ſpiritualium ſanationum animarum omnium quæ ad Chriſtum veniunt, propter quas in mundum venit, quaſque quotidie impertitur ſuis, hoc eſt, omnibꝰ ad ipſum in vera
G fide confugientibus. Has igitur petere oportet ſine omni dubitatione & cõditione, propterea quòd promiſsio gratiæ eſt vniuerſalis. At corporum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

porum ſanationes cum conditione non impediendæ gloriæ Dei aut propriæ ſalutis, petendę ſunt.

Poſtremò docet & hæc circumſtantia, non à Chriſto abiici eos, qui hîc in mundo ſpernuntur ab hominibus, modò Chriſti fidei ſe cũ Lazaro & hoc languido committant. Sit ergo contemptus hominum miſeris & afflictis ſtimuli inſtar, quo ad Chriſtum ſaluatorem impellantur. Eſt enim omnis paupertas & miſeria ideo à Deo, vt ad fontem diuitiarũ & fœlicitatis Chriſtum miſeros & pauperes adducat.

DE QVINTA.

Et ſtatim fiebat ſanus homo ille. Hoc ipſum miraculum eſt diuina Chriſti potentia editum ſine omni apparatu, ſine exorciſmis, ſine inuocatione, ſolo nutu & voluntate, id quod nulla arte & potẽtia finita fieri potuit. Verùm quia de miraculis Chriſti ſæpiùs antea à nobis dictum eſt, & pręcipuè in 2. cap. & 4. hîc ſolũmodo reuocanda ſunt auditoribus in memoriam, quę ſuprà diximus de finibus miraculorum. Duo ſunt fines ſubordinati, videlicet notitia Chriſti & fiducia in ipſum. Vnus vltimus & principalis eſt conſecutio vitæ æternæ. Hos fines continet dictum Iohannis cap. 20. 31. *Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus ſit Chriſtus, & vt credentes vitam habeatis per ipſum.* Vnus acceſſorius eſt, videlicet vt non credẽtes ſint inexcuſabiles coram tribunali Dei in extremo iudicio.

DE SEXTA.

Et ſuſtulit grabatum ſuum & ambulauit. Hoc teſtimonium eſt ſanationis ſubitò & miraculosè per Chriſtum factæ. Nam quòd ſtatim ad verbũ Chriſti ſurrexerit & ambulauerit, certum ſanationis indicium eſt. Quòd autem ſuſtulerit grabatum, eumque portauerit, in integrum reſtitutas eſſe vires homini ſanato teſtimonium eſt.

Tria ergo hîc videmus, quæ præſens miraculum commendant. Primùm ſanatur languidus nutu Chriſti, qui nulla medicorum opera ſanari poterat. Inueteratus enim morbus erat triginta octo annis radicatus. Deinde ſanatio fit ſubitò in momento temporis. Siquidem cum pronunciatione mandati ſanus fiebat, id quod naturæ viribus fieri nequaquam potuit. Tum vires non paulatim, & temporis ſucceſſu, ſed in inſtanti integrè reſtitutæ ſunt, quod nulla creaturarum omnium virtute fieri potuit. Nam qui arte ſanantur, paulatim colligunt vires, idque longo tempore.

PARS III.

Erat autem ſabbatum in die illo.

10 Dicebant ergo Iudæi, illi qui ſanatus fuerat: Sabbatum eſt, Non licet tibi tollere grabatum tuum.

11 Reſpondit eis: Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatũ tuum, & ambula.

12 Interrogauerunt ergo eum: Quis eſt ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula.

13 Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Ieſus autẽ declinauit à turba conſtituta in loco.

14 Poſteà inuenit eum Ieſus in templo, & dixit ei: Ecce ſanus factus es, noli poſthac peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.

15 Abijt homo ille, & nunciauit Iudæis, quòd Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum.

Exponit Euangeliſta, quid acciderit, poſtquam languidus ille ſanatus erat à Chriſto. Reprehenditur à Iudæis, qui ſanatus eſt, eò quòd geſtat grabatum in die ſabbati. At is ſuum factum mandato eius, qui ſe ſanum fecerat, tuetur. Interrogatus autem, quis nam ſit ille qui ſe ſanum fecerat, ait, ſe eum non nouiſſe, quem poſteà in templo agnitum nunciat Iudæis Ieſum eſſe.

Porrò clarioris explicationis gratia quatuor huius partis membra conſtituantur.

Primum, Reprehenſio geſtãtis grabatum in die ſabbati, & facti defenſio.

Secundum, Interrogatio Iudæorum, quiſnam ſit ille qui hoc fieri imperauit, cum reſponſione.

Tertium, Chriſtus eum, qui ſanus eſt effectus, inuentum in templo admonet, ne amplius peccet.

Quartum, Sanatus Medicum ſuum agnitum Ieſum Iudæis prodit.

DE PRIMO.

Accuſant Iudæi hominem geſtantem grabatum ſuum in die ſabbati. *Erat*, inquit, *Sabbatum in die illo*, ſcilicet quo ſanatus eſt languidus ille, qui grabatũ ſuum ſuſtulit. Iudæi rectè quidem in hoc faciũt, cùm ſabbatum quod Deus ſacroſanctum haberi voluit, nolunt violari operibus ſeruilibus. Nituntur enim expreſſa Lege quæ eſt Exod. cap. 20. 10. & ſæpè repetitur in Moſe & Prophetis. In Exodo ſic ſcribitur: *Sex diebus facies omne opus tuum. At in die ſeptimo non facies vllum opus*, ſcilicet tuum, hoc eſt, ſeruile & vſibus huius præſentis vitæ ſeruiens. Ratio ſequitur: *Quia Sabbatum eſt Domini Dei tui*, ſcilicet ſanctificantis te, cui te totum conſecrabis faciens eius opera & non tua. Dicuntur autem opera Dei, & quæ ipſe facit, & quæ ad ipſius cultum gloriamque illuſtrandam faciunt. Ex hac ergo Lege ſic ratiocinantur Iudæi contra geſtantem grabatum. Opera ſeruilia non licitè fiunt die ſabbati. Geſtare grabatum eſt opus ſeruile. Ergo non licet tibi tuum grabatum geſtare die ſabbati. Maior expreſſa Lex eſt. Minor eſt manifeſta. Neque enim inficiari quis poterit geſtare onera eſſe per ſe ſeruile opus. Verùm in hoc peccant Iudæi, quòd non ex ſubita curatione eius quem nouerant decubuiſſe & detentum fuiſſe maxi-

ma infirmitate totos triginta octo annos, dedu-
cti ſunt in admirationem facti, & cogitarint mi-
raculoſam fuiſſe ſanationem, & geſtationem
grabati teſtimonium fuiſſe miraculi diuinitus
editi, quo factum non excuſari tantùm, imò e-
tiam defendi debuit tanquam licitum & ſan-
ctum, vt quod ad gloriam Dei illuſtrandam fa-
ceret. Peccant ergo Iudæi, imprudenter accom-
modantes cauſam ad Legem, & non Legem ad
cauſam, vt fieri oportuit. Vt enim cauſa ſæpè
circumſtantias habet, de quibus Lex generalis
non loquitur, atque ideo tales circumſtantiæ
cauſam à generali Lege eximunt: ita Lex gene-
ralis pro circumſtantiarum varietate ſine exce-
ptione debet cauſæ accommodari, id quod æ-
quitas, quæ eſt Επανόρθωμα Legis ſcriptæ, & mens
Legiſlatoris poſtulat. Duo ergo facere debuiſ-
ſent Iudęi. Primum, cauſam examinaſſent iuxta
ſuas circumſtantias, quæ ſub Lege expreſſa non
continentur. Deinde, accommodaſſent Legem
cauſæ pro varietate circumſtantiarum, quod ſi
feciſſent, non tam verba legis præſenti cauſæ,
quàm ſententiam accommodaſſent. Quod ſi
feciſſent, potiùs laudaſſent geſtatorem ſui gra-
bati, quàm reprehendiſſent. Qualitas ergo cau-
ſæ ex circumſtantiis ſæpiſsimè dependet.

Sed quid hîc reſpondet ad hanc accuſatio-
nem qui ſanus eſt effectus? *Qui me ſanum fecit, il-
le mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.* Hæc
facti defenſio conſtitutionis eſt aſſumtiuæ: foris
enim aſſumit reus, quo ſuum factũ tuetur. Eſt-
que in hac defenſione tacita comparatio diligẽ-
ter obſeruanda, quaſi diceret: Qui me ſanum fe-
cit, abſque omni dubio & morbo quo tenebar,
& cauſa morbi potentior eſt. Si potentior eſt
morbo eiuſque cauſa, profectò à Deo eſt, & au-
toritate diuina armatus potuit mihi imperare
iure, vt die ſabbati tollerem grabatum meum ſi-
ne peccato. Non ergo iuſtè accuſor à vobis vio-
lati ſabbati, nec meo facto Legem Moſis tranſ-
greſſus videri debeo.

Verùm quò hæc defenſio iuſtiſsima eſſe in-
telligatur, diſcernendum eſt inter opera Dei
propria & opera immediatè facientia ad glo-
riam Dei, & ſeruilia opera, quæ hominum ope-
ra dicuntur.

Opera Dei propria, vt ſunt miracula, qui-
bus Deus teſtatur de ſua voluntate, nõ cadunt
ſub vllam Legem. Non enim Lex Deo, ſed ho-
mini lata eſt. Eſt igitur Deus in ſuis operibus o-
mnibus αὐτεξούσιος, vt qui non ſit obnoxius ad
reddendum rationem ſuorum factorum. Nunc
autem miracula Chriſti ſunt opera ipſius Pa-
tris, iuxta illud Iohan. 5.17. *Pater meus vſque ad-
huc operatur, & ego operor.*

Opera immediatè facientia ad gloriam Dei
illuſtrandam ſunt duplicia, videlicet opera cul-
tus, & confeſsionis: quæ omni die non ſolùm
licita, verumetiam pernéceſſaria ſunt. Cùm er-
go hic homo miraculosè à Chriſto ſanatus, por-
tat grabatum ſuum, edit opus confeſsionis ne-
ceſſarium: Nam cùm homines qui norunt hũc
hominem multos annos difficillimo laboraſ-

A ſe morbo, atque nunc vident eundem por-
tare grabatum in teſtimonium ſanationis di-
uinitus factæ, excitantur in admirationem fa-
cti, vnde in laudes Dei prorumpunt, & plu-
res iſto facto ad Chriſti fidem incitantur. Fuit
ergo hoc opus proprium ſabbati. Siquidem
teſtabatur Deum eſſe qui ſanctificat hominem,
cuius ſanctificationis ſymbolum eſt hoc Chri-
ſti factum.

Opera ſeruilia ſunt etiam duplicia, videlicet
B ordinaria & quæ caſu aliquo inopinato offe-
runtur. Ordinaria ſunt vſitata hominum ope-
ra, quæ pro vocationum diuerſarum ratione
deſtinantur vſibus huius vitæ, qualia ſunt ſer-
uorum, famulorum, aſinorum, boum, de qui-
bus Lex diſertè in Moſe loquitur atque de iis
ſolummodò intelligenda eſt. Opera ſeruilia,
quæ caſu aliquo inopinato offerri poſſunt, vt
ſi bos in foueam ceciderit die ſabbati, atque in
ea ſit periturus niſi inde ſubtrahatur eodem
C die, aut ſi hoſtis vim inferret die ſabbati, quem
niſi repellerent pij, inciderent in maximum
diſcrimen vitæ & fortunarum, aut ſi alioqui vi-
tæ periculum agitur. In huiuſmodi caſibus te-
nenda eſt hæc regula. Cæremoniæ cedant ne-
ceſsitati extra caſum confeſsionis, iuxta illud
Marc. 2.27. *Non eſt homo propter ſabbatum, ſed ſabba-
tum propter hominem.*

Verùm quia Lex cęremonialis Moſi nos non
obligat: liberi enim ſumus à cæremoniis Mo-
D ſaicis: Erant enim ad tempus datæ, vt vmbræ
quæ veritati illucenti cederent, quæri poteſt,
num noſtra feſta in Eccleſia noui Teſtamen-
ti, nos ita obligent ad obedientiam, vt non li-
ceat nobis vlla ſeruilia opera in iſtis facere, niſi
malumus in pœnas incurrere diuinas. Reſpon-
deo, non eſſe parem obligationem. Siquidem
Iudæis ſolis ad præfinitum tempus lata erat ab
ipſo Deo Lex feſtorum. Nobis autem in ſpecie
nulla Lex lata eſt à Deo de feſtis, ſed diſcipli-
E næ cauſa ſunt à gubernatoribus Eccleſiarum
inſtituta. Quare non eſt par obligatio. Proin-
de non eſt dicendus peccare, qui opera ſerui-
lia, hoc eſt, vſibus huius vitæ ſeruientia facit
diebus feſtis, modò non impediatur miniſte-
rium publicum, & non contemnatur Eccle-
ſiæ diſciplina, & caueatur ſcandalum, quo
charitas proximi violatur. Verùm illa ſeruilia
opera, quæ homines Sathanæ imperio ſubii-
ciunt, non ſolùm in feſtis diebus, verum etiam
F omni tempore fugienda ſunt iis qui Filij Dei
cenſeri volunt. Nam cùm illorum ſit perpe-
tuus ſabbatiſmus in Chriſto, cum quo ſepulti
ſunt (quem ſabbatiſmum vetus cæremonia ad-
umbrabat) decet eos qui ſancti Filij Dei ha-
beri volunt, perpetuam quietem à ſeruilibus
operibus, quæ ſunt peccata, ſectari.

DE SECVNDO.

Secundum membrum continet interroga-
tionem Iudæorum & reſponſionem hominis
G qui ſanatus eſt à Chriſto. *Interrogauerunt*, in-
quit, *eum, quis eſt homo qui dixit tibi: Tolle graba-
tum tuum, & ambula?* Abſque omni dubio ſu-
ſpica-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſpicabantur Iudæi Ieſum fuiſſe qui hoc imperauerat. Nam ſciebant illum tum temporis ſolum cum diſcipulis claruiſſe miraculis: tamen interrogant quis ſit, non vt illum agnoſcant ex miraculo, non vt in illum credant, non vt credentes ſaluentur, ſed mera malitia, qua moliebantur ipſi malum pro bono reddere. Ita enim cœci fuerunt effecti opinione iuſtitiæ, auaritia, hypocriſi, ambitione, quòd gloriam Chriſti relucentem in miraculis cernere non potuerint. Caueamus ergo nos, ne ſimilibus vitiis abrepti, ad lucem Euangelij cæcutiamus, ſicuti Papiſtis accidit, qui tametſi Chriſtum in ore habent, doctrinam tamen ipſius auerſantur, & tãquam hæreticam condemnant.

Sed quid ad hæc ſanatus? negabat ſe nouiſſe quis fuerit qui ſe ſanauit. Neſciebat enim quis eſſet à quo ſanatus erat. Nam cùm ipſum circumſtaret magna turba, Ieſus illum ſubitò ſanat, & declinat à turba, vt ſignificaret ſe non popularem auram, ſed gloriam Dei & ſalutem hominum quærere. Neque tamen ideo aut factum Chriſti ſiletur, aut eius gloria intermoritur, ſed vt vmbra corpus: ita res benè geſtas gloria ſequitur, quæ vt fugit quærentem: ita comitatur fugientem. Hoc Chriſti exemplum etiam nos admoneat modeſtiæ, ſi quando quid laude dignum feciſſe videbimur.

DE TERTIO.

Tertium huius partis membrum, quomodo Chriſtus à ſe ſanatum hominem in templo inuenerit, exponit. Ita enim ait Euangeliſta. *Poſtea inuenit eum Ieſus in templo, & dixit ei: Ecce ſanus factus es, noli poſthac peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Hic plura ſe offerunt perpendenda.

Primum, quòd ſanus effectus inueniatur in templo.

Secundum, quòd reuocetur ei in memoriam à Chriſto beneficium ſanationis.

Tertium, Exhortatio ad hominem ſanatum, ne videlicet amplius poſthac peccet.

Quartum, Comminatio grauioris pœnæ ſi rurſus peccauerit.

Quòd hic homo à Chriſto ſanatus inuenitur in templo, ſignum eſt gratitudinis ipſius erga Deum. Non enim dubium eſt, quin in templum ingreſſus ſit, vt Deo pro accepto ſanationis beneficio gratias ageret. hoc enim dictat natura, hoc Scriptura poſtulat, hoc pietas efflagitat, hoc iuſtitia requirit, hoc denique ſenſus communis etiam in beſtiis clamat, vt benemeritis reddatur gratia, & optimè meritis maxima gratia. Hic ergo homo nactus duo beneficia eaque maxima, videlicet ſanitatem corporis poſt diuturnum morbum, & ſanationem animę, hoc eſt, liberationem à Sathana, qui illum catenis peccati conſtrinxerat, & captiuum duxerat, meritò Deo autori gratias agat.

Verùm quò plenius iuniores erudiantur dè vera gratitudine, duo huc adiiciam.

Primum, pro quib. rebus ſint agendæ gratiæ.

Alterum, quiſnam ſit legitimus modus agendi gratias

Cùm Paulus ait 1. Theſſal. cap. 5. verſ. 18. *In omnibus gratias agite. Hæc enim eſt voluntas Dei per Chriſtum Ieſum.* Hæc Pauli exhortatio monet, vt & pro aduerſis & pro proſperis gratias agamus Deo noſtro, idque per Ieſum Chriſtum. Cùm pro aduerſis agendæ ſint gratiæ, hæc ordine facienda ſunt.

Primum verè ſtatuas, onus calamitatum quo premeris, eſſe teſtimonium & iudicij Dei & miſericordiæ. Iudicij quidem propter peccatum abs te commiſſum. Omnis enim afflictio peccati iuſta pœna eſt. Miſericordiæ verò, quòd iſto modo te caſtigatum vult ſeruari à grauiori pœna, videlicet æterna. Crucem ergo accipies, & tanquam iuſtam pœnam, & vt ſalutare remedium. Deinde, in vera pœnitentia agas Deo gratias, quòd te paterna virga caſtiget, ac dicas mente & ore cum Dauide Pſalmo 119.137. *Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum*, & aſcribas miſericordiæ Dei, quòd non planè oppreſſus ſis, iuxta Prophetæ dictum, Ierem. Thren. 3. 22. *Miſericordiæ tuæ Domine, quòd non conſumpti ſumus.* Tum petas propter Chriſtum vel liberationem vel mitigationem, vel robur Spiritus, ne ſub cruce ſuccumbas, vt contra omnes tentationes & ſcandala & ſentire & dicere poſsis cum ſanctiſsimo Iob. 13. 15. *Etiamſi occidat me Dominus, ſperabo in eum.*

Cæterùm cùm pro bonis ſpiritualibus, corporalibus, communib9 & priuatis quæ ſunt innumera, agendæ ſunt gratiæ, caue ne quicquam tuę dignitati aut meritis aſcribas, ac ſi tu dignus eſſes cui Deus benefacere deberet, caue ne te propter dona aut alia beneficia meliorem eſſe aliis putes, qui tanta bona non ſunt conſecuti: caue ne ſuperbias: caue ne donis Dei abutaris in contumeliam Dei, & in propriam pernitiem, & fac vt bonis Dei donis vtaris in Dei gloriam, in Eccleſiæ Dei commodum, & in eorum, qui tuis bonis egent, ſolamen & auxilium. Denique ſtude per omnia, vt in vſu bonorum diuinitus acceptorũ retineas fidẽ & bonam cõſcientiam.

Quis autem legitimus agendi Deo gratias modus ſit, docet Apoſtolus cùm ait Ephſ. 5. 20. *Gratias agentes per Ieſum Chriſtum.* Quibus verbis Apoſtolus multa complectitur. Primùm enim requirit fidẽ, cùm eius obiecti meminit, qui eſt Chriſtus Ieſus. Nemo ergo ſine fide Chriſti dicendus eſt Deo verè gratias agere. Secũdò vult vt agnoſcas & fatearis verè & ſine hypocriſi, te per Chriſtum mediatorem obtinuiſſe quidquid boni habes. Tertiò, vult vt ſtatuas tuam gratiarum actionem non propter te & merita tua placere, ſed tantùm propter Chriſtum mediatorem. Quartò, vult vt omnia referas ad Dei gloriam per eundem Ieſum Chriſtum, & conuertas omnia in ædificationem & conſeruationem & ornamentum Eccleſiæ ipſius, ipſum perpetuò mente, affectu, lingua & vità prædicans.

Quòd Chriſtus homini à ſe ſanato in memoriam reuocet acceptum beneficium, cùm ait: *Ecce ſanus factus es*, eò pertinet, quòd Chriſtus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

velit hunc hominem primùm agnoſcere, quantum ſit beneficium acceptũ. Deinde, vt ipſum beneficium in perpetua memoria retineat, ne excidat vt fieri ſolet. Nam vt homines iniuriæ vel minimæ ſunt tenaciſsimi: ita beneficiorum vel maximorum obliuione facillimè capiuntur, iuxta illud Menandri: μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις. Tertiò, vt præſentem ſanitatem conferat cum diuturno malo, quo detẽtus erat, & cogitet morbum iuſtam pœnam fuiſſe, & ſanitatem gratuitum beneficium in hunc finem collatam, vt eius perpetuus ſit memor cum gratiarum actione. Hæc omnia complectitur Dominus cùm ait: *Ecce ſanus factus es.*

Cùm addit Dominus exhortationem, videlicet, *Noli amplius peccare, ne tibi aliquid deterius contingat*, de tribus monet, quorum primum eſt, quòd hic homo ſuo peccato accerſiuerit ſibi malum, quo tãto tempore detentus fuerit. Secundum quod ex primo ſequitur, eſt, quòd omnes morbi & calamitates in humano genere ſunt iuſtiſsimæ peccatorum pœnæ, vt ſuprà quoque oſtendimus. Tertiùm, ꝙ peccatum remiſſum & iteratum denuo maiores pœnas meretur, & grauiores plagas accerſit, quæ difficiliùs curantur. Nam vt in morbis corporis difficiliùs curatur is qui in morbum à quo fuerit curatus, recidit: ita peccata ſæpius iterata tenaciùs hærẽt, & difficiliùs reſipiſcunt homines iis detenti, iuxta illud, 2.Pet.2.20. *Si elapſi ab inquinamentis mundi per agnitionem Domini & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperentur, fiunt eis nouiſsima deteriora prioribus.*

DE QVARTO.

Abijt, inquit, *homo ille, & nunciauit Iudæis quòd Ieſus eſſet qui ſe ſanum fecerat.* Sicut pio ſtudio templum eſt ingreſſus hic homo, vt agnoſceret beneficium, & prædicaret benefactorem: ita abſque omni dubio pio animo nunciat Iudæis Ieſum eſſe qui ſe curauit. Fidei enim indoles eſt, quòd nõ poſsit occulta in corde latẽre, ſed ſe in ſuis fructibus & naturalibus proprietatibus exhibeat contemplandam. Prædicat ergo Chriſtum hic homo, publicè teſtatur Chriſtum eſſe qui ſe ſanum fecerat, vult omnes hunc Chriſtum agnoſcere, nec ſibi ſolummodò ſalutem quærit, verumetiam aliis, quos cupit ad Chriſtum venire, illum agnoſcere, in illum credere, & fieri beneficiorum ipſius vnà participes, vt ſimul coniunctis animis & linguis benefactorem celebrent. Huius ergo exemplum & nos imitemur. Non lateat in nobis fides tanquam ſepulta, ſed prodeat ſeque contemplandam veris fructibus exhibeat in gloriam Dei & in aliorum commodum.

PARS IV.

Hæc quarta capitis pars grauiſsimam contentionem inter Iudæos & Chriſtum continet. Iudæi accuſant Chriſtũ & violati ſabbati, & in Deum blaſphemiæ. Chriſtus contrà nec ſabbatum violaſſe ſe nec blaſphemum eſſe grauiſsimis argumentis euincit.

Vt autem nos penitius hanc contentionem introſpiciamus, eamq; in vſum noſtrum transferamus, omnia limæ dialecticæ ſubiiciemus, quò vel pueris omnia fiant apertiſsima.

Primùm ergo videamus, quid accuſent Iudęi in Chriſto, & quibus nitantur fundamentis. Deinde, defenſionem Domini perpendamus particulatim.

Duo ſunt ergo, vt diximus, quæ accuſant Iudæi in Chriſto.

Primum quòd violauerit ſabbatum.

Secundum, quòd ſe Filium Dei dixerit. Vtrumque morte dignum cenſent.

Argumenta, quibus nituntur, ſimiliter duo ſunt.

Primum: Violans ſabbatum, reus eſt mortis. Ieſus violat ſabbatum. Igitur Ieſus reus eſt mortis.

Secundum: Omnis qui ſe facit æqualẽ Deo, ob blaſphemiam reus eſt mortis. Ieſus facit ſe æqualem Deo. Igitur Ieſus eſt blaſphemus, atque adeò reus mortis. Aſſumptio primi argumenti, & propoſitio ſecundi ſunt κρινόμενα. Nam ex his iudicium de quæſtionibus controuerſis dependet. Dominus igitur vt aſſumptionem primi refutat: Negat enim ſe violaſſe ſabbatum: ita aſſumptionem ſecundi confirmat, videlicet quòd ſit Filius Dei Patri per omnia æqualis. Vnde ſequitur, propoſitionem ſecundi argumenti, quæ eſt: Omnis qui ſe facit æqualem Deo, eſt reus mortis, diſtinguendam eſſe hoc modo: Omnis qui facit ſe æqualem Deo, eſt blaſphemus & morte dignus, ſi ſcilicet mentiatur & mendaciter rapiat ſibi æqualitatem cum Deo. Verùm ſi non rapit ſibi æqualitatem cum Deo, ſed reuera eſt æqualis Deo, nequaquam eſt blaſphemus dicendus, nec mortis reus. Nam teſtimonium veritati cum periculo perhibere, in ſummis laudibus ponendum eſt.

Cæterùm quoniam argumenta, quibus Dominus ſe tuetur, latiùs ſparguntur, diſtinguenda ſunt, & ſunt hæc præcipua: Autoritas Patris, teſtimonium Patris, teſtimonium Iohannis, miracula, vniuerſa Scriptura, & præcipuè Moſes.

Verùm in horum argumẽtorum expoſitione aſperguntur multa dicta de præcipuis articulis fidei noſtræ, videlicet, de diuinitate Chriſti, de diſtinctione perſonali Patris & Filij, de miſsione Filij, de fine miſsi Filij, de æqualitate Patris & Filij, de communibus actionibus vtriuſque, de æqualitate cultus, de fructu Euangelij, de reſurrectione futura, de iudicio, de vita æterna reddenda bonis, & de ſuppliciis impiorum, de teſtimoniis Moſis & Prophetarum, de Chriſto, vnde firmitas fidei noſtrę dependet. Hæc omnia in explicatione argumentorum Scripturis declaranda ſunt.

16 Et propterea perſequebantur Ieſum Iudæi, & quærebant eum occidere, quòd hoc feciſſet in ſabbato.

Suprà diximus, quid probandũ & improbãdũ ſit in Iudæis. Probandũ eſt, ꝙ voluerint ſabbatũ ſacroſanctũ haberi iuxta legẽ ſuam. At improbãda eſt illorum & inſcitia & malitia. Inſcitia quidem quod non rectè definierint ſanctificationem & prophanationem ſabbati. Malitia verò, quòd non tam religione quàm odio Chriſtum perſequebantur, quem & audire, & in illum credere è re fuiſſet ſalutis ipſorum. Etſi autem ſuprà abũdè diximus de operibus quibus ſabbatum ſanctificatur & violatur: tamen hoc loco quia vertitur quæſtio definitionis, opponam inter ſe quid ſit ſanctificare ſabbatum, & quid ſit prophanare ſabbatum, vt ex collatione contrariorum petatur cauſæ præſentis determinatio. Sanctificare igitur ſabbatum abſque omni dubio, vt ex verbis Legis & ſanctificationis voce colligitur, eſt ſabbatũ ſegregare à communi vſu operum reliquorũ dierum ſeptimanæ, atque eum applicare diuino vſui & cultui Dei ſanctiſque operibus. Proinde prophanare ſabbatum erit occupari ſabbato operibus communibus, hoc eſt, reliquorum dierum propriis & ſeruientibus solummodò vſibus præſentis vitæ. Hinc iam non erit difficile concludere, cui generi operum ſanatio languidi & geſtatio grabati ſint annumeranda. Manifeſtum enim eſt, ſanationem languidi miraculoſam nõ eſſe commune opus & ſeruile, ſed peculiare & diuinum atque adeò ſanctum ad laudem & gloriam Dei faciens. Similiter geſtatio grabati etſi in ſe conſiderata ſeruile opus videri poterit: tamen ex circumſtantiis æſtimatum planè ſanctum opus eſt, & opus confeſsionis neceſſarium, quemadmodum ſuprà demonſtratum eſt. Si ergo nec ſanatio languidi, nec geſtatio grabati eſt opus commune & ſeruile, ſed diuinum & ſanctum, ſequitur & Chriſtum ſine violatione ſabbati ſanaſſe languidum, & ſanatum ſuſtuliſſe grabatum ſuum in teſtimonium ſanationis miraculoſæ ex mandato Chriſti.

17 Ieſus autem reſpondit eis: Pater meus hucuſque operatur, & ego operor.

Dominus minorem quæ eſt primi argumenti Iudæorum κρινόμενον, refutat ſumpto argumẽto ab autoritate Patris, cum quo ſimul operatur. Pater meus hucuſque (id eſt ſine intermiſſione temporis ſeu omni tempore, inde vſque ab initio cõditionis rerũ) operatur, ergo & hoc die ſabbati & quouis alio operatur: ergo & ego operor. Ponitur autem hîc copulatiua particula ET pro illatiua. Cùm ergo me accuſatis, vt qui, hunc curando, ſabbatum fregerim, ſimul Patrem meum violati ſabbati accuſatis. Ille enim hactenus operatur, perinde atque ego operor, ac ſi diceret. Cùm Pater me ſimilem per omnia genuerit Filium: ergo quidquid facit ille, ſimiliter ego cum illo facio. Vt enim eſt æqualitas & inſeparabilitas perſonarum Patris & Filij:

A Ita etiam opera noſtra inſeparabilia ſunt. Ego enim & Pater vnus Deus ſumus. Proinde cùm curare ægros diuinæ eſt virtutis, & ego qui nihil niſi quod fecerit Pater, faciam, id hodie fecerim, ſequitur, Patrem hunc ægrum pariter mecum ſanauiſſe. Quapropter, quiſquis me accuſauerit violati ſabbati, Patrem quoque accuſat eiuſdem criminis. Tantùm enim quæ ille facit, facit Filius. Atque ita Chriſtus hoc dicto per Patrem, cuius autoritate, & cum quo omnia facie- B bat, voluit ſe excuſare.

Ex hoc Chriſti reſponſo plura colligamus. Primum, opera creationis, gubernationis, & ſaluationis Filio cum Patre eſſe communia, à quibus excludi nõ poteſt Spiritus Sanctus. Nã vt eſt vna Deitas, vna maieſtas, vna æternitas, vna coæternitas: ita vna operatio & eadem opera Trinitatis, ſeruatis perſonarũ proprietatibus. Secundum, quòd Ieſus hîc ſe dicat Filium Dei eſſe, non υἱοθεσίᾳ, id eſt, adoptione, quales ſunt o- C mnes credentes, ſed γνησίως, qualis ipſe ſolus exiſtit, à Patre ante rerum conditionem ab æterno genitus. Hinc concluditur & diuina & humana natura eſſe in vna perſona Chriſto. Tertium, quòd ex identitate, vt ita dicam, actionum diuinarum concludatur coæternitas Patris & Filij, & ex vtraque vna deitas ſeu vna diuina natura. Nam ſi ſine Filio nihil facit Pater, ſed omnia per Filium facit, Filius ante omnem creaturam eſt. Non ergo eſt creatura Filius. Si non creatura, D Creator & verus Deus exiſtit. Vt ergo Deus creauit mũdum per Filium: Ita gubernat & redimit mundum per eundem Filium. Sine enim illo factum eſt nihil quod factum eſt. Quartum, quæritur quomodo hoc Chriſti dictum: *Pater hucuſque operatur*, congruat cum verbis Moſis Geneſ. 2. *Requieuit Deus ab vniuerſo opere ſuo quod fecit, & benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum quia in eo ceſſauerat ob omni opere ſuo quod creauit Deus vt faceret.* In hiſce verbis Chriſti & Moſis E quædam ἀντιλογία videtur eſſe, quæ tamen reuera nulla eſt nec eſſe poteſt. Hoc ergo primũ certiſsimo certius tenendum eſt, ꝙ Deus aſsiduus ſit in ſuo opere. Niſi enim ipſe ſua virtute ſuſtineret mundum, prouidentia gubernaret, foueretque omnes creaturas, easque propagaret, interirent protinus omnia & in nihilum redigerentur. *In ipſo*, ait Paulus Act. 17. 28. *viuimus, mouemur, & ſumus.* Auguſtinus quæſtionẽ propoſitam in hunc modũ ſolui putat, ꝙ Deus ideo di- F catur quieuiſſe & ceſſaſſe ab omni opere ſuo, q̃a nouas rerum ſpecies creare deſtitit. Verùm hæc ſolutio non eſt ſatis firma nec vera. Nã Gen. 3. 18. poſt lapſum hominis ſequitur hæc cõminatio. *Terra germinabit ſpinas & tribulos.* Nunc aũt cùm ad pœnã hęc germinatio, quę fieri nõ potuit niſi Deo creante, pertineat & facta eſt poſt creationem rerum, verè dici non poteſt, Deum ceſſaſſe à nouis rerum ſpeciebus creandis. Sicut enim à Deo vltore poſt conſummatum opificium, G quod inſtituerat ipſe, & poſt lapſum hominis creatæ ſunt ſpinæ & tribuli: ita multa alia pœnalia, vt monſtra & hybridæ. Hæc ergo cùm vi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

demus, veniet nobis in mentem lapſus primorum parentum, & proprius reatus. Vnde admonebimur ſerię pœnitentiæ, vt fide confugiamus ad humani generis, atque adeò totius naturæ reparatorem Chriſtum.

Quid ergo ad verba Moſis dicendum eſt? Ipſa Moſis verba diligentiùs inſpecta, quæſtionē ſoluunt: Ita enim ait: *Requieuit Deus ab omni opere, quod creauit vt faceret.* Hæc verba ſignificant Deū finem impoſuiſſe mūdi fabricæ, poſtquam eam ad perfectionem deduxiſſet eamque perfectè ornaſſet ſex diebus, præpoſito ipſi fabricæ homine principe. Statum ergo opificij Dei ſolummodò deſignat Moſes, qualem Deus extare voluit, quando dicit, Deum ceſſaſſe ab opere quod faceret. Non ergo vltra propoſitum Moſis, dictum ipſius extendendum eſt.

Porrò in quiete illa Dei, qua dicitur quieuiſſe die ſabbati, altius myſterium latet. Ná quemadmodum Deus perfecto creationis opificio cum ſuo ornatu, quieuit die ſeptimo: ita Filius Dei, peracto & abſoluto opere ſaluationis, ideſt, nouæ creationis, idque in ara crucis, quieuit die ſabbati in ſepulchro. Fuit proinde quies Dei creantis mundum figura quietis Chriſti de nouo lapſum hominem creantis. Item, vt Deus poſt creatum hominem & quietem diei ſabbati ſemper adeſt ſuo opificio, ipſumque ſua prouidentia regit, fouet, tuetur: ita Chriſtus poſt redemptionis opus completum, & quietem ſabbati in ſepulchro, adeſt perpetuò ſuæ Eccleſiæ, eam regit, tuetur, fouet Spiritu & verbo. Adhęc, vt ſex dies creationis præcedētes ſabbatum Dei ſex millia annorum, quibus hic mundus in labore & dolore erit, adumbrát: ita ſabbatum ſeu ſeptimus dies æternam illam quietem adumbrat, in quo electi Dei ceſſabunt ab omni labore & dolore, fruituri æterna fœlicitate in Chriſto Ieſu. Atq; hic eſt ille perpetuus ſabbatiſmus electis Dei promiſſus.

18 Propterea ergo magis quærebant Iudæi eum occidere: quia non ſolùm ſoluebat ſabbatum, ſed patrem proprium dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.

Sicut rectè intellexerunt Iudæi, Chriſtum affirmare ſe Filium Dei eſſe non adoptione, ſed generatione ęterna, eò quòd ſibi & Patri eadem opera inde vſque ab initio tribueret, & rectè inferebant æqualitatem Filij cum Patre. Nam cuius verè & propriè Deus Pater eſt, is ſecundùm naturam, potentiam & maieſtatem Deo æqualis eſt: ita pernicioſè perſequebátur eum, quem ex operibus quæ fecerat, agnoſcere poterant omnipotentem. Præterea vt indignati ſunt meritò, quòd audebat homo ęqualem ſe facere Deo: ita immeritò indignantur, quia in homine non intelligebant Deum: carnem videbant, Deum neſciebant. Nō ergo Ieſus carnem æquabat Patri, nō formam ſerui Domino comparabat, non quod factū eſt propter nos, ſed quod erat quando fecit nos. Hîc ergo videre eſt, quid ſit eſſe ca-

A ptiuum Sathanæ. Iis enim rebus, quibus mitigari furor perſequentium Chriſtum debebat, augetur potiùs, ſicuti & hodie videre eſt. Vindicatur vnius Chriſti gloria hodie per ſinceram Euangelij prędicationem, non tamen mitigantur aduerſarij Pōtificij, ſed in maiorem rabiem tanquā phrenetici aguntur. Chriſti ergo exemplo nos conſolemur, ſi quando propter Euangelij confeſsionem ferenda eſt perſecutio. Neque enim noſtra cōditio melior erit, quàm fuit B hactenus ſeruorum Chriſti à tempore Abel in hunc diem vſque.

19 Reſpondit itaque Ieſus & dixit: Amen Amen dico vobis, non poteſt Filius facere quicquam, niſi quod videat Patrem facientem. Quæcunque enim ille facit, hæc etiam ſimiliter Filius facit.

Ætiologia eſt à cooperatione operū Patris & C Filij. Pręponit autē huic ætiologiæ notam vehementioris confirmationis, tanquam iuſiurandum quoddam; idque propter tres cauſas, quæ ſemper in aſſeuerationibus Chriſti, quibus hæc particula præponitur, obſeruandæ ſunt.

Harum prima eſt, vt maius certitudinis pondus iis quæ dicentur adiiciatur, hoc eſt quod Baſilius dicit, εἰς βεβαίωσιν τῶν ῥηθησομένων, id eſt, in confirmationem dicendorum.

Secunda, vt Dominus hoc pacto increduli- D tati hominū medeatur, hoc eſt, vt homines verè ſtatuant certa eſſe quæ dicuntur, hoc eſt, quod Baſilius dicit, εἰς πληροφορίαν τῶν ἀκουόντων.

Tertia, vt admoneamur hac particula & noſtræ ſalutis & gloriæ Dei intereſſe ea & ſcire, & credere quæ dicuntur. Proinde conſideremus & nos diligenter quæ hîc à Domino dicuntur.

Non poteſt, inquit, *Filius quicquam facere à ſeipſo, niſi quòd videat Patrem facientem*, hoc eſt, non poteſt quicquam ſine Patre cooperante facere. Ná E Pater & Filius vnà operantur, & in iiſdem operibus occupantur, adeò vt vna & eadem ſit vtriuſque operatio. Siquidem vt vna Deitas, vna potentia, vna ſapientia, vna voluntas: ita vna quoque actio. Proinde cùm me violati ſabbati damnatis, ſimul Patrem meum eiuſdem criminis damnatis, hæc vna & veriſsima ſententia eſt verborum Domini. Cùm autē Ariani hæc verba Domini humano captu, id eſt, ſenſu & ratione metiuntur, toto cœlo à veritate aberrant. Di- F cunt enim blaſphemè, his verbis doceri Filium inæqualē eſſe Patri, vt qui diſcat à Patre, quem facientem intuetur: Qui faciat ad exempla, quique agat poſterius imitatione quadam operis paterni. Vnde conantur concludere, Filium minorem eſſe Patre, & ex hoc, non ab æterno Deum fuiſſe, de Deo genitum, Patri per omnia æqualem. Verùm quia cum hoc Arianorum errore pugnant, quæ in primo capite præcedunt, atque adeò totius Scripturæ con- G ſenſus, eum vt venenum Sathanæ fugiamus & execremur. In primo capite dictum eſt: *In principio erat Verbum, & Verbū erat apud Deum, & Deus erat*

erat Verbum. Item: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt.* Quodlibet ergo opus facit Pater per Filium, vt nulla opera fiant vel à Patre ſine Filio, vel à Filio ſine Patre. Proinde hæc ita dicuntur à Chriſto, quia inſeparabilis eſt operatio Patris & Filij. Quid eſt ergo quod ait: *Niſi quid facientem Patrem videat?* Ad quæſtionem hanc videamus quid Auguſtinus reſpondeat in ſecundo de Trinitate. *Ita,* inquit, *videt Filius Patrem, vt quo eum videt, hoc ipſo ſit Filius. Non enim aliud ipſi eſt eſſe de Patre, id eſt, naſci de Patre, quàm videre Patrem, aut aliud videre operantem, quàm pariter operari: Sed ideo non à ſe, quia non eſt à ſe, & ideo quæ viderit Patrem facientem, hæc eadem facit & Filius ſimiliter, qaia de Patre eſt, neque enim alia ſimiliter, ſicuti pictor alias tabulas pingit, quemadmodum alias ab alio pictas videt, nec eadem diſsimiliter, ſicuti manus eaſdem literas exprimit, quas animus excogitauit. Sed quæcunque, inquit, Pater facit, hæc eadem facit ſimiliter Filius, & hæc eadem & ſimiliter, ac per hoc inſeparabilis & par eſt operatio Patri & Filio.* Idem cõtra ſermonem Arianorum: *Ideo dictum eſt, quòd non faciat aliquid Filius à ſe, quia non eſt à ſe, & ideo quidquid facit, Patrem videt facientem, quia videt ex ipſo faciendi ſe habere potẽtiam, ex quo ſe videt exiſtendi ſe habere naturam. Et quòd ait ſe non poſſe, non deficientis eſt, ſed in eo quod de Patre natus eſt permanentis, támque laudabile, omnipotentem non poſſe mutari, quàm laudabile, quòd omnipotens non poſsit mori. Poſſet enim Filius facere quod non vidiſſet Patrem facientem, ſi poſſet facere quod per illum non fecit Pater, hoc eſt, ſi poſſet peccare, neque naturæ immutabiliter bonæ, quæ à Patre genita eſt, conuenire. Hoc autem quia non poteſt, non deficienter non poteſt, ſed potenter. Eadem namque ſunt opera Patris & Filij, non quòd Filius ſit idem ipſe qui Pater eſt, ſed quia nullum opus eſt Filij, quod non per eum Pater facit, nec vllum Patris, quod non per Filium ſimul faciẽte facit.* Et paulò pòſt in hunc modum concludit: *Non ſunt ergo alia Patris, alia Filij opera, ſed hæc eadem, nec diſsimiliter fiunt à Filio, ſed ſimiliter. Cùm autem non alia ſimilia, ſed hæc eadem fiant à Filio quæ fiant à Patre, quid eſt ſimiliter, niſi non diſsimili facultate, non diſsimili poteſtate? Si enim hæc eadem ambo quidem faciunt, ſed alter altero faciliùs & potentiùs, non vtique ſimiliter ea facit Filius. Cùm verò & hæc eadem & ſimiliter, profectò nec alia ſunt Filij quàm Patris opera, nec operantium eſt diuerſa potentia. Nec vtique ſine Spiritu Sancto, neque à faciendis amborum operibus, vllo modo amborum ſeparabitur Spiritus.* Hactenus Auguſtinus.

Ambroſius lib. 4. de Fide breuiſsimè concludens contra Arianos, ait: *Cur ſcriptum eſt, eadem facit Filius, & non talia, niſi vt in Filio vnitatem, non imitationem paterni operis æſtimares.*

Cæterùm quia & in hoc capite & in ſequentibus multa occurrunt dicta de Chriſto, quæ niſi eruditè diſtinguantur, multis erroribus occaſionem præbere poſſunt, regulam tradam, ex qua facile erit iudicare, quo reſpectu quæuis dicta de Chriſto accipienda ſint. Eſt autem hæc regula: Quædam dicuntur de Chriſto reſpectu deitatis indefinitè: quædam humanitatis tantùm: quædam reſpectu Patris ſimpliciter: quæ-

A dam reſpectu Patris, ſed ratione officij mediatoris: quædam reſpectu perſonæ, ratione communicationis idiomatum.

Ex hac regula facile intelligere eſt, quando Filius vel æqualis vel minor Patre dicendus eſt vel neutrum. Nam reſpectu deitatis indefinitè nec æqualis nec maior nec minor dicitur. Eſt enim vna tantùm numero diuina eſſentia, in qua nullus eſt neque æqualitati neque inæqualitati locus. Reſpectu humanitatis Filius eſt minor (B) Patre vt creatura creatore. Reſpectu Patris ſimpliciter Filius eſt alius à Patre, ſed Patri per omnia æqualis. Reſpectu Patris, ratione officij mediatoris, minor dicitur Filius Patre. Chriſtus enim mediatoris perſonam ſuſtinens medium gradum tenet inter Deum & homines, neque tamen ideo minuitur ipſius maieſtas. Nam etſi ſemetipſum exinaniuit, gloriam tamen ſuam quæ abſcondita fuit coram mundo, non perdidit apud Patrem. Reſpectu perſonæ, ſed ratione (C) communicationis idiomatum ea dicuntur, quę cùm alterutrius ſint naturæ, prædicãtur tamen de altera, ſed in concreto tantùm, & non in abſtracto. Nam concretum hypoſtaſin ſimul notat. Abſtractum naturam tantùm, & non hypoſtaſin. Cùm ergo dicitur: *Deus acquiſiuit ſibi Eccleſiam ſanguine ſuo:* vera eſt enunciatio, quia Subiectum huius enunciationis, Deus, etſi principaliter naturam ſignificat diuinam, tamen ſimul hypoſtaſin complectitur. At ſi dixeris: Deitas (D) acquiſiuit ſibi ſanguine ſuo Eccleſiam, falſa erit enunciatio, quia Subiectum, Deitas, tantùm naturam diuinam notat, quę pati nõ poteſt. Creare, eſt idioma diuinæ naturæ, pati, eſt idioma humanæ naturæ, at hæc idiomata prædicantur promiſcuè de Subiectis, quibus ſimul comprehẽditur perſona, qualia ſunt concreta ſola. Veræ igitur ſunt hæ enunciationes: Deus eſt paſſus, Homo Ieſus creauit cœlum & terram, quia eadem perſona ſignificatur & nomine Deus & (E) nomine Ieſus. Tametſi enim principaliter ſignificatur Deitas nomine Deus, vt nomine Ieſus humanitas: tamẽ ſimul ſignificatur Subiectum ſeu ὑφιστάμενον ſeu hypoſtaſis, id eſt perſona, quæ vna tantùm eſt. Ita ergo debent huiuſmodi enunciationes reſolui, Deus paſſus eſt, id eſt, hæc perſona quæ eſt Deus, eſt paſſa, ſcilicet in aſſumpta natura, ſeu, vt Petrus ait: *Chriſtus eſt paſſus carne.* Ieſus creauit cœlum & terram, id eſt, hæc perſona quæ eſt homo, creauit cœlum & ter- (F) ram, ſed per naturam aſſumentem, id eſt, diuinam. Hæc communicatio idiomatum quæ fit in concretis tantùm, tria docet, videlicet vnionem perſonalem, diſtinctionem naturarum, proprietatumque earundem, & precium actionum & paſsionum mediatoris in humana natura.

Vnionem perſonalem docent, quia niſi vna perſona eſſet Deus & homo, nõ rectè diceretur: Dominus gloriæ crucifixus eſt, aut: *Nemo aſcẽdit in cœlum, niſi qui deſcẽdit de cœlo, Filius hominis qui eſt* (G) *in cœlo.* Voluit ergo Paulus & Chriſtus his dictis ſignificare, naturam diuinam & humanam in vna perſona ſubſiſtere.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Diſtinctionem naturarum proprietatumq; A
earundem docent, cùm in abſtractis negatur al-
ternatio naturarum & idiomatũ earum. Quem-
admodum ergo in Chriſto naturas diuinam &
humanam confitemur poſt vnionem ſaluas &
integras manere ſine aliqua cõfuſione aut tranſ
mutatione: ita etiam ſubſtantiales earum diffe-
rentias fateri debemus manere incolumes & il-
labefactatas. Non enim poterit natura aliqua ſi-
ne naturalibus ſuis differentiis ſubſiſtere. Qui
ergo confundit proprietates, ſimul naturas con B
fundit, imò eas euertit & abolet.

Preciũ quoq; actionũ & paſsionũ mediatoris
in humana natura docent. Ná ideo actiones &
paſsiones mediatoris in humana natura ſunt
infiniti precij, quia perſona agens & patiens eſt
Deus. Ná vt ob ineffabilẽ hác diuinæ naturæ &
humanæ naturæ vnionẽ perſonalem fit mutua
proprietatum vtriuſque naturæ alternatio &
alterna prædicatio, vt oſtendimus: ita ex indi-
uidua hac naturæ diuinæ & humanæ in vna C
perſona vnione eſt dignitas infinita, perfectio
abſolutiſsima, & inæſtimabile precium omniũ
actionum & paſsionum Chriſti in ſanctiſsima
ipſius humanitate. Inde ergo eſt potentia & vir-
tus delendæ iniquitatis, poteſtas remittẽdi pec-
cata, viuificandi & ſaluandi credentes. Atque
hoc eſt quod Liranus ſcribens in 11. caput Lucæ
dicit: *A Chriſto prouenit gratia & gloria principaliter
ratione deitatis, & inſtrumentaliter ratione humanita-
tis, quia humanitas eſt organon coniunctum ipſius dei-* D
tati. Sed hæc breuiùs de communicatione idio-
matum, quia de hac ſuprà in primo cap. copio-
ſiùs diſſeruimus.

Sed cur Chriſtus hac loquendi formula vti-
tur? *Non poteſt filius à ſeipſo facere quicquam, niſi quid
videat patrem facientem.* Item: *Quæcunque ille facit,
hæc filius pariter facit.* Hac formula loquendi vti-
tur Dominus, quemadmodum & ſequentibus
quibuſdam, vt ſuam Eccleſiam hæc tria de ſe
doceat. Primùm, quòd ſit verus homo, verus E
Deus, & vnus Chriſtus ſeu vna perſona. Nam
cùm dicit: *Nihil poteſt.* Item: *Videt Patrem fa-
cientem*, loquitur humanę naturę reſpectu. Cùm
rurſus dicit: *Hæc ſimiliter facit*, diuiná naturam,
qua vnà cum Patre agit eadẽ Filius, indicat. At
cùm vtrumque, videlicet videre patrem facien-
tem, & hæc eadem facere, tribuit vni filio, vnio-
nem perſonalem clariſsimè docet. Hæc ratio ſer
uetur in multis dictis Chriſti, in quorum expli-
catione ſingula rectè applicentur, iuxta analo- F
giam fidei de Chriſto. In hunc modum accepiſ-
ſe dictum Domini Cyrillũ, ex ipſius verbis ap-
paret. cùm ait: *Nemo turbetur, quoniam nihil ſe facere
ait, niſi quòd viderit patrem facientem. Nam quia ſerui
formam aſſumpſit, propterea diſpenſando ita loquitur,
vt Deum & hominem ſimul doceat.*

Sed qd nos ex hoc dicto Chriſti colligemus?
doctrinam, & ex doctrina conſolationem. Do-
ctrinam quidem, quòd tametſi Dominus nobis
naturæ ſocietate coniunctus eſt vt verus & per- G
fectus homo: tamen ſit verus Deus, Patri poten
tia & maieſtate æqualis, vtpote cuius operatio

A eadem eſt quæ & Patris, vt vnum agnoſcamus
Chriſtum, Deum & hominem. Conſolationem
verò aduerſus potentiam peccati, mortis, Dia-
boli, inferni. Ná cùm habemus redemptorem,
non ſolùm omnipotẽtem, vt verum Deum, cui
nullæ vires hominum aut Diabolorum poſsũt
reſiſtere: verùm etiam nobis naturæ ſocietate
coniunctum, fieri non poteſt, vt ſuccumbamus
ab vlla potentia victi, dummodo hunc noſtrum
redemtorem firmiter fide teneamus. Ex hoc
B principio fluit dictum Iohannis: *Hæc eſt victoria
quæ vincit mundum, fides veſtra.*

***20 Pater enim diligit filium, et omnia de-
monſtrat ei quæ ipſe facit, & maiora his de-
monſtrabit ei opera, vt vos miremini.***

Ratio cur dixerit Filium eadem facere quæ
Pater facit, ſumpta à dilectione paterna, qua Pa-
ter Filium in aſſumpta humana natura comple-
ctitur. Non enim abſolutè accipienda ſunt de
C Filio reſpectu Patris ſimpliciter, ſed quatenus
Filius in aſſumpta natura humana Patris eſt le-
gatus, & mediator inter Deum & homines con-
ſtitutus. Hìc rurſus copulatiua particula pro il-
latiua ponitur. Eſt enim argumentum huiuſ-
modi: Pater diligit Filium: Ergo Pater omnia
demonſtrat Filio. Eſt proinde Patri ſapientia,
potentia & operatione æqualis. Pertinet & hoc
dictum ad confirmandum id quod propoſitum
eſt, videlicet Patris & Filij operationem vnam
D & eandem eſſe, ex quo ſequitur Patrem accuſa-
ri violati ſabbati, cùm Filius eius rei accuſatur.
Vt autẽ intelligatur clariùs, qualis nam ſit hæc
demonſtratio, qua Pater demonſtrat Filio om-
nia quæ facit, aſcribam verba Cyrilli: *Pater, in-
quit, Filio demonſtrat quæ ipſe facit, non quaſi depicta
in tabulis, nec quaſi ignorantem doctrina iuuans (omnia
enim Filius veluti Deus nouit) ſed totum ſe ipſum in
natura ſic pingens, vt quæcunque in ſe habeat, in Filio
demonſtret: ita, vt ex quibus, quænam ſit natura Patris
E cognoſcitur, ex illis etiam natura Filij demonſtratur. Id-
circo dictum eſt Matth. 11. 27. quòd nullus cognoſcat Fi-
lium niſi Pater, nec Patrem cognouit aliquis, niſi Filius.
Eſt autem in vtroque non per doctrinam, ſed naturaliter
vtriuſque cognitio. Et Pater quidem in ſeipſo Filium vi-
det, Filius autẽ Patrem rurſus in ſeipſo videt. Propterea
dicit: Ego in Patre, & Pater in me eſt, Iohan. 14. 10. Vide-
re autem & videri non humano more, ſed Deo conue-
nienter intelligatur.*

Porrò cùm addit: *Maiora his demonſtrabit ei ope-
F ra, vt vos miremini*, collationem facit inter opus
ſanationis languidi, ſuper quo ſtupebãt Iudæi,
etſi indignabũdi, & vera mediatoris opera, qua-
ſi diceret: Magnum eſt opus, Patris & mea ſa-
natio huius languidi, qui triginta octo annos
detentus fuerat morbo, ſed multò maiora erunt
opera, & maiori admiratione digna mortuos in
peccatis homines excitare, eos viuificare, & iu-
ſtificare, totum mundum & Eccleſiam admini-
ſtrare, iudicare orbem atque alios vita æterna
G donare, alios autem æternis pœnis ſubiicere.
Horum ſtupendorum operũ ſymbola quædam
ſunt viſibilia, ſanationes corporum, quæ veſtras
mentes

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mentes meritò excitarẽt ad cogitandum de ſanationibus animarum & æternis bonis quę ego ſum daturus.

Porrò de dilectione, qua Pater Filium complectitur, & de eius effectu in nobis quædã huc neceſſariò adiicienda ſunt. Obſeruanda eſt autem duplex in Deo dilectio. Vna qua filium ſuum complectitur ab æterno & in mũdum miſſum aſſumpta humana natura, de hac ipſe Pater clamat ſupra Filium, *Hic eſt Filius meus dilectus*, Matt.3. 17. Altera qua ſuam creaturam complectitur, & eſt duplex: Vniuerſalis vna, qua omnes ſuas creaturas ſimul iuxta ſuos gradus & ordines fouet & gubernat. Hæc etſi magna eſt, tamen iuſtitiam Dei, qua punit contumacem naturam Angelicam, & humanam, non excludit. Altera eſt ſpecialis, quæ fundatur in dilectione Filij, quem Pater ab ęterno diligit, quem & dedit in mortem, vt ſuæ iuſtitiæ fieret ſatis, ac genus humanum per peccatum perditum ſaluaretur. De hac loquitur Dominus Iohan.3.16. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Et Paulus ad Romanos 5.8. *Deus commendat ſuam charitatem erga nos, quòd cùm adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Huc pertinet vox Patris, Matth.3.17. *In hoc mihi complacui.* Et dictum Pauli ad Epheſ.1.6. *Habet nos charos in dilecto.* Hæc Patris dilectio, qua nos in Filio complectitur, pariet & alet in nobis fiduciam, timorem, dilectionem, ſpem atque adeò promptiſsimam obedientiam in vita & morte. Fiducia nec eſſe poteſt, nec concepta creſcere in nobis, niſi ſtatuamus nos diligi à Deo, idq; nõ noſtro merito, ſed Chriſti ſolius merito & interceſsione. Hinc ingens lætitia in corde concipitur, dum ſentimus Spiritum Sanctum noſtro Spiritui ferre teſtimonium, quòd ſimus in dilecto dilecti, atque adeò Filij Dei. Timor ex hac quoq; dilectione naſcitur, quo cauemus offendere Patrem adeò nos diligentem, & ſtudemus ipſi in omnibus obedire, & aduerſamur hoſtibus eius, vitiiſque ab eo damnatis. De hoc Dauid loquitur in Pſalmo 112.1. *Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.* Hìc Dauid cauſam & effectum ſeu rem & eius naturalem proprietatem coniungit, vt doceat, quiſnam ſit & qualis verus Dei timor, vnde colligitur hæc ſancti timoris Dei definitio, videlicet quòd timor Dei ſit affectus ardens venerandi & colendi Deum iuxta ipſius mandata. Hic ergo timor Dei Sanctus declinat offenſam Dei, facit imperata, cauet inſidias, quærit præſidia.

Dilectio quoq; qua nos viciſsim Deum proſequimur, à dilectione Dei erga nos manat. Hęc dilectio talis eſſe debet, vt Deum cæteris rebus vniuerſis anteponamus, honoremque & gloriam ipſius chariorem habeamus cunctis huius vitę honoribus, voluptatibus & commodis. Hac dilectione copulamur Deo fide iuſtificati. Eſt enim dilectio virtus, qua diligens copulatur dilecto. Sic enim Clemens ait: ἡ ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ. Ex hac dilectione qua Deum diligimus, neceſſariò adeo naſcitur dilectio proximi, vt Iohannes

A non dubitet dicere, eum qui non diligit proximum, Deum non diligere. Aſcendit enim Iohannes à proprio effectu ad propriam cauſam. Siquidem infallibile indicium ſuæ cauſæ eſt effectus naturalis & proprius.

Spes inuicta aduerſus omnia nobis aduerſantia, ex hac Dei dilectione cõcipitur, fouetur, roboratur. Nam cùm tria ſunt obſtacula, quæ homines impediunt, quo minus ſe à Deo diligi exiſtiment, videlicet calamitates præſentes, vox

B Legis, & chirographum Dei in cordibus hominum, id eſt, conſcientia, his ſe ſpes inuicta opponit adeò vt ſancti Dei homines etiam in media cruce exultent & triumphent, iuxta illud Pauli Rom.5.3. *Gloriamur in afflictionibus, quia afflictio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confundit, quare? quia dilectio Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctũ qui datus eſt nobis.* Hinc illa fiduciæ vox Rom. 8.38. *Certus ſum quòd neque mors, neque vita, neque*

C *Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Obedientia denique in vita & morte ex hac Dei dilectione erga nos naſcitur, cuius pulcherrimum exemplum habemus in patre noſtro Abrahamo propoſitum Gen.22. qui obedientiam erga Deum vitæ dulciſsimi filij antepoſuit, cõmendans nobis ſuo facto, vt obedientiam erga

D Deum omnibus rebus mũdi quantumuis pretioſis anteponamus. Eſt autem obedientia erga Deũ, voluntatis Dei in verbo propoſitæ prompta & debita executio. De vero modo obedientiæ Deo præſtandæ teneatur hæc Auguſtini regula aduerſus Iulianum lib.4.cap.3. *Noueris itaque non officijs, ſed finibus à vitijs diſcernendas eſſe virtutes. Officium eſt quod faciendum eſt, finis verò propter quod faciendum eſt. Cùm itaque facit homo aliquid vbi peccare non videtur, ſi nõ propter hoc facit, propter quod*

E *facere debet, peccare conuincitur.*

21 *Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & viuificat. Sic & Filius quos vult viuificat.*

Ratio eſt proximæ ſententiæ. Dixit Patrem maiora his opera demonſtraturum eſſe Filio, id nunc exemplis confirmare aggreditur. Eſt autem præſens argumentum huiuſmodi. Maius opus eſt ſuſcitare mortuos eoſque viuificare

F quàm languidum ſanare: Filius ſuſcitat mortuos eoſque viuificat, idque omni die etiam ſabbato, perinde atque Pater. Siquidem vna eſt vtriuſque actio. Nam, vt Auguſtinus ait, non vtique alios Filius ſuſcitat, alios Pater, ſed eoſdem Pater & Filius, quia omnia per Filium. Ergo hoc opus Filij maius eſt quàm languidum ſanare. Verùm ſi hoc opus quod reuera maius eſt non iuſtè culpatur, ſi fit die ſabbati à Patre & Filio, pariter multò minùs culpabile erit opus

G quod minus eſt, quale eſt ſanatio languidi.

Ambroſius hinc concludit vnam & eandem eſſe voluntatem Patris & Filij. Ita enim ait:

Dic quos viuificauerit Filius, & Pater viuificare nolue-
rit? Cùm autem Filius quos velit, viuificet, & operatio
vna ſit, vides quia non ſolùm Filius voluntatem Patris,
ſe etiam Pater Filij faciat voluntatem. Quos ergo Fi-
lius viuificat, per Patris viuificat voluntatem. Vna igi-
tur eſt voluntas.

Porrò ſuſcitatio mortuorum & eorundem
viuificatio duplex eſt. Vna ad animam, altera
ad corpus pertinet. De priori hîc loquitur, quæ
perpetua operatio eſt Patris & Filij in Eccleſia,
de qua Paulus Epheſiis in hunc modum ſcribit.
Epheſ.2.4. *Deus diues miſericordia, cùm eſſemus pec-*
catis mortui, vnà viuificauit nos per Chriſtum cuius
gratia eſtis ſaluati, vnáq; ſuſcitabit, vnáq; collocabit in
cœleſtibus in Chriſto Ieſu. Sed quomodo hæc ſu-
ſcitatio & viuificatio fiat, exponit ipſe Dominus
paulò infrà. Præterea etiam infrà definit, qui-
nam ſint illi quos vult viuificare Filius, nempe
audientes vocem eius. Hîc rurſus docetur & e-
andem potentiam, & eandem voluntatem eſſe
Patris & Filij: Vnde doctrinam & conſolationē
hauriamus. Doctrinam, quòd viuificatio & ſu-
ſcitatio à morte peccatorum, ſit opus Patris &
Filij. Conſolationem verò, quòd non ſit nobis,
modò in fide maneamus conſtātes, timendum
à potentia mortis, cùm Pater & Filius pariter
mortem deſtruant in audientibus vocem Filij
Dei, & in eum viua fiducia recumbentibus, &
pariter eoſdem viuificent donato Spiritu San-
cto, per quem regenerantur, & regenerati no-
uæ vitæ nouas actiones ædunt.

22 Neque enim Pater iudicat quemquam,
ſed omne iudicium dedit Filio.

23 Vt omnes honorent Filium, ſicut hono-
rant Patrem.

Aliud exemplum proponit eorum operum,
quæ maiora ſunt ſanationibus corporum, quo
exemplo oſtendit Filium maiora facere opera
quàm eſt corporum ſanatio. Eſt autem argu-
mentum huiuſmodi: Iudicare mundum maius
opus eſt quàm ſanare corpora. Filio iudicandi
mundum poteſtas data eſt à Patre. Ergo Filij
maiora ſunt opera, quàm ſanationes corporū.

Quoniam autem iudicādi verbum, cùm Deo
tribuitur, latiùs patet, & hîc additur diſtribu-
tionis nota Omne, qua ſignificatur genus pro
omnibus partibus ſubiecti accipiēdum eſſe, iu-
diciū hoc loco accipitur primùm pro vniuerſali
mundi gubernatione & vniuerſali prouidētia,
qua mūdus totus cōſiſtit, fouetur, conſeruatur,
regitur, gubernatur. Hoc iudicium Patris & Fi-
lij & Spiritus Sancti, vna eſt operatio & admi-
niſtratio, quę omnibus ſanationibus corporum
extra omne dubium maior eſt. Secundò accipi-
tur iudicium pro gubernatione Eccleſiæ, quo
Pater per Filium patefacit Euangelium, con-
ſeruat miniſterium, dat Spiritum Sāctum, mor-
tuos viuificat, colligit verbo, inde vſque ab ini-
tio, regnum Filio, hoc eſt, Eccleſiam. Eſt & hoc
iudicium abſque omni dubio omnibus corpo-
rum ſanationibus anteponendum. Nam vt lon-
A gè præſtant animæ natura & dignitate corpori-
bus: ita illarum ſanationes excellentiores ſunt
& maiores quàm corporum. Tertiò, iudicium
hoc ad extremum examen, in quo iudicabitur
orbis terrarum, refertur. Tum enim Pater per
Filium vt omnes Diabolos & homines Diaboli
membra adiudicabit morti æternę & nunquam
finiendis ſuppliciis: ita pios æterna donabit vi-
ta, qua in omnem æternitatem futuri ſunt bea-
ti. de hoc triplici iudicio Trinitatis accipio Iudi-
B candi vocabulum hoc loco propter diſtribu-
tionis notam.

Quòd autem Pater dicitur dediſſe Filio hoc
iudicium, intelligendum eſt naturæ aſſumptæ
reſpectu in mediatoris perſona. At inquies, huic
interpretationi videntur aduerſari verba Chri-
ſti. Ita enim ait claris verbis: *Pater non iudicat*
quemquam. Tu autem dicis, Patrem iudicare om-
nia per Filium, vt vnum ſit vtriuſque (à quibus
non excluditur Spiritus Sanctus) iudicium. Ad
C hanc obiectionem ita reſpondeo: A principio
in primo capite poſito, & ſæpè ab Apoſtolis re-
petito nō eſt diſcedendum. Principium autem
hoc eſt: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo fa-*
ctum eſt nihil quod factum eſt. Ex quo ſequitur, nec
Patrem quicquam ſine Filio, nec Filium ſine
Patre iudicare. Hinc Paulus omnia per Filium à
Patre fieri concludit. Deinde finis iudicij hîc
propoſitus à Domino docet iudicium eſſe Pa-
tris & Filij pariter. Eſt autem finis iudicij, vt o-
D mnes honorent Filium ſicut honorant Patrem.
Si ergo honor, qui eſt præmium operis, eſt par,
profectò opus, propter quod honor tribuitur,
erit commune. Nam ex æqualitate honoris con
cluditur æqualitas iudicij. Hæc ita eſſe, non po-
teſt eſſe vllum dubium. Sed quæſtio nondum
eſt ſoluta. Dicit enim Filius diſertè: *Pater non iu-*
dicat quemquam: Sed omne iudicium dedit Filio. Ergo
Filius ſine Patre iudicat. Ad hanc obiectionem
duobus modis, & rectè, reſponderi poteſt.

E Primùm, ex multis ſimilibus locutionibus
quæ in hoc Euangeliſta occurrunt, quales ſunt
hæ: Iohan.5.30. *Non quæro voluntatem meam, ſed*
voluntatem eius qui miſit me. Item Iohan.7.16. *Do-*
ctrina hæc non eſt mea, ſed Patris. Item Iohan.9.3.
Neque hic peccauit, neque parentes eius, manifeſtum
eſt, Chriſtum ſæpè loqui ex ſenſu eorū ad quos
dirigitur oratio. Vnde fit vt orationes huiuſmo-
di non ſint ſimpliciter negantes, ſed ſecundùm
quid, vt in ſcholis loquimur. Iudæi putabant
F Deum omnia iudicare, & hunc mundum vni-
uerſum adminiſtrare ſine filio. hoc negat Filius
verum eſſe, vt ſit ſenſus: *Pater non iudicat quem-*
quā, ſcilicet ſeorſim ſine Filio, vt vos putatis: *ſed*
omne iudicium dedit Filio, videlicet vt ipſe per Fi-
lium omnia iudicet & adminiſtret. Hæc ſolutio
ſolida eſt.

Verùm qui Iudicium, cuius hîc fit mentio,
referunt ſolummodò ad extremum iudicium,
aliter quæſtionem diluunt. Reſpondent itaque
G hoc modo: Pater ideo dicitur non iudicaturus
eſſe, quia Pater in futuro iudicio viuorum &
mortuorum non apparebit, ſed Filius in forma
ſerui.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſerui. Vnde Auguſtinus: *Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio, quia in forma Filij hominis apparebit, quæ forma non eſt Patris ſed Filij, nec ea Filij in qua æqualis eſt Patri, ſed in qua minor eſt Patre, vt ſit in iudicio conſpicuus & bonis & malis.* A
Sic ergo Chriſtum locutum exiſtimát, quia hominibus in iudicio nõ apparebit niſi Filius, Pater occultus erit, Filius manifeſtus: ſed priorem ſolutionem præfero.

Sed quid eſt honorare Filium vt Patrem? Hic honor in mente, in corde, in lingua, in confeſ- B
ſione, & in vita poſitus eſt.

Mente honorantur Pater & Filius pariter, quando rectè ſentimus de Patre & Filio iuxta Scripturam, videlicet quòd Pater & Filius ſint vnus Deus, quòd Filius à Patre ſit ab ęterno natus, diſtincta à Patre perſona, quòd Filius Patri ſit coæternus, æqualis potentia, ſapientia, maieſtate, quòd Pater omnia creauerit & adminiſtret per Filium, quòd Pater miſerit Filium in mundum, vt per ipſum mundum ſibi reconci- C
liet, & reconciliatis det vitam æternam.

Corde honoratur Pater & Filius, quando viua fiducia recumbimus in bonitatẽ Patris propter Filium, & ſimili fiducia Chriſtum mediatorem apprehẽdimus retinemus & credimus nobis remitti peccata propter victimam Filij, ornari iuſtitia Filij, donari Spiritu Sancto, qui ſit nobis arrhabo hæreditatis promiſſæ per Chriſtum. Lingua honoratur Pater & Filius prædicatione Euangelij & gratiarum actione. Voca- D
tur autẽ hic honor Pſal. 50.14. Sacrificium laudis: *Immola Deo ſacrificium laudis.* Item: *Offerens laudem honorabit me.* Nam cùm ex prædicatione Euangelij ingens cordis lætitia concipitur, lingua prorumpit in Dei laudes, & gratiarum actionem, ſicut Pſal. 68.27. docet: *In Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael.* Item Pſal. 68.34. *Ecce dabit voci ſuæ* (id eſt, Euangelio) *vocem roboris,* (id eſt, efficaciam in cordibus per Spiritum Sanctum) *date gloriam Deo.* Item Pſal. 126.1. *Cùm* E
conuerterit Dominus captiuitatem Sion, replebitur os noſtrum gaudio, & lingua noſtra exultatione. Hoc ipſum docet exemplum Filij Dei, Pſal. 16.9. *Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea.* Vtrumque coniungit etiam Iſaias, cap. 63.7. *Miſerationum Domini recordabor, & laudem Dei annunciabo ſuper omnibus quæ reddidit mihi Dominus.* Et Hoſeas cap. 14.3. *Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.* Idem vult autor Epiſtolæ ad Hebræos, cùm inquit 13. 15. F
Per ipſum offeramus hoſtiam laudis, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini eius. Eſt ergo hic ordo retinendus, mente illuſtrata verbo Dei cor concipit fiduciam & lætitiam in Deo. Hæc lætitia occultari non poteſt, ſed ſe in lingua, deinde in tota vita quaſi conſpiciendam exhibet. Neque aliud vult Dauid vſquam in Pſalmis ſuis.

Cæterùm hypocritæ Papiſtæ, ſepulto Euangelio decantationem Pſalmorum per ſe cultum Dei eſſe ſtatuunt & opus meritorium, quo fin- G
gunt ſe mereri & ſibi & aliis remiſsionem peccatorum in contumeliam Filij Dei. Horum errorem ipſe Filius Dei refutat Matth. 15.8. adducto teſtimonio ex Iſaia 29.13. *Populus hic labiis me honorat, cor autem illorum longè eſt à me.* Verùm nos tum demum vtemur cum fructu decantatione Pſalmorum, ſi propter ſequentes fines Pſalmos decantamus.

Primus, vt in nobis Spiritus excitetur & accẽdatur ad ardentiorẽ numinis venerationem.

Secundus, vt nos mutuò doceamus & commonefaciamus quò proficiamus in cognitione & ſenſu.

Tertius, vt ædamus teſtimonium fidei noſtræ in cœtu ſanctorum.

Quartus, vt inuitemus alios exemplo ad meditationem bonitatis & miſericordiæ Dei. Cùm propter hos fines decantantur Pſalmi, aut alia Spiritualia cantica, vtilis eſt diſciplina, & placet Deo propter fines enumeratos.

Confeſsione honoratur Pater & Filius, quando Tyrannorum minis, amicorum blanditiis, voluptatibus carnis, calamitatibus & ſuppliciis, breuiter cùm neque proſperis neque aduerſis abſterremur ab agnitione & confeſsione Filij Dei.

Tota denique vita honoratur Pater & Filius, quando actiones omnes interiores & exteriores reſpondent notitiæ & viuæ cordis fiduciæ, quando obedientiam erga Deum omnibus rebus mundi anteponimus, quando multos noſtris piis moribus & exẽplo inuitamus ad Chriſtum, vt vnà nobiſcum & hîc in terra, & poſteà in omnem æternitatẽ Deum Patrem per Chriſtum prædicent, hinc in vera inuocatione nominis Chriſti diſcedentes.

Porrò ex hoc loco tria colligamus, videlicet doctrinam, refutationem & cõſolationem. Doctrinam de æqualitate Patris & Filij, quæ ex honoris æqualitate, vt diximus, colligitur. Refutationem Arianorum, qui Patre minorem eſſe Filium nugantur, non ſolùm reſpectu humanitatis & diſpenſationis, ſed etiam deitatis & reſpectu Patris ſimpliciter. Etſi enim Filius minor Patre eſt ſecundùm humanitatem & diſpenſationem certi temporis: tamen ratione deitatis idem eſt cum Patre Deus, & reſpectu Patris ſimpliciter æqualis eſt Patri. Conſolationem, quòd cõſortem naturæ noſtræ habeamus iudicem noſtri amantiſsimum, modò ipſius fidei nos totos committamus.

Qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui miſit illum.

Quod dixit de honore Patris & Filij, antitheſi amplificat, qua Iudæos contemnentes Filium arguit. Putabant Iudæi ſe Deum Patrem honorare, cùm tamen Filium quem miſit Pater, contempſerunt & perſecuti ſunt. Iam autem cùm fieri non poteſt, quin ſpreto quouis legato ignominia afficiatur qui legatum miſit, quid dicemus de illis qui non vulgarem legatum, quales fuêre Prophetæ, ſed Filium Dei, qui Patris nomine legatione functus eſt, ignominia affecerunt & perſecuti ſunt. Hinc patet,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quales fuerint Iudæi, qui tum temporis ſibi Eccleſiæ titulum vendicarunt, quibus non diſsimiles ſunt hodie Papiſtæ, qui Euangelium Ieſu Chriſti igni & gladio perſequuntur. Etſi autem quid ſit non honorare Filium, patet ex antitheſi: tamen regulam hanc quam Dominus hîc tradit, docendi gratia tribus hominum generibus accommodabo, qui non honorant Filium.

Primum genus eorum eſt, qui Filium prorſus negant, ſub quo continentur Mahometiſtæ, Iudæi increduli, & multæ aliæ prophanæ gentes, quæ Chriſti nomen non ſuſtinent. Hi enim omnes cùm Filium Dei nō agnoſcunt, ſed perſequuntur, mentiuntur ſe Deum inuocare & colere. Quicunque enim non honorát Filium, Patrem contumelia afficiunt, quiduis prætendant. Extra enim Filium nec agnoſcitur nec colitur Deus, vt qui iuxta verbum ſuum agnoſci & coli velit.

Secundum eſt Hæreticorum, qui tametſi in externo Eccleſię cœtu ſunt, tamen de Filio non rectè docent. Quidam enim diuinitatem, quidam humanitatem, quidam vnionem perſonalem, quidam officium impugnant.

Tertium eorum hominum eſt, qui & ſunt in Eccleſia, & Euangelij doctrinam puram amplectuntur, & confeſsione teſtantur ſe abhorrere ab hæreticis, & omni ſuperſtitione, pugnante cum Euangelio: tamen vitam viuunt profeſsioni non reſpondentem. Hi verbis quidem agnoſcunt & honorant Filium Dei, ſed factis ipſum negant & ignominia afficiunt, quemadmodum Paulus docet Tito ſcribens Tit. 1. 16. Habemus itaque hanc Chriſti regulam, quæ diſcernit inter Eccleſiam Dei & omnes alias ſectas in mundo. Item inter viua membra Eccleſiæ & mortua, ſeu καρκινώματα, quæ ingentem dolorem adferunt viuis Eccleſiæ membris. Nam vt quicunque non honorat Patrem, non honorat Filium: ita qui Patrem honorat, ſimul Filium honoret neceſſe eſt. Non enim poteſt honor Patris & Filij ſeparari. Et rurſus, qui Filium honorat, is ſimiliter neceſſariò Patrem honorabit. Qui ergo dicit, ſe Patrem honorare ſpreto Filio, mendax & vanus eſt.

Cæterùm ſi quæritur, quomodo Filius dicatur mitti à Patre, cùm Pater vbique ſit cum Filio, & nunquam vel Pater à Filio, vel Filius à Patre recedat, adeò vt ipſe Filius dicat: *Pater in me eſt, & ego in Patre.* Reſpondeo, miſsione Filij non ſignificari vllam loci mutationē, quæ in Deum non cadit, ſed diſpenſationem ratione mediatoris & incarnationis. *Eſt* enim *Deus*, vt Paulus 1 Timot 3. 16. loquitur, *manifeſtatus in carne.* Item Phil. 2. 7. *Exinaniuit ſeipſum formam ſerui aſſumēs, & factus eſt obediens vſque ad mortem crucis.* Sic rectè miſsionem Filij interpretatur Auguſtinus, cùm ait: *Miſsio eius, exinanitio ſui ipſius eſt & formæ ſeruilis acceptio, quod rectè intelligitur, ſeruata etiam Filij cum Patre αὐτότητι naturæ.* Et alibi: *Quòd dicitur miſſus veniſſe ad nos, incarnatio ipſius commendatur.* Itē: *Ideo miſſus dicitur, quia de ſinu Patris ad oculos hominum in formam ſerui tanquam egreſſus apparuit.*

A Hæc ergo miſsio ingentem amorem & Patris & Filij erga nos teſtatur, qui ideo in noſtram carnem mitti voluit, vt nos Deo iungeret, & nos in ſuum peculium eligeret. Hunc amorem Dei Patris & Filij agnoſcamus grati, debitum honorem Patri & Filio exhibentes.

24 *Amen Amen dico vobis, qui ſermonem meum audit & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium nō veniet, ſed tranſiuit à morte in vitam.* B

Hoc dicto, & quodnam ſit honoris qui Chriſto & eius Patri debetur, fundamentum, exponit, & ſymbolum ſanationis corporum declarat. Fundamentum honoris, quem Patri & Filio debemus, eſt fides verbi Dei, ac in ipſum iuxta verbum viua cordis fiducia, qua apprehendimus & retinemus Chriſtum datorem vitæ æternæ. Diximus ſuprà ſanationes corporum (C) eſſe ſymbola ſanationū animarū. Quemadmodum ergo languidi, vt leproſi, claudi, cœci, paralytici credentes verbis Domini, mox à ſuis languoribus ſanati ſunt: ita omnes qui credunt verbo Euangelij quod Filius omnibus promiſcuè loquitur, ſanantur à languoribus animarum, adeò vt poſthac vitam æternam viuant. Quòd autem hoc opus ſit maius & beneficium vtilius quàm ſanatio corporum, nemo non videt, qui intelligit æterna bona præferenda (D) eſſe momentaneis, ſpiritualia corporalibus, quæ ſunt animæ, iis quæ corporis ſolummodò ſunt.

Iam argumenti ſummam tenemus. Nunc altiùs ſingula perpendenda ſunt. Vſum geminatæ aſſeuerationis per particulam, *Amen*, ſuprà oſtendimus. Promiſsio quæ hîc proponitur, propriè eſt Euangelii, & quàm ſit magnifica, apparet ex antitheſi. Nam vt omnis qui audit ſermonem Chriſti, & credit ei qui miſit illum, habet (E) vitam æternam, & in iudicium non veniet, ſed tranſiuit à morte in vitam: Ita omnis qui non audit ſermonem Chriſti, & non credit ei qui miſit illum, veniet in iudicium, & hærebit in morte æterna. Quoniam autem ex verbo Dei manifeſtum eſt, quòd omnes homines boni & mali ſiſtentur coram tribunali Chriſti in extremo die reſuſcitatis mortuis, hîc quæritur, quomodo congruat cum iſta ſententia, & hoc Chriſti dictum de credente: *Qui credit*, inquit, *non ve*(F)*niet in iudicium*, & illud in cap. 3. 18. de incredulo: *Qui non credit, iam iudicatus eſt.* Sententia illa quæ dicit, Omnes bonos & malos iudicandos eſſe, ſimpliciter accipienda eſt, vt proponitur Matt. 25. 32. & ſæpè apud Apoſtolos repetitur. Cum hac ſententia neutrum Chriſti dictum pugnat. Nam vtrumque accipiendum eſt non ſimpliciter, ſed certo modo, hoc eſt, vt loquūtur, ſecundùm quid. Nam cùm dicit: *Qui credit, non veniet in iudicium*, ſcilicet maledictionis, condemnatio(G)nis & mortis æternæ. Huius rei cauſa ſubiicitur apud Euangeliſtam: *Sed tranſiuit à morte ad vitam*, id eſt, abſolutus à ſentētia maledictionis,

condem

condemnationis & mortis æternæ, donabitur vita æterna, quam hîc inchoauit. Contrà verò, qui non credit, veniet in iudicium, ſcilicet maledictionis, condemnationis & æternæ mortis.

Verùm quod dicitur Iohan. 3.18. *Qui non credit, iam iudicatus eſt*, ſcil. quo ad culpam & reatum, iudicandus in extremo die iudicio pœnæ æternæ. Atque ita omnes quidem venient in iudicium declarationis, ſed alio modo pij, alio modo impij. Suprà oſtendimus, tres eſſe iuſtas cauſas condemnationis impiorum, quarum prima eſt vniuerſalis naturæ corruptio & reatus. Secunda, volũtaria legis Dei tranſgreſsio. Tertia, contemtus mediatoris offerẽtis remedium aduerſus peccatum.

Porrò in promiſsione præſenti tria ſunt ſpectãda. Primum, quid Chriſtus à nobis requirat. Secundum, quid boni nobis obedientibus promittat & offerat. Tertium, quid mali à nobis tollat & auferat, modò ipſi obediamus.

Quid ergo à nobis requirit Chriſtus? A nobis, quia agnoſcim⁹ noſtra peccata ex lege Dei, & ſentimus chirographum Dei de ira in noſtris cordibus, & verè expaueſcimus propter iniquitates noſtras, requirit Chriſtus vt audiamus ſuum verbum, quod proponit, ſcientiam ſalutis de remiſsione peccatorum per miſericordiam Dei in Chriſto propoſitam, & declaratã, & confirmatam: illud diſcamus, illudque decretum Dei de ſalute conſequẽda per Ieſum Chriſtum immotũ eſſe ſtatuamus. Deinde requirit Chriſtus, vt iuxta hoc verbum credamus ei, qui miſit Filium, hoc eſt, vt certiſsimo certius ſtatuamus Deũ velle nobis propitium eſſe propter Filium, iuxta hãc Euangelij promiſsionem. Nam fides vtrumque complectitur, videlicet certam notitiam promiſsionis gratiæ & firmam fiduciam & in Deum Patrem propter mediatorem, & in mediatorem propter miſericordiam Patris. Nam eadem fides & meritum mediatoris & miſericordiam Patris complectitur, quam fidem Spiritus veritatis operatur in cordibus noſtris ad prædicationem Euangelij, niſi nos malignè Spiritui Sancto oppoſuerimus. Plura de hac fide ſuprà diximus, vbi diſcrimen fecimus inter has locutiones: Credere in Filium Dei, &, credere in nomẽ Filij Dei. Papiſtæ qui dubitationem docent, non diſcernunt inter fidem hominum, id eſt, qua hominibus creditur, & fidem Dei, id eſt, qua Deo credi oportet. Fidem enim Deo debitam falſa metiuntur regula, videlicet fide hominum, qui & fallere & falli poſſunt.

Quid promittit audientibus & credentibus? vitam æternam. Verùm quia vita æterna obtineri non poteſt ſine remiſsione peccatorum, ſine iuſtitia, ſine acceptatione hominis coram Deo, hæc omnia beneficia complectitur Dominus cùm nominat vitam æternam. Siquidem iſta vitæ æternæ poſſeſsionem neceſſariò antecedunt. Si ergo, qui credit, habet vitam æternam, habet remiſsionem peccatorum, eſt iuſtus, eſt reconciliatus Deo. I-

A tem horum primo, vel medio, vel aliquo ſaltem poſito, reliqua intelliguntur per Synecdochen. Cùm ergo vel remiſsio peccatorum promittitur, vel iuſtitia, vel reconciliatio, vel vita æterna, omnia hęc pariter intelligi neceſſe eſt. Hìc enim locum habet regula: cùm plura naturâ coniuncta ſunt, & vnum dicitur, cætera intelligi oportet, quæ tamen accuratè diſtinguenda ſunt, vt beneficiorum mediatoris magnitudo intelligatur, B & gradus dignè æſtimentur. Primùm ergo, qui credit, habet remiſsionem peccatorum, idque non dignitate fidei, ſed merito mortis & paſsionis mediatoris Chriſti, qui ſua obedientia in cruce ſatisfecit iuſtitiæ Dei. Hoc beneficium quantum ſit, nemo ſatis cogitare poteſt. Peccata noſtra diſtinxerunt inter nos & Deum, & planè nos excluſerunt à Deo, ſed Chriſtus ſumpſit noſtra peccata in ſeſe, & pro iis luit mortis ſupplicium: ſine merito huius ſupplicij nullus C vnquam accepit vel minimi peccati condonationem. Secundò, qui credit, accipit iuſtitiam qua Legi ſatisfit. Nam cùm ſine iuſtitia nemo poteſt vitam æternam ingredi, non erit ſatis habere remiſsionem peccatorum, niſi ſimul iuſtificemur. Vt ergo obedientia Chriſti in morte eſt nobis purgatio peccati & ſatisfactio pro peccato: ita obedientia Chriſti, qua ipſe ſolus Legem impleuit, nobis imputatur, vt ea iuſti ſiſtamur coram Deo. De hac iuſtitia loquitur Pau- D lus ad Rom. 5.19. cùm ait: *Sicut vnius inobedientia multi conſtituti ſunt peccatores: ita vnius obedientia multi iuſtificabuntur.* Ad Rom. 4.5. *Ei qui non operatur, ſed credit in eum qui iuſtificat impium, imputatur fides ſua pro iuſtitia.* Hæc duo Pauli dicta vtrumque continent, & quòd credentes ſint iuſti, & quòd ea iuſtitia qua iuſti ſunt, non ſit illorum opus, ſed Chriſti obedientia ipſis credentibus ex gratia imputata. Ergo fides ſolummodò inſtrumentum eſt, quo Chriſtus apprehenditur E & retinetur, qui & purgat nos à peccatis, & ſuã nobis iuſtitiam imputat. *Noſtra delicta*, inquit Auguſtinus, *ſua delicta fecit, vt ſuam iuſtitiam noſtram iuſtitiam faceret.* Præter hãc iuſtitiam Chriſti nobis imputatam, qua ſola conſiſtimus coram tribunali Dei, eſt quędam inchoata iuſtitia, i. obedientia erga Deum in iuſtificatis fide. Hæc iuſtitia nunc iuſtitia bonæ conſcientiæ dicitur, nunc fructus iuſtitiæ fidei, nunc fructus Spiritus. Hæc tametſi non eſt Legis impletio. Nam F nemo Legem nec ante iuſtificationem, nec poſt iuſtificationem in hac vita implere poteſt: tamẽ placet propter Chriſtum, in quo eſt Patri dilectus, quiſquis crediderit. Et quia fide iuſtus non eſt ſub Lege (Legi enim per Chriſtum ſatisfactum eſt in iuſtitiam omni credenti, adeò vt Lex nec accuſet nec damnet credentem) ſed ſub gratia, qua à iure Legis exemtus ſaluatus eſt credens. Præter vtramque, hoc eſt, præter iuſtitiam imputatam credentibus, & inchoatam G in credentibus expectatur perfecta quædam iuſtitia & formalis, de qua Paulus Galat. cap. 5.5. *Nos ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus.* Hanc

Iohánes definit eſſe conformitatem noſtri cum Deo, cùm inquit, 1. Iohan. 3. 2. *Scimus, quòd cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum, ſicuti eſt.* Hanc ideo Paulus Gal. cap. 5. verſ. 5. dicit nos expectare, quia reſuſcitatis corporibus ea iuſti erimus & conformes Deo in omnem æternitatem. Hanc tertiam iuſtitiam cùm Oſiander cum iuſtitia imputata & inchoata confunderet, turbauit & confudit quæ neceſſariò diſtingui oportuit.

Tertiò, qui credit vt habet remiſsionem peccatorum, & iuſtitiam Chriſti perfectam: ita etiam reconciliatus eſt Deo. Nam ſublata cauſa offenſæ Dei, offenſa etiam aboletur. De hac recōciliatione loquitur Paulus ad Rom. 3. 25. cùm ait: *Reconciliati ſumus per ipſius gratiam in ſanguine ipſius.* Et 2. Cor. 5. 19. *Erat Deus in Chriſto mundum ſibi reconcilians.* Habentes in hunc modum remiſsionem peccatorum, iuſtificati & reconciliati Deo, filij Dei ſumus, & hæredes in Chriſto vitæ æternæ.

Porrò hìc obiter admoneantur auditores, idem, ſi rem ſpectes, valere has locutiones: Credentibus remittuntur peccata, &, pœnitentibus remittūtur peccata, quemadmodum multa dicta in veteri & nouo Teſtamento teſtantur. Proinde eandem rem & fidei & pœnitentiæ nomine in his locutionibus ſignificari neceſſe eſt. Nam vtroque ſignificatur conuerſio quæ fit per fidem in Ieſum Chriſtum: ſed modo differunt. Pœnitentia enim ſeu conuerſio dicitur reſpectu temporis, quo homines in infidelitate & peccatis ſuis ſordebant, vnde reſipiſcentes per fidem conuertuntur. Fides verò dicitur promiſsionis reſpectu, quam promiſsionem & apprehendit & poſsidet & retinet fides. Siquidem nō dicimur propriè conuerti niſi vel cùm primùm in Chriſtum fidem concipimus, vel cùm in peccata lapſi contra conſcientiam reſurgimus: Sed credere ſemper dicimur poſt conuerſionem, donec retinetur bona conſcientia. Fides igitur in iuſtificatis & conuerſis manet & ſemper eſt efficax per bona opera. Nam ideo iuſtificati ſumus, vt mortificati carne, & viuificati Spiritu, idq́ue per efficaciam mortis, ſepulturæ & reſurrectionis Domini, ſeruiamus per iuſtitiam Deo. Rom. 6. 19. Hos fidei effectus Baptiſta vocat fructus pœnitētiæ Mat. 3. 8. h. e. conuerſione dignos, h. e. quos conuerſi neceſſariò ædant.

Sed hîc prætereundum non eſt, quòd doctores Eccleſiæ paulò latiùs accipiant pœnitentiæ vocabulum. Nam aliquando illis pœnitentia eſt ſola contritio & dolor propter pœnam imminentem pro peccato, & hæc pœnitētia ab Euangeliſtis μεταμέλεια, & non μετάνοια dicitur. Interdum pro pœnitentia initiali. Item pro continua pœnitentia. Item pro publica pœnitentia. Initialis pœnitentia eſt ipſa conuerſio, de qua modò diximus, quæ fit per fidem in Ieſum Chriſtum. Nam in fide apprehendente Chriſtum conſiſtit hæc pœnitentia, quam initialem vocant, vt fides rectè huius pœnitentiæ cauſa formalis dicatur. Continua pœnitentia eſt iuſtorum retinētium fidem & bonam conſcientiam, & hæc eſt effectus fidei ſeu conuerſionis initialis conſtans mortificatione & viuificatione: Hanc Paulus vocat Rom. 6. 19. ſanctificationem. Hac enim quotidie ſancti proficiunt, & ingemiſcunt petentes remiſsionem peccatorum & liberationem à mortali hoc corpore.

Pœnitentia publica eſt duplex: Vna qua tota Eccleſia flagris diuinitus immiſsis admonita confugit ad Deum, & ſimul ardentibus precibus ex fide admiſſorum peccatorum veniam petit. Alia eſt qua is qui ſcandalum admiſit, reconciliatur Eccleſiæ, quæ eſt effectus conuerſionis ſeu fidei. Hæc quia intelligitur ex lachrymis, ex confeſsione culpæ, & ex humili veniæ petitione cum promiſsione emendationis in poſterum, eius partes fecêre Patres contritionem, confeſsionem & ſatisfactionem. Sed hanc poſtea, cùm Monachi non intelligerent veteris Eccleſiæ diſciplinam, tranſtulerūt ad pœnitentiam initialem coram Deo. Atque ita paulatim Euangelium totum de gratuita remiſsione peccatorum aboleuerunt, tribuentes neſcio quibus ſatisfactionibus meritū remiſsionis peccatorū. Vnde natę ſunt indulgētię Papales, & paulatim infiniti errores in Eccleſiam irrepſerunt.

Quid mali à nobis tollit Filius Dei, modò ipſius verbum audiamus & credamus? *Qui credit*, inquit, *non veniet in iudicium, ſed tranſiit à morte in vitam.* Sed cur dicit in præterito, tranſiit, & non potiùs in futuro, tranſibit. Quidam dicunt Euangeliſtam Enallage temporis, videlicet, præterito pro futuro vti, more Prophetico, vt ſignificet tam certo completum iri ſuam promiſsionem, ac ſi nunc eam fideles poſsiderent. Verum quidem illud eſt quod adferunt de completione promiſsionis, ſed mentem Euangeliſtæ non videntur eſſe aſſecuti. Neque enim hîc Euangeliſta enallage temporis vtitur, ſed propriè loquitur docens & â quo malo in hac vita liberetur qui credit, & quid boni in hac vita conſequatur. *Qui credit*, inquit, *tranſiit à morte ad vitam.* Nam & merito filij Dei à ſententia mortis iam abſolutus eſt, vt non ſit quod pertimeſcat ſententiam condemnationis, modò in fide manſerit ad finem vſque, & per eundem Filium Dei iam viuit. Siquidem & Filius Dei in ipſo viuit, & ipſe viuit in fide Filij Dei, adeo quòd vitam æternam iam fide inchoatam poſſideat, cuius plena fruitione gaudebit reſuſcitatis mortuis. Hinc fidelis anima conſolationem hauriat in omnibus ærumnis, in morte, in die iudicij. Vita enim quam modò fide poſsidet, nunquam ſpoliabitur. Admoneamur igitur, vt ea quæramus quæ ſunt vitæ in Chriſto Ieſu, iuxta illud Pauli ad Coloſſ. cap. 3. 1. *Si reſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quærite vbi Chriſtus eſt ad dexteram ſedens Dei.*

Cæterùm quia hîc fit mentio iudicij & mortis, huc quædam de iudicio futuro aſcribam, de reſurrectione infrà dicturus.

De

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

De iudicio futuro in incredulos cogitemus hæc præcipuè, videlicet cauſas, præmonitiones, tempus, locum, iudicem, ſpectatores, ſententiam, & ſententiæ executionem.

Cauſæ in homine incredulo eſt peccatũ triplex, videlicet originale, voluntaria Legis tranſgreſsio & contemtus Euangelij. Cauſa in Deo eſt iuſtitia vltrix iniquitatis iuxta decretũ Dei æternum. Finis eſt vt prædicetur Deus in omnem ęternitatem propter iuſtitiam, quam in iudicando ſeruat.

Præmonitiones ſunt plures, videlicet, ſententia mortis prolata in tranſgreſſores ante lapſum primorum parentum: eiuſdem ſententia voce Dei repetita in Lege: chirographũ Dei in conſciẽtiis hominũ: calamitates pręſentes, multa ſigna iræ Dei terra mariq́; & mors corporis.

Tempus inſtare non eſt dubium. Nam ſigna prædicta à Chriſto & Prophetis partim præteriêre, partim hodie conſpiciuntur, & finis temporis prædicti ab Helia Propheta in foribus eſt. Item Pauli Apoſtoli & Iudæ vaticinium de moribus hominum impendente extremo die completum eſt.

Locus: in terra iudicabuntur, qui in terra peccauerunt. In terra videbũt iratum iudicem, qui ſaluatorem mitem in terra contempſerunt. In terra condemnabũtur, qui in terra condemnauerunt. Ex terra viuentium excludentur, qui terram morientium contaminauerunt.

Iudex erit Chriſtus viuorum & mortuorum, iuxta ſymbolum. Etſi enim Pater iudicat per Filium, forma tamen ſerui, quam Filius aſſumpſit, ſola in iudicio apparebit. Iudicabit enim Filius Dei verus homo ad iudicium veniens. Ipſe ſiquidem erit iudex qui ſub iudice ſtetit, ipſe iudicabit qui iudicatus eſt, vt videant impij eius gloriam, in cuius manſuetudinem fremuerunt. Talis ergo apparebit iudex, qualis videri poſsit, & ab iis quos coronaturus, & ab iis quos damnaturus eſt. Huc pertinet dictum Sapientię cap. 5.3. vbi nimis ſerò deſcribuntur ſuam deplorare inſipientiam.

Spectatores erunt omnes Angeli boni, & omnes homines electi. In horũ conſpectu damnabuntur omnes qui Euangelio non crediderẽ. Atque tunc impuri ſpiritus exprobrabunt hominibus impiis ingratitudinem erga Chriſtum iudicem, qui vt olim venit ſaluare ex gratia: ita nunc redibit ad puniendum ex iuſtitia. Tunc enim verè erit dies calamitatis & amara valde omnibus impiis.

Sententia iudicis Matth. 25.34. exponitur. Ouibus quidem ſtantibus à dextra dicturus eſt iudex: *Venite benedicti Patris mei, poßidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim,* &c. Hædis ſtantibus à ſiniſtra dicet: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius.*

Executio ſententiæ iudicis verbis duobus, videlicet vitæ & mortis ſignificatur. Vitã enim beatam viuent electi in omnem æternitatem.

A Mortem verò amariſsimam in æternum ſuſtinebunt impij.

25 Amen Amen dico vobis, quòd veniet hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audiunt, viuent.

Eandem ſententiam cum aſſeueratione repetit. Dixit audientes ſermonem ſuum & credentes ei qui miſit illum, habere vitã æternam. B Nunc autem quantum illud opus ſit, & quòd multò maius ſit quàm ſanare corpora, oſtendit. Nam cùm dicit, mortuos audituros vocem Filij Dei, & mortuos audientes victuros, immenſam ſuam potentiam & virtutem nobis commẽdat, quæ in infinitum maior eſt omnibus corporum ſanationibus. Intelligit autem hîc ſpiritualem mortem animæ, quæ multò triſtior eſt quàm mors corporalis. Huius promiſsionis ſymbola quædam proponit Chriſtus, dum Filium principis C Synagogæ, filium viduæ, & Lazarum in vitam ſolo verbo reuocat. Nam vt illos corporaliter mortuos ſua potẽtia excitauit: ita ſpiritualiter mortuos & audientes vocem ſuam à morte peccatorum ſpirituali eripit, eoſque vita ſpirituali & æterna donat.

Hic locus quinque docet præcipuè.

Primum, quod Lex non tollit peccatum & mortem, multò minus vlla humana opera aut merita. Nam ſi peccatum tollerent & mortem D opera hominũ, vitã etiam conferrẽt, quod ea nõ facere hęc Chriſti verba manifeſtè conuincunt.

Secundum, quòd ſine voce Euangelij mortui ſimus in peccatis noſtris, id eſt, rei mortis æternæ propter peccatum.

Tertium, quanta ſit vis Euangelij, cùm illud ſonat in cordibus hominum. Eſt enim miniſterium ſpiritus & vitæ & gloriæ, vt Paul. 2. Cor. 3. 9. teſtatur, & eſt potentia Dei in ſalutem omnĩ credenti, Rom. 1.16. De hac potentia Euangelij E loquitur Pſal. 68.34. *Ecce dabit voci ſuæ vocẽ roboris.*

Quartum, ꝙ vita, i. regeneratio & viuificatio, ſalus & æterna beatitudo ſit propoſita audiẽtibus Euangelium & credentibus in Filium Dei.

Quintum, cùm hîc vocat eos, qui nondum regenerati ſunt, mortuos, cumq́; eos audituros dicit, atque pronunciat audientes victuros, vt ſignificat nos nihil poſſe ex nobis in ſalutis negocio, vt qui mortui ſim⁹: ita haud obſcurè tres vitæ cauſas coniungit, videlicet verbũ Filij Dei, F ſpiritum Filij viuificantem, & auditum verbi. Verbum Filij, hoc eſt, Euangelium inuitans ad pœnitentiã, & offerens pœnitentib. remiſsionẽ peccatorũ cũ aliis beneficiis, quæ cũ remiſsione peccatorũ coniuncta ſunt. Eſt enim inſtrumentũ, ſeu, vt Paulus loquitur, miniſteriũ vitæ. Spiritus Filij viuificans verbo Viuẽdi notatur. Vita enim ſpiritualis ſine ſpiritu Filij nec inchoari, nec eſſe nec conſiſtere poteſt. Auditus verbi voluntatẽ à Spiritu Sãcto doctã & motã requirit. G Nã verbũ vitę efficax eſſe non poteſt, donec nos ꝑtinaciter Spiritui Sãcto reſtiterimus, Act. 7. Vt ergo hîc nobis diligẽtia audiendi & cognoſcẽdi

Euangelium : ita alacritas voluntatis ad obedientiam, ad quam Spiritus Chriſti incitat, dum prædicatur Euangelium, commendatur. Non ergo debemus expectare Enthuſiaſmos aut violentiam, qua reluctantes & inuiti trahamur in obſequium Euangelij.

26 Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo.

Ratio eſt cur audituri vocem Filij Dei ſint victuri, quaſi diceret: Vos miramini quòd vitam pollicear mortuis & audientibus vocem Filij Dei; ſed ſcitote, poteſtatem vitæ conferendæ me habere à Patre qui pariter mecum mortuos viuiſicat. Vna eſt enim viuificatio, qua mortuos communi Spiritu viuificamus. Filius Deitatis & Patris reſpectu, ſine reſpectu diſpenſationis ab omni æternitate vitam in ſemetipſo habet. Verùm hîc loquitur reſpectu Patris ratione diſpenſationis, quatenus videlicet legatus eſt Patris & mediator à Deo conſtitutus in aſſumpta humana natura, idque ideo vt ſciamus quid nobis à mediatore noſtro ſit expectandum. Quidquid enim Pater dediſſe Filio, & quidquid Filius accepiſſe à Patre dicitur, eò pertinet, vt ſciamus illa omnia data & accepta eſſe in noſtros vſus, hoc eſt, vt ea nobis communicet, quæ à Patre accepiſſe dicitur. Hanc ergo vitam, quam Filius hîc dicit ſibi Patrem dediſſe, & in ſemetipſo habere, ipſe nobis communicat, vt nos in eo viuamus, qui vita noſtra eſt. Eſt autem Chriſtus nobis vita, vt alibi à nobis quoque dictum eſt, dum regenerat, dum ſanctificat, dum glorificat nos, qui ipſius membra ſumus, os de oſſibus eius, & caro de carne eius. Vita itaque regenerando nobis eſt, quádo per ſuum Sanctum Spiritũ nos regenerat in nouos homines, quod fit cùm credimus. Tum enim naſcimur arcano quodam afflatu & operatione Spiritus Chriſti Filij Dei, iuxta illud Ioh. 1. 12. *Dedit ἐξουσίαν, Vt Filij Dei naſcantur, qui credunt in nomen eius.* Nam credentes, veluti è ſepulcro prodeuntes, ſuſcitantur à morte peccati, vt ſint noui homines. Atque hac de vita Dominus potiſsimùm agit hoc loco, tametſi alios modos non excludit, qui hunc conſequuntur. Deinde Chriſtus communicat nobis vitam, dum ſanctificat nos. Nam regeniti per Spiritum Sanctum, indies magis magiſque, virtute mortis & reſurrectionis Chriſti mortificantur carne, & viuificantur Spiritu, vt eſt ad Romanos, capite ſexto verſiculo quarto. Hæc mortificatio & viuificatio partes ſunt ſanctificationis, ad quam nos vocatos eſſe teſtatur Apoſtolus. Hæc ſanctificatio (quæ eſt ſeparatio hominis à prophanitate gẽtium per mortificationem carnis, & coniunctio eiuſdem cum Deo per viuificationem Spiritus) eſt renouatio ſeu reparatio imaginis Dei in homine. Tertiò communicat nobis Chriſtus vitam ſuam, dum nos glorificat. Nam potentia qua ipſe viuit, excitabit nos in extremo die, & excitatos donabit æterna vita & immortalitatis gloria. De hac vita & ſuprà dixit, & infrà, vbi de reſurrectione corporum aget, dicturus eſt.

27 Et poteſtatem dedit ei etiam iudicium faciendi, quia Filius hominis eſt.

Amplificat potẽtiam Filij, vt appareat, quanta ſint opera eius & quàm ſint præferenda omnibus ſanationibus corporum, ea opera quæ propria ſunt mediatoris, ac ſi diceret: Non ſolùm Filius habet poteſtatem conferendi vitam mortuis & audientibus verbum ipſius, verumetiam poteſtatem habet condemnandi æternæ mortis ſententia omnes eos qui non audierint verbum eius, neque in eum crediderint. Quòd hic verborum ſit ſenſus, clariùs patebit ex aſſeueratione quæ ſequitur.

Vocabulum ἐξουσία, quo hîc vtitur Euangeliſta, non ſignificat nudam poteſtatem, ſed cum dignitate & maieſtate coniunctam, quæ gloria Dei propria eſt, quæ cùm tribuitur Chriſto, ſequitur, ipſum eundem IEHOVA eſſe cum Patre, iuxta illud Iſaiæ 42. 8. *Ego IEHOVA, hoc eſt nomen meum, gloriam meam alteri non dabo.* Cùm ergo hîc tribuitur Chriſto gloria Dei, neceſſe eſt fateri ipſum Deum eſſe, non alterum à Patre Deum, ſed alteram perſonam à Patre eiuſdem deitatis.

Sed quis vſus eſt huius dicti? duplex vſus eſt huius ſententiæ, vnus ad pios (quos ſua poteſtate eripiet è manibus omnium aduerſariorũ ſuorum & ab omni miſeria vindicabit) pertinet, in quibus verum cum fiducia timorem excitabit, vt & caueant hunc iudicem, qui vitæ neciſque poteſtatem habet ſolus, offendere, & ſtudeant ſe illi innocentia vitæ approbare. Alter ad aduerſarios Chriſti pertinet, quos admonet de futuris ſuppliciis, quæ iuſtus iudex olim ipſis inferet, niſi hîc maturè reſipiſcant.

Cùm hîc adiiciat rationem datæ poteſtatis, hanc videlicet, *Quia Filius hominis eſt*, ſignificat clarè, ſe loqui non reſpectu Patris ſimpliciter, ſed quatenus legatus eſt Patris in aſſumpta humana natura. Nam vt eſt Filius Dei, eiuſdem eſt poteſtatis cum Patre per omnia Patri æqualis: vt eſt Filius hominis, agnoſcit hanc poteſtatem ſibi à Patre donatam eſſe. Hæc ratio ſuperioribus etiam dictis, in diſputatione cum Iudæis accommodanda eſt, quæ vel ſola furoribus Arianorum opponi poteſt, de qua ſuprà dictum eſt, vbi regulam tradidi de diſcrimine eorum, quæ in Scripturis prædicantur de Chriſto.

28 Ne miremini hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius.

29 Et prodibunt qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: Qui verò mala egerũt, in reſurrectionem iudicij.

Datam eſſe poteſtatem Filio iudicandi ſuprà dixit. Nunc qualis ſit futura ſententia iudicis,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cis,exponit,nimirum quòd in extremo die prodituri ſint è ſepulcris omnes homines qui mortui fuerant, pij & impij, vt piis æternam vitam, impiis autem perpetua ſupplicia reddat. Vt ergo quę ſuprà dixit de ſuſcitatione mortuorum, referenda ſunt ad animam: ita quæ hîc dicit, ad communem omnium reſurrectionem pertinent. Hoc opus cùm ſit multò maius quàm ſanatio languidi vnius aut plurium, meritò admirationem incutiet, ídque multò maiorem, quàm omnia miracula quæ in hoc mundo contigerunt.

Vſus huius loci eſt, vt corpora noſtra ſancta & pura conſeruemus: quæ ſperamus aliquando ſubuehenda eſſe ad immortalitatis gloriam. Quoniam autem fides reſurrectionis mortuorum, in qua boni donabuntur vita æterna, & mali ſuppliciis nunquam finiendis ſubiicientur, excedit omnem ſenſus noſtri & rationis menſuram, neceſſe eſt vt firmis fundamentis noſtram fidem confirmemus, ne cum Epicureis & maxima colluuie generis humani, vel de hoc articulo dubitemus, vel prorſus fidem eius abiiciamus.

Duo ergo hîc faciemus. Primùm, iaciemus ſolida fidei noſtræ fundamenta, quò ſit immota fides noſtra de hoc articulo. Vt enim quod faciliùs ſculpitur, faciliùs aboletur: ita citiùs venit in dubium quod velociùs fuerit perſuaſum. Non ergo leuia, ſed ſolidiſsima argumenta proferemus, quibus fides huius articuli nitatur. Deinde reddemus rationem, cur Filius Dei nõ dicat credentes, ſed eos qui bona fecerunt prodituros in reſurrectionem vitæ, qui verò mala fecerunt, in reſurrectionem iudicij.

Cogitantes itaque de hoc articulo primùm omnium veniet nobis in mentem, qua certitudine nitatur vniuerſa Scriptura Prophetica & Apoſtolica, quam cùm conſtiterit eſſe infallibilem & immotam, animus non amplius de vlla promiſsione Dei dubitet, quantumuis illi videantur ſenſus & ratio, adeoq; tota natura contraria eſſe. Nam vt ratio & ſenſus non ſe extendunt vltra naturæ limites: ita fides promiſsionum diuinarum perrumpit cœlum, non dubitans de vlla promiſsione Dei. Nam Deum potentem, iuſtum, veracem, ſtatuit.

Deinde regnum Meſsiæ quod habet perpetuum Scripturę conſenſum de perpetuitate, intueamur. Hoc regnum Chriſti, quod eſt vitæ æternæ, opponitur regno mortis & tenebrarum, quod Diabolo tribuitur. *Semen,* inquit Scriptura Gen. 3. 15. *mulieris conteret caput Serpentis*, hoc eſt, deſtruet opera Diaboli, id eſt, peccatum & & ſtipendium peccati abolebit, id autem fieri non poteſt, niſi reſuſcitatis mortuis. Neceſſe eſt igitur vt reſurgant mortui. Siquidem Rex noſter Chriſtus mortuus & ſepultus eſt, & noſtrã vitam cùm è ſepulcro prodiret, tanquam in primitiis è terra produxit, vt ſciamus nos virtute ipſius in lucem prodituros. Pendet ergo reſurrectio noſtri à reſurrectione Chriſti Regis noſtri. Is primo dierum ſurrexit, nos in nouiſsimo

A die reſurgemus. Ideo Paulus Chriſtũ primitiis confert, nos verò maturæ meſsi. Eſt enim, vt ipſe Dominus teſtatur Matth. 13. 39. conſummatio ſeculi tẽpus meſsis. Cùm ergo ſcimus, Chriſtum reſurrexiſſe, ſciamus & nos eius virtute reſurrecturos.

Secundò: Patres ante Moſen cùm nondum Prophetica & Apoſtolica extarent ſcripta, quinque futuræ reſurrectionis poſt mortem habuêre argumenta.

B Primum à forma hominis erecta. Eſt enim hæc forma ſymbolum naturæ hominis, videlicet quòd ſit compoſita ex terreſtri & cœleſti natura. Siquidem homo conditus eſt ex limo terræ & ſpiraculo Dei. Dicere autem hanc tam nobilem naturam & ſingulare Dei opificium conditum eſſe ad certum interitum, nimis abſurdum fuerit. Hinc coniecturam duxerunt Patres de reſurrectione corporum.

Secũdum ab imagine Dei ex qua & finis ho- C minis intelligitur & vitæ perpetuitas ſignificatur. Nam vt imago Cæſaris in nummo monet quid debeatur Cæſari: ita imago Dei in homine docet quid homo debeat Deo, videlicet perpetuum cultum, ad quem præſtandum perpetuitas vitæ requiritur. Præterea abſurdum eſt cogitare, Deum velle ſuam imaginem perpetuo interitu obſcurari & opprimi.

Tertium à loco in quo homo creatus, collocatus eſt. Ideo enim Deus hominem conditum D in Paradiſo collocauit, vt ſignificaret ſtatum hominis felicem fore, modò obediret pręcepto. Iam autem cùm ſit ſapientis, non fruſtrari fine inſtituti opificij ſui, Patres rectè ratiocinabantur hominem aliquando ſuo priſtino ſtatui reſtitutum iri, quod fieri non poteſt ſine reſurrectione mortuorum.

Quartum à ſemine promiſſo, quod omnium euidentiſsimum & maximum reſurrectionis futuræ argumentum eſt. Sciuerunt enim Patres, E ſemen mulieris promiſſum eſſe, vt contereret caput ſerpentis, hoc eſt, vt deſtrueret opera Diaboli, ſeu regnum Satanæ, quod eſt peccati & mortis. Hinc Patres abſque omni dubitatione fidem reſurrectionis extruxerunt.

Quintum à perpetuitate fœderis. Iniit Deus pactum ſempiternum cum Abrahamo, videlicet quòd velit eſſe Deus ipſius & ſeminis eius poſt eum in ſempiternum. Hoc fœdus non poteſt eſſe ratum, niſi homines à morte reſurgant, F poſtea perpetuò victuri: alioqui Deus ipſorum Deus dici non poſsit, cùm Deus non ſit mortuorum ſed viuorum. Atque ita Patres à forma hominis, naturam: ab imagine Dei, finem: à loco, ſtatum: à ſemine, reparationem poſt lapſum: à fœderis qualitate, perpetuitatem reparationis: & ab his ſimul, reſurrectionem hominis à morte ratiocinabantur.

Tertiò: Demõſtratio reſurrectionis firma ſumitur à iuſtitia Dei. Nam cùm Deus iuſtus ſit, G neceſſe eſt vt virtuti præmium & vitio ſupplicium reddat. Quod cùm non fit in hac vita (nam ideo differt hoc Deus, vt extet teſtimoniũ

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

futuræ reſurrectionis) neceſſe eſt vt homines A
boni & mali reſurgant, vt vnuſquiſque repor-
tet mercedem ſecundùm ea quæ geſsit in cor-
pore. Neque enim hîc ſatis erit dicere anima-
bus præmia & ſupplicia rependi pro factis in
hac vita. Nam cùm omnis vitæ noſtræ vſus in
corporis animæque conſortio eſt, neceſſe eſt
præmia virtutum & ſupplicia ſcelerum nō cor-
pori ſeorſim, nec animæ ſeorſim, ſed homini
conſtanti ex corpore & anima deberi. Proinde
animas redituras eſſe in eadem corpora vt ho- B
mines reſurgant neceſſe eſt. Interea vt corpora
mortuorum cùm bonorum tùm malorum ver-
mibus hîc obnoxia ſunt: ita animę, piorum qui-
dem cum gaudio expectāt reſurrectionis diem,
impiorum verô, vermibus & igni conſcientiæ
torquentur, metuentes iram in die reſurrectio-
nis, in quo tradentur cum corporibus, in quæ
redierint, æternis cruciatibus.

Quartò: Clara Scripturæ teſtimonia de hoc
articulo colligenda ſunt, qualia ſunt hæc inter C
multa, Eſaiæ cap. 26. verſ. 19. *Viuent mortui tui
& interfecti tui reſurgent.* Ezechiel. cap. 37. verſ. 12.
Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam
vos de ſepulchris popule meus, & dabo vobis
Spiritum, & viuetis. Hîc Propheta liberationē
populi Iſraelitici à captiuitate figuram eſſe fu-
turæ reſurrectionis mortuorum ſignificat. At-
que ita prophetico Spiritu vtrumque videt &
complectitur, videlicet liberationem populi à
captiuitate, & reſurrectionem mortuorum ge- D
neralem cum qua illam confert. Iob cap. 19. verſ.
25. *Et ego ſcio, quòd redemptor meus viuit, & in no-
uiſsimo* (ſcilicet die) *ſtabit ſuper terram* (ſcilicet iu-
dicaturus) *& poſtquam cum pelle mea excauauerint*
(ſcilicet vermes) *hoc* (ſcilicet corpus meum)
*etiam in carne mea videbo Deum, quem viſurus ſum e-
go ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, non alienus,* hoc
eſt, ego ipſe proprietate perſonæ, & vtriuſque
ſubſtantiæ veritate, reſurgam. Danielis cap. 12.
verſ. 2. *Multi qui dormiunt reſurgent in nouiſsimo die,* E
*alij ad vitam æternam, alij ad opprobria & contemtum
ſempiternum.*

In nouo Teſtamento Chriſtus contra Sadu-
cæos probat reſurrectionem mortuorum. Mat-
thæi 22. Item Matth. cap. 25. 31. reſurrectionem
& iudicium ſimul prædicit Dominus. Item hęc
Chriſti ſententia quam nunc interpretamur,
præ aliis illuſtris eſt, quæ & reſurrectionem, &
iudicium, & iudicandos & iudicij executionem
continet. Omnes præterea Apoſtoli reſurre- F
ctionis futuræ teſtes ſunt. Quid enim aliud eſt
prædicatio Euangelij, quàm teſtimonium re-
ſurrectionis, iuxta illud Marci cap. 16. verſ. 16.
*Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui ve-
rò non crediderit, condemnabitur.* Hæc manifeſtè
generalem hominum reſurrectionem conclu-
dunt. Paulus Apoſtolus potiſsimùm hiſce ra-
tionibus articulum reſurrectionis fulcit, vide-
licet prædicatione Euangelij, exemplo Chriſti
reſurgentis, 1. Corinth. cap. 15. 12. Potentia Chri- G
ſti ſaluatoris, Philip. 3. 21. Arrhabone Spiritus
Sancti, Epheſ. 1. 14. Signis in natura impreſsis,
1. Corinth. 15. 36. perpetuitateque regni Chriſti
ibidem.

Quintò: Baptiſmus & Cœna Domini reſur-
rectionis futuræ ſunt viſibilia teſtimonia. Sic-
ut enim verbum menti: ita hæc ſenſibus de re-
ſurrectione futura teſtantur. Vt igitur Bapti-
ſmus duplicis reſurrectionis noſtræ eſt ſymbo-
lum, videlicet animæ à peccato, & corporis ex
terra: ita Cœna Domini perpetuæ in Chriſto
obtinendæ vitæ indicium certiſsimum eſt.

Sextò: Signa in natura expreſſa futuram re-
ſurrectionem adumbrant. Hieronymus, Am-
broſius, & Auguſtinus dicunt reſurrectionem
futuram in Phœnice aue ſignatum eſſe, de qua
ſcribitur, quòd cùm in cineres redacta fuerit,
mox poſt irrigationem viua prodeat. Præterea
experientia docet multas auiculas, vt vpupas,
ſturnos, hirundines tempore hyberno in pro-
fundis paludibus tamquam ſepultas mortuaſ-
que deliteſcere, quæ verno tempore rurſus viuę
prodeunt. Granum coniectū in terram & mor-
tuum, & poſteà renatum etiam reſurrectionis
futuræ, teſte Paulo, ſymbolum quoddam eſt.
Eſt quoque vnuſquiſque dies imago vitæ, cui
ſuccedit nox & ſomnus, quo nihil morti eſt
ſimilius. Itaque reducti à ſomno ad vigiliam ve-
luti à morte reuocamur ad vitam, quę res reſur-
rectionis futurę quotidiana eſt admonitio. Prę-
tereo Lunam qui poſt defectum & veluti mor-
tem quandam noua prodit.

Septimò: præmonitiones conſiderentur in
veteri populo. Enoch ante diluuiū viuus tranſ-
latus. Ita enim ſcribitur Gen. 5. 24. & ad Heb. 11.
cap. verſ. 5. *Ambulauit Enoch cum Deo, & non compa-
ruit, quia tulit illum Deus.* Hoc facto Deus voluit
(abolita iam penè doctrina de victoria ſuper
ſerpēte) proponere communem omnibus do-
ctrinam, videlicet, quòd pij aliquando plenam
ſuper ſerpente conſequerentur victoriam, ne
ſpem ſuam huius mortalis vitæ finibus inclu-
ſam haberent. De Elia ſcribitur, cùm iam ma-
xima pars adhæreret Baaliticis ſacerdotibus,
oppreſſa vera doctrina, ſit in cœlum receptus,
vt Deus iſto facto rurſus doctrinam de æterna
vita commendaret hominibus. Ita enim textus
habet 4 Reg. 2. 11. *Aquis Iordanis diuiſis, ecce currus
igneus & equi ignei diuiſerunt vtrumque,* ſcilicet E-
liam & Eliſæum, *& aſcendit Elias per turbinem in
cælum.* Hoc facto voluit Deus hominibus iſtius
ſeculi commēdare ſpē futuræ reſurrectionis, in
qua pij ab omnib. malis & perſecutionib. liberē-
tur oppreſsis illorū hoſtibus igne gehennę. Etſi
autem Enoch & Elias in cœlum ſubuecti ſunt
in teſtimonium victoriæ futuræ ſuper ſerpen-
te: tamen in gloriam illam cœleſtem & plenam,
quæ eſt conſtituta electis, & percipienda in ex-
tremo die, non ſunt recepti, ſed tantùm miſeriis
huius vitæ ſoluti, expectant plenam gloriam
cum toto Chriſti corpore.

Octauò: Symbola futuræ reſurrectionis in
nouo Teſtamento ſunt ſuſcitationes mortuo-
rum, vt filiæ principis, Matth. 9. 25. filij viduæ,
Luc. 7. 14. & Lazari, Iohan. 11. 44. Nam vt hæ ſu-
ſcitatio-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſcitationes à morte corporis fuêre externa ſymbola ſuſcitationis animarum eorum qui credũt Euangelio: ita etiam haud obſcurè figurabant plenam liberationem quæ fiet in extremo die reſuſcitatis corporibus.

Nonò: Chirographum Dei in cordibus hominum, de præmiis bonorum & pœnis malorum, euidens teſtimonium reſurrectionis futuræ, præſertim cùm imminente iam morte magis ſentitur conſcientiæ morſus, magis torquetur animus cogitatione malè tranſactæ vitæ, idque in iis qui ad Deum per fidem non ſunt conuerſi. Nam alij, hoc eſt, pij, vehementer in ſpiritu exultant, quòd tandem in portum optatum & tranquillum, poſtquam variis calamitatum & miſeriarum in hoc mundo iactati ſunt procellis, perueniant. Siquidem Spiritum Sãctum promiſſæ hæreditatis arrhabonem in pectoribus incluſum habent, qui facit vt minimè mortem perhorreſcant.

Decimò & vltimò: Conſentientia ſanctorum omnium temporum ſuffragia fidem reſurrectionis futuræ comprobãt, quæ quia plura ſunt quàm vt numerari poſsint, ea omitto. Martyres præterea infiniti omnibus penè temporibus nũquam tam forti animo grauiſsima ſuſtinuiſſent ſupplicia, niſi ſuæ confeſsionis præmia in futura vita reſuſcitatis corporibus ſperaſſent. Hiſce teſtimoniis quorũ alia infallibiliter probant, alia probabiliter confirmant, alia venuſtè pingunt reſurrectionis futuræ myſterium, contenti ſimus. Neque moremur Epicuræorum voces, ſiue ioco ſiue ſeriò dicantur. *Infidelitas*, ait Ambroſius, *nõ poteſt claram fidem reſurrectionis habere, quia ſicut carbo cinere ſuo coopertus obcœcatur: ita hi perfidia ſua erroris tenebris circumdati luce carebunt.*

Poſtquam ergo conſtat nobis de veritate immota, ſciamus hanc vnam ſatis refutare Saducæorum & ſimilium vanitatem, qui ignorantes ſapientiam potentiamque Dei, & Scripturas de voluntate ipſius, ex menſura ſenſus humani, & ex rationis regula ſuum extruxerunt & extruunt errorem, à quibus quæramus, cur putent mortuos non reſurrecturos. Nam ſi, vt illi dicunt, mortui non reſurgent, neceſſe eſt vt id fiat, vel quia Deus non poteſt, vel quia non vult mortuos excitare. Si non poteſt, vel ignorat modum ſuſcitandi mortuos, vel ſi norit, imbecillior eſt quàm vt valeat. Nunc autem quia ſapientiſsimus eſt, ignorare non poteſt, & quia potentiſsimus, valet, vt patet ex creatione rerum ex nihilo, & earundem perpetua gubernatione. Nõ poteſt igitur imbecillior dici quàm vt valeat. Huc illud Auguſtini: *Abſit vt ad reſuſcitanda corpora vitæq; reddenda non poßit omnipotentia creatoris omnia reuocare, quæ vel beſtia vel ignis abſumpſit, vel in puluerem cinerémue collapſum, vel in humorem ſolutum, vel in auras eſt exhalatum. Abſit vt ſinus vllus ſecretúmque naturæ ita recipiat aliquid ſubtractum ſenſibus noſtris, vt omnium creatoris aut lateat cognitionem aut effugiat poteſtatem.* His Auguſtini verbis Viues addit hanc ſimilitudinem: *Diligenti & acuto patrifamilias in promptu eſt & velut in manum ac ante oculos, vbi quidq; in amplis quamlibet ſuis ædibus ſit reconditum, & Deum aliquid putabimus in hoc mundo latere, cuius infinitæ ſapientiæ minor eſt hic totus mundus, quàm cuiuis noſtrum anguſtiſſima & minima capſula.*

Quòd autem velit Deus ſuſcitare mortuos, iam multis immotis rationibus demonſtratum eſt, adeò vt de voluntate Dei nemo ſanus dubitare poſsit. Hanc proinde immotam veritatem opponamus omnibus, quæ huic veritati opponi poſſunt, & hoc Pauli dictum tanquam clypeum opponamus & noſtræ rationi atque ſenſibus & aliorum argutiis, Rom. cap. 4. verſ. 21. *Qui promiſit, poteſt etiam præſtare.* In hoc dicto acquieſcamus expectemuſque è cœlis vẽturum ſaluatorem, qui transformabit noſtra contempta corpora, vt fiant conformia ſuo glorioſo corpori, idque ea potentia qua poteſt ſibi omnia ſubiicere, Philip. 3. 21.

Quantum autem ad qualitatem corporum excitandorum attinet, ſciendum eſt, quid habeant commune corpora iuſtorum & iniuſtorum, & quid peculiare per ſe. Corpora vtrorumque, hoc eſt, iuſtorum & peccatorum tria habent communia, videlicet eandem carnis naturam cum perſonalibus proprietatibus abſque mole craſſa, ſuperflua & inutili: incorruptibilitatem, qua fit vt corrumpi & in nihilum redigi, aut in auras reſolui non poſsint: & immortalitatem, qua perpetuò ſupererunt ſine victu & aliis præſidiis, quorum vſus erat ipſis ſuſtentandis in hac vita mortali neceſſarius. Huius rei cauſam exponit Hieronymus, cùm ait: *Erit corpus quod reſurget incorruptibile & immortale, non ſolùm iuſtorum, ſed etiam peccatorum. Iuſtorum quidem, vt ſemper poßint permanere cum Chriſto. Peccatorum verò vt abſque interitione ſua debitas luant pœnas.*

Diſcrimina autem inter corpora iuſtorum & peccatorum hæc erunt præcipua. Corpora iuſtorum erunt in gloria in compenſationem ignominiæ quam hîc ſuſtinuerũt: Peccatorum autem in confuſione quæ erit contumaciæ pœna. Iuſtorum corpora perpetuis delectationibus in Deo oblectabuntur pro momentanea huius vitæ afflictione: Peccatorum numquam finiendis tormentis ſubiicientur, cùm propter tranſgreſsionẽ Legis diuinæ, tũ ꝓpter contemtũ Filij. Iuſtorũ corpora in cœlo conformia erũt Chriſti corpori glorioſo, cui in hac vita ſub cruce erant ſimilia: peccatorum autem in inferno opprobrio ſempiterno obruentur. Iuſtorum corpora lumine diuino tanquam pallio veſtientur: Peccatorum autem tenebris infernalibus oppreſſa, à fruitione vultus Dei excludentur. Atq; hæc excluſio à fruitione vultus Dei æterna mors dicitur. Sicuti contrà æterna vita eſt in omnem æternitatem iucundiſsimo Dei aſpectu frui.

Sed Paulum Apoſtolum de Sanctorum corporibus differentem audiamus, *Sunt corpora*, inquit, 1. Cor. 15. 40. *cœleſtia, & ſunt corpora terreſtria. Sed alia quidem cœleſtium gloria; alia terreſtrium;*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

alia gloria Solis, & alia gloria Lunæ, & alia gloria ſtel-
larum. Stella ſiquidem à ſtella differt in gloria: ita erit
reſurrectio mortuorum. His verbis Paulus ſignifi-
cat, quanta futura ſit corporum iuſtorum ſub-
tilitas poſt reſurrectionem, nimirum quòd ſint
futura puriſsima, defæcatiſsima, ſubtiliſsima,
cuius rei nos admonebit claritas corporum cœ-
leſtium, quę Paulus hìc proponit tanquam glo-
riæ corporum noſtrorum poſt reſurrectionem
ſymbola. Hinc facile eſt intelligere quod ſuprà
dixi, videlicet quòd corpora iuſtorum ſint pur-
gāda ab omni mole craſſa, obſcura, ponderoſa &
inutili, clarificatis ſpiritib9, & carne, vt proximè
accedant ad ſpiritualem naturam. Vnde ſequi-
tur in Paulo, ver. 44. *Seminatur corpus corruptibile,*
ſuſcitatur incorruptum. Seminatur ignominioſum, ſu-
ſcitatur glorioſum. Seminatur infirmum, ſuſcitatur po-
tens. Seminatur corpus animale, ſuſcitatur corpus ſpiri-
tuale. Et paulò pòſt verſ. 49. *Sicut geſtauimus ima-*
ginem terreni, (id eſt Adam in hac vita, in quo do-
minabatur anima viuens, vnde animalis dice-
batur) *ita geſtabimus imaginem cœleſtis* (hoc eſt,
Chriſti reſurgentis, vt in nobis Spiritus domi-
netur, vnde corpora noſtra ſpiritualia dicētur)
Et idem Apoſtolus ad Philip. 3. 21. affirmat Chri
ſtum transfiguraturum noſtra contempta cor-
pora, vt ſint futura cōformia ipſius corpori glo-
rioſo, idque per eam potentiam, qua poteſt ſibi
omnia ſubiicere. Horum quæ iam dicta ſunt de
gloria corporum iuſtorum, vſus eſt, vt nos inde
conſolationem petamus, dum corpora noſtra
in hac vita variis morbis, contemtu & morte af-
fliguntur: vt Sanctorum corpora habeamus in
honore: vt ea honorificè ſepeliamus: vt munda
ſeruemus ea loca, in quibus ſanctorum corpora
ſepeliuntur, & quaſi conſopita deliteſcunt, do-
nec tuba Archangeli excitabuntur.

Sed cur dicit eos qui bona fecêre, prodituros
in reſurrectionem vitæ, qui verò mala fecêre, in
reſurrectionem iudicij? Num ergo bona opera,
vt Papiſtæ hinc colligunt, merentur vitam? Ne-
quaquam. Firma enim hæc ſunt veritatis teſti-
monia, Rom. 6. 23. *Stipendium peccati mors, donum*
autem Dei eſt vita æterna per Ieſum Chriſtum. Si eſt
donum, gratis datur: ſi gratis datur, non reddi-
tur pro merito. *Gratia*, ait Auguſtinus, *eſt nullo*
modo, quæ non eſt gratuita omnimodo. Deinde ſo-
lus Chriſtus eſt, qui remittit peccatum, qui iu-
ſtificat, qui ſanctificat, qui homines Patri recon-
ciliat, Ergo ſolus Chriſtus meretur ſuis, id eſt, in
ſe credentibus, vitam æternam. Cur igitur hìc
Dominus affirmat eos qui bona fecêre, prodi-
turos in reſurrectionem vitæ, videlicet vt reſu-
ſcitati viuant beatam & immortalem vitam, &
qui mala fecerūt, prodituros in reſurrectionem
iudicij, hoc eſt, vt ſuſcitati mortē æternā luant?
Vt ex ſigno perſpicuo diſcernant inter hęredes
vitæ æternæ, & damnandos, vt omnes creaturæ
& potiſsimum ſancti Angeli filios Dei ex quali-
tatibus eorum propriis agnoſcant, vt nemo ſe
ſpectro fidei & hypocriſi fallat. Non ergo hìc o-
pera vitæ æternæ merita facit Chriſtus, quòd
eſſet ſeipſum mediatoris gloria ſpoliare: ſed in-

A dicia fidei non fucatæ. Vt enim vera & viua fi-
des efficax eſt per charitatem, & cernitur in o-
peribus charitatis: ita ſpectrum fidei vanitate &
hypocriſi delectatur. Verè ergo Bernardus ſen-
tit, cùm ait: *Bona opera non ſunt cauſa regnandi, ſed*
via regni. Cuius autem generis hæc opera potiſ-
ſimum eſſe oporteat, docet Chriſtus Luc. 16. 9.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm de-
feceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Et Mat.
25. 35. *Eſuriui, & dediſtis mihi cibum: peregrinus eram,*
B *& collegiſtis me: nudus eram, & cooperuiſtis me: infir-*
mus erā, et viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad
me. Et Mat. 5. 3. Chriſtus pauperes ſpiritu, mites,
lugētes, eſurientes, ſitientes iuſtitiam, pacificos,
mundos corde, patientes perſecutionē pronun
ciat beatos, h. e. liberos ab æterna miſeria quam
ipſe ſuis peccatis meruerant, & hæredes vitæ æ-
ternę, quam ex dono Dei per Chriſtum habent.
Ex his locis promtum eſt colligere. Primum,
quòd non loquatur Dominus niſi de iis qui Fi-
C lij Dei per fidem ſunt facti. Deinde, quòd ea o-
pera quæ ſunt germani fidei fructus, intelligat,
qualia ſunt mortificatio carnis, patientia, ſtu-
dium benefaciendi hominibus, miſericordia er-
ga afflictos, facultatibus iuuare egenos. Huiuſ-
modi operibus tanquam hoſtiis quibuſdam de-
lectatur Deus, & ſunt propriæ filiorum Dei no-
tæ, & verę fidei germani fructus, qui non magis
à fide affectu ſaltem ſeparari poſſunt quàm ca-
lor ab igni. Secundò quæritur, cùm multa ge-
D nera ſint bonorum operum, quæ Dominus ſua
Lege requirit, cur vnius certi generis tantùm
Dominus Matthæi 25. 35. in ſententia iudiciaria
meminit. Meminit autem ſolius beneficentiæ
erga proximos, neq; id erga quoſuis proximos,
ſed erga proximos miſerè afflictos, videlicet, e-
ſurientes, ſitientes, nudos, vagos, incarceratos.
Huius rei duas eſſe cauſas ſciendum eſt. Vnam,
quia in hoc genere operum magis cernitur cha-
ritas erga proximum carere omni fuco, quæ ſa-
E nè charitas ſancti timoris Dei & viuæ cordis fi-
duciæ certiſsimum & infallibile eſt indicium.
Eſt proinde hoc genus bonorum operum lucu-
lentum teſtimonium filiorum Dei, qui hęredes
vitæ æternæ ſcripti ſunt. Alteram, quòd in hoc
genere operū manifeſtior eſt imitatio Filij Dei,
cuius membra ſunt hæredes vitæ æternæ. Nam
cùm Filiū Dei hoc operum genere proximè imi
tantur homines, haud obſcurè teſtantur, ſe ve-
rè filios Dei eſſe per Chriſtum, cuius Spiritu
F mouentur ad beneficētiam miſerè afflictis præ-
ſtandam. Cùm igitur & adoptionis noſtri in
Chriſto, & viuæ fidei timoriſque Dei teſtimo-
nium ſit perſpicuum hoc genus operum, non
mirum eſt Chriſtum eius potiſsimum meminiſ-
ſe in ſententia, quam ipſe iuſtus iudex pronun-
ciabit in die iudicij. His tertiam cauſam nō ine-
ptè addiderimus: Dominus ipſe miſericordiam
anteponit ſacrificio, & ceremoniali cultui, pro-
inde hoc genus operum præcipuè requirit, vt
G ſciamus cum eo reliqua placere, & ſine eo nihil,
ſi non præſtetur, modò poſsis. Nam deficiente
facultate præſtandi, Deus affectum pium &
prom-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

promptam voluntatem loco facti reputat.

Tertiò, quæritur de illis qui maximam ætatis ſuæ partem tranſegerunt in ſordibus ſuis ſine vera pœnitentia, & tandẽ vel in mortis articulo conuertuntur. Reſpondeo: Peccata eorum, qui ſe conuertunt, in obliuionem venire apud Deũ, ꝗ apud Iſaiam ait, cap. 43.25. *Ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor.* Qui enim in Filio eſt per fidẽ, habet remiſsionem peccatorũ, habet iuſtitiam Chriſti, qua apparebit iuſtus corã omnibus creaturis in die iudicij, & habet propoſitum benefaciendi, quod Deo pro facto eſt, quãdo negatur præſtandi facultas. Præterea de horum conuerſione & inuocatione, qua in mortis articulo ſe conuertũt, & cõmittunt ſe fidei Filij Dei, teſtabuntur Angeli eorũ in die iudicij. Sed rem illuſtremus exẽplis. Lazarus fuit Filius Dei & hæres vitæ æternæ. Sic & latro in cruce, & Cornelius aulicus, de quo Lucas in Actis. Lazarus & latro affectu hæc opera habuêre nõ externo facto. Ille enim paupertate, hic temporis breuitate poſt cõuerſionem impediebatur, quo minus affectus ſui externa teſtimonia æderẽt. At Cornelius, qui à conuerſione diutius vixit, teſtimonia ſuæ fidei & pij affectus erga miſerè afflictos luculenta ædidit, adeò ꝙ ipſius eleemoſynæ & preces cœlum penetraſſe à Luca, Act. 10.4. commemorẽtur. Hæc quæ diximus & neceſsitatem benefaciendi cõcludunt, & beneficium mediatoris eſſe gratuitum oſtendunt, & inter olim iudicandos clariſsimè diſcernunt.

30 Non poſſũ ego facere à meipſo quicquã.

Ratio eſt efficaciæ vocis Chriſti, ad quã prodibunt qui in monumentis ſunt, ſumpta à virtute Patris, qua Filius omnia operatur vt vnus idemq́; cum Patre Deus. Ita enim ſuprà dixit: Non poteſt Filius à ſe ipſo facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem. Iuſtam huius dicti interpretationem vide ſuprà. Opponitur autem hæc ratio Iudæorum iudicio de Chriſto, qui illum nudum hominem putabãt. Ex illorũ ſenſu fatetur ſe nihil (ſcilicet diuinorum operũ. Eſt enim hìc vniuerſalis particula accõmodanda ei operum generi, de quo inſtituta eſt diſputatio, cuius quaſdã ſpecies enumerat, vt ſanare languidos, gubernare mũdum, ſuſcitare in peccatis ſuis mortuos, mortuis vitam dare, excitare corpora mortuorum in extremo die, dare bonis vitam æternam, & condemnare peccatores) poſſe facere à ſeipſo quatenus homo eſt qualis iudicabatur ab illis, ſed omnia facere ex Patris iuſſu & mãdato, quatenus ipſius legatus eſt. Nõ igitur reprehendendus eſt vel ob violationem ſabbati, vel ob alia quæuis opera, vt qui nihil faciat niſi Patre vnà operãte, iuxta id quod ſuprà dixit: *Pater meus vſque modò operatur & ego operor.*

Hic locus clarè docet & naturas diuinam & humanam in Chriſto non permixtas eſſe, & naturarum proprietates diſcretas & incõfuſas. Eſt ergo vnio perſonalis in Chriſto talis verbi & carnis copulatio, in qua Λόγος (hoc eſt Verbum)
A aſſumptam ſibi naturam (ſcilicet humanam) ita copulat, & eam ſibi ita propriam facit, vt ſit vna perſona in vtraque natura ſubſiſtens ſaluis naturis & earum proprietatibus inconfuſis. Cùm ergo Ariani opponunt nobis hanc Chriſti vocẽ & ex ea concludũt Filium minorem eſſe Patre, concedamus id quidem verum eſſe, quantum ad humanam eius naturam, quam ſolam agnouerunt in Chriſto Iudæi, & quantum ad diſpenſationem ratione mediatoris attinet. Nõ autem
B vel quãtum ad deitatem indefinitè. Nam ea ratione vnus idemq́; Deus eſt, cum Patre & Spiritu Sancto, vel quantum ad perſonam reſpectu Patris ſimpliciter. Hac enim ratione per omnia Patri æqualis eſt vt eſt coæternus.

Hic locus docet nos humiliter de nobis ſentire, & non arroganter nobis quicquam tribuere. Si enim Filius Dei negat ſe quicquã facere quatenus purus homo conſideretur, quid nos faceremus, qui concepti & nati ſumus in peccatis?
C Si ergo quid poſſumus, ſi ad quid efficiendum videmur idonei, non gloriemur in nobis, ſed in Chriſto, à quo habemus quòd ad quidquam idonei ſimus. 2. Cor. 3.5.

Sicut audio, iudico, & iudicium meum iuſtum eſt. Quia non quæro voluntatem meam, ſed eius qui me miſit Patris.

Hoc argumentum petitur à principio proximè præcedente. Non poſſum ego facere à me
D ipſo quicquam. Ergo neque iudico à me ipſo, ſed ſicut audio, ſcilicet à Patre, iudico. Ergo meum iudicium iuſtum eſt. Ponitur enim hìc copulatiua particula pro illatiua. Sequitur comprobatio. Quia non quæro voluntatem meam (ſcilicet ſolius, vt vos arbitramini) ſed voluntatem quæro Patris qui miſit me, quam nemo poteſt niſi iuſtiſsimam dicere. Hoc argumentum ea quę hactenus diſputata ſunt de factis Chriſti cõcludit, videlicet quòd ſint extra omnem cul-
E pam, cùm ſint Patris facta. Ac ſi diceret: Patris mei iudiciũ (id eſt, quidquid facit Pater meus) non eſt vllo pacto accuſandum, ſed laudandum potiùs vt iuſtum. Meum iudicium (id eſt, quidquid ego ago) pendet ex voluntate Patris mei. Ergo meum iudicium eſt iuſtum, hoc eſt, nihil eorum quæ ago culpandum eſt, ſed potiùs laudãdum, vt à Patre profectum. Quòd autem hìc vocabulum iudicij generaliter accipiam, facit & principium quod proximè pręceſsit, & ratio aſ-
F ſumtionis argumenti præſentis, quæ eſt, ſicut audio, iudico. Eſt ergo hoc iudicium & ad doctrinam, & ad omnia Chriſti facta extendendũ.

Cùm dicitur: Non quęro voluntatem meam, non eſt ſimpliciter accipiendum, ſed ex ſenſu eorum ad quos oratio dirigitur, quaſi diceret: Vos putatis, quòd hæc ex me dicam & faciam ſine Patris iuſſu, & voluntate, ſed erratis, non enim meam ſolius voluntatem quęro, ſed Patris, idq́ue ideo quia ab eo miſſus ſum. Fidelis enim
G legatus ea ſolummodo quæ ſibi demãdata ſunt, exequitur fideliter.

Hinc nos diſcamus, quid nos deceat, qui ad

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſanctiſsimum miniſterium Euágelij in Eccleſia & ſcholis vocati ſumus. Sicut enim, inquit, Chriſtus, me miſit Pater: ita ego vos mitto, ſcilicet, vt ſimili diligentia & fide nullas Tyrannorum minas pertimeſcentes legatione tam auguſta fungamini, niſi in contumaciæ pœnas incurrere volueritis.

Hactenus ergo Chriſtus clarè defendit ſuum factum, videlicet, quòd nō violauerit ſabbatum ſanando infirmum in die ſabbati, ex quibus ſimul, ſe Filium Dei & æqualem Patri haud obſcurè docuit. Nunc adiungit Dominus miſsionis ſuæ teſtimonium, vt ſe doceat verum illum Meſsiam eſſe, qui olim erat promiſſus. Nam ſi à Patre miſſus eſt, neceſſe eſt vt fateamur ipſum verum Meſsiam eſſe. Eſt ergo ſequentium propoſitio: Ego ſum à Patre meo miſſus. Hanc propoſitionē cùm teneamus, facillima erit ſequentium in hoc capite explicatio. Nam omnia propoſitioni huic confirmādæ accōmodanda ſunt. Et cōtinētur ſub loco teſtimonij, vt ſub genere, cuius formas particulatim examinabimus.

31 Si ego teſtor de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum.

Occupatio eſt. Anteuertit enim eorum obiectionem qui cogitabant nō facilè cuiquam credendum eſſe propter proprium teſtimonium, ſicuti apertè illi obiiciunt infrà cap. 8.13. cùm inquiunt: *Tu de te ipſo teſtaris, teſtimonium tuum non eſt verum*: ſed requiri teſtimonia aliūde duo aut tria iuxta Legem Moſis, quod quidem Chriſtus agnoſcit ex parte verum eſſe. Si, inquit, ego teſtor de me ipſo, deſtitutus aliis teſtibus, fateor meum teſtimonium verum, id eſt, firmū & idoneum non eſſe iuxta legem veſtram ad vos conuincēdos, videlicet quòd à Patre ſim miſſus. Nō ergo negat Dominus ſuum teſtimonium verū eſſe ſimpliciter, ſed eorum reſpectu ad quos dirigitur oratio, quemadmodum manifeſtè patet ex Chriſti reſponſo ad hanc ipſam obiectionem infra cap. 8.14. *Etiamſi*, inquit, *ego teſtor de me ipſo, teſtimonium meum verum eſt, quia ſcio vnde venerim & quò vadam.*

Teſtimonium ergo verū dici poteſt duobus modis. Primò quo ad rem ipſam, de qua aliquis teſtatur. Secundò quo ad perſonas, coram quibus dicitur teſtimonium.

Hoc Domini dictum proponant ſibi miniſtri Chriſti, vt nihil dicant, nihil doceant, nihil ordinēt aut inſtituant, niſi ex verbo Chriſti ſuorum dictorum, doctrinæ, ordinationis aut inſtitutionis, ſaltem quò ad genus attinet, teſtimonia habeant. Si enim ſunt miniſtri Chriſti, ſui magiſtri exemplum imitentur neceſſe eſt.

32 Alius eſt qui teſtatur de me, & ſcio quòd verum eſt teſtimonium quod teſtatur de me.

Genus confirmationis proponit, quod eſt teſtimonium Patris de Filio. Concluditur autem hoc modo. Patris teſtimonium de Filio abſque omni dubio veriſsimū eſt: Pater teſtatur ſe miA ſiſſe Filium. Igitur hoc Patris teſtimonium abſq; omni dubio veriſsimum eſt. Quomodo autem Pater teſtetur de Filio, particulatim exponit, & quinq; eius modos recitat, quos declarabimus, vbi priùs quædam de hoc probandi genere admonuerimus.

Cùm omne teſtimonium adhibeatur ad fidē rei dubiæ faciēdam, & teſtimonij vis tota ab eo qui teſtatur pendeat, diſtinguendum eſt inter teſtimonium diuinum & humanum, vt de cer-
B titudine fidei cui faciēdæ adhibetur vtrumque, rectiùs formetur iudicium noſtrum. Nam nihil vulgari illo dicto verius eſt: *Talis vnicuique fides adhibēda, qualis eſt qui aliquid de re quauis pronunciat.* Ex quo ſequitur, Deo dicenti, maiorem fidem deberi, quàm omnibus creaturis, nedum homini. Homo quantumuis ſapiens, bonus, verus & potens, poteſt fallere & falli. Nam hæc ſunt finita in homine. In nullo enim hominum eſt abſoluta ſapientia, perfecta bonitas, indubitata vera-
C citas & immenſa potentia. Vbi autem hæc quatuor: ſapientia, bonitas, veracitas & potentia ſunt ſuis gradibus perfectiſsima, vt in Deo ſolo, ibi nulla fallacia, nullus error locum habere poteſt. Aberrat ſæpè ratio hominis in colligendo: ſenſus ſæpè falluntur, vt menti inferant quæ nō ex omni parte ſunt infallibilia. Quare quæ dicuntur ab homine, merentur quidem fidem ex autoritate & qualitate dicentis, ſed nō eam quæ ſcientiam immotam, ſed δόξαν & certam ſuo mo-
D do opinionem pariat. Deus autem non ratione colligit, non ſenſibus percipit quæ dicit, ſed omnia ex immenſo, & inexhauſto ſapientiæ ſuæ theſauro promit. Quare fieri non poteſt vt fallatur, quia ſapiētiſsimus, nec vt fallat, quia optimus, nec vt fruſtretur, quia potētiſsimus, nec vt ſentiat aliud quàm dicat, quia ipſa veritas eſt. Hinc patet, quo in loco habendum eſt teſtimonium Patris de Filio, & quàm firmæ ſunt ipſius comminationes & promiſsiones.

E Hinc nos firmemus animos noſtros aduerſus omnia mēdacia Diabolorum & hominum, aduerſus omnē ſenſum carnis, & ſtatuamus ea quæ à Deo dicuntur & promittūtur, indubitatæ & immotæ fidei eſſe, adeò vt cœlum & terra pereant, priuſquam vel vnū iota de verbis Domini prætereat ſeu falſum deprehendatur. Atq; hoc eſt, quod Propheta ait: Pſal. 119. *Verbum Domini ſtabit in æternum*, hoc eſt, Deus nunquam reuocabit aut irritū faciet quod vel dixit vel pro-
F miſit, ſed illud ratū habebit in omnem æternitatem. Iam autem cùm certitudo ex autoritate verbi Dei dependeat, & fiducia ex promiſsionis conſtátia, quis non videt, quàm ſit impium Papiſtarum dogma, quo iubent nos dubitare an ſimus in gratia, h.e. hæſitare de promiſsionibus diuinis, an Deus feriò velit nobis propitius eſſe iuxta ſuas promiſsiones, cōfirmatas iureiurando Dei, morte, reſurrectione & aſcēſione Chriſti in cœlum, multis ſtupendis miraculis & ar-
G rhabone Spiritus in cordibus piorum?

Caueamus ergo omnibus modis, ne hoc deterrimum peccatū committamus Deum men-

dacij

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dacij arguentes. Ita enim Iohannes ait 1.Ioh.5. 10. *Qui non credit Deo, mendacem facit eum.*

33 Vos miſiſtis ad Iohannem, & teſtimonium perhibuit veritati.

Primum teſtimonium Patris de Filio miſſo in mundum per carnis noſtræ aſſumptionem. Nuncium enim ſuum, videlicet Iohannem Baptiſtã, Pater miſit, vt pararet viam Chriſto ſuo. Hic Iohannes diuinitus edoctus fuit, quomodo ex certo ſigno Filium Dei manifeſtatum in carne agnoſceret, de quo ſuprà cap.1.33. in hũc modum: *Qui miſit me baptizare aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat Spiritu Sancto, & ego vidi, & teſtimonium perhibui quòd hic ſit Filius Dei.* De legatione Iudæorum ad Iohannem, & reſponſo ipſius, de Meſsia, cuius hìc fit mentio, & ad quã Chriſtus hìc Iudæos mittit, ſuprà in 1. capite copiosè à nobis dictum eſt. Alia teſtimonia Patris de ſe, videlicet Angeli nunciantis conceptionẽ & natiuitatem Domini, Zachariæ Patris Iohannis teſtantis de officio Filij, quòd eſſet Propheta qui præcederet ante faciem Chriſti, & Angelorum nunciantium paſtoribus natum eſſe Regem Iudæorum, omittit, & recẽtia attingit, quæ ignorare non potuerunt Iudæi, cum quibus loquitur. Nos ergo hinc diſcamus delectũ habere teſtimoniorum, cùm fidem vlli rei dubiæ faciemus, vt ea potiſsimum adferamus, & vrgeamus, quæ noſtris auditoribus magis accommodata eſſe videntur.

34 Ego autem nõ ab homine teſtimonium accipio, ſed hæc dico, vt vos ſaluemini.

Occupatio eſt, qua reſpondet huic obiectioni. Si Filius Dei es, quid confugis ad hominum teſtimonium? Reſpondet Dominus: Non mea cauſa factum hoc eſt vt Iohannes ferat mihi teſtimonium. Nõ enim indigeo, quantum ad me attinet, humano teſtimonio, cùm ſim mihi conſcius vnde venerim, ſed propter vos placuit Patri meo Iohannem ante me mittere, vt mihi pararet viam, vtque eius teſtimonio admoniti me Patris legatum in veſtram ſalutem reciperetis. Hìc clarè videmus ſalutem pendere ex conditione fidei mediatoris. Nam cùm dicit, *Vt vos ſaluemini*, ſubintelligitur conditio, videlicet, modò me à Patre miſſum fide recipiatis, alioqui minimè. Nam qui in Filium non credit, ſub ira Dei manet. Nam hæc ſi vera ſunt, vt ſunt veriſsima, fatum Stoicum de tabulis Parcarum, & electione abſoluta ab omni cõditione corruit. Obſeruemus ergo & hoc loco miniſterium verbi, hoc eſt, teſtimonium Prophetarum, Iohannis & Apoſtolorum de Chriſto, inſtrumentum eſſe ſalutis fide obtinendæ.

35 Ille erat lucerna ardens & lucens.

Commendatio Iohannis continens tacitam reprehenſionem Iudæorum, qui teſtimonio ipſius de Chriſto non crediderunt. Iuſtè enim culpandus eſt, qui cùm lucem habeat, potiùs tamen tenebras amat quàm lucentem lucem ſequitur. Dulcior autem erit hæc Metaphora ſi-

A militudine integrè explicata. Vt ergo lucerna aliunde accẽditur, accenſa ardet & lucet, diſcutit tenebras, illuminat vicinum aerem, dux viæ & actionum eſt: Ita Iohannes legatus Dei per ſe nõ lucet, ſed à lumine Chriſto accẽditur, quando Spiritu Chriſti edoctus teſtimonium Chriſto præbet vero lumini, per ſe & ex ſe lucẽti. Sic lucens Iohannes diſcutit tenebras, dum ignorantiam populo Iudaico & peccata monſtrat, eumq; ad conuerſionem inuitat. Illuminat vici-
B num aerem, Chriſtum verũ lumen monſtrans, per cuius lumen videbimus lumen, hoc eſt, per cuius notitiam aſſequimur cõſolationem & lætitiam in corde. Dulce lumen & delectabile, ait Salomon, Eccleſ.11.7. oculis, videre Solem, ſed multò dulcius & delectabilius ſentire conſolationẽ in corde ex luce Chriſti, h.e. ex Euangelio. Eſt & dux vitæ & actionũ, cùm id quod docet, vita exprimit, cuius exemplo alij quoque in ſalutis recta via perſiſtunt & pergunt ſemper ſer-
C monem vitæ tanquam lucem prætendentes.

Hìc ergo diſcrimen obſeruetur inter Chriſtũ lumen archetypum, & Iohannẽ lucernam, mutuantem lucem ab archetypo, ſine quo omnia ſunt meræ tenebræ. Iohanni ſuccedunt omnes miniſtri Euangelij, vt ipſi ſimiliter ſint lucernæ ardentes & lucẽtes ſinceritate doctrinæ & morum ſanctitate. Illi enim veræ lucis participes, eis hominibus quos erudiunt ab ignorationis tenebris educentes, lucernæ nõ immeritò nun-
D cupãtur, quemadmodum & verbum quod docent, & lucerna & lumen dicitur Pſalm.119.105. Hinc eſt quòd Paulus eos qui Euangelio credunt, & vitæ ſanctitate tam auguſtæ profeſsioni reſpondent, vocet filios lucis, Epheſ.5.8. Præterea quoq; Eccleſia Chriſti regnum lucis dicitur. Hoc adũbrabat ſtella quæ apparuit Magis nato Chriſto tamquam ſceptrum Regis luminum. Vnde Pſal.36.10. de Chriſto: *Apud te fons vitæ eſt, & in lumine tuo videbimus lumen.* Et Iſaiæ 60.
E 1. *Surge illuminare, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.* De Eccleſia autem loquitur Pſal.89.16. *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt.* Hinc illæ exhortationes Iſaiæ & Pauli. Eſaias cap.2.5. *Domus Iacob venite & ambulemus in lumine Dei noſtri.* Paulus Epheſ.5. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino tanquam filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate.* Contrà verò poteſtas Chriſto aduerſaria, nempe Sathanæ (qui flatu ſuo
F lucem Eccleſiæ extinguere conatur) regnum tenebrarum dicitur, vt quod in tenebris ignorantiæ & peccatorum palpans ad tenebras inferni ſempiternas properat.

Vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius.

O quàm graphicè Dominus in Iudæis deſcribit plerorumque hominum ingenium. Sicut enim illi ad concionem Iohannis, quem veluti o-
G mnis pietatis & virtutis ſpeculum aſpiciebant, obſtupuerunt, & magno animi feruore ipſius doctrinam & Baptiſmũ amplexi ſunt, ſed pau-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A latim iſte animi impetus deferbuit, donec penitus in pleriſque eorum extinctus ſit: ita luce Euangelij oriente homines ad horam in ea luce exultant, hoc eſt, exiguo admodum tempore Euangelium in precio habent parati pro eo defendendo & propagãdo non dico fortunas, ſed vitã ipſam in periculum adducere. Verùm quãtum paulatim deferbeat iſte impetus donec in multis extinguatur, docet experiẽtia quotidiana, & hiſtoria mundi comprobat. Multis enim B in locis vbi florentiſsimæ olim fuêre Eccleſiæ, & vbi Apoſtoli Domini docuêre, mera eſt barbaries & Chriſtianæ religionis ingens odium. Omitto vetera, noſtra ætas huius rei ſuppeditat, proh dolor, exẽpla nimis multa. In hoc Daniæ regno, quanto cum applauſu, quanta cum exultatione Euangelij lucem ante 50. annos orientem, admirati ſunt, & in luce Chriſti maximè exultabant, adeò quòd pauci multis, imò vnus multis ſe opponere, vt Euangelij gloria illæſa maneret, non ſint veriti. Putabant enim ni- C hil glorioſius eſſe quàm vel ſanguine, Euangelij puritatem tueri, ac eius iucũdiſsimam lucem conſeruare. Teſtis eſt hæc ciuitas in qua proceres regni & Epiſcopi decretum fecêre de extinguenda Euangelij luce, recens in hoc regno orta, quam vt nouam & hæreticam damnarunt, nondum rectiùs de veritate edocti: ſed in hoc periculo pauci, imò vnus tantùm vulgaris ciuis PETRVS SCHMID, quẽ nos nouimus, ſe omni- D bus proceribus & Epiſcopis regni huius opponit, reliquiſque ciuibus omnibus perſuadet, vt in vera Euangelij confeſsione perſiſtant, ſuos tueantur doctores, pluris faciant æterna bona, quàm fluxa huius vitæ & momentanea. Etſi autem iſte ciuis in eo animi feruore perſtitit vſque ad mortem: tamen ſi multitudinẽ ſpectes, multum deferbuit hic primus impetus, adeò quòd non pauci ad Euangelij lucem quodammodo cœcutientes, tenebras Antichriſti reuocari cu- E piant, non ſecus atque Iſraelitæ ad manna cœleſte nauſeantes, ad ollas carnium Ægypti redire cogitarũt. Galli quidẽ hodie, etſi numero, potẽtia & autoritate ſuis hoſtibꝰ impares ſunt, tamen in Euangelij luce exultãt, ſeque toti regno Papiſtico adeò opponunt fortiter, vt minimè dubius ſperetur ſuper aduerſariis triũphus, ſed vtinã exemplo Iudęorum iſte animus paulatim non flacceſſeret, vt tandem pertæſi præſentem lucem, parum cordatè Euangelium tueantur.

F Quid nos hinc diſcamus? Inconſtantiam noſtram, cœcitatem, iniquitatẽ, & ingratitudinem deploremus. Inconſtantia eſt indigniſsima, ꝙ lucem Euangelij adeò ſalutarem & iucundam amplexi, iam quaſi eam faſtidientes, tantum nõ contemnimus. Cœcitas, quòd nec videamus & æſtimemus, vt par eſſet, ea bona quæ Euangelij lux ſuis amatoribꝰ offert, nec ea mala cernimus, in quæ nos incauti præcipitamur. Iniquitas eſt ex cœcitate nata, Diabolo hoſti Chriſti cum ſuis G mendaciis, vt noſtri primi parentes fecêre, potius quàm Deo credere. Ingratitudo execrabilis eſt, ꝙ Deum extendentem manus ſuas ad nos, contemnimus, quòd Filium vocantem recuſamus audire, quòd Spiritum Sãctum contriſtamus. Sed quid tandem reportemus niſi grati perſtiterimus in Euangelij luce, ſatis indicat illa comminatio Chriſti, quæ eſt Matth. 21. 43. *Auferetur à vobis regnum Dei, & genti dabitur facienti fructus eius.*

36 Ego verò habeo teſtimonium maius quàm Iohannis. Opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea: Ea opera quæ ego facio, teſtantur de me, quòd Pater me miſit.

Secundum teſtimonium Patris de Filio à ſe miſſo, quod per collationem amplificat & extollit, quaſi dicat: Etſi Iohannis teſtimonium magnum eſt & illuſtre: tamen multò maius eſt Patris mei teſtimonium. Vt enim Deus in infinitum autoritate hominem excedit: ita teſtimonium Dei Patris de me multò eſt dignius & efficacius ad fidem faciendam hominibus. Sed quodnam eſt illud teſtimonium Patris de Filio, cuius hîc fit mentio? *Opera*, ait, *quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea*, id eſt, opera quæ ego facio, *teſtantur de me, quòd Pater me miſerit.* Sunt autem hæc opera duplicia, videlicet ſaluationis, de quibus ſuprà, & miraculoſa, de quibus hîc potiſſimùm loquitur.

De miraculis hoc loco in genere obſeruẽtur.

Primùm, quòd miracula à Chriſto ædita ſint Patris & Filij opera pariter. Eſt enim Patris & Filij vna operatio, ſi diuinam virtutem, vnde proficiſcuntur miracula, reſpicimus, quemadmodum ſuprà demonſtratum eſt.

Secundò, cùm dicit, ea opera ſibi data eſſe à Patre, vt ea perficiat, humanæ naturæ reſpectu loquitur, & quatenus mediator in medio gradu inter Deum & homines eſt conſtitutus.

Tertiò, quòd definitio miraculorum Chriſti hîc aptiſsima tradatur, videlicet quòd miracula Chriſti ſint opera, per quæ Pater perhibet teſtimonium de Filio in aſſumpta humana natura.

Verùm quia de miraculis Chriſti ſuprà à nobis copioſè dictum eſt, nolumus huc plura adiicere, ſed remittimus auditores ad ſecundum & quartum capita, vbi iuſta methodo hanc doctrinam de miraculis declarauimus.

37 Et qui miſit me Pater, ipſe teſtatus eſt de me, neque vocem eius audiſtis vnquam, neque ſpeciem eius vidiſtis.

38 Et ſermonem eius non habetis in vobis manentem, quia quem miſit ille, huic vos non creditis.

Tertium teſtimonium Patris de Filio. Pater ipſe teſtatus eſt ſua voce (ſcilicet in cordibus electorum) quòd me miſerit: Igitur verè ſum à Patre miſſus. Verùm quòd hoc Patris mei teſtimonium ignoretis, vos ipſi in culpa eſtis. (Non enim hîc excuſat Dominus, ſed accuſat Iudęos) Nam vocem Patris mei, quo deceret modo, nõ audiſtis vnquam, neque ſpeciem eius vidiſtis fidei oculis, quòd ſermonem ipſius non habetis in vobis manentẽ, hoc eſt, ipſius ſermo non egit

radices

radices in cordibus veſtris. De litera quidẽ ſermonis Dei gloriamini, ſed eius Spiritu eſtis deſtituti, id quod ex eo liquet quòd non credatis illi quem Pater miſit. Nam ſi huic crederetis, quem Pater miſit, tunc & ſermonem Patris haberetis in vobis manentem, & iure gloriari poſſetis, vos Patris vocem audiuiſſe, & ſpeciem vidiſſe, guſtãdo ſcilicet ipſius bonitatem & miſericordiã in Filio. Loquitur ergo hìc Chriſtus de arcano Patris teſtimonio, de Filio per Spiritum Sanctum ſonantem vocem Patris in cordibus electorum. Nam hic ſermo Patris eſt virtus & efficacia, qua Pater & Filius cognoſcũtur ad ſalutem, quę non habuit locũ in illis ad quos Dominus hoc loco orationem dirigit. Notetur ergo hoc loco efficaciſsimum teſtimonium Patris eſſe de Filio, arcanum illum afflatum Spiritus in cordibus electorum. Vt autem teſtimonium Patris de Filio, cuius hîc fit mentio, non referam ad teſtimonium Patris de Filio, vel per Prophetas, vel in Baptiſmo Chriſti, vel in monte voce proditum, contextus verborũ me cogit.

Obſeruetur hoc loco duplex modus auditus vocis Patris de Filio. Vnus externus, alter internus. Huic ille deſtinatur: Externus ſine interno cui deſtinatur, otioſus eſt, & pro nullo coram Deo habetur, vt qui ſuo fine fruſtretur proprio. Eſt enim litera occidẽs. De interno igitur auditu hìc loq̃tur Dominus, cùm negat Iudęos, cum quibus loquitur, vocem Patris audiuiſſe.

Eſt & obſeruanda viſio Patris multiplex. Eſſentialis, qua ſolus Filius Patris conſpectu fruitur. Symbolica, qualis Moſis, Eſaiæ, Danielis fuit. Salutaris ſeu ſpiritualis; quæ fidei eſt per gratiam. Et hæc eſt omnium qui verè credunt, de qua hîc loquitur Dominus. Illi enim Patrem in Filio vident, vt ipſe Dominus teſtatur cùm ait Ioh. 14. 9. *Qui videt me, videt & Patrem.* Glorioſa & perfecta, qualis erit electorũ in æterna vita, de qua Pſal. 17. 15. *Ego in iuſtitia videbo faciem tuam, ſatiabor, cùm expergefacta fuerit imago tua.*

39 *Scrutamini Scripturas, quia vos videmini vobis in ipſis vitam æternam habere, & illæ ſunt quæ teſtantur de me.*

40 *Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis.*

Quartũ teſtimonium Patris de Filio, eſt conſenſus vniuerſæ Scripturæ, ad quam Dominus prouocat. Quaſi diceret: Non poteſtis inficiari eum verè eſſe Filium Dei & promiſsũ Meſsiam, de quo vniuerſa Scriptura perhibet teſtimoniũ, quòd ſit Meſsias. De me autẽ teſtatur vniuerſa Scriptura, quòd ſim à Patre meo miſſus Meſſias, quod ſanè ignorare non poſſetis, modò eo quo deceret modo arcana Scripturæ ſcrutaremini, quod ideo vos facere maximê deceret, quòd exiſtimetis vos in ipſis vitam ęternam habere, quam tamen non aſſequemini, quia me fontem vitæ in Scripturis nõ quæritis, quod ex eo manifeſtum eſt, quòd nolitis ad me venire, vt vitam habeatis. Ex quo fit vt mortem æternam, cùm propter veſtram iniquitatem aduerſus le-

A gem Dei, tum propter contumaciam aduerſus me vitæ fontem, incurratis.

Hìc plura obſeruentur. Primum, mandatum Chriſti, quo omnes homines obligantur ad audiendam, diſcendam, ſcrutandam & meditandam Scripturam, extra quam nulla vita, nulla ſalus expectanda eſt. Scrutatur autem Scripturam, vt oportet, qui legit Scripturam, lectam intelligit, intellectã conſeruat, conſeruatam confert, & ex his omnibus fidem viuam concipit in

B Chriſtũ, quem Scriptura fontem vitæ mõſtrat.

Secundum, Scripturã lectam, cognitam, pictam & decantatam ſine Spiritu Chriſti eſſe vel ocioſam vel mortuam literam, vt Paulus loquitur. Requiritur ergo Spiritus Scripturæ, quò vitam è Scriptura hauriamus.

Tertium, Chriſtum eſſe quærendum in Scripturis vitæ æternæ vnicum fontem.

Quartum, quęſitũ & inuentum Chriſtum in Scripturis fide apprehendendũ & poſsidẽdum

C eſſe, quò per eum vitam æternam cõſequamur.

Quintum conditionatam eſſe promiſsionem vitæ in Chriſto. Volentibus enim venire ad Chriſtum vita offertur, venientibus datur, nolentibus autem negatur.

Sextum, cùm Dominus argumentũ ex Scripturis petitum ſubiicit miraculis, monet tum demum miraculis credẽdum eſſe, quando cum Scripturis conſentiunt. Hoc eſt quod Propheta vult, cùm ait Eſa. 8. 20. *Ad Legem & teſtimonium.*

D Poteſt etiam hic locus exponi in indicatiuo modo, vt ſit conceſsio, quaſi diceret: fateor quidem vos ſcrutari Scripturas, quia in illis putatis vos vitam æternam habere, ſed malè ſcrutamini, cùm me de quo Scripturæ potiſsimũ teſtantur, non quæritis, nec inuenitis, quod ex eo ſatis manifeſtum eſt, ꝙ ad me fontem vitæ venire recuſetis, ex quo fit vt vitam nõ aſſequamini, quã falsò putatis vos in Scripturis literaliter intellectis habere. Vtraq; interpretatio ſatis conuenit,

E ſed priorẽ antepono ꝓpter ordinẽ probationis.

41 *Gloriam ab hominibus non accipio.*

Anteuertit obiectionem Iudæorũ, qui ex eo quod dixerat Chriſtus: non vultis venire ad me vt vitam habeatis, de Chriſto ex ſuopte ingenio iudicabant, quaſi diceret: Vt eſtis vos ambitioſi, captãtes inanem gloriam: ita etiam de me iudicatis, quaſi ego hæc dicerem, & vos ad me venire vellem inanis captãdæ gloriæ cauſa, vt in vobis poſsim gloriari tantis diſcipulis & ſectatori-

F bus. Sed res ipſa oſtendit, me ab iſta vanitate alieniſsimum eſſe, vt qui nihil magis in votis habeam, quàm voluntatẽ Patris mei à quo miſſus ſum perficere, atque hæc mea ſolida gloria eſt. Hoc Chriſti exemplũ miniſtris Euangelij proponatur, vt non ſuam, qua ipſi prędicẽtur apud homines, ſed Dei gloriam, qua ipſe ſolus emineat, quærant. Sint igitur bona cõſcientia contenti, cuius teſtimonium abunde magna gloria eſt piê præſtantibus officium, ac fugiant, vt pe-

G ſtem, inanem gloriam, quę nihil aliud eſt, quàm fœtens fumus, omnia hominis facta quãtumuis vtilia & magna contaminans.

42 *Sed noui vos quòd dilectionem Dei non habetis in vobis.*

Cauſam exponit Dominus, quæ impediat, quo minus ad ſe Iudæi perducantur Scripturarũ lectione, videlicet quòd nulla ſit in ipſis Dei dilectio, ſed mera hypocriſis, cui induunt pietatis laruam, qua & ſe & alios decipiunt. Hæc hypocriſis cauſam habet occultam arrogantiam & gloriæ cupiditatem, quæ omnia quæ attingit turpiter fœdat. Atque ita Dominus retorſit in aduerſarios quod ipſi obiecerant.

Quòd autem dicit, *Noui vos*, ſciendũ eſt, quod huius notitię duplex ſit principium. Vnum internum, videlicet ſapientiæ æternæ, qua omnia nouit Filius vt Deus. Alterum externum, videlicet externi mores qui teſtantur de affectione animi, iuxta regulam, Matth. 7.16. *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos:* Item Ioh. 14. *Qui diligit Deum, mãdata eius ſeruat.* Præterea hîc obſeruetur, quòd ſancti Dei homines habeant duplex in ſe argumẽtum dilectionis Dei. Vnum internum, nempe bonum propoſitum, quo ſtatuunt omnibus rebus anteponendam eſſe voluntatem Dei. Alterum externam obedientiam ab interno principio, hoc eſt, viua fiducia fluentem, eamq; duplicem, videlicet communem cum omnibus, & peculiarem ratione functionis quam ſuſtinent.

43 *Ego veni in nomine Patris mei, & non ſuſcipitis me: Si alius veniat in nomine ſuo, illum ſuſcipietis.*

His verbis Dominus non ſolùm probat, Iudæos dilectionem Dei in ſe non habere, verumetiam grauiſsimè eos obiurgat, pœnaſque contemtæ legationis paternę eis comminatur. Probatio ſumitur à conſequentibus contrariorum, hoc eſt, ab effectis contrariis, videlicet dilectionis & contemtus Dei. Qui diligit Deum, ſuſcipit ipſius legatum. At qui nõ diligit Deum, contemnit eius legatum, & alios ſuſcipit. Cùm ergo vos, me, qui veni in nomine, id eſt, mandato & voluntate Patris mei, legatione pro ipſo fungens ad vos ſaluandos, odio habetis, & me non ſuſcipitis, ſed alios potiùs quoſuis, qui in ſuo nomine veniunt, manifeſtum eſt quòd dilectionẽ Patris mei in vobis non habeatis. Obiurgatio eſt, *Veni in nomine Patris mei, & non ſuſcipitis me*, quaſi diceret, quid indignius eſſe poteſt, quàm Patris optimi legatum contemnere? nulla maior ingratitudo eſſe poteſt, quàm Deo, à quo omnia bona habet homo, ſe opponere, nulla maior ſtultitia, quàm oblatam ſalutem repudiare, nulla maior amentia, quàm gloriari de Deo, & ipſius Filium non ſuſcipere, nulla negligentia fœdior, quàm pietatẽ iactare, & pietatis doctorem odio habere. Hæc obiurgatio nõ ad Iudęos tantùm pertinet, ſed ad omnes homines, qui poſtquam doctrinã cœleſtem acceperunt, paulatim ſegneſcunt, donec planè deficiant, & in contemtum doctrinæ aſtu Sathanæ veniant, donec prorſus doctrinam amittant.

Comminatio horrenda ſequitur, quæ eſt iuſtiſsima pœna contemtus Euangelij. *Si alius veniat in nomine ſuo*, (hoc eſt, inanis glorię cupiditate impulſus, fingat ſe Chriſtum eſſe) *illum ſuſcipietis*, iuſtè à Deo propter veſtram malitiam & ingratitudinem deſerti. De hac cõtumaciæ pœna loquitur Paulus 2. Theſſal. 2.10. cùm ait: *Pro eo quòd dilectionem veritatis non acceperunt in hoc vt ſalui fierent, mittet eis Deus efficaciam ſeductionis, in hoc vt credant mendacio, vt damnentur omnes qui non crediderũt veritati, ſed oblectati ſunt in iniuſtitia.* Huius quoque meminit idem Apoſtolus ad Rom. 1.28. cùm ait: *Sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobam mentem.*

Exempla huius horrendæ comminationis in Iudæis & Eccleſia Gentium cernere licet. Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico meminit cuiuſdam Ægyptij Magi, qui triginta millia hominum, mentiens ſe Chriſtum eſſe, cõgregauerat. Alius tempore Hadriani maximam turbam eodem prætextu ſeduxerat. Multi quoque alij diuerſis fuêre temporibus, qui Meſsiæ titulum ſibi vendicarunt. Taceo Georgium illum, qui noſtra ætate non paucos ſeduxit eadem fraude. Quid in Eccleſia gentium factum ſit propter ingratitudinem erga Euãgelium, teſtantur multæ hiſtoriæ, & hic dies manifeſtè docet. Sed de hac re plura videantur in commentariis noſtris in poſteriorem epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

Quid? An non hîc ignorãtia & error eos qui à Pſeudochriſtis decipiuntur excuſat? Minimè. Prouenit enim hic error à voluntaria à Deo defectione, creſcit ſuperſtitione, & confirmatur hypocriſi. Eſt ergo de hac ignorantia & errore iudicandum ex ipſius propria cauſa, & non à fato Stoico. Notetur pręterea infallibilem eſſe notam hoſtium Dei non ſuſcipere eos quos ipſe mittit ſuæ voluntatis legatos, ſed alios qui traditiones & ſuperſtitiones cumulãt, vt fit in Papatu. Admoneantur quoque hîc miniſtri Euangelij, ne ſua culpa, præter Euangelij cauſſam accerſant ſibi hoſtes, quod cùm fecerint, vnà cum hoſtibus Deum aduerſarium habent.

44 *Quomodo poteſtis credere, qui gloriam mutuò à vobis accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?*

Vt Iudęis firma ratione ademit Dominus dilectionem Dei: ita quoq; fidẽ illis adimit ſumpto argumento à contrariis effectibus. Vt enim veræ fidei proprietates veluti naturales ſunt, ſe humiliare coram Deo & hominibus, omnem gloriam ſoli Deo tribuere, atq; adeò in ſolo Deo gloriari: ita hypocriſis ſe extollit contra Deum, homines contemnit, atque adeò in hoc incumbit tota, vt ab hominibus prædicetur, idq; propter laruam pietatis externam, qua ſuam tegũt impietatem. Huiuſmodi quoque hodie eſt ingenium Monachorum, & eorum qui ab illis decipiuntur. Quiduis ferũt potiùs quàm vt aliquid ſuæ hypocriſi detrahi permittant. Ex quo fit, vt tametſi Chriſtum in ore habent, & ab eo nuncupari volunt Chriſtiani, tamen ſolidam gloriam ſapientiæ, iuſtitiæ, ſanctitatis & redemtionis illi ſoli non tribuant, quod ſanè facerent, ſi

loco

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

loco inanis gloriæ dilectionem Dei in ſe habe- A rent, & gloriam Dei ſeriò quærerent.

Quæritur autem gloria Dei duobus modis, videlicet, illicitè & licitè. Illicitè quærunt Dei gloriam, qui ſibi, quod eſt Dei proprium, vendicant, vt qui vel diuinos honores affectant, vt multi tyranni olim fecêre, vnde turba illa Deorum apud Græcos eſt, vel alioqui gloriantur de ſua ſapientia, potentia, diuitiis & aliis quibuſuis rebus, non agnoſcẽtes quòd quidquid habeant, diuinitus habeant. Tales verè ſacrilegi dici poſ- B ſunt. Rapiunt enim quod Deus negat ſe vlli daturum: *Gloriam*, inquit, *meam alteri non dabo*. Eſa. 42.9. Atq; ita Diabolo ſe ſocios adiungunt patri mendacij, ſuperbiæ & vanitatis. Quare non mirum eſt, quòd Apoſtolus Petrus affirmat Deũ ἀντιτάξεσθαι ipſis. 1. Pet. 5.5.

Licitè gloriam Dei quęrunt, & qui omnia ad gloriam Dei referũt, & qui in ſolo Deo gloriantur, à quo Chriſtus natus eſt nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, 1. Cor. 1.30. C

Obſeruetur hîc luculentum teſtimonium de indole verę fidei, videlicet quòd non ſit tantùm notitia hiſtoriæ, quę ſedem in mente habet, nec aſſenſus tantùm hiſtoriæ, quæ in filiis ſuperbiæ eſſe poſſunt, ſed quòd ſit fiducia cordis, qua in bonitate Dei acquieſcimus per Spiritum Sanctum, ſtatuentes nos in Filio dilectos eſſe, quod cùm facimus, Deus ſibi gloriam tribui iudicat. Siquidem vt vera fides humiliat hominem in quo eſt: ita Deo omnem gloriam vẽdicat, à quo D omnia ſe habere ſeriò agnoſcit.

45 Ne putetis quòd ego accuſaturus ſim vos apud Patrem. Eſt qui vos accuſet, Moſes, in quem vos ſperatis.

Anthypophora eſt, qua Dominus deprimit Iudæorũ vanam gloriationem de Moſe, & corrigit eorum errorem de vtroque, hoc eſt, de ſe & Moſe, retorquens in ipſos quod ſibi obiicere cogitabant. Fuit autem Iudæorum, ad quos Do- E minus hîc orationẽ dirigit, hæc perſuaſio, quòd propter Legem & cultus externos à Moſe præſcriptos placerẽt Deo, quamobrem Moſis quaſi patrocinio ſecuri Chriſtũ ipſum audacter contemnebant tanquam aduerſarium Moſis, perinde ac ſi Chriſtus accuſaret, quos Moſes tanquam iuſtos defenderet. Quaſi diceret Dominus: Vos de Moſe gloriamini tãquam patrono & defenſore veſtræ cauſæ, contra me, accuſantem & damnantem veſtram impietatem. Sed F multum fallimini, cùm ipſum Moſen aduerſus vos habeatis accuſatorẽ & iudicem veſtræ contumaciæ aduerſus Deum Patrem, & aduerſus me, quem ille miſit. Sic enim ille ſcripſit de me: Deutero. 18.15. *Prophetam de medio tui, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies.* Cùm ergo me non auditis, ſed contemnitis, quem tamen Moſes iubet vos audire, manifeſtè contemnitis eum, nempe Moſen, de quo maximè gloriamini. Non eſt ergo quòd G Moſis præſidio nitamini, qui potiùs vos accuſat vt hoſtis, quàm defendit vt patronus.

Negatio proinde hoc loco non remouet ſimpliciter, ſed corrigit potiùs errorem. Huiuſmodi ſunt multæ aliæ locutiones in Scriptura, quę omnes accipiendæ ſunt ex hypotheſi eorum ad quos oratio dirigitur. Talis eſt illa Ioh. 6.38 *Deſcẽdi de cœlo, vt faciam non voluntatẽ meam, ſed Patris qui miſit me.* Et in Marco 9.37. *Quicunque me recipit, non recipit me, ſed eum qui miſit me,* id eſt, non tam me recipit, quàm eum qui miſit me. Ita & hic locus explicandus eſt. Non eſt quòd tam me putetis accuſaturum vos quàm Moſen quem patronum veſtrum iudicatis. Hanc ſententiam eſſe verborum Chriſti hoc loco contextus ipſe conuincit, & ſcopus diſputationis. Nõ ergo hoc loco tempeſtiuè diſputatur de diſcrimine officiorum Moſis & Chriſti, cùm hîc potiùs de vtriuſque conſenſu agitur. Iudæi putârunt Chriſtum aduerſari Moſi, Chriſtus contrà defendit Moſen ſecum conſentire.

Locus obſeruandus eſt de ingenio hypocritarum, qui tametſi totam Scripturam ſe accuſantem habeant: tamen de eius patrocinio tanquam ſancti ſuperbè gloriantur. Cùm hîc dicit Dominus: *In quem ſperatis*, Metonymia eſt qua Moſen pro Lege Moſis accipit.

46 Si enim crederetis Moſi, crederetis etiã mihi. Nam ille de me ſcripſit.

Ratio hæc (quintum teſtimonium Patris de Filio, videlicet ab autoritate Moſis ſumptum, continens) & confirmat interpretationem proximæ ſententiæ, & cauſam cur Moſes Iudæos cõtumaciæ aduerſus Chriſtum ſit accuſaturus, exponit. Qui credit, inquit, Moſi, teſtimonium Moſis de me recipit. Ille enim de me ſcripſit, ſed vos teſtimonium Moſis de me nõ recipitis. Proinde Moſi non creditis. Quare vt contumaces ab illo accuſamini.

Sed quæritur, cur Moſi fides neceſſariò adhibenda ſit: Reſpondeo. Propter teſtimonia diuina, quibus ornatus fuit, videlicet in Ægypto, in tranſitu maris rubri, in monte, in deſerto per 40. annos, in victoriis diuinis, in prædictionum cum euentu comparatione, in doctrinæ ſublimitate, ac in rerum quas docet maieſtate, &c. quibus omnibus accedit Prophetarum & Apoſtolorum conſtantiſsimus conſenſus omnibus temporibus.

47 Si verò illius ſcriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Significat Dominus Moſen adeò ſecum conſentire, vt qui vni credit, credat & alteri, & contrà, qui vni non credit, nec alteri credat. Eadem enim vtriuſque de Meſsia doctrina eſt: De conſenſu Moſis & Chriſti lege tractatũ meum, cui titulus eſt, Demonſtratio: & inuenitur inter opuſcula mea pag. 591. & deinceps.

CAPVT SEXTVM.

Svmma Cap. VI.

Cùm turba quinquies quaſi mille hominum, quæ ſequuta erat Ieſum ad mare Tyberiadis, miraculosè ſaturata, conuiuatorem Ieſum, regem creare ſtatuiſſet, ipſe turbam declinans ſolus ſeceßit in montem. Verùm diſcipuli nauem ingreßi, & Ieſum ambulantem ſuper mare, non tamen agnitum, cernentes, timent: Hunc mox agnitum in nauem recipiunt. Cæterum quoniam turba ſaturata rurſus venit ad Ieſum, ipſe occaſionem nactus, de vero ac viuifico pane copiosè diſputat, quem, cùm definit carnem ſuam eſſe, & à ſaluandis comedendam, murmurant multi abſurditate offenſi, atque ab eo deficiunt: mox cùm duodecim illi interrogati, num & ipſi abire vellent, reſpondiſſent, ſe cum illo manſuros, ipſe eos præmonet de diſcipulo olim ſe prodituro.

Ordo et partes Capitis VI.

Huius capitis quatuor ſunt partes præcipuæ.

Prima, Miraculum ſaturatæ turbæ quinquies quaſi mille hominum, idque quinque panibus & duobus piſcibus.

Secunda, Narratio nauigationis diſcipulorum Chriſti, & eorundem Chriſtum ambulantem ſuper mare recipientium in nauim.

Tertia, Colloquium Chriſti & turbæ de vero & viuifico pane.

Quarta, Diſcipulorum Chriſti diuerſa iudicia. Quidam abſurditate doctrinæ Chriſti offenſi prorſus ab eo deficiunt. Quidam ſincero corde doctrinam Chriſti recipiunt. Vnus manet quidem cum Chriſto, ſed occultè impietatem fouet, & proditionem meditatur.

Exegesis sexti capitis cvm observatione Doctrinarum.

Prima Pars Capitis.

HÆc prima pars huius capitis, continet miraculum ſaturatæ turbæ quinquies quaſi mille virorum, idque quinque panibus hordeaceis & duobus piſcibus. Quòd autem Iohannes hoc miraculum poſt Matthæum 14. 16. Marcum 6. 38. & Lucam 9. 13. tractare voluit, grauiſsimæ ſunt cauſæ. Plurimas enim ſpirituales admonitiones habet. Primùm ſiquidem omnium eſt ſymbolum verbi diuini, quod principio tenue & modicum videtur carni, ſed poſtea ſentitur eius vis maxima in iis in quibus creſcit, ita vt abundet in ſpiritualem alimoniam. Vt ergo Dominus ſicuti eſt Deutero. 8. 3. dedit manna populo Iſraelitico, vt oſtenderet ei, quòd non in ſolo pane viuat homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Domini: ita Chriſtus ſaturat maximam hominum turbam paucis panibus, vt oſtendat verbi ſui efficaciam, pingat Eccleſiam & miniſterium verbi. Deinde præſens miraculũ eſt etiam ſymbolum alimenti ſpiritualis, videlicet quòd Dominus ipſe vno pane viuifico, videlicet carne ſua vera, infinita millia hominũ alat in vitam æternam. Ita enim Dominus ipſe hoc miraculum infrà interpretatur. Tertiò, eſt hoc miraculũ teſtimonium prouidẽtiæ Dei, videlicet quòd ipſe curam habeat eorum, qui ſe ſuæ fidei committunt, & exemplum regulæ, quæ eſt Matthæi 6. 33. *Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & iſta omnia adijcientur vobis.* Dominus enim præſenti miraculo confirmat ſuam promiſsionem, vt nos promiſſione & miraculo confirmati, noſtram vitam ipſi commendemus certi quòd curam noſtri gerat, iuxta dictum Pſal. 55. 23. *Iacta in Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.*

Porrò huius partis membra ſunt quinque.

Primum, Occaſio miraculi.

Secundum, Paraſceue eiuſdem.

Tertium, Miraculum ipſum.

Quartum, Effectus miraculi.

Quintum, Fuga Chriſti in montem.

De Primo.

Poſt hæc abijt Ieſus, &c.

Huius primi membri de occaſione miraculi quinque ſunt articuli, quorum ſinguli ſuas habent doctrinas & admonitiones, ſicut ordine declarabimus.

Primvs.

1 *Poſt hæc abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis.*

Hîc tria obſeruentur, videlicet ſeries hiſtoriȩ, cauſa profectionis Chriſti, & imitatio facti.

Series hiſtoriæ ita colligitur. Matthæus 14. Marcus 6. & Lucas 9. teſtãtur miraculum ſaturatæ turbȩ quinq; panibus, cuius hîc fit mentio, factum eſſe poſt decollationem Iohannis Baptiſtæ, qui biennium ferè docuit. Quare quæ præcedunt in quinq; prioribus capitibus, referenda ſunt ad primum annum poſt Baptiſmũ Chriſti, & quæ in hoc capite narrantur, contigerunt in principio ſecundi anni poſt Baptiſmum Chriſti, paulò ante feſtum Paſchatos.

Cauſa ꝓfectionis Chriſti triplex fuiſſe videtur. Prima, vt Herodẽ adhuc ſanguine Iohannis Baptiſtæ madentem & meditantem aduerſus ſe mala declinaret, ſuaque abſentia tyranni furorem nonnihil placaret. Sciuit enim Dominus tyrannorum naturam, qui poſtquam vnius atq; alterius inſontis hominis ſanguine ſe contaminauerunt, ruunt furioſi in quoſuis pios, eorumque ſanguine quaſi ſaturari geſtiunt.

Secun-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Secunda, vt Dominus nonnihil quieſceret. A
Nimium enim, vt ex Marco conſtat, premebatur à turbis. Quare diſcipulis etiam dicit: *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite.*

Tertia vt latiùs ſuum propagaret regnum doctrina & miraculis.

Imitatio huius facti Chriſti hæc eſt, vt miniſtri verbi Tyrannorũ furores non augeant pertinacia, ſed mitigent potiùs fuga ſua, modò Eccleſia non deſeratur, & exponatur lupis. Deinde vt pro ſuæ vocationis modo regnum Chriſti B
promoueant & dilatent vigilantia, doctrina, hortatione, conſolatione & exemplo.

SECVNDVS.

2 Et ſequebatur eum turba multa.

Exemplum huius turbæ omnibus piis proponatur. Poſtquam enim Chriſtum audiuimus per ſuos miniſtros ſonantem vocem Euangelij & multa bona conferentẽ ſuis ſectatoribus, debemus nõ ſegneſcere, vt multi faciunt, ſed ſtre- C
nuè progredi, & ſequi Chriſtum quocunque perrexerit, etiamſi multa pericula nobis obiiciuntur. Nam vt regnum Chriſti non eſt de hoc mũdo: ita ſuos nõ introducit Chriſtus in ſplendida palatia, (qualia regum huius mundi ſunt) vbi voluptatibus fruentur, ſed per mare in deſertum, id eſt, per varios tentationum fluctus in ſolitudinem, vbi nõ eſt panis, ſed fames, nõ voluptas, ſed triſtitia, nõ gloria, ſed ignominia. Sed interea conſolabuntur ſe pij euentu, quem fide D
expectant. Qui enim Chriſtum hìc in aduerſis ſequitur, eundem habebit perpetuæ felicitatis conſortem.

TERTIVS.

Quia videbant eius ſigna quæ faciebat ſuper iis qui infirmabantur.

Rationem reddit, cur tanta turba ex vicinis ciuitatibus confluxerit & ſecuta ſit Ieſum. Videbant miraculoſas infirmorum, qui adduce- E
bantur ad Chriſtum, ſanationes. Neque tamen ſentiendum eſt, quòd omnes in iſta turba ſimiliter de iſtis ſanationibus iudicabant. Quidam enim corporeis tantùm oculis eas ſpectabant admirantes inuſitatũ ſanandi modũ, nihil amplius cogitantes. Quidam oculos mentis altiùs leuantes potentiam diuinã in Ieſu contemplabantur, & ex ea ratiocinabantur, Ieſum diuinitus eſſe miſſum Prophetam, & eius doctrinam, vt quæ confirmaretur diuinis teſtimoniis, eſſe F
diuinam & ſalutarem, qua corrigerentur errores, qui irrepſerant negligentia doctorum. Quidam adhuc propiùs acceſſerunt, & facta collatione euentus ad vaticinia de venturo Meſsia, crediderunt Ieſum, qui hęc miracula æderet, eſſe Meſsiam olim promiſſum & ſaluatorẽ mundi, in quem & fiduciam collocarunt, qua fiducia etiam ſaluati ſunt, qui in ea perſtiterunt vſque ad finem. Nam multos ab ea fide rurſus defeciſſe, haud obſcurè infrà ſignificatur circa finem G
capitis. De ſignis vide quæ annotauimus ſuprà cap. 2. & 4.

QVARTVS.

3 Aſcendit autem in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Poſt magnos labores aſcendit Ieſus cum diſcipulis ſuis in montem, vt ibi quieſceret, & fortè vt miraculum quod erat æditurus, magis in oculos, & in mentes hominũ incurreret. Exemplum diſcipulorum aſcendentium in montem cum Ieſu nobis commendat Cyrillus hiſce verbis: *Sequamur etiam & nos ipſum fugientem, vt & in montem aſcendamus, & ibi cum eo ſedeamus, id eſt, ad ſublimem gloriam veniamus, et cum eo ſimul regnemus.*

QVINTVS.

4 Appropinquabat autem Paſcha, dies feſtus Iudæorum.

Quotum hoc Paſcha fuerit à Baptiſmo Chriſti, quæritur. Quidam ſecundum, nonnulli tertium fuiſſe putant. Primum enim non fuiſſe ex ſecundo capite patet. Qui volunt tertium eſſe, exiſtimãt integri anni hiſtoriam, vtpote ab aliis Euangeliſtis ſatis deſcriptam, omiſſam eſſe à Iohanne. Tametſi autẽ ego iis aſſentior, qui ſecundũ eſſe putant, tamen hoc ſcrutari ſubtiliùs nolo. Lyranus ſcribit Dominũ hoc Paſchatis feſto non aſcendiſſe Ieroſolymã, vt declinaret rabiem ſacerdotũ, donec veniret tempus præſtitutum à Patre, & oſtenderet ſe etiam Dominum eſſe feſtorũ omnium. Sed neque Lyrani coniectura firma eſt, quia ſcriptũ eſt: *Factus eſt ſub Lege.* Cùm igitur videmus Euangeliſtas incurioſos ordinis rerum à Domino geſtarũ fuiſſe, vtpote qui per ſe ad negotium pietatis non faciat, nos illorum exemplo iis attendamus potiſsimùm, quæ in nobis veram ſalutis ſcientiam pariunt, & pietatem alunt.

DE SECVNDO.

Sunt & huius ſecundi membri de paraſceue ſeu præparatione miraculi articuli plures, videlicet geſtus Domini: affectus eiuſdem erga turbam: tentatio Philippi: reſponſio Philippi: Andreæ conſilium: diſcubitus turbæ ad Chriſti mandatum. De hiſce articulis ordine dicemus.

PRIMVS.

5 Cùm ſubleuaſſet ergo oculos in cœlum Ieſus.

Hic geſtus Chriſti leuãtis oculos ſuos in cœlum, inter orandum & docendum, ſymbolum eſt animæ leuantis ſe ad Deum in vera inuocatione. Exemplo monemur, vt in omnibus neceſsitatibus noſtris leuemus animas noſtras ad Dominum qui in cœlis eſt, iuxta illud Pſal. 123. 1: *Ad te Domine leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.*

SECVNDVS.

Et vidiſſet, ꝙ multa turba veniret ad ſe.

Hìc intelligitur affectus Chriſti erga turbam pręſentẽ, qui affectus diſertis verbis exprimitur, Matt. 14. 14. *Et miſertus eſt eius,* ſcilicet turbæ. Hoc affectu impulſus Dominus curauit lãguidos, vt Matthęus narrat, & cœpit turbã multa docere;

vt Marcus refert cap. 6. Tametſi autem ſeceſſerat Dominus in montem quietis gratia: tamen hanc quietem interrumpit vrgente neceſsitate, cuius exemplo monemur, vt nō ſimus contenti feciſſe vtcunque officium noſtrũ iuxta regulam ordinariam, ſed etiá vt poſtuláte neceſsitate ſeruiamus aliis in eorum ſaluté, & commodum, interrupta etiam noſtra quiete, & ꝓpriis negociis.

Porrò cauſam huius affectus Chriſti erga turbam exponit Marcus, cùm ait Marc. 6. 34. *Quia erant ſicut oues non habentes paſtorem.* Vt enim oues laniene luporum, & vulpium inſidiis exponuntur abſente paſtore: ita homines deſtituti ſinceris doctoribus in fauces Diaboli incurrunt, & vulpium, id eſt, hypocritarum fraudibus obnoxij ſunt. Hinc ergo moniti grati ſimus Deo, qui dat pios & ſinceros paſtores, eumq; rogemus, vt miniſterium verbi aduerſus Diabolum, tyrannos & hypocritas cōſeruet. Sed dices fortè, cùm Dominus ipſe qui eſt omnipotēs, miſeretur hominum non habētium paſtores, quî fit quòd omnibus non det paſtores, ſed ſinit multos tanquá oues errátes, errare ſine paſtoribus, & incidere in luporum & vulpium fauces? Reſpōdeo, verum quidem eſſe, Dominum & omnipotenté eſſe & ſemper affici calamitate & miſeria hominum: Verùm hoc quoq; ſciendum eſt, ꝙ ipſius iudicium ſit ſecundùm veritatem. Eſt enim hoc iuſtum Dei iudicium, vt homines ingrati Deo & contemnētes ipſius doctriná, paſtorum cura deſtituantur. In quo iudicio ſi non eſſet miſericordiæ ſuæ memor, omnes ſubitò exterminaremur, ſed dum flagellat, miſeretur, iuxta illud Abacuc 3. 2. *In ira miſericordiæ recordaberis.* Et Threnorum 3. 22. *Miſericordiæ Domini quòd non conſumti ſumus, quia non deficiunt miſerationes eius, nouæ ſunt quolibet mane miſericordiæ eius.* Quádo ergo punit Dominus grauiùs aliquam gentem, & illa ſe humiliat ſub potenti manu Dei, ſolet ipſe ſui Euágelij radios mittere & ſanare quos percuſsit, iuxta illud Oſeæ 6. 1. *In tribulatione ſua quærent me, dicētes: Venite, & reuertamur ad IEHOVAH, quia ipſe rapuit & ſanabit nos, & ipſe percuſsit, & alligabit nos.* Vide exempla in Pſal. 107.

TERTIVS.

Dicit ad Philippum, vnde ememus panes, vt manducent hi.

6 Hoc autem dicebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.

Interrogatio Domini eſt ad Philippum, cuius cauſam exponit Euangeliſta. Ideo enim Dominus interrogat Philippum, vt ipſum tentet, quo poſtea miraculum quod æditurus erat, magis ſit admirationi, & eius memoria firmior ſit. Non ergo interrogat Chriſtus ex ignorantia, ſed vt exploret diſcipulorum ſuorum animos. Fuit enim communis diſcipulorum Domini morbus infirmitas fidei, quam voluit Dominus hac tentatione ipſis diſcipulis fieri notiorem, quò magis in fide creſcerent. Conſilium ergo Chriſti tentantis, eò ſpectat, vt probentur diſcipuli, & vt probati proficiant in fide.

QVARTVS.

7 Reſpondit ei Philippus: ducētorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt ſinguli eorum puſillum quiddam accipiant.

Philippus, ſenſus & rationis iudiciũ ſecutus, reſpondet ad interrogationem. Vidit Philippus magnam turbam, iniit rationé ex tempore, non abſurdam quidem ſi iudicium humanum ſpectes. Denarius nummus argenteus fuit apud Romanos, ita dictus quòd permutabatur decé nummis æreis, quorũ ſinguli libram æris pendebant. Etſi autem menſurarum & ponderum ratio vix definiri explicaríve ſatis poteſt, ꝓpter variam eorundé dimenſioné, tamen veriſimilis eſt eorum coniectura, qui putant denarium Romanum valere nummum Germanum, quem *Schreckenberger* vocamus, qui apud nos ſeptem Solidis ꝑmutatur. Quod ſi verũ eſt, tunc ſingulis centuriis turbæ quinq; millium ex ducentis denariis dari poterát panes, 4. denariis, hoc eſt, 28. Solidis noſtratibus emti. Proinde ſingulis in ea turba, potuit dari panis valés paulò plus tribus nummulis noſtratibus. Ná acceptis à ſingulis tribus nummulis ſupererunt tres Solidi noſtrates. Videtur ergo Philippus nō imperitè ad interrogationé Domini reſpondiſſe. Verùm ex Marco coniectura ſumi poteſt, ꝙ Philippus reſpexerit ad ſummá pecuniarum, quam habuiſſe videntur diſcipuli. Ibi enim ſic habetur: *Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis ad manducandum.* Hanc ſi ſequamur ſententiam, pulchrum pietatis exemplum in diſcipulis Domini habemus. Vt enim illi ex dilectione parati erant omnia ſua in vſum afflictæ Eccleſiæ exponere: ita piorum eſt neceſsitatibus pauperum in Eccleſia potiſsimum ſuccurrere ſuis facultatibus, & anteponere dilectionem erga fratres omnibus priuatis commodis.

QVINTVS.

8 Dicit ei vnus ex diſcipulis eius Andreas frater Simonis.

9 Eſt hîc puellus vnus, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piſciculos: Sed hæc, quid inter tam multos?

Conſilium Andreæ quod ex ſcintillula fidei habuit, mox ſuffocat caro. Videtur enim quinq; panum, quos neceſſe eſt fuiſſe perexiguos, cùm geſtarentur à puello, & duorum piſcium meminiſſe Andreas, cogitans de potentia Chriſti, qué antea vidit in nuptiis aquam in vinum miraculosè conuertere. Sed hæc fidei ſcintillula, ſenſu carnis obruta facilè ſuffocabatur, atque ita homines fluctuant inter ſpem & metum, donec in ſolidum ſe regendos verbo Dei permittant, renunciantes iudicio ſenſuum & rationis.

SEXTVS.

10 Dicit ergo Ieſus, facite homines diſcumbere. Erat autem gramen multum in eo loco.

Diſcu-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Diſcubuerunt ergo homines numero circiter quinque millia.

Etſi parum ſpei fuit, vel in diſcipulis vel in
turba, de prandio quo omnes ſaturari poſſent:
tamen Domino obtẽperant expectãtes euentũ.
Graminis multi meminit Euãgeliſta, vt facilem
diſcubitum notaret. Nos exemplum diſcipulo-
rum & turbæ nobis proponamus, obtempere-
mus Domini iuſsis, & ſtatuamus eũ nihil pro-
mittere, niſi quod & poſsit & velit. Nos ſolum-
modò captum ſenſus noſtri & rationis ſubiicia-
mus ipſius verbo, nihil hęſitantes de ipſius pro-
miſsionib⁹, in memoriam reuocemus antiqua,
qualia ſunt ſeruatio Noe, egreſſus populi de Æ-
gypto per mare rubrum miraculosè exiccatũ,
tranſitus eiuſdem populi per Iordanem, cibus
& potus miraculosè datus in deſerto. Horũ co-
gitatione confirmemus & nos de promiſsioni-
bus diuinis, quas adhuc fide expectamus.

DE TERTIO.

Iam miraculum ipſum ſequitur, cuius plures
ſunt articuli, videlicet acceptio panum in ma-
nus Domini: gratiarum actio: fractio panum:
traditio panum in manus diſcipulorum: diſtri-
butio panum per diſcipulos: ſaturatio turbę: re-
liquiarum collectio & copia.

11 *Accepit autem panes illos Ieſus.*

Hîc piè quęritur, curnam Dominus hos viles
& plebeios panes ſumpſerit, cùm pȏtuerit deli-
catiſsimos verbo creare, item, cur nõ potiùs vel
cibũ de cœlo dederit, vt olim in deſerto, vel non
ſaturauerit hanc turbam occultè ſine pane. Hęc
omnia potuit pro ſua diuina potentia cui nihil
impoſsibile eſt. Is enim per quem omnia cõdita
ſunt & conſiſtunt, potuit vel ſolo nutu, ingentẽ
panum, eorumq́; precioſiſsimorum, copiam, &
delicatiſsimos cibos populo appoſuiſſe. Potuit
etiam non ſolùm ſine mediis omnibus, verum-
etiam repugnãtibus omnibus mediis hanc tur-
bam, imò omnes homines in mundo ſuſtẽtaſſe.
Sed ſapientiæ diuinæ aliter viſum eſt. Voluit e-
nim Dominus hoc facto, docere & oſtendere
tanquã ſymbolo quodam quomodo velit ſuam
Eccleſiam ſeu regnum in hoc mundo guberna-
re. Etſi enim per ſe ſine mediis potenter omnia
poteſt: tamen per media vult ſuam Eccleſiam
regere, eaq́; interdũ perexigua & viliſsima, quò
in ipſis diuina ipſius virtus eluceat. Vt enim hi
quinque panes viles fuerunt & vulgares, vt pote
hordeacei, qui propter ariditatẽ, & minus habẽt
ſucci, & minus nutriũt q̃ triticei aut ſiliginei: ita
Dominus alit, tuetur & cõſeruat ſuã Eccleſiam,
non ꝑ delicias, nõ per ſplendorẽ, nõ per ea quæ
in hoc mũdo admirabilia & magna vidẽtur, ſed
per tenuia, vilia & contemta in mũdo, media tã-
mẽ, vt ipſi ſoli gloria tribuatur, dum ipſius præ-
ſentia in Eccleſia ex ipſius occulta potẽtia colli-
gitur. Etſi igitur Eccleſia Chriſti non habet ma-
gnas opes incurrẽtes in oculos hominũ, nõ ha-
bet monarcharũ mũdi pręſidia, tamẽ alitur, tamẽ
defenditur, tamen inuicta manet iuxta promiſ-
ſionẽ: *Portæ inferorũ non præualebunt aduerſus eam.*

A Turca potẽtiſsimus tyrannus, & ſitientiſsimus
Chriſtiani ſanguinis, toto fertur impetu aduer-
ſus Eccleſiã Chriſti. Antichriſtus cũ ſuis cohor-
tibus, Cardinalibus, Archiepiſcopis, Monachis
anteſignano Diabolo, ſophiſtica, hypocriſi & ar-
mis oppugnat. Multi Reges, multi Principes, a-
lij apertè, alij occultè conſpirãt aduerſus puſil-
lum gregẽ Chriſti, ſed fruſtrà. Nã Dominus, qui
promiſit ſe adfuturũ Eccleſiæ ſuæ, vſq; ad con-
ſummationẽ ſeculi huius, tuebitur & alet ſuam
B Eccleſiam, etſi mediis perexiguis & cõtemtis in
mũdo. Vt enim panibus quinq; hordeaceis ari-
dis & duobus piſciculis hãc tantã turbam aluit:
ita nunc etiam quaſi in manus ſuas ſumit media
in mundo contemta, quibus ſuos tuetur, & Ec-
cleſiam ſuam conſeruat. Cùm igitur cogitamus
de exilio Eccleſiæ, vagantis quaſi in deſerto ſine
pane copioſo & precioſo, habentis tamen pau-
cos panes, eoſq́; hordeaceos, h. e. viles quoſdã &
cõtemtos (ſi reſpicim⁹ potẽtiſsimos monarchas
C orbis) cuſtodes & defenſores, non deſperemus
de ſalute Eccleſiæ. Nã cùm Dominus hos viles
panes in manu ſumit, accipiunt mirabilẽ & oc-
cultã virtutẽ, qua ſufficiunt ad alendã & conſer
uandã Eccleſiam. Vnũ Principẽ Saxoniæ ante
54. annos tanquam panem paruum ſumpſit in
manus ſuas Dominus, in quo efficax fuit ad alẽ-
dã & conſeruandã Eccleſiam, quã tum tẽporis
totus mundus oppugnauit. Ita etiam hodiè fa-
ciet, tametſi Antichriſtus & Turcicus tyrannus
D plenam ſibi victoriam aduerſus Eccleſiam pol-
liceantur. Quòd autem Chriſtus nõ magno ap-
paratu, non inſigni ſplendore, nõ inſtructis co-
piis, non regum ſuffragiis & præſidiis vtitur in
Eccleſiæ ſuæ gubernatione in hoc mundo, eò
pertinet, vt ab his caducis rebus mundi auerta-
mus oculos & fidei oculis intueamur gloriam
regni Chriſti mundo occultam, & diſcernamus
æternum Chriſti regnum ab his mundi regnis
caducis & perituris.

E *Et gratias egit.*

In Matthæo eſt: *Et aſpiciens in cœlũ benedixit & fregit panes.* Iohannes & Matthæus etſi verbis di-
ſcrepãt, re tamen ipſa maximè conſentiunt. Nã
vt in omni gratiarum actione oratio & benedi-
ctio includitur: ita in omni precatione gratiarũ
actio cõtinetur. Cur aũt ante vſum cibi & æditũ
miraculũ Dominus aſpexerit in cœlũ, & gratias
egerit, Cyrillus exponit, nẽpe, vt & ſe nobis ꝓ-
poneret exemplũ, quod imitemur in vſu rerũ, &
F vt naturæ deitatis virtutẽ miraculi attribueret.
Cùm igitur exemplũ Chriſti benedicẽtis & gra-
tias agẽtis ante vſum cibi nobis ꝓponitur, duo
hîc ordine dicemus. Vnũ quænã ſit vera & ſan-
cta cibi benedictio. Alterũ quæ qualiſq́; gratia-
rũ actio eſſe debeat. Vera cibi benedictio eſt e-
iuſdẽ ſanctificatio per verbum & precationẽ, vt
docet Apoſtolus 1. Tim. 4. 5. cùm ait: *Sãctificatur,*
ſcil. cibus, *per verbũ Dei & precationẽ.* Per verbum
quidẽ ſanctificatur cibus, nõ quia recitatur, ſed
G quia docet & commõſtrat cibum à Deo & con-
ditum eſſe, & virtutem alendi habere & dari ho-
minibus, vt eo hæc vita ſuſtentetur. Recitatur

autem verbum, cùm propter commonefactionem, qua fides roboratur, tùm propter confeſſionẽ qua teſtamur nos à manu Dei cibum accipere, & alios exemplo inuitamus ad prædicãdum Deum pro ſuis donis. Per precationẽ verò ſanctificatur cibus, quando ex fide petitur eius vſus in gloriam Dei, & in noſtræ vitæ ſuſtentationem. Vtrumque coniungit Dauid Pſal. 145. 15. cùm ait: *Oculi omnium in te ſperant Domine.* (His verbis ſymbolicè ſignificatur precatio) *& tu das eſcam illorum in tempore tuo: Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.* Hoc verbo docemur cibum à Deo conditum eſſe, à Deo benedici, & dari hominibus. Vt autem hæc cibi ſanctificatio & benedictio clariùs adhuc intelligatur, ſciendum eſt, quòd etſi omnis cibus in ſe eſt bonus, vt qui ab optimo Deo ſit cõditus. Eſt enim omnis Dei creatura bona: tamẽ variat eius vſus pro conditione hominum. Cùm itaq; hominũ alij ſunt ſancti, alij prophani, quorum reſpectu quaſi communis habetur cibus. Sed ſancti homines ſanctificant ſuum cibum, hoc eſt, ſeparãt eum à cibo communi per fidem verbi & precationem, ita vt vſus cibi in ſanctis purus fiat placeátque Deo tanquam ſacrificium quoddam. Contrà verò prophani homines Deum non timentes, prophanãt & contaminant ſuum cibũ, eumq; non volentem, vt Paulus loquitur Rom. 8. 20. vanitati ſubiiciũt, quod quidem horrendum ſcelus eſt. De vtriſque loquitur Paulus ad Tit. 1. 15. *Omnia munda mundis, contaminatis ſeu pollutis, & infidelibus nihil eſt mundum, ſed maculata eſt eorum & mens & conſcientia.*

Hinc ergo admoneamur, vt creaturis Dei vtentes cogitemus de liberalitate Dei cum gratiarum actione, vt in prandiis & cõuiuiis noſtris ſermones de Dei bonitate miſceamus, vt abſtineamus ab abuſu rerum, quo Deus horribiliter offenditur, vt cõmunicemus pauperibus ex benedictione diuina, vt inter prandendum & conuiuãdum abſtineamus à ſcurrilibus, leuibus & prophanis ſermonibus, quibus cibus prophanatur & impurus redditur, quantumuis in ſe ſplẽdidus & delicatus fuerit. Hæc ex verbo Dei de vera cibi benedictione ſeu conſecratione ſint dicta, videlicet quòd cibus tum demũ benedicitur & conſecratur, quando ſumitur ab inuocantibus Deum cum gratiarum actione.

Verùm Papiſtæ lõgè aliter ſtatuunt de ciborum & aliarum bonarum creaturarum benedictione ſeu conſecratione. More enim magico præſcripta quædam verba & certos exorciſmos tanquam incantationes recitant, idque lingua peregrina, quibus putant cibos, herbas, candelas, ramos palmarum, & alia quæque conſecrari, id eſt, ex non ſacris ſacra fieri, ac ſi virtus aliqua ex verbis recitatis manaret in creaturas obiectas, vt putatur fieri in magorum incantationibus, ad quas ſerpentes obturant aures, ne venena vi incantationum amittãt, atque ita à Magis illæſis capiãtur: ſed iſta ludibria Diaboli ſciamus fugienda eſſe, vt quæ voce diuina damnata ſit, Deuter. 18. 11. Eſaiæ 47. 12. Ierem. 8. 9.

Porrò quantum ad delectũ ciborum attinet, quatuor ſunt obſeruãda diſcrimina, Iudaicum, Papiſticum, Politicum, & Medicum.

Iudaicũ diſcrimen fuit quo Iudæi Lege quæ eſt Leuit. 11. prohibebantur à certorum animalium vſu, quæ immunda appellantur propter ſignificationem. Neque enim illa prohibitio naturas rerũ, aut bonitatem vllo pacto extenuat, ſed diſciplinæ cauſa ad tempus facta eſt. Noë ſiquidem eiuſq; nepotibus tradita legũtur, Gen. 3. 9. omnia in cibum, vt holera graminis. Verùm poſtea diſcreta ſunt lege immunda à mundis, vt ſint ſymbola earum impuritatum, à quibus cauendum eſt, quæ animam polluunt. Diſciplinæ ergo cauſa, vt dixi, illa ꝓhibitio facta eſt, vt quę ſymbolica quædam morum doctrina fuerit. Exempli gratia. Prohibebatur eſus porcorum, vt eſſet ſymbolum, populum Dei non debere ſe polluere peccatorum cœno & volutabro inſtar porcorum. Ita enim Petrus, 2. Pet. 2. 22. hoc ſymbolum interpretatur. Item aquilæ & vulturis eſus prohibebatur, vt ſignificaretur non altè ſapiendum, neque ex præda viuendũ eſſe. Verùm poſtquam politia Moſis ceſſauit, nihil in quenquam iuris habet ceremonialis illa prohibitio, tametſi res ſignificata retinenda eſt. Præterea Paulus ab hac Lege pronunciat liberos Chriſtianos, vt eſt videre Rom. 14. 20. 1. Cor. 8. 8. Gal. 5. 1. Coloſ. 2, 20 prioris Timot. 4. 3. ad Tit. 1. 15.

Papiſticum diſcrimen initio videbatur non incommodum piè ieiunantibus. Nam ideo abſtinebãt à carnibus animalium terreſtrium, vtpote calidioribꝰ, vt caro magis huiuſmodi ieiunio domaretur & ſubiiceretur ſpiritui, & veſcebãtur piſcibꝰ vtpote frigidiorib. & leguminibꝰ. Verùm poſteà obtinẽte Antichriſto imperiũ in tẽplo Dei acceſſerunt quatuor mala, quib. delectus ille ciborum fœdiſsimè pollutus eſt, videlicet ſuperſtitio, coactio, neceſsitas, opinio cultus, propter quæ mala rectè edocti de libertate Chriſtiana, legem Antichriſti de ciborum delectu non recipiunt, ſtantes in libertate quam habẽt in Chriſto Ieſu, pręſertim cùm Paulus Rom. 14. 17. dicat: *Regnum Dei non eſt cibus & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in Spiritu Sancto.* 1. Cor. 8. 8. *Eſca nos non commendat Deo.* Sed quod omnium maximum eſt, idem Apoſtolus, 1. Timoth. 4. 3. numerat abſtinẽtiam, prohibitionem certorum ciborum inter notas ſpirituum erraneorum, à quibus vult pios ſibi cauere.

Politicum diſcrimen ſeu Oeconomicũ, quia politicum finem habet, relinquatur conſuetudini & arbitrio gubernatorum, patrumfamiliarum, & Oeconomorum, qui cibos ordinant pro vtilitate ſua. Verùm interim caueant à Iudaico & Papiſtico fermẽto. Item à Iudæorũ ſordibus.

Medicum diſcrimen relinquatur prudentiæ medicorum, cùm habeat finem corporum incolumitatem. Medici enim cùm corporum valetudinem ciborũ delectu & moderatione conſeruare conantur, diſcernunt inter noxios & ſalubres cibos. His qui non obtemperat, non ſolùm Medicos offendit, verùm etiam in ſeipſum

crudelis

crudelis eſt, atque ideo in Deum grauiſsimè peccat, qui vult nos corporum noſtrorum iuſtam curam habere, ne vitam noſtram ante tempus abrumpamus.

Gratiarum actio quę Deo fit, duplex eſt. Vna polluta, ſancta altera. Polluta gratiarum actio eorum eſt, quorum & mens & conſcientia eſt polluta, qualis Phariſæi fuit, Luc. 18. 11. quæ hypocritica & Phariſaica interdum dicitur. Hæc cauſas quidem habet ignorationem Dei, & beneficiorum eius, fiduciam meritorum & φιλαυτίαν: Fines verò gloriam propriam, & opinionē ſanctitatis apud alios. Nam externos piorum geſtus inſtar ſimiæ imitatur, non autem affectus. Hæc gratiarum actio meritò damnatur vt abominabilis coram Deo. Nam Deus potiùs per illá contumelia afficitur, quàm honoratur. Sancta gratiarum actio eorū ſolummodò eſt, quorum mēs luce Dei illuminata eſt & cor fide purificatum. Hæc definitur rectè eſſe vera agnitio & vera confeſsio beneficiorum diuinitus acceptorum per Ieſum Chriſtum, vnà cum gratitudine mentis prædicatione bonitatis Dei & ſtudio placendi Deo in omni vita, per eundem Ieſum Chriſtum. Hanc ſanctam gratiarum actionem Dauid ſacrificium laudis nominat Pſal. 50. 23. *Sacrificiū laudis*, inquit, *honorificabit me*. Ex quo ſequitur, Deum gratiarum actionem ſeriò à nobis requirere, ei placere, & eſſe ſummè gratam, modò condiatur ſale ſancto, hoc eſt, vera & viua in Deum fiducia.

Porrò in hac ſancta gratiarū actione ſpectentur plura, videlicet, materia, cauſa, finis, forma. Materia gratiarum actionis eſt quidquid nobis diuinitus obtigit ſiue proſperi quo recreamur, ſiue aduerſi quo caſtigamur. Si quid aduerſi cōtigit, imitaberis exemplum latronis dextri, ac primùm aduerſitate ipſa, qualiſcunque fuerit, admoneberis peccati tui & pœnitētiæ. Eſt enim quæuis aduerſitas teſtimonium iudicij diuini aduerſus peccatum. Deinde aduerſitatem, qua premeris, reputabis eſſe paternam caſtigationē cœleſtis Patris, erudientis te cruce, vt ea caſtigatus reſipiſcas & non pereas in peccato tuo. Ad hæc pro paterna caſtigatione gratias ages Patri cœleſti per Ieſum Chriſtum, ſimul petens patientiam ſub cruce, liberationem aut mitigationem crucis, ſed cum conditione gloriæ Dei non minuendæ, & propriæ ſalutis non impediendę.

Verùm ſi quid proſperi contigit, debes verè ſentire, iſtud non caſu, non merito tuo & induſtria, ſed Deo dante & benedicente contigiſſe. Et licet infinita ſunt bona, quæ Deus quotidie in nos effundit, pro quibus meritò agendę ſunt gratiæ: tamen omnibus modis redemtionis & ſaluationis beneficium præferendum eſt, pro eoque maximè ſunt agendæ gratiæ.

Cauſa gratiarum actionis eſt iuſtitia, quæ iubet reddere cuique quod illi debetur. In hac iuſtitia continetur gratitudo, quæ eſt naturalis quædam obligatio, qua obligamur lege æterna ad reddendam gratiam benè meritis, & optimè meritis ſummam gratiam. Cùm ergo Deus eſt,

A in quo ſumus, mouemur & viuimus, & à quo ad beatam immortalitatem & conditi & vocati ſumus, profectò omnium maxima gratia illi debetur. *Semper*, (ait Auguſtinus) *perirem, niſi tu me ſemper regeres. Semper morerer, niſi tu me ſemper viuificares. Omni ergo momento me tibi obligas, dum omni momento mihi tua magna beneficia præſtas.*

Finis gratiarum actionis eſt, vt Deo ſuus debitus honos tribuatur, vt oſtēdamus nos agnoſcere illum omnis boni fontem eſſe, & vt alij in- B uitentur exemplo noſtro. De hoc fine loquitur Eſaias, cùm ait Eſa. 43. 7. *Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, feci eum.*

Prætereo fructum gratiarum actionis, qui maximus eſt. Qui enim ſemper in gratiarum actione, ſemper in gaudio ſpiritus eſt, ſemper ꝓficit in melius, ſemper victoriam obtinet aduerſus hoſtem tenebrarum, ſemper ditatur in ſpiritualibus donis, ſemper in choro Angelorum eſt, C qui perpetuam laudem Deo canunt.

Forma gratiarum actionis eſt, teſtificationem gratitudinis noſtræ pro acceptis beneficiis fieri per Ieſum Chriſtum mediatorem noſtrum. Debet ergo in omni ſancta gratiarum actione fides prelucere, debet mediator per & propter quem accepimus, agnoſci. Debet deniq; ſtatui, quod noſtra gratiarum actio placeat per eundem mediatorem.

Sequitur de fractione panum, cuius memi- D nerunt Matthæus, Marcus & Lucas: *Benedixit*, inquiunt, *& fregit*. Cùm Dominus frāgit panes, virtutem & augmentum accipiunt panes, quo monemur quòd omnes creaturæ attactu Domini benedicuntur & creſcunt. Attingit autem & frangit, quando benedicit, benedicit cùm ipſe dator agnoſcitur & inuocatur. Huic ergo tradamus in manus noſtrum panem, vt ipſum nobis frangat, hoc eſt, omnia noſtra ipſi fide & inuocatione commendemus, vt ea ſanctificet & ad- E augeat ſuo attactu.

Diſtribuit diſcipulis: Diſcipuli verò diſcumbentibus.

Panis non ſolùm creuit in manibus Domini, verumetiam in manibus diſcipulorum, qui ipſum diſtribuebant diſcumbentibus. Hoc ſymbolo docemur dona nobis diuinitus data creſcere, cùm ea ex iuſſu Domini communicamus aliis. Atque hoc eſt quod Dominus alibi dicit F Matt. 13. 12. Luc. 19. 26. *Omni habenti dabitur & reddetur abundantior, qui verò non habet, etiam quod habet tolletur ab eo.* Dicitur autem is habere, qui ſibi à Domino tradita, non ſolùm poſsidet, verumetiam iis ad volūtatem eius, à quo accepit, vtitur. Qui autem ſic habet dona Dei, videlicet κτήσει ϗ χρήσει, promiſsionem audit dulciſsimam, videlicet, quòd abundantior reddatur, id eſt, dona, quibus rectè vtitur, creſcāt. Vt ergo panes, quos acceperunt diſcipuli à Domino, creuerunt vſu, G id eſt, dum eos ex iuſſu Domini diſtribuerent diſcumbētibus: ita doctrina, ſapientia, opes, atque adeò omnia Dei dona, cùm rectè poſsiden-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tur, & iuxta voluntatem Dei communicantur A aliis, creſcunt benedicente Domino. Cōtrà verò non habenti tolletur ab eo quod habet. Hæc grauiſsima comminatio opponitur promiſsioni, cuius ſenſus ex antitheſi facilè colligitur, videlicet, quòd qui poſsident dona Dei, & iis non rectè vtuntur, ſpoliabuntur iis quæ habent, id eſt, amittēt dona Dei, vt ingrati ſerui, qui talentum acceptum à Domino infoderūt in terram.

Similiter & ex piſciculis quantū volebāt. B

Vt panes acceptos è manibus Domini diſtribuerunt diſcumbentibus, ita & piſces eodē benedicente diſtribuebant'. Cùm autem addit: *Quantum volebant*, ſignificat piſces adeò in manibus diſcipulorum creuiſſe, vt non ſolùm turbæ præſenti ſaturandæ ſufficerent, verumetiā multū ſupereſſet de piſcibus. Vt ergo hîc magnitudo miraculi cōmendatur: ita ſignificatur, quàm diues ſit benedictio Domini in iis qui donis Dei rectè vtuntur. Non enim ſibi tātum & aliis qui- C bus debēt ex iuſſu Dei ſua bona communicare, ſufficiunt, verumetiam multa ſuperſunt reſeruanda in neceſſarios vſus.

12 Vt autem impleti ſunt, dicit diſcipulis ſuis: colligite quæ ſuperfuerunt fragmenta, ne quid pereat.

13 Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis.

Hîc duo ſunt obſeruanda, videlicet, miraculi magnitudo, & præceptum Domini. Miraculi magnitudo in hoc cernitur, quòd non ſolùm ſaturatur tanta turba, quinque hiſce panibus & duobus piſcibus, verumetiam magna copia reliquiarum ſupereſt, ita vt duodecim cophini impleantur, quod ſanè omnem admirationem excedit. Panes iſti antequam eos in manus ſumpſit Dominus, ne vnum quidē cophinū, eumq; E minimum implere poterant, ſed ab eo, accepti, fracti, & traditi diſcipulis ad diſtribuendum diſcumbentibus nō ſolùm ſaturare poterant tantam turbam, verumetiam ex fragmentis quæ ſupererant, implere duodecim cophinos. Quæ res rurſus nos monet, vt in vſu rerum à Domino petamus benedictionem, & ab eodem expectemus incrementa.

Præceptum Domini eſt: *Colligite quæ ſuperfuerunt fragmēta, ne quid pereat.* Hìc Dominus requi- F rit, vt dona Dei pluris faciamus quàm vt ea temerè per luxuriam profundamus. Quo admonentur diuites & potentes, ne in magna rerum abundantia ſint vel negligentiores vel prodigi: Sed cogitent dona Dei eſſe, quæ non vult perire, ſed conſeruari in eos, in quos conditi ſunt vſus. Taxantur ergo hîc qui ſua fragmenta, quæ ipſis ex magnis conuiuiis ſuperſunt, potiùs in canes effundunt, & ſæpè in cœnum abiiciunt, quàm in vſum pauperum, quibus non ſolùm G noſtras reliquias, verumetiam noſtram vitam poſtulante neceſsitate debemus.

DE QVARTO.

14 Homines ergo illi, cùm ſignum vidiſſent quod fecerat Ieſus, dicebant: Hic eſt verè Propheta ille, qui venturus eſt in mundum.

Hîc effectus miraculi breuiter deſcribitur, videlicet, quòd per hoc miraculum Ieſus ſit agnitus eſſe Propheta ille olim à Deo promiſſus, vt eſt Deuter. 18. 15. *Prophetam de medio tui & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus, ipſum audies.* Verùm quoniam copioſè à nobis & in ſecundo, & in quarto capitibus ſuprà, dictum eſt de miraculis Domini, eò remitto auditores. Etſi autem quędam antea de myſtico huius miraculi ſenſu diximus: tamen adhuc nonnihil adiiciam de ſymbolica pręſentis miraculi ſignificatione. Nam omnia Chriſti facta aliquid in ſe latentis myſterij habent, ſicuti Auguſtinus docet hiſce verbis: *Domini noſtri Ieſu Chriſti facta non ſunt tantummodò facta, ſed ſigna. Si ergo ſunt ſigna, præter id quod mira ſunt, aliquid profectò ſignificant.* Proinde in omnibus miraculis Chriſti ſymbola beneficiorum ſpiritualium cogitanda ſunt. Aptiſſimo ſanè ſymbolo hîc miniſterium verbi depingitur & eius virtus atque efficacia. Pictura miniſterij verbi hęc eſt: vt Chriſtus hîc panibus & piſcibus benedicit, dat diſcipulis, diſcipuli diſtribuunt diſcumbentibus, diſcumbentes ſaturantur, ſaturata turba diſcipuli fragméta in cophinos colligunt, & in neceſſarios vſus conſer- D uant: ita idem Chriſtus pani cœleſti, id eſt, verbo ſuo benedicit, dat diſcipulis, id eſt, omnibus piis Eccleſiæ doctoribus, diſcipuli verbum à Chriſto ſibi traditum diſtribuunt, id eſt, prædicant, quo verbo ſaturantur auditores, quibus ſpiritualiter ſaturatis diſcipuli colligūt fragmēta, id eſt, ſcripta piorum doctorum, eaque conſeruant in neceſſarios vſus Eccleſiæ, vt perpetuum extet apud Eccleſiam teſtimonium piorum de conſenſu in cœleſti doctrina. Neq; ſunt E aliunde colligenda fragmēta, quàm ex illo ipſo pane, quem Dominus diſtribuendum tradidit. In hunc ferè modum Philippus ſymbolum huius miraculi explicat, quod quia pulchrè congruit cum re ſignificata, & cum totius Scripturæ conſenſu, non eſt contemnendum. Allegoriæ enim tum demum valent, quando cum dictis manifeſtis & non figuratis congruunt.

Porrò quia Chriſtus ex hoc miraculo ſumit occaſionem diſſerendi de cœleſti pane, quem F interpretatur carnem ſuam eſſe, nolo de hac re copioſiùs hoc loco agere. Nam poſteà myſterium huius miraculi planiùs excutietur.

DE QVINTO.

15 Ieſus ergo cùm nouiſſet, quòd venturi eſſent, & eum rapturi vt facerent ipſum Regem, diſceſſit rurſus in montem ipſe ſolus.

Ex his verbis colligit Auguſtinus, quòd cùm Dominus ſederet in monte cum diſcipulis ſuis, G & videret turbas ad ſe venientes, deſcenderit de monte, & infra montem turbas pauerit. *Nam quomodo,* ait, *fieri poterat, vt rurſus illuc fugeret, niſi*

ante

antè de mõte deſcenderet. Significatur ergo aliquid quòd Dominus de alto deſcendit ad paſcendas turbas; pauit & aſcendit. Symbolum proinde hìc habemus iſtius magni myſterij, videlicet æternus Filius Dei de monte, id eſt, è cœlo deſcendit, quando aſſumpſit humanam naturã, pauit turbas verbo, Spiritu, merito ſuæ mortis & reſurrectionis, & aſcendit rurſus in cœlum, ita tamen vt ſemper verè adſit ſuæ Eccleſiæ eamque paſcat pane vitæ æternæ. Hæc ſymbolica interpretatio congruit cum re ipſa, & confirmatur ſequenti aſſeueratione de pane vitæ æternæ deſcendente de cœlo, & de aſcenſione Filij hominis in cœlum, vbi erat priùs.

Sed quid dicemus de facto huius turbæ volentis Chriſtum Regem facere? quid de fuga Chriſti nolẽtis oblatum honorem? Etſi autem hæc turba ex miraculo rectè colligit Ieſum eſſe Prophetam olim promiſſum, id eſt, Meſsiam: tamen in magno errore hæret, dum exiſtimat Meſsiæ regnum mundanum fore, & Meſsiam ipſam terrenum Monarcham, ſub quo Iudaica gens opibus, potentia, diuitiis ac voluptatibus abundaret. Videbant Ieſum tantam turbam paſcere, idque paucis & perexiguis panibus, ex quo facto ratiocinabantur, ipſum facillimè ſubiicere poſſe ſibi alios mundi monarchas. Nam quod illi non poſſent facere ſine maximis impenſis, maximis opibus, videlicet alere ingentes copias bellatorum, hoc Ieſus ipſe ſine impenſis, ſine opibus, ſine magno apparatu facere poſſet ſola voluntate, quæ res commodiſsima videbatur ad promouendum imperium, & ad ſubiuganda omnia mundi regna Nam nec milites eſſent defuturi à tam liberali Domino, nec impedimenta eſſent remoratura, quin citò orbem vniuerſum peragraret. Præterea ſuum commodum priuatũ, vt vulgus facere ſolet, ſpectabant. Si enim talem Regem habere poſſent, qui ſe miraculosè aleret, ſe in ocio & voluptatibus ſecurè victuros ſperabant. Non ergo tam Chriſto honorem deferre, quàm ſibi quietem quærere putandi ſunt, quo vitio plerique cum hac turba laborant. Eſt & hoc imprimis culpandum in hac turba, quòd ſtatum gubernationis præſentem priuatis conſiliis mutare voluerunt ſuæ commoditatis gratia, non cogitantes imperia eſſe ordinationes diuinas, quas mutare aut trãſferre priuatorum non eſt, ſed potiùs in timore Dei iis obedire in iis quæ non ſunt contra Deũ, hoc eſt, in iis quæ facere non poteris, niſi ipſe etiam pecces.

Quantum autem ad fugam Chriſti attinet recuſantis dignitatem regiam, quæ ſibi offerebatur, ſciendum eſt, quòd Chriſtus vocationem ſuam, ad quam à Patre vocatus erat, anteponere omnibus aliis honoribus & dignitatibus voluerit, id quod ipſa poſtulabat iuſtitia, & vocationis requirebat neceſsitas. *Deſcendi*, inquit, *de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me Patris.* Miſſus erat à Patre, vt doceret Patris voluntatem, vt fieret victima pro genere humano, vt peracto redemtionis opere

A aſcenderet in cœlum, & ſederet ad dexteram Patris, daret Eccleſiæ paſtores & doctores; eam regeret ſuo Spiritu & verbo tandem iudicaturus in fine ſeculi viuos & mortuos: non autem vt armaret milites mundanis armis, non vt magnas aleret copias, non vt acciperet regna mundi. *Non enim erat talis rex* (vt Auguſtinus ait) *vt ab hominibus fieret, ſed talis rex qui hominibus regnum daret.* Deinde Chriſtus hoc facto diſcernit inter ſuum regnum & regna mundi, & inter vtro-

B rumque adminiſtratores. Vt enim ipſe regiam dignitatem in mundo recuſabat: ita vult ſuos miniſtros manere intra limites ſuæ vocationis, & nõ appetere aut accipere regna mundi. Nam cùm ſint diuerſæ adminiſtrationes regni Chriſti, & regnorum mundi, fieri non poteſt, vt qui in his occupetur, idoneus ſit Chriſti regno adminiſtrando. Id quod Chriſtus hac allegorica ratione pulcherrimè docet, Luc. 9. 62. *Nemo qui manu ſua ad aratrum admota reſpexerit retrò, aptus*

C *eſt regno Dei.* Occaſio huius dicti fuit hæc. Cùm Dominus plures diſcipulos nempe illos 72. quos miſſurus erat ad prædicandum, colligeret, contigit quòd inter alios quidam ſe Chriſti diſcipulorum numero adiungere cupiens, ait ad Dominum: *Sequar te Domine, ſed permitte mihi priùs vt valedicam his qui ſunt domi meæ.* In hoc homine duo videmus. Vnum quòd in diſcipulorum numerum quos Chriſtus ad docendum emitteret, ſe recipi voluerit. Cùm enim dicit, ſe-

D quar te Domine, ſenſus eſt, ego diſcipulus tuus eſſe volo, & abs te inſtructus, imperata faciam. Alterum quòd conditionem adiecerit, videlicet, ſed permitte mihi priùs, vt valedicam his qui ſunt domi meæ. Huius conditionis adiectio Domino diſplicuit, non quòd hoc humanitatis officium, videlicet, valedicere amicis ſit Chriſto ingratum. Nam hoc fuiſſet alienum à charitate quam toties nobis commendat, vt notam Filiorum Dei, ſed quòd hic homo opus voca-

E tionis ſuæ priuato negotio interrumpere voluerit, ideo ait ei Dominus, Luc. 9. 62. *Nemo qui manu ſua ad aratrum admota reſpexerit retrò, eſt aptus regno Dei.* Hæc oratio allegorica ſimilitudinem hanc implicitam habet. Vt qui ſemel ſe addixit aratro, id eſt, agriculturæ, & interea negotiis quantumuis honeſtis, & per ſe laudabilibus, alienis tamen ab agricultura, ſe inuoluit, non eſt εὔθετος, id eſt, bene diſpoſitus ad agriculturam exercendam: ita qui ſemel addixit ſe regno Dei,

F ſcilicet, per prædicationem Euangelij propagãdo, & ſe poſteà inuoluit alienis ab officio negotiis & occupationibus, quibus interrumpitur vocationis opus, non eſt ad tam auguſtum miniſterium aptus. Hoc ipſum alia allegoria ſignificat Paulus 2. Timoth. 2. 4. vbi hortatur Timotheum, vt miniſterium verbi committat iis qui ſunt idonei ad docendum. *Nemo*, inquit, *militans implicat ſe vitæ negotiis, vt ei qui ſe in militiam delegit, placeat.* Hìc confertur miniſterium verbi

G militiæ, & miniſtri verbi militibus. Vt ergo milites probi omnibus negotiis à militia alienis abſtinent, & ſoli militiæ intenti ſunt, vt ei qui

ſe in militiam delegit, placeant: ita miniſtri Euangelij negotiis ab Euangelio alienis abſtinebunt, & ſoli miniſterio intenti erunt, vt Chriſto cui in propagādo regno Dei ſeruiunt, placeant. Nec eſt quòd quiſquam excipiat & dicat, ſe poſſe alia etiam curare, idq́ue nō improbari, modò officium faciat. Verùm qui ſic ſentit, non rectè æſtimat grauitatem officij, cui nemo, vt par eſt, ſufficere poteſt, nedum alia ſimul agere. Quàm autem hoc verū ſit, experitur Eccleſia iam multos annos non ſine plurimarum animarum certiſsimo interitu. Poſtquam enim Epiſcopi contra Chriſti exemplum, & cōtra Chriſti mandatum ſe Reges & Principes creari ſunt paſsi, imò poſtquam rapuere imperia mundi contra manifeſtum Chriſti interdictum, Luc. 22.25. *Reges Gentium dominantur eorum, vos autem non ſic*, neglecta eſt puritas doctrinæ, laxata eſt Eccleſiæ diſciplina, mutilata ſunt & polluta ſacramenta, introductæ ſunt traditiones humanæ, auctæ ſunt ſubinde ſuperſtitiones, inuecta eſt inuocatio mortuorum, ordinatus eſt cultus idolorum, cum magno Eccleſiæ damno, vt videre eſt in Papatu. Hęc enim omnia inde manarunt, quòd vocati ad ſanctiſsimū Euangelij miniſterium, ſe alienis negotiis inuoluerint. Nos igitur & exēplo Chriſti & mandato, præterea periculo & noſtro & aliorum admoniti, contenti ſimus quiſque ſua vocatione, non affectantes quæ nos nō decent. *Vnuſquiſque*, ait Paulus 1. Cor. 7.20. *maneat in vocatione, ad quam vocatus eſt.*

PARS II.

In ſecunda huius capitis parte narratur profectio diſcipulorum, in naui quæ ſola erat in iſta ripa, nauigantium ad oppidū Capernaum, quibus laborātibus Chriſtus ambulans ſuper mare agnoſcitur. Deinde quomodo turba tandem non inuento Ieſu, quem nouit non ſoluiſſe cum diſcipulis, ſecuta ſit diſcipulos in aliis nauibus, quæ fortè Tyberiade venerant, & profecta ſit Capernaum, vbi inuenit Ieſum.

Huius partis membra tria conſtituamus.

Primum, nauigatio diſcipulorum.

Secundum, miraculum Chriſti ambulantis ſuper mare, cum aliis quibuſdam miraculis.

Tertium, factum turbæ quęrentis Chriſtum.

DE PRIMO.

16 *At vbi iam veſpera eſſet, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.*

17 *Et conſcenſa naui venerunt traiecto mari ad oppidum Capernaum: iamq́; tenebræ erant, nec venerat ad eos Ieſus.*

18 *Mare autem vento magno flante intumeſcebat.*

Primo loco breuiter indicat, quò nauigando venerint diſcipuli. Deinde nauigationis circumſtantias exponit, vt difficultatem nauigationis oſtendat. Huius autem nauigationis cauſa colligitur ex aliis Euangeliſtis, videlicet vt ita commodiùs dimitteret turbam, vt ipſè declinaret importunitatem turbæ volentis ſe regem creare, vtq́ue ſemotus à turbis oraret: his adde, vt ſymbolo quodam ſtatum Eccleſiæ vſque ad finem mundi pingeret.

Porrò huius membri articuli plures ſunt, videlicet, nauigatio ipſa, tenebræ, motus maris, & periculum diſcipulorum nauigantium.

Nauigant diſcipuli iuſſu Domini, nauigemus & nos eiuſdem iuſſu, hoc eſt, officium nobis diuinitus demandatum faciamus, vel in medio maris, hoc eſt, in ſummis periculis.

Tenebræ erant abſente Domino, ſed illo adueniente illuxit dies. Tum enim erat quarta noctis vigilia, & in portum deferuntur diſcipuli. Symbolum videntur hæ tenebræ fuiſſe obſcuritatis doctrinæ Euágelij in Papatu, quas tenebras diſpellere cœpit noſtra ætate ſalutaris Euangelij lux. *Meritò tenebræ*, ait Auguſtinus, *abſente luce, quantum accedit finis mundi, creſcunt errores, crebreſcunt terrores, creſcit iniquitas, creſcit infidelitas, ſed in medio harum tenebrarum affulget lux Euangelij.*

Motus maris intumeſcentis vento contrario adumbrabat motus turbulenti mundi aduerſus Euangelium & miniſtros eius, quos motus tandem ſedabit Dominus glorioſo ſuo aduentu. *Tempeſtates & venti*, ait Auguſtinus, *clamores ſunt maledicorum, inde fluctus augentur, & turbatur nauis.*

Quòd autem Dominus permittat diſcipulos iactari tantis tempeſtatibus turba ſecura nauigante, eò pertinet, vt ſciamus Dominum ſuos grauioribus exercere periculis, vt in timore Dei contineantur, vt periclitantes inuocent, vt liberati è periculis pleniùs beneficia liberatoris agnoſcant, vt gratias agant, vt cogitent ſe non ad delicias huius vitæ caducæ vocatos, ſed ad labores vocationis ferendos, quos tandem lætiſsimus excipiet exitus.

DE SECVNDO.

19 *Cùm ergo progreſſi eſſent ſtadia 25. vel 30. vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & cùm appropinquaſſet naui, territi ſunt.*

20 *Ille autem dicit eis: Ego ſum, ne terreamini.*

21 *Volebant ergo accipere eum in nauim, & continuò nauis appulit ad terram, ad quam ibant.*

Non attingit Iohannes omnes circumſtanſtantias quas alij Euangeliſtæ notant, videlicet de iactatione nauiculæ in medio maris, de contrariis ventis, de labore diſcipulorum in remigando, de terrore diſcipulorum putantium ſe ſpectrum videre, de Petro ambulante ſuper aquas ex iuſſu Domini, de trepidatione eiuſdem, de reprehenſione trepidantis, de ſedato mari recepto Ieſu in nauim, de confeſsione diſcipulorum ex miraculo agnoſcentium Ieſum

eſſe

eſſe Filium Dei. Hæc omnia depingunt nobis ſtatum Eccleſiæ in hoc mũdo. Iactabitur Eccleſia inſtar nauiculæ in mediis fluctibus maris, dum ſe illi opponent ſapientes & potentes in mundo, ſed nihilominus laborabunt remiges diſcipuli, & totis viribus opponent ſe fluctibus huius mundi, ſæpe terrebuntur ſpectris Ieſum nauiculam ſuam deſeruiſſe exiſtimantes. Sed in ſummis periculis vbi actum eſſe cum nauicula videtur, aderit ipſe Dominus nauis, conſcendet nauem, ſedabit mare, & ſubitò nauem in portum adducet. Hoc ſymbolum ſtatus Eccleſiæ in hoc mundo, Cyrillus explicat in hunc locum ita ſcribens: *Operæprecium eſt*, inquit, *obſeruare non ſtatim, neque in principio periculorum, ſed quando iam longè à terra remigauerant, Chriſtum diſcipulis apparuiſſe. Non enim incipientibus aduerſis gratia Chriſti confeſtim nos ſaluat, ſed poſteaquam terror increuerit, & certum videtur imminere periculum, tunc è medijs periculis eripit.*

Porrò præter ea quæ diximus in hac hiſtoria, quatuor miracula ſunt obſeruanda, de quibus ordine dicemus.

Primum miraculum: Ambulatio Ieſu ſuper mare, cuius cauſa videtur fuiſſe, vt turba non animaduertente veniret ad diſcipulos quos periclitari animaduertit. Finis autem vt quis & quantus eſſet ſuus magiſter, ex hoc miraculo diſcipuli cognoſcerent, nempe vt ſcirent ipſum etiam maris Dominum eſſe, qui illud ſibi ſeruire coegit. Non ergo hinc proprietas corporis Chriſti alia quàm aliorum hominum, ſed potentia perſonæ colligenda eſt. Vnde fides noſtra fiduciam concipiet in mediis perſecutionum fluctibus, videlicet quòd habeat Dominum, qui ſe ab omnibus malis & periculis potenter eripere poſsit.

Secundum miraculum in Petro conſpicitur, qui vocante Domino etiam ſuper aquas ambulat contra naturam corporis quod ſua mole in aquam immergi ſolet. Hoc ergo facto ſignificatur, quòd Dominus ſuos miraculosè in hoc mundo tueri poteſt, etſi ſæpè ob diffidentiam ſuam grauioribus obiiciuntur periculis, non vt in illis pereant, ſed vt Chriſtum inuocantes è periculis liberẽtur, ſicuti Petrus hîc, poſtquam ex incredulitate demergi cœperat, implorat Chriſti opem, & eripitur mox è periculo. Vnde & nos monemur vt in noſtris periculis non deſpondeamus animum, ac ſi iam de nobis actum eſſet, ſed ardentiùs Chriſtum inuocemus, dicamuſque cum Petro: *Domine ſalua nos*. Atque ita abſque omni dubio futurum eſt, vt Dominus ſua manu nobis porrecta clementer nos liberet.

Tertium miraculum eſt: Ieſus conſcenſa naui, mare tranquillum reddidit, quantumuis turbulentiſsimum. Symbolicè hoc miraculo ſignificatur, quòd Dominus, cùm omnia videntur minari nauiculæ, id eſt, Eccleſiæ ſuæ, interitum, poſsit motos componere fluctus, ita vt qui ſæuiſsimè in eam graſſati ſunt, arma deponant, ac miteſcant. Hoc confirmant non ſolùm plurimæ hiſtoriæ omnium temporum, verumetiam proximi hi quinquaginta anni, quo tempore ſæpiſsimè videbatur nauicula Chriſti fluctibus perſecutionum obrui, ſed multi tamẽ ex hoſtibus ferocia depoſita, ex crudelibus perſecutoribus facti ſunt conſtantiſsimi & liberaliſsimi Eccleſiæ Chriſti nutritores.

Quartum miraculum, quòd nauis illicò, (quod minimè expectarunt diſcipuli) repugnante medio interuallo, appulerit ad ripam. Putabant enim diſcipuli adhuc multum laboris ſibi reſtare in remigando. Hunc ſubitum nauis appulſum in portum, præter nauigantium expectationem, non dubito ſymbolum eſſe, hoc eſt, ſignum, comparatione docens inopinatum aduentum Domini ad iudicium, & ſubitam Eccleſiæ venientis in portum ſalutis liberationem. Vt enim hæc nauis in qua vehebantur Chriſtus & diſcipuli eius, ſubitò præter expectationem appulit portui: ita etiam abſque omni dubio futurum eſt, vt cùm rectores nauiculæ, id eſt, doctores Eccleſiæ exiſtimabunt ſibi longum reſtare iter, priuſquam Eccleſia in portum veniet, mox Chriſtus minimè expectatus adfuturus ſit, Eccleſiam ſuam in portum ſalutis perducturus.

DE TERTIO.

22 Poſtridie turba quæ ſtabat trans mare, cùm vidiſſet, quòd nauis alia non erat illic niſi ea ſola, in quam conſcenderant diſcipuli eius, & quòd non venerat Ieſus cum diſcipulis ſuis in nauem, ſed ſoli diſcipuli abierãt.

23 Porrò aliæ naues venerunt à Tyberiade prope locum vbi comederant panem, poſtquam Dominus gratias egiſſet.

24 Cùm ergo vidiſſet turba, illic Ieſum non eſſe, nec eius diſcipulos, conſcenderunt ipſi quoque in naues, & venerunt Capernaum quærentes Ieſum.

Coniecturas populi recitat Iohannes, quibus ratiocinabatur Chriſtum, quem inuenire non poterat, miraculosè mare traieciſſe. Quare & illum ſequuntur in nauibus quæ venerant Tyberiade ad ſuſcipiendos qui nauigare cuperent. Ratiocinabantur autem hoc modo: Vnica hîc nauis fuit, in qua diſcipuli eius abierant relicto Domino ab hac parte, qui iam nullibi hîc inuenitur. Igitur veriſimile eſt eum miraculosè traieciſſe, præſertim cùm diſcipulos ſuos præmiſerit. Hæc ſumma ſententiæ eſt.

Verùm hoc inter alia memorabile eſt, quòd Iohannes iterum mentionem facit gratiarum actionis Domini ante editum miraculum ſaturatæ turbæ, quinque panibus & duobus piſciculis. Sed hoc ideo factum eſt à Iohanne, vt rurſus obliuioſis lectoribus inculcaret, incrementa rerum & efficaciam quibus vtimur, à bene-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dictione Domini eſſe: vſum creaturarum, vt cibi, potus aliarumque rerum, fieri licitum, ſanctificari & ſegregari à prophano infidelium vſu per inuocationem & gratiarum actionem: noſque exemplo Domini, qui alioqui ad precandum ignaui & frigidi ſumus, excitari debere ad inuocationis & gratiarum actionis cultum. Præterea nos etiam qui in templis & in ſcholis docemus, exemplo Iohannis admoneamur, ea quæ ſunt maximè cognitu necaſſaria, ſubinde ſegnioribus auditoribus & diſcipulis inculcare.

PARS III.

Hæc pars huius capitis continet colloquium Chriſti & turbæ ad ſe venientis in oppido Capernaum, altero die poſt editum miraculum ſaturatæ turbæ quinquies mille hominum quinque panibus & duobus piſciculis. Inſtituitur autem hoc colloquium de diſcrimine cibi corporalis, ſeruientis huic caducæ vitæ, & ſpiritualis efficacis ad vitam æternam conſequendam, hoc eſt, de diſcrimine operum & fidei, Legis & Euágelij, veteris Teſtamenti & noui Teſtamenti, Moſis & Chriſti, breuiter, vmbræ & veritatis. Hanc docendi rationem, cùm ita à ſenſibilibus ad altiora ſubducimur, Nazianzenus vocat *ἀναγωγὴν*, quæ eſt figura, qua viſibilia ad inuiſibilia, terrena ad cœleſtia contemplanda referuntur. Tametſi autem colloquium hoc videtur valde obſcurum & difficile intellectu: tamé cognita eius occaſione, perpenſa populi huius conditione, & cõſilio Domini in hoc colloquio, vt par eſt, conſiderato, omnia lucem accipient admirabilem, ita vt miremur tátum lucis ex inopinato acceſsiſſe huic parti.

Occaſio hæc eſt. Populus legis ſaturatus panib⁹ quærit panes, h.e. terrena beneficia à Chriſto, idq; ex vulgi opinione concepta de Meſsia. Nõ enim putabat hæc turba, alia bona allaturũ Meſsiam quàm corporalia. Siquidem animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei.

Conditio huius populi fuit, quòd totus fuerit addictus literæ Legis Moſaicæ, pendebat à Moſe, Moſis mentem non intelligens, in ſacrificiis, cæremoniis, & externis operibus collocabat ſalutis meritum, de Meſsiæ officio nihil rectè cogitabat.

Conſilium Chriſti eſt in hoc colloquio, vt auditores ſubducat ab vmbra ad veritatem, à terrenis ad cœleſtia, à momentaneis ad æterna, à corporatis ad ſpiritualia. Breuiter, à iuſtitia Legis ad iuſtitiam Euangelij, à veteri Teſtamento & Moſe ad nouum fœdus, & ſeipſum, qui Chriſtus & ſaluator in Moſe & Prophetis promiſſus eſt. Hac occaſione colloquij, hac conditione huius populi, & hoc conſilio Domini bene conſideratis, expeditior & iucũdior erit præſentis colloquij explicatio.

His ita conſtitutis membra colloquij ordinemus, quæ ſeptem ſunt.

Primum, Dominus præpoſterum rerum terrenarum ſub panum nomine, quibus hic populus ſaturatus erat, ſtudium, in hoc populo reprehendit, & hortatur eum, vt non tàm ſtudeat cibo perituro, quàm permanenti in vitam æternam. Vt enim ſuprà Samaritidem ab aquis corporeis ad aquas ſpirituales ſubduxit contẽplandas & deſiderandas: ita hũc populum à deſiderio cibi corporei, ad contemplandam cœleſtẽ & ſpiritualem alimoniam anagogicè ſubducit. Eſt proinde ſcopus, vt diximus, populum Legis ab vmbra ad veritatem perducere, vt iuſtitiam, vitam & ſalutem in Chriſto per fidem quęrat; quę fruſtra ex Lege quæruntur, cùm nemo Legem præſtare poſsit. Ad hunc ergo ſcopum omnia quæ ſequuntur in hac parte, referenda ſunt.

Secundum, quoniam hic populus operationis & cibi permanentis ad vitam æternam mentionẽ fieri audit, & ex percepta perſuaſione nõ putauit aliunde quàm ex Legis operibus vitam æternam contingere, quærit ironicè de operibus Dei, id eſt, de operibus quibus homo coram Deo iuſtificari poſsit, & vitam æternam conſequi. Perſuaſum enim erat huic populo non alia monſtrari poſſe opera, quibus vita æterna promiſſa eſt, quâm opera Legis, quibus annexa eſt hæc promiſsio: *Qui fecerit ea homo, viuet in eis.* Sed Dominus breui admodum reſponſo excludit omnia opera Legis, dũ mittit omnes ad Filium, in quem credere oportet omnem qui vitam æternam expetit. Significat ergo hoc reſpóſo neminem opera Legis perfectè præſtare poſſe, ac ideo neminem Legis operibus iuſtificari & mereri vitam æternam.

Tertium, quoniam populo Legis perſuaſum erat, Moſen à Deo datum eſſe legiſlatorem, atque ideo videretur contra Moſen, imò contra Deum eſſe, aliam viam ſalutis monſtrare, quàm Legem Moſis, præſertim cùm ſcriptum ſit: *Qui fecerit ea homo, viuet in eis*, quærit populus ſignum à Ieſu, quo ſe oſtẽdat Moſe ſuperiorem eſſe, qui Moſes tantis in deſerto claruit miraculis, vt ſibi perſuadeat, vt huic nouo doctori credát potius quàm Moſi. Hìc Dominus diſcernit inter miniſtrum Moſen & Deum, qui miraculosè pauit populum in deſerto, & docet manna non fuiſſe viuificum panem, ſed veri panis vmbram ſolummodò, quem panem Moſes non poteſt dare, ſed ſolus Pater cœleſtis. Atque ita transfert cauſam beneficij à Moſe ad Deum, & clarè inter vmbram & veritatem diſcernit.

Quartum, cùm Iudæi hæc carnaliter acciperent, petunt ironicè iſtum panem ſibi ſemper dari, quibus Dominus reſpondens affirmat ſe panem iſtum eſſe verum, qui de cœlo deſcenderit, & addit tria, videlicet, efficaciam huius panis, reprehenſionem incredulitatis populi, & doctrinam de Patris bona voluntate.

Quintũ, Iudæi rurſus offenſi murmurant inter ſe, & perabſurdũ eſſe iudicát vtrumq;, videlicet, quòd Dominus ſe panẽ vitæ eſſe dixerit, & quòd de cœlo deſcenderit. Verùm Dominus ſitiens illorũ ſaluté, reſpõdet placidè, ac primùm exponit iſtius murmuris cauſá, ꝙ carnaliter tantùm

tùm

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tùm ſapiát,& nõ ſint ſpiritualiter edocti. Dein-
de inculcat promiſsionẽ vniuerſalẽ & modum
manducationis, videlicet, ꝙ quiſquis in ſe cre-
diderit,habeat vitam æternam. Et rurſus affir-
mat ſe panẽ vitæ eſſe,quem à manna quo veſce-
bantur Iudæi in deſerto, diſtinguit efficacia &
virtute. Nam hunc vitæ panem eſſe efficacem
pronunciat ad vitam æternam operandam: Et
ne amplius de hoc pane dubitent,definit ipſum
eſſe carnem ſuam dandam pro mundi vita.

Sextũ,Iudæi rurſus carnis ſenſum ſecuti,im-
poſsibile eſſe putant ipſum poſſe dare carnem
ſuam comedẽdam. Quibus Dominus opponit
neceſsitatem manducationis carnis ſuæ & po-
tationis ſanguinis ſui, vt ſine qua nemo vitá æ-
terná conſequi poſsit. Ex quo infert eos ſolum-
modò vitæ æternæ fore participes, qui mandu-
cauerint carnem ſuam & biberint ſanguinẽ ſu-
um,cuius rei rationem ſubiungit,iterum incul-
cans diſcrimen inter Moſaicum manna & pané
quem ipſe dat,vt inter vmbram & veritatem.

Septimum,cùm ex his Domini dictis,de má-
ducatione carnis ſuæ, & potatione ſanguinis
ſui, non ſolùm auditores promiſcui, ſed etiam
ex diſcipulis eius multi offenderentur, atque a-
deò deficerent ab illo, quaſi Dominus require-
ret cyclopicam quandam lanienam & deuora-
tionẽ carnis ſuæ, ſigno oſtendit ſe non loqui de
carnali & phyſica manducatione, & docet mo-
dum manducationis ſpiritualem eſſe, quæ ſola
viuifica eſt, cùm illa carnalis nihil proſit. Hæc
membra ſunt præſentis colloquij quorum ex-
plicatio non erit difficilis, diſtributione mem-
brorum, quam poſuimus, ſeruata, modò ani-
mum ſemper in occaſionem huius colloquij. in
conditionem huius populi,& in conſilium Do-
mini intentum habuerimus.

DE PRIMO.

Hoc primum membrum conſtat articulis
quatuor,quorum primus eſt curioſa interroga-
tio Iudæorum.

Secundus, obiurgatio, qua Dominus taxat
præpoſterum ſtudium Iudæorum, qui potiùs
ventris quàm mentis curam habuêre.

Tertius, exhortatio ad operandum cibum
permanentem in æternum.

Quartus,ratio exhortationis.

25 *Et cùm inueniſſent eum trans mare,*
dixerunt ei: Rabbi quando veniſti huc?

Hic primus articulus eſt. Quoniam autem
non dubitarunt, vt ex prædictis coniecturis pa-
tet,Ieſum miraculosè veniſſe Capernaum,quæ-
runt quando venerit, ex quo apparet magis eos
nouitate rei, quàm amore doctrinæ veniſſe ad
Chriſtum. Eſt enim communis morbus,noua-
rum rerum admiratio cum curioſitate. Tametſi
autem non eſt dubitandũ, multis malis admix-
tos fuiſſe aliquos bonos: tamen maior numerus
hærebat in carnali & Phariſaica opinione de
Meſsia,ideo ad eos ſermonem dirigit Dominus.
Et quoniam Dominus eorum curioſitatem, vt
A quæ carnem ſaperet,non neceſſariam eſſe vidit,
ad eorum interrogationem nihil reſpõdet, nos
ſuo facto docens diſsimulandas eſſe quæſtiones
quæ magis ſunt curioſæ quàm vtiles, quæ plus
deſtruunt quàm ædificant. Huiuſmodi curioſis
quæſtionibus & inutilibus plena eſt ſcholaſtica
Theologia, & hodie proh dolor Eccleſia Dei
curioſitatis multorum pœnas luit.

Porrò cùm hac blanda appellatione Rabbi
B vtuntur Iudæi, ingenium hypocritarum pro-
dunt, qui cùm nihil in re habeant, verborum
tamen blanditiis ſe pios & ſanctos ſimulant,
quam ſimulationem Dominus acerrimè repre-
hendit Matth. 7. 21. cùm ait: *Non omnis qui dicit*
mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed
qui facit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt. Verũ
pij Eccleſiæ miniſtri exemplo Chriſti huiuſmo-
di hypocritas arguant grauiùs, & caueant ne
verborum blanditiis ineſcati decipiantur, & a-
C dulatione corrumpantur, vt officium fideliter
non faciant,id quod multis accidit.

26 *Reſpondit eis Ieſus & dixit: Amen A-*
men dico vobis, quæritis me, non quia vidi-
ſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, &
ſaturati eſtis.

Hic eſt ſecundus articulus obiurgationem
continens. Simulant Capernaitę ſua interroga-
tione ſe ſignorum admiratione captos quærere
D Ieſum,& diſsimulant veram cauſam, quæ fuit vt
ſine labore miraculosè per Chriſtum ſaturaren-
tur. Ita morbus eſt non infrequens in humana
vita,arte tegere veras cauſas actionum, & ſimu-
lare cauſas non veras. Verùm Dominus, quem
nihil latêre potuit, hypocriſin illorum detegit,
& veram cauſam cur ſe quæſierint aperit, at-
que ita tranſlatione cauſæ vtitur, ac ſi diceret:
vos vultis videri quòd me quæratis, quia vidi-
ſtis ſigna ſanationum quæ edidi ad confirman-
E dum meam legationem eſſe diuinam,& ad con-
firmandam fiduciam in ſpectatoribus, ſed mera
eſt hypocriſis. Nam ideo me quæritis vt ventres
veſtros ſine labore veſtro impleam. Vtinam ho-
die non eſſent plurimi his Capernaitis ſimiles
cùm inter docentes, tùm inter auditores, idq́ue
nõ ſolùm in Papatu, verumetiam inter nos, qui
de Chriſto & eius Euangelio gloriamur. Hinc
eſt ꝙ toties mutemus vocationes, vt pinguiora
lucra percipiamus, quod profectò non fieret, ſi
F amore Chriſti, & gloriæ Dei promouendæ ſtu-
dio teneremur magis. Qui ſunt huiuſmodi, ma-
gis aures hominũ delinire q̃ animas cœleſti pa-
ne ſaturare ſtudent. Hos cauendos eſſe monet
Paulus Rom. 16. 17. cùm ait: *Obteſtor vos fratres, vt*
obſeruetis eos qui diſſetiones et offendicula præter doctri
nam quã vos didiciſtis faciũt: & declinate ab illis. Hu-
iuſmodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ven-
tri, et per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt cor-
da innocentium. Et Philipp. cap. 3. 18. *Multi ambu-*
G *lant* (loquitur autem de docentibus Euange-
lium) *quos ſæpè dixi vobis, inimicos crucis Chriſti*
eſſe, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Simili morbo plerique etiam ex auditoribus la-
borant, qui ſuæ quietis & cōmodi cauſa quam-
libet religionem amplectuntur, & paucisſimi, v-
bi periculum aliquod imminet, veram religio-
nem publicè profiteri audent, pluris facientes
ſuas fortunas & facultates alioqui perituras,
quàm ſalutem animæ ſuæ.

27 *Operamini non cibum qui perit, ſed
qui permanet in vitam æternam, quem Fi-
lius hominis vobis dabit.*

Tertius articulus, qui eſt exhortatio ad Iu-
dæos, vt operentur cibum, id eſt, vt quærant
magno ſtudio & deſiderio non cibum qui perit
id eſt, terrena commoda, ſed cibum qui perma-
net in vitam æternam. Vtitur autem Dominus
hîc verbo Operandi, accommodans ſe infirmi-
tati iſtius populi, qui nihil niſi opera cogitare
potuit, quoties de ſalute ageretur, ac ſi diceret:
Vos qui hypocriticè ſemper opera in ore habe-
tis. Si placet operari, monſtrabo vobis opus vti-
liſsimum, & imprimis neceſſarium. Operami-
ni, id eſt, ſtudiosê qu͏ęrite, cibum permanentem
in vitam æternam. Vt autem non aberrent in
quærendo hoc cibo, néue ſtatuant illum meri-
tis operum dari, addit: *Quem Filius hominis dabit
vobis.* Non ergo aliunde quærendus eſt hic ci-
bus quàm à ſolo Chriſto, à quo non operibus e-
mitur, ſed ex gratia datur credentibus, atque i-
deò etiam Filius Dei ſe hîc Filium hominis no-
minat, vt ſignificet ſe hominem eſſe factum pro-
pter nos & noſtram ſalutem. Non enim Filius
hominis propter ſe eſt, ſed propter nos, vt piè
ait Auguſtinus.

Porrò cum hac Chriſti exhortatione cōgruit
illa exhortatio prophetica, Eſaiæ 55.1. *Sitientes o-
mnes venite ad aquas, & qui non habetis pecuniam, ve-
nite, emite & comedite: venite, inquam, emite abſque pe-
cunia, & abſque vllo pretio vinum & lac.* Item: *Au-
dite, audiendo me, comedite bonum & oblectet ſe in pin-
guedine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram & ve-
nite ad me, edite, & viuet anima veſtra, & percutiam
vobiſcum fœdus, miſericordias Dauidis fideles.* Hìc vi-
demus Chriſti exhortationem congruere cum
vaticinio Prophetæ, quod in hunc modum ex-
plicandum eſt. Quemadmodum pane, vino, la-
cte, & aqua (meminit autem vulgaris cibi iſtius
populi) corpora noſtra nutriuntur ad fouen-
dam, recreandam & conſeruandam hanc cadu-
cam vitam; ita anima noſtra doctrina Euan-
gelij, Spiritu Sancto & aliis Chriſti donis, at-
que adeò Chriſto ipſo veſcuntur & ſuſtentan-
tur ad vitam æternam. Vt ergo anima plus eſt
quàm corpus, & vita ęterna pręferenda eſt huic
caducæ vitæ: ita cibus animæ multò maiori
ſtudio & amandus & quærendus eſt quàm ci-
bus corporis.

Porrò cibus animæ in genere dicitur aptiſsi-
ma metaphora, propter ſimilitudinem effectu-
um cibi animæ & cibi corporis: quidquid alit a-
nimam, eamque recreat, ſuſtētat, exhilarat, eius
cibus eſt, vt Dominus ſuprà in cap. 4.34. indi-
A cat, cùm ait: *Meus cibus eſt vt faciam voluntatem e-
ius qui miſit me,* quaſi diceret: hoc meum ſum-
mum deſiderium eſt, ſummaque voluptas, vt
animus meus expleatur ſatieturque executio-
ne voluntatis Patris mei. Deinde in ſpecie cibus
animæ ſignificat quidquid vllo modo facit ad
vitam æternam conſequendam, vt doctrina E-
uangelij, Spiritus Sanctus, piæ exhortationes,
ſacramenta. Breuiter, omnia dona, quibus aut
B vita animæ comparatur, aut iam viuens in ti-
more Dei & vera pietate, alitur, reficitur, ſuſten-
tatur & conſeruatur, quæ omnia Chriſtus hìc
iubet nos anteponere cibo pereunti.

Porrò cùm Dominus dicit: *Operamini non ci-
bum qui perit,* comparatè accipiendum eſt. Non
enim ſimpliciter vult nos abiicere curam fo-
uendi corporis eiuſque conſeruandi, per cibum
in hunc vſum diuinitus conditum & datum,
ſed præpoſteram curam taxat eorum, qui non
C iuſto ordine hoc faciūt. Iuſtus autem ordo com-
mendatur nobis, Matth. 6.33. his Domini ver-
bis: *Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, &
cætera omnia adijcientur vobis.* Nos igitur quibus
ſalus cordi eſt, memores ſimus & huius regulæ
& præſentis exhortationis Chriſti, & antepo-
namus ſalutem animæ omnibus rebus & com-
modis huius caducæ vitæ. *Quid prodeſt*, ait Do-
minus Matth. 16.26. *homini, ſi mundum vniuerſum
lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut
D quam dabit homo compenſationem animæ ſuæ?* id eſt,
quid dabit homo cuius permutatione redimet
animam ſuam? Omnibus proinde rebus, glo-
riæ, diuitiis, voluptatibus, & commodis quali-
buſcunque anteponamus animæ noſtræ vitam
& ſalutem æternam.

Hunc enim Pater ſignauit Deus.

Ratio eſt proximæ ſententiæ à Patris volun-
tate & immoto, & quaſi obſignato decreto ſum-
pta. Formabitur autem argumentum præſens
E hoc pacto: Is ſolus cibum permanentem in vi-
tam æternam dare poteſt, quem Deus Pater ſi-
gnauit, hoc eſt, ſelegit ab aliis, & miſit ad hoc fa-
ciendum, & veluti ſuo ſigillo & immoto decre-
to ordinauit: Sed Filium hominis Ieſum Ma-
riæ filium, Deus Pater ſignauit & ſegregauit ab
aliis, & veluti ſuo ſigillo & immoto decreto or-
dinauit ad hunc cibum communicandum aliis:
Igitur hic ſolus Mariæ filius poteſt cibum per-
manentem in vitam æternam dare. Auguſtinus
F in hunc modum enarrat hunc locum: *Signare eſt
ſignum rei imponere: cuicunque rei ponit ſignum, ideo
ponit ſignum, ne confuſa cum aliis à re non poſsit agno-
ſci. Pater ergo eum ſignauit. Quid eſt ſignauit? proprium
quiddam illi dedit, ne cæteris compararetur hominibus.
Ideo de illo dictum eſt, Pſal. 45.8. Vnxit te Deus, Deus
tuus oleo exultationis præ participibꝰ tuis.* Et paulò in-
frà. *Quid eſt ſignaret? proprium aliquid mihi daret, quo
non confunderer cum genere humano, ſed per me libera-
retur genus humanum.*

G Cæterum quia hæc in genere dicta obſcurio-
ra fortaſſe videntur, huc modos, quibus Pater
obſignauit Filium, adiiciamus.

Primus:

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Primus: Pater obſignat Filium charactere perſonæ ſuæ, ad Hebr. 1. 3. Eſt enim Filius character perſonæ Patris. Huius obſignationis meminit Cyrillus, in hunc locum ſcribens.

Secundus: Pater obſignat Filium admiranda incarnatione. Solus enim Filius Dei conceptus eſt à Spiritu Sancto, & natus eſt à caſtiſſima virgine.

Tertius: Pater obſignat Filium Spiritu Sancto excellentiùs quàm alios, iuxta illud Pſal. 45. 8. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ conſortibus tuis.* Aliis enim dat Pater per menſuram, Filio pleniſſimè abſque omni menſura.

Quartus: Pater obſignat Filium diuinis operibus ſeu miraculis. Iohan. 10. 25. *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtantur de me.*

Quintus: Pater obſignat Filium propria voce de cœlo delapſa, cùm ait: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Matth. 3. 17. & 17. 5. De hoc teſtimonio loquitur etiam Dominus, Iohan. 5. 36. *Qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibet de me.* Et Petrus 2. Pet. 1.

Sextus: Pater obſignat Filium perfectiſſima puritate & innocentia qua ſegregatur à peccatoribus. Ita enim habet autor Epiſtolæ ad Hebræos 7. 26. *Sanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus.*

Septimus: Pater obſignat Filium ſacerdotij & regni eminentia. Is enim ſolus habet ſacerdotium in æternum, & ἀπαράβατον, & is ſolus eſt Rex ſeculorum. Ad Tit. 1. 2. Item Rex regum, & Dominus dominantium, 1. ad Timoth. 6. 15.

Octauus: Pater obſignat Filium admirandis ſignis, quæ contigêre illò patiente & moriente in cruce. Vnde Centurio conſpectis illis ſignis exclamat Matth. 27. 54. *Hic verè Filius Dei fuit.*

Nonus: Pater obſignat Filium glorioſa reſurrectione à mortuis, qua Filius ſe declarauit eſſe iuſtum, & potentiorem omnibus creaturis. Nulla enim creatura poteſt mortem ſua potentia ſuperare.

Decimus: Pater obſignat Filium glorioſo triumpho aſcenſionis viſibilis in cœlum, & ſeſſione ad dexteram Patris, in throno maieſtatis in cœleſtibus.

Vndecimus: Pater obſignat Filium viſibili donatione Spiritus Sancti in die Pentecoſtes, Act. 2. 4.

Duodecimus: Pater obſignat Filium mirabili collectione & conſeruatione Eccleſiæ, cùm videmus manifeſtè iuxta promiſſionem Domini, Matth. 16. 18. Portas inferorum non præualere aduerſus eam.

Decimustertius: Pater obſignat Filium conſenſu Moſis, Prophetarum & omnium Apoſtolorum de Filio.

Decimusquartus: Pater obſignat Filium in cordibus credẽtium, cùm dat illis arrhabonem hæreditatis 2. Cor. 1. 22. ad Epheſ. 1. 17. & 4. 11. Reſtat autem vt Pater obſignaturus ſit Filium glorioſo aduẽtu Filij ad iudicium, & iudiciaria poteſtate, qua iudicabit viuos & mortuos. Hiſce ſignaculis confirmati obſignemus & nos in cordibus noſtris teſtimonia Ieſu.

Hinc duo concludamus. Vnum, quòd in ſolo Chriſto quærenda ſit vita æterna, & omnia quę ad vitam æternam conſequendam faciunt: Ideo ipſe alibi ait Ioh. 14. 6. *Ego ſum via, veritas & vita.* Via extra quam aberratur à vita. Veritas in qua vita eſt. Vita à qua vita æterna eſt. Alterũm, quòd quicunque quouis prętextu nos aliò mittunt ad quærendam vitam, quàm ad ſolum Ieſum Chriſtum, ſigillum Dei infringant, Deum mendacem faciant, Chriſtum ſuo honore ſpolient, & ſeipſos in certam damnationem proiiciant. Vbi ergo merita congrui, cõdigni, ſupererogationis? vbi opera & traditiones hominũ, quibus placare Deum agyrtæ Papales contendunt? vbi ſanctorũ ſuffragia? vbi theſaurus Eccleſiæ Romanæ? cuius ſe cuſtodem & Oeconomum Papa iactitat, & ex eo vendit ſtultis hominibus prout numerauerint. Breuiter, ſacrilegi omnes ſunt, qui aliunde vllam vel minimam ſalutis portionem prӕterquam in eo quem Pater obſignauit, quęrunt. Huius ſacrilegij reatu reos teneri Papiſtas, nemo verè pius dubitauerit. Quare nos ſecurè contemnamus Papam, hoc eſt, Antichriſtum Romanum, cum tota ſua cohorte, qui ſigillum Dei, quo Filium obſignauit, perfidè reiicit.

DE SECVNDO.

Hoc ſecundum membrum duobus articulis abſoluitur, quorũ primus eſt interrogatio ironica Iudæorum de operibus Dei.

Secundus eſt reſponſio ſeria Domini ad interrogationem.

Articulus primus.

28 Dixerunt ergo ad eum: quid faciemus vt operemur opera Dei?

Quoniam Dominus fecerat mẽtionem operationis cibi permanẽtis in vitam æternã, quem ſe daturum pollicebatur, & quoniam Iudæi ex percepta perſuaſione Phariſaica, iudicarunt vitam æternam contingere ex operibus Legis, ideò quærunt non ex bono animo, non ex diſcendi cupiditate, ſed ironicè de operibus Dei, h. e. de operibus quæ Deus exigit, quæq; illi probantur vt iuſta, & quibus placatus tanquam iuſtis dat operantibus vitam æternam, vt qui ex operibus Legis iuſti ſint.

Porrò error Iudęorum de iuſtitia Legis duas habuit præcipuas cauſas, quarũ vna fuit, ꝙ putarent Legem tãtùm externam diſciplinam requirere, vt apparet in Phariſęo, Luc. 18. 11. in quo luto hærent etiam Papiſtæ, vt videre eſt in illorum coryphæo Lombardo. Altera ꝙ ex promiſſione legali, quæ habet annexã conditionẽ implẽdę Legis, videlicet, ſi fecerit ea homo, viuet in eis, perperã de ſuis viribus ſtatuerunt, putantes ſe Legem præſtare poſſe, & propter eius impletionem conſequi vitam æternam. Priori cauſæ erroris enarrationem Prophetarum, qui Legem cor requirere, & puriſſimos affectus docent, opponere oportuiſſet. Poſteriori finem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

annexæ conditionis, videlicet vt vires ſuas ad Legis normam conferrent, & inde reatum ſuum diſcerent, quod ſi feciſſent, in hunc abſque dubio modum ex conditione annexa Legi ratiocinati fuiſſent. Qui fecerit ea homo, viuet in eis. Nullus autem facit ea. Nullus igitur in eis viuet, ſed totus mundus Deo obnoxius eſt, vt damnationem æternam meritus, & concluſus ſub peccatum, vt omnium miſereatur Deus. Quicunque igitur in ſuis peccatis perire nolint, quærant alienam iuſtitiam, cùm non habeant propriam, hoc eſt, confugiant ad propitiatorem Chriſtum, qui nobis eſt natus à Deo iuſtitia, 1. Corinth. cap. 1. verſ. 30. Sic vſus eſt hac Legis promiſsione Dauid, cùm diceret Pſalmo 130. 3. *Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis ſuſtinebit? ſed apud te propitiatio eſt vt timearis.* Sic etiam Paulus vſus eſt præcepto & promiſsione Legis, Rom. 7. 14. *Lex ſpiritualis eſt, ego carnalis, ſed gratias ago Deo per Ieſum Chriſtum.*

Porrò Legem perfectè à nemini præſtari poſſe, docet idem Apoſtolus ad Romanos, Galat. Philip. & alibi. De hac re plura annotauimus in fine capitis tertij, vbi doctrinam de iuſtificatione gratuita copioſè enarrauimus, eò igitur remitto auditores.

Secundus Articulus.

29 *Reſpondit Ieſus & dixit eis: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille.*

Hoc reſponſo Dominus duo facit. Primùm, adimit operibus Legis iuſtitiæ laudem, non quòd non iuſtificarent opera, ſi fierent iuxta Legis mentem, ſed quia homines ea præſtare non poſsint propter virium infirmitatem, vt Paulus teſtatur ad Rom. 8. 3. cùm ait: *Lex infirmabatur per carnem,* hoc eſt, conditio hominis carnalis impedit, quo minùs Lex præſtari poſsit. Hinc Paulus Rom. 4. 14. concludit, nec fidem nec promiſsionem firmam eſſe, ſi pendet ex Lege, vt quæ habeat conditionem annexam impoſsibilem. Deinde monſtrat Dominus remedium aduerſus damnatoriam ſentẽtiam Legis, quod remedium eſt fides in illum, quem Deus miſit, hoc eſt, in Chriſtum. Is enim eſt ſolus finis Legis in iuſtitiam omni credenti. Nam cùm vtrumque veriſsimum ſit, videlicet, neminem poſſe vitam conſequi æternam, niſi mediante iuſtitia, quæ eſt via vitæ æternæ, & neminem mortalium ſuis viribus Legem præſtare poſſe, vt ex Lege ſit iuſtus, Chriſtus venit, impleuit Legem, ac ſuam iuſtitiam imputat credenti, vt quemadmodum ipſe Chriſtus alieno peccato factus eſt peccator: ita credentes aliena iuſtitia, id eſt, Chriſti, fiant iuſti, quo habeant iuſtitiam viam vitæ æternæ. Huc dictum Auguſtini pertinet: *Noſtra delicta ſua delicta fecit, vt ſuam iuſtitiam noſtram iuſtitiam faceret.* Suprà dixit Dominus: Operamini cibum qui permanet in vitam æternam, hìc interpretatur quid ſit operari cibum permanentem in vitam æternam, videlicet, credere in eum quem miſit Deus. Atque hoc eſt

A quod Auguſtinus in hunc locum ſcribit: *Hoc eſt ergò,* inquit, *manducare cibum, non qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam: vt quid paras dentes & ventrem? crede, & manducaſti.*

Porrò cùm fides in Chriſtum requiritur, duo ſimul requiruntur, videlicet, vera notitia Chriſti, & firma fiducia in ipſum, iuxta eius verba, facta, & promiſsiones. In tertio capite admonui duas formulas loquendi de fide obſeruandas eſſe, quæ multum lucis huic doctrinæ adferunt,
B videlicet credere in Chriſtum, &, credere in nomen Chriſti. Etſi autem vtraque forma requirit notitiam & fidem Chriſti, tamen prior obiectum ſolummodò fidei mõſtrat eſſe Chriſtum, poſterior verò, nempe credere in nomen Chriſti, qualitatem fiduciæ indicat, videlicet, quòd talis debeat eſſe fiducia in Chriſtum, quale eſt eius nomen in Euangelio, & qualia ſunt facta ipſius de ipſo teſtificantia atque promiſsiones. Cùm igitur Chriſtus in Euangelio nominatur,
C id eſt, prædicatur ſaluator omnium in ſe credentium, qui hoc ſibi verè perſuadet, veram fidem habet, qua iuſtificatus coram Deo fit hæres vitæ æternæ.

Sed cur Dominus fidem vocat opus Dei? Primùm quia placet Deo, non quidem vt opus, ſed vt inſtrumentum quo apprehẽditur Chriſtus. Deinde vocat fidem opus ex imitatione illorum, ad quos eius ſermo dirigitur. Non ergo hinc petendum eſt diſcrimen inter fidem & bo-
D na iuſtificatorũ opera, quaſi fides ſit opus Dei, & opera bona iuxta Legem facta, ſint opera hominum in renatis. Nam omnia bona opera idem Spiritus Chriſti in ſanctis operatur. Non ergo hoc loco fides conſideranda eſt, quatenus eſt opus in nobis, ſeu qualitas quædam, ſed relatiuè conſideranda eſt, hoc eſt, quatenus inſtrumentum eſt, quo ſolo Chriſtum, iuſtitiam & vitam noſtram apprehendimus, retinemus & poſsidemus.

E
DE TERTIO.

Non potuit non offendere Iudæos de iuſtitia & Meſsia carnaliter iudicantes, quòd Dominus interrogatus de operibus Dei (hoc eſt, de operibus quæ Deus exigit, & quæ illi probantur, adeò vt homines illis coram Deo iuſtificati, conſequantur vitam æternam) non miſerit illos ad Moſen & ad Legem, præſertim cùm ſcriptum ſit Deut. 27. 18. *Qui fecerit ea homo, viuet in*
F *eis.* Sed ſine operum Legis mentione poſtulat fidẽ in eum, quem miſit Pater, id eſt, in ſeipſum. Hoc reſponſum cùm ipſis abſurdum videretur, & contra Moſen, quærunt ſignum à Domino, quo ipſe ſe oſtendat præferendum eſſe Moſi, & audiendum magis quàm Moſen. Non enim intellexerunt, vt erant cœci, Chriſtum non aduerſari Moſi, ſed appar uiſſe vt ea compleret quę Moſes de Chriſto prædixerat. Deinde ne videantur temerè ſe Chriſto opponere, ſignificant
G quo ipſi nituntur fundamento, quòd Moſen Legiſlatorem Chriſto anteponant. Verùm Dominus iis placidè reſpondens diſcernit inter Moſen

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Moſen & ſe,& inter vmbram & veritatem,ſicuti
ſuprà in notatione membrorum huius collo-
quij indicaui.

Articuli autem huius membri ſunt tres.

Primus, petitio ſigni.

Secundus, Moſis præconium.

Tertius, reſponſio Chriſti, in qua eſt tranſla-
tio beneficij dati, mannę, à Moſe ad Deũ ipſum,
& diſcrimen inter vmbram & veritatem, & in-
dicatio vnde ſit verus ille panis qui vitam dat
mundo.

Articulus primus.

*30 Dixerunt ergo ei, quod ergo tu facis ſi-
gnum, vt videamus & credamus tibi? quid
operaris?*

Quoniam Deus quoties voluit aut errores
populi corrigere, aut futura prædicere, miſit
Prophetas, quos miraculis variis tanquam po-
tentia diuina armauit, vt legatio diuina agno-
ſceretur, vt populus Prophetis tanquam legatis
Dei, imò tanquã ipſi Deo fidem adhiberet: Atq;
ita de volũtate Dei certificaretur in ſuum com-
modum & ſalutem. Ideò quærunt ſignum ſin-
gulare à Chriſto, vt ſolenni ſignaculo Dei obſi-
gnetur doctrinæ Chriſti veritas. Et tametſi hic
populus viderat multa miracula Domini, vt ſa-
nationes multas infirmorũ, & miraculoſam ſa-
turationem quinque mille hominum, quinque
hordeaceis panibus & duobus piſciculis: tamen
hæc miracula nihil eſſe per ſe putarũt ad ea mi-
racula quibus Moſis legatio & autoritas in de-
ſerto per 40. annos confirmata eſt. Etſi autẽ hic
populus in eo rectè facit, ꝙ non facilè recipiat
nouam doctrinã, aut quemuis doctorem: tamẽ
eius cœcitas & ignorantia meritò in eo taxanda
eſt, ꝙ Moſi mandanti, vt hũc Prophetam à Deo
mittendũ, vt ſe, audiant, non credant, nec præ-
dictiones Moſis & Prophetarum de tempore &
miraculis à Meſsia ædendis cogitauerint, quæ
omnia ex carnali de Meſsia ſomnio profecta
ſunt. Atque hinc eſt quod dicunt:

*31 Patres noſtri manducauerunt manna
in deſerto, ſicut ſcriptum eſt: panẽ de cœlo de-
dit eis ad manducandum.*

Hæc Chriſto opponũt, falsò iudicantes Mo-
ſen panem de nubibus cœli dediſſe populo 40.
annis in deſerto. Hiſtoria huius diuini beneficij
& miraculoſæ ſuſtentationis populi in deſerto
per 40. annos legatur, Exod. 16. Numer. 11. Ceſ-
ſauit autem manna pluere quadrageſimo anno
ab eo tempore quo incepit pluere, vt eſt in eodẽ
capite, & Ioſuæ cap. 5. Tametſi autẽ Moſes non
dedit panẽ illũ de cœlo, ſicuti Chriſtus ipſe te-
ſtatur, ſed Deus ipſe: tamen Deus iſto miraculo
dati panis de cœlo & legationem & doctrinam
Moſis diuinam eſſe in omnium piorum menti-
bus cõfirmauit: Ita enim Moſes ante datũ man-
na dicit: *Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de
terra Ægypti, & manè videbitis gloriã Domini.* Voluit
ergo Deus & iſtis miraculis quæ cõtigere in de-
ſerto, & aliis multis quæ variis tẽporibus in iſto

A populo ædita ſunt, quorũ pleraque in Pſal. 78.
congeſta ſunt. Primum vt proprio ſuo teſtimo-
nio tanquã ſigillo authentico cõfirmaret Moſis
autoritatẽ & doctrinã, vt nullũ dubium relin-
queretur, de Moſis legatione, quin omnes eam
diuinam eſſe agnoſcerent. Deinde voluit Deus
adumbrare veritatem, quam non Moſes vt fa-
mulus, ſed Chriſtꝰ vt Filius adferret, ideo ſuprà
dictum eſt: *Lex per Moſen data eſt, gratia autem &
veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Horum primũ
B videlicet Moſis autoritatem & doctrinã confir-
mari miraculis tanquã diuinis teſtimoniis om-
nes intelligebãt Iudæi, & qui morabãtur in de-
ſerto & alij: Etſi ſubinde malitia potiùs q̃ igno-
rantia Moſis legationẽ in dubium reuocarunt.
Alterum, videlicet adumbrari veritatẽ figuris &
miraculis veteris Teſtamenti, pij ſolũmodò in-
telligebãt, quibus manna illud non ſolùm erat
alimonia corporea, verumetiã cibus ſpiritualis
dulciſsimus, hoc eſt, ſacramentũ quoddã panis
C cœleſtis, nẽpe Chriſti, quẽ fide expectarũt. Atq;
ob hãc cauſam Paulus vocat manna cibum ſpi-
ritualem. Sed de hac re infrà plura dicentur. Ad
hæc ſciamus ꝙ manna illud de nubibus datum
populo ad manducandũ teſtimonium fuerit ꝓ-
uidentiæ Dei conſeruantis & alentis Eccleſiam
ſuam. Quare opponamus hoc factũ Dei diuini-
tus alentis ſuam Eccleſiam in deſerto vſitatę E-
picureorum dubitationi de prouidẽtia, & certò
ſtatuamus Deum etiam noſtri curã habere, mo
D dò iuxtà regulam Chriſti vitam inſtituerimus,
Mat. 6. 33. *Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam
eius, & cætera adijcientur vobis.* Docet ergo hoc mi-
raculum aliti populi in deſerto, Eccleſiam Dei
non caſu iactari in mundo, non regi, non defen-
di, non ſeruari humanis conſiliis, ſed mirandis
modis, quos non poteſt humana ratio proſpi-
cere. Nos igitur hinc confirmemur in omnibus
aduerſis noſtris, ſcientes ꝙ Deus curam noſtri
non abiecerit, etiãſi multos Eccleſiæ ciues per-
E mittat per tyrannos è medio tolli. Sed horum
ſanguis in conſpectu Domini pretioſus eſt.

Secundus Articulus.

*32 Dixit ergo eis Ieſus: Amen Amen dico
vobis, non Moſes dedit vobis panem de cœlo:
Sed Pater meus dat vobis panẽ de cœlo verũ.*

Vult Dominus hoc reſponſo reuocare ſuos
auditores Iudæos à Moſe ad Chriſtũ: à manna
F quo paſcebatur corpus, ad verũ cibum quo pa-
ſcitur anima ad vitã ęternam, à cœlo aſpectabili
ad cœlũ ſecretũ diuinitatis. Breuiter, ab vmbra
ad veritatẽ, h. e. à veteri Teſtamento ad nouum,
item à Lege ad Euangelium, ſeu à iuſtitia Legis
ad gratuitam iuſtitiam, quam Euangelium pro-
ponit, quorum omnium autor eſt vnus & idem
Deus. De hiſce ergo maximis rebus conciona-
tur Dominus hoc loco quæ ſub reſponſo hoc
Domini ſynecdochicῶs cõprehenduntur, qua-
G re attentè conſiderandæ ſunt & ex Scripturis
expendendæ ac iudicandæ. Autor epiſtolæ ad
Hebr. 3. 2. collationem inter Moſen & Chriſtum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

faciens inter alia in hunc modum ſcribit. *Moſes*
quidem fidelis in tota domo Dei tanquam famulus in
teſtimonium dicendorum : Chriſtus verò tanquam
Filius ſuper domum eius, cuius domus ſumus nos.
quaſi dicat : Filius præfertur famulo vel fideliſ-
ſimo. Chriſtus eſt Filius & architectus domus,
Moſes verò eſt famulus ſolummodo & œcono
mus, omnia faciens ex iuſſu Domini ſui. Eſt igi-
tur Filius Dei Chriſtus prę famulo Moſe conſi-
derandus, honorãdus & audiendus. Finem mi-
niſterij Moſis indicat, cùm ait : in teſtimonium
τῶν λαληθησομένων, id eſt, in teſtimonium eorum
quæ olim dicenda erant per Filium, hoc eſt, per
verum Meſsiam. Tota ergo politia Moſis, & ſa-
crificia Legis, fuerũt conciones de vẽturo Chri-
ſto, id quod ipſe Moſes haud obſcurè indicat in
Deuteron. 18. 15. cùm ait : *Dominus Deus tuus ex-*
citabit tibi Prophetam, ipſum audies.

Porrò quàm variis modis, Moſes præmonue-
rit de Chriſto, alibi oſtẽdimus. Summa omniũ
huc redit, vt in Moſe nihil aliud, niſi vnũ Chri-
ſtum, per quẽ & Moſes ſaluatus eſt, quæramus.

Hic locus nos admonet de miniſtrorum Eu-
angelij officio. Vt enim Moſes teſtis erat de ven
turo Chriſto : ita miniſtri Euangelij teſtes ſunt
exhibiti Chriſti, & vt Moſes ſolummodò viſibi-
lia adminiſtrabat, Domino inuiſibiliter agente
in animis piorum : ita hodie miniſtri Euangelij
ea ſolummodò præſtare poſſunt, quæ in ſenſus
incurrũt. Solus enim Dominus ſuo Spiritu in-
tus efficax eſt ad externam prædicationem Eu-
angelij, & externam adminiſtrationem ſacra-
mentorum, ſicuti Baptiſta de ſe teſtatur, cùm
ait Matth. 3. 11. *Ego baptizo aqua, in medio autem ve-*
ſtrûm ſtat, qui baptizat Spiritu Sancto & igni.

Comparatio mannæ & veri cibi quo anima
paſcitur, hæc eſt. Manna de cœlo, id eſt, de nu-
bibus cœli, deſcendit : verus cibus qui eſt Ieſus
Chriſtus, eſt de cœlo, id eſt, de ſecreto diuinita-
tis. Eſt enim Filius Dei adeoque verus Deus.
Manna non fuit verè cœleſtis, id eſt, diuinus pa-
nis: Chriſtus eſt verè cœleſtis & diuinus panis.
Manna ſolummodò corpus aluit, ſed verus ille
panis, qui eſt Filius Dei, animam ſatiat ad vitam
æternam. Breuiter manna fuit vmbra: Chriſtus
ipſa veritas eſt.

Quid? An non Paulus vocat manna eſcam
ſpiritualem, cùm ait 1. Cor. 10. 3. *Omnes eandem eſ-*
cam ſpiritualem manducauerunt. Paulus in eo loco
non loquitur de manna per ſe conſiderato, ſed
tanquam de ſacramento ſpiritualis eſcę, quo re-
ſpectu cœleſtis, diuinus & ſpiritualis panis di-
cebatur manna, ſicut aqua manans de petra re-
ctè dicebatur ſpiritualis potus. *Omnes*, inquit,
eundem potum ſpiritualem biberunt. biberunt enim ex
ſpirituali ſequente petra. Petra autem erat Chriſtus.
Cum viſibili ergo manna coniunctũ erat man-
na abſconditum, quod fideles ſolummodò per-
cipiebant, de quo Iohannes in Apocal. cap. 2. 17.
Victori, inquit, *dabo edere ex manna abſcondito.* Non
igitur pugnant verba Pauli cum hoc Chriſti di-
cto. Nam Chriſtus hìc diſtinguit inter terrenũ
manna, & verum cibũ quem Pater dat. At Pau-

A lus loquitur de manna vt de ſacramento, & vo-
cat manna ſpiritualem eſcam, non à natura, ſed
à ſignificatione. Quòd autem Chriſtus de terre
no ſolummodò agit, hoc facit ex hypotheſi Iu-
dæorum, cum quibus agit, qui non aliud quàm
materiam viſibilem & vſum corporeum man-
næ cogitauerunt. Separarunt enim manna à
ſuo fine proprio, quẽ hìc Chriſtus indicat, cùm
ait: *Sed Pater meus dat vobis de cœlo panem verum*, ac
ſi diceret : Manna Moſaicum tantùm vmbra, fi-
B gura & ſacramentum quoddam vetus fuit veri
panis, qui de cœlo deſcendit. Vnde Auguſtinus:
Non ergo Moſes dedit panem de cœlo, Deus dat panem:
Sed quem panem? fortè manna? Non, ſed panem, quem
ſignificabat manna ipſum, ſcilicet, Dominum Ieſum. Et
Cyrillus: *Senſibile manna intelligibile figurabat. Eſt*
autem intelligibile manna ipſe Chriſtus, ſenſibile verò
rudior Legis diſciplina.

Iam ex parte totum æſtimãdum eſt. Vt enim
manna viſibile temporarius cibus erat, qui fuit
C vmbra cibi permanentis in æternum: ita omnia
Moſaica temporaria fuêre adumbrantia res æ-
ternum duraturas. Hinc ergo monemur de di-
ſcrimine inter vetus Teſtamentum & nouum
Teſtamentum, inter Legem & Euangelium, in-
ter vmbram & veritatem, vt veritate obtenta, in
ea ſola acquieſcamus.

Vetus ergo Teſtamentum, eſt vmbra & figu-
ra noui Teſtamenti, de quo autor epiſtolæ ad
Hebr. 9. 19. ex capite 24. 8. Exodi in hunc modũ
D ſcribit : *Cùm Moſes omne præceptum iuxta Legem ex-*
poſuiſſet omni populo, ſumpto ſanguine vitulorum &
hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyſſopo, ſimul
& ipſum librum, et totum populum aſpergit dicens: Hic
eſt ſanguis teſtamenti quod mandauit vobis Deus. Ex
his facile colligere eſt, quòd vetus Teſtamẽtum
ſit nihil aliud quàm noui quędam adumbratio.
Huius Teſtamenti tot partes ſunt quot ſunt
vmbrę in Moſe, cuius tamen pręcipua obſigna-
tio fuit ſanguis vaccæ aſperſus ſuper populum,
E qui ſanguis ideo Teſtamenti nomen præcipuè
accepit.

Definiatur autem pleniùs in hunc modum:
vetus Teſtamentum annexum ſacerdotio Le-
uitico, fuit mutua obligatio Dei & populi Iſrae-
litici: Dei quidem promittentis ſub certa condi-
tione poſſeſsionem terræ Canaan, populi verò
obligantis ſe ad obedientiam Deo præſtandam
iuxta Legem Moſis, cuius vt externa teſtificatio
& veluti obſignatio erat ſanguis animalis quo
F aſpergebatur populus : ita finis vltimus erat, vt
in hoc certo populo conſeruaretur memoria
promiſsionis gratiæ vſque ad aduentum Meſ-
ſiæ, qui ex hoc populo naſceretur. Huic Teſta-
mento veteri ex aduerſo reſpondit nouum Te-
ſtamentum, vt vmbræ veritas, Luc. 22. 20. *Hic*
calix nouum Teſtamentum eſt in meo ſanguine. Apud
Matth. 26. 28. verò : *Hic eſt ſanguis meus noui Te-*
ſtamenti, qui pro multis effunditur in remiſsionem pec-
catorum. Quoniam autem ſanguis Chriſti obſi-
G gnatio eſt noui fœderis de remiſsione peccato-
rum, dicitur nouum Teſtamentum. Hoc Teſta-
mentum conſtat duabus rebus, videlicet pro-
miſsione

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

miſsione Dei gratuita, & fide hominis. Promiſſio Dei eſt, Ierem. 31. 33. *Ero ipſis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, dabo leges meas in mente eorum, & in corde eorũ inſcribã eas, & ero propitius iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum, & iniquitatum eorum iam nõ memor ero.* Fides hominis eſt quæ promiſsionem hãc Dei excipit, & eſt firma noticia & fiducia in Chriſtum ſacerdotem. Hic enim ſolus eſt ſponſor noui teſtamenti. Hebr. 7. 22.

Definiatur autem in hunc modum: Nouum teſtamentum annexum ſacerdotio Chriſti eſt mutua obligatio Dei & hominis. Dei quidem promittentis, interpoſito iureiurãdo, remiſsionem peccatorum, iuſticiam & vitam æternam, propter merita Chriſti, cuius ſanguine confirmatur hoc fœdus. Hominis verò promiſsionẽ hanc gratuitam fide accipientis: Item promittentis & præſtantis ex fide obedientiam. Vide quæ annotauimus in Pſal. 84.

Porrò de legis & Euangelij diſcrimine ſæpè aliàs dicitur, & infrà quædam dicentur.

Tertius Articulus.

33 *Panis enim verus eſt, qui de Cœlo deſcendit, & dat vitam mundo.*

Duas differentias ponit inter manna & panem verum, quem gratis offert omnibus. Panis verus de cœlo deſcendit, manna pluit de nubibus cœli. Panis verus dat vitam mundo, manna pauit corpora populi in deſerto ad breue tempus. Hic verus panis è cœlo eſt, quia Deus eſt. Panis eſt, quia ſol⁹ cognitione ſui & ſpiritu ſuo paſcit omnes, à quibus fide ſumitur ad vitam æternam, id eſt, facit, vt æternùm bene beateq; viuamus. Accõmodatur autem hæc ratio præcedenti aſſeuerationi Domini in hunc modum: Panis qui de cœlo deſcendit & dat vitam mundo, eſt verus panis. Manna autem non deſcẽdit de cœlo, nec dat vitam mũdo, ſed filius Dei deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo. Proinde non manna, ſed filius Dei eſt verus panis. Hic panis vt gratis offertur & gratis datur, ita ſola fide in animam recipitur & operatur vitam æternam, modò quis eam in infidelitatem relapſus non euomat ingratus.

DE QVARTO.

Cùm Iudæi carnaliter ea quæ Dominus de pane qui deſcendit de cœlo, & vitam dat mundo, acciperent, ironicè petunt ſibi iſtum panem ſemper dari, non ſecus atq; Samaritis illa cùm audiret Chriſtum dicere, Ioh. 4. 14. *Qui bibit ex aqua, quam ego dabo, non ſitiet vnquam*, ait: *Domine da mihi hanc aquam, vt non ſitiam & veniam huc ad hauriendam.* Verùm Dominus miſertus cœcitatis illorum, placidè illis reſpondet, ac ſe vitæ panem eſſe clarè affirmat, quantaq; ſit eius efficacia, indicat, mox vt fidus magiſter reprehendit tarditatem & contumaciam auditorum ſuorum, extollit donum patris & eius fructum amplificat, exponit voluntatem patris eſſe, vt omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam.

A Sunt ergo huius quarti mẽbri articuli ſeptẽ.
Primus, petitio Iudæorum.
Secundus, Aſſeueratio Domini de pane vitę.
Tertius, huius panis efficacia.
Quartus, reprehẽſio incredulitatis Iudæorũ.
Quintus, quòd ſoli illi ad Chriſtum veniant, qui dantur ei à patre.
Sextus, huius rei cauſa deſignatur.
Septimus, indicatio ſeu aſſeueratio voluntatis paternæ.

B *Primus Articulus.*

34 *Dixerunt igitur ad eum: Domine, da nobis ſemper panem hunc.*

Ex reſponſo Domini exprobrantis Iudæis incredulitatem eorum apparet ipſos ironicè hunc panem à Domino petiiſſe: adeo in illis locum habet illud: *Sordidus loquetur ſordes, & cor eius machinabitur iniquitatẽ.* Hinc videre eſt, quantum valeat ſordida hypocriſis longa perſuaſio-
C ne confirmata. Nullis enim cedit veritatis viribus, ſed magis magisq; à veritate recedit, à luce veritatis, oculos auertens. Non enim doceri ſe ſinit, ne iuſticiæ opinione & laude excidat, quá opinionem quotidiè, vt alios alliciant, nouis fucis ornant, vt videre eſt in papatu, qui non Dei gloriam ſed ſuam quærunt. Atque hoc eſt quod ſuprà à Domino dictum eſt: *Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam à vobis inuicem accipitis, & gloriã quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Humiles ergo & ni-
D hil ſibi arrogantes auditores quærit Dominus. Quare Iudæorum damno cautiores facti ſapiamus, ac dominum docentem ſinceris animis & auribus audiamus.

Secundus Articulus.

35 *Dixit autem eis Ieſus: Ego ſum panis vitæ.*

Dominus nõ offenſus ironicà petitione pręfracti populi, ab officio deſtitit, ſed potiùs habi-
E ta ratione paucorum piorum, qui haud dubiè in iſto cœtu erant, pergit docere quæ docenda propoſuerat, miniſtris verbi relinquens exemplum tuendi officij aduerſus vſitatam mundi ingratitudinem. Dixerat ſuprà Dominus quærendum eſſe cibum permanentem in vitam æternam. Dixerat filium hominis dare hunc cibum: dixerat patrem dare panem de cœlo verũ: dixerat panem Dei eſſe qui de cœlo deſcẽdit & dat vitam mundo, quæ omnia eò pertinebant,
F vt in auditoribus ſuis magnum huius panis deſiderium excitaret. Nunc tandem ne ſuſpenſos diutius teneat auditores, mõſtrat illum panem quaſi digito, & claris verbis affirmat ſe panem vitæ eſſe: Ego, inquit, ſum panis vitæ. Etſi autẽ Dominus ſciebat hac aſſeueratione magis irritatum iri populum legis: tamen furoribus multorũ anteponenda erat veritas Dei & ſalus paucorum, quod exemplum nobis quoque imitandum eſt.

G Porro hæc aſſeueratio, *Ego ſum panis vitæ*, plura cõtinet, videlicet, quòd Ieſus ſit filius Dei de cœlo deſcẽdens, id eſt, quòd filius Dei factus ſit

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

filius hominis, vt mediator Dei & hominum eſſet, quò vitam in eo conſequerētur: quòd idem ſit veritas quam māna Moſaicum adumbrabat: quòd ſine illo non pateat ad vitam æternam aditus: quòd is ſolus ſit vitæ æternæ dator: quòd nullus legalibus iuſtitiis, aut vllis meritis, poſſit vitam æternam mereri aut conſequi. Breuiter, quòd à ſolo Chriſto ſit vita & ſalus expectāda. Dicitur ſiquidem panis vitæ, quia ab illo ſolo eſt & datur vita æterna, & dicitur panis, vt heri quoq; admonuimus, quia eius cognitione & fiducia animi fidelium paſcuntur ad vitam æternam. *Hæc eſt*, inquit Ioh. 17. 3. *vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & Ieſum eſſe Chriſtum quem miſiſti*. Nos igitur hunc vitæ panem amemus, eumque anteponamus omnibus rebus mundi, amicis, fortunis, patriæ, honoribus, voluptatibus, opibus. Qui enim hunc panē habet, etiam in mediis flammis, beatus eſt. At qui hunc panem non habet, miſerrimus eſt, etiamſi in ſinu fortunæ geſtari videatur.

Tertius Articulus.

Qui venit ad me, nequaquam eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet vnquam.

Rationem reddit, cur ſe panem vitæ, id eſt, viuificum dixit, oſtendit quanta ſit eius panis vis & efficacia, atq; adeò modum accipiendi hunc panem eoq; rectè fruendi tradit. *Qui venit*, inquit, *ad me, nequaquum eſuriet*, id eſt, non alium panem ad famem ſpiritualem ſedandam requiret. *Et qui credit in me, non ſitiet vnquam*, id eſt, non alium potum ad ſedandam ſpiritualem ſitim requiret, ſed me ſolo contentus erit. Concludamus ergo in hunc modum argumentum præſens. Is ſolus meritò panis viuificus dicitur, qui ſolus famen & ſitim ita tollit, vt alium panem præter hunc non expetant homines quo ſatientur, nec alium potum quærant quo recreentur. Ego huiuſmodi panis ſum. Igitur meritò me panem vitæ nomino. Panis vocabulo ſynecdochicè potum quoque intelligit. Solus enim Chriſtus vt panis animam paſcit, & vt potus animam recreat.

Porrò venire ad Chriſtū & credere in Chriſtum hoc loco ſynonyma ſunt. Venit ad Chriſtum, qui credit in Chriſtum, & qui credit in Chriſtum, venit ad Chriſtum. Ex quo ſequitur, quòd nouiſſe Chriſtum & in illum firmam fiduciam collocare ſit manducare panem illum viuificum, qui eſt Chriſtus ipſe. Non ergo dentium & ventris miniſterium ad hanc manducationem requiritur, ſed mētium & cordis, quibus verè agnoſcitur, creditur, accipitur, retinetur & poſſidetur hic vitæ panis.

Cùm dicit: *Nequaquam eſuriet*, item: *Non ſitiet vnquam*, ſignificat ſe ſolum ſufficere ad vitam æternam dandam omnibus in ſe credentibus, & nulla prorſus alia adminicula requiri ad vitę æternæ conſecutionem. Ruit ergo hîc in conſcientiis piorum totus Papatus cum ſuis meritis, ſiue congrui ſiue condigni vocentur, cum ſuis traditionibus quātumuis fuerint ſpecioſæ, cum

A ficto purgatorio & Miſsis pro viuis & mortuis, cum inuocatione & patrocinio Sanctorum.

Verùm hîc grauis quæſtio oritur. Nam cùm dicit dominus: *Qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet vnquam*, videtur confirmari illorum dogma, qui docent eos qui ſemel crediderunt, fidem non poſſe amittere, nec poſſe excutere ſpiritum ſanctum, etiamſi in maxima flagitia ruunt, & in eis vſque ad mortem perſeuerant. Etſi autem ex iis quæ diximus intelligi B poteſt excluſiuè hæc dici, videlicet quòd nullus panis, nullus potus præter hunc vnicum requiratur ad animæ vitam æternam comparandam: tamen quia ſunt, qui hoc dictum ſecus accipiunt, nimirum in hunc modum: Qui ſemel hunc panem guſtauerit, nūquam eſuriet, id eſt, nunquam amittet panem ſemel manducatum: quod ſi ſic eſt, ſtabit illorum dogma, & euertet multa Scripturæ pronunciata, quæ clariſsimè docēt fidem & Spiritum ſanctum amitti poſſe. C Verùm quia Scriptura vnum & eundem autorem Deum habet, non poteſt ſibi ipſi contraria eſſe. Ideo oportet vt eam dicto Domini interpretationē adhibeamus, quæ poterit ſtare cum totius Scripturæ conſenſu.

Nos ad hanc quæſtionem reſpondimus Iohan. 4. 14. vbi ſimilis locutio occurrit: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum*, hoc eſt, non quæret alium potum ad ſpiritualem ſitim extinguendam. Aliud eſt ergo loqui de rei D alicuius natura qualis in ſe eſt, aliud eſt de hominibus loqui, qui ipſa re abuti poſſunt libertate voluntatis, quæ in vtrumuis procliuis eſt. Hi enim ſuapte culpa impedimento ſæpenumero ſunt, quominus vſum & fructum rei percipiāt. Non ergo à rei natura fructus & vſus in hominibus conſtans & perpetuus colligitur, cùm homines vſu rei ob propriam culpā excidere poſſunt. Præterea ſi verum eſt dogma illud de fide nunquam amittenda ſemel concepta & de Spi- E ritu ſancto nunquam auferendo, qui ſemel cor hominis habitare cœpit, peccatum in Spiritum ſanctum nullū planè eſſe poteſt. Nam hoc nullibi locum habere poteſt, niſi vbi fides & Spiritus ſanctus perfidè vniuerſali defectione à Chriſto excutiuntur: nec Dauid peteret ſibi non auferri Spiritum ſanctum, quem ſenſit ſe amiſiſſe adulterij & homicidij crimine, & hypocriſi crimen illud excipiente. Adhæc confirmaretur in multis impunitas ſcelerùm. Nam cùm homi- F nes ſtatuerint ſemel conceptā fidem amitti non poſſe, licentiùs ruerent in omnia ſcelera. Et ſi fides amitti non poſſet, Paulus non hortaretur ad retinendam fidem, & ad non extinguēdum Spiritū, nec vnquam dixiſſet: vaſtata conſcientia naufragium fidei fieri. Neq; Scriptura conditionem perſeuerantię in fide rectè ſalutis fundamentum nominaret. Ita enim ait autor epiſtolæ ad Hebr. 3. 14. *Participes facti eſtis Chriſti, ſi vſque ad finem firmam fiduciam retinueritis*. Paulus G pronunciat Coloſſenſes ſaluari, modò in fide, vt in ea fundati ſunt, permaneant, Coloſſ. 1. 13. Idem ait 1. Corint. 10. 12. *Qui ſtat, videat ne cadat*, &

ſeipſum

ſeipſum exemplum ſtatuit, 1. Cor. 9. 27. Dicit enim ſibi neceſsitatem incumbere, vt Euangelizet, quod ſi non faceret, reprobus fieret. Quid? Annon ipſiſsima veritas dicit: Matt. 24. 13. *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, ſaluus erit.* Quid dicam de multis martyribus, qui nunquam adiiſſent adeò crudelia vitæ pericula & fortunarum pro confeſsione veritatis, ſi ſalute excidere non potuiſſent, quam ſemel fide obtinuerunt. Cùm hęc argumenta ſint ſolida & immota, & in qualibet re non eſt niſi vna veritas, quę demonſtrata euidẽter, efficaciſsima eſt omnium errorum, qui veritati rei demonſtratæ repugnant, confutatio: imitemur Paulum, qui ſæpe vel vno ſolido argumento veritatis oppoſito aduerſariorũ ſententiæ, omnes illorũ calumnias ridere ſolet.

Quartus Articulus.

36 Sed dixi vobis, quòd etiam vidiſtis me, & non creditis.

Grauiſsima hæc accuſatio eſt incredulitatis Iudæorũ, qui tametſi viderunt & intellexerunt ex miraculis Ieſum eſſe Meſsiam, ſicuti ſupra teſtati ſunt, adeò vt dicerent: *Verè hic eſt Propheta ille qui venturus eſt in mundum.* non dixerunt: fortè hic Propheta ille, ſed verè, ſublata omni dubitatione & diſputatione. Conuicti enim erant diuino teſtimonio tãquam propria Meſsiæ nota. Habuerunt ergo fidem cognitionis, tamen in eum non crediderunt fide fiduciæ, hoc eſt, tametſi per miracula Chriſti in Chriſti notitiã perducti erant: non tamen à notitia, id eſt fide cognitionis ad fiduciam peruenerunt, quod fieri oportuiſſet. Nihil enim iuuat mentem perſuaſam eſſe de veritate Dei, niſi fiducia cordis reſpondeat perſuaſioni in mente. Ideo autor epiſtolæ ad Hebr. 11. 1. coniungit in viua & ſalutari fide ἔλεγχον & hypoſtaſin, id eſt, firmam perſuaſionem, qua mens conuicta eſt de veritate Dei, & firmam fiduciam, qua cor acquieſcit in veritate Dei, certò expectans promiſſa beneficia.

Vide quàm horrẽdum ſit ſemel à Satana extra viam abduci. Nam quos ſemel pertraxerit Satan in hypocriſeos cœnum, eorum oculos ita luto obuoluit, vt ſponte ſua potiùs velint ad apertam lucem cœcutire, quàm vt quicquam de ſua hypocriſi decedat. De his loquitur Dominus. Iohan. 3. 20. *Qui mala agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguãtur opera eius,* quæ ſunt prærogatiua carnis, merita ſacrificiorum, fiducia operum. Non enim ferre poſſunt hypocritæ qui ſanctitatis laudem captãt apud homines, quòd illorum cultus, merita, traditiones damnentur, ac ſoli Chriſto tribuatur gloria iuſtitię. Hinc eſt quòd maximi peccatores polluti horrendis flagitiis citiùs conuertantur ad Chriſtum quàm hypocritæ, quemadmodum ipſe Dominus teſtatur Matth. 21. 31. vbi ſic ait: *Publicani & meretrices præcedẽt vos in regnum Dei.* Exemplum mox ſubiungit: *Iohannes venit in via iuſticiæ, & non credidiſtis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes nec pœnitentiam habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.* Ad eundem modum hi cum qui-

A bus Chriſtus hîc agit, quia non agnoſcunt morbum, medicum cõtemnunt. Oremus ergo nos, quibus ſplendor Euangelij illuxit, ne nos propria culpa nobis tenebras accerſamus rurſus, ac in iis tandem pereamus.

Notentur hoc loco gradus, quibus ad ſummum faſtigium peruenitur. Miracula in notitiam eius, qui miracula ædit, adducunt. Notitia fidei doctrinæ deſtinatur: fides doctrinæ ad fiduciam in eum, quem nouimus & veracem eſ-

B ſe ſtatuimus, inuitat. Fiducia ſalutem propoſitam habet vt finem vltimum. Verùm quia Iudæi plerique ſubſtiterunt in primo gradu, & nõ peruenerunt ad vltimum miraculorum ſcopũ, ſalute exciderunt.

Quintus Articulus.

37 Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras.

C Ratio obiurgationis, cur videlicet non credant Iudæi. Soli enim illi veniunt ad filiũ quos pater dat filio. Pater autem nondum vos dedit filio. Igitur non mirum eſt, vos nondum veniſſe ad filium, hoc eſt, credidiſſe in filium. Venire ait Dominus ad ſe quod ſibi dederit pater, non quia ipſe non poſsit, quoſcunque velit, adducere, ſed quia nemini hoc niſi ſoli diuinæ naturæ conceditur, vt ignorantiæ tenebris inuolutos illuminet. Vt ergo homo, hanc rem patri attri-

D buit, quam ipſe vnà cum patre facit. Eſt enim vna eademq́; voluntas & actio patris & filij. Fieri enim non poteſt vt homo ad Chriſtum conuertatur, niſi Spiritus Sanctus ad prædicationẽ ſeu meditationem Euangelij operetur in homine fidem, quod quidẽ facit in omnibus qui non ſuapte culpa ſpiritui operanti repugnant.

Verùm ne ex hoc loco cum quibuſdam putemus confirmari Parcarum tabulas, duo hîc obſeruanda ſunt. Vnum, in quem finem hæc di-

E cantur. Alterum, quinam ex verbo Dei cenſendi ſint dari filio à patre.

In quem ergo finem hæc dicuntur? vt confirment iuſtè accuſari Iudæos incredulitatis. *Cauſam,* inquit Cyrillus, *cœcitatis ſubiecit, vt diſcant in diuinam ſe iram occurriſſe, non vt in morbo ſemper morentur, ſed vt citiùs atq; faciliùs ab eo reſiliant.* Non ergo excuſationis argumentum hîc texitur, ſed iuſtæ obiurgationis. Ex quo ſequitur, culpam Iudæorum eſſe, quòd non ſint dati filio à patre.

F Fruſtra proinde hinc ſumitur defenſio dogmatis de particulari gratia.

Quinam ergo dicuntur filio à patre dari? Soli credentes. Iam autem cùm Dei patris mandatum ſit vt omnes credant, & promiſsio patris ſit vniuerſalis, ac filius ſit agnus datus pro peccatis mundi, atque idem vocet omnes ad ſe, dicatq́; ſe veniſſe in mundum ad ſaluãdum quod perierat, atque adeò tanquam certiſsimo ſigillo, videlicet baptiſmo omnibus ſuam gratiam

G obſignet, quis audebit Deo tribuere προσωποληψίαν, præſertim cùm ipſe eam in hominibus damnet? quis putabit illum præcipere, promitte-

re & obſignare, quod tamen non velit.

Sed his videtur dominus (aiunt aduerſarij vniuerſalis gratiæ) aduerſari his clariſsimis verbis: *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet.* Verùm hæc locutio explicanda eſt, vt non pugnet cum eo, quod Dominus probare inſtituit, nec analogiam fidei euertat. Conemur ergo hanc locutionem clariùs explicare vt ſtet cum analogia fidei noſtræ. Pater dat filio. quos? quos trahit ad filium. Quos trahit ad filium? quos docet. Quinam ab eo docentur? qui audiunt & diſcunt. Quinam audiunt & diſcunt? qui verbo & ſpiritui docentis non repugnant, quemadmodum Iudæi fecerunt, ſicuti eis obiicit Stephanus Act. 7. 51. Hinc ergo ſequitur, eos non dari filio à patre, qui Spiritui Sancto reſiſtunt. Reſiſtunt autẽ Spiritui Sancto, recuſantes credere in Filiũ, ne apud homines opinione iuſtitiæ excidant. Semper enim adeſt Spiritus Sanctus in prędicatione Euangelij, & mouet corda audientium Euangelium, quorum alij Spiritui mouenti & Patri verbo trahenti obtemperant, alij contumaciter reſiſtunt, præſertim hypocritæ, qui iuſtitiis legalibus tumentes, non ferunt ſuas tenebras à luce Euangelij argui.

Verùm hîc tenendum eſt, duplicem eſſe repugnantiam. Vnam ex ignorantia & multitudinis exemplo, & hæc curabilis eſt. Huic enim occurritur doctrina, exhortatione, obiurgatione, comminatione. Talis fuit Nicodemi & Samaritidis. Alteram ex inueterata hypocriſi & odio Chriſti, quæ planè inſtar lepræ inueteratæ inſanabilis eſt: huiuſmodi fuit repugnantia Iudæorum, quibus Chriſtus obiicit blaſphemiam in Spiritum Sanctum. Atque hæc repugnantia fuit cauſa reiectionis populi Iſraelitici, quemadmodum Paulus prolixè docet ad Roman. 9. 10 & 11. & non Parcarum tabulę, ex quibus perperam iudicatur de myſterio prædeſtinationis, quæ ex perpetuo Scripturæ conſenſu, & ex diſputationibus Paulinis in hunc modum abſq; omni errore & confuſione definitur. Prædeſtinatio eſt Dei præordinatio infallibilis, qua ipſe Deus præuidens lapſum primorum parentum ante mundi cõſtitutionem æterno decreto ſtatuit omnes credentes promiſsioni gratiæ, hoc eſt, verum Abrahæ ſemen, in Chriſto erigere & ſaluare. Non ergo tàm perſonarum definitus numerus, quemadmodum hoſtes vniuerſalis gratiæ contendunt, quàm certus & infallibilis prædeſtinationis modus ſpectãdus eſt, qui modus Paulo teſte conditionalis eſt. Habet enim annexam conditionem fidei in Chriſtum. Vide quæ annotauimus in primum caput ad Epheſ. & in 9. ad Rom.

Porrò quod Dominus ſubiungit hoc loco: *Et eum qui venit ad me, non eiiciam foras,* dulciſsima eſt promiſsio, opponenda infirmitati credentium, particularitati Stoicæ, indignitati. Breuiter omni tentationum generi. Qui enim cœpit in nobis opus bonum, ipſe perficiet, modò fidei naufragium non fecerimus. Ipſe nouit figmentum noſtrum, non ſinet nos tentari ſupra vires. Teneamus ergo confeſsionem, retineamus fidem & bonam cõſcientiam in hac triſti ſuper terram militia, ipſe tuebitur, ipſe ſaluabit nos, qui nos ſancto ſuo obſignauit Spiritu, & donauit arrha hæreditatis cœleſtis.

Sextus Articulus.

38 Quia deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam: Sed voluntatem eius qui miſit me Patris.

Αἰτιολογία eſt à potentia Chriſti ſumpta: formabitur autem in hunc modum argumentum: Ego deſcendi de cœlo vt faciam voluntatem Patris qui miſit me. Ergo neminem qui venit ad me à patre mihi datus, eiiciam foras. Nunc autem cùm eadem ſit patris voluntas quæ & filij, & filius affirmat ſe veniſſe ſaluare quod perierat, ex quo fit quòd omnes promiſcuè ad ſe vocet hac dulciſsima inuitatione, Matt. 11. 28. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos.* Sequitur voluntatem patris eſſe vt omnes audiant filium ac ſaluentur per filium.

Sed quid eſt quod dicit: *Deſcendi non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me Patris.* An ergo alia voluntas patris quàm filij erit? nullo modo. Verùm ita loquitur Dominus ex ſenſu Iudæorum, ad quos ſermonem dirigit. Illi enim ſeparantes filij voluntatem à patris voluntate, putabant dominum ſuam propriam voluntatem feciſſe, & non patris, quod Chriſtus negat, ſignificans ſe nullam habere voluntatem ſeparatam à patris voluntate, ſed ſuam & patris voluntatem vnam eandemq́ue eſſe, vtrumq; velle ſalutem hominum, propter quam filius Dei deſcendit de cœlo & factus eſt homo, videlicet vt nos ſuo ſanguine purgaret, obedientia iuſtificaret, Spiritu ſanctificaret, potentia ſaluaret. Vide quæ in primo cap. in hæc verba: *Verbum caro factum eſt,* annotauimus.

En rurſus habemus teſtimonium de diuina & humana natura filij, de identitate perſonæ. Item de officio quod eſt facere voluntatem patris. Eſt ergo Chriſtus verus Deus, eſt verus homo, eſt vna perſona, & executor voluntatis paternæ, hoc eſt, Saluator mundi.

Septimus Articulus.

39 Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me Patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed ſuſcitem illud in extremo die.

Suprà dixit: *eum qui venit ad me, non eiiciam foras.* Hîc eius dicti rationem reddit à conſtanti conſilio & decreto patris. Ratio autem hæc potiſsimum opponitur Epicuræorum iudicio de promiſsione vitæ per panem verum acquirendæ. Homines cùm pij tùm impij videntur iiſdem legibus mortis & interitus obnoxij eſſe, vnde Epicuræi concludunt vanas eſſe promiſsiones de vita æterna conſequenda. Verùm Chriſtus reſpondet, & fatetur quidem verum eſſe, quòd experientia infallibiliter conuincit, mori cùm pios tùm impios, ſed negat eos prorſus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſus interire. *Omne,* inquit, *quod dedit mihi pater non perdam ex eo, ſed ſuſcitabo illud in extremo die.*

De reſurrectione mortuorum vide quæ annotauimus cap.5. in hæc verba: *Veniet hora, in qua omnes qui ſunt in monumentis, &c.* Illic enim decem firmiſsimas demonſtrationes futuræ reſurrectionis recitaui. Cùm ergo Chriſtus ait: *Sed ſuſcitabo illud in extremo die,* vult vt non figamus oculos in figuram huius mundi, vult vt non exiſtimemus gloriam & felicitatē piis propoſitam eſſe in hac vita, ſed ignominiam potiùs, miſeriam & contemtum, vult vt cogitemus de vita beata, in qua decus eccleſiæ perfectè lucebit. Hac cogitatione nos in omnibus aduerſis erigamus & conſolemur.

40 Hæc eſt enim voluntas Patris mei qui miſit me, vt omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & egò ſuſcitem illum in vltimo die.

Hæc oratio clariùs ſuperiorem ſententiam explicat, & disertè affirmat vidētes Filium Dei & credentes in illum habituros vitam ęternam. Hîc quatuor perpendenda ſunt. Primùm, voluntas Dei opponatur iudicio ſenſus & rationis de ſuſcitandis mortuis. Filius miſſus opponatur tyrannidi diaboli, & opinioni phariſaicæ de iuſtitia legali. Fides in Filium apprehendat vitam æternam in Filio. Promiſsio hæc: *Suſcitabo eum in vltimo die,* opponatur, vt paulò antea diximus, Epicuræorum & Saducæorum dubitationibus de promiſſa vita æterna.

Vocabulum ὁ θεωρῶν, id eſt, qui videt, ad notitiam non ad externum ſenſum, quemadmodum ὁ πιστεύων, id eſt, qui credit, ad fiduciam referendum eſt. Sunt enim hæ duæ partes, notitia videlicet & fiducia Chriſti, ſalutaris fidei veluti ſubſtantia. Plura quæ requiruntur ad huius loci explicationem, vide ſupra in fine capitis 3. vbi hoc dictum Domini: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam,* explanauimus. Ibi enim & quid vera fides ſit, & cur dicatur ſola iuſtificare. Item quid ſit diſcriminis inter has ſcripturæ phraſes: credere in Filium, &, credere in nomen Filij, qua potui fide & diligentia expoſui.

DE QVINTO.

Vt Iudæi non niſi carnaliter ſapuerunt: ita non niſi carnalia de Meſsia cogitare potuerunt. Quia ergo dixerat Ieſus ſe eſſe panem qui de cœlo deſcendit, vehementer offenduntur, murmurant inter ſeſe diſſerentes de eo quod dixerat, opponunt Domino firmiſsimum, quemadmodum opinabantur, argumentum, quo abſurditatem ſermonis Domini oſtendere conabantur, verùm Dominus nihilominus veritatem ſuæ doctrinæ tuetur, & ſe eſſe panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, aſſeuerat, quem panem definit eſſe carnem ſuam dādam pro mundi vita.

Sunt autem huius membri plures articuli.

Primus: Offenſi Iudæi diſputant contra Dominum.

Secūdus: Dominus iubet deponi offenſam.

Tertius: Rurſus apponit Dominus cauſam cœcitatis & offenſionis Iudæorum.

Quartus: Aſſeueratio de vita æterna per fidem in Chriſtum conſequenda.

Quintus: Repetitio collationis mannæ & panis cœleſtis.

Sextus: Repetitio aſſeuerationis de pane vitæ, quem definit eſſe carnem ſuam, quam dabit pro mundi vita.

Primus Articulus.

41 Murmurabant igitur Iudæi de eo, quia dixerat: Ego ſum panis, qui de cœlo deſcendi.

42 Et dicebant: Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit iſte: è cœlo deſcendi?

Iudæi offenſi abſurditate dicti Domini affirmantis ſe de cœlo deſcendiſſe, in hunc modum contra illum argumentabantur. Homo qui hîc in terra natus eſt à parentibus terrenis patre & matre, non eſt dicendus de cœlo deſcendiſſe. Ieſus hic in terra natus eſt à terrenis parentibus patre & matre. Igitur hic Ieſus non eſt dicendus de cœlo deſcendiſſe. Quid proinde abſurdius eſt quàm quod affirmat ſe de cœlo deſcendiſſe? Atque ita Chriſtus fit Iudæis ſignum cui contradicitur, & petra ſcandali. Sed quid hîc defuit Iudæis? rectum de Meſsia iudicium. Antea rectè confeſsi ſunt Ieſum eſſe Meſsiam, viſo miraculo ſaturatæ turbæ quinque milliū hominum quinque panibus & duobus piſciculis. Si iſti confeſsioni addidiſſent deſcriptionem Meſsiæ, quæ paſsim in propheticis ſcriptis occurrit & officium Meſsiæ rectè cogitaſſent, tum Ieſum & verum hominem eſſe, & verum Deum agnouiſſent. Diſertis enim verbis Meſsias apud Ieremiam 23. 6. vocatur Iehouah iuſtificator noſter. Sed Dominus officium Meſsiæ vrget vt vel ex eo venirent Iudæi in notitiam duplicis naturæ Chriſti, videlicet diuinæ & humanæ. Matth. 22. 44. proponit Dominus quæſtionem de naturis Meſsiæ, vt doceat ipſum eſſe & Deum & hominem, vbi ita ait: *Quid vobis videtur de Chriſto, cuius Filius eſt? dicunt ei, Dauid.* (Pſal.109.2.) *Ait illis: Quid ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominū, cùm dixit: Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dexteris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodò filius eius eſt?* Hîc ſi ſcripturam de Meſsia in conſilium adhibuiſſent Iudæi, reſpondiſſent, Meſsiam eſſe Dauidis filium ſecundùm humanitatem, & Dei filium ſecundùm diuinitatem, non tamen duos filios, ſed vnum, quia vna perſona eſt cōſtans naturis duabus, diuina videlicet & humana.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Secundus Articulus.

43 Reſpondit ergo Ieſus & dixit eis: Nolite murmurare inter vos.

Quoniá nihil magis officit diſcentibus quàm contumaciter ſe opponere magiſtro ſuo, iubet Dominus deponere murmur & offenſam quô fiant dociles & apti ad diſcendum. Nos ergo hoc Domini dicto admoniti præbeamus nos dociles nihil murmurantes aut diſputantes aduerſus Chriſtum Dominum noſtrum, qui cùm ipſa veritas ſit, non poteſt niſi quod verum eſt dicere aut docere. Eſt ſiquidem hæc germanæ fidei perpetua indoles, nihil diſceptare aduerſus promiſsionem Dei, ad Rom. 4. 20. Sed Deo laudem veritatis tribuere, vt qui poſsit præſtare quod promiſerat.

Tertius Articulus.

44 Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum, & ego ſuſcitabo eum in vltimo die.

Hîc Dominus rurſus exponit cauſam cœcitatis & offenſionis Iudæorum eſſe, non rectè æſtimare Meſsiæ officium. Antea dixit: *Omne quod dat mihi Pater, venit ad me*: nunc idem repetit alia loquendi formula: *Nemo*, inquit, *venit ad me niſi quem Pater traxerit*. An ergo inuiti trahimur? An fides cordis qua Chriſtum apprehendimus eſt violentum quid in nobis? num inuiti credimus? An vt homo lignum aut ſaxum poſt ſe trahit, ita Pater homines ad Filium trahit? Nullo modo. Nam & volentes credimus & volentes trahimur. Obſeruandus eſt ergo modus huius tractionis. Non enim eſt tractio coactionis, ſed tractio voluptatis & ingentis deſiderij. Trahitur quippe ad Filium à Patre, qui guſtata ſuauitate Filij credit in Filium. Credit autem in Filium qui eum rectè didicit, id eſt, qui eum cogitat habere Patrem Deum, & eſſe omnis boni fontem & vitæ æternæ datorem. Hæc bona qui nouit & amat, voluptate trahitur, deſiderio tanti boni trahitur. Si ergo Poetæ licuit dicere: *Trahit ſua quemque voluptas*, cur nobis non licebit dicere, hominem trahi ad Chriſtum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iuſtitia, delectatur ſempiterna vita? Huius tractionis ſimilitudines duas ponit Auguſtinus. *Ramum*, inquit, *viridem oſtendis oui, & trahis illam, nuces puero demonſtrantur, & trahitur. & quia quò currit trahitur, amando trahitur, ſine læſione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur.*

Fit autem hæc tractio per doctrinam de beata vita conſequenda per Chriſtum, in qua Spiritus Sanctus eſt efficax in non repugnãtibus. Si violẽta eſſet tractio hæc, quemadmodum Stoici putant, quis quæſo eſſet vſus doctrinæ in eccleſia? quis admonitionum? quis conſolationum? quis exhortationum? quis comminationum? Annon hæc omnia eò pertinent, vt trahamur ad Chriſtum? *Guſtate*, ait Pſalmiſta, Pſal. 34. 9. *& videte quàm ſuauis eſt Dominus: Beatus vir qui ſperat in eo.* Non ergo venerunt Iudæi ad Chriſtum, quia non guſtauerunt eius dulcedinem, putantes ſe ſua iuſtitia poſſe coram Deo ſubſiſtere. Cum hac noſtra interpretatione congruit dictum Chryſoſtomi: *Qui trahit, volentem trahit.* Item illud Nazianzeni: ὁ Θεὸς οὐκ ἄκοντα σώζει βίᾳ. Item illud Auguſtini: *Si non traheris, ora vt traharis.* Trahitur ergo mens Spiritu Sancto per verbum, & Spiritus ſanctus efficax eſt in cordibus eorum, qui ei non repugnant. Iudæorum cæcitas nobis hîc depingit tenebras mentium humanarum, quæ nihil planè intelligunt de reb. diuinis ſine luce diuina.

Qui ex hoc loco oppugnant liberum arbitrium, rectè quidem faciunt, ſi hominem ſibi relictum nec iudicium, nec voluntatem nec conatum veri boni habere ſentiunt. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. 1. Corinth. 2. 14. Verùm ſi facultatem adimunt homini, poſtquam verbo Dei edoctus eſt, eligendi quæ ſalutaria ſunt, deſtruunt opus Dei in homine, hoc eſt, volũtatem negant. Nam ſi Deus verbo & ſpiritu operatur in nobis velle, certe velle habemus, ſed hoc liberum eſt. Ergo libera voluntate eligimus, quæ monſtrantur nobis eſſe ſalutaria.

45 Eſt ſcriptum in Prophetis: Et erunt omnes docti à Deo.

Hoc teſtimonium quo ad ſenſum attinet, eſt omnium prophetarum de efficacia euangelij. Verùm ſi verba ſpectes, potiſsimum videtur deſumptum ex 54. capite v. 13. Eſaiæ, vbi hæc verba leguntur: *Dabo vniuerſos filios tuos doctos à Deo.* Pertinet autem hæc promiſsio ad nouum fœdus, de quo Ieremias, cap. 3. & 15. *Dabo vobis Paſtores ſecundùm cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina.* Et cap. 31. Item autor epiſtolæ ad Hebr. cap. 8. 10. *Dabo*, inquit, *leges meas in mentem eorum, & in cor eorum inſcribam eas, & ero illis in Deum, & illi erunt mihi in populum, & ego propitiabor iniquitatibus eorum.* Proinde docti à Deo ſeu docti Dei ſunt diſcipuli Dei, verbo & ſpiritu ipſius eruditi. Atque ita Dominus modum per quem trahimur ad Filium, hoc loco definire voluit, quem modum illatio ſequens clariùs adhuc oſtendit.

Quiſquis ergo audiuit à Patre & didicit, venit ad me.

Hæc concluſio clariſsimè exponit, quid ſit Patrem trahere ad Filium. Audire enim à Patre, ſcilicet docente, & ita audire vt perdiſcas, eſt trahi à Patre. Docet ergo Pater vt audias, audis vt diſcas, diſcis vt ad Filium venias, id eſt, vt credendo ad Filium conuertaris eoque fruaris, qui eſt panis vitæ. Docet autem Pater non ſono aut voce, ſed illuminatione mentis, qua rectè diuinas ſcripturas percipimus. Audit homo qui docentis ſpiritui non repugnat. Diſcit homo, qui ex perſuaſione doctrinæ, quæ eſt per Spiri-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Spiritum,credit:qui credit,ad Filium conuertitur eoq; fruitur. Non ergo vi fit, ſed ex perſuaſione oritur fides,qua venitur ad Chriſtum. Etſi homines ab hominibus audiunt:tamen quòd intelligunt, intus datur, intus coruſcat, intus reuelatur,vt Auguſtinus ait. Poteſt ex hoc loco extrui definitio Eccleſiæ,videlicet, quòd ſit cœtus hominum audientium Euangelium, quorũ mentes Pater illuminat, vt ad Filium ſuum veniant,in eumq́ue credant.

46 Non quòd Patrem viderit quiſquam, niſi is qui eſt à Deo,hic vidit Patrem.

Occupatio eſt qua occurrit obiectioni Iudæorum, qui poterant ex dictis hác calumniam inferre. Tu dicis Patrem audiendũ & ab eo diſcendũ eſſe, ſed nemo vidit Deum, quem tuum Patrem facis. Ergo nemo illum audit, & nemo diſcit ab illo. Dominus reſpondet, Patrem videri & audiri in Filio, qui eſt à Patre, ſcilicet ab æterno,natus. Hæc ſententia ſuprà in 1. capite hiſce verbis effertur: *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit nobis.* Luc.10.22 *Nemo ſcit,quis ſit Filius niſi Pater, & quis ſit Pater niſi Filius,& cui voluerit reuelare.* Hæc reuelatio tribuitur etiam Patri Matth.16.16. Nam cùm Petrus diceret: *Tu es Chriſtus Filius Dei viui,* Chriſtus reſpõdet: *Beatus es Simon Bar Iona, quia non tibi reuelauit hoc caro & ſanguis, ſed Pater meus qui in cœlis eſt. Iſta reuelatio*, ait Auguſtinus, *ipſa attractio eſt.* Ex his efficitur Patrem audire, & à Patre diſcere nihil eſſe aliud quàm Filiũ audire, & à Filio diſcere, Spiritu vtriuſque efficaciter agente in cordibus audientium. Nam Pater & Filius vnũ ſunt natura & eſſentia, etſi Filius alius ſit à Patre, id eſt, diſtincta perſona à Patre. Iam autem cùm Filius alibi dicit, Luc.10.16. *Qui vos audit,me audit*, ſequitur omnes eos audire à Patre & diſcere à Patre, qui credũt Euangelio, à quocunque tandem prædicatum fuerit.

Notetur hoc loco teſtimonium de diuina natura Filij. Nam cùm dicit: ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, ſignificatur & eſſentia diuina Filij, & æterna generatio Filij à Patre. παρὰ enim cognationem & coniunctionem declarat. Nihil enim Patri coniunctius quàm Filius, qui eſt ὁμοούσιος cum Patre. Diſcernẽdum eſt igitur accuratè inter has formulas loquendi in Scripturis, eſſe ἀπὸ Θεοῦ, &, eſſe παρὰ Θεοῦ: Illa enim ſimplex miſſio, hac generatio ſignificatur. Cùm ergo Dominus hîc dicit: Qui eſt παρὰ τοῦ Θεοῦ, vult Iudæos reuocare à contemtibili hominis ſpecie ad contemplationem diuinæ naturæ. Atque ita diluit obiectionem Iudæorum, qui argumento abſurditatis negarunt Dominum deſcendiſſe de cœlo.

Quartus Articulus.

47 Amen Amen dico vobis, qui credit in me,habet vitam æternam.

48 Ego ſum panis vitæ.

Repetit quod iam aliquoties dixerat, & ad quod totum hoc colloquium pertinet, & aſſe-
A uerat ſe panem vitæ eſſe, & eos hoc pane vitæ frui, qui in ipſum credunt. Concluditur autem argumentũ hoc modo: Qui veſcitur pane vitæ habet vitá æterná. Qui credit in me, veſcitur pane vitę. Ergo qui credit in me, habet vitam æternam. Proinde manducare panẽ vitæ, &, credere in Filium Dei, vnum idemq; ſignificát. Vt enim cibus dum ore ſumptus eſt, applicatur & coaleſcit corpori noſtro, vt illud conſeruet ac foueat: ita Chriſtus fide in animam hominis receptus
B alit ipſam ſolus ad vitam æternam.

Hîc rurſus Chriſtus omnia hominum merita euertit, omnes iuſtitias legales. Quoties enim credentibus iuſtitia & vita æterna promittitur; toties omnis laus iuſtitiæ & meritum vitæ æternæ hominibus adimitur, & ſola gratia Dei in Filio commendatur. Ita enim colligit Paulus ad Gal. 3. 11. *Quòd autem per Legem nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtũ eſt, quia iuſtus ex fide, viuet: Lex autem non eſt ex fide: ſed qui fecerit ea homo, viuet in*
C *eis.* Hoc eſt, ſi ad normam dialecticá reuocetur, Quidquid eſt ex fide, non eſt ex Lege. Iuſtitia quæ eſt via vitæ æternæ, eſt ex fide. Igitur iuſtitia quæ eſt via vitæ æternę, non eſt ex Lege. Minoris probatio eſt teſtimonium Prophetæ: *Iuſtus ex fide, viuet.* Chriſtus enim in quem creditur, eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti.

Quintus Articulus.

49 Patres veſtri manducauerunt man-
D *na in deſerto,& mortui ſunt.*

50 Hic autem eſt panis de cœlo deſcendens, vt quis ex eo manducet, non moriatur.

Repetitio eſt collationis Mannę & panis cœleſtis, vt differentiam eorum maximam eſſe, ſi efficaciam reſpicis, doceat. Suprà quidem oſtendit collationẽ inter Moſen & Deum, inter manna & panẽ verum, quem Pater dat de cœlo. Nũc fortiùs vrget diſcrimen, &, vt ſe demonſtrat eſſe panem qui de cœlo deſcendit: (Nam οὗτός ἐστι,
E demonſtratiue accipiendum eſt) ita manducationem mannæ affirmat nihil conferre per ſe ad vitam conſequendam ęternam, ſed ſolam manducationem panis de cœlo deſcendentis vitam conferre æternam. Etſi autem mãducatio mannæ fuit ſacramentalis, vt Paulus docet 1. Cor.10. 3. tamen hæc externa mannæ manducatio ſine ſpirituali manducatione panis cœleſtis nihil profuit Patribus, illis videlicet qui ſine fide mãducauerunt. Nam Moſe, Aaron, Caleph, Ioſue,
F ſalutaris fuit manducatio mannę, non quia corpus aluit, ſed quia Sacramentum illis erat panis vitæ, quo fide veſcebantur, ex quo iudicium etiam de noſtris ſacramentis ſumendum eſt. Eſt autem memorabile dictum Auguſtini in hunc locum ſcribentis. *Hunc panem*, inquit, *ſignificauit manna, hunc panem ſignificauit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt: in ſignis diuerſa ſunt, ſed in re quæ ſignificatur, paria ſunt.*

Iam argumentum præſens ad formam diale-
G cticam reuocabimus. Iſte eſt vitæ panis, qui manducatus confert vitam æternam. Manna

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

manducatum non confert vitam æternam, ſed A panis de cœlo deſcendens. Ergo nõ manna, ſed panis de cœlo deſcendẽs eſt vitæ æternæ panis, id eſt, quo alimur ad vitam æternam. Partem priorem minoris confirmat, cùm ait: *Patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt.* Poſteriorem magna cum aſſeueratione ponit, ſignificans ex eo viuificum eſſe panem, quia de cœlo deſcendit.

Porrò hîc quæſtio oritur, cûm dicit, Patres comediſſe de manna & mortuos eſſe, nõ autem B mori eos qui de pane vitæ edunt. An non Abraham, Iſaac, Iacob, Apoſtoli Domini manducarunt panem vitæ, & mortui ſunt? Ad hanc quæſtionem non meis, ſed Cyrilli verbis reſpondeo. *Mortui ſunt,* inquit, *qui manducauerunt, quia nullam inde perpetuæ vitæ virtutem perceperunt. Non enim viuificabat, ſed famem ſolummodò corporalem amouebat, & figura erat veritatis. Qui verò panem vitæ ſuſcipiunt, immortalitatem conſequentur, & omnia interitus mala effugient, cum Chriſto æternaliter viuentes.* C *Nihil autem verbis noſtris officit, nec idcircò mentiri videbimur, quia fideles qui Chriſto participarunt, corpore moriuntur. Nam etſi hac communi omnium morte cadere videantur, viuant tamen Deo, vt Paulus ait.*

Sextus Articulus.

51 ***Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.***

Repetitio aſſeuerationis de pane vitæ. Panis D viuus dicitur, & quia ipſe vita eſt in ſe, & quia viuificat alios. Ergo ὁ ζῶν & cauſam & effectum declarat. Eſt viuus in ſe, & viuus efficacia, id eſt, viuificus, quia vt ipſe teſtatur, ſi quis ex hoc pane manducauerit, viuet in ęternum. Ex hoc pane ſcilicet, qui ipſe ſum, cuius participes fiunt omnes qui credunt. Non ergo hic panis alius eſt quàm ipſe Chriſtus Deus & homo. Ex hac aſſertione concluditur neminem in æternum victurum qui ex hoc pane non comederit, ſed E moriturum potiùs in æternum. Ex quo ſequitur in ſolo Chriſto ſpem ſalutis repoſitam eſſe.

Et panis quem ego dabo, caro mea eſt, quã ego dabo pro mundi vita.

Hîc apertiùs adhuc definit panem vitæ quam promittit, eamque affirmat eſſe carnem ſuam, & exponit quomodo fiat panis vitæ, videlicet cùm datur & offertur ab ipſo in ſacrificium pro mundi vita, id eſt, vt mundus propter illum in F cruce oblatum viuat. Hæc ſententia in capite 1.29. hiſce verbis effertur: *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi.*

Duo ergo continet hoc dictum. Primum, quòd Filius Dei ſit factus homo, vt fieret victima pro humano genere, qua victima genus humanum liberaretur à morte æterna, & eiuſdem victimæ merito donaretur vita æterna. Alterum, quòd Chriſtus hîc ſacrificiis Leuiticis opponat ſuum ſacrificium tanquam vmbra veri- G tatem. Sacrificia enim Leuitica adumbrabant ſolummodò ſacrificium, cuius virtute aboleretur peccatum. Chriſti autem ſacrificium reipſa expiat peccatum & placat iram Dei. Hoc diſcrimen inter Leuitica ſacrificia & Chriſti ſacrificium ex totius Scripturæ conſenſu tradit autor epiſtolæ ad Hebræos, cap. 10. In Leuiticis igitur ſacrificiis fiebat commemoratio peccatorum quotannis, ſed per oblationem Chriſti ſemel peractam ſanctificati ſumus, hoc eſt, accipimus remiſsionem peccatorum, iuſtificamur & ſanctificamur. Vna enim oblatione ſanctificauit in ſempiternum ſanctificandos.

Ex hoc ergo loco colligamus definitionem manducationis panis vitę, videlicet, quòd manducatio panis vitæ fiat per fidem, qua credimus Filium Dei aſſumſiſſe humanam naturam in vnitatem perſonæ, & eam obtuliſſe pro nobis, hoc eſt, corpus ſuum tradidiſſe pro nobis in mortem, & ſanguinem ſuum fudiſſe pro nobis in remiſsionem peccatorum, vt ipſius morte placaretur ira Patris, & nos reciperemur in gratiam & donaremur vita æterna. Hac manducatione animæ fidelium aluntur ad vitam æternam, cuius ſymbolum eſt manducatio Sacramentalis. Plura de hac oblatione in 1. capite annotauimus. Item in Enarratione Pſalm. 84. & ad Hebræos.

DE SEXTO.

Vt Iudæi carnales erant, ita carnaliter omnia quæ à Domino dicuntur, accipiunt, & quia inflati erant opinione iuſtitiæ, conantur doctrinam Chriſti, quam ſuæ opinioni aduerſari rectè iudicabant, ſuſpectam, imò odioſam reddere auditoribus. Quia enim dixerat carnem ſuam eſſe panem, quam manducare neceſſe eſt eos qui vitam æternam poſsidebunt, offenduntur abſurditate, vt illis videtur, dicti, vnde & litigant inter ſeſe, præoccupati iuſtitiæ Legis opinione, qua vitam æternam ſe mereri falsò putabant. Sed Dominus vſitato ſibi iuramento præfixo non eſſe ſperandam vitam ſine carnis ſuæ manducatione, & ſanguinis ſui potatione affirmat. Deinde promiſsionem ponit, quam infrà confirmatione munit, & diſcernit rurſus inter manna Moſaicum & panem vitæ verum qui ipſe eſt.

Articuli huius membri ſunt ſex.

Primus: Litigatio Iudæorum inter ſeſe.

Secundus: Abſurditas, vt putant, dicti Domini.

Tertius: Aſſeueratio quòd vita æterna non contingat homini ſine manducatione carnis Chriſti & potatione ſanguinis ipſius.

Quartus: Repetitur propoſitio præſentis diſputationis.

Quintus: Iuſta propoſitionis confirmatio.

Sextus: Concluſio per collationem mannæ Moſaici, & panis vitæ, qui eſt Chriſtus Ieſus.

52 ***Litigabant ergo Iudæi inter ſeſe, dicentes.***

Primus Articulus indicat auditores Domini non

non fuiſſe omnes eodem modo affectos ergà ipſum,& eius doctrinam. Quidam enim ipſum vt cœleſtem doctorem meritò admirabantur. Quidam contrà vt vanum & falſum, temerè contemnebant. Hinc naſcitur inter ipſos diſsidium,dum alij accuſant, alij excuſant. Notetur hic perpetua ſors Euangelij & piorum doctorum in hoc mundo. Vt enim ſemper habēt paucos pios fautores: ita nunquam illis deſunt calumniatores maligni. Hac Euangelij ſorte & piorum doctorum nos cōſolemur, ſi ſimilia experiri cogimur.

Secundus Articulus.

Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?

Abſurditatem dicti Domini,dicentis carnem ſuam eſſe panem vitæ, interrogationis ſchemate exaggerant. Concluditur autem argumentum Iudæorum hoc modo: Abſurdum eſt & crudele hominem hominibus carnem ſuam dare ad manducandum. Cùm ergo hic ſit homo, quid abſurdius excogitari poteſt & crudelius, quàm quod dicat ſe carnem ſuam nobis dare ad manducandum? In hoc argumento duplex eſt παραλογισμὸς, & vterque peccat æquiuocatione. Nam præter illum craſſum & cyclopicum manducandi modum, de quo ipſi exiſtimant Chriſtum loqui, duplex eſt modus manducandi carnem & bibendi ſanguinem Domini,videlicet,cæremonialis ſeu ſacramentalis, & ſpiritualis. De hoc poſteriori Dominus loquitur. Ita caro hominis Chriſti diſtinguenda eſt à communi carne hominum. Illa viuifica eſt, quia eſt caro hominis,qui eſt Deus. hæc ſcilicet communis caro non eſt viuifica, quia in ſe rea eſt & immunda, vt quæ aliunde vitam mutuetur, modò victura ſit. Hìc rurſus videre eſt ingenium ſophiſtarum, & hoſtium veræ doctrinæ, qui non accipiunt ea quæ piè dicuntur, iuxta ſuam περίστασιν, ſed hoc ſolummodò ſpectant,vt commodè dicta ad aliquam abſurditatem torqueant,vt docenti odium & doctrinæ contemtum concilient.

Tertius Articulus.

53 *Dixit ergo eis Ieſus: Amen Amen dico vobis, niſi manducaueritis carnem Filij hominis & biberitis ſanguinem eius, non habetis vitam in vobis.*

Hæc aſſeueratio, quòd vita æterna non contingat homini ſine manducatione carnis Filij hominis,& ſine potatione ſanguinis eius, opponitur opinioni Phariſaicæ, de iuſtitia Legis & meritis ſacrificiorum & traditionū, & deſtruit quidquid homines excogitant & docent de iuſtitia, ſalute & vita æterna conſequenda. Nam cùm hic omnia Chriſto tribuit, nihil relinquit creaturis vllis. Cùm enim nemo Legi ſatisfacit, fieri non poteſt, vt quiſquam operando iuſtitiā Legis aſſequatur. Omnes enim hoc Domini dicto damnatoriæ Legis ſentētiæ ſubiiciuntur. Congruit ergo hoc Domini dictum cum illo

A Dauidis,Pſal.143.2. *Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Item Pſal.130.3. *Si iniquitates obſeruaueris Domine, quis conſiſtet?*

Pertinet proinde hoc Domini dictum ad primam pœnitentiæ partem, videlicet contritionem. Nam cùm audimus, quòd non habeamus vitam in nobis ſine Chriſto, intelligimus nos mortis reos eſſe propter peccatum. Vnde oriri debet in nobis μεταμέλεια, & dolor ſecundùm Deum, qui operatur μετάνοιαν, hoc eſt, conuerB ſionem, quæ fit per fidem in Chriſtum.

Quartus Articulus.

54 *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam; & ego ſuſcitabo eum in vltimo die.*

Repetitio propoſitionis principalis huius colloquij, cuius ſenſus eſt ſine tropo. Qui videt Filium & credit in eum, habet vitam æternam. Siquidem manducare carnem Chriſti, & bibe-C re eius ſanguinem, nihil aliud eſt quàm credere in Chriſtum, qui dedit carnem ſuam pro nobis, & effudit ſanguinem ſuum pro nobis, in remiſsionem peccatorum: & ſe ea fiducia conſolari & erigere aduerſus peccatum, mortem & infernum, & certò ſtatuere Chriſtū iuxta ſuam promiſsionem daturum credentibus vitam æternam. Neque tamen otioſa eſt hæc figurata locutio. Nam ea & vis fidei & copulatio noſtri cum Chriſto ſignificatur arctiſsima, vt rectè in-D telligamus cur credentibus proponatur vita æterna. Siquidem vt cibus à nobis comeſtus, in ventrem tranſmiſſus, eſt noſter, corporibus noſtris coaleſcit corporaliter, vt eius virtute ſuſtentemur in hac vita: ita Chriſtus à nobis creditus & in animam receptus, eſt noſter, & animabus noſtris coaleſcit ſpiritualiter, vt eius virtute ſuſtentemur ad vitam æternam. Eſt autem hæc manducatio non ſpiritualis carnis, ſed veræ & phyſicæ carnis Chriſti, datæ pro nobis, ſpirituaE lis manducatio, nec eſt ſpiritualis ſanguinis, ſed veri ſanguinis effuſi pro nobis ſpiritualis potatio. Hæc ſpiritualis potatio & manducatio fit, vt diximus, per fidem, cui tanquam externa teſtificatio Sacramētalis manducatio & potatio inſtituta à Domino deſtinatur, quę externa manducatio ſpirituali coniūcta ſalutaris eſt, ſed ſine illa ſpirituali planè otioſa cæremonia eſt, & cedit manducantibus in iudicium. Huc illud Auguſtini: *Res ipſa cuius Sacramentum eſt, omni homini* F *ad vitam, nulli ad exitium, quicunque eius particeps fuerit. Sacramentum autem ſine re in iudicium cedit, idque hominis vitio.*

Quod autem additur: *Et ego ſuſcitabo illum in vltimo die*, anticipatio eſt & eorum qui obiicere ſimilem interitum,& piorū,& impiorū poterāt, & eorū qui obiicere poterāt, etiam ſanctiſsimos homines mori. Ne ergo putarent, vt ait Auguſtinus, ſic in iſto cibo & potu promitti vitam æternam, vt qui eam ſumerent, iam nō corpore mo-G rerentur: Huic cogitationi occurrit, quaſi diceret: Qui manducat carnē meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam ęternā, iam ſecundùm

Spiritum in æterna Sanctorũ requie, quæ Sanctorum Spiritus ſuſcipit. Quòd autẽ ad corpus attinet, nec caro eius vita æterna fraudetur. Nã in vltimo die excitabitur, ac ſi diceret: Etſi vtrique, pij & impij, moriuntur quo ad corpus attinet, tamen impar eſt eorum conditio. Nam qui hîc ſaturantur manducatione carnis Chriſti, & inebriantur potatione ſanguinis ipſius, iam viuunt quo ad animam, & rectè dicũtur iam poſſidere vitam æternã, cuius arrhabonem habent Spiritum Sanctũ. Verùm quantũ ad corpora attinet, excitabũtur in vltimo die, quo claudentur ſecula: quę ſecula in Sanctis quidẽ excipiet beata æternitas, in impiis verò ſempiterna miſeria.

Hæc propoſitio, quæ continet ſummam beneficiorum Chriſti, opponatur omnibus hominibus & Diabolis, qui aliunde vllã ſalutis portionem quęrendã eſſe docent aut putant, quàm à ſolo Filio Dei, qui ideo factus homo vt corpus ſuum traderet pro nobis, & ſanguinẽ ſuum effunderet pro nobis. Eſt enim immota hæc conſecutio, ſi ex ſola manducatione carnis Chriſti, & potatione ſanguinis eius eſt vita ęterna, certè aliunde non eſt. Id quod ipſe Auguſtinus ſentit cùm ex hac propoſitione per argumentũ à contrario ſenſu ſic infert: *Ergo qui non manducat iſtum cibum & non bibit iſtum ſanguinem, non habet vitam æternam. Quid ergo? profectò in morte æterna hæret.*

Quintus Articulus.

55 *Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.*

Ratio propoſitionis à cibi qualitate ſumpta. Accõmodabitur autẽ propoſitioni ſimpliciter hoc modo: Qui mãducat cibũ qui verè cibus eſt, & qui bibit potum qui verè potus eſt, habet vitam æternam. Sed qui meam carnem comedit, & ſanguinem meum bibit, is cibum qui verè cibus eſt manducat, & potum qui verè potus eſt, bibit. Ergo qui manducat carnem meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternã. Sola minor propoſitio ponitur, quam iuſta argumẽtatione colligit, vt mox videbimus.

Sed quinã cibus & potus verè dicitur cibus & potus? qui facit, vt inquit Auguſtinꝰ, id quod homines cibo & potu appetunt. quid appetũt? vt neq; eſuriant neq; ſitiant. Hoc autẽ veraciter nõ præſtat, niſi ille cibus & potus qui eos à quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, h.e. vt verbis Domini vtamur, qui non perit, ſed permanet in æternũ, quem ſolus Filius Dei dare poteſt. Hic autem cibus & potus eſt caro & ſanguis Domini, ꝗ eſt caro & ſanguis Filij Dei. Non enim ſimpliciter hominis caro & ſanguis eſt, ſed eius, qui naturali vitæ coniunctus, vita effectus eſt, ex quo fit, vt ipſa mors hoc cibo & hoc potu radicitus euertatur & deſtruatur.

56 *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.*

57 *Sicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, ipſe viuet propter me.*

Secunda ratio propoſitionis à cauſarũ & effectuũ neceſſaria connexione, quę aptè concluditur ea argumentãdi forma quam Soriten vocant in hunc modũ: Qui mãducat carnẽ meam & bibit ſanguinẽ meum, in me manet & ego in eo. Qui in me manet & in quo ego maneo, is viuit propter me. Qui viuit ꝓpter me, viuit propter Patrem. Qui viuit propter Patrẽ, habet vitam ęternam. Igitur qui manducat carnẽ meam & bibit ſanguinem meum, habet vitam æternã. Ex hac connexione effectuum & cauſarum, vis argumenti Chriſti intelligitur meliùs, quàm ſi ſingulos proſyllogiſmos per ſe cõſideraremus. Sed argumentum obſcurius facit inuerſus ordo propoſitionum vltimæ & penultimæ.

Porrò in Chriſto manere dicitur, ꝗ eius membrum eſt, eiuſq; Spiritu viuit, ei per fidẽ inſitus, & Chriſtus viciſsim in eo manet, vt vita ipſius, & vt Deus in tẽplo ſuo. Vnde Paulus ad Epheſ. 3.17. dicit Chriſtũ per fidẽ in cordibus illorum habitare. Vt enim Chriſtus fide apprehenditur & retinetur, ita apprehenſus & retentus eadem fide manet in homine, donec ipſa fides manet. Cum his congruit ſentẽtia Auguſtini qui in hũc locũ ſic ſcribit: *Hoc eſt ergo mãducare illam eſcam, et illũ bibere potum, in Chriſto manere, & illum manẽtem in ſe habere, ac ꝑ hoc, qui nõ manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, proculdubio nõ manducat ſpiritualiter carnẽ eius, nec bibit eius ſanguinẽ, licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus Sacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti; ſed magis tantæ rei Sacramentum ad iudicium ſibi manducat & bibit, quia immundus præſumit ad Chriſti accedere Sacramenta.*

Porrò cùm dicit Dominus: *Et ego viuo propter Patrem*, accipi poteſt dupliciter, videlicet, vel ſecundùm diſpẽſationem qua Filius à Patre miſſus dicitur humana natura aſſumpta in vnitatẽ perſonę: vel quia naturaliter à viuo Patre natus eſt Filius ab ęterno, vt ſit vna & eadẽ vita Patris & Filij. Non enim Filius ſecũdùm diuinitatem particeps eſt vitę, vt nos, ſed naturaliter vita eſt, cuius vitæ nos credentes participes facit, vt vitam viuamus æternam.

58 *Hic eſt panis ille, qui de cælo deſcendit.*

Epiphonema eſt ex proximo argumento illatum. Hæc verba non ad Patrem ſed ad Filium referenda ſunt, quibus rurſus oſtendit Dominus vnde ſit viuifica caro ipſius, nempè à diuina natura Chriſti, ex qua & ipſa natura humana Chriſti, & omnes actiones Chriſti in ſanctiſsima ſua humanitate ſuam habent æſtimationem, precium & efficaciam. *Hic*, inquit, *eſt ille panis qui de cælo deſcendit*, ſcilicet, vt illum mãducando viuamus ac in cœlum conſcendamus æternùm victuri. *Hic panis*, inquit Tertullianus, *in cauſam vitæ appetendus, & deuorandus auditu, & ruminandus intellectu, & fide digerendus.*

Porrò cùm nominatur caro Chriſti & sãguis Chriſti, ſynecdoche eſt, qua totus Chriſtꝰ intelligitur, ſed ideò potiſsimùm carnis & ſanguinis meminit, quia carnem dat pro mundi vita, & ſanguinem effundit pro remiſsione peccatorũ, ſed

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſed beneficium & meritum eſt perſonæ, quæ aſſumpſit humanam naturam, vt haberet quod offerret pro ſalute humanæ naturæ.

Sextus Articulus.

Non ſicut manducauerunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Concluſio eſt præſentis diſputationis, cuius ſenſus eſt: vt manna & omnia Moſaica ſolùmmodò vmbræ fuerunt futurorum, & per ſe ſunt inefficacia, vt quæ nullam vitam conferant: ita ſolus Chriſtus efficax eſt ad conferendam vitam carnem ſuam manducantibus, hoc eſt, credentibus in Chriſtum. Oratio hæc deficiẽs ſic complebitur: Non, ſicut manducauerunt Patres veſtri manna, & mortui ſunt, ſic morientur qui hunc panem edunt, ſed qui manducat hunc panem, viuet in æternum, quia hic panis Chriſtus eſt vita æterna.

59 Hæc dixit in Synagoga docens in Capernaum.

Locum & vrbem addit Euangeliſta, non ſolùm vt nihil de veritate narrationis dubitemus, verumetiam vt ſciamus ipſum Dominum voluiſſe doctrinam ſuam innoteſcere omnibus *Vt auditores non credentes eſſent inexcuſabiles, palàm hæc verba fecit*, inquit Cyrillus, *omnem Iudæis atque incredulis excuſationem auferens & maioris criminis reos faciens. Si, inquit, non veniſſem et locutus eſſem eis, peccatum non haberent, nunc autem non habent excuſationem de peccato ſuo. Nec clam traduxit Dominus abſentes, vt malignæ naturæ faciunt, ſed palàm arguit errantes, & monſtrauit veram ſalutis viam, non deterritus multitudine & minis aduerſantium ſibi.* Huius exemplum & nos in aſſerẽda veritate Dei ſequamur.

DE SEPTIMO.

Cùm non ſolùm hypocritæ quales fuerunt multi inter auditores Domini, verumetiam ex diſcipulis eius non pauci, offenderentur verbis Domini, falsò putantes, quòd Dominus requireret Cyclopicam lanienam & deuorationem immanem ſuę carnis. Dominus ruditati eorum conſulens & ſignis & verbis mãducationis modum exponit, diſcernens inter Spiritualẽ manducationem, quæ fide fit & ſola eſt ſalutaris, & carnalem, quam nihil prodeſſe affirmat.

Huius membri articuli ſunt plures.

Primus: Offenſio Iudæorum & eius ratio.

Secundus: Signo oſtendit Dominus, ſe non fuiſſe locutum de carnali manducatione.

Tertius: Diſtinctio manducationis viuificantis & inutilis.

Quartus: Dominus monet ſuam doctrinam non carnaliter accipiendam, ſed ſpiritualiter.

Quintus: Exprobratio diffidentię eorum qui non crediderunt.

Primus Articulus.

60 Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt: Durus eſt hic ſermo, quis poteſt illum audire?

A Phariſæi & quidam ex diſcipulis offenſi ab-
ſurditate doctrinæ Domini, quam carnaliter
acceperunt, non ſolùm ipſi deficiunt à Chriſto,
verumetiã alios abſterrere conãtur; cùm dicũt:
Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? quaſi di-
cerent: Is, cuius doctrina immanem crudelita-
tem & hominibus indignam requirit, nullo mo-
do audiendus eſt. Iſte, cùm carnem ſuam man-
ducandam docet, an non requirit cyclopicam
& immanem & beſtiis dignam humanæ carnis
B deuorationem? Quis igitur niſi omnis humani-
tatis expers ipſum audire ſuſtinebit? Qui ergo
ſapit, talem doctorem vt peſtem fugiat. Hic ſen-
ſus verborum horum diſcipulorum manifeſtè
includitur in hiſce verbis: *Durus eſt hic ſermo*, id
eſt, immanis & homine indignus.

Hìc rurſus Sophiſtarum artificium aduerſus
veritatem Dei videre licet, qui ea quæ nõ intel-
ligunt, aut falsè contemnunt aut calumniis de-
fœdant, vt vnà ſecum alios quoq; à veritate ab-
C ſterreant. Nam vt leproſi vellent omnes ſecum
ſimili ſcabie laborare: ita hypocritæ non niſi
hypocriſin ferunt, qua omnes ſecum pollutos
cuperent.

Secundus Articulus.

*61 Sciens autem Ieſus apud ſemetipſum,
quòd murmurarent de hoc diſcipuli eius, di-
xit eis: Hoc vos ſcandalizat?*

D *62 Quid igitur ſi videritis Filium homi-
nis aſcendentem vbi erat priùs?*

Infirmitati diſcipulorum Dominus mederi
conatur hiſce verbis, ſigno oſtendens ſe non lo-
cutum eſſe de corporali & cyclopica manduca-
tionẽ carnis ſuæ, ac ſi diceret: Vos ideo offendi-
mini, quia carnalem intelligitis mãducationem
carnis meæ. Sed quid dicetis vbi videritis Filiũ
hominis aſcendentem vbi erat prius? an non
E tum demum intelligetis me nõ loqui de carnis
meæ, quã in cœlum ſubleuabo, carnali & craſſã
mãducatione & deuoratione? Quomodo enim
hæc ſimul ſtabunt: Ego aſcendam integer in
cœlum glorificata carne mea, & homines meam
carnẽ dentibus lacerabunt & traiicient in ven-
trem? Non ergo mea verba carnaliter accipien-
da ſunt, quaſi probarem aut requirerem Thye-
ſteas aut cyclopicas epulas, quibus nihil imma-
nius fingi poteſt. Hunc eſſe ſenſum verborum
F Domini, mecum teſtantur grauiſsimi & ſanctiſ-
ſimi Patres, Magnus Athanaſius & diuus Au-
guſtinus.

Athanaſij diſſerentis de hac ipſa carnis Chri-
ſti manducatione ad Serapionem hæc ſunt ver-
ba: *Propterea aſcenſionis ſuæ in cœlum mẽtionem fecit,
vt eos à corporali intellectu abſtraheret, ac deinde carnẽ
ſuam de qua locutus erat, cibum è ſupernis cœleſtem &
ſpiritualem alimoniam & ab ipſo donandam intellige-
rent. Quæ enim, inquit, locutus ſum vobis, Spiritus eſt
G & vita, quod perinde eſt ac ſi diceret: Corpus meũ quod
oſtenditur & datur pro mundo, in cibum dabitur, vt v-
nicuiq; ſpiritualiter tribuatur, & fiat ſingulis tutamen
præſeruatioq; ad reſurrectionem vitæ æternæ.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Auguſtinus autem in hunc ipſum locum ſcribens ſic ait: *Hinc ſoluit quod illos mouerat? Hinc aperuit vnde fuerant ſcandalizati? Hinc planè, ſi intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus ſuum. Ille autem dixit ſe aſcenſurum in cœlum vtique integrũ. Cùm videritis Filium hominis aſcendentẽ vbi erat priùs, certè vel tum videbitis, quia non eo modo quo putatis, erogat corpus ſuum: certè vel tunc intelligetis, quia gratia eius non conſumitur morſibus.* Et alibi. *Vita vnicuique erit corpus & ſanguis Chriſti, ſi quod in ſacramento viſibiliter ſumitur, in ipſa veritate ſpiritualiter manducetur, ſpiritualiter bibatur.*

Tertius Articulus.

63 Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam.

Diſcernit Dominus clariùs inter manducationem ſpiritualem & carnalem ſuæ carnis. Hãc abominantur Capernaitæ tanquam immanem lanienam hominibus indignam, & Dominus eandem reiicit vt inutilem: illam vt neceſſariam & viuificam requirit. Senſus ergo verborũ Domini hic eſt ſimpliciſsimus: Spiritus eſt qui viuificat, hoc eſt, ſpiritualis manducatio carnis meæ viuificat, caro non prodeſt quicquam, id eſt, carnalis manducatio non prodeſt. Non ergo hoc dictũ: *Caro non prodeſt quicquam*, latiùs extendendum eſt quàm pro loci periſtaſi, alioqui abſurdiſsimum eſſet dicere carnem Chriſti, in qua operatus eſt noſtram ſalutem, nihil prodeſſe. De ſola ergo manducatione carnali accipiendũ eſt hoc Domini dictum: *Caro nõ prodeſt quicquam.* Sententia igitur verborum Domini concluditur hoc argumento. Requiro neceſſariam manducationẽ, & non inutilem & immanem. Manducatio ſpiritualis neceſſaria, vt quæ ſola viuificet, carnalis verò eſt inutilis, vt quę nihil proſit. Igitur ſpiritualem carnis meæ manducationem poſtulo, & non carnalem.

Quartus Articulus.

Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.

Hoc eſt, manducatio carnis meæ & potatio ſanguinis mei, de qua ſum locutus, ſpiritualis eſt, & viuifica. Seu, quæ locutus ſum de manducatione carnis meæ & potatione ſanguinis mei, accipienda ſunt de ſpirituali & viuifica manducatione & potatione.

Porrò hîc neceſſariò quæritur de cęremoniali ſeu ſacramentali manducatione carnis Chriſti & potatione ſanguinis ipſius, de qua ante omnia ſciendum eſt, quòd ſine ſpirituali manducatione & ſpirituali potatione planè carnalis ſit & inutilis, vt quæ cedat in iudicium ea abutentibus. Verùm quando coniungitur illa ſacramentalis manducatio, & potatio cum ſpirituali, quá ſolam eſſe viuificam diximus, plurimum habet vtilitatis. Eſt enim vice ſigilli Dei quo Deus obſignat homini ſuam gratiam & ſpiritualem manducationem quæ fide fit, quemadmodum aliàs copioſè de ſacramentali mandu-

A catione & potatione dici ſolet. Quare ſolummodò hoc loco ea quæ in cæremoniali manducatione & potatione concurrere oportet, attingam, & quinque verſibus rem vniuerſam complectar, quos volo eſſe teſtimonium ſententiæ meæ de tota re Sacramentaria.

Vox diuina ſolet ſignis dare nomina rerum,
Vt cùm ſigna capit ſenſus, mens dona ſuperna
Percipiat, quorum ſunt iſta externa ſigilla,
Hiſce fides confirmatur, cor paſcitur intus
B *Diuinis epulis, lætatur fructificatq́.*

Veritas ſatis manifeſta eſt, ſed partim malitia, partim arrogantia, partim cœcitas hominum maior eſt quàm vt veritatem ferat. Oro igitur Deum, vt ipſe vulneribus Eccleſiæ medeatur, ac citò finem imponat Diabolorum & hominũ contumaciæ auerſantium veritatem Dei.

Quintus Articulus.

64 Sed ſunt quidam ex vobis qui nõ cre- C *dunt. Sciebat enim ab initio Ieſus, qui eſſent credentes, & quis traditurus ſit eum.*

65 Et dicebat: propterea dixi vobis: Nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.

Exprobratio incredulitatis diſcipulorum eſt, inter quos Iudam præcipuè notat, & repetit incredulitatis cauſam, videlicet quòd nolint à Patre diſcere. Verùm quia de hac cauſa ſuprà dixi- D mus in 2.3. & 5. membris huius colloquij, eò auditores remitto.

PARS IV.

Hac in parte narratur, quàm fuerit diuerſum diſcipulorum Chriſti de ipſo ac doctrina ipſius iudicium. Nonnulli enim abſurditate doctrinę, vt ipſis videbatur offenſi, prorſus ab eo deſciuerũt. Quidam ſincero animo & doctorem & doctrinam ipſius complectuntur, credunt docen- E ti, etiamſi omnia mox non capiunt. Vnus manet quidem in numero diſcipulorum Domini, ſed occultam apud animum fouet impietatem, & proditionem meditatur.

Huius partis tria ſunt membra.

Primum, multorum diſcipulorum à Domino defectio.

Secundum, confeſsio duodecim diſcipulorum per Petrum ædita.

Tertium, prædictio proditionis futuræ per F Iudam, qui vnus erat ex illis duodecim.

DE PRIMO.

66 Ex eo tempore multi diſcipulorum eius deſciuerunt ab eo, nec amplius cum illo ambulabant.

Cùm animalis homo nõ percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, offenditur audita doctrina menſuram ſenſus & rationis excedente: Contrà ve- G rò ſpiritualis, id eſt, qui Spiritui ſancto cedit, ſenſus & rationis menſura relicta. Deo dat laudem veritatis, tametſi doctrinæ ſublimitas terminos

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

minos ſenſus & rationis excedat. Eſaias enim A ait: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Sequamur ergo regulam: *Sola ad dictorum confirmationem rerum ſufficit demõſtratio, quãdo probatio in autoritate dicẽtis eſt.* Sic fecit Abraham cùm Deus illi prolem promitteret ex effœta & ſterili anu, cuius & nos imitemur exemplum, modò filij Abrahæ cenſeri velimus. Etſi autem hîc notatur vna defectionis à Chriſto cauſa, tamen ſunt plures quas in numerato habere vtile eſt, vt ſingulis ſua remedia opponamꝰ. Has igitur breuiter ſignabimus B additis aduerſus eas remediis.

Prima, doctrinæ Chriſti ſublimitas, quã cùm ſapientes mundi capere non poſſunt ſua ratione, contemnunt & derident. His opponenda eſt ſapientia Dei, quæ limites rationis in infinitum excedit, & aſcendendum eſt in montem Domini, relicta aſina noſtra ad pedem montis exemplo Abrahæ, hoc eſt, ſenſus ac rationis iudicio abiecto, in voce diuina acquieſcendum eſt.

Secũda, anticipata religionis opinio, vt cùm C Iudæi perſuaſi de Moſis legatione, ſtupendis miraculis confirmata ipſum anteponunt Chriſto, non intelligentes Moſis miniſterium fuiſſe temporarium, hoc eſt, ad tempus ordinatum, tanquam Pædagogiam quandam ad Chriſtum. In eodem luto Papiſtæ hærent hodie tenaces anticipatæ religionis, ex quo fit vt purum Chriſti Euangelium ferant minimè. Vtriſque opponamus veritatis diuinæ lucem, ſcientes anticipatam religionem nos minimè excuſare, ſi à ve- D ro vitæ fonte Chriſto aberremus. Obtemperemus igitur Spiritui Sancto, qui hiſce verbis nos hortatur ad ſequendam veram lucem: Eſa. 2.5. *Domus Iacob venite & ambulemus in lumine Dei noſtri.* Hauriamus itaque aquas de fontibus ſalutis, ſpretis humanis ciſternis.

Tertia ex ſecunda fluit, videlicet, cùm non tam amor religionis quàm maiorum exempla nos excœcant, vt iudicemus ſingularis cuiuſdam grauitatis eſſe tueri maiorum religionem E eamque armis propagare. Hoc veneno infecti ſunt non pauci reges & principes. Turpe enim putant à maiorum ſuorum inſtitutis deficere. Sed his opponamus mandatum Dei, Ezech. 20. 18. *Ambulate in præceptis meis, & non in præceptis Patrum veſtrorum.* Item Matth. 17.5. vocem Patris de cœlo ſonantem: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, hunc audite.* Hic iubet Pater, vt omnibus aliis magiſtris relictis, vnum audiamus Filium. F

Quarta, hypocriſis. Vbi enim hæc fortiùs radices egit in humano pectore, difficiliùs euellitur. Oderunt enim hypocritæ quidquid ipſorum turpitudinem in lucem profert. Proinde nihil difficilius eſt quàm hominem hypocritam ad Chriſtum adducere. De hac hypocriſi loquitur Dominus, cùm ait Ioh. 3. 20. *Qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius.* Hæc larua tùm demum detrahatur, quando mẽs Legis penitus introſpicitur, ac homo ſuam G vitam rectè ad normam Legis examinat, quemadmodum Nicodemus fecit, poſtquã ei Dominus ſuas maculas poſuiſſet ante oculos.

Quinta, ſcandalum multiplex, videlicet crucis & perſecutionis Eccleſię, paucitatis credentium, multitudinis hoſtium Euangelij eorumque potentiſsimorum & ſapientiſsimorum iuxta mũdum diſsidiorum, hæreſium & ſchiſmatum in Eccleſia. Sed huic ſcandalo opponamus prædictiones Prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum, qui cauſas horum ſcandalorum prædixerunt eſſe fremitum Diaboli aduerſus Chriſtum, item peccata multiplicia in docentibus & auditoribus.

Sexta, cura & ſolicitudo huius mundi. Mundus enim ſua vanitate ita excœcat non paucos, vt pluris faciant huius mundi commoda & vanas voluptates quàm veras diuitias & nũquam perituras delicias, quas hîc guſtant electi, & in æterna vita plenè fruentur. Huic tentationi & omnibus huius mũdi vanitatibus opponamus æternæ vitæ certiſsimum gaudium, quod omnibus iis, qui in fide vſq; ad finem perſeuerant, propoſitum eſt.

Septima, odium perſonæ docentis ſæpè facit vt homines ſuperbi doctrinam contemnãt. Sed huic odio amor propriæ ſalutis opponatur. Nulla enim ſtultitia maior eſt quàm propriam negligere ſalutem alieno odio.

Octaua, inueterata peccãdi conſuetudo, quę quodammodo neceſsitatem peccandi parit. Facit enim vt homines planè ſurdeſcãt ad vocem hortantium ſe ad meliora, adeò vt veriſsimus ſit ſermo: *Conſuetudo eſt altera natura.* De hac neceſsitate loquitur Propheta Ierem. cap. 13. 23. cùm ait: *Nunquid mutabit Æthiops pellem ſuam, aut pardus maculas ſuas, et vos poteritis benefacere aſſueti malefacere.* Nihil ergò periculoſius eſt quàm cùm conſuetudo mali viribus ſumptis æquat naturam. Huiuſmodi homines ſanare miraculum fuerit, non minus quàm quatriduanum Lazarum excitare. Quare imprimis cauendum eſt, ne in peccatis diutius ſordeſcamus, & peccatorum menſura impleta obruamur ira Dei, qui nos ſinit ruere pro noſtris cupiditatibus in reprobam mentẽ. Demus ergo Domino Deo noſtro gloriam, antequam contenebreſcat, & antequam offendant pedes noſtri ad montes caliginoſos. Ita enim ait Dominus, Iohan. 9. 14. *Operamini dum dies eſt, veniet nox in qua nemo poteſt operari.*

Nona, Doctorum Eccleſiæ defectio à ſincera doctrina, quam antea & voce & ſcriptis, non ſine ingentibus periculis tradiderunt, & Eccleſiam Chriſti cum laude ædificârunt. Hi enim plurimos ſecum in ruinam trahunt. Nam, vt ingens de altiſsima rupe cadẽs ſaxum, plura fragmenta facit: ita cùm deficiunt, qui columnæ Eccleſiæ videbantur, ſcandalo plures frangunt & alienant à pura doctrina, vt Staphilus, Chalichius & multi alij. Verùm his opponamus doctorem vnum, ad quem collati alij puluis & cinis ſunt. Hic autem doctor eſt Ieſus Chriſtus, cum quo qui manet, vitam æternam habet vt ſequitur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

DE SECVNDO.

*67 Dixit igitur Ieſus illis duodecim: Nun-
quid & vos vultis abire?*

*68 Reſpondit igitur ei Simon Petrus: ad
quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.*

Chriſtus non ex ignorantia interrogat duo-
decim diſcipulos, num velint & ipſi abire offen-
ſi ipſius doctrina, ſed partim vt magis diſcipuli
ipſius confirmentur ædita clara confeſsione de
B Chriſto & eius doctrina, partim, vt Iudas admo
nitus reſipiſcat, vel ſaltem ſit inexcuſabilis ſi re-
ſipiſcere nolit, vt qui ſciens & volens autorem
vitæ, ſuæ auaritiæ & furto poſtpoſuerit.

Priuſquam confeſsionem Petri & ſociorum
eius examinabimus, quæramus cauſas diuerſi-
tatis ſententiarum Iudæorum, qui dixerunt:
*Quomodo poteſt hic dare nobis carnem ſuam manducan-
dam?* Item: *Durus eſt hic ſermo, quis poterit illum au-
dire?* & Petri hìc dicentis ſuo & aliorum diſcipu-
C lorum nomine: *Quò ibimus, verba vitæ æternæ ha-
bes.* Etſi autem verba Petri quæ ſequuntur, vi-
delicet, *Nos credimus & cognouimus*, diſcrimen
monſtrant verum & infallibile inter Petrum &
Capernaitas, videlicet quòd Petrus cum ſuis
excepto Iuda, crediderit Chriſto, & Capernaitę
non crediderint, atque ideo non intellexerint.
Eſt enim fides cauſa ſalutaris & efficacis intelle-
ctus iutxa dictum Eſaię cap. 7. 9. *Niſi credideritis,
non intelligetis*: tamen propter cauſas certas co-
D gor iſtud diſcrimen altiùs repetere. Dominus
ſuprà cauſas contumaciæ Iudæorum dixit eſſe,
quòd non traherentur à Patre, quòd non eſſent
Chriſto à Patre dati, quòd non audiſſent Patrē,
& didiciſſent à Patre, denique quòd non eſſent
à Deo docti. Has locutiones ſuprà oſtendimus
nihil aliud declarare quàm quòd non crederēt:
ſed repugnarent Spiritui Sancto per vocem E-
uangelij efficaci in non repugnantibus, quæ no
ſtra interpretatio totius Scripturæ conſenſu
E cōfirmatur, quam iterum firmis rationibus de-
monſtrabimus.

Quæſtio eſt num doceri à Deo, & credere E-
uangelio Chriſti, per Apoſtolos & eorum ſuc-
ceſſores tradito, idem ſit nec ne. Si idem, ſtabit
interpretatio noſtra, quam ſuprà dedimus. At ſi
non idem, triumphent ſanè enthuſiaſtæ noui
& Chiliaſtæ veteres, quorum illi ab his, vt aſpi-
des à viperis, venena mutuantur.

Demonſtratio qua nos nitimur hæc eſt: Nul-
F lus ſaluatur niſi doctus à Deo. Nunc autem Fi-
lius Dei amandās diſcipulos ſuos in mundum
prædicatum Euangelium dicit, Matth. 28. 18. *Ite
in mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium om-
nibus gentibus: Qui crediderit, ſaluus erit.* Si ergo do-
ctus à Deo ſaluabitur, & credens Euangelio ſal-
uabitur, profectò idem erit à Deo doceri, & vo-
ci Euangelij cedere. Cùm ergo Deus docet per
Euangelium, & homo Euangelio credit, doctus
à Deo dicitur.

G Verùm ne quis hìc ſomniet ſine verbo En-
thuſiaſmum, vt ſemianabaptiſtæ faciunt, fortiùs
concludam quid ſit à Deo doctum eſſe. Qui au-
A dit miniſtros Euangelij & diſcit ab eis (id eſt,
credit illorum doctrinæ) audit Filium Dei, &
diſcit ab illo iuxta hoc Chriſti dictū, Luc. 10. 16.
Qui vos audit, me audit, loquitur autem de efficaci
auditu videlicet cùm diſcitur quod auditur.
Qui audit Filium Dei & diſcit à Filio Dei, audit
Patrem, & diſcit à Patre. Ita enim Filius ait Io-
han. cap. 7. verſ. 16. *Mea doctrina non eſt mea, ſed
eius qui miſit me.* Qui autem audit Patrem &
Filium, & diſcit à Patre & Filio, à Deo doctus
B eſt. Igitur qui audit miniſtros Euangelij, &
ab eis diſcit, id eſt, credit illorum doctrinæ,
à Deo doctus eſſe cenſebitur. Hoc ipſum pul-
chrè concluditur ex collatione contrariorum.
In Scripturis opponuntur repugnare Spiritui
Sancto, & trahi à Patre, ſeu doceri & diſce-
re à Patre. Qui ergo nō repugnat Spiritui San-
cto efficaci per vocem Euangelij, trahitur à Pa-
tre, docetur & diſcit à Patre, atque ideo rectè à
Deo doctus eſſe dicitur. Nunc autem cùm repu
C gnare Spiritui Sancto ſit, ſi Stephani teſtimo-
nium recipimus, verbis Moſis & Prophetarum
non credere, quis non videt, niſi ſponte cœcuti-
re malit, doctū eſſe à Deo, & credere verbo Dei
per miniſtros Dei prædicato, idem eſſe. Præter-
ea doceri à Deo, & doceri à carne & ſanguine,
id eſt, magiſterio ſenſus & rationis diſcere oppo
nuntur, Matth. 16. 17. vbi Dominus Petrum hi-
ſce verbis alloquitur: *Beatus es Simon Bar Iona,
quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus
D qui in cœlis eſt.* Qui ergo renūciat carni & ſangui-
ni, hoc eſt, ſenſus & rationis magiſterio, is credit
Euangelio Chriſti & dicitur à Deo doctus eſſe.
Nam Deum reuelare aliquid, & docere, idem
planè ſunt, ne quis ſibi fingat Anabaptiſticas
apocalypſes.

Porrò qui dictum Prophetæ, *Erunt docti à Deo*,
referunt vel ad arcanum afflatum Spiritus ſine
verbo, vt Anabaptiſtæ hodie faciunt, vel ad tem
pus aliquot certorum annorum præceſſurum
E iudiciū, vt Chiliaſtæ olim fecêre, accuſant Chri-
ſtum falſi, vt qui dictum Prophetæ accommo-
det tempori ſuo, & auditoribus, quos tum præ-
ſentes habuit.

Sed his relictis, quos luce clariùs cōfutat de-
monſtrata veritas in qua acquieſcēdum eſt, ve-
niamus ad confeſsionem Petri, quę confeſsio in
omnibus ſaluandis eadem eſſe debet. Primùm
cùm dicit: *Ad quem ibimus?* non eſt dubitantis, ſed
conſtanter ſibi perſuadentis animi vox, qua ſi-
F gnificat ſe nullum alium magiſtrum agnoſcere.
Cùm addit: *Verba vitæ æternæ habes*; Ratio eſt cla-
ra confeſsio, quòd Chriſtus ſolus ſit donator &
doctor vitæ æternæ. Nam habere verba vitæ æ-
ternæ eſt doctrinam habere, quam qui recipit,
habet vitam æternam.

Notemus hoc loco verborū Emphaſim. Non
dicit Ieſum habere enthuſiaſmos de vita æter-
na, ſed loquitur de verbis ſonantibus, ferienti-
bus aures auditorum, & penetrantibus corda
G eorum quæ in corde recepta operantur vitam
æternam. Concluditur autē argumentum Petri
hoc modo: Is ſolus magiſter adeundus eſt & ſe-
quendus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quendus, cùm agitur ſalus & vita æterna, qui A verè habet doctrinam vitæ æternæ. Nũc autem nemo præter te ſolum habet doctrinam vitæ æternæ. Ad quem igitur niſi ad te ſolum ibimus? Dicitur autem doctrina vitæ æternæ Euangelium de Ieſu Chriſto, qui apprehenſus fide in vera conuerſione ſolus eſt panis vitæ æternæ.

Hac ergo confeſsione Petrus omnibus Moſaicis cæremoniis, ſacrificiis, purgationibus, ſacramentis: Item meritis humanis, Patrum traditionibus, & quidquid nõ eſt Chriſtus, adimit B virtutem tollendi peccatum, conferendi iuſtitiam, & reconciliandi homines Deo. Præterea omnes ſiſtit nudos & reos coram tribunali Dei, qui doctrinam Chriſti non recipiunt, in ipſum non credunt, vt viuo pane, qui eſt ipſe, paſcātur ad vitam æternã. Refutatur ergo delirium Mahometiſtarum, qui fingunt homines ſua quemque religione ſaluari, Iudæos Moſaica, Chriſtianos Chriſtiana, Gẽtes legis naturæ obſeruatione, quibus tanquam murus opponenda eſt hæc C Petri cõfeſsio: Item dictum Iohannis, Ioh.3.36. *Qui non credit, ira Dei manet ſuper eum.*

Cùm hac Petri cõfeſsione conferatur doctrina Papæ, qui ſe ſucceſſorem Petri impudenter mentitur. Petrus ſoli Chriſto tribuit hunc honorem, quòd verba vitæ æternæ habeat. Papa autem etſi ſeruum ſeruorum Dei ſe ſcribit, tamen hanc Petri confeſsionem hodie ſanguine ſanctorum abolere conatur. Nam quid eſt aliud ſacrificium Miſſę, inuocatio Sãctorum, figmen- D tum Purgatorij, meritum operum, quàm huius confeſsionis impugnatio, & manifeſta abnegatio. Nos igitur in hac Petri confeſsione conſtantes maneamus, ſcientes Chriſtum autorem vitę ſatis potentẽ eſſe ad implenda ea quę ꝓmiſerat.

69 *Et nos credidimus, & cognouimus, quòd tu es Chriſtus Filius Dei viuentis.*

Fundamẽtum confeſsionis Petri hoc eſt, quo fides Chriſtiana ſolo nititur, videlicet credere E & cognouiſſe, Ieſum Mariæ filium eſſe Filium Dei, & Chriſtum ſaluatorem mundi. Credere enim nemo poteſt ſine verbo, & nouiſſe nemo poteſt ſine fide. *Si credideritis,* ait Propheta, *intelligetis, vtpote à Deo docti.*

Hîc imprimis duo tenenda ſunt, ſine quibus nemo ſaluabitur. Primum, quid ſit ſentiẽdum, credendum & cognoſcẽdum de Ieſu quem hîc Petrus confitetur eſſe Chriſtum & Filium Dei. Alterum, quomodo ipſius beneficiorum redda- F mur participes, id eſt, quomodo ipſe fiat nobis ſaluator.

Quid eſt igitur ſentiendum de Chriſto? Petri verba rectè expenſa nobis quatuor cõmendant in Chriſto obſeruãda, quorum primum eſt natura humana Chriſti, quã agnoſcit Petrus, cuius naturæ ſocietate cùm nobis iunctus ſit, intimè nos amat. Nã cùm dicit Petrus: *Tu,* ſcilicet Ieſu, qui me interrogas, Mariæ filius: veram humanitatem Chriſti confitetur, quam ſemel aſ- G ſumptam nunquam deponet aut mutabit in aliam naturã, etſi glorificata eſt, vt nos qui eiuſdem naturæ ſumus, ſimiliter glorificabit. Secũdum eſt diuinitas Chriſti, quam palàm confitetur, ipſum Filium Dei nominans, vnde fides nouit, & certò ſibi perſuadet ipſum præſtare poſſe quidquid vult, & velle quidquid promiſit. Cùm dicit: *Dei viuentis,* diſcernit inter verum Deum & fictitios Deos, qui nihil ſunt, qui non ſunt viuentes. Huius cùm Ieſum Filium nominet Petrus, clarè ipſius diuinitatem, qua vnus eſt cum Patre Deus, agnoſcit. Tertium, eſt perſonæ vnitas ſubſiſtẽtis in duabus naturis, ex qua vnione vis meritorum Chriſti pendet. Non enim dicit, Vos, ſed Tu, non Chriſti, ſed Chriſtus, vnam prædicans perſonam, *Tu,* inquit, *es Chriſtus.* Etſi ergo duas fatetur naturas diſtinctas, vnũ tamẽ agnoſcit Chriſtum, ſeu vnam perſonam. Quartum, eſt officij Chriſti confeſsio. Nam cùm eum Chriſtum prædicat, abſque omni dubio tribuit ipſi Meſsiæ, ſeu Chriſti officium, quòd eſt conterere caput ſerpentis, adferre benedictionem, iuſtitiam & vitam abolita maledictione, peccato & morte. Breuiter, quòd ſit nobis à Deo natus ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, redemtio.

Sed quomodo efficimur beneficiorum Chriſti participes? ſeu quomodo fit nobis ſaluator? Vt teſtimonium Petri docuit nos, quid ſit de Ieſu ſentiendum: ita ipſius exemplum docet quomodo beneficiorũ ipſius reddamur participes. Vt enim ipſe credidit & cognouit viua cordis fiducia, Ieſum eſſe Chriſtũ Filium Dei: ita nos credamus Ieſum eſſe noſtrum Chriſtum, qui in vera conuerſione recipitur, retinetur fide & poſſidetur, quod cùm fit, meritum mortis Chriſti opponitur peccato noſtro, à quo ipſe nos ſuo ſanguine purgat, iuxta illud: *Sanguis Ieſu Chriſti purgat nos ab omni peccato.* Meritum obediẽtiæ nos iuſtificat. Nam credenti Chriſti, obedientia imputatur ad iuſtitiã, ſicut ſcriptum eſt Rom. 10. 4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti.* Meritũ interceſsionis nos Patri recõciliat adeò vt Pater nos in Filio dilectos habeat, iuxta promiſsionem Patris, dicẽtis Mat.17.5. *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipſum audite.* Cùm itaque purgati à peccatis, iuſtificati obedientia Chriſti, & reconciliati Deo ſumus, debitores facti ſumus liberatori, vt & ipſius hoſtibus Diabolis, eorumque operibus renunciemus, & Deo in ſanctitate & iuſtitia, ſeruiamus omnibus dieb⁹ noſtris. Quomodo autem huic rei ſeruiant Sacramenta, aliàs ſæpiſsimè dictum eſt.

DE TERTIO.

70 *Reſpondit eis Ieſus: Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus Diabolus eſt?*

71 *Dicebat autẽ Iudam Iſcariotham. Hic enim erat traditurus eum vnus, cùm eſſet ex illis duodecim.*

Dominus confeſsionem Petri æditam nomine ipſius & ſociorum, vt veram approbat: quam Matth.16.18. petram vocat, ſupra quam ædificabitur Eccleſia Chriſti, & contra quam non prævalebunt portæ inferorum. Verùm ne Iudas

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

putet Chriſtũ latere ſui cordis malitiam, Chriſtus ſuppreſſo nomine Iudam notat, idque vt reſipiſcat, vel vt ſi nolit reſipiſcere, ſit omnino inexcuſabilis. Vnus ex vobis Diabolus eſt, videlicet, propter ſimile calumniandi ſtudiũ & prodendi animum. Ita Chriſtus infrà alloquitur Iudæos calumniatores, Iohan. cap. 8. verſ. 44. *Vos ex patre Diabolo eſtis. Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis.*

Hîc queſtio occurrit. Cùm honeſtus & ſapiés paterfamilias non patitur (modò nouerit) ſeruum improbum & furem in ſua familia, quî igitur fit quòd Dominus, qui videt intimos receſſus cordis Iudæ, patiatur ipſum inter ſuos diſcipulos, eoſque ſelectiſsimos? Reſpondeo cum Auguſtino. *Magnus ille artifex ſi non poſſet illo vti, nec eſſe eum permitteret.* Voluit enim Dominus in ſuo paruo cœtu oſtendere quid ſecuturũ erat omnibus temporibus, vſq; ad finem mundi. Semper enim erunt in Eccleſia qui Iudam Iſcariotham referunt, hoc eſt, qui verbis Chriſtum confitebũtur, ſed interim viri mercedis erunt. Singulari igitur prouidentia Dei videtur huic proditori, & nomen & cognomẽ inditum eſſe. Nomen quidem Iudas à confeſsione ſeu laude dicitur apud Hebræos, vt hic Iudas Chriſtum confitetur verbis eumque laudibus extollit miſſus cum aliis. Cognomen verò Iſcariothes, id eſt, vir mercedis, quod cognomẽ optimè cõgruit huic proditori, qui mercede Dominum vẽdidit. Tales ſunt multi hodie in Eccleſia, qui foris ſunt Iudę ad tempus, intus verò viri mercedis, vt qui omnia faciant propter mercedem.

Hinc ergo admoneamur de externo Eccleſię cœtu, in quo & inter doctores, & inter auditores erunt hypocritæ. Nam vt inter ſocios Apoſtolos latuit Iudas, larua Apoſtoli & doctoris tectus: ita ſemper in Eccleſia Dei erunt qui miniſtri Chriſti haberi volunt, cùm tamen veræ doctrinæ ſtruant inſidias, quos & Chriſtus nouit, & tempus aliquádo prodet. Præterea, vt inter auditores Chriſti, multi ſunt non ſinceri, qui nunc murmurant, nunc manifeſtè ſe Chriſto opponunt, & tandem planè deficiunt: ita ſemper in externo Eccleſiæ cœtu erunt non pauca membra mortua, quæ ſunt in Eccleſia, hoc eſt, ſanctorũ ſocietate, veluti vlcera in humano corpore. Cùm ergo videmus hodie multos deficere, & inter eos non paucos qui ob excellentem ſapientiam & dona varia in magna ſunt admiratione, non frangamur animis hoc ſcandalo, nec deſperemus, ſed ſciamus Eccleſiam nihilominus manſurá eſſe iuxta promiſsionem Chriſti, Matth. 16. 18. *Portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam.*

Habet & hæc Chriſti interrogatio, vim exhortationis ad vigilantiam. Nam cùm vni generaliter tantum impietatis onus imminere affirmat, omnes ſollicitos reddit, & horrore quodam ad maiorem vigilantiam erigit.

Confutantur præterea hîc Anabaptiſtæ & Donatiſtæ, cum Staphilo apoſtata, qui contendunt non poſſe eſſe Eccleſiam Dei in illo hominum cœtu, in quo vel ſunt Hæretici, vel ſchiſmata, vel vlla manifeſta crimina, quos etiam Diuus Paulus, 1. Cor. 1. 1. confutat, cùm Eccleſiam Corinthiacam ſanctam nominat, in qua tamẽ fuêre plurima ſcandala, pernicioſæ hęreſes & multorum hominum mores corruptiſsimi.

Poſtquam autem hoc ſextum caput vtcunque enarrauimus, iam breuiter vſum totius huius diſputationis & colloquij, Auguſtini verbis concludamus. *Hoc totum,* inquit, *quod Dominus de carne & de ſanguine ſuo locutus eſt, & quòd in eius diſtributionis gratia vitam nobis promiſit æternam, & quòd hinc voluit intelligi mãducatores & potatores carnis & ſanguinis ſui, vt in illo maneant, & ipſe in illis, & quòd non intellexerunt, qui non crediderunt, & quòd ſpiritalia carnaliter ſapiendo, ſcãdalizati ſunt, & quòd eis ſcandalizatis & pereuntibus, conſolatio Domini affuit diſcipulis qui remanſerunt, ad quos probandos interrogauit: Nunquid et vos vultis abire? vt reſponſio permanſionis eorum innoteſceret nobis. Nam & ille nouerat qui manebunt. Hoc ergo totum ad hoc nobis valeat, dilectiſsimi, vt carnem Chriſti & ſanguinem Chriſti non edamus tantùm in Sacramento, quod & multi mali faciunt, ſed vſque ad Spiritus participationem manducemus & bibamus, vt in Domini corpore tanquam membra maneamus, vt eius Spiritu vegetemur, & non ſcandalizemur, etiamſi multi nobiſcum manducant & bibunt temporaliter ſacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta. Modò enim corpus Chriſti mixtum eſt tanquam area, ſed nouit Dominus qui ſunt eius. Si tu noſti, quid trituras, quia ibi eſt latens maſſa, nec conſumit trituratio, quod purgatura eſt ventilatio. Certi ſumus, fratres, quia omnes qui ſumus in corpore Domini, & manemus in illo, vt & ipſe maneat in nobis, in hoc ſeculo neceſſe habemus vſque in finem inter malos viuere.* Hactenus Auguſtinus.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Svmma Cap. VII.

Dominus in feſto tabernaculorum, clam Ieruſalem aſcendens, poſt lõgam expectationem Iudæorum, in templo docet, & contra calumnias aduerſariorum doctrinæ ac factorũ ſuorum reddit rationem. Et cùm varia iudicia vulgi de ipſo ferebantur, in fine feſti ſummam Euangelij ſui proponit, Phariſæis fruſtra quærentibus ipſum apprehendere, inter quos cùm iurgium oriretur, Nicodemo contendente, contra Legem eſſe hominem non auditum damnare, ſoluitur Concilium.

ORDO ET PARTES CAPITIS VII.

Etſi hoc caput confuſius eſt, & non facilè in certas & definitas partes propter tumultus vulgi & Phariſæorum ſubinde aliud atque aliud tumultuariè inculcãtium de Chriſto diſtribui poteſt: tamen docendi gratia ſex partes à nobis conſtituantur.

Prima: Expoſitio moræ Chriſti in Galilæa, & colloquium ipſius cũ incredulis cognatis de profectione Ieroſolymam verſus in feſto tabernaculorum.

Secunda: Profectio Chriſti Ieroſolymam occulta, & varium ac promiſcuum multitudinis iudicium de ipſo.

Tertia: Concio Chriſti in templo, qua ſuę doctrinæ & facti, hoc eſt, ſanati à ſe hominis in die ſabbati rationem reddit.

Quarta: Furor principum & Phariſæorum mittentium miniſtros qui caperent Ieſum.

Quinta: Concio Chriſti in fine feſti, vnde & variæ ſententiæ populi de Chriſto naſcuntur.

Sexta: reuerſis miniſtris Phariſæorum & non capto Chriſto, indignantur magis Phariſæi, & conſultant de illo è medio tollendo, quorum conſilio per Nicodemum turbato, vnuſquiſq; abiit in domum ſuam.

EXEGESIS SEPTIMI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

Prima Pars Capitis.

PRIMA pars huius capitis exponit, vt diximus, moram Chriſti in Galilæa, qui nolebat ſe in manus hoſtium dare ante tempus, vnde cognati eius offenſi, vtpote increduli, de mora cum eo diſputant, quaſi præter decorum, & officium faceret, qui cùm vellet clarus haberi inter homines, iam latebras quæreret, quibus Dominus modeſtè reſpondens moræ cauſam transfert ad tempus ſuum.

Sunt autem huius partis duo membra.

Primum, mora Chriſti in Galilæa & eius cauſa.

Secundum, colloquium Chriſti & cognatorum eius de profectione Ieroſolymam verſus in die feſto.

De Primo.

B *1 Et ambulabat Ieſus poſthæc in Galilæa. Non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant ipſum Iudæi occidere.*

Etſi clariora ſunt hæc Euangeliſtæ verba, quàm vt vlla declaratione indigeant: tamen hîc quatuor diligenter perpendenda ſunt.

Primum, mora Chriſti in Galilæa.

Secundum, imminentis deſertionis gentis
C Iudaicæ ſignum.

Tertium, pœna vſitata ingratitudinis aduerſus Chriſtum.

Quartum, exemplum fugæ in perſecutione.

Mora Chriſti in Galilæa docet nos, quòd ſæpê vnius gentis malitia facit, vt Euangelium ad aliam gentem transferatur, & Chriſtus veluti migrare videatur ab hoſtibus ad alios, qui ſe audire non recuſant.

Futuræ deſertionis populi Iudaici ſignum
D hoc Chriſti factum eſſe videtur. Sicut enim hîc recuſat Chriſtus in Iudęa verſari, atque illic docere, quia quærebant Iudæi ipſum interficere, ita poſteà ſecuta eſt definita vaſtitas iſtius populi iuxta vaticinium Danielis.

Pœna ingratitudinis aduerſus Chriſtum quo ad omnes nationes & populos, eſt priuatio lucis Euangelicæ, cuius pœnæ exempla penè infinita ſunt. Vbi ipſe Chriſtus ſuo ſancto ore Euangelium docuit, an non ibi iam Mahometi-
E ci furores locum habent? Vbi Apoſtoli ipſi prędicauerunt, nonne partim Mahometici furores, partim Papiſtici errores dominantur? Vſque adeò verum eſt, quòd Paulus per Spiritum Sanctum prophetauit, cùm ait 2. Teſſ. 2.11. *Mittet eis Deus efficacem illuſionem, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati.* Hæc horrenda ingratitudinis pœna nos admoneat timoris Dei, inuocationis, gratiarum actionis, diligentię in audiendo & diſcẽdo Euangelium,
F ſanctæ & honeſtæ diſciplinæ, qua caueãtur hæreſes, ſchiſmata & ſcandala, quæ veluti quędam præludia ſunt tenebrarum, quę ſequentur contemtum Chriſti ac eius ſancti Euangelij. Sint ergo gubernatores diligentes in tuenda diſciplina. Sint doctores in ſcholis & in templis concordes, & fidi ſinceræ doctrinæ cuſtodes. Sint auditores attenti & dociles, vt indies proficiant magis magiſque in omni cognitione & ſenſu, & probent, quæ ſunt meliora, vt ſint ἀπρόσκοποι, &
G pleni fructibus iuſtitię in diẽ Chriſti, Philip. 1.9.

Exemplum fugæ tempore perſecutionis in Chriſto proponitur. Verùm hîc plura ſunt per-

pendenda, videlicet cur Chriſtus fugerit, quænam fuga laudabilis ſit, quæ non, & de cruce Eccleſiæ.

Cur igitur Chriſtus fugit? Quia Iudæi volebant eum occidere. Quid? An non potuit Chriſtus verſari inter Iudæos, & nō occidi? certè hác potentiam, cùm voluit, demōſtrauit. Nam cùm eum iam paſſurum tenere vellent, ait illis Ioh. 18. 4. quem quæritis? Reſponderunt, Ieſum, & ille, ego ſum, non ſe occultans, ſed manifeſtans. Ad eam tamen manifeſtationem illi non ſubſtiterunt, ſed recedentes retrò ceciderunt. Poterat ergo, ſi voluiſſet, non capi, non teneri, non abduci, non occidi, ſed quando tempus eius venerat, tenetur, abducitur, occiditur, q̄a voluit. Nō ergo dubium eſt, quin potuiſſet inter Iudæos conuerſari, & non occidi. Cur igitur fugit? cur latuit cùm in eius poteſtate eſſet occidi vel non occidi? Ad hanc quæſtionem pulchrè reſpōdet Auguſtinus hiſce verbis. *Quando latuit vt homo, non potētiam perdidiſſe putandus eſt, ſed exemplum infirmitati præbuiſſe, quoniam futura erant membra eius, id eſt, fideles eius qui non haberēt illam poteſtatem, quā habebat ipſe Deus noſter. Quòd latebat, quòd ſe tāquam ne occideretur, occultabat, hoc indicabat factura eſſe mēbra ſua, in quibus vtique membris ſuis ipſe erat.* Item: *Non ipſe perdiderat poteſtatem, ſed noſtram conſolabatur fragilitatem. Futurum enim erat, vt aliquis fidelis eius abſconderet ſe, ne à perſecutoribus inueniretur, & ne illi pro crimine obijceretur latibulum, præceßit in capite quod in membro confirmaretur.* Hactenus Auguſtinus. Hinc ergo duas conclude hypotheſes. Vnam, quòd aliqua fuga & aliquod latibulum ſit ſine culpa. Alteram, ꝙ coniicere ſe in manifeſtū diſcrimen, vbi ſine peccato latere licuit, peccatū tētationis Dei & ſtultæ temeritatis ſit. Hoc Chriſti exemplo prohibetur & damnatur temeritas eorū, qui ſponte ſe in manus hoſtium coniiciunt, cuius peccati rei fuêre multi martyres, qui ſe ſponte in manus carnificum tradiderūt. Sed hoc peccatum fide Chriſti abſorptum eſſe putandum eſt.

Porrò cùm Chriſtus Matth. 10. 23. fugá præcipit, inquiēs: *Si igitur perſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Et idē Chriſtus Ioh. 10. 12. fugá dánat, vt quæ non ſit paſtoris boni, ſed mercenarij fugientis veniente lupo, hîc quæritur de fuga præcepta & prohibita, de licita & illicita.

Vt autē ſine errore hác determinemus quæſtionem, primùm ſciendum eſt, duplicē eſſe fugam, animi vnam, corporis alteram. Illa ſemper in vitio eſt, hæc circumſtantiis variat.

Fuga animi vt eſt admodū vſitata: ita & fœdiſſima, quæ ſæpè in eos cadit, q̄ ſe gloriantur ſtrenuos eſſe Chriſti milites, quiq; corpore fugiētes tanquá tráſfugas condēnant. Eſt autē animi fuga, cùm aliquis corpore quidē manet pręſens in officio, ſed animo diſcedit ab officio. Cōmittitur autē hæc fuga animi, vel cōmodi alicuius quærendi gratia, vel periculi declinandi cauſa, & eſt multò fœdior hæc fuga q̃ mercenariorū, qui ꝓpter metum corpora de loco in locū transferūt. Si nō doces ſincerè quæ docēda ſunt, ſi non arguis quæ ſunt arguenda, ſi nō mones quæ ſunt monenda, animo turpiter fugis, etiamſi corpore manes. Vnuſquiſq; ſe examinet, an huius fugæ ſit reus necne. Si reus, proditor eſt gregis Chriſti, opus Dei fraudulenter facit, & in iudicium Dei incurrit: Nihil hîc iuuat ficta excuſatio. At ſi non reus, agat Deo gratias, det gloriam Deo, petat à Deo conſtantiam.

Corporis fuga, cùm vno loco relicto fugitur in alium, duplex eſt, licita vna, altera illicita.

Licita eſt, cùm quis animo manet, corpore diſcedit bono conſilio & bono fine. Hæc interdū officij eſt. Nemo enim debet ſibi ſpōte pericula accerſere, quádo bona cōſciētia declinare licet.

Illicita, cùm & animo & corpore aliquis diſcedit, ouibus lanienæ luporū expoſitis. Hæc fuga proditoria eſt & cōtra officiū boni paſtoris. Eſt enim boni paſtoris, animá ſuâ ponere ꝓ ouibus.

Auguſtinus diſtinctionē fugę corporis ſumit à qualitate ꝑſecutionis, quę ꝑſecutio vel eſt cōmunis paſtorū & ouium, vel paſtorum tantùm, eorumque vel omnium, vel certorū. Hinc idem Auguſtinus tres regulas de fuga licita extruit.

Prima: Si perſecutio eſt communis, eadē vel manendi vel fugiendi neceſsitas incūbit vtriſq;, h. e. paſtoribus & gregi. Si ergo māſerit grex, maneat & paſtor. Si grex diſceſſerit, diſcedat quoq; paſtor. Verùm prudēs paſtor hîc cogitabit, quáta ſit imbecillitas humanæ naturæ, & ſuadebit auditoribus ſuis vt potiùs per fugá vitæ ſuæ cōſulát, declinantes pauliſper impetū atq; incurſum hoſtium, quàm vt ſtantes in acie certaminū atq; periculorum, fidei fiant deſertores: neq; vllum animæ periculum adfert, ſi quis per fugam fidem conſeruet, imò cōfeſsionis teſtimonium talem fugam dixero.

Secunda: Si perſecutio fuerit omnium paſtorum ſimul, & non gregis, forte eligátur qui maneant, diſcedentibus aliis, vt ſeruati aliquando Eccleſiæ ſedatis tumultibus ſeruiant.

Tertia: Si perſecutio fuerit non omniū paſtorū, ſed certorū dumtaxat, ſit Pauli exemplū Act. 20. pro regula, qui fugit rabiem perſequentium ſe relictis aliis apud gregem, quibus ipſe gregē commendauit, affirmans eſſe Epiſcopos qui paſcerent Eccleſiam quá ipſe Deus ſuo ſanguine ſibi acquiſiuiſſet. Quid? An non ipſe Dominus Matth. 10. 28. dicit: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere.* Cùm ergo omnis fuga ſit cum timore animi coniuncta, videtur probibitione timoris omnis corporis fuga prohiberi. Reſpondeo, vt timor animi qui eſt contra officium: ita fuga corporis cum officio pugnans damnatur.

Fuga corporis illicita & dánanda, eſt cùm paſtor aliquis de loco vno in aliū fugit, vel rei augendæ gratia, vt auarus, vel tædij cauſa vt voluptuarius, vel ingratitudine auditorum fractus, vt effœminatus, vel perſecutionis malo deterritus, vt impatiens. Non ergo vel auari, vel voluptatibus dediti, vel effœminati, vel impatientes apti sūt miniſterio Euágelico. Huiuſmodi enim potiùs mercenarij q̃ paſtores putádi ſunt. Plura

de

de fuga licita & illicita legantur in enarratione Euangelij Dominicæ ſecundæ poſt Paſcha.

Porrò cùm fuga ſit ſpecies crucis eccleſię, monet hic locus vt nonnulla huc de cruce adiiciamus. Eſt autem crux, vt in eccleſia accipitur, quicquid quouis modo nos cruciat & affligit, ſiue intus ſiue foris. Hæc ſi à ſubiectis differentias petimus, triplex eſt. Prima communis piis & impiis. Secunda eorum qui ſunt extra eccleſiam. Tertia eccleſiæ propria. Hæc tria crucis genera definiri & diſtingui cauſis efficientibus & finalibus poſſunt hoc modo.

De Cruce communi.

Crux communis habet duas cauſas: Vnam in homine, alteram in Deo. Cauſa crucis cõmunis vna & eadẽ in omnibus hominib. poſt lapſum primorum parẽtum eſt peccatum hæreditariũ, quod in omnibus hominibus pœnam meretur. Cauſa crucis communis in Deo, eſt Dei iuſtitia, qua ipſe iuſtiſsimè punit deficientes à norma ſuæ volũtatis, quã in paradiſo ante lapſum non ſolùm Adam & Euę, ſed cõmuni humanæ naturæ propoſuit, quæ natura communis ob transgreſsionem primorum parentum rea eſt, & rea punitur. Huius autẽ crucis partes ſunt nuditas, excluſio à paradiſo, maledictio, labor, dolor, mors corporis & mors animæ, donec regnũ peccati in homine per Chriſtum non deſtruatur & fiat per eũdem plena redemptio. Hinc eſt quòd cùm pij tùm impij fame, ſiti, morbis, morte affliguntur. De hoc crucis genere ipſe Deus Geneſ. 3. 11. loquitur, cum primis parentibus noſtris nuditatem ſuam exprobrat, & minatur pœnas, quas modò enumerauimus. Præterea Iob, cap. 14. 1. huius crucis meminit, cùm ait: *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſeriis, qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit veluti vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* Quoniam autem hæc crux cõmunis eſt piis & impiis quemadmodum oſtendimus, non eſt temere de pietate vel impietate ex cruce iudicandum, quemadmodum amici Iob fecerunt, & vulgus hominum quotidie facit. Teneatur ergò hæc regula. Non eſt de quoquam ferendum iudicium ex iis rebus quę piis & impiis, filiis Dei & filiis Diaboli communes ſunt.

Fines huius communis crucis quinque numerari poſſunt.

Primus, vt crux ipſa reuocet nobis in memoriam lapſum primorum parentũ. Eſt enim omnis aduerſitas, vndecunq; venerit, commonefactio quædam de lapſu totius naturæ humanæ in primis parentibus. Hìc iuxtà cogitetur tota creationis hominis hiſtoria, videlicet qualis cõditus fuerit & qualis factus ſit per lapſum Adæ.

Secundus, vt admoneamur de proprio reatu. Nam vnius delicto mors in omnes peruaſit. Rom. 5. 12. Huc pertinet confeſsio Dauidis Pſal. 51. 7. *In peccatis concepit me mater mea.*

Tertius, vt crux ipſa ſit publicum teſtimoniũ iræ Dei aduerſus omnes homines ab Adam iuxta communem naſcendi legem propagatos.

Quartus, vt crux communis ſit præmonitio

A futuri iudicij in omnes homines & meritæ condemnationis ad æterna ſupplicia propter bonum infinitum læſum, niſi aliunde, id eſt, per Chriſtum nobis ſuccurratur.

Quintus, vt Chriſtum quæramus, qui ideo promiſſus & datus vt deſtruat opera diaboli peccatum & mortem.

De Cruce eorum qui ſunt extra Eccleſiam.

Crux eorum qui ſunt extra eccleſiam, pręter

B communẽ cauſam habet cauſas in hominibus perſonales lapſus, & iuſtitiam in ipſo Deo, quæ diſtribuit pœnas pro ratione culpæ & delictorum. Pœnæ autem perſonaliũ lapſuum vt plurimum habent comparationem ad ſcelera perpetrata iuxta regulam quæ eſt Sapientiæ 11. 17. *Per quæ quis peccat, per eadem etiam punitur.* Ex hac regula cõcluditur dictum Domini ad Petrum: Matt. 26 52. *Qui gladium acceperit, gladio peribit.* Huius rei exempla plurima videre eſt in hiſtoria e-

C ductionis populi de Ægypto, & in multis morbis qui ſunt pœnæ helluationum & libidinum.

Huius crucis fines plures ſunt.

Primus, vt crux & afflictio impiorum ſit teſtimonium prouidentiæ Dei punientis ſcelera.

Secundus, vt cùm pœnis cohercentur ſcelerati, alij tranquilliùs viuant.

Tertius, vt ipſi ſcelerati cruce inuitentur ad pœnitentiam.

Quartus, vt non reſipiſcentes habeant præ-

D ſentem afflictionem, tãquam ἔνδειξιν quandam τῆς ἀπωλείας, hoc eſt, apertum teſtimonium & indicium venturæ ſuper eos perditionis.

De Cruce Eccleſiæ.

Crux Eccleſiæ propria, quæ etiam eius nota dici meretur, tres cauſas habet ſemper coniunctas. Vnam in homine, quæ eſt cõfeſsio ſeminis mulieris. Tametſi hæc cauſa, ſi propriiſsimè loquamur, occaſio potiùs dicenda eſt. Eſt autem hæc confeſsio adeo neceſſaria, vt nũquam à fide

E ſeparari poſsit ſi poſtuletur. *Corde enim*, inquit Paulus Rom. 10. 10. *creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſsio ad ſalutem.* Alteram, rabiem in diabolo & membris eius iuxta dictum, Gen. 3. 15. *Tu mordebis calcaneum ipſius.* Tertiam, ſtorgam paternam in clementiſsimo patre cœleſti. Teneatur & hìc regula Pauli. 2. Tim. 3. 12. *Omnes qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patientur.*

Fines crucis eccleſiæ ſunt hi præcipui. Primus, vt in omnibus quæ nobis in hac vita acci-

F dunt, ſiue proſpera, ſiue aduerſa, ſubiiciamus nos ſapienti prouidentiæ Dei, idq; in vero timore Dei, in ardenti inuocatione, in iugi gratiarũ actione, in alacri obedientia, ſuſtẽtantes nos diuinis promiſsionibus. Timor enim Dei facit, vt in omnibus actionibus noſtris, quę palàm & occultè fiũt, Deum inſpectorem & iudicẽ veneremur. Ardens inuocatio impetrat à Deo in noſtris neceſsitatibus conſiliũ & auxiliũ. Gratiarũ actio benefactorẽ agnoſcit, eum prædicat, inui-

G tatq; ad plura nobis beneficia conferenda. Alacris obediẽtia ex fide profecta expectat promiſſam remunerationem & defenſionẽ in hac vita

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

iuxta has promiſsiones. Exod.20.6.*Faciens miſe-* A
ricordiam in multa millia iis qui diligunt nomen meum
& cuſtodiunt præcepta mea. Item Gen.20.12. *Hono-*
ra parentes, vt bene tibi ſit ſuper terram. Etſi autem
nemo præſtat perfectam obedientiã iuxta nor-
mam Legis: tamen promiſsiones legis ratę ſunt
fidelibus, iuxta illud Pauli. 2. Corin.1.20. *Omnes*
promiſsiones in Chriſto Ieſu ſunt etiam & Amen. Sit
ergo in nobis alacre ſtudium obediendi Deo,
ſit conatus, quantus eſſe poſsit ex fide.

Secũdus, vt in peregrinatione hac ſimus con B
formes Chriſto in cruce, qui olim in patria cœ-
leſti & regno gloriæ cum illo glorificabimur. *Si*
inquit Roman. 8.17. Paulus, *cum illo patimur, cum*
illo quoque glorificabimur.

Tertius, vt flagello Dei caro noſtra caſtigata
non ferociat aduerſus ſpiritum. Ideo enim cle-
mẽtiſsimus pater caſtigat ſuos vt eos veluti fre-
no iniecto reprimat, & in officio cõtineat, iuxta
illud Prouerb.3.11. *Diſciplinam Dei ne auerſeris &*
non abomineris correptionem. Quem enim diligit Domi- C
nus caſtigat, eoq́ veluti pater filio delectatur. Cum
his congruit dictum Tertulliani: *O ſeruum illum*
beatum, cuius emẽdationi Dominus inſtat, cui dignatur
iraſci, quem admonendi diſsimulatione non decipit. Et
illud Auguſtini: *Et cùm blandiris pater es, & cùm cæ-*
dis pater es, blãdiris ne deficiam, cædis ne peream. Item:
Illi Deus iraſcitur, quem peccantẽ non flagellat. Nam
cùm verè propitius eſt, non ſolùm donat pecca-
ta, ne noceant ad futurum ſeculũ, ſed etiã caſti-
gat, ne ſemper peccare delectet. Breuiter, Deus D
cruce præſumptionem propriæ virtutis euer-
tit, hypocriſin detegit, confidentiam carnis ex-
cutit, & vt in ſe ſolum recumbamus, facit.

Quartus, vt cogitemus nos non habere hîc
manentem ciuitatem. *Exeamus,* ait autor epiſt.
ad Hebr.13.13. *ad eum extra caſtra, improperium eius*
portantes. Non enim hîc habemus manentem ci-
uitatem, ſed futuram inquirimus.

Quintus, vt non ponamus in vllis rebus hu-
ius vitæ ſpem noſtram, ſed ſemper leuemus cor E
da noſtra in cœlum, vnde expectamus ſaluato-
rem noſtrum Ieſum Chriſtum.

Porrò cõſolationes ſub cruce petant pij ex 8.
cap. ad Rom. vbi Paulus ſex pręcipua argumen
ta conſolationum colligit, quorum primum ſu-
mitur à collatione pręſentis afflictionis ad futu
ram gloriam. Secundum ab exemplo creatura-
rum. Tertium ab exemplo apoſtolorum. Quar-
tum ab ordine & tẽpore liberationis. Quintum
ab auxilio diuino. Sextum ab euentu ſeu exitu F
afflictionum. Cum his conſolationibus nullæ
philoſophicæ conſolationes conferri poſſunt,
quæ tàm citò euaneſcunt quàm dicuntur.

DE SECVNDO.

Hoc ſecundum membrum continet collo-
quium Chriſti & cognatorũ eius de profectio-
ne Ieruſalem ad Feſtum tabernaculorum.

Sunt autem in hoc mẽbro quatuor articuli.
Primus. Occaſio colloquij.
Secundus. Compellatio fratrum Domini.
Tertius. Indicatio incredulitatis eorundem.
Quartus. Reſponſio Domini.

Primus Articulus.

2 Propè autem erat Feſtum Iudæorum
Scenopegia.

Occaſionem colloquio inter cognatos Chri-
ſti & Chriſtum dedit tempus ipſum, videlicet
quòd appropinquaret Feſtum Iudęorum quod
à figẽdis tabernaculis Scenopegia Græcè dice-
batur, Hebraicè ad verbũ Feſtũ tabernaculorũ.
Celebrabatur autẽ hoc Feſtũ in Septẽbri ſeptẽ
B integros dies, initio ſumpto à 15. eiuſdẽ menſis.
Huius feſti rationem Dominus apponit, cùm
ait: *Vt poſteri veſtri ſciãt quòd in tabernaculis fecerim*
habitare filios Iſrael, cùm educerem eos de terra Ægypti.

Sed cur voluit Dominus filiis Iſrael reuoca-
re in memoriam habitationem in tabernacu-
lis? plures ſunt cauſæ.

Prima vt admonerentur de miſerrima & ca-
lamitoſa vita, quam maiores eorum in deſerto
duxerãt, in quo errarunt exules 40. annos ſine
C domo, ſine agro & inter gentes inimiciſsimas.

Secunda, vt reuocarentur animi illorum ad
memoriam miraculorũ, quibus Dominus con-
ſeruauerat eos & tradiderat eis terram Canaan.

Tertia, vt conferrent pręſentẽ felicitatẽ cum
pręterita miſeria, videlicet ꝙ tunc errarint exu-
les in deſerto, nunc autem poſsideant tot regna
Canaã, quot tũc nec domos nec agros poſſede-
rint, ſed neceſſe habuerint in tuguriis habitare,
eaq; ſubinde mutare, nunc autẽ poſsideãt non
D domos tãtùm, ſed magnificas ædes, adeoq; cla-
riſsimas & munitiſsimas vrbes, quodq; tunc o-
mnibus finitimis nationib. prædæ & direptioni
fuerint, nũc autem omnibus ſint formidabiles.

Quarta, vt & pro olim præſtitis maiorib. eo-
rum beneficiis & pro præſenti conſeruatione
Deo gratias agerent. Vt ergo iſtis ſeptem die-
bus meditabãtur beneficia præſtita Iſraeli poſt
exitum de Ægypto in deſerto: ita occupaban-
tur in gratiarum actione, quam teſtabãtur quo-
E tidię ſacrificiis.

Quinta, vt omnia Moſaica vmbræ fuêre futu
rorum: ita hęc in tabernaculis habitatio peregri
nationis eccleſiæ in hoc mũdo typus erat. Cùm
igitur intuemur præſentẽ eccleſię ſtatum, cogi-
temus eius vmbram præceſsiſſe in deſerto, non
quo ad calamitatẽ pręſentem attinet duntaxat,
verumetiam quantum ad ingenia hominũ atti-
net, & mores eorũ, qui ſunt in externo eccleſiæ
cœtu. Vt enim in illo cœtu fuêre multi infirmi,
F multi increduli prorſus, multi murmuratores
& opponẽtes ſe duci Moſi, & pauci verè pij: ita
hodiè in eccleſia ſunt multi infirmi, multi mor-
tua membra, multi murmuratores hæretici &
ſchiſmatici, & pauci admodũ verè pij, quos ta-
mẽ dux noſter Chriſtꝰ in hoc deſerto defendit.

Sexta, quemadmodum poſt peregrinationẽ
longã populus introductus eſt in terrã Canaã:
ita eccleſia duce Chriſto in cœleſtem patriã ſu-
peratis præſentib. afflictionibus introducetur.
G Cùm ergo præſentẽ eccleſiæ ſtatum intuemur,
cogitemus gloriam promiſſam, & non franga-
mur animis, quoniã ſpes noſtra non pudefiet.

Secundus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Secundus Articulus.

3 Dixerunt igitur ad eum fratres eius: tranſi hinc & vade in Iudæam, vt etiam diſcipuli tui videant opera tua quæ facis.

4 Nemo enim in occulto quid facit, & quærit ipſe palàm eſſe. Si hæc facis, manifeſta teipſum mundo.

Duo facit hîc Euangeliſta. Primùm indicat, quinam fuerint qui Domino hîc inſultant. Deinde addit orationẽ eorum ad Dominum, ſeu compellationẽ inſultationis plenam. De vtroque, ordine dicemus.

Non fruſtra Euangeliſta refert, fratres Domini, hoc eſt, cõſanguineos Mariæ virginis matris Domini (nam quilibet cognati & affines Hebræis fratres dicuntur, vt Abraham & Loth dicuntur fratres, tametſi Abraham fuit patruus Loth. Laban & Iacob fratres ſunt dicti, cùm tamen Labã eſſet auunculus Iacob) fuiſſe, qui Dominum compellant eiq́; inſultant. Nam hac relatione ſeu indicatione ſignificat Euãgeliſta regnum Chriſti non eſſe alligatum prærogatiuæ carnali aut cognationi carnis ſed fidei promiſſionis, id quod Scriptura multis in locis docet. Euangeliſta noſter Ioh. 1. 12. ſic habet: *Quotquot receperũt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomen eius, qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Matt. 12. 48. quidam dicũt Domino: *Mater tua & fratres tui quærunt te:* quibus Dominus reſpondens ait: *Quæ eſt mater mea, & qui fratres mei? & extendens manum in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea & fratres mei: Quicunq; enim fecerit voluntatem Patris mei qui in Cœlis eſt, ipſe meus frater, mea ſoror & mater mea eſt.* Similiter quædam mulier, vt eſt Luc. 11. 28. extollens vocem de turba dixit: *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti,* cui Dominus: *Imò verò beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud.* Huc pertinet etiam dictũ Pauli ad Rom. 9. 8. *Non filij carnis ſunt filij, ſed filij promiſſionis æſtimantur in ſemine.* Hinc concludamus doctrinam catholicam, quòd in regno Chriſti non habeatur ratio prærogatiuæ carnis, aut cognati ſanguinis, ſed ſolũmodò promiſſionis & fidei, qua promiſſio apprehẽditur. Maria mater Domini nõ ſaluata eſt, quia fuit mater Saluatoris, ſed quia in Filium ſaluatorẽ credidit, quemadmodum audit ab Elizabetha: *Beata es quia credidiſti.* Sic Iohãnes & Iacobus non cognatione, ſed fide ſaluati ſunt. Hęc doctrina eſt Prophetarum, Chriſti & Apoſtolorum, quæ adeò offendit Iudæos, quòd ipſum Dominum vſq; ad mortem crucis perſecuti ſint. Eſtq́; hęc doctrina fundamentum, quo nititur Paulus docens de reiectione Iudæorum & aſſumptione Gentium. Illi enim credere in Saluatorem recuſarunt. Hæ autem fide Chriſtum vt vnicum redẽptorem receperunt. Etſi autem Dominus aſſumpſit humanam naturã in Iudæa ex proſapia Dauidica: tamen non eſt Iudęis vinculo carnis ita alligatus, vt propterea priorẽ locum in regno Chriſti habeant, quemadmodũ vxor Zebedæi, quæ alterum filiorũ in regno Chriſti volebat ſedere ad dexterã Chriſti, alterum ad ſiniſtrã, ſomniabat. Ideo enim dicitur Ioh. 1. 14. *Λόγος caro factus eſt.* vt ſciatur ꝙ Dominus ſocietate naturæ ex æquo omnibus hominibus ſit coniunctus, vtq́; ſciant omnes homines ſibi patere viam vitę per eũ qui factus eſt homo, modò fide naſcantur filij Dei.

Colligamus ergo hinc doctrinam & conſolationem. Doctrinã quidem de vniuerſali gratia contra familiã Zenonis. Vt enim Chriſtus communem naturã aſſumpſit, ita omnibus hominibus eiuſdẽ ſecum naturæ participib. promiſcuè ſalutem offert, ſed fide accipiendã. Ideo dicit diſcipulis, Mar. 16. 15. *Ite in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, ſaluabitur.* Non eſt ergo diſtinctio Iudæi & Græci, Dominus diues eſt in omnes, qui inuocant eũ. Hoc cùm videret in ſpiritu Dauid, inuitabat Gentes ad laudes Deo canẽdas. Pſal. 117. *Laudate,* inquit, *Dominum omnes Gentes, & laudate eum omnes populi; quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.*

Conſolationem verò, quòd tametſi nos non ſumus nati ex ſanctis illis patribus, quibus facta eſt promiſſio: tamen promiſſionis Filij ſumus, & reputamur pro ſemine, modò in Chriſtum firma fiducia recubuerimus, quemadmodum copioſè Paulus docet ad Rom. 4. 16. & 9. 8. Item Galat. 3. 19. & habet hæc doctrina totius Scripturæ conſenſum. Plura de hoc argumento ad Rom. 9. 10. & 11. legantur.

Oratio ſeu cõpellatio fratrum Domini conſtat propoſitione, ratione duplici & cõcluſione.

Propoſitio eſt: *Tranſi hinc & vade in Iudæam.* Hęc propoſitio inſidioſa eſt, & inſultationis plena. Non ignorarunt hi Chriſti fratres, quòd Iudæi Domino, propter hominem ſanatum in die ſabbati, quem morbus 38. annos tenuerat, inſidiarentur, atq; eum occidere molirentur, nec latuit eos, quòd Dominus vt declinaret hunc Iudæorum furorem, diutius in Galilæa latuerit, neq; enim furioſis hoſtibus ſuis non vrgẽte vocatione, & tempore nõdum oportuno, occaſionem obiicere voluit. Ex quo facile eſt coniicere; cognatos Domini non amore Chriſti, nec ſtudio obſeruandæ legis motos Dominum admonuiſſe, vt in Iudæam ſe cõferret: ſed potiùs inuidia, vt è medio tolleretur, ſi veniret Ieroſolymã, haud dubiè ſeducti erant à Phariſæis & pellecti vt hoc facerent. Hanc fortunam ſi hodiè cogantur experiri miniſtri Chriſti, conſolentur ſe exẽplo magiſtri ſui ſciantq́; diſcipulum non eſſe ſupra magiſtrum ſuum, nec ſeruum ſupra Dominum ſuum, id quod ipſe Dominus ſuos apoſtolos cogitare voluit, dum eos ablegauit ad annunciandum regnum Dei, ſi quid aduerſi in legatione contingeret. Matth. 10.

Cæterùm cognati Domini ſuppreſſa vera ratione, qua moti Dominum vrgebant ad profectionẽ, alias honeſtas fingunt, quod quàm vſitatũ ſit in mũdo, quotidie experimur. Vafri enim homines rationes ſuorum conſiliorũ ſæpè com

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

miniſcũtur honeſtas & graues, cùm interim veras cauſas inſidioſè occultant. Sed audiamus quid dicant cognati Domini. *Vt & diſcipuli tui,* inquiunt, *videant opera tua quæ facis.* Hæc prima eſt propoſitionis ratio, quam prætexũt, magna, vt apparet, & grauis. Videri enim volunt ſtudere honori & gloriæ Chriſti propagandæ, dum eius diſcipulos miraculis Domini confirmari volunt, vt confirmati latiùs & maiori cum confidentia ſpargant doctrinam eius. Verùm præpoſtero ſtudio hoc fecerunt. Sciuerũt enim Domini diſcipulos antea fuiſſe & doctrina & miraculis confirmatos. Sciuerunt quoque eos tum obligatos fuiſſe vt paſsim nunciarent regnum Dei, & inuitarent homines ad pœnitentiam. Ab hoc neceſſario opere & legitima vocatione volebant reuocari diſcipulos Domini ſub candoris & obſeruantiæ prætextu, quam artem & hodiè hypocritæ egregiè callent.

Sequitur altera ratio. *Nemo enim,* inquiunt, *in occulto quid facit, & quærit ipſe palàm eſſe,* ac ſi dicerent: Hęc ita inter ſe pugnant, vt meritò ſtultus habeatur, qui ea ſimul ſtare poſſe exiſtimet. Quid enim magis pugnat quàm cupere celebrē fieri inter homines, vt omnes ipſius magnifica facta prædicent (hæc enim duo vocabulo παῤῥησίας ſignificantur) & quærere latebras & in obſcuris locis magnifica opera exhibere conſpicienda paucis quibuſdam & obſcuris hominibus? atq; ita cognati Domini ſtultitiæ eum accuſant, vt qui non ſapiat quod vel minimus quiſque è vulgo ſapit.

Sequitur cõcluſio. *Si hæc facis, manifeſta te mundo.* Etſi hic deeſt illatiua particula: tamen manifeſta eſt concluſio, cuius hic eſt ſenſus. Si ergo vis celebris haberi, ſi vis tua facta innoteſcere mundo, ſi vis per omnium ora celebrari, deniq; ſi vis haberi Meſsias, tranſi hinc, vade in Iudæā, & in hoc celebri Feſto, ad quod totus Iſrael concurrit, & multi ex vicinis populis cõfluunt, manifeſta te mundo, oſtende te Meſsiam eſſe, æde miracula in conſpectu tantæ frequentiæ hominum, vt eam gloriam, quam quæris, cõſequaris.

Tertius Articulus.

5 Neque enim fratres eius crediderunt in eum.

Hæc Euangeliſtæ verba cõfirmant interpretationem noſtram quam attulimus. Hiſce enim verbis ſignificat Euangeliſta, quòd cognati Domini ironicè & inſultãdo ſint locuti, & non ſincero corde. Quod hìc in capite præceſsit, expectent mēbra, quod Domino accidit, ſeruis eueniet, neq; eſt quòd diſcipulus expectet meliora, quàm quæ ſit expertus magiſter eius. Conſolemur itaque nos exemplo Domini, quando ſine noſtra culpa, fratrum & domeſticorum experimur perfidiam, & ſciamus Deo placere obediētiam in perferenda tali ingratitudine.

Quartus Articulus.

6 Dicit igitur eis Ieſus: Tempus meum nondum adeſt, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

7 Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego teſtificor de ipſo quòd opera eius mala ſint.

8 Vos aſcendite ad Feſtum hoc, ego nondum aſcendam ad Feſtum hoc, quia tempus meum nondum impletum eſt.

9 Hæc cum dixiſſet eis, manſit in Galilæa.

Hæc Domini reſponſio primùm cauſam continet, cur Dominus non ſtatim aſcenderit Ieroſolymam ſub initium feſti. Deinde cauſam odij Iudæorum aduerſus ſe exponit. Tum iubet vt ipſi cognati aſcendant, ſimulq; repetit cauſam ſuæ moræ in Galilæa.

Cauſa cur non aſcēderit ad fratrum ſuorum petitionem in Galilæā, indicatur, cùm ait: *Tempus meum nondum venit,* Græcè καιρὸς oportunum tempus notat. Significat ergo Chriſtus, obtemperãdum quidem eſſe vocationi, ſed obſeruata oportunitate, quaſi diceret: Vos ſcitis Iudæos me odiſſe, & vitæ meæ inſidiari, ſed nondum venit tempus meum, quo ſcilicet vel occidar ab ipſis, vel quo glorificer à Patre: ſed cùm venerit, Patri meo in mea vocatione obediā. *Veſtrum autem tempus ſemper eſt paratum,* hoc eſt, expeditũ & liberum ab omni periculo. Sēper enim ſine periculo veſtro & in Iudæam proficiſci, & aliò quocunq; libet, vobis liberum eſt. Hanc eſſe ſententiam horum verborum ex antitheſi liquet. Non eſt ergo quòd hìc ſubtiliora quæramus. Nā Dominus ſimpliciter ad cõpellationem cognatorum reſpondet, quemadmodum ratio ſubiecta clariùs adhuc oſtendit, cùm ait: *Non poteſt mũdus vos odiſſe.* Auguſt. *Non poteſt mũdus vos odiſſe amatores ſuos, teſtes falſos ſuos.* Bona enim dicitis quæ mala ſunt, & mala quę bona ſunt. Me autē odit, vt qui mala, mala: & bona, bona dicam, quaſi diceret: Cùm mũdus vos non odit, ſecuri poteſtis verſari vbi placet. Verùm quia me odit, non me tradam illi, antequam tēpus meum aduenerit.

Addit & cauſam cur mundus ſe odio habeat. *Quia,* inquit, *teſtificor de ipſo, quòd opera eius mala ſint.* Chriſtus enim vt medicus nõ facit vulnera, ſed mõſtrat & teſtatur de vulneribus, vt ægroti opem medici implorent & ſanentur. Hinc eſt quòd Dominus ſe medico conferat in Euangelio. Nam cùm diſcipuli Domini interrogarētur à Phariſęis, cur eorum magiſter manducaret cũ publicanis & peccatoribus, Dominus anteuertens diſcipulos, reſpõdit: *Non opus eſt valentibus medico, ſed malè habētibus.* Hunc medicũ imitētur ſinceri Euangelij miniſtri, vt Petrus Actor. 2. Itē Prophetæ & Apoſtoli omnes, ne homines ægroti neglectis vulneribus medicũ etiā contemnãt.

Sed quomodo hæc congruunt cum iis quæ ſunt in cap. 5. 45. *Nolite putare, quòd ego accuſaturus ſim vos apud Patrem. Eſt qui accuſat vos, Moſes.* Iſte locus cõparatiuè accipiēdus eſt. Non enim ſimpliciter negat Chriſtũ accuſaturum Iudęos, ſed corrigit errorē Iudæorũ, qui de Moſe gloriabantur tãquam patrono ſuæ cauſæ aduerſus Chriſtũ. Eſt ergo iſtius loci ſentētia. Nõ ego ſolus, vt vos

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

vos putatis, accuſo vos, verumetiam Moſes mecum conſentit, à quo accuſamini. Neque tamen hinc rectè infertur: Chriſtus accuſat homines, & eos peccati reos peragit. Ergo Euágelium eſt prædicatio qua peccata hominum arguuntur per ſe. Nam Chriſtus dum accuſat peccata, alienum opus facit, vt ſuum faciat. Siquidẽ vt Lex ipſa per ſe accuſat peccatum & damnat peccatores: ita Euágelium per ſe monſtrat Chriſtum medicum, qui peccata tollit omniũ eorum qui ad ſe conuertuntur, & ob hanc cauſam Euangelium propriiſsimè definitur prædicatio pœnitentiæ, id eſt, conuerſionis & remiſsionis peccatorum in nomine Chriſti. Hæc ſiquidem tria ſunt propria Euangelij, prædicare Chriſtũ, docere remiſsionem peccatorũ fieri merito Chriſti, teſtari quôd hæc peccatorum remiſsio offeratur pœnitentibus, id eſt, iis qui per fidem conuertuntur. Nihil horum trium præſtat lex, quæ miniſterium mortis eſt.

PARS II.

Secunda pars huius capitis nihil obſcuri habet. Continet enim claram hiſtoriam de profectione Chriſti ad feſtum tabernaculorũ, & exponit varia cùm principum Iudęorum tum vulgi iudicia de ipſo. Et ſi in articulos placet diſtinguere, ſit:

Primus, occulta aſcenſio ad Feſtum.

Secũdus, Iudæorũ de Chriſto percontatio.

Tertius, diuerſitas iudiciorum de Chriſto.

Quartus, indicatio furoris Iudęorum aduerſus Chriſtum, qui tãtus erat, quòd nemo palàm ſit auſus de ipſo loqui, nedum cõfiteri Meſsiam eſſe. De hiſce articulis breuiſsimè dicemus.

Primus Articulus.

10 *Vt autem aſcẽderunt fratres eius, tunc & ipſe aſcendit non manifeſtè, ſed tanquam in occulto.*

Hîc quando & quomodo aſcenderit Dominus ad feſtum, exponitur. Nos cauſas etiam aſcenſionis adiiciemus. Aſcendit poſt quam fratres aſcẽdiſſent, aſcendit occultè ſine comitatu.

Cauſæ cur aſcenderit ſunt plures.

Prima, obedientia erga legem Moſis, quæ lex duo requirit. Primum, vt omnes maſculi ter in anno, videlicet in feſto azymorum, in feſto hebdomadarum, & in feſto tabernaculorum cõuenirent in locum à Deo ordinatum, videlicet Ieruſalem, idq́; publicæ confeſsionis cauſa. Alterum vt ſinguli pro ratione ſuarum facultatum aliquid offerrent in teſtimonium gratitudinis pro conſeruatione iſtius populi. Huc pertinet Pauli dictum, Gal. 4. 4. *Factus eſt ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret.*

Secunda, vt occaſionem calumniæ propter violatam legem vitaret. Tametſi enim ipſe erat Dominus ſabbati, atque adeo omnium feſtorũ: tamen ſubiecit ſe ſabbato aliiſque feſtis, vt hypocritæ non haberent quod Dominum traducerent apud vulgus propter violata feſta.

Tertia, vt exemplo ſuo & teſtimonio confirmaret miniſterium diuinitus ordinatum.

Quarta, vt in frequentiori turba ſuam doctrinam ſpargeret: quare ſignificabat ſe gratiá ſuam omnib. promiſcuè offerri & minimè abſterreri minis. Nam vocationis neceſsitatẽ antepoſuit minis & periculis omnibus, relinquẽs miniſtris Euágelij exemplum, vt ita deuitent pericula ne interim officiũ vocationis neceſſariũ negligant.

Hîc duo ſe offerunt expendenda, videlicet, quòd ad ingratos voluerit redire, & quòd ceremoniis infinitis corruptelis & phariſaicis opinionibus contaminatis, intereſſe voluerit.

Quòd ad ingratos voluerit redire eosq́; vocare ad ſalutem, ſummi amoris indicium fuit. Voluit enim ſalutem eorum, qui in ſuam machinabantur perniciem. Atque hoc eſt quod dicit Propheta: *Quoties expandi manum meam ad populum rebellem & contradicentem mihi?*

Quantum autẽ ad ceremonias attinet, tenendum eſt ante omnia diſcrimẽ inter humanas & diuinas ceremonias. Humanæ, ſi faciunt ad ordinem & decorũ ſine impietate & ſuperſtitione ſeruandum, non ſunt cõtemnendæ, ſed pacis & vitandi ſchiſmatis cauſa ſeruandæ ſunt, adeò vt qui eas violat cum ſcandalo reus fiat corá Deo, vt qui pacem & charitatis legem violauerit. Si ſunt planè impiæ, vt vigiliæ mortuorum, inuocationes Sanctorum, Miſſæ Papales in quibus non fit diſtributio, fugiendę ſunt non ſecus atq; ſerpens ipſe, qui primos noſtros parentes ſeduxit. Si ſunt diuinæ ceremoniæ, vel ſeruantur puræ iuxta inſtitutionem Chriſti, quarũ obſeruatio neceſſaria eſt propter autoritatem mandantis: vel contaminatæ ſunt humanis traditionibus, vt Communio & Baptiſmus. Hìc ſequendũ eſt exemplum Domini. Tametſi ergo magna ex parte ſunt contaminatę: tamen non ſunt omnino fugiendæ, niſi neceſsitas confeſsionis obſtiterit. Velim igitur pium hominem qui in Papatu verſatur, non abſtinere à Baptiſmo infantum in Papatu. Quantum autem ad Cœnam, maior eſt quæſtio. de qua vide quæ ſcripſimus in enarratione Pſalmi 84.

Secundus Articulus.

11 *Iudæi igitur quærebant ipſum in Feſto, & dicebant: vbi eſt ille?*

Quærunt Iudæi Chriſtũ, ſed quem quęrunt, oderũt, ex quo facile intelligere eſt, quo animo ipſum quæſierint. Si præſentem habuiſſent, cuperent ipſum de medio tolli, ſi autem ad feſtum non veniſſet cum aliis, ſecũdùm legem eum tanquam legis tranſgreſſorem damnarent, ac facilè populo perſuaderẽt, ipſum à Deo non eſſe; qui legem Dei auderet contemnere. Hîc rurſus cogitemus imaginem eccleſiæ omnium temporum, quę ſemper plures hoſtes habet, quàm veros & ſinceros patronos.

Tertius Articulus.

12 *Et murmur multum de eo erat in turbis. Alij quidem dicebant, bonus eſt. Alij verò, non: ſed ſeducit turbam.*

Hîc notantur varia iudicia Iudæorũ de Chri

ſto. Murmuris cauſa fuit contentio, contẽtionis A
diſſentientes de Chriſto opiniones. Alij enim Chriſtum diuinitus miſſum doctorem agnoſcebant, alij ſeductorem populi clamabant, vtriq; ſuas ſecuti ſunt rationes. Qui Chriſtum bonũ, hoc eſt, diuinitus miſſum doctorẽ agnouerunt, moti ſunt innocentia vitæ, doctrinæ maieſtate, miraculis Dei, teſtimoniis propriis, quæ ſimul abſque omni dubio contulerunt cum vaticiniis Prophetarum de Meſsia. Horum ſincerum iudicium confirmabat in eorum cordibus Spiri- B
tus ſanctus. Neque enim in tanto periculo confeſsionem hanc de Chriſto ædidiſſent, niſi virtute Spiritus Sancti fuiſſent roborati. At qui Chriſtum dicebãt non bonum ſed ſeductorem turbæ, habebant cauſas alias, ſed quales hypocritæ prætendere ſolent: curabat languidum in die ſabbati, iuſtitiam phariſaicam damnauit, legem neminem præſtare contendit: ſe Meſsiam affirmabat, teſtabatur de iis qui ſanctiſsimi in iſto populo haberi volebãt, quòd opera eorum C
mala eſſent. Has & ſimiles cauſas habuêre cur Chriſtum malum & ſeductorem dicerent. Hoc vulgi iudicium eſt dicẽtis bona eſſe mala, & mala eſſe bona, de quibus Iſaias in hunc modum, cap. 5. 20. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: & putatis tenebras lucem, & lucem tenebras.*

Sed quid Chriſtus hîc facit? Sciuit ſe eſſe poſitum multis in ruinã, & multis in reſurrectionem in Iſrael, ideo non frangitur hoc maligno mundi iudicio, ſed ſtrenuè in officio pergit & D
colligit in regnum Dei ex magnis turbis paucos, qui ſinunt ſe doceri à Deo & duci à Spiritu Sancto. Hunc noſtrum intueamur magiſtrum, quoties cogimur audire peruerſum mundi de nobis iudicium. Tueamur fidem in noſtro officio: faciamus omnia in gloriam Dei bona conſcientia, & commendemus Deo exitum. Ipſe enim nequaquam fallet nos, ſed potẽter præſtabit quod paternè promiſerat. Et cùm videmus multos quotidiè fieri apoſtatas, cõſolemur nos E
hoc Chriſti exemplo, qui eandem fortunam eſt expertus, & non frãgamur animis, cùm ſimilia cogimur experiri.

Quintus Articulus.

13 *Nemo tamen palàm loquebatur de eo propter metum Iudæorum.*

Quantus fuerit furor Iudæorum aduerſus Chriſtum omnis boni fontem, hinc apparet, q̃ nemo auſus ſit aliquid boni de ipſo loqui pro- F
pter metum Iudæorum. Iudæos intelligit haud dubiè principes Iudæorum & ſectarios, qui omnes ſe Chriſto oppoſuerunt, quem plebecula & Galilæi non audebant confiteri, tametſi de eius doctrina & diuina vocatione ex miraculis confirmati erant. tantum poteſt ambitio & auri ſacra fames.

Hic videtur pingi imago eccleſię ante extremum diem. Sapientiſsimi quiq; perſequentur eccleſiã. Quidam contemti legatione pro Chri- G
ſto fungentur. Auditores minis magnatum abſterrebuntur à confeſsione ſinceræ doctrinę, id quod hodie inceptum eſſe in viciñis quibuſdã regnis cernitur, adeò vt euentus tandem videatur reſpondere vaticinio Chriſti qui ait, Lucæ 18. 8. *An putas filium hominis cum venerit repertur um fidem in terra?* His figuris quæ præceſſerunt in Chriſto, ſciamus reſponſurum eccleſiæ ſtatum in fine mundi. Quare nos exemplo Chriſti conſolemur expectantes poſt crucem glorioſam redemptionem. Spes enim ſanctorum Dei nequaquam pudefiet.

PARS III.

In hac parte texitur hiſtoria de Chriſto docente in templo, admirantibus Iudæis, & aſſeuerante doctrinam ſuam eſſe cœleſtẽ, & factum ſuum ſanantis languidum in die ſabbati non eſſe ſabbati violationem, ex quo variç diſceptationes inter auditores naſcuntur.

Huius partis tria ſunt membra.

Primum, de Domino docente in templo admirantibus Iudæis & defendente doctrinam ſuam patris autoritate.

Secundum, defenſio facti quòd in die ſabbati languidum curauerit.

Tertium, diſceptationes variæ de Chriſto, & Chriſti teſtificatio de ſua legatione. Ex quo duo ſequuntur, maior rabies in hoſtibus, & ardentior fides in turba.

DE PRIMO.

Huius primi membri plures ſunt articuli.
Primus: Aſcenſio Chriſti in templum.
Secũdus: Admonitio Iudæorũ & eius cauſa.
Tertius: Doctrinæ Chriſti autoritas.
Quartus: Vnde petẽda ſit certitudo de Chriſti doctrina quòd ſit Dei & non hominis.

Primus Articulus.

14 *Cùm iam dimidiũ feſtum eſſet, aſcendit Ieſus in templum, & docebat.*

Ideo meminit Euangeliſta dimidij feſti, quia tum maxima populorum frequentia aderat. Quare & oportunum erat vt Dominus in tanta frequentia doceret, quò latiùs ipſius doctrina ſpargeretur, pluresq; fide in Chriſtum ſaluarentur, ex quo patet quòd Dominus promiſcuè omnibus ſuam offerat gratiam. Aſcendit in templum, & docendi munus in templo ſibi vendicat, vt ſignificet & ſe doctorem eſſe, & templum deſtinatum eſſe verbo Dei & cultui diuino, nõ humanis traditionibus & mercaturis. De hoc aſcenſu Domini in templum prædixit Malachias, cap. 3. 1. *Veniet in templũ ſuum dominator, quem vos quæritis.* nec vnquam potuit maior cõtingere gloria huic templo, quàm eum recipere in ſe docentem, quem adumbrabat. Magna quippe gloria primi templi erat, quòd à tanto rege Salomone extructum ſit, & in quo tantus rex preces fuderit, ſed illa gloria tenuis quædam vmbra fuit veritatis. Nam vt Chriſtus Salomonem excellit, ita gloria ſecundi templi gloriam primi ſuperat. Hac de re vaticinatus eſt olim Haggæus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gæus Propheta anno ante Chriſtum natum ex Virgine circiter 500. Ita enim ait, cap. 21. 8. *Veniet deſiderabilis cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria.* Item v. 10. *Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ pluſquam primæ.* Hoc argumento excitabatur populus ad ędificandum templum, poſtquam à Dario rege permiſſum eſt Iudæis redire in patriam & ædificare denuo templum, in quo ipſe Meſsias eſſet appariturus & docturus.

Hinc duo concluduntur. Vnum, ſummam eſſe ingratitudinem Iudaici populi non agnoſcentis magnitudinē amoris Dei, qui ipſis hunc deſiderabilem miſerit. Alterum, fruſtra à cœcis Iudæis hodiè expectari Meſsiam, quaſi nōdum natus & exhibitus eſſet. Nam cùm venire debuerit iuxta Prophetæ vaticinium Meſsias in templum, iſtud tunc extruendum ex iuſſu Darij regis, quod iam ſolo æquatum eſt, imò adeo deletum vt ne rudera quidem ſuperſint, quis non videt fruſtra expectari à Iudæis, quem ipſorum maiores olim crucifixerunt. Hæc cogitare vtile eſt, cùm hîc legimus Dominum aſcendiſſe in templum illicque docuiſſe.

Secundus Articulus.

15 Et admirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic literas nouit cùm non didicerit?

Hæc Iudæorum admiratio, iuſta eſt ipſorum condemnatio. Nam cùm ſcirent ipſum non didiciſſe literas, & tamen viderent legentem & audirent exponentem prophetias Moſis & Prophetarum de Meſsia, iure cogitare debuiſſent eum diuinitus edoctum eſſe, & cœleſtem adferre doctrinam. Sunt ergo Iudæi inexcuſabiles, qui & hoc & infinita alia diuinitatis Chriſti teſtimonia non agnouerunt.

Porrò cùm audiuimus, Chriſtum non didiciſſe literas, ſciuiſſe tamen, nequaquam putabimus Chriſtum ignorantiam & diſcendi negligentiam nobis commendare. Is enim per ſe & à ſe ſciuit omnia vt verus Deus, nos autem diſcimus vt homines, quos Deus non doctos, ſed aptos formauit ad diſcendum. Quòd Chriſtus ex indoctis piſcatoribus fecerit doctos apoſtolos, miraculū fuit diuinæ virtutis Chriſti. Nunc autem vult nos vti mediis ordinatis & non expectare miraculoſam inſtructionem, aut Enthuſiaſmos anabaptiſticos.

Tertius Articulus.

16 Reſpondit eis Ieſus & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.

Cur ipſe Dominus non didicerit literas humano more, rationem reddit, vt & Iudæos cœcitatis arguat, qui ex miraculo opus Dei non agnoſcunt, & autoritatem ſuæ doctrinæ concilietex eo quòd à patre ſit profecta diuina & cœleſtis. Cùm autem dicat Dominus: *Mea doctrina non eſt mea*, non eſt accipiendum ſimpliciter. Nam reuera doctrinam ſuam profert: ſed κατὰ τι hoc eſt, vt cœci Iudæi opinabantur, qui nihil in Chriſto agnouerunt, præter hominem, eumque temerarium, qui ex ſuo capite nouam & inauditam proferret doctrinam. Eſt ergo ſenſus: Mea doctrina, ſcilicet, quam doceo, non eſt mea hominis, ſed Patris mei qui miſit me. Vos autem quia me non creditis à Patre miſſum, non putatis me idem eſſe cum Patre, ſed nudum hominem, qualis quilibet ex vobis eſt. Hac ſanè ratione meà doctrina nō eſt mea, ſed Dei, quam ego vt legatus Dei vobis trado. Verùm ſi intelligere velletis ex operibus Patris quæ & mea ſunt, & me meam & Patris doctrinam vnam eandemque docere intelligeretis. Hoc ergo dicto Dominus & autoritatem ſuæ doctrinæ conciliat, & Iudæos contumaciæ arguit, qui Chriſto credere recuſarunt.

Porrò cùm Chriſtus hîc non ſua, ſed Patris autoritate nititur, vt ſuam doctrinam auditoribus commendet, quid quæſo nos faciemus quibus munus docendi in ſcholis & in tēplis commiſſum eſt? Si Filius Dei non ſua, ſed quæ à Patre accepit, protulit, quid faciet puluis & cinis? Nos ergo Chriſti doctrinam quæ & Patris eſt amplectamur, & doceamus, humana figmenta tanquam vocem ſerpentis fugientes. Sciamus proinde eos qui doctrinam Chriſti non adferunt, veros antichriſtos eſſe, & non ſinceros Chriſti ſeruos.

Quartus Articulus.

17 Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina, vtrum à Deo ſit, aut ego à me ipſo loquar.

Dixit Dominus vndè ſit ſua doctrina, nunc vnde illud ipſum cognoſcatur exponit, ac ſi diceret: qui in ſcholis hominum eruditur, is primùm experientiam quærit: deinde aſſentitur. Verùm qui in ſchola mea vult proficere, is primùm aſſentietur docenti, & deinde viuo cordis ſenſu percipiet doctrinæ efficaciam & intelliget ex effectu meam doctrinam à Deo eſſe & non ab homine. Vos quidem fatemini, me non didiciſſe ex literis quæ adfero. Verùm ſi cognoſcere velitis, me doctriná Dei adferre, primùm voluntatem eius qui miſit me, facite, id eſt, audite me & credite mihi. Hæc eſt enim voluntas Patris, vt credatis ei quem miſit ille. Eſt ergo hæc Chriſti promiſsio diligenter cogitanda. Continet enim regulam ordinis fidei & cognitionis ſalutaris, quæ regula apud Iſaiam hiſce verbis habetur: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Et Dauid dicit: *Guſtate & videte quàm ſuauis eſt Dominus.* Guſtamus fide, videmus, id eſt, ſentimus in corde per experientiam, hoc eſt, efficaciam Dei in nobis. Hæc regula in omnibus promiſſionibus Dei tenenda eſt. Deus promittit inuocantibus auxilium: huic qui credit, & ex fide inuocat, ſentit promiſsionis efficaciam.

Hîc Dominus tria ſimul requirit ab homine, videlicet vt ſtatuat doctrinam Euangelij eſſe diuinam, vt eam diſcat, vt eam velit fide amplecti. Non ergo homo habet ſe vt truncus ad prædicationem Euangelij. Si vult, poteſt audire, poteſt aſſentiri auditis. Si neutrum poſſet homo, fruſtra proponeretur ei vlla doctrina, fruſtra-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

neæ eſſent admonitiones, obiurgationes, comminationes. Neque tamen id poteſt homo nudis viribus humanis. Qui fit ergo quòd Dominus dicat, ſi quis voluerit? Spiritus Sanctus in prædicatione Euangelij eſt efficax & operatur fidem in non repugnantibus Spiritui Sancto. Quare & dictum Auguſtini verum eſt: *Non inuenit quod exigit niſi donauerit quod inueniat.* Et enumeratio cauſarum quas coniungit Philippus, ſi quis dextrè eam accipiat, veriſsima eſt. Coniunguntur enim hæ cauſæ, vt ipſe docet, Fidei verbum, Spiritus Sanctus, & voluntas non repugnans verbo & Spiritui Sancto.

10 *Qui à ſe ipſo loquitur, gloriam propriam quærit.*

Antitheſi amplificat quod ſuperiùs dictum eſt, videlicet: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. A ſeipſo ergo loqui dicitur hoc loco, qui vel non miſſus à Deo loquitur, vel qui propria loquitur. Qui talis eſt, is profectò, quia vel ambitione vel auaritia vel vtraque ſimul impulſus eſt, non poteſt niſi gloriam propriam quærere, hoc eſt, vanam. Nam cùm ambitio habet ſibi propoſitam celebrationem hominis apud homines, & auaritia idolũ pro Deo colit, quid quæſo aliud ſpectare poteſt qui non à Deo miſſus loquitur, quàm proprium commodum & gloriam?

A Deo autem miſſus dicitur qui vel immediatè à Deo mittitur ſine hominum conſilio & approbatione, vel mediatè, cùm conſilio & approbatione hominum, præcedente inuocatione Dei, aliquis legitimè vocatur ad miniſteriũ. Verùm immediata miſsio interdum fit ſolenniter, videlicet cùm Deus & voce & ſigno externo teſtatur ſe mittere aliquem, vt olim ſunt miſſi Moſes & multi Prophetæ in veteri Teſtamento, & in nouo Apoſtoli. Vtrique enim vt instructi erant à Deo: ita armati quoque ſignis diuinis erant, quibus eorum miſsio diuina hominibus comprobata eſt. Huius miſsionis finis fuit gloria Dei, quemadmodũ & doctrina ipſa Dei erat, & non hominis. Interdum fit hæc immediata miſsio ſola inſpiratione abſque externo ſigno, ſed loco ſigni externi armatur miſſus claritate doctrinæ, qua tenebræ & errores manifeſtè arguuntur, & efficacia doctrinæ in mentibus & cordibus auditorum, iuxta illud Ierem. 23. 29. *Verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram.* Præterea etiam ingenti zelo, qua is qui miſſus eſt, anteponit gloriã Dei propriæ vitæ. Hanc miſsionem eſſe diuinam, & finem habere propoſitum gloriam Dei, euentus ipſe comprobat. Huiuſmodi abſque omni dubio fuit miſsio Lutheri, ſicuti ex iis quæ diximus, ſi quis ea cum doctrinæ perſpicuitate, cum efficacia doctrinæ, & cum zelo fortiſsimi viri Dei conferat, conſtare poteſt. Interim non eſt negãdum, quin immediatè interdum miſſus & diuinitus inſtructus, ſicut & vocatus mediatè, aliquando propriam quærat gloriam, vt, proh dolor, in multis apparet. Sed diſcernendum eſt inter finem miniſterij, qui ſemper eſt gloria Dei & ſalus hominum, & finem miniſtrantis, qui variat prout affectus eſt is, qui vel mittitur à Deo immediatè vel mediatè intercedente hominum vocatione. Vterque ſi Deum verè amat, finis miniſterij & miniſtrantis vnus idemque eſt, videlicet gloria Dei, quem finem ſolum miniſterij & miniſtrantis requirit Chriſtus à Petro, dum ter ipſum interrogat an ſe amet, & ter addit mandatum vt paſcat oues ſuas, Iohan. 21. 11.

Verùm ſi quis ſiue à Deo miſſus, ſiue ab hominibus vocatus, Deum non amat, hoc eſt, non anteponit gloriam Dei ſuæ vitæ & commodo, manet quidẽ finis miniſterij, quod Dei eſt, ſed miſſus ſeu vocatus quia ſe magis amat quàm Deum, alium finem ſibi proponit, ex quo fit, vt tametſi miniſterium in ſalutem multorum cedit, ipſe tamen miniſter ſeipſum condemnet. Talis fuit Balaam in veteri Teſtamento, qui à Deo & inſtructus & miſſus erat, vt nunciaret de venturo Meſsia, & prædiceret ea, quæ ventura erant ante finem mundi, quæ per ſe ad gloriam Dei illuſtrandam pertinebant, etſi ipſe Balaam mercede iniquitatis ſeductus eſt. Similiter Iudas à Chriſto inſtructus & miſſus, miniſterio quidem illuſtrabat gloriam Dei, animo verò auaro propriam quærebat gloriam ſibi in perpetuam ignominiam. Huic ſocij adiungendi ſunt omnes illi, qui tametſi miniſterio illuſtrant gloriam Dei vel inuiti, animo tamẽ quærunt propriam gloriam in certiſsimam ſui ipſorum perniciem. Huiuſmodi ſunt omnes qui vel metu periculi vitæ, vel commodi alicuius minuendi amittendíve gratia, non audent ſcelera hominum carpere & dicere ſingulis in os ſuam iniquitatem, vt ita Euangelio locum parent. Fruſtra enim Euangelium prædicat, qui non priùs montes prædicatione iræ Dei in peccatores humiliat. Nam qui non agnoſcit peccatum ſuum, & non tangitur ſenſu iræ Dei propter peccatum, is euãgelij Chriſti nequaquam capax eſſe poteſt.

At qui quærit gloriam eius qui miſit eum, hic verax eſt & iniuſtitia in eo non eſt.

Hoc ſuperiori ſententiæ declarandi gratia opponitur & eſt ſenſus. Qui à Deo miſſus eſt & à Deo inſtructus eſt & quærit Dei gloriam, hoc eſt, hoc ſolùm ſpectat vt Deus ab hominibus agnoſcatur & glorificetur propter ſua beneficia innumerabilia erga homines, is verax eſt, id eſt, quæ vera ſunt & ſalutaria docet, cui eos credere oportet quibus ſalus curæ eſt. Et iniuſtitia in eo non eſt, hoc eſt, non ambitione impulſus inanem quærit gloriam & applauſum vulgi, ſed in vnius Dei gloriam ſemper intẽtus eſt, quam etiam propriæ ſaluti anteponit, ſentit & loquitur cum Dauide Pſalm. 113. 1. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Hinc patet quid ſit iudicandum de Iudæis, Mahometiſtis, Papis, Monachis, Anabaptiſtis & aliis quocunque tandem titulo gloriantur, qui vel aliam doctri-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

doctrinam quàm Dei adferunt, vel ipſam doctrinæ puritatem ſuis commentis fœdant atq; adeo deformant, vt ne veſtigia quidem ſincerioris doctrinæ appareant. Nos igitur qui cupimus in ſchola Chriſti in noſtram & aliorum ſalutem proficere, meminerimus huius regulæ, quam hîc Dominus ſuis miniſtris commendat.

DE SECVNDO.

Quia Dominus intuetur corda concurrentium ad ſe audiendum in templo, & videt multos zelo erroneo aduerſus ſe ferri propter hominem in feſto Pentecoſtes à ſe ſanatum die ſabbati, quo facto Iudæi, qui tantùm literam legis viderunt, ſabbatum violatum eſſe putarũt, & legem Moſis à Chriſto fuiſſe contemptam. Huic furori & errori mederi conatur Dominus docens ſe non violaſſe ſabbatum, eosque arguens totius legis Moſis violatæ.

Huius membri articuli ſunt plures.

Primus, inuerſio ſententiæ Iudæorum de facto Chriſti.

Secundus, blaſphemia turbæ.

Tertius, defenſio facti, videlicet ſanati à ſe hominis in die ſabbati.

Quartus, admonitio de iuſtè iudicando.

Primus Articulus.

19 Nonne Moſes dedit vobis legem, & nemo ex vobis legem facit? Quid me quæritis interficere?

Quoniam Iudæi perperam iudicarunt de Chriſti facto, quo putarunt ipſum violaſſe ſabbatum, inuertit eorum ſententiam, ac ſi ita diceret: peruerſè iudicat qui impium iuſtificat & iuſtum condemnat. Vos omnes etſi legis transgreſſores eſtis, tamen vos ipſos iuſtos iudicatis, me autem qui legem præſto, tâquam iniuſtum perſequimini, vitæ meæ inſidiantes. Quid ergo iniquius eſſe poteſt & magis peruerſum?

Hoc Domini dictum primùm teſtatur, quòd nemo poſsit legi Dei perfectam præſtare obedientiam ſeu ex operibus legis iuſtificari, ex quo ſequitur omnes manere ſub condemnatoria Legis ſentẽtia, donec per Chriſtum liberentur, quod fit cùm per fidem conuertuntur. Tũc enim peccatum remittitur, Chriſti obedientia imputatur in iuſtitiam, atque adeò homo reconciliatur Deo. Lex proinde requirens perfectam obedientiam quæ à nemine præſtari poteſt, impellit ad Chriſtum, qui ideo factus eſt ſub legem, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Præterea hoc dictum domini conuincit commentum Phariſæorum & Monachorum falſum eſſe, qui fingunt Legem tantùm cohibere manus, Euangelium verò manum & animum. Nam ſi hoc verum eſſet, falsò Dominus accuſaſſet Iudæos omnes tanquam reos violatæ Legis. Deinde euertit hoc dictum Domini opera ſupererogationis. Nemo enim ſupererogat, niſi qui prius ſoluit quod iure debet. Si ergo nemo hoc ſoluit vt Chriſtus hîc clarè teſtatur,

A fruſtra de ſupererogatione gloriatur.

Porrò quantum ad quæſtiones has attinet, cur Lex denuò lata ſit quæ mẽtibus hominum in creatione eſt inſculpta? Cùm Lex ſit impoſſibilis, cur non tyrannica cenſenda ſit? & cùm nemo eam præſtare poſsit, cur lata ſit, & quiſnam ſit eius vſus? ſæpè anteà à nobis dictum eſt, præſertim in Catechiſmo, in Enchiridio & Syntagmate.

Secundus Articulus.

B *20 Reſpondit turba & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere?*

Blaſphemia turbæ notatur. Audiuit hæc turba quòd Dominus omnes ſimul ſine diſcrimine accuſaret tranſgreſsionis legis Moſis, quo facto omnes quoque iniuſtos eſſe & ſententiæ legis damnatoriæ ſubiectos, huic videlicet: *Maledictus omnis qui non fecerit omnia quæ ſcripta ſunt in libro Legis.* Audiuit præterea (quod ipſi apud

C animum conceperant) quid me quæritis interficere? Hîc turbatur turba, & tanquam phrenetica inſurgit in medicum, atque hanc blaſphemam vocem in Dominum eiaculatur: *Dæmonium habes:* hoc eſt, malum ſpiritum quo impelleris, vt ſanctum Dei populum accuſes violatæ legis, & inſuper dicas, nos te velle interficere, quod ſanè ſcire non poſſes ſine maligni ſpiritus afflatu. Hîc pingitur imago multorum auditorum verbi Dei. Cùm dicuntur placen-

D tia, quieti ſunt, & feruntur miniſtri Dei. At cùm arguunt illorum ſcelera, mox mouentur & grauiter offenduntur. Vt enim cœnum commotum peius olet, & latiùs fœtorem peſtilentem ſpargit: ita pleriqne homines verbo Dei accuſati & conuicti ſuorum ſcelerum, prodũt quod antea intus in corde veluti ſepultum latuit. Herodes placidè audiuit baptiſtam, eiuſque conſiliis ad tempus libenter vſus eſt. Verùm poſtquam illi baptiſta inceſtum cum fratris ſorore

E concubitum exprobraſſet, oſtendit quid in animo latuit. Hîc enim turbatur Herodes, iraſcitur miniſtro Dei, coniicit illum in carcerem, & tandem ſecuri percutit. Ita ſolet latens ſanies erumpere, quando vlcus malignum à medico tangitur fortiùs.

Hîc duo obſeruemus exempla. Vnum Chriſti, alterum turbæ. Chriſti quidem imitandum, turbæ verò fugiendum. Chriſtus hic horrenda iniuria affectus, & ſupra quàm dici poteſt

F contemptus non viciſsim maledicit, non fulmine, quod illi facile fuiſſet, blaſphemos in ſe & in Patrem ſuum proſternit, denique non malum pro malo reddit. Hoc nos imitemur exemplum qui legatione Chriſti fungimur, feramus patienter quaſuis iniurias, Deo relinquentes vindictam, cuius iuſtum eſt iudicium. Hoc exemplum ponant ſibi ob oculos miniſtri Dei, quando ab ingrato mundo pro fideliter præſtito officio conuicia reportant. Hoc enim in

G Domino ita præceſsit, vt eius miniſtri cùm idem experiri cogantur, ſe conſolentur exemplo, ſcientes ſe participes futuros gloriæ, qui

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

hîc cum Chriſto crucem patiuntur. Turbæ e-
xemplum iis fugiendum eſt, quibus ſalus eſt
curæ. Non enim hæc turba impunè conuicia
iſta in Dominum iecit, ſed & cœcitate percuſſa
eſt, & tandem exterminata prorſus & deleta,
atque adeò ſeruata æternis ſuppliciis. Idem ex-
pectent hodie qui vel ſurdas aures Euangelio
præbent, vel pias admonitiones & correptio-
nes ex verbo Dei non ferunt. Nos igitur cogi-
temus veriſsimum eſſe Salomonis dictum, Pro
uerb. 27. 6. *Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm
fraudulenta oſcula odientis.*

*21 Reſpondit Ieſus & dixit eis: Vnum opus
operatus ſum, & omnes admiramini.*

Defenſio facti Domini ſanantis languidum
in die ſabbati. Senſus autem horum verborum
hic eſt: Sanaui languidum in die ſabbati, quod
à me factum admiramini, non vt diuinum o-
pus, vt facere res ipſa vos cogeret, ſed tanquam
diabolicum, quo ſabbatum veſtro iudicio vio-
lauerim. Sed multum fallimini, non enim hoc
opere ſabbatum violo: ſed ſanctifico potiùs, cũ
factum meum in gloriam Dei cedat. Atque ita
his verbis inſinuatur propoſitio defenſionis fa-
cti Chriſti, cuius confirmatio ſequitur.

Tertius Articulus.

*22 Propter hoc Moſes dedit vobis circum-
ciſionem, non quòd à Moſe ſit, ſed ex patri-
bus, & in ſabbato circumcidit is hominem.*

*23 Si circumciſionem accipit homo in ſab
bato, vt non ſoluatur Lex Moſis: mihi ira-
ſcimini, qui totum hominem ſanum feci in
ſabbato?*

Exemplo defendit Dominus, quòd in ſab-
bato ſanauerit hominem languidum ſine vio-
latione ſabbati. Iudæi putarunt nullum planè
opus licitè fieri in ſabbato. Chriſtus contrà fir-
miſsimè concludit, non omne opus ſine diſcri-
mine prohiberi in ſabbato, hoc videlicet argu-
mento. Διὰ τῦτο, propter hoc ſcilicet attendite
quæ dico, vt veſtrum errorem agnoſcatis. Cir-
cumciſio cùm fit in ſabbato, non ſoluit, hoc eſt,
non violat ſabbatum. Circumciſio eſt opus.
Proinde aliquod opus poteſt fieri in ſabbato, vt
non ſoluatur & violetur ſabbatum. Si hoc ita
eſt, vt reuera eſt, non debetis temerè de omni o-
pere pronunciare quòd ſit contra ſabbatum.
Hoc eſt principale argumentum hoc loco.

Verùm cùm Dominus meminit patrum &
ſanati totius hominis, ſunt duo alia argumenta
hoc loco indicata. Vnum à comparatione pa-
trum & Meſsiæ. Alterum à collatione externæ
circumciſionis, quæ fuit vnius partis hominis
ad ſanationem totius hominis. Prius in hunc
concluditur modum. Patrum opus ſi fit in ſab-
bato, non violat ſabbatum, multò minùs Meſ-
ſiæ opus, qui eſt & patrum ſalus & dominus
ſabbati, violat ſabbatum. Poſterius autem ſic.
Circumciſio non violat ſabbatum, qua parti-

A cula cutis abſcinditur. Ergo ſanatio totius
hominis non violat ſabbatum. Pendet autem
hoc argumentum à firmiſsimo principio, vide-
licet moralia præferenda eſſe ceremonialibus.
His argumẽtis Dominus hoc loco tuetur ſuum
factum. Aliàs aliis defenſionibus vtitur, quas
vtile eſt obſeruare, vt intelligamus, quibus o-
peribus prophanetur & quibus ſanctificetur
ſabbatum.

Matth. 12. 2. Phariſæos accuſantes diſcipu-
B los Domini vellentes ſegetes in die ſabbati re-
futat Dominus quatuor argumentis. Quorum
primum ſumitur ab exemplo Dauidis, qui do-
mum Dei ingreſſus panes Propoſitionis cùm
eſuriret, comedit. Secundum ab exemplo ſa-
cerdotum, qui in templo operabantur in die
ſabbati. Tertium, à collatione ceremoniarum
& operum miſericordiæ, videlicet quòd opera
miſericordiæ ſint præferenda ceremoniis. *Mi-
ſericordiam,* inquit, *volo, & non ſacrificium.* Quar-
C tum à relatiuè oppoſitis. Homo eſt Dominus
ſabbati, ergo ſabbatum debet cedere neceſsita-
ti hominis. Ita enim hoc argumentum exponi-
tur Marc. 2. 27. *Sabbatum factum propter hominem,
& non homo propter ſabbatum.*

Matth. 12. 15. Sanat in ſabbato manum ari-
dam, & factum defendit hoc argumento. Licet
bouem lapſum in foueam ſeruare die ſabbati,
multò magis licet hominem totum ſeruare, vt
non ſoluatur ſabbatum. Hinc genus infert, i-
D deo licebit ſabbatis benefacere.

Luc. 13. 12. Sanatur ſabbato mulier quæ ha-
buit ſpiritum infirmitatis annos decem & o-
cto, quod factum ægreferens archiſynagogus
audit à Domino: *Hypocrita, an non vnuſquiſque ve-
ſtrûm ſoluit bouem ſuum aut aſinum die ſabbati à præ-
ſepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam Abrahæ
quam alligauit Sathanas, ecce, decem & octo annis non
oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbati?*

Marc. 3. 4. Dominus curaturus habentem
E manum aridam ſic præfatur: *Licet ne ſabbatis be-
nefacere an male, animam ſaluam facere aut perdere
eam?* Significans operibus charitatis nequa-
quam violari ſabbatum.

Iohan. 5. 17. Sanat Dominus languidum die
ſabbati, & factum ſuum tuetur autoritate Pa-
tris cooperantis: *Pater meus operatur & ego o-
peror.*

Hoc autem loco confert Circumciſionem ex-
ternam, & ſanationem totius hominis, & vt di-
F ximus, concludit ſanare hominem ſabbato lici-
tum eſſe, ſi licet circumcidere hominem.

Ex his defenſionibus Domini, ſi penitius eas
introſpicimus, has hypotheſes concludere lice-
bit. Primam, ſabbatum cedere neceſsitati ho-
minum. Secundam, opera charitatis non vio-
lare ſabbatum. Tertiam, opera miſericordiæ
præferenda eſſe ſacrificiis & ceremoniis. Quar-
tam, benefacere ſemper licitum eſſe vel quouis
die. Quintam, non eſſe differenda aut procra-
G ſtinanda officia neceſſaria religionis prætextu.
Sanctificare enim ſabbatum non eſt nihil ope-
ris facere, ſed gloriam Dei, & ſalutem homi-
num

num quærere. His enim operibus ſolis ſabbatum ſanctificatur, nec interrumpitur eius ſancta quies.

Plura de ſabbato in quinto capite diximus vbi definiuimus ſabbatum ſanctificare, eſſe ſabbatum ſegregare à communi vſu reliquorum dierum & ipſum applicare diuino vſui, & diuinis operibus, qualia fuêre ſanationes omnes per Chriſtum factæ in ſabbatis.

Iam de Circumciſione pauca adiiciamus. De omnibus ſacramentis veteris populi & noui generalis hæc doctrina tenenda eſt, videlicet quòd vt illa, ita hæc ſint ſigna gratiæ, quemadmodum verè docet Auguſtinus. Eſſe autem ſigna gratiæ eſt eſſe teſtimonia diuina, quòd Deus verè credentes recipiat in gratiam, remittat illis peccata, eoſque iuſtificet & acceptet ad vitam æternam gratis propter Chriſtum. In hoc fine communi côueniunt tum vetera tum noua ſacramenta. Ideo Paulus pronunciat circumciſionem fuiſſe ſignaculum iuſtitiæ fidei, hoc eſt, diuinum teſtimonium, quo Deus teſtatur ſe credentem remiſſis peccatis iuſtificare. Idem de baptiſmo ſi rem ſpectas docet Baptiſta, dum prædicat baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum. Prædicare autem baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum eſt teſtari & docere baptiſmum eſſe Dei teſtimonium & veluti ſigillum, quòd pœnitentibus remittuntur peccata.

Quid aliud eſt Cœna Domini, ſi vltimum finem ſpectes, quàm teſtimonium quod credentibus in Chriſtum, qui dedit corpus ſuum pro nobis & effudit ſanguinem, hoc eſt, ſatisfecit pro peccatis, remittantur peccata, cum qua remiſsione coniuncta eſt iuſtificatio & acceptatio gratuita ad vitam æternam. Videmus ergo conuenire omnia ſacramenta in vltimo & principali fine, videlicet quòd ſint ſigna gratiæ, quemadmodum propoſitis exemplis declarauimus.

Sed dicet aliquis. Cùm vnus ſit finis, cur plura inſtituta ſunt? Etſi autem veriſsima ſunt quæ diximus: tamen in ſubordinatis finibus, quos tempus & analogia diſcernunt, maxima eſt differentia.

Tempus hoc modo: Circumciſio ſignificabat venturum Meſsiam. Baptiſmus teſtatur eum adueniſſe. Cœna Domini, opus redemptionis peregiſſe. Ceſſare igitur debuit Circumciſio poſt aduentum Chriſti, durantibus vſque ad finem mundi Baptiſmo & Cœna Domini, quæ teſtantur Meſsiam & adueniſſe & peregiſſe opus redemptionis.

De analogia Baptiſmi & Cœnæ Domini aliàs ſæpè dictum eſt: hîc ſolummodò dicemus de Circumciſione, ſed breuiſsimè. Huius analogiam, hoc eſt, comparationem cum rebus externo ſigno adumbratis ſuprà triplicem eſſe docuimus, ſine cuius diligenti contêplatione Circumciſio planè res ridicula & omnino inutilis ceremonia fuit.

A Prima ergo analogia circûciſionis fuit, quòd admonebat veterem naturam, quam habemus ab Adamo, abſcindendam, ex quo intelligebatur rea & deſtinata morti propter peccatum. Vt enim abſciſio cutis membri genitalis deſtructionem veteris naturæ adumbrabat: ita ſanguinis effuſio in Circumciſione reatum notabat: & quoniam infantes circumcidi iubebantur, ſignificabatur non ſolùm adultos, verumetiam infantes obnoxios eſſe malo originalis B culpæ. Hinc querela illa Dauidis, Pſalm. 51. *In peccatis concepit me mater mea.*

Secunda, obſcurius ſucceſſurum aliud ſemen adumbrabat Circunciſio, cuius ſeminis virtute vetus natura reſecanda eſſet. Hoc autem ſemen eſt Chriſtus Ieſus, qui efficacitate mortis ſuæ veterem naturam paulatim mortificat, & tandem prorſus abſcindet.

Tertia, abſciſione veteris hominis ſignificabatur noua quædam natiuitas, quam propte-C rea Paulus circumciſionem ſpiritualem vocat & cordis. Spiritualis dicitur, vt appareat quomodo vmbræ reſpondeat veritas, & intelligatur qua virtute fiat, nimirum Spiritus Sancti regenerantis credentes. Deinde cordis dicitur circumciſio, vt intelligatur quòd hæc noua natiuitas initium habet in corde, ex quo eam manare in omnia membra interiora & exteriora oportet. Hinc eſt quod Prophetæ etiam meminerint circumciſionis cordis. Deut. 10. 16. *Cir-D cumcidite præputium cordis veſtri:* Item Deuter. 30. 6. *Circumcidet Dominus Deus tuus, cor tuum & cor ſeminis tui vt diligas Dominum Deum tuum, &c.* Ieremias meminit circumciſionis aurium, capite 6. 10. cum ait: *Ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt.* Ergo circumciſio aurium eſt eos præbere patentes & obſequentes prædicationi verbi Dei. Ad eundem modum de aliis membris in regeneratis circumciſio ſpiritualis intelligenda eſt. Sine hac ſpirituali circumci-E ſione nemo ſaluatur. Quare Dominus Nicodemo dicit, Iohan. 3. 3. *Niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei.* De vſu circumciſionis carnalis in Abrahamo, qui primus eam accepit, & in patribus ſanctis, vide quæ ſuprà annotauimus. Hæc pauca libuit hoc loco de Circumciſione annotare propterea quòd Dominus hîc Circumciſionis mentionem fecerit.

Porrò ab exemplo Chriſti diſcamus & nos F ita gerere in omnibus, vt non deſint nobis noſtrarum actionum iuſtæ rationes, ne vel iniquitatis vel temeritatis arguamur.

Quartus Articulus.

24 Ne iudicate ſecundùm ſpeciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.

Concludit Dominus defenſionem facti ſui, videlicet, quòd ſanauerit languidum in die ſabbati, grauiſsima admonitione de iuſto ferendo G iudicio. Sunt autem huius admonitionis duæ partes. Prior quid in iudicio fugiendum ſit,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

monet. Poſterior quomodo iudicandum ſit docet.

Prior eſt. *Ne iudicate κατ' ὄψιν*, id eſt, ſecundùm aſpectum, ſeu ſpeciem, ſeu vt Auguſtinus ait: perſonaliter. Hoc iudicium pugnat cum dilectione Dei & proximi. Nam huiuſmodi iudicio & Deus contemnitur & proximus læditur. Quare à Propheta abominatio coram Domino dicitur. Verùm huius praui iudicij plures cauſæ eſſe poſſunt: videlicet, fauor quo impius iuſtificatur: odium quo iuſtus damnatur, ignorantia qua cauſa ignoratur: imprudentia qua circumſtantiæ cauſæ negliguntur, & metus, quo impeditur iuſta ſententia. Fauori & odio, item metui vnus timor Dei medetur & animus alienus ab auaritia: Reliquis pium & ſedulum indagandæ veritatis ſtudium.

Poſterior eſt. *Sed iuſtum iudicium iudicate.* Hoc iudicium proficiſcitur à recto corde. Eſt autem cor rectum quod recta ſentit, vera cogitat, vult iuſta, ſtudet gloriæ Dei & proximi ſaluti. Quæ hactenus diximus, ad vtrumque iudicium refero, videlicet priuatum & publicum. De publico extat hæc regula Exodi capite 18. verſ. 21. *Prouide viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas & qui oderint auaritiam.* Huius regulæ fundamentum traditur 2. Paralipom. cap. 19. verſic. 6. hiſce verbis: *Non hominis exercetis iudicium, ſed Domini. Sit ergo timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite: non eſt apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.* Cùm ergo homo ordinatur à Deo, vt vice Dei fungatur in ferendo iudicio, requiruntur conditiones iſtæ in bono iudice quas ex Moſe recenſui, videlicet vt ſit ſapiens, timens Dei, verax, & alienus ab auaritia. Cùm enim hæ quatuor virtutes regunt iudicem, nec cõtra Deum nec contra proximum fertur. Nam dum ſapientia ſinit ſe regi iudex, diſcernit inter rectum & iniquum. Hanc ſapientiam hauriet ex fonte ſapientiæ verbo Dei, ex legibus congruentibus cum Decalogo, ex longa experientia & vſu, quæ omnia Dei inuocatione augentur & confirmantur. Timor Dei iudicem veluti refrænat, ne ſuos in iudicando ſequatur affectus, ne perſonarum reſpectum habeat, ne exiſtimet ſibi liberum eſſe quod libet. Hunc timorem Dei bonus iudex opponet tyrannidi & cuiuis periculo, in quod incidere poſsit propter iuſtè latam ſententiam. Veracitas in iudice facit vt in omni cauſa & controuerſia quærat veram legis ſententiam & extremam legiſlatoris voluntatem, quæ interdum ex nudis verbis legis non perſpicitur. Hinc fiet vt non ſemper cauſam ad legis ῥητὸν, ſed interdum legem ad cauſam flectat inſtar Lesbiæ regulæ. Sit exempli cauſa hæc lex: Homicida occiditor. Hîc iudici offerantur tres homicidæ, quorum primus ex inſidiis matrem interfecit: alter cum inimico congreſſus eum interemit: tertius inuitus ex caſu hominem occidit. Hic iudex primum & vltimum iudicaturus inflectit legem ad cauſam, ſed in iudicando medio cauſam legi accommodat, & τὸ ῥητὸν legis ſequitur. Nam vt primus ſeueriorem & vltimus mitiorem pœnam meretur quàm iuxta legis ῥητὸν: ita medius verbis legis damnatus occiditur. Poſtremò requiritur in iudice, vt ſit alienus ab auaritia. Vbi enim numarij ſunt iudices, actum eſt de æquitate. Nihil enim magis excæcat animum iudicis quàm munerum acceptio, hoc eſt, quòd Moſes dicit, Deuteron. cap. 16. v. 19. *Munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum.* Atque hæc de iudicio publico breuiter ſint dicta.

DE TERTIO.

Huius membri quatuor ſunt articuli.

Primus: variæ diſceptationes promiſcuę multitudinis de Chriſto.

Secundus: teſtificatio Chriſti de ſeipſo & ſua doctrina.

Tertius: rabies hoſtium Chriſti volentium ipſum apprehendere.

Quartus: fides in Chriſtum in multis auditoribus concipitur.

Primus Articulus.

25 Dixerunt igitur quidam ex Ieroſolymitanis. Nonne hic eſt quem quærunt interficere?

26 Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quòd hic ſit verè Chriſtus?

27 Sed hunc nouimus vndè ſit: Chriſtus autem cùm venerit, nemo ſciet vnde ſit.

Varias fuiſſe diſceptationes promiſcuæ multitudinis de Chriſto hinc apparet. Ieroſolymitani conſcij conſiliorum principum & ſeniorum, duabus turbantur quæſtionibus, quarum prior eſt, vbi cum admiratione quærunt in hunc modum: *Nonne hic eſt quem quærunt interficere? ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt.* Huius admirationis cauſa eſt ſubita, vt ipſi putarunt, mutatio conſilij in principibus & ſenioribus ciuitatis Ieruſalem. Sciuerunt, quanto flagrarint odio aduerſus Chriſtum. Sciuerunt eos ex hoc odio decreuiſſe eum è medio tollere, offenſi doctrina ipſius, ſanationibus in die ſabbati, & teſtificatione ipſius de ſe ipſo, quòd eſſet à patre miſſus, hoc eſt, Meſsias patribus olim promiſſus & iam exhibitus. Ex hac ſubita conſilij, vt ipſi arbitrabantur mutatione ſic ratiocinabantur: palàm & audacter loquitur, idque in templo, quem decreuerunt intercipere & interficere. Ergo videtur quòd aliter nunc de illo iudicent quàm antea. Antea enim exiſtimabant illum falsò ſe Meſsiàm dicere, atq; ideo eum vt ſeductorem populi quærebant

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

bant interficere: Nunc verò cùm ei parcunt, & nihil ei contradicunt in templo docēti, videtur quòd mutauerint ſententiam, atque eum verè Meſsiam eſſe agnoſcant. Sed falluntur Ieroſolymitani. Non enim principes & ſeniores populi mutauerant decretum ſuum crudeliſsimū de interficiendo Chriſto innocente, ſed magis inflammabantur aduerſus eum, quòd in templum etiam conſcenderit ad docendum. Quî ergo fit quòd non iniecerint in eum manus? Dei potenti manu repreſsi ſunt, vt non facerent quod ſceleratê facere decreuerant. Hoc conſilium Dei cùm ignoraret turba, cauſam comminiſcitur alienam, vt eſt vſitatum in mundo falſas prætexere cauſas. Nos igitur hinc admoneamur primùm de fugienda leuitate vulgi in iudicandis operibus Dei. Secundò, de conſilio Dei gubernantis Eccleſiam & defendentis Eccleſiæ doctores aduerſus tyrannos volentes delere Eccleſiam & opprimere pios doctores. Tertiò, de conſtantia in officio, ne propter tyrannidem aut metum opera vocationis prætermittamus, ſed audacter & palàm, cùm res poſtulat, teſtemur de Chriſto, ſcientes ne pilum quidem capitis noſtri poſſe nobis auferri ſine voluntate Dei, & cùm hoc permittit fieri, cedere in ipſius gloriam, & in ſalutem eorum qui propter Chriſti nomen hîc affligi permittūtur. Quartò, de externa Eccleſię forma in hoc mundo, in quo ſemper erunt diuerſa diuerſorum iudicia & ſtudia. Ex quo fit vt Eccleſia ſemper in hoc mundo ſit calumniis malorum expoſita & cruci ſubiecta, quæ tamen ad extremum cum ſuo capite glorioſè liberabitur.

Poſterior. Quærunt Ieroſolymitani inter ſe de Meſsia & argutantur contra principes & ſeniores ſuos, quos falsò putârunt agnoſcere Ieſum eſſe Meſsiam. *Sed hunc*, inquiunt, *nouimus vnde ſit: Chriſtus autem cùm venerit, nemo nouit vnde ſit*. Hinc ſe putant fortiter concludere contra ſuos principes & ſeniores, in hanc ſententiam. Is non eſt Meſsias, de quo ſcitur vnde venerit: Non eſt igitur hic Ieſus Meſsias ſeu Chriſtus. Falluntur igitur principes noſtri, ſi hunc Meſsiam eſſe agnoſcunt, quem antea tanquam ſeductorem perſecuti ſunt. Sed vide quęſo, quali fundamento nititur hæc vulgi argutatio, an Scripturis? nequaquam. Nam ſiue *πόθεν* ad locum, ſiue ad perſonas, ſeu maiores, ſiue modum referas, ſcriptura nos docet, & à quo loco proditurus eſſet Meſsias, & à quibus maioribus naſciturus, & quo modo appariturus. Nam locus à propheta Michea Bethlehem: Maiores Abraham, Dauid, & virgo caſtiſsima: Modus à Zacharia, quòd pauper eſſet futurus, ab Iſaia conſpicuus & agnoſcendus ex miraculis prædicitur. Vanum eſt igitur fundamentum, quo nititur hæc turba, vt quod ex craſſa & affectata ignorantia profectum ſit.

Porrò opinio iſta: *Chriſtus cùm venerit, nemo nouit vnde ſit*, ex aliquo fortè Scripturæ loco perperam intellecto concepta eſt. Quidam putant Iudæos iſtam opinionem hauſiſſe ex hoc Iſaiæ cap. 53. 8. dicto: *Generationem eius quis enarrabit?* Sed Propheta nō loquitur illic de origine Chriſti, ſed de fructu mortis & reſurrectionis ipſius, quemadmodum clariſsimè conuincit periſtaſis loci. Hunc fructum vaticinatur Propheta fore poſteritatem innumerabilem quæ verbo gignitur, hoc eſt, multitudinem credentium qui filij Dei naſcuntur per fidem. Sunt alij qui hoc ad Micheæ vaticinium referunt, cuius hæc ſunt verba, cap. 5. 2. *Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.* Sed Micheas piè coniungit, quæ iſti ſceleratè ſeparant. Nam cùm Propheta ex Scripturis & officio Meſsiæ intelligeret, Meſsiam non fore nudum hominem, ſed Deum & hominem ſimul, vnam perſonam, prædicit de vtraque natura & vtraque generatione, videlicet quòd ſecundùm humanam naturam eſſet naſciturus Bethlehem, ex poſteritate Dauid, & ſecundùm diuinam ſit æternus, ab æterno Patre ante ſecula natus. Verùm cœci Iudæi ſuo more lacerantes verbum Dei & non intelligentes Scripturas de officio Meſsiæ, nudum hominem Meſsiam fore putarunt, inſtructum magna potentia, pompa, diuitiis, quæ vnde eſſent, nemo ſciret. Nos igitur de rebus diuinis iudicaturi non laceremus Scripturas, vno alicui dicto addicti: ſed conſenſum totius Scripturæ quæramus de re qualibet controuerſa, & ex collatione plurium dictorum veram colligamus interpretationem, quæ poterit ſtare cum tota Scriptura reliqua.

Secundus Articulus.

28 Clamauit igitur in templo docens Ieſus & dicens: Et me noſtis & noſtis vnde ſum, & à me ipſo non veni, ſed verax eſt qui miſit me, quem vos non nouiſtis.

29 Ego autem noui ipſum, quia ab illo ſum, & ille me miſit.

Reſponſio Domini, qua temeritas populi redarguitur, qui arroganter ſe ſcire vnde Ieſus eſſet iactabant. Clamans ergo Dominus inuehitur in illorum temeritatem ſignificās nihil magis obſtare veræ & ſalutari ſcientiæ conſequendę quàm opinionem anticipatam, quę difficulter, ſi lōgiorem moram fecerit, deponitur. Clamat proinde Dominus vt exaudiatur ab omnibus, clamat vt maius pondus orationi ſuæ adferat, clamat vt ſe omnibus communicet, clamat & hodie voce Euangelij: *Qui*, inquit, *vos audit, me audit*, clamat Spiritu in cordibus fidelium. Beatus qui clamāti aurem præbet, extremè miſer qui ad clamorem ipſius, aures auertit.

Quod ſubiungitur, *Et me noſtis & noſtis vnde ſum*, Ironicū eſſe oſtēdit ratio quę mox ſequitur. Eſt ergo ſenſus abſque figura. Nequaquam me noſtis nec noſtis vnde ſum. Loquitur autem & de natura, & de legatione ſua, quam illi ſua culpa minimè nouerunt, ſed putarunt illum

tantummodo hominem eſſe ſui ſimilem. Ideo addit: *A me ipſo non veni*, hoc eſt, vos quidem putatis, quòd munus docendi mihi ſumam ſine vocatione, ſed fallimini. Non enim à meipſo veni, vt is qui ſe ingerat in docendi munus ſine vocatione, ſed eſt verax, id eſt, fidelis, qui miſit me. Certiſsimus enim ſum quòd à Patre ſum miſſus, vt eius voluntatem perficiam. Cùm addit: *Quem vos non nouiſtis*, ſenſus eſt: Qui non nouit eum à quo ſum miſſus, nec me rectè nouit. Vos autem non nouiſtis Patrem à quo ſum miſſus. Igitur nec me rectè nouiſtis. Vana eſt proinde veſtra iactantia cùm dicitis, *Hunc nouimus vnde ſit*. Sequitur aſſeueratio. *Ego noui illum, quia ab illo ſum, & ille me miſit.* Hac aſſeueratione ſignificat neminem nouiſſe Patrem niſi Filium, qui & à Patre ab æterno eſt natus, & in plenitudine temporis miſſus à Patre aſſumta humana natura, vt homines Patrem in Filio agnoſcant, iuxta illud Lucæ cap. 10. 22. *Nemo nouit Patrem niſi Filius, & cui Filius voluerit reuelare.* Et ad Philippum, Iohan. 14. 9. *Qui videt me, videt & Patrem.* Si ergo quærimus notitiam Dei, accurramus ad Filium, qui nobis loquitur voce Euangelizantium. Is enim ſuam, quæ & Patris mittentis eſt, voluntatem & verbis & factis declarat. Verbis quidem, dum omnes inuitat Matth. cap. 11. 28. *Venite*, inquit, *omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego refocillabo vos.* Factis verò, cùm omnes ad ſe venientes abſque vlla perſonarum aut nationum acceptione recipit & ſanat. Hîc, homo nihil habet quod adferat præter voluntatem, quæ & ipſa à communi Spiritu, hoc eſt, Patris & Filij docetur & trahitur, etſi non coactè.

Porrò quoties audimus Patrem mittere & Filium mitti, meminerimus dicti Auguſtini: *Vbi audis, ipſe me miſit, noli intelligere naturæ diſsimilitudinem, ſed Patris autoritatem.*

Tertius Articulus.

30 *Quærebant igitur eum apprehendere, & nemo iniecit in eum manum, quia nondum venerat hora ipſius.*

Rabies hoſtium Chriſti, irritus eorundem conatus, & eius rei cauſa indicatur.

Hæc Iudæorum rabies, vt ex ſerie hiſtoriæ Euangelicæ promtum eſt colligere, habet cauſas antegreſſas opinionem anticipatam falſam, ambitionem, auaritiam & hypocriſin, quibus ſe maxima vitiorum colluuies adiungit.

Opinio anticipata ſed falſa fuit de Moſe, de Lege, cæremoniis, & Meſsia promiſſo. Moſen ita putabant ſibi à Deo conſtitutum eſſe doctorem, vt nullus illi vnquam ſuccederet aut præferretur. Quare indignabantur eius autoritatem diminui. Legem præſtari poſſe humanis viribus falsò opinabantur, atque ideo iuſtos Lege non opus habere alia vitæ & ſalutis via. Cæremoniarum aut ſacrificiorum merita exiſtimabant ſe tanquam cumulum adiicere iuſtitię Legis, quo Deum ſibi debitorem facere volebant. Meſsiam expectabant non qui peccatū & mortem auferret & conferret iuſtitiam & vitam, ſed qui imperia mundi occuparet armis, eaque Iudæis ſubiiceret & diſtribueret. Hæc anticipata opinio, etſi falſiſsima, dulcior fuit Iudæis quàm vt illam commutare veritate vellent. *Tanta enim vis eſt*, ait Auguſtinus, *veteranarum opinionum & diu defenſæ atque creditæ falſitatis, vt rationem ſequi recuſet.* Hinc eſt quòd Iudæi plerique extremè perſequerentur Chriſtum, qui iſti tam dulci eorum opinioni aduerſabatur. Neque enim vllis rationibus ab ea ſe abduci patiebantur.

Ex hac opinione falſa ambitio nata eſt, qua nulla alia peſtis Eccleſiis & Rebuſpublicis perniciosior eſt. Hæc enim in Eccleſia non ſolùm fidei occludit aditum in cor hominis, quemadmodum ipſa veritas teſtatur, cùm ait: Ioh 5. 44. *Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam à vobis inuicē quæritis:* verùm etiam cùm eminere ſuper alios cupiat, ſectarum & diſsidiorū ſcaturigo eſt maxima. Hinc Eſſæorum, Phariſæorum & Saducæorum ſectæ apud Hebræos, quibus doctrina Moſis & Prophetarum ferè oppreſſa iacuit cùm Dominus adueniret in mundum aſſumta natura humana. Quantum autem mali adferat ambitio imperiis & rebuſpublicis, hiſtoriæ mūdi abundè docent, & ruinæ Romani imperij teſtantur.

Cum ambitione coniuncta eſt auaritia. Diuitiæ enim vt ambitionis & gloriæ captandæ inſtrumenta ſunt idonea: ita ſi quis iis non rectè vtitur, demergunt homines in laqueos Diaboli, vt ſub eo captiui teneantur.

Huc accedit hypocriſis quę ita perſtringit humanas mentes & corda, vt non videant nec ſentiant proprias ſordes, ſed vitia ſua virtutum larua induūt, in ſuam certiſsimam damnationem, niſi reſipiſcant.

Tales cùm eſſent primores plerique Iudæorum, non mirum eſt eos excanduiſſe ad Domini clamorem, quo eos erroris tanti arguit, vt ne Deum quidem noſſent, de quo imprimis gloriabātur tanquam illi ſoli eſſent Dei peculium, aliis omnium nationum hominibus ab ea dignitate excluſis. Hac indignitate, vt ipſis videbatur, moti Iudęi fremunt aduerſum Chriſtum Domini, & quærunt ipſum apprehendere, vt eum è medio tollant.

Sed quid fit adeò furentibus hoſtibus Chriſti? *Et nemo*, ait Euangeliſta, *iniecit in eum manum.* Hîc turba conſcia conſiliorum principum Iſrael miratur quid & volētes & potentes Chriſti hoſtes impediuerit, quo minùs Chriſtum apprehenderint vt decreuerant. Nō defuit ꝓfectò Iudęis nocēdi volūtas, nec ſi vires & potentiam ſpectes, facultas, ad opprimēdum Chriſtū. Sed conſiliū Dei nondū fuit, vt Chriſtꝰ victima fieret. Hæc congruunt ad regulas Iſaiæ 46. 10. *Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet*, id eſt, homines fruſtra nituntur cōtra meum decretū. Et Prouerb. 21. 30. *Non eſt ſapientia, non prudentia,*

non

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

non conſilium contra Dominum. His regulis & hoc exemplo confirmati non deſpondeamus animũ in perſecutione. Quare cùm videmus Turcam & voluntate & potentia pollere, quibus facilè puſillum Chriſti gregem opprimeret, cogitemus ſimul de conſilio Dei, quo impiorum conatus ſæpiſsimè impeditur. Cæſar Carolus, Papa, Cardinales, Reges mundi omnes ſimul conſpirauerunt aduerſus vnum legatum Chriſti Lutherum, ſed fruſtra, tametſi & voluntate & facultate id facillimè præſtare poſſe videbantur. Sed cõſilium Dei, quod ſtare oportuit, fuit, per illum vnum hominem, veritatem ferè tenebris Pontificiis oppreſſam in lucem reuocare. Hoc Dei conſilio non ſolùm miniſtri Euangelij, verumetiam omnes pij ſe conſolentur aduerſus furores tyrannorum volentium Eccleſiam Dei opprimere. *Noli,* ait Lucæ cap.12.32. Veritas, *timere puſille grex, quia placuit Patri vobis dare regnum.*

Sciamus ergo contra conſilium Dei, nihil valere vires humanas, & irritos fore conatus hoſtium, donec ſapientiſsimo Deo viſum fuerit, id quod ſignificat Euangeliſta, cùm cauſas impediti conatus Iudæorum ſubiungit, hanc videlicet, *Quia nondum venit hora eius,* ſcilicet diuinitus decreta. Intelligit enim horam non fatalem, (*Non enim,* ait Auguſtinus, *Dominus ſub fato natus eſt: hoc nec de te credendum eſt, quantò minùs de illo, per quem factus es, &c.*) Sed horam voluntariæ captiuitatis, paſsionis & mortis, quam horam æterna excepit gloria & felicitas.

Cùm ergo videmus nobis parci, quòd non opprimamur ab hoſtibus, quorum tamen voluntas promtiſsima eſt, & facultas maxima ad nos opprimẽdos, ſciamus horam noſtram nondum veniſſe. Contrà ſi rapimur ad ſupplicia, ſciamus hoc bono conſilio Patris noſtri fieri, vt hoc modo liberati tandem ab his ærumnis, perueniamus ad portum æternæ felicitatis, quam promiſſam expectamus. Horam enim afflictionis noſtræ excipiet æternitas felicitatis noſtræ. Ita enim Paulus dicit Rom. 8.17. *Si vnà cum illo patimur, vnà etiam cum illo regnabimus, eiuſdem cum eo gloriæ & felicitatis conſortes.*

Quartus Articulus.

31 *Multi autem de turba crediderunt in eum, et dicebant: Chriſtus cùm venerit, nunquid plura ſigna faciet quàm hic fecit?*

Ex verbis & ſignis Chriſti multi ex turba fidem concipiunt. Nam vt Chriſtus verbis ſuis docuit: ita ſignis doctrinam ſuam confirmauit. Neque enim fieri potuit, vt verbum Dei ad Dominum vacuum rediret, & nullum ſalutarem fructum faceret.

Hìc omnium primùm occurrit exemplum turbæ omnibus piis imitandum. Etſi autem hęc turba videt principes & ſeniores ſui populi rabioſè ſe opponere Chriſto & eius doctrinæ, tamen non impeditur potentum ſplendore, autoritate, exemplo, nec Phariſæorum hypocri-

A ſi, quin Chriſto obediat & in eum credat: nec iudicabat ſe principibus ſuis aut doctoribus obedientiam debere præcipientibus impia. Sed rectè obedientiam erga Deum, obedientiæ hominum antepoſuit iuxta regulam Act.5.29. *Magis Deo obediendum eſt quàm hominibus.* Neque hoc aſcribendum eſt leuitati turbæ, quæ quauis aura inconſtantior eſt, ſed firmiſsimæ rationi ex propheticis ſcriptis petitæ. Nam cùm dicunt: *Chriſtus cùm venerit, nunquid plura ſigna faciet quàm*
B *hic fecit?* inter ſe colloquentium & diſputãtium de Chriſto & eius doctrina vox eſt, cui quamuis à multis contradicebatur: tamen illi qui cum factis Chriſti conferebãt vaticinia Prophetarum de notis Meſsiæ, crediderunt in eum, vt hìc Iohannes teſtatur. Ad has notas mittit Chriſtus legatos ad ipſum miſſos à Iohanne, de quibus loquitur ipſe Dominus, cùm ait: *Si mihi non creditis, credite operibus meis quæ teſtantur de me.* His notis adiiciantur alia teſtimonia certitudinis
C Euangelij, de quib. ſuprà & ſæpè aliàs diximus.

PARS IV.

Huius partis tria ſunt membra.

Primum de furore Iudæorum indignãtium propter fidem turbæ.

Secundum, de verbis Chriſti obſcurè ſignificantis breui inſtare tempus ſuæ paſsionis & glorificationis.

Tertium, de dubitatione principum non in-
D telligentium ſermonem Domini, quem ipſi ex ſuo ſenſu interpretantur, non tamen ſine hæſitatione.

DE PRIMO.

32 *Audiuerunt Phariſæi turbam murmurantẽ de eo hæc: & miſerunt Phariſæi & principes miniſtros vt apprehenderent eum.*

Phariſæi & principes ſacerdotum non ſolùm
E ſibi ipſis, verumetiam aliis ſalutis viam occludere moliuntur. Audiunt turbam murmurantem de Domino, de ſignis ab eo æditis, quæ teſtantur ipſum eſſe verum Meſsiam. Hinc metuunt principes ſacerdotum & Phariſæi defectionem ab ordinariis doctoribus ad Chriſtum, ex quo & lucrum ſuum diminui & famam periclitari & rem tendere in ſeditionem cogitauerunt. Quare antevertere hęc pericula conantur miſsis ſatellitibus, qui Dominum capiant. Ea-
F dem planè hodiè cernuntur in Pontificiis. Hi audiunt Euangelium Chriſti purè in multis locis prædicari, vident quotidie defectionem à regno Antichriſti, ſentiunt quæſtum meretricis Babylonicæ diminui. Hæc impedire variis artibus moliuntur, mittũt ſatellites Tyrannos qui armis Eccleſiam inuadant: Ieſuitas qui nouo fuco Papatum pingant: Apoſtatas qui apertè confeſsionem veræ doctrinæ abiiciant, vt alios exemplo ſuo ad defectionem pelliciant:
G & falſos fratres, magna pecunia clàm conductos, qui ſub ſpecie pietatis ſeminent hæreſes varias, & quotidie nouis diſputationibus prin-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cipum piorum animos fatigent, ſperantes vt vel iſto pacto alienent multos à veræ religionis confeſsione. Hæc cùm audimus, cogitemus de hac hiſtoria & conſolemur nos præſenti exemplo, ſcientes Chriſtum defenſurum ſuam Eccleſiá aduerſus omnes Diabolos & homines.

DE SECVNDO.

33 *Dixit igitur eis Ieſus: Adhuc puſillum temporis vobiſcum ſum, & abeo ad eum qui miſit me.*

34 *Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego ſum, eò vos non poteſtis venire.*

Dominus quatuor his verbis indicat.

Primum, quòd aliquantulum temporis debeat adhuc inter Iudæos liberè verſari & docere, ſimul perſtringens illorum ingratitudinem, qui legatum à Deo miſſum non recipiunt, & deridens illorum ſtultum conatum contra Dei conſilium.

Secundum, quòd tempore diuinitus decreto debeat voluntariè mori, reſurgere à mortuis & aſcendere ad ad Patrem. Nam hæc omnia ſignificantur per abitum ad Patrem, qui miſerat eum, quemadmodum ex cap. 16. clariùs patebit. Abitus autem ad Patrem ſignificat eum perfunctum eſſe legationis ſuæ munere.

Tertium, quòd tandem contumaces Iudæi oppreſsi malis agnoſcent ſuum peccatum, ſed nimis ſerò, cùm hoſtis iam imminet, & machinas muro ciuitatis adhibet. Videtur enim ſignificare vaſtationem quæ facta eſt per Titum Veſpaſianum. Eſt ergo horrenda comminatio: *Quæretis me & non inuenietis*, ſcilicet quando vos apprehendent mala illa, quæ vos manent propter contumaciam veſtram, quòd gratiam oblatam cōtempſeritis, & legatum Dei reieceritis.

Quartum, quòd ſignificet excludendos eſſe Iudæos rebelles à cœleſti gloria, & obruendos ſempiterna miſeria omnes eos qui Chriſtum non recipiunt. *Vbi*, inquit, *ego ſum, eò vos non poteſtis venire*, hoc eſt, à conſortio diuinæ maieſtatis excludimini ingrati & contumaces.

Hìc admoneamur officij noſtri, quibus vita & ſalus cordi eſt. Cùm Chriſtꝰ ad nos venit ſuo Euangelio, recipiamus illum, ſimus ei grati, ne ſi ingrati fuerimus & contumaces, à nobis diſcedat, & nos cùm in præſentia mala tum in ſempiternam miſeriam incurramus.

DE TERTIO.

35 *Dixerunt igitur Iudæi inter ſeſe: Quò hic profecturus eſt? quòd nos non inueniemus eum? Nunquid in diſperſionem Græcorum profecturus eſt, & docturus Græcos?*

36 *Quis eſt hic ſermo quem dicit: Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego ſum, eò vos non poteſtis venire?*

Phariſæi ſuis opinionibus anticipatis cœci effecti nō conſiderant aut intelligunt vaticinia de morte, reſurrectione &glorioſo Meſsiæ regno. Ideo magis ad veritatis lucem cœcutiunt, qui cùm Chriſtum oderunt, tamen inuident gentibus adeò quòd nollēt ipſum inter gentes viuere & eas docere. Tanta eſt malitia hypocriſis. Hinc admoneamur ne nos potentum & eorum qui ſapientes videri volunt, calumniis ſinamus nos abduci à verbi Dei ſimplicitate.

PARS V.

In hac quinta parte narratur hiſtoria vltimi diei feſti tabernaculorum, qui erat celeberrimus. Proponitur autem ſumma Euangelij paucisſimis verbis. Inuitat Dominus omnes ad ſalutis fontem, ſed, vt fit, hìc oriuntur diuerſa hominum de Chriſto iudicia. Alij ipſum prophetam eſſe dicunt. Nōnulli Meſsiam eſſe, credunt. Quidam Phariſæorum autoritate & verbis decepti eum comprehendere conantur, vt tanquam ſeductorem tradāt in manus principum, ſacerdotum & Phariſæorum.

Conſtituamus huius partis tria membra.

Primum, de clamore & verbis Domini.

Secundum, de ſententia Euangeliſtæ verba Domini interpretantis.

Tertium, de variis auditorum iudiciis.

DE PRIMO.

37 *In vltimo autem die magno feſti, ſtabat Ieſus & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.*

38 *Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.*

Quarum rerum nos admoneat clamor Chriſti, ſuprà diximus. Vltimi diei feſti meminit, vt duo hìc cogitemus, videlicet tum maximam auditorum multitudinem adfuiſſe, & Chriſtum ſe omnibus ſaluatorem obtuliſſe. Neque ingratitudine retractus eſt ab officio, ad quod perficiendum miſſus erat, ſed palàm vel ingratiſsimis, modò reſipiſcere nō dedignentur, fontem vitæ æternæ aperit, cùm ait: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.* In hoc breui dicto plura continentur, quæ ſumma attentione cogitanda ſunt, vt huius fontis fiamus participes.

Primum ergo hìc obſeruetur vniuerſalis particula.

Secundò, qualis ſit ſitis de qua Dominus hìc loquitur.

Tertiò, exhortatio ad totum populum, videlicet, vt veniant omnes ſitientes.

Quartò, promiſsio, quòd venientibus, de fonte aquæ viuæ abundè præbere velit vt non ſitiant.

PRIMVM.

Vim particulæ vniuerſalis habet, ἐάν τις, *Si quis*, vt ſciamus quòd quemadmodum lapſus vnius Adam fuit vniuerſalis: ita etiam gratia in Chriſto, qua erigimur, ſit vniuerſalis, tametſi non eſt eadem ratio vniuerſalis lapſus quæ eſt gratiæ. Nam lapſus ipſe comitatur naturam in omnibus iis qui iuxta communem naſcendi legem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

legem propagantur ab Adam. Gratia autem non naturam comitatur, ſed obedientiam fidei, atque ideo gratia conditionalis eſt, & offertur omnibus qui eam volunt fide apprehendere. Ideo Dominus hîc ſub conditione loquitur, cùm ait: *Si quis,* quaſi diceret: Gratia omnibus parata eſt, quam paratá accipiat, quiſquis voluerit eam fide apprehendere. Hanc conditionē Chriſtus & Apoſtoli ſæpiſsimè inculcant, ex quo facile eſt intelligere, eos errare, qui dicũt hominem in Conuerſione ſe habere vt truncũ aut ſaxum quod violenter trahitur. Nam ſi violentus tractus eſſet, omnino inuoluntarius eſſet & nō requireret conditionem noſtræ obedientiæ. Neque eſt quòd quiſquam putet, hac doctrina labefactari ſententiam eorum qui diſputant arbitrium hominis eſſe ſeruum & non liberum. Nam cùm affirmatur arbitrium eſſe ſeruum, ſeruitus intelligitur voluntaria, non coacta, videlicet cùm homo ſe ſponte ſubiicit dominio peccati. Contra verò cùm liberum eſſe defenditur, libertas opponitur coactioni & neceſsitati Quidquid enim voluntas eligit, liberè & non coactè eligit, vt cùm quis peccat, liberè peccat, & ſponte peccato ſeruit.

SECVNDVM.

Si quis, inquit, *ſitit.* Hîc Dominus reſpicit ad prophetiam quæ eſt Iſaiæ cap. 44. 3. cuius hæc ſunt verba: *Effundam aquam ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam,* vt iſto pacto excitaret Iudæos ad cogitanda vaticinia Prophetarum de Meſsiæ officio. Loquitur autem hîc Dominus de ſpirituali ſiti, quæ eſt non eorum qui opinione ſuæ dignitatis, iuſtitiæ & meritorum ſunt ebrij, quales ſunt hypocritæ, ſed eorum ſolummodò qui pauperes ſpiritu ſunt. Quemadmodum enim illi, quorum ventriculi prauis, craſsis, & ſuperfluis humoribus intra concauitates interceptis & detentis, ſunt ita repleti vt ſemper ſibi ſaturi eſſe videantur. Et ſi quid interdum appetunt, nihil appetunt, niſi fuerit ſimile corruptis illis humoribus quibus antea abundant, & nauſeant ad bonum & ſalutarem cibum, quem non poſſunt ferre, donec purgentur arte medica, ab iſtis ſuperfluis humoribus, à quibus qui non purgantur, ad mortem properant: ita hypocritæ, qui opinione dignitatis, iuſtitiæ & meritorum ſunt ebrij, non appetunt veram iuſtitiam & veram ſanctitatem, ſed ad eam nauſeant, vt qui ſemper ſuis opinionibus delectentur, & ſi quid appetunt, ſimile eſt iis, quibus antea repleti erant. Huius generis ſunt traditiones humanæ, & variæ ſuperſtitiones, à quibus malis ſi non liberantur, ad mortem properant, & miſeriam ſempiternam. Huiuſmodi noxiis humoribus, hoc eſt, opinionibus dignitatis, iuſtitiæ & meritorum fuit repletus Nicodemus, cùm noctu ad Dominum veniret, adeò vt ad mentionem ſalutaris cibi & potus nauſearet, donec arte medici Chriſti ab iſtis opinionibus liberatus eſt. Iam ex antitheſi facile eſt intelligere, quænam ſitis ſit, de qua Dominus hîc

A loquatur, videlicet, deſiderium fontis aquæ viuę, de quo qui biberit, viuet in æternum, Iohan. cap. 4. 14.

Sed quinam ſunt qui hac ſiti laborant? pauperes, vt dixi, ſpiritu, hoc eſt, qui verè ſentiunt, ſe nihil habere iuſtitiæ, nihil meriti, nihil dignitatis, ſed potiùs peccatores eſſe & reos coram Deo, quibus peccati ſtipendium mors propoſita eſt Hos ſitientes Dominus ipſe Matth. cap. 11. 28. vocat laborantes & oneratos, cùm inquit: B *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis.* Laborantes ſunt, qui conſcientia peccati moleſtantur. Onerati ſunt, qui mole peccatorum ſentiunt ſe adeò premi, vt mori cogantur æternam mortem, niſi onus eorum leuatum fuerit. Vt ergo iuxta Pſalmum 42. 1. ceruus deſiderat ad fontes aquarum quo ſitim ſuam reſtinguat, poſtquam in venatione longo curſu fatigatus eſt: ita peccator poſtquam conſcientia peccati territus eſt, & mole peccatorum tantum nō op- C preſſus, quærit refocillationem.

Porrò vt homo conſcientia peccati terreatur, & peccati onus ſentiat, Lex Dei facit, vt Paulus ait Rom. 3. 20. *Per Legem eſt agnitio peccati.* Item Rom. 4. 15. *Lex iram operatur.* Pertinet ergo miniſterium Legis eò, vt purget hominem à ſuperfluis humoribus, hoc eſt, faciat vt deponat opinionem propriæ dignitatis, iuſtitiæ & meriti, & verè ſentiat, ſe nudum eſſe & pauperem coram Deo, vt qui nihil habeat, quod adferat D coram tribunali Dei, præter peccatum & merita mortis & damnationis æternæ: qui hanc ſuam ariditatem ſentit, & onus peccati intelligit is tandem ſitit, ſcilicet remiſsionem peccatorum, iuſtitiam & ſalutem, quam nō aliunde habere poteſt quàm à Chriſto: qui ergo agnoſcit peccatum ſuum, iram Dei in peccatorem & iuſtam maledictionem ſentit, is ſitit remiſsionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, benedictionem, ſalutem & vitam æternam.

E

TERTIVM.

Veniat ad me. Verbum ἐγχίαθω, hortantis eſt, non cogentis ſeu violenter inuitum trahentis, ſed offerentis ex gratia, quod voluntatis liberæ eſt vel amplecti vel auerſari. Nemo enim hortatur eum rectè, cui obediendi facultas nulla eſt, neque punit iuſtè non obedientem, ſi nulla eſt reluctantis culpa: quę ſanè reluctatio non eſt inuoluntaria, ſed ex libera proæreſi profi- F ciſcitur. Nemo ergo ſe excuſet, ſi vocatus non venit, ſi hortanti non obtemperat, ſed propriæ contumaciæ acceptam ferat ſuam condemnationem. Deinde hoc dictum monet, quòd Chriſtus ſit fons aquæ viuæ, qua ſitis illa quæ ex peccati agnitione venit, reſtinguitur. Ad hunc fontem venire omnes oportet, qui nolunt in ſua ſiti perire, id quod accidit omnibus iis qui ſentiunt peccati ſui magnitudinem, iuſtiſsimam iram Dei, & meritam condemnatio- G nem, & non quærunt remedia à Chriſto, ſed alia remedia quærunt, vt applicationes meritorum Sanctorum, Miſſas, inuocationes

Sanctorum, humanas ſuperſtitiones,&c. Hos A
neceſſe eſt tandem ſiti mori & æternum perire.
Nam nullus his ſuccurrere poteſt præter vnum
Chriſtum,ideo dicit:*Veniat ad me*, & alibi in Scri
pturis hác ipſam ob cauſam ſe medico confert.
Ad hunc ergo ſolum accurrẽdum eſt, qui ſolus
viuam aquam ſine mercede, donat ad ſe ve-
nientibus.

Sed,quid eſt venire ad hunc medicum,& hu
ius medici viuũ fontem? hoc planè nihil aliud
eſt quàm quod Petrus ait Actor. 2. 38. Μετανοεῖν, B
hoc eſt, conuerti ad Deum per fidem in Ieſum
Chriſtũ. Hanc conuerſionẽ, quam vſitatè pœni
tẽtiam vocamus, docet ſolũ Euangeliũ, quem-
admodum Chriſtus ipſe teſtatur, cùm ait Luc.
24.46. *Sic ſcriptum eſt, & ſic oportuit pati Chriſtum,*
& reſurgere à mortuis tertio die, & prædicari in nomi-
ne eius μετάνοιαν, hoc eſt, pœnitentiam ſeu con-
uerſionem, quæ fit per fidem, *& remißionem pec-*
catorum, omnibus gentibus. Vt ergo Lex facit vt
ſitim ſentiamus: ita Euangelium monſtrat fon- C
tem, quo ſolo ſitis iſta reſtinguitur. Hunc fontẽ
monſtrare nihil aliud eſt, quemadmodum dixi-
mus, quàm inuitare homines ad pœnitentiam,
vt à pœna æterna liberentur, quam Lex mina-
tur omnibus trãſgreſſoribus ſine vlla exceptio-
ne. Quidam volunt prudentiores videri, putan-
tes ſe controuerſiam iſtam motam de definitio-
ne Euangelij facilè (ſi diis placet) componere
poſſe, ſi dicant vtramque doctrinam, videlicet
Legem & Euangelium, docere pœnitentiam de D
qua loquimur, ſed craſsiſsimè hallucinantur.
Nunquam enim monſtrabunt vel vnum teſti-
monium huius ſuæ argutæ conciliationis. At
dicunt: Lex arguit peccatum, & Spiritus San-
ctus in Euãgelio arguit peccatum: Ergo & Lex
& Euangelium arguit peccatum. Hoc veriſsimũ
eſſe fatemur, ſed falsò inde colligunt, vtramque
doctrinam docere pœnitentiam vel inuitare ad
pœnitentiam. Nã longè aliud eſt, indicare mor-
bum quàm remedium morbo applicare & me- E
deri. Lex & Euangelium indicãt morbum, dum
arguunt peccatũ, ſed ſolum Euãgelium, dũ in-
uitat ad pœnitentiã, remediũ aduerſus morbũ
nouit & monſtrat. Lex tantũ oſtendit peccatũ,
arguit peccatũ, minatur æternã mortem pecca-
toribus, vt quæramus medicum, quam ob cau-
ſam Lex ab Apoſtolo pædagogus ad Chriſtum
dicitur. Euangelium dum hortatur ad pœni-
tiam, medicinam aduerſus morbum adhibet.
Nam Euangelium fundamentum pœnitentiæ F
nõ iram ſed gratiam facit. Sic Ierem. 14. 20. agni-
tio iniquitatum ad compunctionem cordis im-
pellit: contrà verò cognitio fœderis ad pœniten
tiam ſeu cõuerſionem inuitat. *Recordare*, inquit,
ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum. Petrus Actor.
2. ex Lege arguit peccatum, ſed compũctis cor-
de dicit, μετανοεῖτε, pœnitentiam agite. Neque ta-
men nego pœnitẽtiam interdum accipi pro di-
ſplicentia facti & dolore, ob pœnam imminen-
tem propter factum, ſed tum vtitur Scriptura G
vocabulo μεταμέλεια, quam docemus neceſſariò
præcedere conuerſionẽ, hoc eſt, ſalutarem pœ-

A nitentiam, quam nos defendimus ſolius Euan-
gelij eſſe, & Legem prorſus nihil de ea ſcire. Ita
ergo habemus, quomodo veniamus ad Chri-
ſtum, & cõſequamur aquam viuam, qua noſtra
ſitis reſtinguatur, nimirum per veram pœniten
tiam, quæ nihil aliud eſt quàm conuerſio homi-
nis ad Deum, per fidẽ in Ieſum Chriſtum, quã
conuerſionem, vt neceſſariò antecedit cõtritio:
ita neceſſariò ſequitur noua obediẽtia, propter
quem nexum & neceſſariam cohærentiam, ſeu
B conſecutionem pij doctores in Eccleſia bono
conſilio tres pœnitentiæ partes numerant, quæ
ſunt Contritio, pars videlicet antecedens, ſeu
paraſceue ad pœnitentiam ſalutarem, quæ ideò
pars dicitur, quia ordine prima eſt reſpectu fi-
nis: Fides, pars formalis ſcilicet, per quam fit i-
pſa conuerſio: & Noua obedientia, pars conſe-
quens. Nunquam enim poteſt noua obedientia
abeſſe à conuerſione ſeu fide.

QVARTVM.

C *Et bibat.* Hæc promiſsio eſt. Promittit enim
Dominus quòd ſitientibus & venientibus ad ſe
velit fontẽ ſalutis aperire, & infundere ſeipſum
mentibus non repugnantium. Hic potus eſt
ſpiritus fidei, qua remiſsis peccatis iuſtificamur
regeneramur & ſanctificamur. Neque hic potus
ita ſtatim inebriat, quin porrò ſitiamus: ſed non
eodem modo, vt ante iuſtificationem. Nam iu-
ſtificati fide, etſi perfectè iuſti cenſemur coram
Deo: tamen nondum plenè regenerati & ſan-
D ctificati ſumus, ſed ex parte tantùm. Ex quo fit,
vt donec in hoc mortali corpore ſumus, ſitiamus
donorum Dei incrementa in Chriſto Ieſu.

Plura de hoc ſpirituali potu in 4. capite anno
tauimus. Iam ſubiungitur metaphoræ declara-
tio. *Qui credit in me*, hoc eſt, qui collocat in me ple
nam fiduciam iuxta promiſsionis verbum. Eſt
enim verbum promiſsionis fidei regula. *Flumina*
de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc teſtimonium
non ex verbis, ſed ex ſenſu Scripturę, quam nos
E habemus, petitum videtur. Nam omnia vatici-
nia Scripturæ de effuſione Spiritus Sancti in
credentes, hunc ſenſum habent, quem hìc Do-
minus paucis expreſsit verbis. Verũ metapho-
ra explicanda eſt dicto Domini, quod eſt Iohan.
4. 14. *Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons ſalientis in*
vitam æternam. Spiritus enim Sanctus credenti-
bus perſuadet de bonitate Dei erga ſe, & in eis
obſignat miſericordiam Dei, ac variis donis eos
ornat, quibus ſe mutuò fideles iuuant. Docet
F ergo hîc Chriſtus, quid ſit bibere de aqua viua,
nempe credere in ipſum. Sola enim fide hauri-
tur hæc viua aqua, quę efficax eſt in vitam æter-
nam. Hæc ipſa ſententia in 6. capite manduca-
tione carnis Chriſti & potatione ſanguinis eiuſ
dem expreſſa eſt, vt ſciamus vnde pendeat ſalus
noſtra, videlicet ex merito Chriſti, qui dedit
corpus ſuum pro nobis, & effudit ſanguinem.
Verùm hîc Spiritui tribuitur & fidei, vt ſciamus
ſine Spiritu Sancto fidem in nobis non conci-
G pi. Nam Spiritus Sanctus ad prædicationem
Euangelij mouet voluntatem, vt ſua ſponte aſ-
ſentiatur verbo promiſsionis.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

DE SECVNDO.

39 *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in ipſum. Nondum enim erat Spiritus Sanctus, quia Ieſus nōdum glorificatus erat.*

Interponit Euangeliſta interpretationem aquæ viuæ & fluminum aquæ viuæ, quam definit eſſe Spiritum Sanctum.

Verùm hîc tria ſunt excutienda:

Cur Spiritus Sanctus conferatur aquæ viuę.

Cur credentes dicantur Spiritum accipere, cùm ipſe ad prædicationem Euangelij inſinuet ſe cordibus hominum ac fidē in ipſis operetur.

Quid ſit Spiritum Sanctum nondum fuiſſe, cùm conſtet ipſum ab æterno eſſe.

Cur ergo Spiritus Sāctus dicitur aqua? propter ſimilitudinem effectuum, quam habet Spiritus Sanctus cū aqua. Primùm itaque, vt nihil in terra abſq; humiditate gignitur, id quod ſemina iacta indicāt, quæ quidē aut humida ſunt, vt animaliū, aut ſine humiditate nō germinant, vt ſunt ſtirpium, quò pertinet encomium illud aquæ apud Pyndarum: ἄριστον μὲν ὕδωρ, quo ſignificatur quòd nihil ſine aqua nec naſci nec viuere poſsit: ita non regeneramur in nouos homines ſine Spiritu Sancto regenerante. Vt ergo aquæ cadentes in terram, omnium quæ è terra naſcuntur, cauſæ ſunt: ita Spiritus Sanctus cadens in cor hominis, regenerationis, vitæ nouæ & ſanctarum actionum cauſa eſt. Huc pertinet Cyrilli dictum: *Aqua viua ſignificat viuificantem Spiritus gratiam, per quam humana natura ariditate infœcunditateq́, quæ Diaboli artibus inuecta fuerat, depulſa, ad priſtinam pulcritudinem & viriditatem irrigatur.* Damaſcenus ait: *Vt in principio creationis rerum aqua ſuper omnem terram effundebatur: ita in regeneratione neceſſe eſt Spiritum Sanctū effundi in corda hominum, ſine quo ſumus veluti arida ſterilisq́ terra, vt in quibus nullus ſit ſuccus, nullus ſalutaris vigor.* Deinde, vt aqua mundat à ſordibus corporis: ita Spiritus Sanctus à ſordibus animi, dum ſordes affectuum abſtergit & purgat. Præterea, vt aqua recreat fatigatos, & ardorem reſtinguit, ita Spiritus Sāctus conſcientia ſcelerum fatigatos, & cruce tanquam ardore grauiſsimo æſtuantes fiducia in Chriſtum ſubleuat, & conſolationibus recreat, quam ob cauſam Spiritus exultationis & conſolationis dicitur. Breuiter, vt aqua generat, nutrit, auget, mundat, perdita reſtituit, conſeruat, copulat, mollit, latè fluit: ita Spiritus Sanctus ſpiritualiter in animis fidelium analogas habet operationes.

Quomodo credentes dicuntur hîc accipere Spiritum Sanctum, quem conſtat fidem anteuertere: Operatur enim Spiritus Sanctus fidem in cordibus hominum, ad prædicationem Euangelij? Hoc comparatiuè accipiendum eſt. Etſi enim omnis qui credit, per Spiritus Sancti operationem credit: tamen dicitur Spiritum Sanctum accipere fidelis, quando vis Spiritus Sancti magis ſe exerit in credentibus ad eos ſanctificandos, ex quo fit, vt nunc Spiritus A fidei, nunc ſanctificationis dicatur. Quatenus ergo Spiritus Sanctus in credentibus habitat, & in eis operatur, dicitur fide accipi, non quòd antea eum non habuerint, ſed quia tunc ſe manifeſtat apertiùs & oſtendit efficaciùs ſuam præſentiam, dum videlicet impellit ad Spiritus opera ſectanda, dum armat animatque fideles contra carnis opera. Quatenus autem Spiritus Sanctus per verbum & ſacramenta fidem excitat, cum verbo & ſacramentis exhibetur, & fi- B dem in cordibus creat, ordine nō tempore præueniens fidem.

Verùm ſi penitius introſpiciamus hunc textum, & conferamus hoc Euangeliſtæ dictum cum ratione quæ ſequitur, *Nondum enim erat Ieſus glorificatus*, intelligemus Euangeliſtam nec de eſſentia, nec de perſona, nec de inhabitatione & efficacia Spiritus Sancti in fidelibus loqui, ſed de ſingulari modo Spiritus Sancti, qui ſequuturus erat glorificationem Chriſti. Hic mo- C dus manifeſta & viſibilis donatio Spiritus Sancti fuit in die Pentecoſtes poſt reſurrectionem & aſcenſionem Domini in cœlum. Item in primitiua Eccleſia, qua donatione Spiritus viſibili, & confirmabatur Euangelium Chriſti, & oſtendebatur diſcrimen inter miniſterium veteris & noui Teſtamenti, & monſtrabatur regni Chriſti gloria, quæ longè alia eſt à gloria regnorum mundi. Nam Chriſtus ſuam Eccleſiam regit verbo, & Spiritu Sancto ſanctificat ad D vitam æternam.

Ex his iam facile reſpondere eſt ad tertiam quæſtionem, cur videlicet Iohannes dicat: *Nondum erat Spiritus Sanctus*. Nam quod ad eſſentiam, perſonam & efficaciam Spiritus Sancti attinet, fideles dubitare non poſſunt. Norunt enim Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum vnum eſſe & æternum Deum: norunt Spiritum Sanctum eſſe perſonam diſtinctam à Patre & Filio: norunt ipſum efficacem fuiſſe in o- E mnibus credentibus inde vſque ab initio mundi. De creatione dicitur Geneſis cap 1. 2. *Spiritus ferebatur ſuper aquas.* De gubernatione & prouidentia: Pſalm. 33. verſ. 5. *Verbo Domini cœli firmati, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et Petrus dicit 1. Petr. cap. 1. verſ 21. Spiritum Chriſti fuiſſe in Prophetis. Item 2. Petr. cap. 1. verſ. 22. Spiritu Sācto inſpiratos locutos fuiſſe Prophetas. Non ergo dictum iſtud Iohannis, *Nondum erat Spiritus Sanctus*, accipi debet aut poteſt de F eſſentia, perſona & efficacia Spiritus Sancti, ſed de nouo modo quo ſe Spiritus Sanctus patefecit glorificato Chriſto, qui Chriſtus cùm vſque ad mortem humiliatus eſſet, gloria reſurrectionis aſcenſionis in cœlum & ſeſsionis ad dexteram Patris eſt glorificatus, cuius gloria confirmata eſt hoc nouo & admirando patefactionis modo, quo Spiritus Sanctus viſibiliter in Apoſtolos & alios illapſus eſt.

Porrò quoniam quæſtio hodie agitatur de G tempore humiliationis & glorificationis Chriſti, quod à nonnullis magni nominis Theologis videtur confundi, nō intempeſtiuum fuerit

nonnulla huc ſed breuiſsimè aſcribere, præſertim cùm Euangeliſta noſter hìc claris verbis diſtinguit tempus glorificationis, à tempore humiliationis, cùm inquit: *Nondum enim Ieſus erat glorificatus.* Hìc omnium primùm diſcernendum eſt inter naturas Chriſti & perſonā Chriſti. Quantum ad naturam diuinam Chriſti attinet per ſe conſideratam, nunquam erat non glorificata: Neque enim cadit humiliatio ſeu diminutio in naturam diuinam, ſeorſim conſideratam. B Si humanam Chriſti naturam reſpicimus, tempus humiliationis ipſius ſine interruptione durabat à tempore conceptionis in vtero virginis vſque ad eiuſdem glorioſam reſurrectionem ex mortuis. Tunc enim primùm natura humana ſupra omnes creaturas euecta particeps facta eſt, non naturæ diuinæ, ſed diuinæ gloriæ & maieſtatis propter perſonæ vnitatem. Neque cum his pugnat transfiguratio Chriſti in monte. Non enim hęc ſuſtulit mortalitatem, nec alias conditiones infirmitatis Chriſti carnis, C ſed ſolummodò perſona Chriſti in colloquio cum Moſe & Elia, tenuem quandam ſuæ gloriæ lucem diſcipulis oſtendit, idque ideo, vt confirmaretur caro Chriſti aduerſus mortem quæ imminebat, vtque diſcipuli hoc ſpectaculo viſo in fide Chriſti ſtabilirentur, quæ fides horribiliter concutienda erat tempore paſsionis Domini, vſque ad reſurrectionem ipſius à mortuis.

D Verùm ſi perſonam Chriſti conſideramus reſpectu naturæ aſſumtæ, dicitur illa quoque humiliata eſſe à tempore aſſumtæ humanitatis vſque ad mortem crucis, hoc eſt, vt clariùs nos explicemus, Natura diuina Chriſti quatenus carni ſeſe vniuit, dicitur ſolummodo humiliata. Siquidem non vt in carnem participatio gloriæ: ita diminutionis ignominia in diuinam naturam cadit. De hac humiliatione perſonæ loquitur Paulus Philip. cap. 2. 7. cùm ait: *Qui cùm eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe* E *æqualem Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, formam ſerui aſſumens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu repertus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter hoc & Deus ipſum exaltauit, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, &c.* Cùm Apoſtolus hìc dicit, *in nomine Ieſu*, clarè ſignificat ipſam perſonam ſecundùm vtramque naturam maieſtatis diuinæ participem eſſe, quæ maieſtas non corrumpit, non F abolet humanam naturam, nec mutat ipſam in diuinitatem, quemadmodum impius Eutyches ſomniauit, ſed eam ornat & euehit ſuper omnes creaturas, & conſeruat eſſentiales ipſius proprietates, videlicet veri corporis modum, circumſcriptionem, &c. in omnem æternitatem. Neque cum his pugnat hæc veriſsima aſſeueratio: Homo Ieſus eſt vbique. Nam hìc perſona intelligitur, quæ tota vbique eſſe veriſsimè dicitur: propter vnicam naturarum hy- G poſtaſin. Eſt proinde Chriſtus etſi non ſecundùm vtramque naturam; tamen ſecundùm A perſonæ vnitatem vbique totus. Omnia ergo implet totus Chriſtus Deus & homo, cùm nuſquam ſit Chriſtus ab aſſumta carne ſeparatus. Atque hoc eſt quod Magiſter Sententiarum & Damaſcenus dicunt (quorum ſententiam omnes orthodoxi hactenus approbauerunt) *Chriſtus eſt vbique totus, non totum.* Totus Chriſtus, id eſt, Chriſtus perſonaliter conſideratus. Totum Chriſti, id eſt, natura diuina & humana Chriſti.

DE TERTIO.

40 *Multi autem ex turba cùm audirent ſermonem hunc, dicebant: Hic eſt verè Propheta.*

41 *Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. Alij autem dicebant: Nũquid ex Galilæa Chriſtus veniet?*

42 *Nonne Scriptura dicit, quòd à ſemine Dauid, & à Bethlehem vico, vbi erat Dauid, Chriſtus veniet?*

Schiſma igitur in turba factum eſt propter hunc. Quidam autem ex ijs volebant comprehendere illum: ſed nullus iniecit in eum manus.

Hìc videmus promiſcuæ multitudinis de Chriſto & eius doctrina varia iudicia, diuerſa ſtudia. Alij enim alias rationes ſecuti aliter iudicabant, neque aliud vnquam à vulgo expectandum eſt. Nam vt pardus non mutat maculas ſuas, nec Æthiops nigrorem ſuum: ita nec turba quauis aura leuior inconſtantiam ſuam mutabit, quemadmodum hìc clarè videmus. Sunt enim in hac turba, qui affectus ſuos ſequuntur ſine ratione. Sunt rurſus, qui variis rationibus fluctuant inconſtantes. Non deſunt adulatores, qui contra conſcientiam in magnatum gratiam multa & dicunt & faciunt. Quidam enim dicebant: verè Propheta eſt, haud dubiè moti ſublimitate doctrinæ, ſanctimonia vitæ & miraculis Domini: ſed vt facilè hanc opinionem de Domino conceperunt, cùm eum præſentem viderunt & audiuerunt: ita eandem depoſuerunt rurſus leuitate ſua, cùm præſentem non haberent ob oculos & præſentia miracula non cernerent. Alij dicebant: hic eſt Chriſtus, id eſt, olim promiſſus Meſsias. Hi etſi verum dicebant: tamen fluctuant, nec in hac ſententia manent conſtantes niſi pauciſsimi. Nam hæc ſententia veriſsima, qua confitebantur Ieſum eſſe Chriſtum, inuaditur ab iis, qui à Phariſæis erant inſtructi hoc argumento, quo multi haud dubiè ſeducti, mutarunt ſententiam. Chriſtus naſcetur ex ſemine Dauid in oppidulo Iuda Bethlehem, quemadmodum Scriptura docet, cui credendum eſt. Sed iſte Nazarenus eſt in Galilæa natus, nec ex Dauide oriũdus, nec natus in Bethlehem vico Dauidis. Igitur non poteſt eſſe Meſſias. Huius rationis principium firmiſsimum eſt. Nam vtrumque teſtatur Scriptura, videlicet

licet quòd Chriſtus proditurus eſſet ex ſemine Dauid, iuxta illud Pſalm. 132.11. *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam*, & naſciturus in vico Bethlehem Iuda, iuxta vaticinium Micheę Prophetæ, quemadmodũ Matthæus teſtatur completum eſſe, cap. 1. & 2. Sed falſum ex vero principio extruit turba, non veritatẽ hiſtoriæ Chriſti, ſed opinionem eorum falſam, qui Dominum non Bethlehem, ſed Nazareth natum putarunt, in qua opinione fuit quoque Nathanael. Nam cùm diceret Philippus, Ieſum Nazarenum Filium Ioſeph, eſſe Meſsiam de quo ſcripſerat Moſes, reſpondet Philippo Nathanael cum admiratione: *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Verùm ſi rem qua decuiſſet diligentia examinaſſent, inueniſſent Dominũ natum quidem Bethlehem ex familia Dauidis, nutritum verò in viculo Galilææ Nazareth prope montem Thabor. Verùm hypocritæ nolentes abiicere anticipatas opiniones, non tam quærebant, quomodo veritatem diſcerent, quàm quomodo eam à ſe propellerent. Horum exemplo monemur, vt non opinionem vulgi in ferenda ſententia de rebus magni momenti ſequamur, ſed omnia ſumma cum diligentia examinemus, ne in noſtram perniciem ſapiamus.

Verùm fuiſſe in ea turba, qui ſe iſti rationi oppoſuerunt, ex eo patet, quod ſequitur: *Schiſma igitur in turba factum eſt propter hunc.* Nec aliud hodie expectandum eſt. Nam ſemper mundus ſibi ſimilis eſt. Semper erunt concertationes in Eccleſia, vbicunque Chriſtus purè prædicatur. Sed pios aduerſus iſtud ſcandalum oportet prædictionibus, exemplis & promiſsionibus munitos eſſe.

Porrò in ſchiſmate aderant qui Chriſtum voluerunt comprehendere, vt rem Phariſæis hoſtibus Chriſti gratam facerent, ſed conſilio Dei impediti ſunt, vt nemo in eum iniiceret manus. Vnde nos conſolemur in perſecutionibus. Sed de hac re ſuprà copioſiùs diximus.

Porrò ex hoc tertio membro colligamus confirmationem aduerſus Staphilum apoſtatam & Anabaptiſtas, qui negant Eccleſiam eſſe in eo hominum cœtu, in quo ſunt diſſenſiones, ſchiſmata & ſectæ variæ. Nam cùm non dubium ſit, Eccleſiam fuiſſe in eo cœtu in quo Chriſtus ipſe docuit, inter cuius tamen auditores horrendæ diſſenſiones & hæreſes erant, non dubitemus Eccleſiam veram eſſe, vbi vox Euangelij incorrupta ſonat, etiamſi multa ſunt illic mortua membra, & multæ infirmitates viuorum membrorum. Hoc quoque loco cernimus, qualibus armis Satan ſoleat vti aduerſus Eccleſiam Chriſti, videlicet Sophiſtica & Tyrannide. Nam cùm videt ſe fruſtrà Sophiſtica agere, ad Tyrannidem ſe conuertit.

PARS VI.

In hac poſtrema huius capitis parte, recitatur hiſtoria de miniſtris Phariſæorum, qui miſsi erant vt caperent Ieſum, redeuntibus rè infecta, de obiurgatione eorundem à Phariſæis: Præterea de Nicodemo diſcipulo Domini, ſed occulto, impium Phariſæorum conciliabulum diſsipante.

Huius partis tria conſtituamus membra.

Primum, de reditu miniſtrorum & eorundem excuſatione, quòd Ieſum captum non adducerent.

Secundum, de obiurgatione & eius rei cauſa, non tam inciuili quàm impia.

Tertium, de Nicodemi admonitione, quà offenſi Phariſæi ſoluunt impij impium concilium.

DE PRIMO.

45 Venerunt igitur & miniſtri ad Principes ſacerdotum, & dicebant eis illi: Cur non adduxiſtis eum?

46 Reſponderunt miniſtri. Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo.

Copulatiua, *Et*, indicat multos anteuertiſſe miniſtros Phariſæorum, ac retuliſſe quomodò variè in turba diſceptaretur de Domino, poſt quos redeunt etiam miniſtri Phariſæorum re infecta. Ad quem enim capiendum miſsi erant, non ſolùm non capiunt, ſed admirantur, ſuſpiciunt, colunt, præferunt omnibus aliis doctoribus & oratoribus, atque adeò ipſis quoque Scribis & Phariſæis: adeò impiorum conſilia aduerſus Dominum incaſſum abeunt & vana ſunt. Phariſæi reuerſis dicunt: *Cur non adduxiſtis eum?* Hac interrogatione & ſuam autoritatem læſam conqueruntur, & miniſtrorum perfidiam notant, & ſeditionem orituram ſignificant. Putârunt enim antea neminem audere ſuę autoritati reſiſtere, neminem detrectare imperium, neminem audere quicquam ſeditiosè moliri, de quibus omnibus nunc actum eſſe metuunt. Atque ita hîc exemplum regulæ cernitur, quæ eſt Pſalmo 1. verſ. 6. *Via impiorũ peribit.* Non rectè computarunt ἀγνώμονες iſti, ſufficere ad conſiliorum executionem, voluntatem & vires humanas, excludentes quod primas tenet partes in omni re agenda, conſilium & decretum Dei. Hinc monemur, non fidendum eſſe humanis conſiliis, tanquam ipſa ſufficerent ad aliquid perficiendum. Nam res magnæ non voluntate & viribus humanis perficiuntur, ſed Dei conſilio, quod in omnibus rebus agendis non ſolùm primas, ſed etiam ſecundas & tertias iure obtinet. Furant igitur quantum velint hoſtes Dei, minus quàm nihil efficient, donec potens Dei manus ipſis aduerſatur.

Sed quomodo ſe excuſant miniſtri? dicunt: *Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo.* Qualis quæſo hæc excuſatio? Non erant miſsi vt audirent docentem, ſed vt docentem, inuita ordinaria poteſtate, captum adducerent. Sed magna vis verborum Chriſti eſt, qua ipſe capit eos, qui miſsi erant vt ſe caperent. Paulus miſſus fuit, vt ſanctos qui erant Damaſci caperet &

duceret vinctos Ieroſolymam, ſed ipſe capturus capitur, non violentis manibus, ſed verbo Ieſu. Sic ſæpe verbum amicos facit, quos hoſtes malitia fecerat. Eadem vis verbi Ieſu hodie eſt. Mittuntur multi vt Ieſum in ſuis membris capiant, ſed verbo Ieſu capti conſilium & ſententiam mutant, & fiunt ex hoſtibus amici, imò ex mancipiis Satanæ, filij Dei viuentis. Nam tametſi hic inter multos verbum Ieſu ſonuit in ſcandalum hominum culpa, tamen multos attraxit, & quod mirum eſt, ex miniſtris iniquitatis non paucos. Centurio ille miniſter necis Domini, virtute verbi euidenti ſigno confirmatus, factus ex hoſte eſt confeſſor Chriſti. Magni ergo faciamus verbum Chriſti, cuius tanta vis eſt, nō quidem ex literarum characteribus, non ex ſono & recitatione, non ex ſcriptione, quæ eſſet magica impoſtura, ſed ex virtute Spiritus Chriſti, qui in verbo eſt efficax ad fidem operandam in iis, qui verbo contumaciter ſe non opponunt.

Contemnamus ergo Anabaptiſticos furores, & Enthuſiaſtarum ineptiſsimas nugas, qui miniſterium verbi non ſolùm ſacrilegè extenuant, verumetiam impiè ſublatum volunt, quod ſanè nihil aliud eſt quam mādatum Dei contemnere, Chriſtum repudiare, Satanam recipere & propriæ ſalutis curam abiicere. Fieri enim non poteſt, quin homines verbo Dei neglecto capiantur laqueis Diaboli, quemadmodum primis noſtris parētibus accidit, qui verbo Dei repudiato, Satanæ præbuere aures.

Cæterùm hîc quæſtio oritur, de qua inter politicos viros & veros Dei ſeruos non conuenit. Quæſtio autem hæc eſt: Num miniſtri iis quibus pacto obligati ſunt & certo ſtipendio deuincti ad præſtandam obedientiam, poſsint in vllis rebus Dominorum ſuorum imperata detrectare, an non? Domini qui imperant, nolunt contra ſuum imperium aliquid fieri à miniſtris. Qui politicè ſapiunt, idem negant. Qui Deum timent, inter imperata, & eos qui imperant, diſcernunt, lucem verbi Dei & veritatem, non tenebras rationis aut falſas imaginationes, ſequentes. Dominis hoc vulgare dictum in ore eſt: *Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.* Sapientes mundi putant actum fore de rebus humanis & incolumitate Rerumpublicarum, ſi in vllis rebus permittatur miniſtris ſuorum Dominorum aduerſari voluntati, & detrectare imperia, & multa argutè ad hanc ſuam ſententiam confirmandam adducunt. Verùm pij Deum hominibus præferunt, diuinas leges humanis anteponunt, rectè facta ſceleribus præponunt, has apoſtolicas regulas amplectentes: *Oportet Deo magis obedire quàm hominibus.* Act. cap. 5. 29. Item Epheſ. cap. 6. 5. *Vos ſerui obedite dominis veſtris ſecundùm carnem, cum metu & tremore, tanquam Chriſto.* Ex his regulis tria concluduntur.

Primum, quòd dominis noſtris iuxta carnem debeamus obedientiam propter mandatum Dei.

Secundum, quòd obedientia erga Deum ſit præferēda obedientiæ quam homini debemus.

A Tertium, quòd Chriſtus ſit nobis regula, ad quam obedientia exigenda eſt. Hæc tria luce clariùs oſtendunt, quod miniſtri Phariſæorum rectè fecerint, qui mandatum Dei antepoſuerunt impiis mandatis ſuorum Dominorum, qui magis Chriſto regi cœlorum, quàm ſceleratis hominibus morem gerere voluerunt. Qando enim dominus imperat contra Deum, & contra honeſtatem, ius dominij amittit.

Vt ergo hi miniſtri Phariſæorum fecerunt:
B ita oportet omnes Deum timentes facere. Nec eſt hic metuēdum exitium Rerumpublicarum, ſed potiùs incolumitas & ſalus humanæ ſocietatis expectanda eſt. Nam ſi magnates non haberent inſtrumenta ſuæ tyrannidis, à multis iniuſtis bellis abſtineretur, multis innocentibus parceretur, eſſetque tranquillior multò Eccleſiæ ſtatus, atque adeò incolumitas humanæ ſocietatis charitatis vinculo meliùs conſeruaretur. Ad regulam, quam tradidimus, quadrant
C laudabilia ſanctorum exempla. Obſtetrices Ægyptiæ iuſſæ à Pharaone occidere infantes Hebræorum, quæ tamen hoc non faciunt, quia noluerunt à regula diſcedere: Oportet Deo magis obedire quam hominibus, quemadmodum textus clarè indicat Exod. 1. 17. cùm ait: *Timebant enim Deum.* Saul, vt eſt 1. Reg. 22. 17. mandat ſeruis ſuis, vt interficiant Abimelech cum ſacerdotibus collegis. At illi noluerunt extendere manus in ſacerdotes Domini, qua voce ſi-
D gnificant ſe magis Deo quàm impio tyranno debere obedientiam. Verùm cùm Doeg idem iuberetur facere, ſacerdotes Domini trucidat. Non enim timebat Deum. Abdias ad mandatum impiæ Ieſebelis, vxoris impiiſsimi tyranni Achab, noluit interficere Prophetas Dei, ſed eos abſcondit paſcens eos pane & aqua, cuius rei cauſa in textu adiicitur, videlicet, quòd timuerit Dominum Deum ſuum, 3. Reg 18. 21. Iubetur Dux Saxoniæ Elector tradere in manus
E Pontificum Martinum Lutherum pium Euangelij Chriſti præconem, ſed eum abſcondit nolens obedire impio Imperatoris mandato.

Cum hac quæſtione coniuncta eſt & alia, videlicet, An magiſtratui populari liceat, ſi aliter fieri non poteſt, tueri ſubditos aduerſus ſupremum magiſtratum, volentem vel veram religionem abolere, vel falſam obtrudere. Hæc quæſtio ab eodem fundamento dependet. Popularis magiſtratus debet ſummo magiſtratui
F obedientiam propter mandatum Dei: ergo ſupremo magiſtratui imperanti defectionem à vero Deo, ad cultum idolorum, non debet popularis magiſtratus obedire. Et quoniam popularis magiſtratus ideo eſt ordinatus, vt ſupremi ſit moderator, ne quid vel contra Deum, vel contra honeſtas leges faciat, poteſt, imò debet, modò officium ſuum tueri velit, armis impedire tyrannicè inuadentem pios, & obtrudentem iniquas leges: Quòd ſi non faceret popularis
G magiſtratus, contra officium faceret. Rectè ergo feciſſe pronuncio principes Germaniæ, cùm ſe Imperatori & Papæ opponerent, volentibus impedi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

impedire Euangelij curſum in Germania. Sed de quæſtione hac plura legantur in enarratione noſtra in Pſal.84.

DE SECVNDO.

47 Reſponderunt igitur eis Phariſæi: Num & vos ſeducti eſtis?

48 Nunquis ex principibus credidit in eum aut ex Phariſæis?

49 Sed turba hæc quæ non nouit Legem, maledicta eſt.

Hęc horrẽda eſt blaſphemia, quòd ipſam Dei veritatem ſeductionem vocant, & Filium Dei ſeductorem, cui tamen non ſolùm omnes Prophetę teſtimonium perhibent, verumetiam Pater ipſe de cœlo ſonans hâc vocem: *Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacuit, hunc audite.* Tantum potuit malignus ſpiritꝰ in illis, qui tum videbãtur columnæ Eccleſiæ. Quo exemplo monemur, vt non autoritate gubernatorum, & eorum qui iactant ordinariam ſucceſsionem, ſinamus nos à veritate Dei abduci. Quas autẽ cauſas hæc mẽtis cæcitas in Phariſæis, & cordis obduratio habeat, ſuprà expoſuimus eſſe quatuor, videlicet opinionem falſam anticipatam, ambitionem, auaritiam & hypocriſin. Vide quę ſuprà annotauimus in hęc verba: *Quærebant igitur eum apprehendere.*

Sed videamus obiurgationis huius cauſas. Nullus principum aut Phariſęorum credidit in eum: ergo qui in eum credit, ſeducitur. Item turba iſta quæ in ipſum credit, eſt maledicta, vt quę Legem non nouit: ergo qui credit cũ turba, ſeducitur. Hìc iniquiſsimã legem condunt Phariſæi, videlicet quòd principũ voluntas & Phariſæorum debeat eſſe regula fidei ſubditorum. Deinde iniquiſsimam ſententiam ferunt de turba credente in Chriſtũ, videlicet quòd ſit maledicta & damnata à Deo, vt quæ Legem non nouerit. Verùm autoritati principum & ordinariæ poteſtati opponendum eſt mandatum Dei, quo iubemur credere, non vt principes credunt, non vt ordinaria poteſtas poſtulat, ſed vt verbum Domini credere præcipit. Neque fulmina maledictionis metuenda ſunt iis, qui Deum ſequuntur, & ipſius verbum vt fidei regulam amplectuntur.

Papa hodie ſimilem legem ſanxit, vult ſuam voluntatem eſſe regulam fidei orbis terrarum, anathemate ferit omnes qui ipſius impiis decretis aduerſantur. Sed contra eum cõſolemur nos præſenti exemplo, ac potiùs adiungamus nos paucis bonis iiſq; miſeris & pauperibus de media plebecula, quàm multis malis vel potentiſsimis, quorum finis erit miſeria ſempiterna. Fugiamus igitur ſerpentem in hypocritis loquentem nec metuamus nobis à Papiſtarum fulminibus, quæ in fumos abeunt.

DE TERTIO.

Huius membri tres ſunt articuli.

Primus: Sententia Nicodemi.

Secundus: Refutatio Sophiſtica.

Tertius: Diſsipatio conſilij impiorum & labor Phariſæorum irritus.

Primus Articulus.

50 Dicit Nicodemus ad eos, qui venit noctu ad eum, vnus cùm eſſet ex ijs. Num lex noſtra iudicat hominem, niſi audiuerit ab eo priùs, & cognouerit quid faciat?

Nicodemus, qui erat vnus ex principibus, audit cõtra Chriſtum duriorem & inſuetam ferri ſentẽtiam, videlicet, vt indicta cauſa rapiatur ad ſupplicium: hanc impiam ſententiam ſuorũ collegarum conatur Nicodemus corrigere, idque legis ipſius autoritate, ſeu potius Dei qui legem tulerat. Erat enim in Nicodemo nõ ſolùm ſcintillula fidei, quam ex colloquio, quod noctu cũ Domino habuit, cõceperat, verumetiam maior æquitatis ratio, quàm in aliis ſuis collegis, vt ex cap.3. apparet. Hinc eſt quòd (etſi admodũ meticuloſè) ad legem prouocet, acſi diceret: Iuſti iudices non iudicant quemquam aut damnant contra Legem. Qui inauditum damnant, cõtra Legem faciunt. Igitur nõ decet, modò iuſti eſſe velimus, vt ipſum damnemus, priuſquã audiatur & cognouerimus quid fecerit, dignúſne ſit morte an non. Nam ſententia ex cauſa, non ex affectibus noſtris petenda eſt. Hìc Nicodemus apertè taxat ſuorum collegarum peruerſum iudiciũ, ſignificans eos potiùs zelo iniquitatis ferri, quàm amore æquitatis duci, quo nihil eſt in iudice magis deteſtandũ. Hunc iniquitatis zelum hodie videmus in Pontificiis, qui multos ſanctos, eoſq; inauditos, horrẽdis afficiunt ſuppliciis, quia cum hac turba Chriſto credũt, ſpreta principum ſacerdotum autoritate.

Porrò Nicodemi conſilium fuit, quod Euangeliſta inſinuat, cùm ait: *Qui venit ad eum noctu*, vt iſto pacto impediretur conatus hoſtium Chriſti, & ipſe euaderet ac declinaret rabiem Phariſæorum, quæ tũc magis irritata erat propter diſceptationes in turba, & defectionem plurimorum ab ordinaria poteſtate. Sperabat ſiquidem tempore mitigari poſſe phariſęorũ furores, modò doctrinam Ieſu deguſtarent. Habemus ergo in Nicodemo quod imitemur, videlicet, equitatem in iudicando, prudentiam in agendo, fortitudinem animi in corrigẽdis collegarum erroribus. Videtur quidem in eo taxãdus, quòd doctrinam Chriſti nõ apertè defenderit, quòd nõ ædiderit illuſtriorẽ fidei ſuæ confeſsionem. Sed ſciamus initia fidei in Nicodemo fuiſſe infirma & perexigua, quę Deus voluit paulatim creſcere, & tandem poſt mortem & reſurrectionem Domini iuſta incrementa ſumere.

Cæterum de illis, qui in aulis tyrannorum in Papatu & in illorum collegiis deliteſcunt, rectè docti ſinceram Euangelij doctrinam, & animo auerſantes idola papiſtica, quæritur, num rectè ſe defendant exemplo Nicodemi, necne? Clarè reſpondeo, tales fruſtra Nicodemi exemplum ſuæ ſimulationi prętendere, cùm confeſsionem ſuam non ædunt, cùm Papiſtarum errores, non

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

patefaciunt, cùm ſua ſuperſtitione alios in ſuperſtitionibus confirmant. Nam plurimum diſcriminis eſt inter hunc Nicodemum, & iſtos pſeudoNicodemos, quod in hiſce quinq; articulis cernitur, videlicet, in cæremoniis, ſacrificiis, cultu, confeſsione, tempore.

Si cæremonias Iudæorum, quæ tum temporis in vſu erant, & Papiſtarum, reſpicimus, magnum inueniemus diſcrimen. Iudaicę enim cæremoniæ habebant ordinationem Dei, & mandata erat obedientia, & res maximas adumbrabant. Verùm cæremoniæ Papiſticæ nec ordinatæ à Deo ſunt, nec mandata eſt obedientia, & pleræque ἄσκμοι habentes admixtas multas impietates, inuocationem Sanctorum, ſuffragia pro defunctis, breuiter, finem impium, videlicet quòd per ſe ſint cultus Dei, & meritoriæ vitæ æternæ. Quapropter nemo rectè edoctus, modò Deum timeat, verbo aut facto eas approbare poteſt. Nam qui ſimulat aliquid & præ ſe fert contra agnitam veritatem, facto approbat, quod improbari oportuit. Siquidem quiſquis ſimulat, fingit quod non eſt. Neque enim aliud eſt facto ſimulare quàm verbo mentiri. Velum ergo quod hìc obtenditur, nullius eſt momenti. Multi, inquiunt, pij interfuêre Iudaicis cæremoniis, perinde atque Papiſticis hodie multi pij interſunt. Quid igitur intereſt inter Nicodemum & hominem rectè edoctum in religione Chriſtiana, cùm vterque ſui temporis cæremoniis cum multis impiis vtatur? Reſpondeo, diſcrimen non à perſonis petendum eſſe, ſed à rebus quibus perſonæ vtuntur. Non enim perſona per ſe, rem vitioſ m reddit, ſed res perſonam polluit, ſi ſine impi tate exerceri nequit. Cæremoniæ Iudaicæ, nondum fracto interſtitio inter Gentes & Iudæos, exercebantur ſine impietate à Nicodemo. Sed Papiſticæ cæremoniæ, cum quibus manifeſta impietas eſt coniuncta, non exerceri poſſunt à rectè edoctis, quin eis polluantur. Nam & ſimulatione indigna ſe maculant, & manifeſtæ impietati patrocinantur, etſi non animo, facto tamen.

Sacrificia ſi ſpectamus, quibus Nicodemus intereſſe ſolebat, & ea quæ pſeudoNicodemi exemplo ſuo confirmant, plurimum eſt diſcriminis. Nam illa diuinitus ordinata, piis fuêre pædagogia ad Chriſtum: hæc, videlicet Papiſtica, inter quæ primum locum habet illorum Miſſa, abducunt à Chriſto ad idola. Quid enim magis idololatricum eſt, quàm Chriſti corpus & ſanguinem offerre pro viuis & mortuis? Quid eſt magis horrendum quàm panem leuare, reponere, & circumgeſtare vt adoretur? Hanc impietatem ſua ſimulatione confirmant, qui Nicodemi exemplo ſe excuſari putant, cùm impiis Papiſtarum ſacris interſunt. Etſi autem multi ſunt abuſi ſacrificiis Moſaicis: tamen inter verũ finem ſacrificiorum magnum eſt diſcrimen. Finis ſiquidem ſacrificiorum Iudaicorum per ſe bonus erat & laudabilis. Sed Papiſticæ Miſſæ finis bonus non eſt, ſed horrenda abominatio coram Deo. Quare non vt vſus ſacrificiorum

A Iudaicorum in ſanctis ſanctus eſſe potuit: ita vſus Miſſæ non poteſt eſſe ſanctus, nec in piis, nec in impiis, cùm ſit impia & ſacrilega prophanatio Cœnæ Dominicę. De abominatione Miſſæ, lege quæ annotauimus in Enarratione Pſal. 84. & 2. Theſſalon. 2.

Sequitur cultus, quem ſi attendimus, multũ intererit inter Nicodemum & noſtri temporis pſeudoNicodemos. Nicodemus in templo ordinato diuinitus adorauit verũ Deum, qui patefecit
B ſe maioribus ipſius, & ſciuit illud templum domum adorationis eſſe. Noſtri autem pſeudoNicodemi cum Papiſtis procumbũt coram pane idolo Papę, & coram mortuorum ſtatuis, quod perinde eſt, ac ſi procumberent corã idolis gẽtium. Sed excuſant ſe iſti hiſce potiſsimum argumentis: dicũt ſe animũ flectere Deo, adducunt Naaman Syri exẽplum, dicunt ſe nõ ſtatuas adorare, ſed quod ſtatuæ ſignificãt. Hæc defenſio planè impia eſt, ex quo fit vt non tam
C excuſet quàm accuſet magis, præſertim eos qui rectè in religione vera ſunt edocti. Dicunt ſe corda Deo flectere, & corpora tantùm ſtatuis, quaſi verò nõ idem Deus & animorum & corporum Dominus eſſet, quaſi totus homo, modò verè pius ſit, nõ eſſet templũ Dei. An nõ Paulus apertè dicit 1. Cor. 6. 20. *Glorificate Deum corpore veſtro & ſpiritu veſtro quæ Dei ſunt?* Idẽ Deus dicit Exo. 20 4. *Non facies idola, nec adorabis ea.* Non ergo vult Deus vt corpora noſtra iſta ignominia affi-
D ciamus, vt ea curuemus coram ſtatuis. Sed de hac impietate ſatis, prę ſertim cùm omnibus cõſtet, quàm ſit impia & abominabilis corã Deo.

Confeſsio ſequitur. De qua Paulus in hunc modum Rom. 10. 10. *Corde creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſsio ad ſalutẽ.* Quid hìc Nicodemus? quid pſeudoNicodemi faciunt? Nicodemus cùm audit tractari de Domino è medio tollẽdo, idq; indicta cauſa & contra legem, ſe opponit collegis ſuis, & ſua ſentẽtia impium ſacerdotũ impedit
E decretũ. Quid hìc quæſo pſeudoNicodemi? Cũ audiunt ferri cruentas ſententias in pios, qui ne audiuntur quidẽ, muti ſunt vt piſces, etſi animo dolẽt, tamẽ ne mutire quidẽ audent, atq; ita tacendo in ſanctorũ necem conſentire videntur.

Poſtremò temporis meminimus, in quo plurimũ eſt diſcriminis inter Nicodemũ & noſtri temporis ſimulatores. Nicodemus Chriſto adhuc humiliato credidit, ſed parũ firmiter. Iactabatur enim inter ſpem & metũ, concutiebatur
F ipſius cõſcientia cõtrariis argumẽtis. Obſcurior enim erat in eo pro temporis ratione cognitio Chriſti, quæ reſuſcitato Domino ex mortuis clarior eſt effecta & cõfirmatior. Nõ ergo mirũ eſt Nicodemũ fuiſſe infirmiorẽ. Verùm pſeudoNicodemi noſtri, qui verſantur in regno Papæ, norunt Chriſtum glorificatum eſſe, norunt doctrinam Chriſti viſibili Spiritus Sancti donatione confirmatam, norunt omnia clariùs, quàm vt vlla poſsit de Meſsia, id eſt, Chriſto noſtro, iu-
G ſta ſuboriri dubitatio. Ex his collationib. facile eſt intelligere, quàm falsò multi in Papatũ exemplum Nicodemi ſuæ prętexãt ſimulationi.

Nequę

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Neq; eſt quòd ad vlla confugiant exempla quibus ſe tuētur. Nihil enim periculoſius eſt quàm imitari exempla, ſi nulla alia adeſt probatio. Nā ſæpè in exemplis ſunt perſonalia quædam propter circumſtantias, quæ toti generi ſine errore accommodari non poſſunt.

Secundus Articulus.

52 *Reſponderunt & dixerunt ei: Num & tu ex Galilæa es? Scrutare & vide quòd Propheta ex Galilæa non ſurrexit.*

Hęc ſolutio partim eſt Sophiſtica ex malitia, partim imperita ex ignorantia profecta. Cùm dicunt: *Num & tu ex Galilæa es?* Exutenismus eſt. Probri enim loco habebatur apud Iudæos Galilæi appellatio, ſicuti ſupra Chriſto exprobrāt, quòd ſit ex Galilæa. Perfidi quoq; Iudæi Chriſtum etiam poſt reſurrectionem Galilæum vocarunt, nolentes agnoſcere, quòd eſſet in Bethlehem Iuda natus, & ſolummodò educatus in Nazareth. Hinc Iulianus Apoſtata victus ab hoſte, & iam ex vulnere moriturus obiicit Chriſto vt probrū, Galilęi appellationem. *Viciſti*, inquit, *tandem Galilæe*, Chriſtum intelligēs. Fuit autem ideo probroſum nomen Galilæi apud Iudæos, quia permixtæ erant in Galilæa Iudæis Gentes incircumciſæ: quare & Galilæa Gentium vocabatur ad diſcrimen ſuperioris Galilææ, quæ Iudæorum erat. Nam Galilæa Gentium fuit inferior non procul à Tyro & Sidone, vbi aliquot vrbes Dauid regi Hiram conceſſerat, qua occaſione cœperūt Gentes illic habitare, vnde & nomen accepit. Etſi autem aliæ nationes alias habent cognominationes, quæ ipſis vel probri nomine obiiciuntur, vel etiam in laudem dicūtur: tamen verè pij agnoſcunt vnam laudatiſsimam patriam eſſe omnium qui in Chriſtum credūt, nempe eccleſiam, cuius ciues nos eſſe rectè tum demum gloriamur, quando Chriſto capiti viua fide coniuncti ſumus vt eiuſdem corporis membra. Hæc eccleſia inſtar arcæ Noæ eſt, in quam qui verè receptus fuerit, diluuium irę Dei in extremo die ſuperabit, iuxta dulciſsimum illum verſum Nazianzeni:

Ζητῶ Νῶε κίβωτον ὅπως μόρον αἰνὸν ἀλύξω.

Tertius Articulus.

Et abiit vnuſquiſque in domum ſuam.

Soluitur concilium impiorum vnius hominis voce non ſine metu prolata. Atque ita ſæpè fit, vt in magno malorum cœtu, vnus quiſpiam homo timens Dei poſſet omnium aliorum ſtudia & conatus euertere, idq; non tàm ob dicentis autoritatem, quàm ex prouidentia Dei qui diſsipat impiorum conſilia. Neque dubium eſt hoc tempore, quin ſæpiſsimè improborum conſilia paucorum piorum vocibus impediantur. Quare noſtrum eſt Deum inuocare, vt in aulis hoſtiū eccleſiæ, excitet vel aliquot Nicodemos, qui conentur eorum, qui aduerſus nos mala cogitant, conatus impedire. Simus ergo memores & dicti & exempli ſanctiſsimi Regis Ioſaphat, 2. Paralip. 20. 12. *Cùm ignoramus*, ait, *quid facere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, Vt ad te Domine oculos noſtros dirigamus.*

CAPVT OCTAVVM.

SVMMA CAP. VIII.

Domino in templum reuerſo, adultera à Iudæis accuſatur, qua abſoluta variæ inter Chriſtum & Iudæos agitantur quæſtiones. Ex vna enim quæſtione, vt ſit, alia naſcitur. Totius autem contentionis huius occaſio fuit, aſſeueratio Chriſti, qua ipſe ſe lucem mundi affirmauit. Nam cùm hoc non crederent Iudæi, reiiciunt aſſeuerationem Chriſti, tanquam teſtimonium vnius ſeu priuatum. Verùm Domino affirmante ſuum teſtimonium verum eſſe, & ad teſtimonium patris prouocante, oritur de patre quæſtio, ad quam Dominus reſpondens & exprobrans Iudæis ignorantiam Dei, grauiùs eos offendit. Hinc Dominus cùm & de ſua gloria futura, et de certo aduerſariorum interitu qui in ipſum non credunt, prædiceret, tanquam obliti prioris aſſeuerationis, quærunt aduerſarij quiſnam ſit: quos Dominus reuocans ad ſuperiùs dicta, addit fore, vt tandem vbi exaltatus fuerit, cognoſcant quis ſit, & à quo ſit miſſus.

Cæterum quia ſciuit quoſdā eorum qui vnà aderant in ſe credere, hortatur eos ad conſtantiam, propoſito vtilitatis argumento, videlicet quòd tum demum conſequuturi ſint libertatem, ſi in veritate liberatrice, hoc eſt, in ſuo verbo māſerint. Sed quid hîc Iudæi? mentione libertatis audita, cogitant ſe haberi à Domino pro ſeruis: Domino igitur opponūt patrem ſuum Abraham, cuius liberi volunt haberi Filij. Sed Dominus eos à ſeruitute hominum ad ſeruitutē peccati, quæ multò triſtior eſt, reuocans, conuincit eos filios Abrahæ non eſſe, & fruſtra eos prouocare ad Deum tanquam communem patrem oſtendit, cùm ſint veriùs à patre diabolo, cuius opera faciunt. Poſthæc Dominus de ſua innocentia agens, ad omnium, etiam hoſtium, teſtimonium prouocat, ſimul grauiùs Iudæos incredulitatis accuſans, vt verbi Dei contemptores, & alienos à Deo: quare offenſi Iudæi, non rationibus ampliùs, ſed conuiciis, blaſphemiis contra Dominum agunt. Verùm ipſe ſe purgans, vitam in ſuo verbo poſitam eſſe conſtanter affirmat.

Cæterùm illi hanc promiſsionem vt vanam derident eo argumento, quòd & Abraham & Prophetæ mortui eſſent. Sed Dominus iterum neceſsitatem verbi ſui vrgens affirmat Abraham gauiſum eſſe vt videret diem ſuum, atq; eum vidiſſe. Cùm autem hoc ætati Chriſti non videbatur congruere, abſurdum & incredibile iudicatum eſt: contra quos Dominus apertè affirmat ſe eſſe antequam Abraham natus eſſet. Verùm cùm Iudæi hoc reſponſum abſurdiſsimum eſſe iudicarunt, lapidibus ipſum obruere moliūtur, quorum ipſe declinans rabiem, occulte de templo exiit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ORDO ET PARTES CAPITIS VIII.

Etſi autem hoc caput cõtentionibus turbatius videri poteſt, tamen nos docendi gratia eius quinque partes conſtituamus, quarum prima diſcreta eſt ab aliis, reliquæ inter ſe connexę ſunt, & quaſi ſub vno capite continentur.

Prima: Reditus Domini à monte oliuarum in templum, vbi adducta adultera accuſatur à Iudæis, & à Chriſto à peccato abſoluitur, etſi non à pœna ciuili quam legi debuit.

Secunda: Aſſeueratio Chriſti qua ſe lucẽ mundi affirmat, vnà cum oppoſito Iudæorum argumento, & eiuſdem dilutione.

Tertia: Prędictio Chriſti de futura ſua gloria, deq́; interitu Iudæorum Chriſtum non recipientium: vnde infertur à Iudæis quæſtio, quis ſit, cum reſpõſione Domini & declaratione.

Quarta: Admonitio Domini qua credentes in ſe admonet, quibus promittit libertatem, modò in ipſius verbo conſtantes perſtiterint, ex quo oritur diſputatio de libertate carnis & ſpiritus: item, de ſeruitute ciuili & ſpirituali, & concluditur, fruſtra Iudæos gloriari de Deo & de Abraham, cùm ſint filij Diaboli.

Quinta: Teſtificatio Domini de ſua innocentia, in qua prouocat etiam ad hoſtiũ ſuorum teſtimonia. Hinc accuſat Iudæos contempti verbi Dei, vnde illi ſuo more offenſi magis irritantur. Deinde cùm Chriſtus promittit vitam æternam ſeruãtibus ſuum verbum, Iudæi opponunt Chriſto Abraham & Prophetas, quos dicunt mortuos eſſe: ſed Dominus contrà, ſe & Abrahæ & Prophetarum ſeruatorem ſignificat, quod cùm audire non ſuſtinuerunt Iudæi, ad arma more Tyrannorum confugiunt.

EXEGESIS OCTAVI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PRIMA PARS CAPITIS.

HVIVS partis quatuor ſunt membra.

Primum, Reditus Domini à mõte Oliuarum in templum proximo die à feſto.

Secundum, Accuſatio adulteræ.

Tertium, Obliqua accuſantium reprehenſio dum iubet Dominus, vt ἀναμάρτητος primus lapidem in illam mittat.

Quartum, Abſolutio adulteræ.

DE PRIMO.

1 Ieſus autem profectus eſt in montem Oliuarum.

2 Et diluculo rurſus adfuit in templo, & totus populus venit ad eum, & ſedens docebat eos.

Huius membri quatuor veluti articuli ſunt, quos ordine excutiemus ac in noſtrum vſum conuertemus.

Primus Articulus.

Ieſus profectus eſt in montem Oliuarum, abſque omni dubio vt & quieſceret à laboribus & oraret. Oratio enim ardẽtior ſeceſſum amat. Interdiu docuit, noctu partim quieuit, colligẽs vires corporis, qua in re ſe verum hominem declarauit, partim orauit patrem, quod erat pars officij mediatoris. Orauit autem, vt pater proſperum redderet miniſterium ſuum, ac multi in familiam Dei per ipſius prædicationem aggregarentur. Hoc exemplum Chriſti omnibus legatis ipſius ſit ante oculos. Nam hoc præceſſit in capite vt in membris ſequeretur. Sciant ergo miniſtri Euangelij ſuum officium eſſe docere & orare, & non voluptatibus carnis & negociis huius vitæ abducẽtibus ab officio indulgere, quod qui faciunt, minimè apti ſunt regno Dei propagãdo. *Qui enim admota manu ad aratrum reſpexerit retrò, non eſt aptus regno Dei. Lucæ 9.62.*

Secundus Articulus.

Et diluculo rurſus adfuit in templo.

A quiete & oratione redit Dominus ad laborem vocationis, hoc eſt, ad officium præſtandũ, non motus quòd ſuperiori die coactus ſit multa audire conuicia, multas perferre blaſphemas voces, & videre hoſtes ſuos ad arma concurrere vt ſe obruerent. Nam his omnibus oppoſuit neceſsitatem præſtandi officij & vocationis. Exemplum hoc etiam omnibus miniſtris verbi, in quocunque gradu miniſterij fuerint, imitandum eſt. Hoc ſi cogitarent quidam, non tam impatienter quærerent, propter moleſtias quas ſibi fingunt, nouas ſedes.

Tertius Articulus.

Totus populus veniebat ad eum.

Exemplum huius populi in genere facti imitandũ eſt. Nam vbi Chriſtus per ſuos miniſtros docet, illuc accurrere piorum eſt, vt vel diſcant quæ ignorarunt, vel confirmẽtur in iis quæ norunt, vel alios exemplo inuitent, teſtenturq́; ſe hoſtes diaboli eſſe, qui Euãgelium Chriſti odit. Nunquam enim verbum Dei ſine fructu audiri poteſt, modò animum pium adferas. Quantum autem ad affectus & ſtudia huius turbę attinet, non dubium eſt, quin multi calumniandi & accuſandi libidine accurrerint. Taceo ſpectacula miraculorum, quibus multi alliciebantur: Minima pars pio ſtudio hoc fecit. Nec diſsimiles ſunt noſtri auditores hodie: quæ res non facit nos in officio ſegniores, modò hoc Chriſti exẽplum nobis ponamus ob oculos.

Quartus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Quartus Articulus.

Et ſedens docebat eos.

Docebat Dominus vt auditores diſcerēt, crederent & ſaluarentur ex miſericordia; quod ſi non facerent, ſuapte culpa damnarentur ex iuſtitia, vt qui Patrem in Filio loquētem, & Filium Dei Patris legatum docentem contemnerent. Quotieſcunque ergo verbum Euangelij pręcatur, æditur teſtimonium Dei publicum de voluntate ipſius, videlicet quòd velit auditores diſcere, credere & ſalutem conſequi. Atque hic eſt finis proprius & eſſentialis prędicati Euangelij, & non vt quidam Stoici falsò putant, finem eſſe Euangelij etiam proprium, vt non electi indurentur magis. Nam hoc de Chriſto ſentire, eſt tribuere ipſi contradictorias voluntates, ſeu vt Scriptura loquitur duplex cor, vt cuius animus non reſpondeat dictis. Nos igitur de doctrina ſciamus idem ſentiendum eſſe quod de ſcriptis, de quibus Iohannes ait: Iohan. 20. 31. *Hæc ſcripta ſunt vt ſciatis quòd Ieſus ſit Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Acceſſorius verò finis eſt qui accedit non conſilio Dei volentis omnes ſaluos fieri, ſed hominum culpa, videlicet vt contumaces damnentur. Vtrunque finem coniungit Paulus, cùm teſtatur 2. Corin. 2. 16. Euangelium aliis eſſe odorem vitæ ad vitam, aliis odorem mortis ad mortem.

DE SECVNDO.

3 *Adducunt autem Scribæ & Phariſæi ad eum mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuentes eam in medio.*

4 *Dicunt ei: Magiſter, hæc mulier deprehenſa eſt palàm in adulterio.*

5 *In lege autem Moſes nobis præcepit tales lapidare. Tu igitur quid dicis?*

6 *Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare ipſum.*

Scribæ & Phariſęi ſemper ſui ſimiles ſunt. Omnes enim odio Cainico quamuis quærunt occaſionem perdendi fratrem ſuum Chriſtum & calumniandi eius doctrinām. Tātum poteſt hypocriſis & ambitio in mancipijs Satanæ. Neque hodie venenum iſtud Cainicū in hoſtibus Chriſti extinctum eſt.

Quid ergo hîc faciunt? Occaſionem nacti, vt ipſis videbatur, commodam, adulteram adducunt, quam coram Domino ſiſtunt & accuſant adulterij: & tametſi legem de morte mulctādis adulteris ex Moſe nouerunt, quod & ipſi fatentur: tamen ſententiā domini quærunt, ſed mala mente, & malo animo. Nā hoc fecerunt, vt Euangeliſta ait, tentantes eum, vt ipſum criminarentur & periculo exponerent. Nam cùm animaduerterent Dominum ſemper omnium afflictorum & peccatorum miſeriis vehementer affici, eosq; ad ſe venientes recipere, & cōſolari, ſperabant vt cōtra Moſen aliquid diceret & legem de lapidādis adulteris vel abrogaret vel reprehenderet. Quod ſi feciſſet, eum tanquā in Deum legis autorem blaſphemum accuſaſſent, atque ita

A iuſtam eius perdēdi cauſam habuiſſent. Verùm ſi in alteram partem inclinaſſet Dominus & iuſſiſſet eam iuxta legem lapidari, eum crudelitatis erga miſeros peccatores inſimulaſſent, ac eo pacto multos abſterruiſſent miſeros & afflictos, propter quos tamen ſaluandos in mundum venit: quanquam non eſt dicenda crudelitas, ſed iuſta potiùs miſericordia, iuxta leges in reos animaduertere, vt cęteri pœnarum exemplo moniti ſibi caueant.

B Quòd autē morte Lex Dei iubeat adulteros & adulteras puniri, grauiſsimæ ſunt cauſæ. Siquidem in adulterio plura capitalia ac morte digna peccata concurrunt. Qui enim adulterium cōmittit, primùm peccat defectione à Deo. Siquidem ipſo facto Deum abnegat, ſe à corpore Chriſti abſcindit, & templum Spiritus Sancti prophanat. Deinde peccat plagio, nam conſortem ſpoliat parte ſui. Sūt enim maritus & vxor alter alterius caro. Adhæc in proprium corpus C peccat, illud alienans à ſe, & tradēs veluti in poſſeſsionem fœdiſsimæ adulteræ, vt iam ſit nō ſua ſed adulteræ caro. Talis alienatio proprij corporis non fit per alia peccata, quam ob cauſam Paulus dicit alia peccata extra corpus fieri, ſcortationem verò in propriū corpus vt quod tradatur in alterius poſſeſsionem. Inſuper ſocietatem in qua viuit adulter ſiue adultera; quod & de ſcortatoribus accipiendū eſt, ſcandalo offendit. Præterea quando impunitum manet adulteriū D aut ſcortatio, fit pabulum omnium flagitiorum, & paulatim ſerpit in omnes ſtatus & ordines hominū, non ſecus atq; Cancer morbus, qui ſi maturè vſtione vel ſectione non tollitur, paulatim ſerpit, donec totū corpus inficiat, vt poſtea fruſtra medicinam adhibeas. Hoc quia præuidet Deus, legē ſanxit, qua ſeueriùs mandat in adulteros & adulteras animaduerti: quę lex ſi hodiè ſeruaretur, non tam vſitatę eſſent libidines, ſcortationes & adulteria: neq; mancipia Veneris, nō E ſine piorum luctu, adeò ſe iactarēt propter ſuas libidines, propter ſtupratas à ſe virgines & matronas, quorum iudicium iuſtum erit. Hîc enim mentis cœcitate percutiuntur & traduntur in reprobam mentem, vt quæ bona ſunt, mala iudicent, & contrà, quæ mala, in bonis numerēt. Taceo quòd huiuſmodi in ἀπαλγησίαν incurrant, vt nunquam ſenſu peccati tangantur, ſed ruant quotidiè de peccato in peccatum, donec penitus pereant. Hæc potiùs cogitemus, quàm quæ F Epicureorum familia, & infecta noſtra caro nobis dictitat.

DE TERTIO.

Huius membri plures ſunt articuli, quos diſtinctè proponam & declarabo, noſtriſque vſibus accommodabo.

Primus Articulus.

Ieſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terram.

G Dominus hoc geſtu vel ſignificat ſe Scribarum, accuſantium adulteram, factum iudicare leuius, q̄ vt eos attentiùs audiat, præſertim cùm

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

legem habeant, quę non obſcurè de ea re loqui-
tur. Diſertis enim verbis mandat Lex adulteros
& adulteras morte puniri. Vel id facit, quod mi-
hi veriſimilius eſt, vt hac occaſione Scribæ &
Phariſæi, accuſatores huius miſeræ adulteræ, ſe
faciliùs poſteà, Domino rurſus in terrá ſcriben-
te, ſubducant, audientes Dominũ imperare vt
immunis à peccato primus lapidē in eã iaciat.

Exemplum hoc prudentioribus miniſtris E-
uangelij imitandum eſt, vt ſi quando occaſio ſe
dederit, ſic agant cum hypocritis, vt ipſi ſuas ſor
des agnoſcant, & prodant impuritatem animi,
quam ſanctitatis larua tegunt.

Secundus Articulus.

*7 Et cùm perſeuerarēt interrogantes eũ,
erexit ſe & dixit eis: Qui eſt inter vos immu
nis à peccato, primus in illam lapidē mittat.*

Qui volebant Chriſtum in ſermone capere,
reſponſum accipiunt ſe dignum, quo reſponſo
nec Dominus quicquã detrahit Legi Moſis, ſed
potiùs eam probat vt iuſtam, nec in miſerá pec-
catricem crudelis eſſe deprehenditur, ſed ipſos
accuſatores pungit excitans in eis ſopitam pro-
priorum ſcelerum conſcientiam. Neque tamen
ex hoc loco ſequitur, neminem debere in aliis
damnare aut punire cuius ipſe reus eſt, niſi cùm
de hominis, hoc eſt, priuato agatur iudicio. Nã
diſcernendum eſt accuratè inter iudicium ho-
minis per ſe, & iudicium Dei. Iudicium homi-
nis ex malitia vel leuitate profectum tendit in
malum eius & perniciem de quo iudicatur. De
hoc iudicio dictum Domini accipiendum eſt:
Nolite iudicare ne vos condemnemini. Iudicium Dei
eſt, quod Deus magiſtratui ſuo nomine exercē-
dum commiſit. *Non veſtrum*, inquit Ioſaphat,
exercetis iudicium, ſed Dei. Ex quo fit, vt reges & iu-
dices Dij in ſcripturis dicantur: quibus hæc re-
gula præſcripta eſt: *Iuſtum iudicium iudicate.* Hoc
igitur Dei iudicium exercebit iudex, ſiue ſit ip-
ſe reus eiuſdem ſceleris quod condemnat, ſiue
non. Siquidem mandato Dei cogitur officium
ſibi demandatum facere.

Cæterùm ſi iudex eiuſdem ſceleris reus fue-
rit, quemadmodum ſæpè accidere poteſt, vt ſu-
mus omnes ad peccãdum proni, tacitè apud ſe
deploret ſuum peccatum, cogitet ſe non minùs
eſſe dignũ pœna publica, quàm is quem ex man
dato Dei condemnat, & in vera pœnitētia ſe ad
Deum conuertat, agnoſcēs miſericordiam Dei
eſſe quòd pœnis, quas Deo & legibus debet, nõ
ſubiiciatur. At ſi non fuerit reus eiuſdem ſcele-
ris, agat gratias Deo, qui ſe à ſimili lapſu ſua cle-
mentia conſeruauit, tangatur miſericordia er-
ga miſeros & reos, rogetque Deum, vt ſe quoq;
in poſterum conſeruet, ne ſeductus à Satana, &
victus à carne propria contra Deum ruat. Nam
qui ſtat, videat ne cadat.

Tertius Articulus.

*8 Et rurſus inclinans ſe deorſum, ſcribe-
bat in terram*

Confuſis accuſatoribus adulteræ, Dominus
A rurſus ſcribebat in terram, vt vel conſcientia ac-
cuſante propria, hypocritę confuſionem cordis
facto declararēt externo, hoc eſt, vt oportunam
occaſionem nacti, cùm Dominus inclinatus de-
orſum in terram ſcriberet, acſi non animaduer-
teret quid agerent, ſe ſubducerent, vt qui ſe a-
gnoſcerēt eiuſdem criminis, vel ſaltem aliorum
multorum, reos.

Quartus Articulus.

*9 Illi autem hoc audientes egrediebantur
B ſigillatim, incipientes à ſenioribus: & relictus
eſt ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans.*

Hic facto externo Scribæ & Phariſæi confu-
ſionem cordis ſui produnt. Nam poſtquam ad-
moniti ſunt verbis Chriſti dicentis: Expers pec-
cati mittat primus in illam lapidem, conſcien-
tia ſcelerum in ipſis ſopita priùs excitatur: ex
quo fit, vt ſe ſubducant vnus poſt alium, relicta
peccatrice in medio. Siquidem vox arguēs pec-
C catum eſt veluti flabellum, quo conſcientia ſce-
lerum accenditur, vt homo ad gratiam confu-
giat, quod tamen hi Scribæ & Phariſæi non fe-
cerunt: qua in re profectò faciunt, vt qui mor-
bum ſuum agnoſcunt quidem, ſed medicum
fugiunt, ne tangat hulcus eorum ac ſanentur.
Quòd autem peccatrix hæc ſe vnà non ſubdu-
xerit, indicium fuit confugientis ad miſericor-
diá ſuſpiriis cordis, etſi vox eius nõ audiebatur.

Huius mulieris exemplum & nos imitemur,
D vt cùm ſentimus noſtrorum peccatorũ magni-
tudinem, ad ſolum propiciatorium Chriſtum
confugiamus, ac apud illum ſolum ſtemus con-
cepta in ipſum fiducia. Proinde vt Scribæ ſuo
monent exemplo quid cauendum ſit, videlicet
hypocriſis, cûm peccatum in nobis ſentitur: ita
hæc mulier ſuo exemplo docet, quid expectan-
ti ſalutem faciendum ſit.

Præterea hîc obſeruãdum eſt, quomodo ma-
litia Scribarum horum & Phariſæorum ceſſerit
E huic mulieri peccatrici in maximæ felicitatis oc
caſionem. Nam ſi hac occaſione non fuiſſet ad
Chriſtum perducta, fortè in ſuis peccatis obdu-
rata fuiſſet, ac tandem in eis miſerrimè periiſſet:
ſic ſæpè impiorum conſilia electis in bonum ce-
dunt, Deo ſic ſapienter prouidente. Nos igitur
in omnibus & proſperis & aduerſis, ſiue amici
nos foueant, ſiue perſequantur hoſtes, commit-
tamus nos ſapienti Dei prouidentiæ, retinentes
fidem, timorem Dei, ſpem, cum obedientia &
F patientia: gratiasq; agentes Deo per Ieſum Chri
ſtum cùm pro aduerſis tùm pro proſperis, certi
quòd omnia nobis, modò dilexerimus Deum,
in bonum cedant. Non igitur fruſtrabimur ſpe
noſtra quæ in Chriſto fixa & rata eſt. Non enim
fieri poteſt, vt ſe ipſe abneget, quod faceret ſi
promiſſis non ſtaret. Sit mora quantumuis lon
ga, veniet tamen certiſsimè tempus gloriæ ado-
ptionis noſtri. Firmum eſt enim fundamentum
ſpei noſtræ. Huc pertinet Dauidis conſilium
G Pſal. 37. 3. cùm ait: *Spera in Domino & fac bonum, in-
habita terram, & victum quære cum fide: delectare in
Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

DE QVARTO.

10 *Erigens autem ſe Ieſus cùm neminem videret præter mulierem, dixit ei: Mulier, vbi ſunt illi accuſatores tui? Nemo te condemnauit?*

11 *Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te condemno. Vade & noli amplius peccare.*

Confuſis accuſatoribus adulteræ compellat
Dominus ipſam, ac quærit vbinam ſint qui ſe
accuſarunt. Non quidem id facit ex ignorantia,
ſed ex miſericordia ſua maxima, qua recipit om
nes peccatores ad ſe confugientes. Hac enim in-
terrogatione mulierem erigit, vt concipiat fidu
ciam, & ſperet veniá. Nam cùm interrogat: *Ne-
mo te condemnauit?* vult, audito reſponſo mulieris
(vt qui viderit gemitus ipſius cõfugientis ad ve
rum propiciatorium) ſuam ſentẽtiam de abſo-
lutione ſubiicere, videlicet: *Neq; ego te condemno,
vade & noli amplius peccare.* Hanc appẽdicem ad-
iecit Dominus, vt conditionem veræ pœniten-
tiæ oſtendat. Requirit enim ſalutaris conuer-
ſio, peccati perpetrati odium & fugá, cum pro-
poſito vero, in poſterum tempus omnem vitam
emendandi. Nam qui abſoluitur voce miniſtri,
& tamen retinet peccandi propoſitum, non ſol-
uitur ſed ligatur arctiùs.

Cæterum hoc loco duo ſunt explicanda. V-
num de iudiciis criminalibus. Alterum de ab-
ſolutione Eccleſiaſtica.

Anabaptiſtæ arripiunt hoc Chriſti dictum,
videlicet: *Nec ego te condemno,* & inde cõcludunt:
non licere Chriſtianis iudicia exercere: atq; ita
de eccleſia Magiſtratum prorſus tollere conan-
tur, & videntur ſibi firmiſsimo niti fundamen-
to. Dicunt enim exemplum Chriſti, quod me-
ritò debet eſſe norma actionum omnium qui
Chriſtiani eſſe & dici volunt, imitandum eſſe.
Recipio regulá hanc, modò non trahatur in ma
lam conſequentiam contra Chriſti mentẽ, hoc
eſt, ſi nihil alieni illi aſſuatur. Chriſtus dicit: *Ne-
que ego te condemno.* Quid hîc nos ſuo exemplo
docet? Duo. Vnũ, vt in peccatores exerceamus
miſericordiam. Alterum, vt inter munus politi-
ci Magiſtratus, & officiũ Chriſti miniſtrorumq;
eius diſcernamus. Miſericordia exẽplo Domini
erga omnes exercenda eſt, videlicet, vt afficia-
mur omnium hominum miſeria & calamitate,
vtq; eos leuemus à miſeria quantũ in nobis eſt.
Hoc profectò ad omnes pertinere qui Chriſtia-
ni dici & eſſe volunt, affirmo. Verùm hæc miſe-
ricordia non tollit officium magiſtratus, qui ex
mãdato Dei, vt Dei vicarius, punit ſcelera, quô
tranquillè, quietè, honeſtè & piè in hoc mundo
viuamus: quemadmodum Paulus docet, 1. Ti-
mot. 2. 2. & Rom. 13. 3. In hoc officio Magiſtratus,
non debet miniſter Euangelij ſe intrudere, id
quod Dominus hoc loco docere ſuo exemplo
voluit, & miniſtris Euangelij in poſterum com
mendare, vt clarum diſcrimen ſit, in oculos ho-
minum incurrẽs de diſcrimine regni Chriſti &

A imperiorum mundi. Non ergo habeat miniſter
Euangelij alterum pedem in foro, & alterum in
templo. Siquidem Chriſtus vult officia ciuilis
Magiſtratus & Miniſtrorum verbi diſtincta eſ-
ſe. Neque tamen hinc ſequitur, non licere mini-
ſtris Euangelij accuſare & dãnare peccata, quæ
Deus odit & damnat, & vult damnari voce Le-
gis. Nam aliud eſt accuſare & damnare peccatũ
ſiſtereque homines coram tribunali Dei, vt pec
catorum ſuorum conſcientia confuſi pœniten-
B tiam agant & ſaluentur, quàm gladiũ magiſtra-
tui commiſſum accipere, & ciuiliter ferre in no-
xios ſententiam, vt pœnis quas legibus debent
afficiãtur. Quod tametſi opus bonum eſt, vtpo-
te à Deo præceptum: tamen Chriſtus non vult
ſuos miniſtros, qui ſuo nomine peculiariter le-
gatione funguñtur, iſtud munus obire, vt iſto pa
cto, ſicuti diximus, diſcernat inter adminiſtra-
tionem ſui regni & imperiorum mundi. Chriſti
enim regnum adminiſtratur verbo, Spiritu, Sa-
C cramentis & diſciplina: cõtrà verò humana im-
peria legibus & gladio, vt illi qui turbant ſocie-
tatem humanam, ſceleratis ſuis moribus coher-
ceantur, &, ſi aliter fieri non poteſt, tollantur è
medio, quô cæteri in pace viuant. Non ergo pu
gnant inter ſeſe Chriſtianum eſſe & magiſtratu
fungi ad cohercendos malos vi corporali. Sed
magiſtratũ obire, & munus docendi in Eccleſia
ſuſtinere, ſunt ita diſtincta, vt vni homini com-
mitti nec poſsint nec debeant. Neq; tamen his
D aduerſatur, ſi pius Euãgelij miniſter admoneat
magiſtratum ceſſatorẽ, & vrget ipſum ad facien
dum iuxta voluntatem Dei officium, hoc eſt, vt
rectum iudicium iudicet non iuſtificando im-
pium & damnãdo iuſtum, ſed ſine perſonarum
acceptione iuxta qualitatem cauſæ, hoc eſt, bo-
nitatem ſeu malitiá iudicare, quò diſciplina Ec-
cleſiæ, & incolumitas ſocietatis humanę conſer
uari poſsit. In hoc ergo conuenit inter Magiſtra
tum politicum & doctorem Eccleſiæ, vt ambo
E pacem, honeſtatem, & pietatem conſeruare ſtu
deant ſeruato vocationum diſcrimine. Plura de
hoc argumento legantur in locis Philippi & in
noſtro Enchiridio. Iam ad Abſolutionem venia
mus Eccleſiaſticam, nobis & exemplo & man-
dato Chriſti commendatam. Abſolutio in Ec-
cleſia duplex eſt, videlicet, neceſſaria, & pedago
gica. Illa perpetua eſt & habet certam regulam,
ſine qua nullus vnquam ſalutem adeptus eſt:
Hæc variat nec certam habet regulá verbo Dei
F expreſſam, niſi ex parte quadam. Sed de vtra-
que ordine dicamus.

Vt autem hæc neceſſaria in Eccleſia doctrina
clariùs intelligatur, obſeruandi ſunt modi lo-
quendi Eccleſiæ, quibus hæc ſolutio, & quæ illi
opponitur ligatio ſignificatur. Nam collatæ in-
ter ſe locutiones iſtæ, & comparatæ antitheſes
rem vniuerſam clariſsimè ob oculos ponent.

Solutio itaque, & apertio regni cœlorũ, idem
re ipſa pollent, etſi modo quodá differũt & ordi
G ne. Eſt. n. prior ſolutio, poſterior apertio, ordine
non tẽpore. Priùs enim ſoluitur peccati vincu-
lũ, poſteà liber ingreſſus datur in regnũ cęlorũ,

Etſi ergo hæc duo coniũcta ſunt: tamen vnum A
eſt prius, alterum poſterius ordine. Præterea vt
ſolutio & apertio idẽ ſunt, ita & ligatio & clau-
ſio, quæ illis opponuntur. Ligatio enim ſolu-
tioni, & clauſio apertioni aduerſatur. Sed priùs
de ligatione & ſolutione dicamus, quæ voces à
foro ciuili deſumptæ ad eccleſiam transferun-
tur, vt ſimilitudine externa, in rerum inuiſibi-
lium cognitionem quaſi manu ducamur.

Ligatio itaq; & reatum & deſtinationem ad
pœnam notat. Vt enim ciuiliter ex ſententia iu- B
dicis ligantur rei vinculis carnificis, & tandem
ducũtur ad pœnam, ſi nulla reddatur compen-
ſatio, qua redimãtur à pœna quam legibus de-
bent: ita Spiritualiter ex ſententia iuſti iudicis
Dei, peccatores non agentes pœnitẽtiam, vt qui
rei ſint mortis & damnationis, ligantur vincu-
lis peccati & Satanæ, & ad poſtremum trahun-
tur ad pœnas æternas, niſi ante obitum ſoluto
precio ſoluantur. Hos dicuntur miniſtri Euan-
gelij ligare, non quòd reuera ligent, ſed quia vo C
ce legis ex mãdato Dei eos ligatos eſſe teſtãtur.

Solutio, quæ ligationi opponitur, ſignificat
liberationem à reatu & pœna, λύτρῳ perſoluto.
Vt ergo captiuus aliquis à vinculis ſoluitur, &
dimittitur liber ſoluto capitis precio, quod Grę
ci nunc σῶτρον, nunc λύτρον vocant, Homerus ἄ-
ποινον, idq; ex ſententia iudicis: ita homo capti-
uus ſub diabolo, ex ſententia iudicis Dei, ſolui-
tur à vinculis Satanæ & peccati, perſoluto λύ-
τρῳ à Filio Dei, qui omnes in ſe credentes à pec- D
cato purgat, purgatos donat iuſtitia, reconciliat
eos Deo: breuiter, à reatu & pœna æterna libe-
rat, vt ſint plenè ſoluti à vinculis Satanæ, pec-
cati & mortis. Hos dicuntur etiam miniſtri E-
uangelij ſoluere, non quòd ſuapte poteſtate aut
virtute hoc faciant, ſed quia miniſterio Euange
lij teſtantur omnes in Filium Dei credentes li-
beratos eſſe à peccato, & donatos vera liberta-
te. Nam cùm omnis qui credit in Filium Dei, ha
bet vitam æternam, certum eſt ipſum ſolutum E
eſſe priùs à reatu & pœna, atq; adeò à vinculis
Satanæ & mortis. Vt ergo peccatum eſt culpa
& reatus cum obligatione ad mortem æternam
& damnationem: ita ſolutio abſque omni du-
bio eſt liberatio hominis credentis à culpa &
reatu, & obligatione ad mortem & damnatio-
nem, & donatio veræ libertatis & vitæ æternæ
in Chriſto, hoc eſt, ex merito Chriſti, qui ſolus
λύτρον ſoluit. Hæc ſolutio, vt diximus, neceſſaria
eſt, vt ſine qua nemo vnquam eſt ſaluatus. Et F
vt fit occultè à ſolo Deo propter preciũ à Chri-
ſto ſolutum, iuxta illud Iſaiæ 43. 25. *Ego ſum ipſe
qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorũ tuo-
rum non recordabor.* Et Auguſtinus: *Nemo tollit pec-
cata, niſi ſolus Deus, qui eſt agnus tollens peccata mun-
di. Hic enim ſolus & maculam culpæ abſtergit, & à de-
bito mortis æternæ abſoluit:* ita ſentitur occultè ab
illo ſolo qui ſoluitur & confirmatur pio propo-
ſito. Soluitur autem, vt dictum eſt, quiſquis cre
diderit, & omnis qui credit, ex hac ſolutione ſen G
tit veram in corde conſolationem per Spiritum
Sanctũ, qui huius ſolutionis internus teſtis eſt.

Ipſe enim perſuadet cordibus noſtris, quòd ha-
beamus Deum patrem intimè nos in Filio com
plectentem. Ex quo teſtimonio appellatur Spi-
ritus adoptionis, per quem clamamus, Abba Pa
ter. Hæc ſolutio arcana & neceſſaria nullo mo-
do pendet ab autoritate humana, nec ab vlla
creatura impediri poteſt. Imò ſæpiſsimè acci-
dit, vt qui condemnatur ab iis, qui de poteſtate
plenaria gloriãtur, abſolutus ſit in cœlo, & iam
ſit inſcriptus vitæ æternæ hæres. Nõ ergo Deus
ſemper ſequitur ordinarię poteſtatis iudicium,
quæ per ignorantiam interdum iudicat. Deus
autem ſemper iudicat ſecundùm veritatem. Et
Origenes: *Interdum qui foras mittitur, intus eſt, &
qui foris eſt, intus videtur retineri.* Homo ergo ſo-
lummodò vt externus teſtis de illa interna ab-
ſolutione teſtari poteſt, dummodo apud vocẽ
Euangelij manet. Huc pertinet illud Matth.
16.19. *Quodcunque ligaueris in terra, erit in cœlis liga-
tum, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit in cœlis
ſolutum,* hoc eſt, cùm teſtaris voce Euangelij, o-
mnem qui credit ſaluari, id eſt, ſolutũ eſſe, tuum
teſtimonium erit in cœlo ratum: & rurſus cùm
teſtaris, omnem qui non credit, damnari, id eſt,
ligatum eſſe, teſtimonium tuum erit ratum in
cœlo. His verbis ſignificatur immotum eſſe Dei
decretum, & de ſalute credentium, & de dam-
natione incredulorum. Ex his clariſsimè patet,
quòd ſolutio & ligatio quæ fit per miniſtrum
Euangelij, ſit conditionalis, vt quæ pendeat ex
conditione fidei. Eſt igitur hæc ſententia mini-
ſtri Euangelij abſoluentis & ligantis, Euange-
lij vox: omnis qui credit ſaluabitur. Tu igitur
ſi credis, verè ſaluaberis: ſin minùs, verè dam-
naberis. Neque latiùs miniſtrorum Euangelij
poteſtas ſe extendit, vt rectè monet Hierony-
mus in huius dicti declaratione: *Hunc locum,* in-
quit, *quidam non intelligẽtes aliquid ſumunt de ſuper-
cilio Phariſæorum, vt damnare innoxios, vel ſoluere ſe
putent noxios, cùm apud Deum non ſententia ſacerdotũ
ſed reorum vita quæritur.* Quid quæſo manifeſtiùs
contra Papatum dici potuit?

Porrò hæc ligatio & ſolutio clauſionis etiam
& apertionis vocibus ſignificantur, quæ voces
ab Oeconomica adminiſtratione deſumptæ
ſunt. Vt enim Oeconomi clauibus ſibi à patre-
familias traditis aperiunt & claudunt, non ex
arbitrio ſuo, ſed ad voluntatem & imperium pa
trisfamilias: ita miniſtri Euangelij, qui ſunt Oe-
conomi myſteriorum Dei, claui ſcientiæ clau-
dunt, id eſt, clauſum oſtẽdunt, ſeu teſtantur, re-
gnum Dei incredulis. Omnes enim homines,
cùm natura ſint peccatores, ſe ſua natura exclu
ſerunt Paradiſo, atq; adeo regno cœlorum: ape-
riunt, id eſt, apertum teſtantur credentibus re-
gnum cœlorum. Nam cùm credentibus facta
eſt remiſsio peccatorum & donata eſt iuſtitia,
ius adoptionis donatum eſt in Chriſto, adeò vt
nec peccatum, nec infernus, nec mors nec dia-
bolus ius vllum habeat. Quod enim Chriſtus
aperit, nemo claudit: & quod claudit, nemo a-
perit, iuxta illud Eſa. 22. 22. *Dabo clauem Dauid ſu-
per humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat:*
&

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

& claudet, & non erit qui aperiat. Prædicatio ergo ſeu notitia Euágelij de remiſsione peccatorum impetranda per Chriſtum vnica clauis eſt ad aperiendum regnum cœlorum à Chriſto data. Si verò is qui audit, adhibet fidem prędicato Euangelio, eſt fides eius veluti clauis altera, quæ iure clauis Spiritus Sancti dicitur, cùm fides ſit opus Spiritus Sancti. His duabus clauibus aperitur regnum cœlorum, hoc eſt, accipitur remiſsio peccatorum, donatur iuſtitia Chriſti & reconciliatur Deus, atque adeo datur ius poſſeſſionis regni Dei in omnem æternitatem.

Has duas claues coniungit Chriſtus amandans ſuos Apoſtolos prædicatum Euangelium omnibus Gentibus. Nam cùm dicit, Mar. 16. 15. *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur,* claues quas ſuæ dedit eccleſiæ, interpretatur. *Euntes,* inquit, *prædicate Euangelium:* habes priorem clauem. Cùm additur: *qui crediderit,* habes alteram clauem. Cùm vero ſubiicitur: *ſaluus erit,* habes apertum regnum cœlorum. At cùm annectitur antitheſis: *Qui non crediderit, condemnabitur;* eadem claui regnum cœlorum clauditur, non tam virtute clauis, quàm vitio hominis, qui ſe ſua incredulitate excludit, atque hoc pacto Euangelium aliis eſt odor vitæ ad vitam (ſcilicet ſua natura) aliis odor mortis ad mortem (ſcilicet hominum vitio.) Videmus hîc clariſsimè ſalutẽ promiſſam pendere ex duabus rebus, videlicet ex merito Chriſti, & ex conditione fidei.

Porrò quod vulgò dicitur de diſcrimine clauis ſcientię & poteſtatis, rectè accipiendum eſt. Eſt enim vna prorſus & eadem clauis ſcientiæ & poteſtatis. Sed prior appellatio à re ſubiecta, quæ eſt ſcientia ſalutis de remiſsione peccatorum per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, hoc eſt, prædicatio ſeu cognitio Euangelij, ſumitur. Altera ab vſu ſeu effectu petitur, videlicet cùm miniſtri Euangelij ſuo miniſterio teſtantur de arcana apertione regni cœlorum. Quòd autem poteſtas hæc apud ſolum Chriſtum remaneat, ipſe Chriſtus teſtatur, cùm ait: Matt. vlt. 18. *Mihi data eſt poteſtas omnis in cœlo & in terra: profecti igitur, docete omnes Gentes.* Hanc ergo poteſtatem non tribuit Apoſtolis, ſed miniſterium ſolummodò illis commendat, quod eſt docere Euangelium, & doctrina teſtari de ipſius poteſtate & voluntate. Ipſe autem iuxta promiſsionem ſua poteſtate aderit ſuę Eccleſiæ vſq; ad cõſummationem ſeculi. Ita enim conſolaturus eos quos ad prædicandum emittit, ait: Matt. vlt. 20. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Non ergo miniſtri verbi abſentis legatione funguntur, ſed pręſentis poteſtate freti miniſtrant. Hinc clariſsimè cõcluditur, quòd teſtificatio miniſtrorum de aperto regno cœlorum, tum demum vera ſit, quando intus in corde vera eſſe ſentitur per Spiritum Chriſti verè præſentis, alioqui vanum erit teſtimonium miniſtrorum, & nihil iuuat eos quibus voce Euangelij miniſtri aperiũt cœlum, niſi ipſi non voce

A tantũ, ſed ſincero corde alteram clauem, videlicet viuam in Chriſto fiduciam, adhibeant. Neq; tamen hoc ita accipiẽdum eſt, quaſi interna abſolutio fieri non poſsit ſine externa miniſtri teſtificatione. Si enim externa abſolutio per prædicationem Euangelij eſt teſtimonium internę abſolutionis, quæ pendet ex notitia Euangelij & fiducia in Filium, profectò res ipſa verè poſsidetur, vbicunq; eſt hæc Euangelij notitia & fiducia in Chriſtum, etiamſi externus teſtis nul-
B lus accedat. Hoc nihil detrahit miniſterio Euangelij, ſed conſolatur eos, qui in iis locis degunt, vbi publicè vox Euangelij non ſonat. Ibi enim internus teſtis, videlicet Spiritus Sanctus, certificat credentes de aperto regno cœlorum.

Pædagogica abſolutio eſt externa diſciplina ædificationis gratia in eccleſiæ cœtu ordinata, qua vel priuatim examinantur admittendi ad Dominicæ Cœnæ vſum, vel publicè recipiuntur in gratiam, qui ſcandalo Eccleſiam offende-
C runt. Hæc tametſi in ſpecie pręcepta non eſt: tamen quantũ ad genus attinet, ex ordinario verbi miniſterio dependet. Nam cùm Apoſtolus 2. Cor. 13. 8. affirmat miniſtros Euangelij habere poteſtatem ad ædificationẽ, non ad deſtructionem: & idem ex ſpiritu Dei pręcipit, in Eccleſia 1. Cor. 14. 40. omnia fieri ordinatè & decenter, nemini dubium eſſe poteſt, quin hæc diſciplinæ pars, vt quę miniſterio verbi vtiliter ſeruiat, & maximè ad ædificationem faciat, rectè & vti-
D liter ordinata ſit. Quare nequaquam audiendi ſunt qui nihil in Eccleſiæ adminiſtratione ferunt, niſi quod à Chriſto & Apoſtolis ordinatũ & vſitatum fuerit: quorum quidem ſententia ſi de verbo ſolummodo eam accipi pateretur, nobis quoque placeret vt veriſsima, ſed cùm eam diſciplinæ externæ accommodant, non eſt tolleranda ob cauſas illas quas poſuimus.

Hæc pædagogica abſolutio, vt ex definitione, quam dedimus, colligitur, eſt duplex, vide-
E licet priuata & publica. Vtraque requirit confeſsionem, non papiſticam illam, ſed Euangelicam, qua homo petens abſolutionem, confitetur & ſuum lapſum, & ſuam in propiciatorem fidem, & propoſitum poſthac omne peccatum vitandi quantum in ſe eſt, hoc eſt, quòd non velit volens & ſciens contra conſcientiam ruere in peccatum. Nam ſine hac confeſsione miniſter verbi qui cor non intuetur, nihil facere aut debet aut poteſt. Verùm ſi ſimulat reus, & mi-
F niſter eum verbis abſoluit, abſolutio illa fit obligatio noua ad maius iudicium, idq; non culpa abſoluentis, qui vt homo decipitur, ſed vitio hypocritæ, qui conuerſionem mentitur: quo pacto multi & Deum in ſe prouocant, & eius miniſtros fallunt, & ſe ipſos miſerè perdunt accerſentes ſibi ipſis neceſsitatem quandam peccandi, Iuda multis modis iniquiores. Iam ſeorſim de vtraq; abſolutione, quam pædagogiæ ſubiecimus, dicemus.

G Priuata abſolutio pædagogica, quam noſtri iuxta ordinationem Eccleſiaſticã in hoc regno requirunt ante vſum Cœnæ Dominicæ, eſt eo-

rum, qui ſecretum colloquium cum miniſtro
Euangelij petunt, in quo & ſuam miſeriã deplo
rare, & fidem in Chriſtum teſtari, & emẽdatio-
nem vitæ in poſterum promittere, & cõſolatio-
nem petere ex Euangelio, qua confirmentur in
fide Chriſti, oportet. Et ſi qui rudiores fuerint,
quàm vt hæc ordine facere poſsint, interrogan-
di ſunt ordine de ſingulis, vt cõſtet miniſtro de
eorum confeſsione. Hac confeſsione audita, &
petitione conſolationis, miniſter Euangelij ma
gnitudinem peccati exaggerabit, miſericordiã
Dei prędicabit, iubebit firmam teneri fiduciam
in propiciatorem, quæret an firmum propoſitũ
habeat à peccato abſtinendi & faciendi bonum.
Hoc cùm pollicetur confitens, miniſter Euan-
gelij exponit ei Euangelium Chriſti, qui non
vult vllos perire, ſed omnes pœnitentes, quan-
tumuis fuerint maximi peccatores, in gratiam
recipere, modò gratiam hanc fide apprehende-
re velint, ac ita pronunciat credentem habere,
& remiſsionem peccatorum ob meritum Chri-
ſti, & iuſtitiã ex imputatione obedientiæ Chri-
ſti, & reconciliationem cum Deo per interceſ-
ſionem Chriſti. Atq; hæc pronunciatio eſt ab-
ſolutio priuata, quæ tum demum vera eſt & ra-
ta in cœlis, ſi cõfitens verè in corde ſentit quod
verbis confitetur. Hîc ſi imponitur manus mi-
niſtri capiti eius qui abſoluitur, ſit illa manus
impoſitio ſymbolum ſeiũctionis hominis à dia
bolo & prophanitate mundi, applicationis ad
Deum per fidem, & oblationis in hoſtiam gra-
tam Deo per nouam obedientiam, & docean-
tur rudes de hac ſymbolica manus impoſitio-
ne. Hinc intelligitur, quòd abſolutio hęc pæda-
gogica, ſi genus ſpectes, nihil aliud ſit quàm
prædicatio Euangelij quæ eſt clauis qua ape-
ritur regnum cœlorum. Plura de hac re legan-
tur in Paſtore noſtro.

Quid? Ergo qui credit Euangelio, ſiue audi-
to ab alio, ſiue lecto, aut cogitato à ſe ipſo, eſt
abſolutus? Verè abſolutus eſt. Qui enim credit
in Filium, remiſsionem peccatorum habet, iu-
ſtitiam habet, pacem cum Deo habet, & verè ab
omni damnatione, item à Satanæ & peccati vin
culo, liber eſt. Proinde meritiſsimè abſolutus
eſt cenſendus. At ſi ita eſt, videtur non eſſe ne-
ceſſaria hæc priuata abſolutio? Initio diſtinxi
inter neceſſariam abſolutionem & pædagogi-
cam, de qua hîc agimus. Hæc enim, etſi neceſſa-
ria non eſt: tamen eſt vtilis diſciplina in Eccle-
ſia benè conſtituta, adeò vt qui eam contemnit,
Eccleſiæ autoritatem in nullo loco habeat, or-
dinem in Eccleſia benè conſtitutum violet, con
cordiæ neruum, hoc eſt, diſciplinã ſcindat, atq;
adeò charitatis legẽ cõtumaciter trãſgrediatur.

Verùm hîc diſcerni volo inter contẽptum, &
vſum libertatis Chriſtianæ ſine contemptu. Vt
enim cõtemptum abeſſe volo: ita quoq; ſaluam
cupio Chriſtianam libertatem, ſi quis (de cuius
fide & confeſsione nulla eſt dubitatio) interdũ,
ſine iſto priuato examine, ſacra Chriſti Cœna
vti velit. Interdum dico. Nam qui ſemper id fa-
cit, non videtur à contemptu procul abeſſe. Ve

A rùm vt de hac re plenius ſit iudicium, conſide-
remus fines pædagogicæ huius & priuatæ abſo
lutionis, qui præcipui tres ſunt.

Primus, vt iuuentutis & hominum rudium
profectus exploretur. Nõ enim ad ſacram Chri-
ſti Cœnam admittendi ſunt, qui vel cauſas in-
ſtitutionis non intelligunt, vel ſe ipſos probare
non poſſunt. Nam apoſtolus requirit, vt nemo
menſam Domini accedat, qui ſe priùs non pro-
bauerit, videlicet an ſit in fide, an ſentiat Chri-
B ſtum in ſe habitantẽ, an abiecerit peccandi pro-
poſitum. Hæc exquirere miniſtros verbi decet,
priuſquam rudes admittãt ad ſacrã Chriſti Cœ
nam, quæ ſanè exploratio non poteſt meliùs fie
ri, quàm in priuato colloquio, in quo & conſu-
litur miniſter Euangelij, & interrogat cõſulen-
tem, & docet ignorãtem, & inſtigat ceſſantem.
Hic finis vel ſolus tanti momenti eſt, vt meritò
propter ipſum priuatum illud examen ante v-
ſum Cœnæ Dominicæ in noſtris eccleſiis reti-
C neatur. Inter hũc vſum Abſolutionis priuatę, &
eam quam vocant Confirmationem, hoc eſt di-
ſcrimen. Hæc abſolutio priuata eſt & dicitur.
Confirmatio autem fiebat publicè audiente to-
ta Eccleſia. Nam Epiſcopus examinabat confir-
mandos in Catechiſmo, examinatos interroga-
bat an vellent conſtanter ad vitæ vſque finem
perſeuerare in Chriſtianiſmo, & non rurſus de-
ficere ad Gentiliſmum. Quod ſi promitterent,
certitudinis gratia teſtes ſuæ promiſsionis da-
D rent. Hæc diſciplina vtilis fuit, cùm in medio I-
dololatrarum habitarent Chriſtiani, & crebræ
fierent defectiones, quibus hoc confirmationis
ritu occurſum eſt.

Secundus finis eſt vt ignoti interrogentur de
ſua fide & confeſsione, antequam admittantur
ad vſum Cœnæ. Nam cùm multæ & variæ ſunt
Sectæ, quæ omnes ſe titulo Chriſtiani nominis
tegunt, miniſtrorum verbi refert, eorum fidem
cognoſcere qui ſe petunt ad vſum ſacræ Cœnæ
E admitti. Nõ enim debet adeò nobilis margarita
porcis aut canibus obiici, ſed filiis ſolummodò
communicari, hoc eſt, fidelibus, qui clara cõfeſ-
ſione Chriſtũ ſaluatorẽ agnoſcũt & profitẽtur.

Tertius finis eſt, vt vacillantes in priuato iſto
colloquio fulciantur doctrina, promiſsionibus
& conſolationibus. Sæpè enim fit, vt etiã rectè
religionẽ docti, & nobis ſatis noti, trepidatione
concutiantur. Multiplices enim ſunt artes Sata
næ, quibus pios inuadit: magna eſt carnis infir-
F mitas: plurima quotidiè oboriuntur ſcandala:
vnde fit, vt nũc ad dubitationem, interdum ad
deſperationem, aliquando ad defectionẽ pij ſo-
licitẽtur, vt opus habeãt remedio: quod doctus
& peritus animarum medicus adhibere poteſt,
modò eius conſiliũ petitur, quod commodiſsi-
mè fit in iſto priuato colloquio. Etſi autem hîc
quilibet pius, qui Euangeliũ rectè didicit, vacil-
lanti ſuccurrere poteſt: tamen anteponendum
iudico doctum & pium paſtorem, propter pro-
G miſsionem hãc, Luc. 10. 16. *Qui vos audit, me audit.*
Hos tres fines eſſe priuatæ abſolutionis, quę di-
gna eſt vt retineatur in Eccleſia, ſtatuo. Neque

vellem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

vellem quenquam, præter hos fines, ſeu ſaluis his finibus ſemper cogi ad iſtam ſeruitutem, vt quoties cuperet ſacra Chriſti Cœna vti, neceſſariò priuatam abſolutionẽ peteret, cùm ſolummodo, vt diximus, pædagogica quædam eſt informatio, qua carere poſſunt rectè in verbo Dei edocti, tantiſper dum exemplo diſciplinam Eccleſiæ non conuellunt.

Publica abſolutio eorum eſt, qui ſcãdalo Eccleſiam offenderunt, & propter ſua facinora, Eccleſiæ nota excluſi ſunt à communione. Nam ſi vel maxima fuerint facinora, modò occulta ſũt præſtat ea celare quàm publicare. Hîc enim locũ habet dictum Salomonis, Prou. 10. 11. *Charitas operit multitudinẽ peccatorum.* Verùm hoc ita accipi velim, ſi peccator locũ fecerit, priuatis admonitionibus: quod ſi non fecerit procedẽdum eſt cum eo ex præſcripto Domini. Conſcius enim facti adhibebit teſtem vnum atq; alterum, & conabitur criminoſum in viam reuocare. Verùm ſi hîc nihil profecerit, corã ſenatu Eccleſiæ reus ſiſtendus eſt. Verùm ſi hîc cõtumax eſſe perrexerit, excõmunicationis pœna caſtigabitur donec reſipiſcat. Verùm ſi nolit reſipiſcere, habeatur vt Ethnicus & prophanus Chriſti hoſtis.

Porrò hanc abſolutionẽ pædagogicam & publicam oportet pœnitentiã publicam præcedere, quæ ſi vera eſt, proficiſcitur ab ea cõfeſsione, cum qua occultã illam & neceſſariã abſolutionem coniunctam eſſe diximus. Hęc pœnitentia publica, cùm finem habeat reconciliationẽ eius qui offendit cũ Eccleſia, debet in oculos Eccleſiæ incurrere, vt Eccleſia ex certis ſignis ſeriæ emendationis & internæ cõuerſionis teſtari poſſit. Volebant igitur veteres morũ cenſores hanc publicę diſciplinę partẽ cõſtare tribus, videlicet cõpunctione cordis, cõfeſsione & ſatisfactione.

Compunctio cordis ſeu contritio probabatur pallore, trepidatione, lacrymis & aliis mœſti animi indiciis.

Confeſsio facti publica fiebat verbis coram Eccleſia offenſa.

Satisfactio fiebat precibus, quib. rei petebant ſibi ignoſci. Nam lacrymæ humiliationis & ſupplicationis teſtimonia erant. Hæ tres exterioris & publicæ pœnitentiæ partes indicia ſunt interioris pœnitentiæ, quæ fit per fidem in vera conuerſione ad Deum. Quare fides non erat inter has partes numeranda, ſed diſtinguenda vt cauſa à ſuo effectu. De hac publica pœnitentia accipiendum eſt dictum Ambroſij, videlicet, quòd pœnitentia ſit mala pręterita plangere, & plangenda iterum non committere. Nam qui ſic alia deplorat, vt alia tamẽ committat adhuc, pœnitentiam agere aut ignorat aut diſsimulat.

Porrò qui hoc pacto pœnitẽtiam interiorem teſtabantur, publicè per miniſtrum Euangelij recipiebantur in Eccleſiæ cœtũ & admittebantur ad ſacrorum participationẽ. Verùm in hac re duriores fuerũt veteres, qui neminem niſi ſemel tãtùm ad publicam pœnitentiam admiſerunt. Quibus Auguſtinus hoc modo reſpõdet: *Quamuis cautè et ſalubriter prouiſum ſit, vt locus illius*
A *humillimæ pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne*
medicina vilis, minus vtilis eſſet ægrotis, quæ tantò ma-
gis ſalubris eſt, quantò minùs contemptibilis fuerit: quis
tamen audet Deo dicere, quare huic homini, qui poſt pœ-
nitentiam primam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtrin-
git, adhuc iterum parcis?
Porrò iis, qui hac publica pœnitentia recipie
bantur in Eccleſiam, impoſuerunt mulctas ſeu
pœnas, vt alij cautiores redderentur, quas mul-
ctas Græci ἐπιτίμια, Latini ſatisfactiones nomina-
B runt. Harum relaxationes dicebãtur indulgen-
tiæ. Verùm ſequens ætas hanc pędagogicam &
publicam pœnitentiã & abſolutionem fœdiſsi-
mè corrupit. Nã non ſolùm partes publicæ pœ-
nitentię, quas poſuimus, tranſtulit ad internam
& neceſſariam pœnitentiã coram Deo, excluſa
fide, ſed etiam ſucceſſu tẽporis indulgẽtias fecit
venales, donec puritas Euangelij iſtis ſordibus
tanquã immundiſsimo cœno ſit turbata. Hinc
purgatoriũ natum eſt: hinc Miſſæ venales: hinc
C ſuffragia Sanctorum & cultus reliquiarũ: hinc
Monachorum & Monacharũ ſectæ penè innu-
meræ. Breuiter, hinc erectum, propagatũ & ſta-
bilitum regnum Antichriſti in infinitarum ani-
marum certiſsimam perniciem. Nos igitur re-
ctiùs edocti, Deo agamus gratias, eumq; roge-
mus, vt ipſe nos doceat, & in ſua veritate guber
net, ne rurſus in tenebras priores, ob ingratitu-
dinem noſtram ruamus.
Supereſt adhuc vna quęſtio. Chriſtus hîc ab-
D ſoluit mulierem nõ reconciliatã priùs Eccleſiæ
quam offenderat: quæritur igitur, nũ exemplo
Chriſti liceat miniſtris Euãgelij eos abſoluere,
qui vel graui ſcandalo offenderunt Eccleſiã, vel
alios quouis pacto per iniuriam læſerunt, vt fu-
res, latrones, homicidæ, adulteri. Annon Chri-
ſtus Matth. 5. 23. hunc ordinem nobis commen-
dat vt incipiamus ab eo quem offendimus, &
poſteà nos & noſtra dona Deo offeramus. *Si,* in-
quit, *offeras donum tuũ ſuper altare, & illic memineris*
E *quòd frater tuus habet aliquid aduerſus te, relinque do-*
num tuum coram altari, & vade prius & reconciliare
proximo tuo, & tunc reuerſus offer donum tuum. Cùm
igitur qui abſoluitur ſimul ſe Deo offert in ſa-
crificium per fidem & obediẽtiam, hæc Chriſti
regula poſtulat, vt à læſo ſeu offenſo per iniuriã
fratre incipiat. Similiter Eccleſiaſtica ordinatio
huius regni, ex eodem fundamẽto, vetat, ad pœ
nitentiam recipi eos, qui læſæ ſeu offenſæ per
iniuriam parti, & magiſtratui ciuili, non ſatisfe-
F cerunt. Præterea rectè dici videtur, quamdiu
res, propter quam peccatum eſt, non redditur,
non agitur ſed fingitur pœnitentia. Quid ergo
dicemus ad quæſtionem propoſitam?
Primùm diſcernendum eſt inter ea quæ fieri
poſſunt, & quæ non poſſunt fieri. Deinde inter
priuatam & publicam pœnitentiã. Reconcilia-
beris proximo, ſi fieri poteſt, reſarcies damnũ ſi
facultates ferunt. Zachęus reſtituit quadruplũ,
quia potuit: Latro reſtituit nihil, quia facultates
G defuêre. Vterq; tamẽ æquè à Chriſto abſolutus
eſt, nõ minùs latro, qui voluit reſtituere & non
potuit, quàm Zachæus qui & voluit & potuit.

Si igitur Zachæus non reſtituiſſet per iniuriam ablata, ipſius pœnitentia nequaquam vera, ſed ficta fuiſſet. Si non voluiſſet Latro, quod tamen non potuit, non egiſſet, ſed ſimulaſſet pœnitentiam, atq; ita neuter fuiſſet verè abſolutus. Deinde diſcernẽdum eſt inter priuatam pœnitentiam & publicam, de qua ordinatio Eccleſiaſtica huius regni loquitur. Nam cùm publica abſolutio adhibetur, vt reus reconcilietur Eccleſiæ, iuſtiſsimum eſt, vt læſæ & offenſæ per iniuriam parti Eccleſiæ mẽbro ſatisfaciat, priuſquam admittatur ad publicam pœnitentiam. Nam cùm & Magiſtratus ſit pars Eccleſiæ, & is qui læſus eſt per iniuriam, iuſtitiæ & diſciplinæ ordo poſtulat, vt ſecundùm Deum (cui occultè per veram conuerſionem reconciliatur reus) reconciliatio ab ipſis incoetur. Priuatam autem abſolutionem cuiuis peccatori verè pœnitenti nullus negauerit, niſi qui hoc Chriſti exemplum ad ſe nihil pertinere exiſtimat: tametſi ad Cœnam non eſſe admittendum quenquam, niſi ſit Eccleſiæ reconciliatus, fateor.

PARS II.

Huius partis articuli ſunt quinque.

Primus, Aſſertio Chriſti affirmantis ſe lucem mundi eſſe.

Secundus, Obiectio ingratiſsimorũ Iudæorum reiiciẽtium Chriſti teſtimonium, ac dicentium vnius teſtimonium nullum eſſe.

Tertius, Reſponſio Chriſti aſſeuerantis vel ſuum ſolius teſtimonium firmum eſſe, cuius rei cauſam ſubiungit: Et prouocantis ad patris teſtimonium, vt iuxta Legem, duorum teſtium teſtimonium, firma ſit probatio.

Quartus, Interrogatio Iudæorũ ironica quęrentium quis ſit Pater Chriſti, ad cuius teſtimonium prouocat.

Quintus, Reſpõſio Chriſti taxantis illorum ignorantiã & ignorãtiæ ipſius cauſã exponẽtis.

Primus Articulus.

12 *Rurſus igitur Ieſus eis locutus eſt dicẽs: Ego ſum Lux Mundi: qui ſequitur me, nequaquam ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.*

Chriſtus hac ſententia plura docet: Primùm enim ſe eſſe verum Meſsiam affirmat. Secundò, qualénam ſit Meſsiæ officium exponit. Tertiò quòd Meſsiæ beneficia non anguſtis vnius nationis limitibus claudãtur, ſed latè toti orbi terrarum pateant, oſtendit. Quartò quomodo beneficiorũ Meſsiæ homines fiant participes, docet. Quintò quòd extra ſe nihil inueniatur præter tenebras ignorantię, peccati & mortis, indicat. Ex quibus omnibus & hoc concluditur, quòd Meſsias noſter ſit verus homo, ſit verus Deus, ſit vna perſona, & ſit ſaluator eorum qui ſe ſequantur, & ſibi adhæreant vera fide. De his ordine, vt propoſita ſunt, dicemus, ſed breuiùs quàm vt tanta res dici poſsit. Fateri enim nos oportet, nulla humana voce poſſe hanc Dei ſapientiam, vt par eſt, explicari. Simus ergo contenti qualicunq; huius myſterij enarratione, ac ſimul rogemus Chriſtum lucem noſtram, vt radios ſuæ lucis in corda noſtra mittat, quò illum in hac vita ſequamur illiq; adhæreamus, donec quæ nunc in ænigmate videmus, clariſsimè in æterna vita cognoſcamus.

Primùm itaq; cùm dicit: *Ego ſum τὸ φῶς mundi*, articulus magnam Emphaſin habet. Significat enim Chriſtus hac locutione, ſe illum eſſe, cuius nomen vel notiſsimum Iudæis eſſe oportuit. Nam cùm ait: *Ego ſum Lux illa mundi*, mittit auditores ſuos Iudæos, ad typos, vaticinia & opera ſua, vt ex iſtorum collatione de ſe informentur, & inde diſcant, ſe habere præſentem Meſsiam tanto tempore expectatum.

Typus præ aliis inſignis proponitur Exod. 10.23. vbi dicitur: *Vbicunq; habitabant filij Iſrael, lux erat.* Illa lux typus Meſsiæ fuit, qui in ſola Eccleſia lucet luce gratię, reliquo mundo vniuerſo in tenebris relicto. Fuit & huius lucis .i. Meſsiæ, typus candelabrũ cũ ſuis lucernis, Exod. 25. quẽ typũ Ioh. in ſua Apoc. exponit & Chriſto accõmodat. Et ca. 21.23. ait: *Ciuitas nõ eget Sole & Luna, ſed claritas Dei illuminabit eã, et lucerna eius eſt agnus.*

Vaticinia de hac luce, hoc eſt, de Meſsia infinita ſunt in ſcripturis, ex quibus pauca eaq; maximè illuſtria aſcribemus. Eſa. 60.1. *Viuit Lumen tuum ô Ieruſalem, & gloria Domini ſuper te orta eſt, & ambulabũt gentes in lumine tuo.* Idem ibid. v. 19. *Non erit tibi Sol ad lucendum per diem, nec ſplẽdor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* Idem cap. 9.2. *Populus qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam, & habitantibus in vmbra mortis, lux orta eſt eis.* Idẽ 42.6. *Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de carcere vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris.*

Hos typos & hæc vaticinia Zacharias & Simeon Ieſu filio virginis accõmodant. Zacharias enim Luc. 1.18. ſic canit: *Viſitauit nos oriens ex alto, vt illuceſcat iis qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.* Et Simeon cùm teneret Ieſum in vlnis, oblatum in templo, Luc. 2.32. *Viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumẽ ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.*

Porrò opera Chriſti cũ his typis & vaticiniis per omnia congruunt. Aperit oculos cœcorum vt Luc. 7. legitur. Cœcis multis donauit viſum, cœcum à natiuitate ſanat Iohan. 9. Hæ ſanationes cœcorum fuerunt ſymbola ſpiritualium ſanationũ, videlicet quòd Chriſtus ſit lux illa vera, qua mentes hominũ illuminantur ad ſalutẽ.

Cùm Iudęi igitur habuêre & typos & vaticinia, & viderunt opera Chriſti clariſsimè teſtantia, quòd is verè eſſet quem typi figurarũt, & vaticinia prædixerunt, quî fit quòd Chriſtũ non agnouerint? Ipſe Dñs ad hãc interrogationem reſpondet Ioh. 3.19. *Lux*, inquit, *venit in mundũ, et dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ, &c.* Hîc Dominus tenebras & mala opera vocat, quæ Iudæi magnã lucem & ſanctiſsima opera exiſtimabant, nẽpe iuſtitiam Phariſaicã, hoc eſt, hypocriſin, qua ſe iuſtos eſſe fingebãt, cùm alioqui eſſẽt impuriſsimi & planè corã Deo abominabiles.

Nullum

Nullũ enim peccatũ eſt quod tã intercludit viã hominib. ad lucem Euãgelij quàm hypocriſis. Hypocritis enim dulcior eſt ſua hypocriſis, quã vt velint eam luce Euangelij commutare.

Secundò hoc Chriſti dictum pulcherrima & dulciſsima metaphorà Meſsiæ officiũ pingit & ob oculos clariſsimè ponit. Nã cùm inquit: *Ego ſum Lux Mundi*, mittit eos ad creaturas, vt ex earum cõſideratione deducamur in officij Meſsiȩ notitiã. Vt enim corpora lucida & intra ſe lucẽ habent, & in obiecta lucem ſuam emittunt: ita Chriſtus lux eſt, vt qui & intra ſe lucem habeat. Eſt enim lux eſſentialis & æterna: & in homines lucem ſuam emittit, quò luceant luce aliena qui in ſe meræ erant tenebræ.

Verùm huic æternæ luci accidit quod Soli, cuius illuminatio variat iuxta obiectorũ diſcrimina. Quemadmodum enim lumen Solis incidens in aerem, totum aerem videtur illuſtrare, ſed recedente corpore Solis tenebræ rurſus ſuccedunt: ita lumen Chriſti Solis æterni, quod eſt ipſius ſanctiſsimum Euangeliũ, quando incidit in aures multorum, videntur quidem illi multi illuminari, hoc eſt, verbo moueri & oblectari: verùm mox vbi ſonus verbi ceſſat, ſuccedũt priores tenebræ, atq; hi ſunt illi qui audiũt verbum & non retinent, ſed mox eius obliuiſcuntur, negociis huius mundi occupati. Præterea vt lumẽ Solis incidens in corpus denſum externam ſolummodò ſuperficiem ambiens illuſtrat & non penetrat totũ corpus: ita lumen quod eſt verbũ Chriſti incidẽs in hypocritas, non penetrat cor, ſed tãtùm apparet in ſuperficie, hoc eſt in externa vita, & gignit hypocriſin non ſua natura, ſed hominũ vitio, qui intra ſe lucem Euangelij nõ admittunt. Adhęc vt lumen Solis nonnulla corpora penetrat, & ea paulatim tranſmutat, vt nouę ſpecies gignantur, vt Cryſtallus, Carbunculus, & alij pretioſi lapides, in quib. claritas quædam remanet etiam abſentibus Solis radiis: ita quidã homines recipiunt lumẽ Chriſti, hoc eſt, Euangelium intra ſe, quo transformãtur in nouos homines tanquam in lapides pretioſos, qui intra ſe lumen Chriſti retinent & propterea viuis lapidibus cõferuntur. Ex his ciuitas Dei ædificatur & ornatur quæ dicitur Sancta & magna Ieruſalem, quę habet claritatẽ Dei, cuius lumen ſimile eſt lapidi pretioſo Iaſpidi, ſicut Cryſtallum, Apoc. 21. 11. Hac ſimilitudine commẽdatur nobis aſsidua lectio, auditio & meditatio Euangelij quod eſt Chriſti lumẽ, quò magis magisq; luminis iſtius virtute transformemur, vt & ipſi fiamus lux in Domino. Præterea vt virtus lucis inuiſibiliter operatur ſenſum & motum in animantibus: ita lux Chriſtus inuiſibiliter vitã infundit hominibus, qua ſpiritualiter ſentiũt, mouẽtur, viuunt, adeoq; nouæ creaturæ fiunt. Adhęc vt lux corporalis, vt ait Auguſt. tenebras expellit, mœrores diſſoluit, inſidias prodit, ſecuritatem parit, omnem ſpeciem lætã iucundamq; inducit, omnibus rebus formam & decorem tribuit: ita lux Chriſtus ſpiritualiter in mentibus & cordibus hominum audientium & recipientium Euangelium hæc omnia operatur multò

A perfectiùs. Tollit enim tenebras ignorãtiæ prædicatione Euangelij: mœrores cordis diſſoluit: conſolationibus ſpiritualibus inſidias Sathanę carnis & mundi prodit: ſecuros nos reddit aduerſus tentationum procellas, &c.

Verùm quò diſtinctiùs, quid virtus Chriſti qui eſt lux Eccleſiæ, efficiat in hominibus, ſciamus, ſcripturas audiamus & ex illis proponamus quæ nobis videntur præcipua, maximeq; ad noſtri informationem faciant. Chriſtus qui
B οὐσίᾳ lux eſt æterna, in tẽpore lux eſt ἐνεργείᾳ, idq; in cordibus electorum quemadmodũ ſequitur.

Cùm Eſaias, cap. 42. 6. ait: *Dedi te in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum*, ſignificat Chriſtũ eſſe lucem notitiæ, per quam mens hominis ſapientia Dei illuminatur. Quod enim oculus eſt in capite, hoc in mente eſt notitia.

Cùm idem ait cap. 9. 2. *Habitantibus in regione & vmbra mortis, lux orta eſt eis*, indicat Chriſtum eſſe lucem vitæ qua homines ſpiritualiter viui-
C ficantur.

Cùm Dauid dicit, Pſal. 4. 7. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, & dediſti lætitiam in corde meo:* Significat Chriſtum eſſe lucẽ qua accenditur in corde hominis credẽtis ſpiritualis quædã lætitia & conſolatio quę opponitur iræ Dei, terroribus legis, & propriæ conſcientię iudicio.

Cùm Eſaias rurſus ait, 49. 6. *Dedi te in lucem gentium, vt ſit ſalus mea ad extrema terræ*, docet Chriſtum eſſe lucem ſalutis, vt qui ſalutem det
D omnibus ſe recipientibus.

Cùm iterum idem Propheta, cap. 60. 19. ait: *Erit tibi Dominus in lucem ſempiternam:* ſignificat Chriſtum eſſe lucẽ æternæ beatitudinis, vt qui conferat æternam & beatam vitam omnibus in ſe credentibus. Eſt igitur Chriſtus lux docẽdo, eſt lux viuificando, eſt lux conſolando, eſt lux ſaluando, eſt deniq; lux beando. Proinde qui huius lucis particeps eſt, omnia habet. Qui verò ea caret, in tenebris miſer palpitat, nihilq; ha-
E bet niſi peccatũ, cui mors & dãnatio debentur.

Tertium, quod in hoc Chriſti dicto obſeruãdum dixi, eſt, quòd Meſsiæ beneficia non anguſtis nationis vnius limitibus claudãtur, ſed latè toti terrarum orbi pateant, id quod lucis imagine pulcherrimè pingitur. Sicut enim Sol hic aſpectabilis manè oriens æqualiter omnibus lucet, ſiue procul ſiue propè ſint, & non retrahit vllis hominibus ſuos radios: Sed vt Pſal. 19. 6. canit, *Tanquam ſponſus procedit de thalamo ſuo: exul-*
F *tat vt Gigas ad currendam viam: ab extremo cælorum egreßio eius, & recurſus eius vſq; ad extremitates eorũ: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius:* ita Chriſtus Sol iuſtitiæ ſuo Euãgelio & virtute illuceſcit omnibus hominibus, nec à quoquam ſuæ miſericordiæ radios retrahit, ſed omnibus eam promptiſſimè offert. Et ſicut lumen in domo accenſa æqualiter omnibus qui in domo ſunt, lucet. Non enim aliter lucet diuiti quàm pauperi, non aliter nobili quàm ignobili, non aliter viro quàm
G fœminæ, non aliter Græco quàm Barbaro: ita lumen lucis Chriſti quod eſt Euangeliũ accenſum, in hac magna domo, hoc eſt, mundo vniuerſo, ex ꝗquo omnibus lucet ſine nationum &

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

perſonarum diſcrimine. Hinc nos concipiamus A
fiduciam quòd Dominus noſter, qui eſt nobis
natus & datus, vt ſit lux noſtra, velit omniũ ſalu
tem, modò eius lumen fide recipere non recu-
ſauerint. Qui Parcarum tabulas fingunt, hanc
lucem quantum poſſunt intercludunt, & abo-
lent magnam Euangelij partem. Nam Euange-
lium vniuerſalis prædicatio eſt pœnitentiæ &
remiſsionis peccatorum in nomine Chriſti, vt
hæc dicta declarant: Mar. 16. 15. *Ite in mundum v-*
niuerſum prædicate Euangelium O M N I *creaturæ.* B
Item Luc. 24. 4. *Oportet prædicari* O M N I B V S
Gentibus. Præterea conditio addita eſt Vniuer-
ſalis: Quiſquis crediderit & baptizatus fuerit,
ſaluus erit. Qui verò non crediderit, condem-
nabitur. Opiniones ſtoicas ſæpius aliàs refuta-
uimus, & iis quatuor ſolidas rationes oppoſui-
mus. Obtemperemus ergo nos Domino, qui
infrà cap. 12. 35. ait: *Dum habetis lucem, credite in lu-*
cem, vt filij lucis ſitis.

Quartum, quod in hac ſententia Euangelica C
dixi obſeruãdum eſſe, eſt modus applicationis
luminis Chriſti, hoc eſt, beneficiorum Meſsiæ.
Sunt autem plura impedimenta quibus homi-
nes impediuntur, quò minus intra ſe recipiant
radios huius lucis. Diuus Paulus in priori epi-
ſtola ad Corinthios, cap. 1. verſ. 26. tria enume-
rat, quæ multos remorantur ne lumen Chri-
ſti, hoc eſt, Euangelium, admittant, vt ſunt ſa-
pientia mundi, potẽtia, & nobilitas. præter quæ
ſunt alia duo quæ non minùs impediunt, vide- D
licet cœcitas & hypocriſis. Tametſi autem ſapi-
entia, nobilitas & potentia per ſe ſunt dona Dei
præclara & eximia: tamen hominum vitio qui
iis abutuntur, fiunt laquei quibus capiũtur ho-
mines, & impediuntur ne lucem Euangelij a-
ſpiciant. Sapientibus enim mundi idem accidit
quod buſonibus: vt enim hi, tametſi claros, acu-
tos & lympidos oculos habent: tamen Solem
ferre non poſſunt: ita ſapientes huius mundi a-
cutum quidem cernunt ſuo iudicio, ſed iſto ta- E
men viſus ſui acumine non poſſunt Solẽ Chri-
ſtum intueri. *Animalis enim homo non percipit ea*
quæ ſunt Spiritus Dei, 1. Cor. 2. 14. Et quemadmo-
dum veſpertiliones & noctuæ lumine Lunæ
delectantur & fugiunt Solem, quem ferre non
poſſunt: ita ſapientes huius mundi lumine ſa-
pientiæ mundanæ inconſtanti oblectantur, ve-
ram lucem vitæ auerſantes. Potentes ſimiliter
in mundo ſplendore inanis gloriæ circumfuſi
altiùs non aſpiciunt, ſed inani ſuo ſplẽdore con F
tenti ſunt. Nobiles præterea cùm vident Eccle-
ſiæ externam formam, contemnunt Eccleſiam,
ne fiant participes ærumnarum, quibus cum
conflictatur. Hæc ergo tria impedimenta tolli
oportet, modò quis Chriſti lucem cum fructu
aſpicere velit. Qui ſapiens eſt in mũdo, fiat ſtul-
tus, vt in Chriſto ſapiens inueniatur. Qui po-
tens eſt, deponat potentiæ faſtum, vt potens in
regno Chriſti euadat. Qui nobilis eſt, fit tan-
quam ignobilis, ſciẽs ſe in idem peccati cœnum G
cum tota poſteritate Adæ immerſum eſſe, vt cla
ritate Chriſti illuſtris fiat. Atq; hoc volunt pro-
phetę, cùm aduenienti regi Chriſto iubẽt mon- A
tes æquari & deprimi, ne ſint aduenienti regi
impedimento. Cœcitas, qua malum præſens,
peccatum & imminens dãnatio ad æternas pœ
nas non cernitur, multos impedit ne quærant
lucem Chriſtum. Bene enim valẽtes non opus
habent medico. Hypocriſis omnibus ſuperiori-
bus pernicioſior eſt. Hæc enim lumen Euange-
lij odit, nec ferre poteſt hypocrita argui ſua pec
cata: Atque ideo ad lumen non venit, ne aliam
admittat iuſtitiam quàm Phariſaicam. Verùm B
his duobus malis medetur Lex Dei rectè intel-
lecta & applicata conſcientiis. His ergo impedi-
mentis ſublatis, vera noſtræ miſeriæ cogitatio-
ne, ſenſu iuſtiſsimę iræ Dei & proprio conſcien
tię teſtimonio apti efficimur ad luminis Chriſti
participationem, vt iam Chriſtum ſequi poſsi-
mus prætenſo lumine ipſius quod eſt Euange-
lium. *Qui ſequitur,* inquit, *me, non ambulabit in tene-*
bris, ſed habebit lumen vitæ.

C Sed quomodo ſequemur Chriſtum lucem?
Non pedibus corporis, ſed mente, corde, vita.
Mente ſequimur, quãdo ipſius ſalutare lumen
intra nos recipimus, hoc eſt, quando Sanctum
ipſius Euangelium excluſis ignorãtiæ tenebris
amplectimur. Corde ſequimur, quando viua fi-
ducia accenſa in nobis lumine Chriſti, hoc eſt,
Spiritu Sancto, Chriſti merito nitimur, ſtatuen
tes nobis peccatum eſſe remiſſum propter me-
ritum Chriſti, iuſtitiam eiuſdem nobis imputa-
D tam eſſe, qua iuſtificati & Deo reconciliati ſu-
mus. Vita Chriſtum ſequimur, quando exem-
plum Chriſti vt normam vitæ nobis imitan-
dum proponimus. Hæc enim tria neceſſe eſt
coniungi in iis qui decreuerunt Chriſtum ſi-
bi in ſalutem ſequi. Hypocritæ, quales ſunt
Monachi & Ieſuitæ, qui falsò hoc nomen ſi-
bi attribuunt tanquam imitatores Chriſti eſ-
ſent, diſcedunt à Chriſto, dum Chriſti pu-
rum Euangelium abiiciunt, ſubſtituentes in
E eius locum prophanitatem Miſſarum, dum
in locum meritorum Chriſti humanas ſatisfa-
ctiones obtrudunt, dum exemplo Chriſti Mo-
nachatum præferunt, quo fingunt ſe mereri re-
miſsionem peccatorum & vitam æternam. Ve-
rùm de imitatione exempli Chriſti cùm in mo-
ribus tùm in cruce, vide quę annotauimus in 2.
cap. 1. Epiſt. Iohan. iuxta hæc verba: *Qui dicit ſe in*
eo manere, debet & quemadmodum ille ambulauit, ita
& ipſe ambulare. Illic enim neceſsitatem, vtilita-
F tem, dignitatem & modum imitationis Chriſti
expoſuimus.

Quintum & poſtremum, quod in hoc Chri-
ſti dicto obſeruandum diximus, eſt, quòd ex-
tra lucem qui eſt Chriſtus, nihil eſt præter te-
nebras ignorantiæ, peccati & mortis. Ita enim
ait: *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.* Proin-
de qui non ſequitur Chriſtum, in tenebris am-
bulat. Siquidem ſolus Chriſtus lumen vitæ ſe
ſequentibus prætendit. Sed quî fit quòd non
G ſequentes Chriſtũ ambulant in tenebris? Cum
Adam in peccatum cecidit, vt ab arbore vitę, ita
etiã à lumine vitæ excluſus eſt, ex quo factũ eſt,

quòd

quòd tota eius poſteritas nõ illuminata à Chriſto in tenebris ignorantiæ, peccati & mortis palpitet, vnde nemo eluctari poterit, niſi dextra Dei, hoc eſt, Chriſto luce vera erigatur & educatur, quod tum demum fit, cùm homines Euangelium Chriſti audiunt, recipiunt & vita exprimunt.

Secundus Articulus.

13 Dicebant igitur ei Phariſæi: tu de te ipſo teſtaris, teſtimonium tuum non eſt verum.

Cùm Euangeliſta nominat Phariſæos ex aduerſo Chriſto reſpondentes, ſatis indicat quo animo acceperint dictum Domini. Nam cùm Phariſæi ſe clauem habere ſcientiæ gloriarẽtur, & ſe duces cœcorum iactarent, cùm in doctrina tum in moribus, vt qui iuſtitiam abſolutam ſe habere putarint, dubium non eſt, quin vehementer offenſi ſint hoc Domini dicto, quo ſe gloria qua tumebant, & opinione iuſtitiæ ſpoliari intellexerunt. Reiiciunt ergo hoc Domini dictum per contemtum. Vnius teſtimonio non eſt credendum: Tuum teſtimonium eſt vnius tãtùm, & tuum ſolius: Ergo tuum teſtimonium non eſt verum, hoc eſt, tale vt mereatur fidem. Principium quo nituntur Phariſęi, eſt debile, vt quod ſemper locum non habeat. Tametſi enim in controuerſiis forenſibus Deus voluit Iudices cautiores eſſe in ferenda ſententia, cùm dicat: *In ore duorum aut trium ſtabit omne verbum.* Item: *Ad vnius teſtimonium nullus condemnabitur:* tamen habenda eſt ratio autoritatis docentis, videlicet, quòd tum demum ſimplex expoſitio ſufficiat, cùm probatio ſit in autoritate dicentis. Deinde cùm facti euidentia in oculos incurrit, fruſtra expectantur alia teſtimonia. Item, cùm quis opere teſtatur quod verbis affirmat, firmum habebitur eius teſtimonium. Viderunt hi Phariſæi innocentiam Chriſti, animaduerterunt ſingularem ipſius in dicendo ſimplicitatem & grauitatem, miracula multarum ſanationum non erant illis ignota. Breuiter, pluribus argumentis conuicti erant, quòd Dominus fuerit diuinitus miſſus. Quare dubitare minimè potuerunt, eius doctrinam diuinam, ſalutarem & veram eſſe. Sed quid hîc faciunt Phariſæi? Abſque omni dubio contra conſcientiam peccant. Adeò enim tenaciter ſuam hypocriſin defendere decreuerunt, quòd vel contra ipſiſſimam veritatem bellum gerere maluerint, quàm tantillum diſcedere ab anticipatis opinionibus. Horum exemplo multi omnibus ætatibus impegerunt. Etſi enim non parum hodie in conſcientiis ſuis conuicti ſunt de veritate Dei, de idolomania Miſſæ, de inuocatione & cultu Sanctorum, de tyrannica dominatione Papæ & imperio in Eccleſiam Chriſti: tamen ne videantur cauſa cadere, mordicus tuentur manifeſtos errores, idque contra ſuam conſcientiam. Neque hoc ſolum vſu venit in Papatu, verumtiam proh dolor in reformatis Eccleſiis, vbi cùm variæ quæſtiones agitantur, quæ tamen

A non euertunt fundamentum, quilibet pro ſua opinione defendenda tanquam pro aris & focis dimicant. Vtinam non multi contra conſcientiam, vt qui potius quàm cederent aduerſariis vel in minimo, viderent omnia ſuſque deque ferri, & aboleri Eccleſiam Chriſti. Tantum poteſt φιλονεικία, & inanis gloriæ ſitis. Multò rectius iudicauit prophanus ille Socrates, cùm ſuo Antagoniſtæ apud Platonem diceret: Non tam ſpectandum eſt quid ego & tu B ſentiamus, ſed hoc potiùs vterque ſpectabimus vt veritati cedamus. Meminerimus proinde dicti Auguſtini, dicentis: *Gloria eſt vanitatis non cedere viribus veritatis.*

Admoneamur igitur exemplo Domini conſtantiæ & inuicti animi in propaganda iuxta vocationem noſtram veritate Dei, etiamſi noſtro facto offendantur tyranni, Sophiſtæ, Epicurei & hypocritæ. Verùm ſi nos tanquam mendaces proſcindunt, abiiciunt, C perſequuntur, trucidant, ſimus contenti hiſce quatuor: teſtimonio Dei, approbatione conſcientiæ, officio fideliter præſtito, & ſpe futuræ remunerationis, hoc certò ſcientes, quòd ipſa veritas tandem victrix ſit triumphatura, vtvt ad tempus premi videatur. Tametſi enim illi qui nos audiunt docentes, interdum non videntur percipere fructum ex veritatis teſtimonio quod proponimus: tamen veritas ipſa aliquando ſe proferet, & eius fructus apparebit dulciſsimus, D vbi minimè ſperabatur. Nos ſolummodò noſtrum facere officium ſatagemus, Deo obediamus, & ſimus in noſtra vocatione fideles, & conſtantes, cauentes ne aliud vita quàm voce doceamus. Dominus ipſe faciet quod ſibi bonum eſſe videtur.

Tertius Articulus.

14 Reſpondit Ieſus & dixit eis: Etſi ego teſtimonium perhibui de me ipſo, verum eſt E *teſtimonium meum.*

Conſecutionem argumẽti Phariſæorum reiicit Dominus. Ex quo ſequitur fundamentum quo nitebantur, nõ eſſe ab omni parte firmum. Tametſi enim, vt diximus, in foro vbi cauſæ capitales tractantur, nemo condemnabitur propter vnius teſtimonium: tamen alia ratio eſt doctorũ Eccleſiæ qui diuinitus miſsi diuinam doctrinam adferunt. hi enim non humano ſed diuino teſtimonio & bona conſcientia contenti F ſint exemplo Chriſti, qui, vt ſequitur, ad Patris teſtimonium, & propriæ conſcientiæ approbationem prouocat. Iohannes Baptiſta incepit contra ordinarios doctores palàm Euangelium docere, dicens: *Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum,* & nullis erat miraculis clarus, ſed vocatione diuina, conſcientia bona, & virtute doctrinæ inſultabat aduerſariis, genimina viperarum illos appellitans.

G *Quia noui vnde veni & quò vado.*

Hoc teſtimonium eſt conſcientiæ. Chriſtus enim certiſsimus eſt de ſua vocatione non ſo-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

lùm ex eo quòd verus Deus ſit ex vero Deo, ab æterno natus, & verum lumen de vero lumine, verumetiam ex eo quòd ſit à Patre miſſus in mundum, vt mundus ipſum audiat, lucem videat & ſequatur. *Hic eſt Filius meus*, ait Pater, *dilectus, ipſum audite.* Verum hîc quæſtio oritur de acceſſu & receſſu Chriſti. Si enim Chriſtus eſt Deus, an non reuera eſt vbique? Si vbique, quomodo accedere & recedere dicitur? Vbique eſt quidem iuxta diuinitatem, non autem iuxta humanitatem. Ita enim Auguſtinus ait: *Dicitur veniſſe à Patre, non quòd à Patre diſceſſerit, ſed quòd in carne ſe manifeſtauerit.* Idem: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & venit, & ibi eſt, & rediit & hîc eſt, iuxta illud: Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit, Filius hominis qui eſt in cœlo. Præterea hîc erat ſecũdùm carnem, modò hîc eſt ſecundùm diuinitatẽ.*

Vos autem non nouiſtis, vnde venerim & quò vadam.

Accuſat Chriſtus Iudæos craſſę & affectatæ ignorantiæ, ac ſi diceret: Quòd vos ignoretis vnde venerim & quò vadam, veſtra culpa eſt. Creditis vos habere clauem ſcientiæ, nihilominus ignoratis quod maximè vos ſcire oportuit, præſertim cùm Moſes & Prophetæ clariſsimè de me loquantur & teſtentur Meſsiam eſſe Dei Filium humiliandum in carne aſſumpta, & glorificandum reſurrectione, aſcenſione, ſeſsione ad dexteram Patris in excelſis, &c. Hos ſi intelligeretis vt gloriamini, nequaquam poſſetis ignorare me eſſe lucem mundi, quemadmodum affirmo me eſſe, & opera Patris mei idem teſtantur. De hac ignorantia loquitur Auguſtinus, cùm ait: *In iis qui intelligere noluerunt, ignorantiæ peccatum eſt.* Et Bernhardus: *Qui neſciunt, vel ſciendi incuria, vel diſcendi deſidia, vel verecundia inquirendi, nullam habent excuſationem.*

15 *Vos ſecundùm carnem iudicatis.*

Cauſa ignorantiæ Iudæorum exponitur. Iudæi habebant carnalem imaginem de Meſsia. Putarunt enim ipſum magno ſplendore inſtar maximi & potentiſsimi Monarchæ mundi circumfuſum progreſſurum & occupaturum regna mundi, & partiturum ea inter Iudæos: cùm igitur viderunt Chriſtum humilem, offendebantur externa ſpecie perſonæ Chriſti, qui prodit humilis, pauper, non ſtipatus militibus, non fulgens purpura, non gemmis & auro nitens, cũ armis ſubiiciens ſibi populos & nationes mundi, ſed docens, miracula edens, adiungens ſibi diſcipulos, eoſque ferè omnes rudes piſcatores, qui ſimiliter pauperes erant, nulla pollentes vel eloquentia, vel autoritate. Monemur ergo nos hoc Domini dicto, vt ad verbum & teſtimoniũ de Meſsia iudicaturi nos vertamus, & non ad externam ſpeciem. *Beatus*, inquit, *qui in me non fuerit offenſus.*

Ego non iudico quemquam.

Hoc dictum opponit tacitæ cogitationi Phariſæorum. Nam cùm audirent Chriſtum ſe lucem mundi affirmare, & ſignificare Phariſæos ambulare in tenebris qui ſe non ſequerentur, ſuſpicabantur ſe à Chriſto accuſari & damnari, vt qui in tenebris palparent ſine lumine vitæ. Putabant ſuam phariſaicam iuſtitiam hìc periclitari, vt quæ tenebris iudicaretur à Chriſto nõ eſſe diſsimilis. Sed Chriſtus hîc diſcernit inter ſuum proprium officium & Moſis miniſterium ſiue Legis officium. Moſis & Legis eſt accuſare & damnare. Chriſti autem principale officium propter quod in mundum ſit miſſus, eſt, docere, placare iram Patris, ſaluare. Factus eſt enim hoſtia pro peccatis noſtris. Factus eſt Pontifex qui interpellet pro nobis. Factus eſt Rex qui nos defendat contra portas inferorum. Hæc eadem ſententia in fine quinti capitis, hiſce verbis proponitur: *Ne exiſtimate quòd ego ſim vos accuſaturus apud Patrem: Eſt qui vos accuſat, Moſes, in quem vos ſperatis.* Sed quomodo hæc cõgruunt cum iſtis: *Omne iudicium Pater dedit Filio.* Item, *Hoc eſt iudicium quòd lux venit in mundum.* Item, *In iudicium veni in mundum.* Ad hanc quęſtionem ita reſpondendum eſt. Diſcernendum eſt inter Chriſtum mediatorem & iudicem. Item inter primum aduentum Chriſti & ſecundum. In primo aduentu venit principaliter vt mediator, atque ideo adfert verbum, non Legis damnantis omnes homines, ſed reconciliationis, quo videlicet oſtenditur quomodo liberentur homines ab ira & damnatione, & ſalui fiant, videlicet ſi conuertantur, h. e. ſi fide accipiant recõciliationem promiſsã propter meritũ Filij Dei. Ob hãc ergo cauſam principaliter eſt miſſus Meſsias, videlicet, vt credentes ſaluentur, & non iudicentur. Atq; hoc eſt quod Chriſtus dicit Iohan. 3. 17. *Non miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum: ſed vt ſeruetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non iudicatur: Qui autem non credit, iam iudicatus eſt.* Sed quare inquies non iudicatur, qui credit in eum? Quia non eſt ſub Lege, cuius proprium eſt iudicare corda, accuſare & damnare omnes homines. Propterea quòd omnes ſint rei & circumferant peccatum. Quare iam iudicatus eſt, qui non credit? Quia eſt adhuc ſub Lege accuſante & damnante, & contemnit remedium diuinitus ſibi propoſitum in Meſsia, contra mortem, & damnationem, iuxta illud Iohan. 3. 19. *Hoc eſt iudicium quod venit in mundum, quòd dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem:* & huius reſpectu Chriſtus in iudicium venit, & erit iudex viuorum & mortuorum, atque ideo ſubiicit.

16 *Et ſi iudico ego, iudicium meum verum eſt.*

Correctio eſt, quaſi diceret: putatis me vos damnare, cùm me affirmem lucem mundi, & eos qui me non ſequuntur, ambulare in tenebris. Etſi autem hoc meum non eſt proprium, ſed Legis: Tamẽ ſi vos contemptores Dei damnauero, qui me à Patre miſſum in veſtram ſalutem non agnoſcitis, verum erit meum iudicium. Auguſtinus vſum huius dicti pulcherrimè oſtendit hiſce verbis: *Ecce habes & indicem, ſed cognoſce ſaluatorem ne ſentias iudicem.*

Quia

Quia nõ ſum ſolus, ſed ego, & qui miſit me Pater.

Rationẽ reddit cur ſuum iudicium verũ eſſe dicat, ſi Phariſæos contumaces condẽnauerit: quia videlicet iudicium Patris iudicat à quo ſit miſſus. Atq; hoc opponit principio quo nitebãtur Phariſæi reiicientes teſtimoniũ Chriſti aſſeuerãtis ſe eſſe lucẽ mundi. Ideo ſubiũgit & prouocat ad legem Moſis, cuius autoritate Phariſæi niti videbantur.

Porrò cùm hìc diſtinguitur Pater à Filio: Sabellius refutatur, qui Patrem & Filium vnam & eandem perſonam eſſe falſiſsimè docuit. *Audi*, inquit Auguſtinus, *Sabelliane, audis Filium, audis Patrem. Pater, Pater eſt: Filius, Filius eſt. Non dicit: Ego ſum Pater, & ego ipſe ſum Filius, ſed ſolus non ſum, inquit. Quare ſolus non es? Quia mecum eſt Pater: Ego ſum & qui miſit me Pater.*

17 Sed & in Lege veſtra ſcriptũ eſt, quòd duorum hominum teſtimonium verum eſt.

18 Ego ſum qui teſtor de me ipſo, et teſtatur de me, qui miſit me Pater.

Vt Dominus ſe ruditati Phariſęorum accommodet, principiũ quo nitebãtur allegat ex cap. 19. 15. Deut. ſed ita vt fortiùs ex eo cõcludat qđ propoſuit. Principium autem ex Lege petitum hoc modo accommodabitur. Duorum teſtium qui de vna re conueniunt, teſtimonium eſt verum. Nunc autem Pater meus qui miſit me, & ego ſumus duo teſtes. Ergo vel noſtro iudicio noſtrum teſtimonium verum eſt. Nã ſi teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Eſt autẽ duplex teſtimonium Patris de Filio, videlicet, externũ & internum. Externum habet plures partes, quæ ſunt teſtimoniũ totius Scripturæ de Chriſto: Miracula Chriſti quæ opera Patris dicuntur: Vox Patris de Filio bis de cœlo ſonans, videlicet, in Baptiſmo & in transfiguratione. *Hic eſt Filius meus dilectus in quo complacui.* Angeli: Reſurrectio à mortuis: Aſcenſio in cœlum: Effuſio Spiritus Sancti viſibilis in Apoſtolos ipſo die Pentecoſtes: Gubernatio, & defenſio Eccleſiæ aduerſus tot inſidias Diabolorum & hominũ. Internum teſtimonium Patris de Filio eſt, de quo 1. Iohan. 5. 9. ſic ſcribitur: *Hoc eſt teſtimonium Dei quod teſtatus eſt de Filio ſuo: Qui credit in Filium Dei, habet teſtimoniũ in ſemetipſo.* Hoc teſtimonium definit Paulus, 2. Cor. 1. 21. cũ ait: *Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſtum, & qui vnxit nos, Deus eſt: Qui etiam obſignauit nos, deditq; arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris.* Hoc ipſum teſtimonium internum, idem Paulus 1. Cor. 2. 4. vocat demonſtrationem Spiritus & potentiæ, quam opponit demonſtrationibus humanæ ſapientiæ, vt multis modis certiorem.

Quartus Articulus.

19 Dicebant igitur ei: Vbi eſt Pater tuus?

Etſi Phariſæi & ex Moſe, & Prophetis, & ex doctrina Chriſti, & ex teſtimoniis Zachariæ, & Simeonis, & ex miraculis Chriſti, quibus ſuã doctrinã cõfirmabat, ſcire potuiſsẽt, Patrẽ Chriſti Deum eſſe, tamẽ vt ſibi viam vitæ præcludãt, ironicè quærunt qđ maximè eos ſcire oportuit: *Vbi eſt Pater tuus?*, perinde ac ſi dicerẽt: Tu prouocas ad Patris teſtimoniũ, quẽ tamen nõ corã ſiſtis, vt ipſum de te teſtantẽ audiamus. Neq; enim ſatis eſt nominare teſtẽ niſi corã ſiſtatur, & audiatur. Fruſtra igitur cõfugis ad eius teſtimonium. An non hæc calũnioſa & virulẽta irriſio cõtra ipſorũ conſcientiam, quemadmodũ ex iis patet, quæ proximè de Patris teſtimonio diximus? Tales ſunt etiã hodie multi qui odio veritatis impulſi & à Diabolo excitati, audacter, vt phrenetici, exerunt blaſphemas linguas contra agnitã veritatem, vt Ieſuitæ ac tota colluuies Papiſtarum & Epicureorum hodie faciunt. Prætereo eos qui domeſtici fidei haberi volũt, cùm tamen Eccleſiam Dei virulentis ſcriptis & mendacibus deformare non ceſſant.

Quintus Articulus.

Reſpondit Ieſus: neque me nouiſtis, neque Patrem meum. Si enim me nouiſſetis, & Patrem meum nouiſſetis.

Taxat ignorantiã Phariſæorũ & ignorantiæ cauſam exponit. Illi dicunt, vbi eſt Pater tuus? Dominus autẽ reſpõdet: Nõ nouiſtis me: Igitur nec Patrẽ meum nouiſſe poteſtis. Nã p mei notitiam in Patris mei notitiã venitur. Ita. n. ſuprà cap. 5. 38. ait Dominus: Sermonẽ eius nõ habetis in vobis manentẽ: quia quẽ miſit ille, huic vos nõ creditis. Hoc quoq; infrà cap. 14. 9. docetur, vbi Philippus petit, vt Dominus oſtendat diſcipulis Patrem. Cui Dominus reſpõdens ait: *Tãto tẽpore vobiſcũ ſum & non cognouiſtis me. Philippe, qui vidit me, videt & Patrẽ.* Hìc ergo grad⁹ mõſtratur, quo venitur in notitiã Patris. Eſt. n. Filius imago Patris, in qua voluntas Patris cernitur & declaratur. Qui. n. nouit Filium, & credit in eũ, is nouit Patrẽ, h. e. intelligit Patrẽ ſibi propitium eſſe, & nouit paternũ ipſius erga ſe affectũ. Vt. n. Pater & Filius eiuſdẽ naturæ ſunt: ita etiã eiuſdẽ voluntatis, quę volũtas cernitur in doctrina, miraculis & operib. Filij. Hinc & doctrinã ſalutarẽ & conſolationẽ dulciſsimam petamus. Doctrina eſt q; ſol⁹ Chriſt⁹ ſit via in notitiã Patris. Nemo. n. nouit Patrẽ, niſi Filius, & cui voluerit Fili⁹ reuelare. Ideo alibi ait Ioh. 14. 4. *Ego ſum via veritas et vita.* Conſolatio eſt q; habeamus voluntatẽ Patris in Filio expreſsã. Cùm ergo Filius vocat ad ſe omnes laborãtes, & affirmat ſe veniſſe ad vocandũ peccatores ad pœnitentiã, id quod & obedientia vſq; ad mortẽ crucis, & multis operibus ſanationũ declarauit: Statuamus eandem prorſus Patris volũtatem eſſe. Fieri. n. non poteſt vt alia ſit volũtas mittentis Patris, q̃ quæ à Filio miſſo nobis factis & verbis declaratur.

20 Hæc verba locutus eſt Ieſus in Gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendebat eum, quia nondum venit hora eius.

Circumſtantiam loci addit Euangeliſta, vt ſi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gnificet Dominum in medio hoſtium docuiſſe, neminem tamen in eum manus inieciſſe, eò quòd nōdum venerit hora eius (ſcilicet eum rapiendi ad ſuppliciū.) Gazophylacium Theſauri, locus fuit in ipſo templi aditu, ſub porticibus: eò multi confluebant, & ciues & peregrini ad mittenda donaria religionis cauſa, quibus & templū conſeruaretur & doctores Eccleſiæ & pauperes ſubleuarētur. Vt igitur Dominus frequentius haberet auditorium, in hoc gazophylacio docere voluit, etſi illic maius periculū illis imminere videbatur. præferebat enim neceſsitatem officij præſtandi vitæ propriæ.

Porrò circumſtantia temporis quæ additur, videlicet, nondum venit hora eius, ſcilicet qua raperetur à Iudęis, & fieret victima pro peccatis noſtris (Loqtur ergo hîc de diſpoſitionis ordine, & non de fatali neceſsitate) docet diuinitus defendi pios facientes officiū ſuum. Ex quo nos petamus conſolationem, ſi quādo & nobis propter veritatē defendendam pericula ſubire contigerit. Nā Deus mirandis modis contra omnē expectationē hominum ſuos defendit, vt nō veniant in manus hoſtiū, donec ipſi videatur commodum in ſuá gloriam & in hominū ſalutē. Verùm cùm permittit ſuos venire in manus hoſtiū, iis intus aſsiſtit ſuo Spiritu Sancto, ac cōfirmat, vt coronā iuſtitiæ cum gaudio accipiant, vt quę ipſis promiſſa ſit ab eo qui mentiri nequit.

PARS III.

Quamadmodū Dominus in ſecūda parte huius capitis, fœlicitatē eorum qui ſe lucē mundi ſequuntur, indicat: ita in hac tertia partę, quātæ miſeriæ eos maneant, qui Chriſtū in hac vita nō recipiūt, h.e. qui in ipſum non credūt, oſtēditur. Futurū eſt.n. vt moriātur in peccatis ſuis, à quibus nemo mortalium liberari poterit, niſi per vnum & ſolum Ieſum Chriſtum. Monet præterea Dominus fore, vt ſe tandem agnoſcant, ſed fruſtrà, qui modò ipſum perſequuntur. Horum cauſas interſerit à diuerſiſsima Chriſti & Iudæorum conditione.

Porrò huius partis plures ſunt articuli, quos numeris diſtinguemus & ordine explicabimus.

Primus Articulus.

21 *Dixit ergo eis iterum Ieſus: Ego vado & quæretis me & in peccato veſtro moriemini. Quò ego vado, vos non poteſtis venire.*

Hæc oratio etſi obſcurior erat cœcis Iudæis, qui carnalem opinionem fouebant de Meſsia: tamen nobis eius ſenſus clariſsimus eſt cùm ex Prophetis, tum ex hiſtoria Domini, quę cū Prophetis congruit. Cùm ergo hîc Dominus dicat: *Ego vado, & quæretis me.* Et rurſus: *Quò ego vado, non poteſtis venire, eò quod moriemini in peccato veſtro*: Significat ſe excitatū à mortuis, in cœleſtē gloriā ingreſſurū, & ſeſſurū ad dexterā Patris, in omnē æternitatē, omnib. in ipſum nō credētibus in æternas pœnas abiectis. Peccati enim mole preſsi nō poſſunt ad eā gloriam conſcēdere. Hinc doctrina colligitur, quòd ſolus Chriſtus ſit via vitæ æternæ. Eſt enim Chriſtus finis Legis in iuſtitiā omni credenti. Deinde quòd cauſa mortis æternæ non credentium in Chriſtum ſit in ipſis, nempe peccatū, non ſolùm naturæ & actuale, verumetiam contumacię in Filium Dei, quē cùm ſaluatorem mitem agnoſcere noluerunt, experientur iuſtum & ſeuerum iudicem.

22 *Dicebant ergo Iudæi: Num interficiet ſemetipſum, quia dicit: Quò ego vado, vos nō poteſtis venire.*

Ex cœca mēte cœcum iudicium. Quid enim ineptius eſt hac concluſione. Iſte vadit quò nos nō poſſumus venire: ergo iſte ſeipſum interficiet, quaſi verò ipſi ſe interficere nō poſſent, quod tamē reuera fecerunt, dum ꝓpria cōtumacia ſe à vitę fonte Chriſto excluſerūt. Etſi autē Chriſtus reuera ſeipſum in mortē traditurus erat pro mundi vita: tamen hoc Iudæi nequaquā cogitarunt, ſed hoc ſolummodò calūniosè dixerunt, vt iſto pacto illuderēt Chriſto, ſibiipſis viā ſalutis præcluderēt, auditoreſq; ipſius abalienarēt ab ipſo tanquā à furioſo, vt qui ſibiipſi intentaret mortē. Hinc ergo apparet, qualiſnā ſit ſapientia mūdi in rebus ſalutis. Studet enim non ſolùm ſibi, verumetiam aliis idq; apertis calūniis viā ſalutis ꝑcludere, & nihil nō facit vt Euāgeliū Chriſti ludibrio exponatur. Hoccine ſanè artificium Sathanæ eſt in contemtoribus Euangelij. Quare moniti caueamus nobis ab eorum inſidiis.

Secundus Articulus.

23 *Et dicebat eis: vos ab infernis eſtis, ego ex ſupernis ſum. Vos ex hoc mundo eſtis: Ego non ſum ex hoc mundo.*

24 *Dixi igitur vobis, quòd moriemini in peccatis veſtris. Si enim nō credideritis quòd ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.*

Hîc Dominus apertè diſcernit inter ſe & Iudęos, atq; adeò omnes alios homines, & cauſam reddit cur ipſe in gloriā ingreſſurus ſit. Alij autē homines omnes quotquot in ipſum nō crediderint, moriātur in peccatis ſuis. *Vos*, inquit, *ex infernis eſtis*, h.e. ab Adam nati & propagati peccatores, iniqui & infideles eſtis, atque adeò æternæ mortis rei. *At ego è ſupernis ſum*, i. à Patre meo ab omni æternitate natus, & iā miſſus vobis ſaluator, aſſumta humana natura, & non ſum ex hoc mūdo peccator ſimilis veſtri, ſed ex cœlo iuſtus, vt iuſtificē eos, qui ad me veniunt. Hinc ergo ſequitur omnes morituros in ſuis peccatis, qui in me nō crediderint. Cōtrà verò omnes victuros vitā æternā, qui in me lucē mundi fidem collocant. Nam cùm inquit: Si nō credideritis quòd ego ſum lux mundi, quam qui ſequitur fide, nō ambulat in tenebris, ſpoliat omnes nō credentes iuſtitię laude, atq; peccati mole oppreſſos, vt in cœleſtem gloriam non conſcendant, indicat.

Obſeruetur hîc conditio addita contra tabulas Parcarum. *Si*, inquit, *non credideritis, quòd ego ſum, moriemini in peccatis veſtris.* Ergo ſi credideritis, quòd ego ſum, nō moriemini in peccatis veſtris. Hinc eadem concluduntur quæ ex ſuperiori aſſeueratione, videlicet, quòd Chriſtus ſit vitæ via,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

via, in qua ambulatur per fidem in ipſum: Et quod quicunque ſunt extra hanc viam, hoc eſt, qui carent fide in ipſum, morituri ſint in peccatis ſuis. Nam qui non credit in Filium, ira Dei manet ſuper eum. Nam & Legis Dei tranſgreſſor eſt, & medico ingratus, qui gratis ſalutare remedium obtulit.

25 Dicebant igitur ei: tu quis es?

Quia Dominus dixerat: *Ego ſum à ſupernis, & non ex hoc mundo.* Item: *Niſi credideritis quòd ego ſum, moriemini in peccatis veſtris,* inferunt hanc interrogationem: *Tu igitur quis es?* Etſi autem paulò antea dixerat: *Ego ſum lux mundi.* Item: *Ego ſum è ſupernis*, vnde ex collatione prophetiarum cũ doctrina, miraculis & hiſtoria Chriſti intelligere poterant, quòd ſe olim promiſſum Meſsiam diceret, qui è cœlo miſſus, Deus in carne manifeſtatus eſt: tamen contumaciter ſe veritati opponunt ſibiipſis viam ſalutis intercludentes, offenſi quòd omnem laudẽ iuſtitiæ ipſis adimeret dicendo: *Niſi credideritis in me, moriemini in peccatis veſtris.* Siquidẽ quiſquis dicitur moriturus in peccatis ſuis, tanquam iniuſtus damnatur, vt qui Legem Dei nõ impleuerit, cuius iuſtitia via eſt vitæ æternæ: iuxta illud Matt. 19.17. *Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata.* Itẽ Luc. 10.28. *Hoc fac, et viues.* Itẽ Leuit. 18.5. *Qui fecerit ea homo, viuet in eis.*

Tertius Articulus.

Et dixit eis Ieſus: Principium quod & loquor vobis.

Dominus interrogatus quis ſit, reſpondit, τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, quod reddiderunt alij: principium quod & loquor vobis: Alij, principium qui & loquor vobis. Quidã ſecuti hanc obſcurã verſionẽ, & Græcę linguę imperiti, principium acceperunt in nominatiuo caſu, ac interpretati ſunt, principiũ, ſcilicet ſum, quod & loquor vobis, manifeſto errore: quod facilè intelligũt qui Græcæ linguę elemẽta ſaltẽ deguſtarũt. Ex hac aliena ab hoc loco interpretatione piam doctrinã de naturis & perſona Chriſti extruxerũt. Nã vt principium ad diuinã naturã: ita qui loquor vobis, ad humanã retulerunt, ſingulari verbo vnitatẽ perſonæ ſignificãtes. Nõnulli in quorum numero eſt Auguſtinus, etſi Græcè callentes, phraſin tamen Græcã non perpendentes ſic interpretantur: Principium, ſcilicet, dico me eſſe, qui etiã loquor vobiſcũ. Hi quoq; multa de naturis & perſona Chriſti hîc diſputant. Nõnulli phraſin Græcã rectiùs obſeruantes interpretati ſunt: prſus quod loquor vobis, ſcilicet ſum. Nã τὴν ἀρχὴν Græci ponũt interdũ pro παντελῶς, h. e. omnino. Horum ſententiam ſi ſequimur, ſenſus erit, prorſus id ſum, quod loquor vobiſcum, id eſt, planè illud ipſum verbum ſum quod loquor vobis. Quia Chriſtus eſt Verbum Patris, Ioh. 1.1. Et q̃a ſe eſſe Verbũ teſtatur, vult in verbo cognoſci. Etſi autẽ hæc interpretatio nõ eſt incõmoda: tamen videtur alienior à verbis ipſis, q̃a καὶ hìc abũdat, quod nõ puto fruſtra adiectũ eſſe, ſed collationẽ ſignificare. Nonnus videtur adhuc rectiùs interpretari, etſi illi quoq; καὶ abũ-

A dat. Ita enim ait: ὅττι περ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, h. e. qđ vobis à principio dicebã, ſcilicet ſum, h. e. vt ſemper ab initio, poſtquã prędicare cępi, dixi me eſſe Verbũ Patris, miſſum à Patre, verum Meſsiam olim ꝓmiſſũ, lucem mũdi, iudicẽ à Patre cõſtitutum: Breuiter, ſaluatorẽ mundi, quẽ qui fide receperit, habebit vitã æternã: Qui verò in me nõ crediderit, morietur in peccatis ſuis: ita reuera ſum. Sum enim verè à Patre miſſus lux & ſaluator mũdi. Poteſt etiã τὴν ἀρχὴν lõgiùs extẽdi, &
B ad vaticinia Moſis & Prophetarum de Chriſto, quaſi diceret: Quod à principio per Prophetas in ſpiritu dixi, & poſtea in carne manifeſtatus ſæpè inculco, idẽ nunc dico. Sum enim is quem & Prophetæ me eſſe prædixerunt & ego me eſſe doctrina & factis declaro.

Verùm mihi hoc pacto ordinãda cõſtructio videtur τὴν ἀρχὴν, ſcilicet κατὰ. (Nã huius præpoſitiõis ἔλλειψις vſitatiſsima eſt) hoc eſt, in principio ſcilicet, dixi quis ſim, ὅτι καὶ λαλῶ, quod etiam dico,
C ſcilicet nunc. Nã νῦν includitur in præſenti verbo. Atque ita tacita eſt obiurgatio negligentiæ & oſcitantiæ auditorũ Chriſti, quib. exprobrat hac oratione ꝙ adhuc ignorent, quod toties antea audiuerãt. Quapropter & nos hinc doctrinã & admonitionẽ petamus. Doctrinã quidẽ, vt ſepoſitis omnibus ſpeculationibus, quas ſuggerit cœca ratio de Chriſto, ſentiamus, loquamur & ſtatuamus ex ipſius verbo, ſicut in Deut. 30.12. præcipitur. *Ne dicas: quis aſcendit in cœlum? propè eſt*
D *verbum in ore tuo.* Et Eſa. 8.20. *Ad Legẽ & teſtimonium. Quod ſi non dixerint iuxta verbũ hoc, non erit eis matutina lux.* Et Dauid Pſ. 119.105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Item Paulus Phil. 2.16. *Sermonẽ vitæ prætendentes.* Admonitionem verò, ne occaſionem diſcendi negligamus in propriam perniciem, quemadmodum hi Iudæi fecerunt.

Quartus Articulus.

26 Multa habeo quæ de vobis loquar &
E *iudicẽ: ſed qui miſit me, verax eſt. Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.*

Obſeruata antitheſi ſeu aduerſatiua oratione, hæc propoſitio: Multa habeo, quæ de vobis loquar & iudicẽ, ſeu multa poſſũ de vobis loqui & iudicare, opponitur mittentis Patris & miſsi filij conſentienti doctrinæ. Eſt ergo ſenſus huius propoſitionis. Multa habeo, quę de vobis loquar & iudicẽ, h. e. Scio, & vobis declarare poſſum, q̃ ſitis cõtumaces aduerſus Deũ Patrẽ, qui
F me miſit, & aduerſus me filiũ q̃ ea ſolùmodò loquor in mundo quę ab eo audiui, & ꝓpter hanc contumaciã ſuo tẽpore vos iudicabo, qui hîc de me & mea doctrina ſecũdùm carnem iudicatis, nolentes me ſaluatorem recipere, quem olim ſeuerum experiemini iudicẽ. Sed vtvt veritati vos proteruè opponitis, Deus qui me miſit, manebit verax, cuius veritatem nõ mutabit veſtrã malitia. Ego quoque qui ea mundo annuncio, quæ à Patre audiui, manebo verax, quãtumuis
G mundus ſe mihi furiosè opponit. Hinc doctrinam & conſolationem hauriamus. doctrinam quidem, quòd Deus ſit verax in ſuo verbo, quã

veritatem nunquam mutabit, ſed veraciter pręſtiturus eſt, quę promiſit, modò nos in fide promiſsionis perſtiterimus. Conſolationem verô aduerſus iudicium mundi de nobis, qui doctrinam Chriſti profitemur. Vtvt enim mũdus nos & doctrinam Chriſti perſequitur, manebit tamẽ inuicta doctrinę veritas, cuius veritatis ſcintillulæ aliis atque aliis temporibus illuſtriùs emicant. Fieri enim nõ poteſt vt Dei veritas prauis hominum iudiciis aut mutetur aut tollatur prorſus. Quemadmodum enim olim in populo Iudaico pontifices & ſacerdotes qui pollebant dignitate & gaudebant ordinaria ſucceſsione, ſe Chriſto & eius diſcipulis contumaciter oppoſuerunt, ſed nihilominus veritas tandem vicit, ita hodie Papa, Cardinales, Epiſcopi, cum ſectis Monachorum ſe veræ doctrinæ opponunt, & nihil magis in votis habent quàm vt veritatem Dei opprimant, & aboleant, nihilominus tamẽ vincet tandem veritas & magis ſe proferet in omnibus mũdi angulis, etiam in medio hoſtium. Eccleſia enim iuxta promiſsionem Chriſti vel inuitis inferorum portis ſtabit. Hinc nos conſolemur aduerſus hoſtium Euangelij iudicia & furores, & ſtatuamus nos Deo curę eſſe, qui nec veritatem ſui Euangelij ſinit aboleri, nec permittit hoſtibus poteſtatem in ſuos miniſtros, pro eorum votis, ex quibus etiamſi multi trucidantur ab hoſtibus: tamen victores erunt & triumphabunt in extremo die.

27 *Non cognouerunt, quòd de Patre eis loqueretur.*

Indicat Euágeliſta, quanta fuerit Iudæorum cum Chriſto diſputantium cœcitas, vt qui non cognouerint quôd de Patre Deo loqueretur. Huiuſmodi cœcitatem meretur contemptus verbi Dei & cõtumacia aduerſus pios doctores. Similis cœcitas hodie in Papiſtis eſt, qui admirantes Deum Maoſim, planè ad clariſsimam Euangelij lucem cœcutiunt. Multi tyranni hodie vt religioſi videantur, audiunt quidem Euangelium crebrô, verùm quoniam illorum animus alibi vagatur, nihil proficiunt, ſed iuſto Dei iudicio obdurãtur magis. Idem accidit hypocritis, quos obſtinatiores fieri ex prædicatione Euangelij videmus, tantum abeſt vt doctiores euadant. Firmum enim vaticinium Pauli 2. Theſſ. 2. 1. ſtabit, videlicet: *Iis qui non credunt veritati, mittet Deus efficacem illuſionem, vt credant mẽdacio.* Hac enim pœna digni ſunt qui ab Euangelij prædicatione aures auertunt.

Quintus Articulus.

Dixit igitur eis Ieſus.

28 *Cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoſcetis quòd ego ſum, & à me ipſo facio nihil, ſed quemadmodum docuit me Pater meus, hæc loquor.*

29 *Et qui miſit me, mecum eſt.*

Etſi autem me iam manifeſtatũ in carne non agnoſcitis Filium Dei eſſe, vobis in ſalutem miſ- A ſum: tamen futurum eſt, vt ſerò tandem poſt mortem meam cognoſcatis quis ſim. Tũc enim ipſi vel inuiti, fatebimini, me eſſe Filium Dei & verum Meſsiam, atque adeô doctrinam cœleſtem vobis à Patre meo attuliſſe: qui ſemper mecum eſt.

Cùm dicit: *Cùm exaltaueritis Filium hominis,* quatuor ſimul indicat, videlicet, rabiem Iudęorum, qui ſe eſſent cruci affixuri: veritatem typo exaltati ſerpentis in deſerto reſpondentem: mortis B genus, videlicet, quòd cruci eſſet affigendus, in ſignum quòd factus ſit maledictum, vt credentes in ipſum benedictionem conſequãtur. Scriptum eſt enim Deut. 21. 23. *Maledictus qui pendet in ligno.* vide Gal. 3. & paſsionem Meſsiæ in carne, ſeu humana natura, futuram non ſimul patiente diuinitate, quæ planè impaſsibilis ab æterno fuit, & erit.

Sed quomodo, inquies, cognouerunt Chriſtum, poſtquã exaltatus fuit in cruce? Ipſe Cen- C turio miniſter crucifixionis, moriente Domino dixit: *Verè Filius Dei erat iſte*, obſcuratur Sol, & multa alia ſigna teſtabantur de morientis Chriſti innocẽtia: Reſurrectio à mortuis ipſum Meſſiam & vitæ autorem eſſe manifeſtabat: viſibilis Aſcenſio ipſius in cœlum 40. poſt reſurrectionem die, idẽ conuincebat: Effuſio Spiritus Sancti in Apoſtolos die Pentecoſtes, qui iuxta prædicationem Chriſti arguit per Petrum mundũ, hoc eſt, Iudæos Chriſtum crucifigentes, de pec- D cato, quòd non crediderint in ipſum. Atque de hac cognitione ſui Dominus hîc potiſsimum loqui videtur.

Porrô ſe Filiũ hominis vocat Dominus plures ob cauſas. Primùm vt oſtendat quantum ſe, cùm Filius Dei eſſet Patri æqualis, humiliauerit propter hominem. Factus eſt enim homo Filius Dei, vt hominem redimeret, eumque Deo Patri in omnem æternitatem coniungeret. Deinde Filius hominis dicitur, quia homini eſt à Patre E datus, iuxta illud Eſa. 9. 6. *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Tum vt homini noſenti hunc Filium ſibi donatum recipere, exprobret intolerabilem ingratitudinem & ſuperbam aduerſus Deum rebellionem. Adhæc vt ſciamus, eum eſſe fratrem noſtrum ab eodem patre Adam natum, vt Filius hominis ſit filius Adam, communis noſtri parentis. vnde fiduciam concipimus de eius affectu fraterno erga nos, vt ſuprà admonuimus.

F Quod autem additur: *Et à me ipſo facio nihil,* accipiendum eſt ex ſentẽtia Iudæorum, cum quibus Dominus loquitur. Illi enim putarũt ipſum non diuinitus miſſum, ſed ſe ingerere in munus docendi proprio impulſu, vt homo temerarius & gloriæ inanis cupidus, quod ipſe negat prouocans ad Patrem qui ſe miſerat, qui ſecum erat, & cuius doctrinam annunciaret mundo.

Etſi autem hic locus occaſionem offert dicẽdi de morte & glorificatione Domini: tamen G hanc doctrinam reſeruabo in ſuum locum, pręſertim cùm in primo capite copioſiùs hoc argumentum à me tractatum ſit.

Non

Sextus Articulus.

A *Non reliquit me ſolum Pater.*

29 *Quia ego quæ placita ſunt illi, facio ſemper.*

Hîc de obedientia ſua erga Deum Patrem loquitur, idque reſpectu humiliationis in aſſumta humana natura in qua fuit Patri obediens vſq; ad mortem crucis, cuius obedientiæ merito credentes & purgantur à peccatis, & iuſtificantur, & reconciliantur Patri.

B Primùm, hìc notetur diſcrimen inter Chriſtum & alios homines. Chriſtus Patri puram perpetuam & perfectam obedientiam præſtat, quę credentibus imputatur in iuſtitiam. Talem obediētiam nulli alij homines poſt lapſum primorum parentum præſtiterunt. Vbicunque enim eſt peccatum, illic nec eſt obedientia pura, perpetua & perfecta, quæ ipſis in iuſtitiam imputari poſsit, nedum aliis. Deinde notetur hîc, C quomodo iũgamur Deo & cum eo maneamus coniuncti, ne nos relinquat, videlicet, fide & obedientia, quę obedientia propter perſonam fide iuſtificatam placet.

Septimus Articulus.

30 *Hæc eo loquente multi crediderunt in ipſum.*

Efficacia verbi Dei, videlicet quòd nõ redeat vacuum ad ipſum. Etſi enim multi fuerunt & ſunt contumaces aduerſus doctrinam Euange- D lij, tamen vbicunque prædicatur Euangelium, fructum edit, & aliqui inueniuntur qui ſe ſinũt verbo & Spiritu Sancto flecti, vt credant & ſaluentur, non expectantes exemplum procerum & maiorum ſuorum. Hìc enim agitur ſalus cuiuſque, quæ non pendet ex aliorum, ſed ex propria cuiuſque fide. Etſi autem non dubium eſt quoſdam in fide perſtitiſſe; tamen non pauci eorum qui hîc ſcribuntur ab Euangeliſta crediſſe, vacillabant, & non erant in fide conſtan- E tes. Nam poſtea offenſi libertatis promiſſę mentione, ſe rurſus Chriſto oppoſuerunt.

PARS IV.

Huius partis principalis propoſitio eſt promiſsio libertatis. Promittit enim Dominus libertatem in ſe credentibus, & manentibus in ipſius verbo. Verùm Iudęi hac promiſsione tanquam inani offenſi, gloriantur ſe liberos eſſe, ideoque F vanam eſſe promiſsionem libertatis, quá Dominus in ſe credentibus promittit. Sed horum errorem corrigit Dominus diſtinctione ſeruitutis carnis & ſpiritus, quibus opponitur libertas carnalis & ſpiritualis: Significans ſe nõ de carnis, ſed de ſpiritus libertate loqui. Deinde gloriationem eorum primùm de patre Abraham refutat, ex diſsimilitudine actionum Abrahæ & ipſorum: Deinde de communi Patre Deo, ex ſtudio & conatu illorum aduerſus ſe, & G concludit illos potiùs Diaboli, quem mendacio & homicidio imitantur, filios eſſe, quàm Dei, cui ſe contumaciter opponunt.

A Huius partis articuli ſunt plures, quos notis numerorum diſtinguemus.

Primus Articulus.

31 *Dicebat igitur Ieſus ad eos, qui crediderant ipſi, Iudæos: Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis.*

32 *Et cognoſcetis veritatem, & veritas liberos reddet vos.*

B Dominus conuertit orationem ad eos qui cœperant in ipſum credere, ac primùm diſcernit inter ſuos diſcipulos & Phariſæorum. Deinde geminum fructum quem ſui diſcipuli ſunt reportaturi, exponit. Diſcrimen ſuorum diſcipulorum & Phariſæorum, hiſce verbis tradit Dominus: *Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis*, hoc eſt, Si ſermonem meum audiueritis, & fidem verbis meis adhibueritis, & ſinitis vos regi meo ſermone, verè diſcipuli mei C eſtis. At diſcipuli Phariſæorum, hoc eſt, qui audiunt Phariſæos, & in eorum traditionibus acquieſcunt, ij in vmbris & cæremoniis, & non in veritate ipſa ponunt fiduciam, exiſtimantes ſe iſtis cultibus iuſtos eſſe, atque ideo non opus habere mediatore. Hinc ergo diſcamus veram notam diſcipulorum Chriſti eſſe, audire Chriſtum relictis aliis doctoribus, acquieſcere in ipſius doctrina, & ſinere ſe ſolum ipſius verbo regi, ſicuti pulcherrimè Nonnus hũc locum exponit, cùm D vocat ſermonem Chriſti κυβερνητῆρα μῦθον. Vt enim rector nauis in fluctibus maris nauem regit, vt ſalua in portũ perueniat: ita ſermo Chriſti κυβερνητὴρ eſt diſcipulorum Chriſti, vt qui eos regat in flumine huius turbulentiſsimi mundi, vt rectâ in portum ſalutis ferantur, cùm omnes alij, qui alios doctores ſequuntur, à portu ſalutis aberrant, & diluuio peccatorum ſuorum miſerrimè abſorbentur. Hác notam diſcipulorum Chriſti ſi rectè æſtimauerimus, facilè diſcerne- E mus inter veram Eccleſiam, quæ eſt cœtus diſcipulorum Chriſti, & eam quæ falsò Eccleſiæ titulum ſibi vſurpat. Pontifex ergo Romanus cum ſuis diſcipulis, hoc eſt, cum iis qui in ipſius traditionibus acquieſcunt, puro fonte Euangelij, id eſt, ſermone Chriſti, contempto, falsò ſibi Eccleſiæ nomen vendicat, quem non Iſaac filius liberę, ſed Iſmael ex ancilla natus adumbrabat. Cùm ergo diſputatur de vera & falſa Eccleſia, nõ audiamus iudicia mundi, ſed Chriſtum, F qui hîc notam ſuorum diſcipulorum minimè fallentem ponit, & nos adiungamus iſti cœtui, quantumuis in mundo contempto & puſillo, qui ſermonem Chriſti audit, & ſinit ſe eo regi in hac vita.

Commendatur itaque nobis hoc loco ſtudium docendi & diſcendi ſermonem Chriſti, & ſimul damnantur omnes ſectæ, quæ vel Euangelium doceri per publicum miniſterium nolunt, expectantes neſcio quos Enthuſiaſmos, G vel purum Euangelij fontem cœno Phariſaico turbant, vt hodie Monachi faciunt, vel aſtutè iuuentutem à lectione ſacrorum librorum auo-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cant, quaſi maturè ſatis in ſenectute tandem ſacri libri legerentur.

Pręterea obſeruetur hîc particula cõditionalis. *Si*, inquit, *mãſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis*, cõtra Stoicos, qui docẽt, illos, qui ſemel crediderũt, non poſſe fidem abiicere & damnari. Nam manifeſtè Chriſtus hîc oſtendit, quòd credentes poſsint deficere & fieri ex diſcipulis hoſtes. Quid enim clarius eſt hac conſecutione: Si manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eſtis: Ergo ſi non manſeritis, non eritis diſcipuli mei. Et Dominus alibi clariſsimè dicit, vt alia teſtimonia prætercam: *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.* Hæc proinde conditio euertit illorum ſententiam qui conditione hac excluſa neceſsitatem defendũt ineuitabilem. Quorum errori opponamus promiſsionem Dei, quæ ſemper habet annexam conditionem fidei.

Geminus fructus, quem reportant diſcipuli Chriſti ſequitur: *Et cognoſcetis veritatem, & veritas liberos reddet vos.* Cognoſcere hîc veritatem Chriſti dicuntur, qui indies in ſchola Chriſti proficiunt. Nam qui verè diſcipuli Chriſti ſunt, indies magis magiſque in cognitione & ſenſu abundant. Veritas hoc loco opponitur vmbris & figuris Moſaicis, & eſt ipſa via vitæ æternæ, ſeu ſcientia remiſsionis peccatorum, & ſalutis, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. Atque ideo adifigit Dominus: *Et veritas vos liberos reddet*, hoc eſt, liberi eritis à peccato & morte æterna, verè recipiemini à Deo, & donabimini perpetua iuſtitia & vita. Hæc ingentia beneficia mediatoris noſtri opponamus vanitatibus huius mundi, nec frangamur cruce & perſecutione, ſed ſemper meditemur portũ ſalutis nobis promiſſæ. De libertate infrà copioſiùs.

33 *Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam: Quomodo tu dicis, liberi eritis?*

Hìc Iudæi more Sophiſtarum ambigua falſis miſcent, & vanitatem, vt decipiant, concludunt. Quod enim Dominus dixerat de ſpirituali libertate, hoc aduerſarij Sophiſtæ malitioſè ad carnalem torquent, vt abſurditatem ex Domini ſermone concludant, hoc conſilio vt turbam circumſtantem, in qua non pauci erant credentes, ab ipſius doctrina abſterreant, quo ipſi eminere tanquam ſinceri doctores videantur. Hoc ipſo ſanè artificio Satanas etiam hodie in ſuis miniſtris paſsim vtitur, idq́ue non ſolùm in Papatu, in quo plenum imperium obtinet: verumetiã in Eccleſia, inter eos qui ſinceri verbi miniſtri eſſe gloriantur. Sed concludamus aduerſariorum Chriſti argumẽtum in formam dialecticam, quò magis vitium agnoſcatur. Semen Abrahæ eſt liberum: Nos ſumus ſemen Abrahæ: Ergo nos liberi ſumus. Hinc inferunt promiſsionis Chriſti abſurditatem, idq́ue interrogationis ſchemate vt fortiùs aduerſarium premere videantur. *Quomodo igitur*, inquiunt, *tu dicis, liberi eritis?* Ac ſi dicerent: abſurdum eſt, & planè ineptum, te iis promittere libertatem, qui iam liberi ſunt. Sed argumentum hoc planè Sophiſticum eſt. Procedit enim à principio non diſtributo & indiſtincto. Semen Abrahæ, quantum ad hoc propoſitum attinet, eſt duplex, videlicet, carnis & promiſsionis. Semen promiſsionis, etſi ſeruum eſt carne, ſpiritu tamen liberum eſt. At ſemen carnis, nec carne, nec ſpiritu liberum eſt. Vana eſt igitur gloriatio Iudæorum, qui nec carne, nec ſpiritu, liberi erant. Carne enim ſeruiebãt tum temporis Romano Imperatori: ſpiritu verò peccato & Diabolo, cuius opera fecerunt. Cùm igitur dicunt hîc Iudæi: *Nemini ſeruiuimus vnquam*, manifeſtè mentiuntur. Qualis enim quæſo libertas Seminis Abrahæ erat in Ægypto 400. annis? qualis poſtea ſub Babylonicis tyrannis? qualis cùm hæc loquerentur ſub Romano Imperio? Nec iuuat eos ſi dicant, ſe iure quidem liberos eſſe, ſed nunc premi iniuſta dominatione Romanorum. Nã quid aliud eſt ſeruitus carnalis, quàm premi alterius dominio ſiue iuſto, ſiue iniuſto. Hinc ergo apparet & vanitas, & cœcitas, & impudentia Iudæorum, qui ſe hîc Chriſto opponunt. Vanitas fuit gloriari de eo quod non habebant. Cœcitas magna, quòd non intelligerent Chriſtum de ſpirituali libertate loqui. Denique impudentia maxima fuit, quòd & apertè mentiri & manifeſtè veritati ſe opponere auſi ſint.

Secundus Articulus.

34 *Reſpondit eis Ieſus: Amen Amen dico vobis: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.*

Iudęorum aperto mendacio opponit Dominus hanc aſſeuerationem duplicato iureiurando fulcitam, idq́ue ideo, vt ſciamus eam immotam & Catholicam veritatem continere. Eſt autem hæc aſſeueratio principium demonſtrationis practicæ, ex quo quilibet ſine errore poſsit apud ſe concludere liber an ſit an ſeruus. De hac ſeruitute & libertate loquitur Paulus ad Rom. cap. 6.16. *An non ſcitis quòd cui ſiſtitis vos ſeruos in obedientiam, ſerui eſtis cui obeditis, ſiue peccati in mortem, ſiue obedientiæ in iuſtitiam.*

Verùm ne hîc erretur, diſcernendum eſt inter peccatorem habentem peccatum, operantemq́; quod odit, & facientem peccatum. Peccatoris vocabulum latiùs ſe extendit. Natura enim omnes, ſiue renati, ſiue non renati, peccatores ſumus, vt Paulus docet ad Rom. 5.12. Nam & in renatis multa ſunt nõ congruentia ad normam Legis, & multa fiunt ab illis aliàs ex infirmitate, aliàs ex ignorantia, aliàs ex negligentia. Peccatum habent etiam ſanctiſsimi quique, donec in hoc mũdo verſantur. Peccatum enim habitans in ipſis, etſi domatur, non tamen deponitur ante mortem, ſed ex eo ſubinde pullulant praui affectus, qui tametſi ſtatim ſpiritus imperio reprimuntur, vt peccatum non dominetur, tamen ſua natura peccata ſunt. Hinc eſt etiam

quòd

quòd Sancti dicantur operari nõ quod volunt, A ſed quod oderunt, vt Paulus conqueritur ad Rom. 7. 16. Huc facit illud Iohan. 1. Ioh. 1. 8. *Si dixerimus quòd peccata non habeamus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt Deus, vt remittat nobis peccata, & purget nos ab omni iniuſtitia.*

Porrò peccatum facere quid ſit, ex Epiſtola Iohannis, 1. Ioh. 3. 3. facile eſt intelligere, modò obſeruemus antitheſin.

Primum membrum antitheſios hoc eſt: O- B mnis qui habet hãc ſpem in eo, purificat ſemetipſum, ſicut ille purus eſt. alterum membrũ antitheſios ſequitur: Quicunq; facit peccatum, etiam iniquitatem facit. Iam cùm verbo præſenti in priori membro ſignificat ſtudium puritatis, debet etiam in poſteriori membro ſtudium ſignificare. Vt igitur is purificare ſe dicitur, qui ſtudet puritati vt quotidie reddatur purior, etſi in hac vita perfectè purus nõ erit: ita peccatum facere dicitur qui ſtudet peccato, & ſinit pecca- C tum in ſe regnare, adeo vt ſe eius imperio ſubiiciat. Id quod Paulus Rom. 8. 1. vocat ſecundùm carnem viuere, quemadmodũ omnes iſti faciũt, qui à iugo peccati per Chriſtum non ſunt liberati. Nam in iis & iudicium eſt deprauatum, & affectus corrupti prȩualent, & volũtas ſua ſponte deprauato iudicio & prauis affectib⁹ obtemperat, vt homo planè ſit peccati ſeruus. In huiuſmodi hominibus Lex nõ ſolũ nõ cohercet peccatum, ſed potiùs illud magis irritat, iuxta illud D Pauli ad Rom. 7. 5. *Quando eramus in carne, παθήματα peccatorum, quæ irritantur per Legem, efficacia erant in membris noſtris.* Ex quo fit, vt omnes non regeniti, ſine omni exceptione ſub peccati dominio teneantur, id quod etiam Paulus ad Rom. 3. 10. docet, cùm ait: *Non eſt iuſtus, ne vnus quidem. Non eſt qui intelligat, nõ eſt qui exquirat Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Hîc graphicè depingitur humana conditio, qualis eſt omnium E hominum, qui Chriſti membra nondum ſunt effecti. Ex quo ſequitur quod propoſuimus: Omnes peccati ſeruos eſſe & ſub dominio peccati manere captiuos, donec à Chriſto libertate donentur, ac per fidem in ipſum filij Dei naſcãtur.

Hîc quæritur, num non renati, ſerui ſint peccati neceſſitate, an voluntate. Si voluntate, videntur poſſe exuere ſeruitutem, quando volũt. Si neceſſitate peccati iugo ſubiecti ſunt, videntur prorſus culpa carere, vt qui neceſſariò tales F ſint. Ad hanc quæſtionem in hunc modum reſpondendum eſſe iudico: Quòd non renati & voluntate & neceſſitate ſerui peccati ſint. Volũtate quidem, quia & primi homines à quibus originem ducimus, & cum origine vitium trahimus, perſuaſi à Diabolo, voluntate ſerui peccati effecti ſunt, ſine omni coactione, & eorum poſteri non regeniti ſua ſponte, concupiſcentiis peccatorum obſequuntur. Ex quo fit, vt coram tribunali Dei prorſus ſint inexcuſabiles. Neceſ- G ſitate verò peccati ſerui ſunt non renati, cùm quia originale vitium circumferunt cum ſuis concupiſcentiis, quæ nunquam non æſtuant, & ſæpiſſime in actiones prauas erumpunt, tum quia neceſſitate praui ſint, non quòd cogantur ab externo aliquo per violentiam, ſed quòd neceſſitatem peccandi ſibi volentes creauerunt, & peccãdi voluntaria conſuetudine eandem confirmauerunt, quam peccandi conſuetudinem rurſus abiicere, quia naturam æquat, ſine regenerationis gratia non poſſunt. Veriſſimi enim verſus ſunt:

Conſuetudo valet longos manſura per annos
Tempore naturam, vires ſi ſumpſerit, æquat.

Nam vt plurimum peccandi conſuetudo diuturna ἀναλγησίαν quandam inducit, vt homo de reſipiſcentia non cogitet. Hinc facile eſt intelligere, qualiſnam ſit libertas volũtatis in non renatis, vt qui liberè peccato ſeruiant, nec aliud poſſint, cùm ſibi peccãdi conſuetudinem ſponte acquiſiuerint. Verùm hìc inter affectus peccatorum & externas actiones diſcernẽdum eſt. Affectus peccatorum quibus inflammatur voluntas, tolli prorſus ne in renatis quidem poſſunt. Actiones autem externæ etiam in non renatis, legibus & diſciplina coherceri poſſunt. At in renatis, vt mens magis magiſque illuminatur: ita affectus purgantur, qui tametſi non perpurgantur, vt prorſus ſint abſque omni vitio & macula: tamen ſpiritus imperio ita domantur, vt voluntatem non in obſequium pertrahant, nec actiones externæ à iudicio mentis diſcrepent, ex quo fit vt homo renatus etſi peccator ſit: tamen facere peccatum nõ dicatur. Adiutus enim diuina gratia non ſinit peccatum in ſe regnare per concupiſcentias corporis: tametſi acerrima certamina experitur. Vnde Paulus Romanorũ 7. 22. *Condelector Legi Dei ſecundùm interiorem hominem, ſed video aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meæ, & captiuantem me legi peccati, quæ eſt in membris meis. Miſer ego homo quis liberabit me de corpore mortis huius? gratias ago Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Hîc ſignificatur & acerrima lucta inter carnem & ſpiritum in ſanctis, & certiſſima victoria reponitur credentibus in Chriſto Ieſu. Huc pertinet illud Iohannis, 1. Ioh. 5. 4. *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides veſtra.*

Operæprecium quoque eſt, vt hìc cauſæ perpendantur, quibus voluntas hominis, & ad malum & ad bonum moueatur. In omnibus hominibus renatis & nõ renatis, cùm ad malum mouetur voluntas, vel in iudicio erratur, vel voluntas turbatur affectibus, iiſque victa cedit. Vt enim in iudicio erratur, cùm bona & recta iudicamus quæ reuera bona & recta non ſunt, alioqui nemo vltrò malũ faceret: ita affectuum iniquo de bonis & rectis iudicio, ſæpiùs rapitur voluntas ratione repugnãte: Vt cùm equi currum trahunt, & in præcipitium magno impetu feruntur reluctante & inuito auriga: Aut ſi rex quiſpiam non ſapientum conſilio, ſed infimæ plebeculæ importunitati cederet. Hoc in Medea cernitur, quæ in hunc modum de ſeipſa teſtatur: *Laudo meliora proboq̃, deteriora ſequor.* Quòd

probet laudetque meliora, hoc facit ex rectæ rationis conſilio. Quòd autem ſequatur deteriora, affectuum importunitati cedit. Affectibus enim abrepta amorem Iaſonis prætulit patriæ, parentibus & ſaluti liberorum. Atque in hunc modum ſæpè actio non rationem, voluntate imperatrice turbata, ſed affectum ſequitur, qui ſine ratione ſpe aut metu fertur. Hinc eſt quòd Plato dicat: Quilibet noſtrûm duos in ſe contrarios & amentes conſiliarios habet, voluptatem & dolorem, quos affirmat eſſe tanquam fontes duos ſemper ſcaturientes, ſed ex vtroque ſobriè hauriendum eſſe monet, & vt vim affectuum idem Plato clariùs deſcribat, confert eos funibus & neruis, cùm ait: *Affectus in nobis inſunt, veluti nerui aut funes quidam, quibus trahimur in contraria. Alij enim ad virtutem, alij ad vitia trahendo nos impellũt.* Proinde tametſi huiuſmodi actiones voluntariæ videntur, propriè tamen non ſunt voluntatis puræ, ſed affectuum prauorum, quibus voluntas victa & turbata rapitur.

Hoc malum cùm ſapientes mundi viderent, admirati ſunt, vndenam manaret in tam præſtantem naturam. Et cùm luce verbi Dei deſtituerentur, alij alias cauſas finxerunt. Quidam enim in materiæ fluxibilitate & inſtabilitate fontem huius mali poſuerunt: Alij cùm hoc viderent minùs firmum eſſe, ab homine tranſtulerunt culpam in Deam, quam Aten appellarũt, ex eo dictam, quòd omnibus noceat. Verùm hanc opinionem abſurdam eſſe Platonici demonſtrant hiſce verbis: οὐδὲ ἐστὶ θεῶν ὄντων ὁ μὲν ἀγαθουργὸς, ὁ δὲ κακοποιὸς, ἀλλὰ τῶν κακῶν ἑαυτῷ τὸ θνητὸν ζῶον αἴτιον. Etſi autem hæc Platonicorum ſententia eſt vera, nihilominus tamen Plato à vero mali fonte aberrat, cùm ita in Timæo ſcribit: κακὸς μὲν ἑκὼν οὐδεὶς, διὰ δέ τι πονηρὰν ἕξιν τοῦ σώματος καὶ ἀπαίδευτον τροφὴν ὁ κακὸς γίνεται κακός. Neſcio an Pyndarus, etſi Poeta, propiùs accedat ad veritatem, cùm cauſam prauitatis hominum facit ἀτέκμαρτον νέφος λάθας, hoc eſt, obliuionis quandam nubem, quæ nulla coniectura comprehẽdi poteſt.

Verùm Eccleſia Dei non ducitur coniecturis, ſed nititur euidentiſsima ex verbo Dei petita demonſtratione, in quo verbo, fons omnis mali & prauitatis in hominibus, lapſus primorum parentum eſſe monſtratur. Siquidem ex iſto fonte, & reatus & veluti lues in totam poſteritatem Adæ peruaſit, idque non imitatione, ſed propagatione, ſicuti clariſsimè Paulus, Moſis & Prophetarum optimus interpres docet, ad Romanos cap. 5. Neque Eccleſia ſolummodò hunc mali fontem nouit, verumetiam ſalutare remedium aduerſus iſtud malum, & firmiſsimam ſpem recuperandæ in Chriſto amiſſæ integritatis, habet. Ex hoc fonte manant particulares cauſæ, quibus voluntas humana ad mala flectitur, vt cogitatio abſentis rei illicitæ, in quam affectus fertur, obiectum præſens quo ſenſus irritantur: ἀπαίδευτος τροφὴ, id eſt, indiſciplinata, vt ita dicam, educatio: & ἰδιοκρασία φυσική. Horum diuerſitas facit vt alij aliter moueantur, ac diuerſis rebus delectentur. His accedit conſuetudo mali, qua voluntas victa ſæpè contra rationem ruit.

Porrò quòd multi non renati ſimulacra quędam virtutum habere videntur, plures ſunt cauſæ, quarum præcipua eſt laudum immenſa cupido, item præmium quod homines inde percipiunt: intus tamen affectus æſtuant, in aliis magis, in aliis minùs, pro ratione educationis, aſſuefactionis & temperamenti. Hinc eſt quòd Ariſtoteles, cùm videret Xenocratem caſtiùs reddẽtem vrinam, diceret: ἁγνὰ μὲν χέρω φρὴν δ᾽ ἔχει μιάσματα.

Porrò regeniti ad bene recteque faciendum principaliter mouentur ſpiritu regenerationis, cogitatione voluntatis diuinæ, dignitate adoptionis, fine obedientiæ, qui eſt vt Deus prædicetur, & alij inuitentur exemplo. Deinde præmiis obedientiæ, pœnis contumaciæ, & periculo. Multi enim cùm ruunt volentes contra Deum, nunquam reſipiſcunt, vt Cain, Saul, Achitophel, Iudas.

Cæterum quoniam multi non ſancti verſantur in externo cœtu Eccleſiæ nobiſcum, & faciunt opera multa, qualia Sancti faciunt, non facilè poſſumus diſcernere verè ſanctos ab hypocritis: Sed vnuſquiſque ſe optimè nouit, & ex ſpiritu adoptionis poterit ſcire ſe Filium Dei eſſe, & placere Deo, etſi obedientia admodum languida eſt. Qui talis eſt, ſemper ſtudet lectione, oratione, aliiſque pietatis exercitiis excitare fidem, vt fiat robuſtior, & retinere bonam conſcientiam: & quoniam multa ex infirmitate facit cùm omittendo, tùm committendo, ſemper confugit ad propitiatorium Chriſtum, & precatur cum ſanctis omnibus remiſsionem peccatorum, quod cùm facit, verè ſentit in corde conſolationem & reſponſum Spiritus Sancti, quo confirmatur de adoptione & remiſsione peccatorum propter Chriſtum. Nam cùm ſit bellum irreconciliabile inter carnem quam circumferimus, & Spiritum, non eſt quòd exiſtimemus, nos fore in hac vita ſine grauiſsimis certaminibus, ſed victoria in his certaminibus eſt fides Chriſti, qua mundus cum ſuis concupiſcentiis vincitur.

35 ***Seruus autem non manet in domo in æternum.***

Ex principio poſito: Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, hoc argumentum infert. Seruus non manet in domo in æternum. Vos eſtis ſerui: Igitur non manebitis in domo in æternum. Quòd autem ſeruus non maneat ſemper in domo, ideo fit quia hæres non eſt, cuius domus eſt propria. Nam tum demum excluditur ſeruus, quando hæredi ſe opponit, & non facit imperata, vt ſeruum decet. Atque ita Dominus à ſimili argumentatur. Quemadmodum enim ſerui terreni ad tempus ſeruiunt, ſed excluduntur, quando dominis ſuis viſum eſt: ita qui ſunt in externo Eccleſiæ cœtu ſerui, hoc eſt, peccati mancipia, excluduntur è domo cœleſti,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cœleſti, & hæreditate vitæ æternæ. Eſt autem
hîc domus Dei duplex obſeruanda: vna typi-
ca, altera vera. Illa temporaria, hæc æterna. In
domo typica, hoc eſt, in terra Canaan, vnà ver-
ſabantur & ſerui & liberi. In domum veram
tantùm introducuntur filij. Cùm ergo Domi-
nus hìc dicit: Seruus non manet in domo per-
petuò, intelligit Iudæos peccati ſeruos & ex-
cludendos eſſe à domo typica, abolita politia
Moſis, populoque abducto in perpetuum exi-
lium, & non admittendos in veram domum,
quæ eſt ſolummodò filiorum, videlicet glorio-
ſum Chriſti regnum, in quo filij in omnem æ-
ternitatem beati viuent. Hæc comminatio ma-
ximè horrenda eſt, qua Dominus exuit Iudæos
larua iuſtitiæ & meritorum qua ſuperbiebant,
& ſiſtit eos nudos ac reos coram tribunali Dei,
ſubiicitque Legis damnatoriæ ſententiæ. *Male-
dictus omnis qui non manſerit in omnibus quæ ſcripta
ſunt in libro Legis.* Quotquot enim extra Chri-
ſtum ſunt, ſerui ſunt peccati, vt qui faciunt pec-
catum, nec poſſunt ſe ſuis viribus aut vllo pre-
cio redimere ab iſta miſerrima ſeruitute, ſed in
ea perpetuò hærebunt captiui, qui non fuerint
redempti vno ſanguine Filij Dei, de qua redem-
ptione loquitur Petrus, cùm ait, 1. Petr. 1. 17. *Non
caducis argento & auro redempti eſtis ex vana veſtra
conuerſatione à patribus accepta, ſed precioſo ſanguine
Chriſti incontaminati Agni.* Atque hoc eſt quod
Dominus hìc ſubiungit.

Quartus Articulus.

Filius manet in æternum.

36 *Si igitur Filius vos liberauerit, verè
liberi eritis.*

Qui manet in æternum in domo, hoc eſt, hæ-
res, eſt liber: Filius manet in æternum in do-
mo: igitur Filius eſt liber. Nunc autē cùm nemo
niſi liber, libertatem aliis conferre poteſt, infert
Dominus hác concluſionē conditionalē. Si Fi-
lius (ſcilicet qui ſolus liber eſt) vos liberauerit
(qui ſerui eſtis peccati) verè liberi eritis, ſcilicet
à peccato, à peccati ſtipēdio, à peccati carcere, &
à tortore Diabolo. Hinc ſequitur ex ſenſu con-
trario: Si Filius vos non liberauerit, verè liberi
non eritis, ſed manebitis peccati ſerui, captiui
ſub Diabolo, & moriemini in peccatis veſtris.
Hîc rurſus omnes pronūciantur eſſe ſerui pec-
cati, qui per Chriſtum non manumittuntur,
hoc eſt, non adoptantur, & Filij Dei fiunt per
fidem in Chriſtum liberatorem.

Cæterùm quoniam Dominus hoc loco con-
cionatur de libertate Filiorum Dei, quæ oppo-
nitur triſtiſsimæ ſeruituti peccati, placet hîc
breuiter doctrinam de libertate Chriſtiana re-
petere, eamque certis limitibus concludere, vt
faciliùs à quouis intelligatur.

Eſt autem duplex Chriſtiana libertas, prior
perſonæ, poſterior voluntatis.

Libertas perſonæ eſt manumiſsio ſpiritualis
ſanguine Chriſti parta (quia ſanguine Chriſti
abluuntur peccata noſtra) quam Euangelium
A credentibus offert, per quam credentes ado-
ptantur in Filios Dei, liberantur à peccato à
maledictione legis, à ritibus Moſaicis, & huma-
nis traditionib. in conſcientia extra caſum ſcan-
dali, vt cōſcientiæ piorum formiduloſæ coram
Deo pacificentur, vt ſub cruce glorientur, cer-
ti quòd eorum liberator Chriſtus verè ipſos ab
omnibus malis ſuo tempore ſit erepturus, vt-
que ampliùs non ſint ſerui humanarum tradi-
tionum, ſed vt liber populus iis vtantur, boni
B ordinis & diſciplinæ gratia, citra opinionem iu-
ſtitiæ, meriti, cultus, & neceſsitatis. Hæc deſcri-
ptio ex multis ſcripturæ locis extructa, cauſas,
modum, gradus & fines libertatis Chriſtianæ,
quantum ad perſonam attinet, continet.

Cauſæ tres hìc ponuntur: Efficiens vna, nem
pe Chriſtus liberator, vt hîc expreſsè dicitur: *Si
Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Duæ inſtru-
mentales, videlicet Euangelium, quo offertur
hæc libertas: & fides qua accipitur. Vbicunque
C ergo Filius non agnoſcitur, Euangelium non
prædicatur, & fides in liberatorem Filium Dei
non concipitur, illic non eſt hæc vera libertas,
ſed miſerrima ſeruitus, qualibuſcunq; tandem
velaminibus in mundo tegatur. Nihil hîc nec
maiorum inſignia, nec parētum ſtemmata, nec
diuitiarum ſplendor, nec victoriarum gloria iu-
uat, ſed omnes ſimul qui fidem in Filium libe-
ratorem ad prædicationem Euangelij non con-
cipiunt, manēt ſub captiuitate peccati, maledi-
D ctione Legis, tyrannide Diaboli, & morte æter-
na, quæ eſt ſumma miſeria & triſtiſsima ſerui-
tus, cuius teſtimonium circumferunt conſcien-
tiam, quæ ſemper accuſat & torquet omnes, qui
hac ſpiritus libertate nō ſunt donati à Filio Dei.

Modus huius ſpiritualis libertatis non incur-
rit in oculos hominum, vt cùm homines ob ſua
merita & præclarè geſta libertate donantur, ſed
occultè fit, dum fidelium animæ aſperguntur
ſanguine Filij Dei, reformantur per Spiritum
E Sanctum, & conſcientię fide purgantur ab ope-
ribus mortuis, ex quo fit vt hęc libertas vbicun-
que ſit, habeat comites iuſtitiam & pacē & gau-
dium in Spiritu Sancto, in quibus regnum Dei
in hac vita poſitū eſſe docet Apoſtolus ad Rom.
13. Cùm hác libertatem ſentiret in ſua conſcien-
tia vlceroſus Lazarus, eam oppoſuit ſplendori
& diuitiis diuitis epulonis, atque ita ſpe ſua da-
mna leuabat.

Gradus huius libertatis ſunt plures, qui ſe
F mutuò conſequuntur & cohęrēt connexi, quos
ordine, ſed breuiſsimè, exponemus.

Primus, eſt liberatio à peccato, iuxta Pauli di-
ctum: Rom. 8. 2. *Lex ſpiritus vitæ, in Chriſto Ieſu li-
berauit me à peccato & morte.* De hoc gradu Domi-
nus hoc loco potiſsimùm concionatur, cùm ait:
Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Quanta au-
tem ſit hæc libertas, & quantam dignitatem ha-
beat ſibi coniūctam, tum demum intelligemus,
ſi quanta vis peccati ſit, quidq; effecerit, perpen-
G derimus. In creatione iuncti fuimus Deo, creati
ad ipſius imaginem, ſed ſuperuenit peccatum
aſtu Diaboli, & libera primorum parentum vo-

A luntate. Hoc peccatum eſt medium ſeparãs nos à Deo,& coniungens nos hoſti Dei Diabolo,vt homo peccator niſi liberetur per Chriſtũ, mancipetur Diabolo in omnem æternitatẽ. De hoc medio ſeparante nos à Deo loquitur Eſaias cap. 59.1. *Non grauauit aurem ne audiat,ſed peccata veſtra ſeparant inter vos & Deum.* Hoc medium ſeparans nos à Deo, & coniungens nos Diabolo, demolitus eſt Filius Dei merito mortis ſuæ, & factus eſt medium coniungens nos Deo, ac ſeparans nos à Diabolo,vt homo liberatus à peccato,iun B gatur Deo, in omnem æternitatem beatus. De hoc medio coniungente nos Deo loquitur Paulus,cùm ait, 1.Tim.2.5. *Vnus Deus & vnus mediator Dei & hominum,homo Ieſus Chriſtus.* Hominem hîc vocat mediatorem, vt oſtendat quomodo nos iungat Deo. Vt enim nobis vera humanitate iunctus eſt:ita Patri vera diuinitate iungitur, vt ſit medium verè nos cum Deo coniungens, ac ſeparans à Diabolo.

C Sed dicat aliquis. Si peccatũ eſt medium ſeparans inter nos & Deũ, & omnes circumferimus peccatũ,vt Iohan.teſtatur,1.Ioh.1.8. *Si dixerimus quòd peccatum non habemus,nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt:* Quomodo dicis nos à peccato liberatos & iunctos Deo,deſtructo medio ſeparante inter nos & Deum? Diſcernendũ eſt inter peccatum domitum & dominãs,item inter materiale peccati & formale. Peccatum dominans eſt medium ſeparans inter Deum & hominem, D non autem peccatum domitum. Hoc enim non imputatur credẽtibus. Nam eius formale, videlicet reatus,per Chriſtum in credentibus ſublatum eſt,iuxta illud Pſal.32.1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates,& quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.*

Sed cuinam non imputatur peccatum? credenti in eũ qui iuſtificat impium. Huc pertinet illud Iohannis,1.Ioh.3.6. *Omnis qui in eo manet,nõ peccat.* Itẽ *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ nõ facit.* E Non dubium eſt, peccãdi vocabulũ in his dictis Iohannis ſignificare habitũ & ſtudium peccãdi cũ cõtumacia, qualis fuit in Diabolo & in Cain. Nã alioqui ſepties in die cadit iuſtus & reſurgit. Et Eccleſiaſtæ 7.ſcriptũ eſt: *Non eſt iuſtus in terra, qui quamquam facit bona,non etiã peccet.* Etſi enim in ſanctis eſt conſtans voluntas & proæreſis rectè faciendi: tamen affectiones peccatorum ſubinde oriuntur, quas varias varius rerum & temporum adfert euentus,quæ ſanctis reluctãtibus F in peccatum non imputantur.

Hic primus gradus libertatis admoneat nos & de beneficio maximo liberatoris noſtri,videlicet ꝙ ipſe à iure peccati nos liberauerit, & de officio noſtro, nẽpe vt grati ſimus liberatori, & ſummo ſtudio caueamus,ne rurſus laqueis peccati inuoluamur,ne poſteriora fiant priorib. deteriora, ſed potiùs indies magis magiſque in cognitione & ſenſu ꝓficiamus,vt ꝓbemus ea quæ excellũt, & ſimus inoffenſi in diem Chriſti,pleni G fructibus iuſtitiæ in laudem & gloriam Dei.

Secundus eſt liberatio à maledictione Legis. Ita enim Paulus ait Gal.3.13. *Chriſtus redemit nos à* A *maledictione Legis,factus pro nobis maledictũ.* Hic gradus primo iũgitur. Siquidẽ vt peccatũ in nobis eſt cauſa maledictionis,h.e. iræ Dei & mortis æternæ:ita iuſtitia in Chriſto,ſublato peccato eſt cauſa benedictionis, h. e. gratię Dei & vitę æternæ. Nam ſi credentes finẽ Legis in Chriſto conſequũtur, qui finis eſt iuſtitia, iuxta dictũ Rom. 10.4. *Chriſtus eſt finis Legis in iuſtitiam omni credenti.* profectò etiam erunt participes benedictionis, B id eſt, gratię Dei & vitæ æternæ, quæ iuſtis promittitur,abolita maledictione, quæ fuit iuſtiſſima peccati pœna iuxta Legis ſententiam, & in Paradiſo latam,& in monte repetitam.

Verùm altiùs hoc loco perpendendum eſt, quomodo Chriſtus factus ſit maledictum pro nobis, & quomodo Chriſti maledictio cedat nobis in benedictionem, vt verè liberi à Legis maledictione ſimus.

C Chriſtus eſt factus maledictũ, quia reatũ omnium peccatorũ mundi in ſe tranſtulit, vt nobis ſuã imputaret iuſtitiã. Nam cũ perſonã noſtram ſuſtinuit, luiturus, quæ nos peccauimus, oportuit illũ cum reatu, maledictionis pœnã ſuſtinere. vox enim Legis eſt: *Maledictus omnis qui non manet in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis, vt faciat ea.* Quæ ſanè vox congruit cũ eo dicto quod eſt Geneſ. 2. *Quandocunq; peccaueris, morieris.* Quòd autẽ Chriſtus factus ſit maledictum pro nobis, lignum crucis, in quod ſuſpenſus eſt, oſtendit. D Nã longè antea à Moſe prædictũ fuit: *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Id quod Paulus ad Gal. capite 3. verſ. 13. clariſsimè docet hiſce verbis: *Chriſtus nos redemit de maledictione Legis, factus pro nobis maledictio. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui pendet in ligno, vt gentibus benedictio Abrahæ contingeret in Chriſto Ieſu, vt promiſsionem Spiritus acciperemus per fidem.*

In hac pericopa Pauli quatuor ſunt, quæ hũc ſecundùm libertatis Chriſtianæ gradũ illuſtrãt.

E Primum eſt ipſa liberatio, ſeu redemtio à maledictione Legis facta per Chriſtum. Redemit enim nos à maledictione, quam Lex ex Dei iuſtiſsimi iudicis ſententia intentat, Legis, hoc eſt, normæ iuſtitiæ diuinæ tranſgreſſoribus, quales ſunt omnes poſteri Adæ, vno Chriſto excepto. Oportuit enim illum à peccatis purum eſſe qui alios purgaret.

Secundum, eſt modus redemptionis noſtri à maledictione Legis per Chriſtum. *Factus,* inquit, *pro nobis maledictio,* vt ſcriptũ eſt Deut.21.23. F *Maledictus qui pendet ſuper lignum.* Eſt igitur lignũ crucis, teſtimonium, ꝙ Chriſtus in ſe trãſtulerit maledictionis pœnam, quam nos merueramus.

Sed obiiciat aliquis. Quomodo hæc ſimul ſtare poſſunt? Pater dicit de Filio: *Hic eſt Filius meus dilectus in quo mihi complacuit:* Et, Filius Dei factus eſt execratio, vt in quẽ Deus effuderit ſuã iram, adeo vt voluerit ipſum ignominioſiſsimã mortem ſubire? Hæc optimè congruunt. Neq; enim dilectio in Deo & ſumma εὐδοκία qua cõplectitur G Filiũ, poteſt impedire iuſtitiã in Deo, qua peccatũ totius mũdi punit in dilecto. Cũ igitur Chriſtus vnicè Patri dilect⁹ in ſe recepit ex volũtate

Patris

Patris perſonam noſtram, quantum ad reatum & pœnam peccati attinet, Deus voluit ex dilectione noſtri, vt ipſius filius iuſtè puniretur pro culpa hominum, quam in ſe tranſtulerat. Atq; hoc eſt quod Dominus ipſe apud Iohan. dicit. Iohan. 3.16. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, &c.* Et Paulus Rom. 5. 8. *Deus commendat charitatem ſuam erga nos, quòd cum adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus ſit.* Non ergo pugnant inter ſe ſumma dilectio in Deo cum iuſtitiæ ipſius executione. Deus dedit Filium nobis quia nos dilexit, vt filius ipſius dilectus iuſtitiæ ſuæ ſatisfaceret, ne nos iuſtè periremus.

Tertium eſt finis, cur Chriſtus pro nobis factus ſit maledictum, videlicet vt gentibus benedictio Abrahæ obtingat in Chriſto Ieſu, hoc eſt, vt gentes fiant participes benedictionis & ſalutis promiſſæ Abrahamo in ſemine, de quo dictum eſt: Geneſ. 22.18. *Benedicentur in ſemine tuo omnes tribus terræ.*

Quartum eſt modus applicationis benedictionis factæ Abrahamo: *Vt promißionem*, inquit Paulus Galat. 3.14. *ſpiritus accipiamus per fidem.* Fides enim ſola inſtrumentum eſt, quo perducimur in poſſeſsionem benedictionis, hoc eſt, gratiæ & vitæ æternæ, quæ opponitur maledictioni, iræ Dei, morti & damnationi.

Cæterum hîc quæri poteſt, cur non à morte prima per Chriſtum liberemur, vt à morte ſecunda, quam æternam dixi, præſertim cùm morti etiã primæ homines ſubiiciantur propter peccatum Adæ, vnde ad Heb. 9.27. ſcriptum eſt: *Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori.* Et 1. Cor. 15.22. *In Adam omnes moriuntur.* Reſpondeo. Cùm regnum Chriſti non ſit de hoc mũdo, Chriſtus non ſuſtulit mortem primam, quę naturæ dicitur, ſed eius conditionem in ſuis mutauit, iuxta regulam, Rom 8.28. *Diligentibus Deum omnia ſunt adiumento in bonũ.* Vt ergo mors prima impiis eſt pœna & ianua ad æternam mortem, quæ mors æterna, non ſolùm eſt triſtiſsima à conſpectus Dei fruitione ſeparatio, verùm etiam iuſtiſsima pro meritis ad æterna ſupplicia damnatio: ita eadem mors prima piis, hoc eſt, liberatis à peccato & maledictione Legis eſt extinctio reliquiarum peccati in mortali noſtro corpore, & ianua ad æternam vitam, in qua ſancti fruentur conſpectu Dei cũ beata immortalitate. Mors proinde talis erit moriẽtibus, quales inuenit morientes. Mors impiorum vera mors eſt, qua anima ſeparatur à Deo. Mors iuſtorum vmbra ſolummodò mortis eſt, qua caro ad tempus ſeparatur ab anima, atque ideo placido ſomno comparatur. Hoc Dauid intellexit cùm ſcriberet, Pſalm. 115.15. *Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Et Paulus Phil. 1.21. *Mori mihi lucro eſt.* Item ibid. 23. *Cupio migrare & eſſe cũ Chriſto.* Eccleſiaſtæ 7.2. *Melior eſt dies mortis die natiuitatis.* Et Syrach 41.5. *Noli metuere iudicium mortis.* Cyprianus quoque ait: *Mors eſt ianua vitæ, victoria belli, portus maris.* Tametſi igitur mors ipſa prima in ſe ſit acerba, tamen piis & filium Dei in agone mortis inuocãtibus fit placida. Nam fide vincunt mortis acerbitatem. Quemadmodum enim vnctus oleo Mandragorę ferrum & ſectiones non ſentit; ita ſancti oleo exultationis & conſolationis à ſpiritu Chriſti vncti mortem patienter ferunt ac ſuperant.

Sed inquies, audio conditionem mortis primæ in ſanctis mutatam eſſe, ſed non ipſam mortem penitus ſublatam, quod videtur requirere meritum Chriſti, quod opponitur merito Adami. Vt enim per Adamum in mortem naturæ incidimus: ita per Chriſtum vita naturę donari nos oportuit? Reſpõdeo. Diſcernenda ſunt tempora regni gratiæ & gloriæ Chriſti: Item tempora beneficiorum Chriſti diſtincta. Eſt tẽpus regenerationis animæ, & eſt tempus regenerationis corporis. Anima credentis priùs in vera contritione mortificata in hac vita regeneratur pro incremento fidei, & fruitur libertate, qua & à peccato & à maledictione legis liberata eſt. Corpus credentis in hac vita non regeneratur nec regenerari poteſt antequam moriatur. Neceſſe eſt igitur vt prius moriatur quàm regeneretur. Ideo Paulus ait, 1. Cor. 15.36. *Tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur.* Deinde addit Apoſtolus, qualenam corpus exoriatur: *Seminatur*, inquit, *corpus animale, excitatur corpus ſpirituale.* Eſt enim peccatum Originis per mortẽ, quæ dicitur naturæ debitum, deponendum, vt totus homo cõſtans anima & corpore ſubiiciatur ſpiritui & confirmetur in perpetua obedientia erga Deum, quô ſimus conformes Deo in omnem æternitatem. Ideo Paulus dicit: Rom. 8. 24. *Spe ſaluati ſumus.* Et Iohannes 1. Ioh. 3.2. *Nunc filij Dei ſumus, & nõ apparuit quod erimus. Scimus autem quòd cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum, ſicuti eſt.* Significat ergo Iohannes perfectiorem fore ſanctorum ſtatum in regno gloriæ, quàm eſt hîc in regno gratiæ. Breuiter, morte prima exuenda eſt mortalitas, deponẽda infirmitas, acquirenda conformitas, perficienda ſanctorum ſocietas, & beata immortalitas eſt induenda. Vnde quidam ex Patribus, *Finis*, inquit, *mortis ſanctorũ eſt laboris conſummatio, ad portum applicatio, peregrinationis terminus, oneris grauiſſimi depoſitio, de equo furioſo deſcenſio, de domo ruinoſa liberatio, omnium ægritudinum terminus, omnium periculorum euaſio, omnium malorum conſummatio, debiti naturæ ſolutio, reditus in patriam & ingreſſus ad gloriam.*

Non eſt prætereundũ quod Auguſtinus paulô aliter ad quæſtionẽ reſpondeat lib. 13. de Trinitate, cap. 15. Ita enim ait: *Quamuis & ipſa mors carnis de peccato primi hominis originaliter venerit: tamen bonus eius vſus glorioſißimos Martyres fecit, & ideo non ſolùm ipſa, ſed omnia ſeculi huius mala dolores laboresq; hominum, quanquam de peccatorum & maximè de peccati originalis meritis venerint, vnde facta eſt & ipſa vita vinculo mortis obſtricta: tamen remißis peccatis remanere debuerunt, cum quibus homo pro veritate certaret, & inde exerceretur virtus fidelium vt nouus homo per teſtamentũ nouum inter mala huius ſeculi nouo ſeculo præpararetur.* Idẽ cõtra Pelagianos lib. 2.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Qui autem dicũt: Si peccato mors iſta corporis accidiſſet, non vtiq; poſt remiſſionem peccatorũ, quam redemptor nobis tribuit, moreremur. Non intelligũt, quomodo res, quarum reatum, ne poſt hanc vitam obſint, Deus ſoluit: tamen eas ad certamen fidei ſinit manere, vt per illas erudiantur & exerceantur proficientes in agone iuſtitiæ. Hæc ſint breuiter de quęſtione propoſita dicta, in cuius examine cogitentur diſcrimen regni Chriſti & aliorum regnorum, neceſsitas & vtilitas mortis primæ, diſcrimen inter regenerationem animæ & corporis, tẽpus gratiæ & gloriæ, quod eſt reſtitutionis omnium, exercitiũ fidei, ſpei, inuocationis, & officiorum charitatis, robur ſpiritus in lucta aduerſus carnem, diabolum & mundum, victoria ſuper omnibus malis. Denique quòd mors carnis, iuxta Paulum, 1. Corin. 15. 26. ſit vltimus hoſtis, qui per glorioſam reſurrectionem abolebitur.

Tertius eſt donatio Spiritus Sancti. Hic gradus ſuperiorum inuiſibilis eſt obſignatio, vt qui nõ tam cernatur oculis carnis, quàm ſentiatur viuo conſcientiæ ſenſu. Nam cùm Spiritus Sanctus obſignat cordib. noſtris adoptionẽ noſtri, iuxta dictum Apoſtoli, Rom. 8. 14. *Accepiſtis ſpiritũ adoptionis, in quo clamamus Abba pater*, teſtatur & peccatũ remiſſum eſſe, & maledictionẽ ſublatá.

Porrò Spiritus adoptionis quo donantur fideles, ideo adoptionis dicitur, quia & eo regeneramur in filios Dei dum credimus, & eo confirmamur de adoptionis gratia, dum videlicet excitat in nobis motus nouos congruentes ipſius naturę. Vt enim agens naturale, ſimilitudinem quandam ſui, imprimit in corpus, in quod agit: ita Spiritus Sanctus motus ſibi ſimiles in fidelibus excitat, dum ſpirat in mentibus noſtris nouam lucem, & accendit in cordibus lætitiam & amorem, ac totum hominem ſanctificat, vt iam ſit noua creatura, non iuxta carnem ſed ſecundùm ſpiritum viuens.

Hac de re concionatur Paulus ad Rom. 8. 14. cùm ait: *Quotquot Spiritu Dei agũtur, hi ſunt Filij Dei.* Aguntur autem homines Spiritu Dei, & quádo mortificatur in eis peccatum per inhabitantem ſpiritum, & cùm excitatur in eis ſpiritus inuocationis, dilectionis, timoris & obedientiæ. *Si*, inquit Paulus, Rom. 8. 11. *Spiritus qui excitauit Ieſum à mortuis, habitet in vobis, qui excitauit Chriſtũ à mortuis, viuificabit etiam mortalia veſtra corpora, per inhabitantem eius Spiritum in vobis.* Item v. 13. *Si Spiritu actiones corporis mortificaueritis, viuetis.* Hic Spiritus adoptionis non ſolùm certificat nos de pręſenti gratia, verumetiá confirmat nos de futura gloria. Atq; ideo Paulus ait ibid. v. 16. *Idem Spiritus teſtatur cum ſpiritu noſtro quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes. Hæredes quidem Dei, cohæredes verò Chriſti.* Atq; hoc eſt quod Paulus ait ad Epheſ. 1. 13. *Obſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ.* 2. Cor. 1. 21. *Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſtum & vnxit nos, Deus eſt: Qui etiam obſignauit nos, & dedit arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris.* Vide quàm multa paucis complectitur Apoſtolus. Primo loco meminit confirmationis, propterea quòd Spiritus Sanctus certitudinem Euangelij nobis ratam eſſe teſtatur, quæ certitudo, 1. Cor. 2. 4. vocatur ἀπόδειξις τοῦ πνεύματος demonſtratio Spiritus, vt ei vel reclamante ratione & omni naturæ ſenſu indubitatam fidem habeamus. Cùm ergo animalis homo non capit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, quicunque Dei verbũ indubitata fide amplectitur, Spiritus Sancti magiſterio eum edoctum & confirmatum eſſe neceſſe eſt. Secundo loco vnctionis meminit, qua ſpiritualiter vnguntur, qui verbum Dei indubitata fide recipiũt. Deus eſt qui vngit: vnctio eſt Spiritus Sáctus qui efficit motus in cordibus noſtris congruentes cum lege & voluntate Dei. Vngitur omnis qui viua fide verbum Dei recipit, idque propter hos fines, vt oleo lætitiæ inunctus in Deo exultet, vt Sacerdos, Rex & Propheta Dei efficiatur, vt ſit luctator vnctione ſpiritus præparatus ad luctam ineundam cum vitiis & carnis concupiſcentiis, vtq; poſthac non carni ſed ſpiritui militet. Tertiò obſignationis meminit, qua obſignatur promiſsio. Spiritus enim ſanctus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſimus filij Dei. Poſtremò Spiritum Sanctum quo donantur credentes, arrhabonem prædicat. Vt enim arrhabo eſt pacti ſymbolum ſeu pignus, quod dari ſolet in certitudinem eius quod promiſſum eſt: ita Spiritus Sanctus eſt veluti quædam arrha hæreditatis cœleſtis.

Quartus eſt liberatio à ritibus Moſaicis & humanis traditionibus. Hic gradus etſi longè inferior eſt ſuperioribus: tamen à Paulo ſignatus eſt. Sunt autem duæ partes huius gradus: Vna de ritibus Moſaicis: Altera de traditionibus humanis, de quibus ordine dicemus.

Ritus Moſaici fuère ceremoniæ, ſacrificia & ſacramenta diuinitus populo Iudaico commendata, quæ quia vmbræ fuerunt veritatis, debebant reuelata veritate ceſſare, vt quæ adeptæ eſſent finem, propter quem inſtitutæ erát, quemadmodum Apoſtolus ad Hebræos, Coloſſenſes & Galatas docet. Vt autem de ceremoniis Moſaicis rectè iudicemus, ante omnia tenẽdum eſt diſcrimẽ operum, quorum alia ſunt cultus per ſe, alia propter aliud. Cultus Dei per ſe ſunt vera dilectio Dei & proximi, & quæ in illis continentur. Hæc enim Deo per ſe placent. Cæremoniæ autem, ſacrificia & Sacraméta non fuerunt cultus per ſe, ſed placuère Deo propter aliud, hoc eſt, propter fidem vtentiũ ceremoniis & intelligẽtium earum verum vſum. Hoc diſcrimen apertè tradit Dominus cùm ait: Matt. 9. 13. *Miſericordiam volo, non ſacrificiũ:* quia miſericordia per ſe eſt ſpecimen & probatio veræ pietatis. Sacrificiũ verò ſine pietate inutilis eſt ceremonia Deo non placẽs. Hinc eſt quòd Dominus apud Prophetas abominatur ſacrificia Iudæorum, & dicit ſe ea non mandaſſe, ſcilicet vt fierent iſto modo quo fiebant à Iudæis, qui nucleo abiecto in cortice & nudis ceremoniis hærebant.

Vt autem hoc apertiùs intelligatur, ſciẽdum eſt, quòd cæremonię Moſaicæ tripliciter conſiderentur, videlicet extra Chriſtum, cõtra Chriſtum, &

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſtum,& in Chriſto. Extra Chriſtum conſidera-
bantur,cùm conſuetudinis tantùm gratia ſerua
bantur à Iudæis, aut cùm lucri alicuius aut ho-
noris ratio habebatur : qua quidē ratione pror-
ſus inutiles fuerunt. Contra Chriſtum erant,
quādo opinio iuſtitiæ tribuebatur iſtis externis
obſeruationibus ſine fide, vt cùm circumciſio-
nem iuſtificare, & alias cæremonias mereri ſalu
tem docerent Iudæi. In Chriſto dupliciter con-
ſiderantur Moſaicæ cæremoniæ, videlicet ante
Chriſtum exhibitum, & poſt Chriſtum manife
ſtatum in carne. Ante Chriſtum exhibitum cæ-
remoniæ Moſaicæ fuerunt pia exercitia. Nam
Chriſtum quem figurabāt, quodammodo in ſe
continebant. Poſt Chriſtum manifeſtatum in
carne, & peractam ipſius victimá in ara crucis,
prorſus expirauerunt cæremoniæ Moſaicæ a-
deo vt Paulus Gal. 4. 9. eo reſpectu appellet eas
infirma & egena elementa. Breuiter, omnes ri-
tus, omnia ſacrificia & ſacramenta Moſaica con
ſiderata extra Chriſtū, contra Chriſtum & poſt
Chriſtum manifeſtatum in carne, prorſus ſunt
abolita, adeo vt qui ea obſeruare velit, excidat
libertate, quam habemus in Chriſto, quemad-
modum Paulus docet ad Galat. 5.

Traditiones humanæ complectuntur & do-
ctrinam humanam & cæremonias, quę nō ſunt
diuinitus inſtitutæ, ſed traditæ ab hominibus,
aliæ propter alios fines. Nam vt alij magis à fun
damento aberrarunt quàm alij: ita etiam in tra-
ditionibus, & earum finibus variabāt. Et vt bre-
uiſsimè me expediam, teneatur hoc diſcrimen
traditionum humanarum. Quædam ſunt pla-
nè impiæ, quædam ſunt pædagogicæ & vtiles
aſſuefactiones. Impiæ ſunt, quę apertè pugnant
cum verbo Dei, & abducunt à Chriſto, vt inuo-
catio Sanctorū, reliquiarum & ſtatuarum ado-
ratio, Miſſarum prophanatio, nugamentū Pur-
gatorij, indulgentiarum nundinatio, & multa-
rum cæremoniarum inepta congeries. Huiuſ-
modi traditiones ab omnibus piis execrandæ
ſunt. Quādo igitur aduerſarij obiiciunt hæc aut
ſimilia dicta: *Obedite præpoſitis veſtris*, Heb. 13. 17.
Tenete traditiones. 2. Theſſ. 2. 15. Reſpōdendum eſt
nullam obedientiam deberi præpoſitis in tradi
tionibus humanis, quæ aduerſantur puritati E-
uangelij & abducunt à Chriſto: Siquidem nul-
la obedientia præſtāda eſt, cùm homo præcipit
quod Deus prohibet. Deinde vt vniuerſale mā-
datum eſt, Matt. 7. 15. *Cauete à falſis Prophetis*. Item
Matt. 16. 6. *Cauete à fermento Phariſæorum*: ita regu
la eſt Catholica. Matt. 15. 6. *Fruſtra me colunt man-
datis hominum*: Item Ezech. 20. 19. *Ambulate in præ-
ceptis meis, & non in præceptis patrum veſtrorū*. Qua-
propter hîc ſecurè deteſtemur Papiſticas tradi-
tiones, doctrinas & cæremonias, quæ vel mani-
feſtè impiæ ſunt, vel alioqui ineptę, nihil ad ædi
ficationem faciētes. Sunt enim veriſsimè à Deo
permiſſæ in pœnam abiiciētium veritatem Dei
iuxta vaticinium Pauli: 2. Theſſ. 2. 11. *Mittet effica
cem illuſionem, vt credant mendacio qui noluerunt veri
tati credere*. Hoc etiá pacto punitus fuit Iudaicus
populus, vt eſt in Pſal. 81. 12. *Et non audiuit populus

A meus vocem meam, & Iſrael non voluit me, & dimiſi
eos ſecundùm deſideria cordis illorum: ibunt in adinuen-
tionibus ſuis*.

Pædagogicæ & vtiles cęremoniæ in hoc à ſe-
natu Eccleſiæ inſtitutæ, vt nihil fiat inordinatè
& tumultuariè, ſed piè & prudenter in conſpe-
ctu Dei, etſi extra caſum ſcandali conſcientias
non obligant: tamen lege charitatis obligant, a-
deo vt qui eas contemnit, & contumaciter cum
ſcandalo negligit, reus violati ordinis, & rupti
B charitatis vinculi coram Deo peragatur. Plura
de traditionibus humanis & cæremoniis anno
tauimus in Enchiridio & paſsim in commenta-
riis noſtris ſuper Epiſtolas apoſtolicas.

Hactenus de gradibus Chriſtianæ libertatis,
quātum ad perſonam attinet, dictum eſto, vltra
quos gradus Chriſtiana libertas ſe non extēdit.
Quare execrādus eſt furor Libertinorum & A-
nabaptiſtarum, qui Chriſtianam libertatem e-
tiam ad ſcelerum licentiam extēdunt. Libertini
C enim impiè Chriſtianam libertatem cuiuis car
nis libidini & quibuſuis flagitiis prętexūt, quaſi
ideo eſſemus libertate donati, vt iá liceat quid-
quid libet. Hanc ſuam inſaniam ſtabilire conan
tur Libertini dicto Pauli ad Rom. 7. 25 *Ego idem
mente quidem ſeruio Legi Dei, carne autem legi peccati*.
Hinc dicunt ſe carne tantùm ſcortari, inebriari,
homines trucidare, impurè viuere, mēte autem
ac ſpiritu puros eſſe & ſeruire legi Dei. Annon
furorē iſtorum nebulonū refutat Chriſtianorū
D vocatio? Sūt. n. ad ſanctificationem vocati, hoc
eſt, vt ſeruiant Deo animo, ſpiritu & corpore in
vera ſanctitate. Annon cōditio peccati eos coar-
guit? Eſt enim peccati conditio eos oēs qui ſibi
obtēperant, ſubiicere triſtiſsimę ſeruituti, iuxta
hoc Domini dictū: *Qui facit peccatū, ſeruus eſt pecca
ti. Seruus autē nō manet in domo perpetuò*. Omitto di
cta Pauli, Rom. 8. 15. *Si ſecundùm carnē vixeritis, mo
riemini*. Item Rom. 6. 18. *Manumiſsi ſumus à peccato,
vt iuſticiæ ſeruiamus*. Verba Pauli: *Carne ſeruio lege
E peccati*, ſunt verba nō ocioſi hominis, iacentis in
peccatis, ſed luctantis contra peccatum. Nam
captiuus trahitur & inuitus, implorans auxiliū,
ſperanſq; in Chriſto victoriam. Deinde non lo-
quitur Paulus de operibus externis ſeu volūta-
riis, ſed de pullulātibus vitioſis affectibus, quos
ne ſanctiſsimi quidē in totum abiicere poſſunt,
donec hoc mortale corpus circumferunt. Non
ergo ſimpliciter libertas hîc accipienda eſt: ſed
κατά τι, videlicet in gradibus à nobis enumera-
F tis, ad quos etiam gradus nomen libertatis, epi-
theto Chriſtianæ reſtringitur.

Anabaptiſtę non minùs inſaniunt, dum præ-
textu Chriſtianæ libertatis ciuilem magiſtratū
è medio ſublatum volūt. Sed quid eſt ineptius
hoc concludendi modo: Chriſtiani ſunt liberi:
Ergo Chriſtiani non debēt ſeruire magiſtratui.
Tollendus eſt igitur è medio magiſtratus, idq;
gladio ſubditorum. Reſpondeo ad principium
quo nituntur, quod perperam extendunt vltra
G quàm decet. Nam ſolummodò accipiendum
eſt de libertate ſpirituali, quæ nō tollit ſeruitu-
tem ciuilem. Quid enim impedit liberum eſſe

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

animo, & ſeruum corpore. Chriſtus ipſe Pilato
dixit: Ioh.18.36. *Regnum meum non eſt de hoc mũdo.*
Et Paulus, 1. Cor.7.21. *Seruus vocatus es ne ſit tibi
curæ.* Idem ait: Epheſ.6.5. *Vos ſerui obedite carnali-
bus dominis veſtris tãquam Domino.* Annon Paulus
manifeſtè dicit: Rom.13.2. *Qui magiſtratui reſiſtit,
Dei ordinationi reſiſtit.* Item ibid.5. *Oportet obedire
non ſolùm propter iram, ſed etiam propter cõſcientiam.*
Sed quid opus eſt teſtimoniis in re manifeſta?

Verùm hîc de obediẽtia magiſtratui præſtan
da tenẽda eſt regula, quòd magiſtratui omnino
parendum ſit, modò præcipiat honeſta, aut cer
tè ea, quæ licet iniqua ſunt tantùm, non tamen
nos reddãt impios, ſed afflictos. Verùm ſi impij
reddimur obtemperãdo magiſtratui, ſequenda
eſt regula, Act.5.29. *Magis obtemperandum eſt Deo
quàm hominibus.* In huiuſmodi enim non debe-
mus fieri ſerui hominum. Saul, 1. Reg.22.17. im-
perat ſatellitibus ſuis Deum timentibus, vt in-
terficiant Abimelech ſacerdotem ſanctum cum
ſuis ſociis, ſed illi recuſant imperium, ac nolunt
extendere manus in Sacerdotes Domini. At
Doeg non timens Deum iuſſus idem facere, im
pio mãdato paret, ac ſe maiori impietate inuol-
uit. Sicut ergo ſatellitũ iſtorum, timentiũ Deũ
& reuerentiũ ſacerdotes Domini, factum, & lau
dandum & imitandum eſt: ita impia obediẽtia
Doeg damnãda eſt & perpetua infamia digna,
qui etiam facti ſui pœnas in omnem æternitatẽ
luet. Verùm Doeg iſte plurimos hodiè habet ſo
cios, qui ad impia tyrannorũ decreta, Deo con-
tempto cum ſuo verbo, trucidant pios & in eos
crudeliſsimè ſæuiunt. Hîc profectò officiũ eſſet
magiſtratus intermedij ſeu popularis ad mode
randam Tyrannorum libidinem conſtituti, vel
cõſilio impedire impios Tyrannorum conatus
aduerſus Eccleſiam, vel armis innocẽtes defen-
dere ſi fruſtra tẽtantur conſilia. Eſt enim officiũ
intermedij ſeu popularis magiſtratus moderari
Tyrannos, ne contra leges aut religionẽ veram
quidquam moliantur in Dei contumeliam, &
in ſubditorum certam perniciem. Pertinet e-
nim ad illos dictum Pſal. 82.4. *Eripite pauperem
et egenum de manu peccatoris.* Et ſi interea ſuccum-
bunt, potentia Tyrannorum victi, conſolentur
ſe conſcientia recti, & cauſam ſuam iuſto iudici
Deo committant.

Quantum autẽ ad eos attinet, qui huiuſmo-
di magiſtratu non funguntur, ſciant ad ſe perti-
nere mandatum Dei: 1. Ioh.5.21. *Cauete ab idolis.*
Cogitent de comminatione Chriſti, Luc.9.26.
*Quemcunq; puduerit mei corã hominibus, eius me pude-
bit coram Patre meo cœleſti:* ardẽter inuocent Deũ,
vt vel tyrannis meliorem det mentẽ, vel ipſe re-
primat conatus Tyrannorũ ac ſuam tueatur Ec
cleſiã. Verùm ſi viderint certa vitæ pericula im-
minere, fugiant tyrannorum manus ſi poterũt.
Si non poterunt, conſtanter ferant quiduis po-
tius, quàm vt abiiciant confeſsionẽ. Quare ſi res
ita poſtulauerit, ſanguine ſuo ferant veritati do
ctrinæ cœleſtis teſtimoniũ. Quod ſi fecerint, &
Martyres Dei ſancti habebuntur, & illorũ mors
cenſebitur precioſa victoria coram Chriſto, quã

A victoriam excipiet corona iuſtitiæ à iuſto iudi-
ce Chriſto legitimè certantibus propoſita.

Quid autem boni ex martyrio ſanctorũ pro-
ueniat, perpulcrè explicat Theodoretus, cùm
ait: *Vt quondã rubus ille quẽ vidit Moſes, (Exod.3.2.)
ardore ignis non eſt abſumptus: ita nec Chriſtianos im-
periorum bellis petitos tela hoſtilia conſumpſerunt, quin
potius ſicut lignatoribus cædentibus ſyluã, multò plures
pullulãt propagines à radicibus, quàm ſunt rami qui in-
ciduntur: ita nunc quoq; piis quàmplurimis interfectis,
B multò plures quotidie ad doctrinam Euangelij accedunt,
cruorq; cæſorum corporum irrigatio quædã eſt nouis in
eccleſia emergentibus plantulis.* Martyr ergo cùm
patitur, non ſolum ſibi patitur, ſed etiã cuilibet,
vt ait Ambroſius. Sibi enim patitur ad præmiũ,
cuilibet ad exemplum: ſibi ad requiem, cuilibet
ad ſanitatem: diabolo in confuſionẽ, Deo in glo
riam. Siquidem martyrium ſanctorum, teſtimo
nium reddit veritati doctrinæ cœleſtis, cuius fi-
nis eſt, vt ipſo tanquam veritatis Dei ſigillo plu
C res inuitentur ad amplectendum ſinceram reli
gionem in gloriam Dei, in multorum ſalutem,
& in deſtructionem regni peccati & diaboli.

Cæterum quoniã ſancti interdum offendun
tur ſcandalo crucis, & mirantur, quî fiat quòd
Deus cùm ſit iuſtiſsimus, ſinat ſuos ſãctos, quos
tamen intimè amat, adeò horrendis modis tan-
tiſq; contumeliis & cruciatib. affici & deforma-
ri, huc nonnulla in admonitionẽ & conſolatio-
nem eorum adiicienda duximus. Primùm ergo
D omnium hoc teneatur tãquam firmiſsimum &
immotum fundamentum, quòd nihil prẹter ſa-
pientiſsimã & paternam prouidentiam Dei ſan
ctis Dei in hac vita accidere poſsit vel proſperi
vel aduerſi, adeo vt ne capillus de capite ſancto
rum ſine paterna Dei prouidentia auferatur,
quemadmodum ipſa veritas teſtatur, Luc.12.7.
& 21.18. *Capilli capitis omnes numerati ſunt.* Item: *Ca-
pillus de capite veſtro non peribit.* Huic paternæ Dei
prouidentiæ, oportet, vt ſancti ſe ſubiiciãt & ſta
E tuant Deum nihil permittere ſine optimo con-
ſilio, & maxima vtilitate ſanctorum ſuorum, e-
tiamſi cõſilij ipſius abyſſum penetrare non poſ-
ſumus. Quare piorum eſt ſub quauis cruce ſe
Deo ſubiicere, illum timere, inuocare, ac gratias
ei agere in vera patientia & ſpe glorioſæ libera-
tionis. De hac prouidẽtia eiuſq; cauſis in hunc
modum loquitur Auguſt. *Vnuſquiſq; malus apud
ſe habet volũtatem nocendi. Vt autem poßit nocere, non
habet in ſua poteſtate: vt velit iam reus eſt, vt poßit,
F occulta diſpenſatione prouidentiæ Dei in alium permit-
titur ad pœnam, in alium permittitur ad probationẽ, in
alium permittitur ad coronam.* Ad pœnã, quomodo
permiſsi ſunt ἀλλόφυλοι, id eſt, alienigenæ, rapere
populum Iſrael, quia peccauerũt in Deum. Ad
probationẽ permiſſus eſt diabolus in Iob: pro-
batus eſt autẽ Iob, confuſus eſt diabolus. Ad co-
ronã verò permiſſæ ſunt perſecutiones in Mar-
tyres. Multis proinde modis fœliciores ſunt
martyres in ſuis tormentis, quàm potentiſsimi
G Monarchæ in ſuis deliciis, opibus, honoribus, &
voluptatibus, vt rectè ab Auguſtino dictum ſit:
Seculi homines infœliciter fœlices, Martyres fœliciter

infœlices

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

infœlices erant. Erant enim ad tempus infœlices, ſed æternùm beati. In omni ergo afflictione cogitemus regulam Pauli, Rom. 8.28. *Scimus quòd diligētibus Deum omnia cooperentur in bonum.* Secundo cogitetur dictum Pauli: 2. Tim. 3.12. *Omnes qui volunt piè in Chriſto viuere, perſecutionem patientur.* Et in Act. 14. 22. *Oportet per multas afflictiones intrare in regnum Dei.* Eſt enim crux via ad gloriam, ſicut idem Paulus teſtatur cùm ait: Rom. 8. 17. *Si cum illo patimur, cum illo etiam glorificabimur.* Et Petrus 1. Pet. 4.13. *Tanquam communicantes Chriſti paßionibus gaudete, vt et in reuelatione gloriæ ipſius gaudeatis exultantes.* Tertiò cōferantur inter ſe hoc breue afflictionis tempus, cum nunquá finienda beatitudine, vt vel huius cogitatione nos ſub cruce ſuſtentemus. Huc illud Pauli 2. Corin. 4.17. *Leue momentum afflictionis huius adfert pondus æternæ gloriæ.* Et Petrus 1. Pet. 5.10. affirmat modicam eſſe afflictionem huius vitæ ad futuram gloriam. Et ad Rom. 8. 18. *Non ſunt condignæ afflictiones huius ſeculi ad futuram gloriam.* Huc pertinet dictū Pſal. 126. 5. *Qui ſeminat in lacrymis, in exultatione metent: Euntes eunt & flentes portāt precioſum ſemen: Venientes autem venient, portantes manipulos ſuos.* Vt ergo Agricolæ bono animo ferunt moleſtias ſtercorationis agrorum, arationis & ſationis, propter ſpem frugis in meſſe reportādæ: ita Sancti Dei, mentem & oculos referant non modò ad tempus ſationis, ſed multò magis, ad lætiſsimū tempus, quo manipuli cum exultatione colligētur. Hæc cogitentur de diuina prouidentia & conſilio Dei permittentis tyrannis Eccleſiam cruciatibus & probris deformare. Vt enim in terra Ægypti permiſit Deus Pharaoni & aliis Tyrannis Ægyptiis crudeliſsimis modis affligere Eccleſiam, vt ipſius liberatio eſſet & dulcior & glorioſior: Ad eundem modum potiſsimū ante finem mundi permittit diabolo, & ipſius membris, Sophiſtis, & Tyrannis, vt crudeliſsimè in ſanctos Dei homines ſęuiant, quò ingreſſus in requiem æternę beatitudinis fiat & dulcior & glorioſior. Breuiter, Deus permittit ſuos cruciatu & probris examinari, vt diſcant, vt humilientur, vt purgentur, vt probentur, vt conformentur capiti Chriſto, & vt tandem coronentur.

Fines Chriſtianę libertatis ſequuntur, qui, vt in deſcriptione attigimus, tres ſunt, videlicet pacificatio conſcientiarū coram Deo, gloriatio ſub cruce cum ſpe glorioſæ victoriæ, & liber vſus humanarum traditionum non impiarū. De ſecundo & tertio in ſuperioribus ſatis dictū eſt: Quare hoc loco ſolūmodò de primo, qui eſt pacificatio formiduloſarum conſcientiarū coram Deo, agemus. In quouis homine ſancto in hac vita triplex eſt diſsidium. Primum affectuū & rationis. Secundum carnis & ſpiritus. Tertium conſcientię & fidei. Hoc tertium non eſt hoſtiū, ſed amicorum potius vt ægroti & medici.

Primum diſsidium quod dixi eſſe affectuum & rationis, eſt piis cōmune cum impiis, etſi magnum eſt diſcrimen. Nam impij prauis affectib. contra rationem pugnantibus ſponte vt plurimum cedunt, propterea quòd in iis peccatū do-
A minetur, ex quo fit, vt non magni faciát rectum rationis iudicium & conſilium, ſed affectuum ſeditioſam ἀναρχίαν ſequuntur, quibus ipſa quoque voluntas inflammata & turbata affectibus miſerrimè ſeruit, etſi nouit meliora probatque.

Etſi autem inueniuntur apud Ethnicos, qui virtutis laude moti, viſi ſunt rationē ſequi contra affectus, tamen malum ipſum in iis non eſt diminutum: ſed tantummodo larua virtutis tectum, at in piis, pro fidei incremēto & menſura, B affectus praui, etſi nō extinguuntur prorſus, tamen paulatim minuuntur & veluti eneruātur, atque adeo domantur, vt in actiones non erumpant. Id quod tamen fatendum eſt non ſolius rationis viribus fieri, ſed multò magis ſpiritu fidei, quo ratio roboratur, vt non cedat affectibus, ſed fortiùs ſe illis opponat.

Secundum diſsidium in ſanctis eſt carnis & ſpiritus, & hoc eſt piis ita peculiare, vt in nullis aliis locum habeat. Neq; hoc diſsidium ceſſabit C vnquam in hac vita: eſt enim inter carnē & ſpiritum implacabile odiū. Caro hoc loco omnes vires & facultates hominis complectitur, videlicet mētem, affectus, intelligentiam, volūtatem, quæ ſimul ſe opponunt ſpiritui, qui ſpiritus eſt nouus ille ſpiritus, creatus in fidelibus per Spiritum Sanctum. De quo Dauid Pſal. 51. 12. loquitur, cum ait: *Cor mundum crea in me Deus, & Spiritū rectū innoua in viſceribus meis.* De hoc carnis & ſpiritus diſsidio & grauiſsima lucta loquitur Pau-D lus cùm ait, Gal. 5.17. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.* Iis autem quorū ſpiritus victor in hac pugna euadit, magnū brabium propoſitum eſt nempe vita æterna. *Si,* inquit Paulus, Rom. 8.13. *actiones carnis mortificaueritis, ſpiritu viuetis.* De horum diuerſis ſtudiis, fructibus & operibus, vide Paulum Gal. 5.19.

Tertium diſsidium in ſanctis eſt conſcientię & fidei. Conſcientia hominis pij ſæpiſsimè turbatur, vt eſt tenera & formiduloſa. Nunc enim E ſententia legis damnatoria eam moleſtat, ſentit enim peccatum in ſe non prorſus extinctū eſſe, nunc pullulantes praui affectus eam commouent, nūc calamitates, quibus expoſiti ſunt ſancti, conſcientiam inquietam reddunt, nunc dubitationes horrendæ concutiunt, adeo vt ſæpè ſuccumbere etiam in ſanctiſsimis videatur.

Verùm huic cōſcientiæ ita turbatæ & formiduloſæ opponit ſe fides, nō vt hoſtis, ſed vt amica, cupiens infirmitati conſcientiæ mederi. Pec-F cato itaq; opponit fides λύτρον & victimam Chriſti, & hanc ſententiam inter alias ipſi inculcat: 1. Ioh. 1.7. *Sanguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato.* Legis dānatoriæ ſentētiæ opponit fides dictum Pauli, Rom. 8 1. *Nulla eſt condemnatio iis, qui ſunt in Chriſto Ieſu.* Irę Dei opponit benedictionē in Chriſto promiſſam. Pullulantibus affectibus opponit ſpiritum, quo affectus praui reprimuntur & cohercētur, vt nocere non poſsint iis, qui nō ſunt ſub Lege, ſed ſub gratia, & qui nō ſecun-G dùm carnē ambulát, ſed ſecūdùm ſpiritū. Calamitatib. pręſentis vitę opponit fides neceſsitatē cōformitatis ſanctorū cum capite ſuo Chriſto.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Dubitationibus incidentibus opponit veritatē A Dei infallibilem, ſeu demonſtrationem ſpiritus & potentiæ. Breuiter, Spiritus Sanctus quo donantur credētes, perſuadet nobis & obſignat in cordibus noſtris, quòd ſimus filij Dei, quibus omnia cooperātur in bonum, quòd habeamus pacem cum Deo per Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum. Hanc pacem quum viuo fidei ſenſu ſentit conſcientia, tranquilla redditur, & excitatur in corde hominis inenarrabilis lætitia. Vt enim Spiritus Sanctus eſt ſubſtantialis amor & B lætitia coæterna inter Patrem & Filium: ita mittitur in corda credentium, vt amorem & lætitiā acquieſcentem in Deo in iis accendat. De hac lætitia conſcientiæ loquitur Syrach cùm ait 30. 16. *Non eſt oblectamentum ſupra cordis gaudium*: & Salomon Prou. 15. 15. *Secura mens quaſi iuge conuiugium.* Hoc modo conſcientia pacata ſpiritu roboris in vera inuocatione confirmatur, quo ſpiritu animus pij hominis redditur inuictus, adeo vt contra omnia aduerſa fortiter ſe oppo- C nat, 2. Timoth. 1.

Libertas voluntatis diſcreta eſt à libertate perſonæ. Hanc, vt rectè intelligamus, tria ordine nobis explicanda & perpendenda ſunt. Primum, quid voluntas ipſa ſit, quæq; eius actiones. Secundum, quæ ſeruitus voluntatis, & vnde ea ſit. Tertium, quæ voluntatis libertas, & eius libertatis cauſæ.

DE PRIMO.

D Cùm de volūtate agitur, accuratè diſtinguendum eſt inter ſubſtantiam ipſam voluntatis, & habitum eiuſdem. Quantum ad ſubſtātiam attinet, eſt bona Dei creatura, nullis laudibus ſatis deprædicanda. Accipitur autē voluntas communiter & propriè. Communiter voluntas eſt naturalis facultas, qua aut appetitur quod placet, aut declinatur quod diſplicet, & hac ratione eſt duplex voluntas, ſenſualis & rationalis. Prior illa etiam in infantibus eſt, quæ non extra E ſenſus extenditur, hoc eſt, non erigitur ſupra eū motum qui de corporis ſenſibus naſcitur. Infantes enim ſæpè videndo, audiendo, odorando, guſtando, tangendo oſtendunt ſe aliquid velle, aliquid nolle, & ea quibus delectātur amant, & ea quibus offenduntur oderunt. Quid autem aliud eſt amare, niſi velle & volendo adhærere? quid odiſſe, niſi nolle, & nolēdo auerti? Propriè accepta voluntas eſt facultas ſeu vis animi, naturalis, qua bonum expetere, & malum auerſa- F ri poſſumus duce ratione. Horum prius, videlicet bonum expetere, ἐπιθυμητικῷ, id eſt, vi concupiſcibili: Poſterius θυμοειδῆ ſubiiciunt. Actio autem voluntatis Græcis προαίρεσις dicitur, quam vt pręcedat τὸ λογιστικὸν, hoc eſt, ratio, inquiſitio & conſultatio, neceſſe eſt. Eſt autem προαίρεσις voluntatis actio talis, qua pluribus propoſitis alia eliguntur, alia declinantur ex rationis arbitrio. Hinc ſequitur, quòd actiones voluntatis ſint duæ, videlicet eligere, hoc eſt, velle; & auerſari, G hoc eſt, nolle. Velle enim eſt actio voluntatis ſuum bonum eligentis. Nolle eſt auerſio voluntatis ſuum malum auerſantis. Sunt autem hæ actiones ita contrariæ, vt ſimul ſtarę non poſſint, ſed vna poſita alterá remoueri neceſſe ſit. Fieri enim non poteſt, vt idem velim & nolim ſimul eodem tempore, etſi diuerſis temporibus hæ actiones commutari poſſunt. Harum cōtrariarum actionum priuatio eſt, cùm voluntas ocioſa neutram in partem inclinat, vt non nolle.

Porrò hæc voluntas, vt eſt naturalis facultas ſimplex, quemadmodū eam iam definiuimus, qualitatem in ſe nullam habet, ſed talis omnino ſit, quale eſt illud quod amplectitur. Si bonum, bona: contrà vero ſi malum, mala. Voluntas enim ex fine rei cuiuſq; eſt penſanda. Ideo Damaſcenus in hunc modum diſtinguit inter volūtatem naturæ & perſonę, vt facultas ipſa ſimplex volendi naturæ ſit, ſed variis modis velle perſonæ ſit. Vnde Chryſoſtomus: *Voluntas inſita eſt nobis & innata, & eſt à Deo. Huius autem vel illius rei voluntas noſtra eſt & noſtri iudicij, hoc eſt, non naturæ ſed perſonæ.* Illa Græcis θέλησις, hæc βόλησις dicitur. Neq; prætereundum eſt, cur Deus hanc facultatem homini attribuerit, nimirum ideo, vt ad finem ſuum rectâ feratur, hoc eſt, bonum adipiſcatur, cui amando adhæreat, & in quo ſolo acquieſcat amore. Eſt enim optima & præſtantiſsima actio volūtatis in amore poſita, qui amor deſiderium habet coniungendi & fruendi re chara, nunc autem cùm nihil deſiderium hominis implere poterit niſi ſummum bonum quod eſt Deus, ſequitur in cognitione & fruitione Dei qui eſt ſummum bonum, præſtantiſſimam eſſe poſitam actionē volūtatis, ad quam & homo conditus eſt & redemptus. Finis proinde voluntatis eſt, vt in ſolo Deo acquieſcat, vt in ſummo bono, in quo & finis totius hominis eſt poſitus.

DE SECVNDO.

Quoniam autē perſonæ voluntas variat quò ad ſeruitutem & libertatem pro varietate ſtatus hominis, & duplex eſt ſtatus hominis: Vnus ſub peccato ante regenerationē: Alter ſub gratia poſt regenerationē: Sciendum eſt, quòd voluntas hominis planè ſit ſerua, donec totus homo ſeruus peccati manet. Nam cùm homo ante regenerationem ſit impius, inimicus Deo, ſeruus peccati, vt qui ducatur ſenſu carnis, & non intelligat quæ ſunt Spiritus Dei: Non dubium eſt, quin volūtas perſonæ non iuſtificatę, quantum ad negotiū ſalutis attinet, ſit mala, hoc eſt impia, aduerſa Deo, ſerua peccati, tametſi liberè agit & non coactè. Nam ſponte ſua mala præ bonis eligit. Loco enim rectæ rationis quam vt ducem ſequi deberet, ſex habet amentes conſiliarios, quorum cōſiliis regitur. horum quatuor domeſtici ſunt, duo externi, de quibus breuiter dicemus.

Primus hominis non renati conſiliarius domeſticus caro dicitur. Eſt autem caro hoc loco corruptæ naturæ vitioſitas, videlicet peccatum originis, quod naturæ dicitur. *Quod natum eſt*, ait Dominus, Iohan. 3. 6. *ex carne, caro eſt*, hoc eſt, cor-

ruptum,

ruptum, pollutum, peruerſum. Suggerit igitur hic conſiliarius talia conſilia, qualis ipſe eſt, hoc eſt, quæ faciunt ad corruptionem, pollutionem & peruerſionem hominis. Quicunque ergo his conſiliis obtemperat, ſciat ſibi mortem mercedis loco repoſitam eſſe. Ita enim Paulus ait, Rom. 8.5. *Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: φρόνημα enim carnis, mors eſt.*

Secundus hominis non renati conſiliarius domeſticus, nominatur à Paulo concupiſcentia carnis, qua ſcilicet caro, hoc eſt, peccatum originis efficax eſt ad producẽdos fructus, indolem radicis referentes, hoc eſt, peſsimos. Huius conſiliarij vires, hoc eſt, cõſilia peſsima omnes mortales in ſe experiuntur, quibus non renati ſponte ſe ſubiiciunt. Cùm huic conſiliario homo obtemperat, dominium manet penes carnem, & peccatũ in homine regnare dicitur, iuxta illud Pauli Rom. 6.12. *Ne regnet peccatum in mortali veſtro corpore vt obediatis ei in cõcupiſcentiis eius.* Regnum igitur peccati eſt, quando homo eius conſiliis ita obtemperat, vt quocunque ſuadet concupiſcentia, promptus feratur.

Tertius hominis non renati conſiliarius domeſticus *Διάνοια* carnis dicitur, hoc eſt, cogitatio excitata à concupiſcentia carnis, ratiocinans & diſputans de expetendis & fugiendis. Verùm quia non renatorum *Διάνοια* iuxta Paulum cœca eſt, non poteſt niſi de tenebris conſilia dare. Ideo Paulus ait Rom. 1.21. *Vani facti ſunt, & obtenebratũ eſt deſipiens cor eorum, qui cùm ſe profiterentur ſapientes eſſe, ſtulti facti ſunt.* Et in cãtico virginis, Luc. 1.51. *Diſperſit ſuperbos Διανοίᾳ cordis ipſorum.*

Quartus hominis non renati conſiliarius domeſticus eſt voluntas illa carnis, quam philoſophi imperatricem & reginam nominant. Hæc conſilio & ratiocinationi cœcæ intelligẽtiæ obtẽperat, & ſponte imperio carnis ſe ſubiicit, eiq́; ſeruit, vnde & ſerua manet, tametſi liberè & ſpõtè carni, hoc eſt, peccato ſeruit. Verùm quia quemadmodum equus motu habenarum huc illuc flectitur: ita nerui in homine ad volũtatis impetum flectuntur ad ea quæ ipſa vult, fit vt internæ & externę vires hominis voluntati obtemperent, eiusq́; imperata facere ſatagant. Tametſi autem ratio interdum igniculis honeſti in natura relictis incenſa, ad meliora ſuadet: tamen voluntas ipſa impetu carnis impulſa cõcupiſcentiis inflammata & ratiocinatione carnis confirmata abripitur, non ſecus atque nauicula ab aduerſis vndis renitẽte remige propellitur.

Quintus hominis non renati cõſiliarius qui eſt primus inter externos, eſt αἰῶν τοῦ κόσμου τούτου, vt Paulus loquitur, Epheſ. 4.2. hoc eſt, ſeculũ mundi huius, id eſt, mundi peruerſi mores, infinita ſcandala & innumerabilia omnium ſcelerum exempla. Hi mores mundi peruerſi, hæc ſcandala, hæc impietatis & ſcelerum exempla ſunt veluti pabulum omnis nequitiæ & iniquitatis in mundo, quo multi etiam inter eos, qui decreuerunt Deum timere, veluti ſaginati ferociunt, & contra Deum petulantiùs inſurgunt.

Sextus hominis non renati conſiliarius & ſecundus inter externos eſt princeps huius aeris, vt Paulus ipſum nominat Eph. 2.2, hoc eſt, Diabolus. Hic enim, vt hiſtoria de Iuda teſtatur, Luc. 22.3. intrat in corda hominum, atq́; eos ad varia flagitia hortatur & impellit, vt hoc modo vel deſtruat, vel ſaltem turbet Chriſti regnum.

Cùm horum conſiliariorum quibus reguntur homines non renati, conditiones & conſilia rectè perpendimus, facile eſt iudicare quid ſit iudicandum de Libero arbitrio, quod Philoſophi omnes & multi Theologi veteres ſupra modum extollunt. Et quanquam in ſcripturis non nominatur Liberum arbitrium: tamen non negandum eſt ex ſcripturis ſtatui poſſe. Verùm vt auditoribus in hac re etiam ſeruiam, quid ſit liberum arbitrium, & quid ſit de eo ſtatuendum, breuiter exponam.

Liberum itaque Arbitrium, vt ſimplicisſimè definiam, eſt libera facultas inclinandæ voluntatis huc illuc pro arbitrio. Vt enim liberum voluntatem: ita arbitrium rationem reſpicit. Nam vtrunque, vt ſuprà oſtendimus, in voluntate λογικῇ concurrit. Verùm liberum non ſemper eodem modo accipitur. Aliàs enim opponitur coacto, aliàs ſeruo. Si coacto opponitur, nemo inficiabitur liberum arbitriũ, niſi ſimul tollet voluntatem. Coacta enim voluntas nulla. Hoc modo Eraſmum accepiſſe vocabulum *Liberum* in hac diſputatione conſentaneum eſt. At ſi ſeruo opponitur liberum, nõ dubium eſt quin ſerua ſit voluntas, donec perſona manet in peccatis ſuis, & concupiſcentiis corporis obtemperat regnante in ſe peccato, quis non negabit liberum arbitrium, qui cum ſcripturis loqui & ſentire velit? Lutherus igitur quando conuellit liberum arbitrium, eos ſolos oppugnat, qui eam facultatem homini tribuunt, qua homo nondum afflatus Spiritu filiorum Dei & cognoſcere & velle & facere diuina opera Deoq́; accepta poſsit. Quorum ſententiam tum demum vaniſsimam eſſe deprehendemus, cùm ex ſcripturis ea æſtimemus, ex quibus opera diuina Deoq́ue grata pendeant. Sunt autem tria, ex quibus opera cultus dependent, nimirum cognitio, appetitus, & facultas efficiendi.

De notitia Paulus loquitur, cùm ait 1. Corin. 2.14. *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Imo ne poteſt quidem: ſtulticia enim illi ſunt.* Item Rom. 3.12. *Non eſt intelligens ne vnus quidem.* Item Epheſ. 4.17. *Gentes ambulant in vanitate mentis ſuæ, excœcati intelligentia, alienati à vita Dei propter ignorantiam quæ in ipſis eſt.* De appetitu Moſes loquitur Geneſ. 6.3. *Non rixabitur,* ait Dominus, *ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Item Geneſ. 6.5. *Vidit Deus, quòd multa eſſet hominum malitia, & omne figmentum cogitationum cordis eius totum ad malum omnibus diebus:* Item, *Figmentum humani cordis malum eſt ab infantia.* Et Paulus Gal. 5.17. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.*

De facultate efficiendi ipſa veritas ait, Ioh. 15.5. *Sine me nihil poteſtis facere.* Et Paulus Rom. 3.12. *Omnes ſimul inutiles facti ſunt.* Cùm ergo videmus in homine nõ renato, nec eſſe iudicium

A

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

rectum nec appetitum bonum (appetitus enim bonus à recto pendet iudicio) nec vires efficiendi opera diuina, quis non videt liberum arbitrium, (cùm ſeruo opponitur) planè nullum eſſe in non renatis? Etſi enim voluntas liberrimè alia vult, alia non vult: tamen ſerua eſt, quia ſponte ſua ſeruit peccato & eorum conſiliariorum arbitrio regitur, quos commemorauimus. Tametſi autem in ſeruitutis ſtatu quo ad opera ciuilia, & quantum ad externam diſciplinam attinet, non negamus homini eſſe liberum arbitrium quod naturale dicitur: Ea enim opera & naturali noſtræ notitiæ ſubiecta ſunt, & ea liberè appetimus, & vires non ſuperant: tamen longè aliter ſe res habet, cùm de operibus cultus agitur, quemadmodum clare à nobis demonſtratum eſt. Sciamus ergo arbitrium & liberum & ſeruum rectè dici etiam in non renatis. Liberum quidem, quatenus voluntas ſemper poteſt velle & nolle, idq́ue liberrimè pro arbitrio. Seruum verò, quatenus ea vult quæ ſuadent illi amentes conſiliarij, de quibus diximus. Hi enim rationis interdum non peſsimum conſilium peruertunt, & ſeducunt rationem. Eſt ſiquidem duplex rationis error. Aut enim latet nos, quid ſit iuſtum & iniuſtum in rebus agendis, aut ſi id etiam quod iuſtum eſt, aliquo modo cernitur: tamen in conferendis & iudicandis rationibus, cupiditas ipſa ad imbecillius argumentum ſe adiungit, ex quo fit vt firmior ratio neglecta deſeratur. Vt in Medea quæ ait: *Laudo meliora proboq́; deteriora ſequor.*

DE TERTIO.

Tertium quod propoſuimus, erat de voluntatis libertate in renatis & iuſtificatis, & de eius cauſis. Vt autem rectè & ſine errore intelligamus, quomodo voluntas ex ſerua fiat libera in ipſa conuerſione hominis ad Deum, quædam explicanda ſunt quæ ordinis quadam neceſsitate ita cohærent, vt intelligi non poſsint, niſi ſimul aſpiciantur & conſiderentur. Sunt autem hæc: paraſceue conuerſionis, conuerſio ipſa, quomodo ſe habeat voluntas in conuerſione, qualis ſit voluntas in renatis, qualeq́ue liberum arbitrium renatorum.

Paraſceue conuerſionis eſt, ſine qua conuerſio fieri non poteſt. Eſt enim præparatio quædam neceſſariò præcedens ſalutarem conuerſionem. Complectitur enim ea, ſine quibus fides, per quam fit conuerſio, concipi non poteſt. Sunt autem huius paraſceues (vt ſimplicisſimè dicamus, captui populari ſermonem accommodantes) partes quatuor, quas ordine proſequemur.

Prima pars eſt peccati cognitio, quam ex Lege Dei conſequimur. Ita enim Paulus ait, Rom. 3.10. *Per Legem eſt cognitio peccati*. Lex enim Dei regula eſt, ad quam actiones hominis interiores & exteriores examinãdæ & probandæ ſunt. Ex quo fit, vt facilè iudicemus, quid ſit iuſtum, quid iniuſtum. Iuſtum enim eſt, quod Lex vult à nobis fieri. Contrà verò iniuſtum, quod vult

A à nobis caueri. Quidquid ergo vel eſt in nobis, vel fit à nobis non congruens cum regula, iniuſtum eſt, & quia iniuſtum, peccatum eſt, quo Deus horribiliter offenditur. Ad hanc ergo regulam quilibet ſua facta examinet, vt ex ea concludere poſsit de ſuis operibus, peccatáne ſint annon.

Verùm ne quis in hoc operum ſuorum examine flectat regulam iniquiùs, eamq́ue ſuis factis perperam accommodet, quemadmodum
B hypocritæ ſemper facere conſueuerunt, de duabus rebus admonebimur, quarum prima hæc eſt: vt Lex Dei amorem Dei, & dilectionẽ proximi requirit: ita quidquid vel Dei amori, vel proximi dilectioni aduerſatur, ſiue expreſſum verbis Legis ſit, ſiue non, damnatur Legis ſentẽtia, hoc eſt, Dei. Nam vniuerſa Lex hiſce duobus capitibus continetur: *Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex toto robore tuo: & dilige proximum tuum vt teipſum*. Se-
C cunda, Lex eſt ſpiritualis, vt quæ requirat puram, perfectam, perpetuam & ſpiritualem obedientiam. Ex vtraque re promptum eſt intelligere, quòd nullus mortaliũ legem implere poſſit. Sunt enim conditiones hominis, naturę Legis planè contrarię, quemadmodum Paulus docet, Rom. 7.14. & ſe exempli gratia poſuit. *Lex*, inquit, *eſt ſpiritualis, ego autem carnalis, venundatus ſub peccatum*. Hinc ergo concludat vnuſquiſque apud ſeſe, quòd verè ſit reus coram tribunali
D Dei, quodq́ue non poſsit vllam obedientiam Deo præſtare iuxta Legem, priuſquam regenitus fuerit per fidem Chriſti. Siquidem & mens & conſcientia ipſius polluta eſt, & ipſe reprobus ad omne bonum opus.

Secunda pars huius paraſceues excipit primã, & eſt ſenſus iræ Dei in corde hominis propter peccatum. Nam quoties cogitamus peccatum, ſimul cogitare oportet & de ira Dei, cui homo propter peccatum ſuum ſubiectus eſt: &
E de pœnis, ad quas obligatus eſt homo propter peccatum, donec fiat remiſsio. Hic ſenſus iræ Dei accenditur magis harum rerum cogitatione. Primùm ſi cogitetur lex in Paradiſo lata: Geneſ. 2.17. *Quando comederis de arbore iſta, morte morieris.* Hîc minatur Deus toti Adamo, hoc eſt, non ſolummodò perſonæ Adæ, verùm etiam naturæ, cuius omnes participes ſumus, qui ab Adam originem duximus. Ex quo fit, vt eadem damnatio in quam Adam incidit propter pec-
F catum, nos quoque maneat, quemadmodum Paulus copioſè docet ad Rom. 5. Cùm igitur hanc legem cogitamus in Paradiſo latam nos reos peragentem, accenditur in nobis ſenſus iræ diuinæ. Deinde ſi cogitetur ſententia Legis, quam Deus appoſuit ſuę Legi, vt eius autoritatem ſtabiliret, videlicet, Deuteron. 27.26. *Maledictus omnis qui non fecerit omnia quæ ſcripta ſunt in libro Legis*. Hæc maledictio, vt ex iuſta ira Dei prouenit: ita omnes æternis ſuppliciis ſubiicit,
G qui ab ea non liberantur per mortem Chriſti. In hac cogitatione magis etiam accenditur ſenſus iræ Dei in cordibus, adeo vt multos in deſperationem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſperationem adigat, vt Cain, Iudam, Saül, &c. Adhæc ſi cogitetur Chirographum Dei in cordibus noſtris manu Dei exaratum, quod & de peccato noſtro, & de pœnis, quibus propter peccatum obnoxij ſumus, nos admonet. Hoc Chirographum eſt propria hominis conſcientia, quæ teſtatur de vtraque ſententia, videlicet lata in Paradiſo ac poſtea repetita in monte per Moſis miniſterium. Quotieſcunque igitur ſentimus conſcientiæ morſum propter peccatum, ſciamus Deum hoc ſuo teſtimonio nos admonere de futuro iudicio & de pœnis æternis, quæ debentur peccatoribus, niſi ante mortem reconcilientur Deo per Chriſtum. Poſtremò ſi intuemur ſigna teſtantia de ira Dei, quæ ſunt duplicia: aut enim puniunt ſimul & teſtantur de ira Dei, cuius generis ſunt peſtis, fames, bella, inuſitatæ tempeſtates, &c. Hiſce enim plagis alij tolluntur è medio in teſtimonium iræ diuinæ, aliis parcitur, vt vel agant pœnitentiam, vel admoneantur de æternis pœnis, quę ipſis propter peccata imminent: aut ſignificant peccatoribus pœnas imminere. Huius generis ſunt omnia quæ inuſitatè in cœlo, in aere, in aquis & in terra conſpiciuntur. Cùm huiuſmodi ſigna minãtia apparent, Deus nos de duabus rebus admonet, videlicet de peccato noſtro, eiuſdemque iuſta pœna, & de iuſtitia Dei, eiuſdemque miſericordia. De iuſtitia quidem, qua nos vult punire, niſi reſipiſcamus: de miſericordia verò, qua nobis vult parcere, modò ſeriò egerimus pœnitentiam.

Tertia pars paraſceues ad ſalutarem conuerſionem eſt verus dolor ob peccatum, quo & dolemus nos peccaſſe, & peccata perpetrata abominamur. Etſi autẽ hic dolor, ex agnitione peccati, ex ſenſu iræ Dei, & ex metu imminentium pœnarum naſcitur: tamen mirum in modum creſcit & augetur, ſi cogites aduerſarium Dei diabolum gaudere ſuper tui perditione: Si cogites, quantum mali tibi theſaurizes peccandi cõſuetudine: Si cogites peccati turpitudinem, qua & aboletur Dei imago, & ſuccedit imago diaboli, & ſi cogites ſanctos Dei angelos cuſtodes tuos fœditate peccati offenſos te deſerere.

Quarta pars iuſtæ paraſceues ad fidem, qua conuertuntur homines ad Deum, eſt vera Chriſti cognitio, quam per Euangelij notitiam conſequimur. Euangelium enim docet, quis ſit Chriſtus, cur venerit in mundum, quomodo affectus ſit erga miſeros peccatores, qui ad ipſum veniunt, & quòd neminem à ſua gratia excludat. Eſt verus Deus, & verus homo, potens & φιλάνθρωπος, venit in mundum vt peccatores ſaluos faceret, vocat omnes ad ſe: Matth. 11. 28. *Venite*, inquit, *qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Qui videt Filium* (id eſt, qui agnoſcit Filium eſſe ſaluatorem mundi) *& credit in eum, habebit vitam æternam, & ego ſuſcitabo eum in nouiſsimo die.* Hactenus ſit dictum de paraſceue conuerſionis.

Hanc paraſceuen excipit conuerſio hominis ad Deum per fidem in Ieſum Chriſtum. Nam

A cùm cogitas de tua & præſenti & futura miſeria propter peccatum quo Deum offenderas, pertimeſcis metu futuri iudicij, ſentis inferni dolores in corde tuo, ac deſperabundus trepidas. At cùm vertis te ad promiſsionem Euangelij de gratuita miſericordia in Chriſto omnibus quantumuis enormibus peccatoribus propoſita, aſpiras paulatim ad fruendum illo bono, & ſimul in hoc voto per Spiritum Sanctum accenditur fides, qua ſponte recumbis in pro-
B miſsionem Euangelij, adeo vt iam ſtatuas peccatum tibi remiſſum eſſe propter Chriſtum, qui affirmat ſe in mundum veniſſe ad vocandum peccatores ad pœnitentiam, Matt. 9. 13. Hîc Spiritus Sanctus efficaciûs ſentitur, per quem reſponſum in corde tuo accipis, cùm ipſe ſpiritui tuo perſuadet, te eſſe in gratia, & adoptione filium Dei in Chriſto factum. Hinc ergo clarè intelligitur, quòd conuerſio hominis quæ μετάνοια dicitur ab Euangeliſtis & apoſtolis, ſit velu-
C ti tranſitus quidam à deſperatione propter peccatum ad ſalutis fiduciam propter Chriſtum, id quod etiam vſitata pœnitẽtiæ definitio vult, cum dicitur: Pœnitentia eſt conuerſio hominis ad Deum per fidem in Ieſum Chriſtum. Hęc ſi rectè perpenditur, clariſsimè intelligi poteſt, quòd contritio, quam vocant, ſit pars pœnitentiæ, id eſt, conuerſionis, neceſſariò præcedens fidem, vt Chriſtus ipſe docet Matth. 21. 32. & confirmatur exemplis plurimis. Hæc pars
D pœnitẽtiæ cùm temperatur fide, fit ſacrificium Deo gratiſsimum, iuxta illud Dauidis, Pſalm. 51. 19. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*: Fides autem ipſa (quæ ſecunda pars pœnitentiæ dicitur) per quam fit conuerſio, eſt ingens cordis eluctantis è deſperatione deſiderium, quo homo expetit participem fieri miſericordiæ omnibus in Chriſto oblatæ, atque adeo firma fiducia in Chriſtum, quòd velit ex gratia remittere
E peccatum & ſaluare credentem abſque omnibus humanis meritis & operibus. Qui autem ita credit, totum Chriſtum poſsidet cum omnibus ſuis beneficiis. Habet ergo remiſsionem peccatorum merito mortis Chriſti: eſt iuſtus imputatione iuſtitiæ Chriſti: eſt reconciliatus Deo interceſsione Chriſti: eſt adoptatus in filium Dei in Chriſto, cuius membrum eſt: eſt denique vera libertate donatus per eundem Chriſtum, iuxta dictum: *Si Filius vos liberauerit,*
F *verè liberi eritis.* Quoniam autem hanc fidem, per quam fit conuerſio, neceſſariò comitatur noua obedientia, tertia pars pœnitentiæ rectè dicitur. Fieri enim non poteſt, quin qui iam effecti ſunt filij Dei per fidem, ducantur Spiritu Dei, qui in eis excitat nouos motus congruentes cum lege & voluntate Dei. Ex his promptum eſt intelligere, cur Philippus fideliſsimus Eccleſiæ doctor, tres Pœnitentiæ, hoc eſt, conuerſionis partes faciat, nimirũ ideo, quia quem-
G admodum cõtritio neceſſariò antecedit fidem, quæ fides eſt formalis (vt ita dicam) conuerſionis pars: ita neceſſariò fidem comitatur no-

ua obedientia, vt fructus arborem. Teſtatur enim noua obedientia de fide: vbi enim noua obedientia non eſt, ibi neque fidem eſſe neceſſe eſt. Cùm has partes pœnitentiæ numerauit Philippus, habuit reſpectum ordinis earum ad finem, qui eſt in Chriſtum inſeri, & in Chriſto manere, & tandem per ipſum ſalutem conſequi. In Chriſtum non inſerimur niſi per fidem, at dolor ob peccatum eſt tranſitus quidam ad fidem, quemadmodum oſtendimus. In Chriſto denique manere & perſeuerare, donec in ſalutis portum deducamur, nemo poterit ſine noua obedientia. *Nam ſi ſecundùm carnem*, vt Paulus ait, Rom. 8. 13. *vixeritis, moriemini: at ſi ſpiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis*. Rectiſsimè proinde partes Pœnitentiæ numerantur contritio, fides, noua obedientia.

Hîc quæri cœptum eſt, non tam ſtudio gloriæ Dei, quàm zelo contentionis, quomodo ſe voluntas hominis habeat in conuerſione, actiuéne an paſsiuè. Alij enim aliud hîc ſtatuunt. Qui dicunt voluntatem actiuè concurrere, putantur ab aliis nimium tribuere humanis viribus. Contrà verò qui affirmant voluntatem paſſiuè concurrere, iudicãtur à ſuis aduerſariis ex homine truncum facere, & quòd Deus hominem inuitum ſeruet.

Sed quid in hac diuerſitate opinionum ſentiendum eſt? Melanchthon tria vt neceſſaria requirit ad conuerſionem, videlicet verbum, Spiritum Sanctum & voluntatem hominis. Sed quid hîc faciunt ingrati diſcipuli? Synergiſtam vocant, & hoc dogma tanquam hæreticum conuellunt, quaſi verò Philippus, cùm Spiritum Sanctum nominat, ocioſum fingeret, & non potiùs efficacem in mente & in corde, ad illuſtrandam mentem & innouandam voluntatem. Etſi autem fatendum eſt, quòd animus hominis, dum illuminatur, præparatur, immutatur, & diſponitur, paſsiuè ſe habeat: tamen quoad aſenſum, voluntas docta verbo & reformata per Spiritum Sanctum, actiuè etiam concurrit, idque ſponte & magno profectò deſiderio, alioqui voluntas non eſſet voluntas. Deinde quid eſſet magis ridiculum, quàm doctrina, promiſſionibus, hortationibus & comminationibus inuitare homines ad pœnitentiam, ſi voluntas aſſentiri non poſſet? Profectò Deus fruſtra miniſterium Euangelij ordinaſſet, fruſtra clamaret Filius: *Venite ad me omnes, &c.* Et iniuſtè Spiritus Sanctus per miniſterium reprehenderet contumaces, nolentes credere. *Quoties*, ait Filius Matt. 23. 37. *volui te congregare, vt gallina congregat pullos ſuos, & noluiſti?* Et Propheta Eſa. 65. 2. *Expandi manum ad populum contumacem & contradicentem mihi*. Et Stephanus in Actis Apoſtolicis 7. 51. exprobrat Iudæis, quòd ſemper reſtiterint Spiritui Sancto. Nec aliud vult Propheta Ieremias, cùm ait cap. 31. 18: *Caſtigaſti me Domine & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus. conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Poſtquam enim conuertiſti me, egi pœnitentiam. Et poſtquam oſtendiſti mihi, percuſsi femur meum.* Annon hoc te-

A ſtimonium clarè teſtatur & de actione Dei in ſaluatione hominis & de aſſentione voluntatis humanæ? Ezechiel 18. 30. *Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proiicite à vobis omnes iniquitates veſtras, quibus præuaricati eſtis.* Annon hîc Propheta ſimiliter requirit voluntatis aſſenſum? Idem ait ibid. verſ. 31. *Facite vobis cor nouum & Spiritum nouum.* Et rurſus, Ezech. 36. 26. *Auferam cor lapideum de carne eorum, & tribuam eis*
B *cor carneum.* Item: *Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri.* Cùm hic Propheta primùm iubet, vt homines faciant ſibi cor nouum & ſpiritum nouum, & deinde dicit in perſona Dei, dabo vobis cor nouum & ſpirirum nouum, annon manifeſta ἀντιλογία videtur, niſi neutrum dictum excluſiuè accipiamus? Deus quidem dat cor nouum, ſed volun-
C tatis humanæ aſſenſum poſtulat. Homo facit ſibi cor nouum, dum voluntate ſua manui Dei creanti cor nouum cedit, & Spiritui Sancto aſſentitur. Annon ergo hæc teſtimonia idem planè docent, quod Philippus piè ex illis extruxit, nimirum requiri ad conuerſionem hominis verbum Dei docentis & promittentis Spiritum Sanctum innouantem corda: & voluntatem hominis non reluctantem Spiritui Sancto, ſed liberè ei aſſentientem? Auguſtinus con-
D ferens inter ſe Nabugodonoſor & Pharaonem ita ſcribit: *Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo reges, quantum ad cauſam, ambo populum Dei captiuum poſsidebant, quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit diuerſos? niſi quòd vnus manum Dei ſentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit. Alter libero contra miſericordiſsimam Dei voluntatem pugnauit arbitrio.* Teſtimonia proinde, quæ partes aduerſariæ pro ſe adferunt, confe-
E renda ſunt cum tertio teſtimoniorum genere, quibus & Deo ſoli tribuitur ſaluationis gloria, & homini relinquitur voluntatis non coacta, ſed libera aſſentio. ex quo intelligitur, quòd neutra teſtimonia ſunt prorſus excluſiuè accipienda. Ea enim teſtimonia, quæ omnia Deo tribuunt, ſunt accipienda de cauſa ſaluationis hominis: ita tamen quòd Deus poſtulet nihilominus voluntatis humanæ aſſenſum. Rurſus quæ homini videntur omnia tribuere, ta-
F men reſtringenda ſunt ad aſſentionem voluntatis illuſtratæ, & innouatæ per Spiritum Sanctum.

Iam non obſcurum erit definire, qualiſnam ſit voluntas in renatis, videlicet reformata manu Dei, non quidem ſubſtantia, ſed qualitate noua & promptiſsima, vt & velit quæ Deo grata ſunt, & nolit quæ Deo diſplicent: Nam cùm Paulus dicit ad Romanos, capite 7. verſ. 22. *Condelector Legi Dei ſecundùm interiorem hominem.*
G ſignificat ſuam voluntatem iam planè & promptiſsimè velle quæ Deus vult, hoc eſt, quæ Deus ſua Lege mandat, & nolle quæ prohibet.

Huiuſ-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Huiuſmodi voluntatem precatur Dauid, cùm A
ait: Pſal. 51. 12. *Cor mundum crea in me Deus*, hoc eſt,
ex lapideo carneum, ex malo bonum, ex con-
tumaci obediens, ex peruerſo rectum effice. Et
in eodem Pſalmo, verſ. 14. voluntatem renati,
principi confert, cùm eam ſpiritum ἡγεμονικὸν
nominat, vt qui imperet Deo placentia & ho-
mini ſalutaria, regatque & gubernet nos in om-
ni vita noſtra, actionibus & cruce, vt Deo obe-
diamus, & nō ſinamus vitia in nobis dominari.

Cæterum vt homo in ſtatu ſeruitutis ſuos B
ſex conſiliarios, quemadmodum expoſuimus,
habet: ita homo in ſtatu libertatis, habet etiam
ſex conſiliarios, ſuperioribus omnino contra-
rios, de quibus ordine dicemus.

Primus conſiliarius hominis renati eſt ſpiri-
tus, qui ſe carnis, id eſt, primi conſiliarij homi-
nis non renati conſiliis opponit. Eſt autem hic
ſpiritus motus in anima hominis renati, quem
excitat Spiritus Sanctus in credentium cordi-
bus: & eſt fons omnium piarum actionum in C
hominibus. Vt enim quod natum eſt ex carne,
caro eſt: ita quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus
eſt, hoc eſt, integrum, rectum, ſanctum, ſyncerū.

Secundus cōſiliarius hominis renati eſt con-
cupiſcentia ſpiritus, quæ in piis ſolummodò &
conuerſis locum habet. Quomodo autem hæc
ſe opponat concupiſcentiæ carnis, quam ſecun
do loco poſuimus inter conſiliarios malos, o-
ſtendit Paulus ad Galat. 5. 17. cùm ait: *Caro con-
cupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus car-* D
nem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur. Quid
autem hęc ſpiritus cōcupiſcentia ſuadeat, quæ-
que ſint eius conſilia, Paulus in eodem capite,
verſ. 22. exponit, cùm ait: *Fructus ſpiritus eſt cha-
ritas, pax, lenitas, benignitas, fides, manſuetudo, tem-
perantia.*

Tertius conſiliarius bonus eſt διάνοια ſpiri-
tus, quæ opponitur διανοίᾳ carnis tertio non re-
nati conſiliario. Hæc διάνοια ſpiritus principia
ſuæ ratiocinationis & conſultationis habet o- E
racula diuina, à quibus nec concludendo nec
agendo diſcedit. Hinc Dauid: *Teſtimonia tua vi-
ri conſiliarij mei.* Pſal. 119. 24. Ex his enim quid
credendum, quid faciendum, quid omittendū,
quid ſperandum, quidque ferendum, conclu-
dit firmiſsimis demonſtrationibus, & tanquam
amuſsi quadam diuina & infallibili omnia me-
titur. Nihil enim aggreditur fidelis homo priuſ-
quam audiuerit hanc vocem: *Hæc dicit Dominus
Zebaoth*: Ex quo fit, vt hæc Spiritus διάνοια acu- F
tum cernat, cùm interim διάνοια carnis in nego-
tiis ad ſalutem ſpectantibus prorſus ſit cœca.

Quartus conſiliarius bonus eſt voluntas ſpi-
ritus, qui à Dauide, vt diximus, ſpiritus ἡγεμονι-
κὸς dicitur. Opponitur autem hæc Spiritus vo-
luntas voluntati carnis quæ ſeruilis eſt. Hæc ſpi
ritus voluntas conſiſtit in bono propoſito, &
ſemper imperat quæ pia & recta ſunt iudicio
mentis doctæ & illuminatæ per verbum & Spi-
ritum Sanctum: Verbum enim Dei vt lucer- G
nam in tenebris ſequitur, necubi impingat.
Hac homo renatus omnibus rebus mundi obe-
dientiam erga Deum cum Abrahamo patre fi-
dei noſtræ anteponit, in qua quidem re Chri-
ſtiana perfectio in hac vita conſiſtit.

Quintus cōſiliarius bonus ſeculo huius mun
di oppoſitus eſt cœtus caſtiſsimorū ſpirituum
& piorum hominum, quibus nihil iucundius,
nihil antiquius, nihil charius eſſe poterit, quàm
Deo obedire piè ſancteq; viuendo.

Sextus conſiliarius bonus principi aeris, hoc
eſt, Diabolo, oppoſitus eſt Chriſtus Ieſus Do-
minus noſter, in quem cùm intuemur, exem-
plar omnium virtutum habemus, Iohan. 13. 15.
*Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vo-
bis ita & vos faciatis*, & rationem addit, *quia ſeruus
non eſt maior Domino ſuo.* Itē Matt. 11. 29. *Diſcite
à me, quia ego mitis ſum & humilis corde.* Item Ioh.
13. 35. *In hoc cognoſcant homines, quòd mei diſcipuli ſi-
tis, ſi vos inuicem dilexeritis.* De duplici imitatione
Chriſti, vide quæ annotauimus in ſecundum
caput primæ epiſt. Iohannis.

Nunc reliquum eſt, vt quale ſit liberum ar-
bitrium in renatis exponamus. Quod tametſi
multis modis, quoad actuum obiecta attinet,
ab eo differt, quod non renatis tribuimus: ta-
men non eſt omnino liberrimum, quale futu-
rum eſt reſuſcitatis mortuis in æterna vita. In
non renatis voluntas eſt mala, vt diximus, ſer-
ua peccati, vt quæ peſsimis conſiliariis obſequa
tur. Vult enim ea quæ iſti ſuadent, hoc eſt, per-
nicioſa, & declinat ea quæ declinare conſulunt,
hoc eſt, ſalutaria. At in renatis voluntas refor-
mata manu Dei, bona eſt, libera à ſeruitute pec
cati, optimosq; habet conſiliarios, quorum con
ſiliis in agēdo regitur. Liberum ergo arbitrium
in renatis eſt libera facultas inclinandæ volun-
tatis ad ea eligenda, quæ à conſiliariis, quos ha-
bet optimos, monſtrantur eſſe ſalutaria, & ad
ea declinanda, cauendaque, quæ ab iiſdem per-
nicioſa eſſe perhibentur.

In hac definitione liberum & ſeruo & coacto
opponitur. Seruo quidem, quia voluntas non
amplius ſeruit peccato. Eſt enim per Chriſtum
à peccati ſeruitute liberata. Coacto verò, quo-
niam voluntas liberè eligit ſalutaria & auerſa-
tur pernicioſa. Verùm hîc diſtinguendum eſt
inter ipſam proæreſin liberam in renatis, quæ
ſemper bona eſt, & executionem (id eſt, actum
exercitum & exteriorem.) Proæreſis eſt in po-
teſtate arbitrij. Executio autem non ſemper,
idque propter carnem, quæ ſemper aduerſatur
ſpiritui. Atque hoc eſt, quod Paulus ſuo ipſius
exemplo in medium adducto docet & deplo-
rat ad Rom. 7. 21. *Reperio legem volenti mihi facere
bonum quod malum mihi adiacet.* Item: *Condelector
Legi Dei ſecundùm interiorem hominem, ſed video a-
liam legem in membris meis rebellantem legi mentis
meæ.* Hinc querela quam ſubiicit: *Miſer ego ho-
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratias
ago Deo meo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*
Hæc Pauli dicta docent Proæreſin renati ho-
minis eſſe in poteſtate arbitrij, non autem exe-
cutionem. Scholaſtici in hunc modum loquun
tur: Libertas arbitrij fortiſsima eſt creatura-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

rum; adeo vt Dæmones nec eorum miniſtri, vel creaturæ quæcunque illam mutare, prohibere, cogere vel frangere poſsint, quantum quidem ad actum interiorem elicitum attinet, qui dicitur velle & nolle. Semper enim liberè poteſt velle, & ſemper liberè poteſt nolle. Verùm quantum ad actum exercitum, vt vocant, attinet, hoc eſt, quantum ad executionem operis imperati à voluntate, non poteſt ſemper exequi quæ poteſt liberè velle, vel liberè nolle.

Sed cur, inquies, facultas exequendi ea quæ voluntas imperat, non datur in hac vita renatis? Multæ huius rei ſunt cauſæ, eæq́ue grauiſſimæ, quarum præcipuas recitabimus.

Prima, vt contineantur pij in humilitate vera. Nam ſi omnia pro arbitrio præſtare poſſent, paulatim obreperet ſuperbia, partum bonum amitteremus. Ideo Dauid dicit Pſal. 119. 71. *Bonum eſt mihi Domine, quòd humiliaſti me*. Auget enim Deus in hominibus humilibus gratiam, quam ſuperbis ſubtrahit.

Secunda, vt ſciamus ſemper fide conſtare iuſticiam, qua ſumus Deo accepti, & non operibus noſtris, neque præcedentibus, neque ſequentibus iuſtificationem gratuitam. Si legem perfectè præſtare poſſemus, minueretur gloria Chriſti, cuius ſolius eſt impium iuſtificare.

Tertia, vt habeamus occaſionem ſemper inuocandi Deum, & implorandi ipſius opem, vt ſua gratia nobis adſiſtat, vireſq́ue ſuppeditet, vt aliqua ipſi grata faciamus. Tametſi enim aliqua grata Deo facere poſſunt renati, quod nō poſſunt non renati, tamen à perfectione longiſſimè abſunt: tametſi ſtudium eorum, donec retinent fidem & bonam conſcientiam, pro perfectione coram Deo habeatur.

Quarta, vt perpetuis ſuſpiriis cum Paulo aſpiremus ad cœtum caſtiſsimorum angelorum & beatorum hominum, qui nullis impedimentis retrahuntur, quin Deo obedientiam perfectam præſtare poſsint.

Quinta, vt cogitemus, quanta felicitas ſit futura in æterna vita reſuſcitatis & reformatis corporibus, in qua beati liberum habebunt arbitrium omnibus gradibus abſolutiſsimum. Erunt autem tria præcipua diſcrimina inter liberum arbitrium renatorum in hac vita, & ſanctorum in beata immortalitate. Nam in hac vita neque iudicium eſt perfectiſsimum, neque voluntas conſtantiſsima, neque executio abſolutiſsima. Verùm in æterna vita iudicium erit perfectiſsimum, vt quod non ratiocinationibus indigeat, ex iiſq́ue pendeat, ſed quieta contemplatione boni ac recti fruatur abſque omni impedimento. Voluntas erit in bono conſtantiſsima, adeo vt nunquam velit niſi optimum, quo præſenti fruitur, in eoq́ue ſolo acquieſcit. In hac quidem vita poteſt voluntas bene velle & malè velle, vt præmiis & pœnis ſit locus. Verùm in æterna vita voluntas beatorum non poterit malè velle. Nam in bono ita firmabitur, vt non poſsit velle niſi quod bo-

A num eſt. Ergo, inquies, non erit liberum arbitrium? Maximè erit, & ſane ideo liberrimum, propterea quòd omnino non poſsit ſeruire peccato. Ideo Auguſtinus rectè ait: *Neque voluntas culpanda eſt, aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, qua beati ſic velle volumus, vt eſſe miſeri non ſolùm non velimus, ſed nequaquam eſſe poßimus. Sicut igitur anima nunc habet nolle infœlicitatem: ita tunc nolle iniquitatem ſemper habitura eſt.* Et Anshelmus: *Qui ſic habet quod decet & expedit, vt* B *hoc amittere nequeat, liberior eſt quàm ille qui ſic habet ipſum, vt poßit perdere. Liberior igitur eſt voluntas, quæ à rectitudine declinare nequit.*

Executio operis erit in æterna vita abſolutiſsima. Nam cùm conformes Deo erimus in omnem æternitatem, perfectiſsima erit in nobis iuſtitia, perfectiſsimus amor Dei & proximi. Quemadmodum enim nunc iuſti ſumus imputatione iuſtitiæ Chriſti, qua accepti ſumus Deo: ita tunc perfectione iuſtitiæ erimus iuſti C in omnem æternitatem, perpetuò patri per Ieſum Chriſtum gratias agentes pro diuitiis ſuæ bonitatis in nos effuſis. Atque hactenus de libertate Chriſtiana & coniunctis quęſtionibus. Nunc ad textum redeamus.

Quintus Articulus.

37 Noui quòd ſemen Abrahæ eſtis: ſed quæritis me interficere, quia ſermo meus non D *habet locum in vobis.*

38 Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: Et vos igitur quod vidiſtis apud Patrem veſtrum, facitis.

Quoniam gloriabantur Iudæi de patre Abraham, in quo ſe liberos eſſe iactitabant, concedit quidem Dominus, quòd ſint ſemen Abrahæ, ita tamen vt hoc nihil eos iuuare oſtendat, cùm Abrahamum in timore Dei & obedientia E erga Dei nuntios non imitentur. Nihil ergo prodeſt à magnis prognatum eſſe, ſi illorum veſtigiis non inſiſtas. Fatetur quidem Chriſtus Iudæos eſſe ſemen Abrahæ, ſed carnale tantùm vt qui promiſsiones ſeminis, quod erat Chriſtus, curam non habuerint, quod vel ex eo patet, quòd Chriſtum interficere, in quem ſperabat Abrahã, voluerint, cuius rei rationem ſubiicit Dominus cùm ait: *Quia ſermo meus non habet locum in vobis*. Hæc oratio ſignificantior eſt F in Græco: ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. Metaphora ſumpta à vaſis, quæ cùm antea ſint repleta, non recipiant ſi quid velis infundere, niſi prius exhauriantur. Cùm igitur Dominus ait: *Sermo meus non habet locum in vobis*, ſignificat Iudæorum mentes, ad quos ſermonem dirigit, occupatas eſſe & veluti repletas carnalibus & Phariſaicis opinionibus de Meſsia, quem putarunt fore Monarcham mundanum, potentiorē omnibus aliis Monarchis, Alexādro, Auguſto & aliis: G De Moſe, quem ſolū ſibi datum à Deo magiſtrū iactitabāt: De Lege qua ſe iuſtos eſſe ſomniabāt: De

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

De cæremoniis & ſacramentis, in quibus Chriſtum inuolutum non cernebant, ſed de externis illis operibus Deum ſibi debitorem facere ſtultè exiſtimabant. Mentes igitur Iudæorum his opinionibus plenę, nullũ locum relinquunt ſermoni Chriſti. Qui enim fieri poteſt, vt cor infectum opinione proprię iuſtitiæ & meritorum admittat doctrinã de gratuita miſericordia propter Chriſtum? Præterea quia animus illorum opinione libertatis carnalis occupatus erat, ridiculus videbatur ipſis ſermo Chriſti de libertate Spiritus. Dulcior enim illis erat ſeruitus peccati, q̃ vt ab illa ſe liberari per ſermonem Chriſti ſuſtinuerint. His Dominꝰ clariùs adhuc ſubiungit diſsidij inter ſe & Iudæos cauſam, cùm ait: *Ego quæ vidi apud Patrem meum, loquor*, hoc eſt: Ego non terrena, ſed cœleſtia, non quæ ſunt libertatis carnis, ſed Spiritus, non quæ in rebus terrenis mentes & animos detinent, ſed quæ ad cœleſtia euehunt, loquor, eaque vobis ex Patris mandato annuncio. *Vos autem quod vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis.* Hîc Dominus nondum eos apertè ex patre Diabolo eſſe affirmat, ſed tantùm hoc obſcuriùs ſignificat, mittens eos ad facta propria, vt ipſi ex illis ratiocinentur, quemnam patrem habeât, Abrahamúmne, qui Deo obediuit atque eius nuntios benignè complexus eſt, an Diabolum, qui homicidiis & mendaciis delectatur.

Doctrinæ hîc obſeruẽtur. Prima, ꝙ mens perſuaſa opinionibus erroneis, non facilè cedat veritati Dei. Secunda, ꝙ miniſtri verbi exẽplo Domini, priuſquam infundant dulciſsimum Euangelij liquorem in vaſa cordium hominum, debeant ea priùs exonerare fœtoribus opinionũ hypocriticarum de propria iuſtitia & meritis. Hoc autẽ faciunt, cùm hominũ facta ad normã Legis examinãt. Tertia, ꝙ actiones hominis teſtentur de eo quod in animo hominis lateat, amórne Dei an Diaboli. Quidam ex Patribus feſtiuè admodum in hanc ſententiam ſcribit: *Si ignis Dei*, inquit, (hoc eſt dilectio Dei) *in corde ardeat, reſpice ad feneſtras omnium ſenſuum, an ſcintillæ ex iſto igne per feneſtras erumpant. Si audis libenter quæ Dei ſunt, ſi vides cum gaudio proximorum commodum & ſalutem, ſi auertis oculos à vanitate, ſi tractas ſemper quæ ad ædificationem ſunt, ſi foues pauperes, ſi Dei nuncios benignè excipis, ſi denique totus in hoc es, vt ad normam Legis vitam tuam componas, per iſtas ſcintillas ſcire poteris, num ignis Dei ſit in corde tuo. Verùm ſi vertis oculos ad vanitatem, ſi loqueris prophana, blaſphema in Deum & pernicioſa hominibus, ſi occuparis in huius mundi deliciis, & voluptatibus, ſi non tangeris miſericordia erga afflictos, ſi nuncios Dei odiſti & perſequeris: iſte fumus peſtilens oſtendit cor tuum plenum eſſe igni infernali.* Hæc pulchrè congruunt cum dictis Domini: *Ex abundantia cordis os loquitur.* Item: *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.* Item: *Bona arbor facit fructum bonum, mala malum.*

39 Reſponderunt et dixerunt ei: Pater noſter Abraham eſt.

Quoniam Dominus agnouit carnis originẽ in Iudæis eſſe ab Abrahamo, & videt non cordis fidem & pietatem vitæ, ſed omnia diſsimillima, miſit eos ad facta ſua, vt inde ratiocinarentur, cuiúſnam filij eſſent. Neq; enim poterant ignorare, Scripturam filios appellare, non tantùm eos, qui carnis originem ab aliis traherent, ſed etiam eos qui vitæ ſimilitudinem exprimerent, vt in illo Ezechielis 16. 3. *Pater tuus Amorrhæus, et mater tua Chetæa.* Nam cùm impij erãt Amorrhæi & Chetæi, atque eorum mores imitati ſunt Iudæi, factum eſt vt illi patres, hi filij eorũ propter morum ſimilitudinẽ dicti ſint à Propheta. Etſi autem hoc intellexerunt Iudæi: tamen hoc toties repetunt, vt vel hypocriſin ſuam tegãt, dum ſe vano carnalis patris titulo iactant. Hæc enim hypocritarum indoles eſt, vt ſolummodò in externis hæreant, ad externa reſpiciant, videlicet, ad maiorum dignitates, res geſtas, virtutes, ad titulos, ad ſucceſsionem ordinariam, cùm interea ipſi ſint alieniſsimi à maiorum virtutibus: vel profectò hoc faciunt, vt Dominum prouocent ad dicendum aliquid contra Abrahamum, quò haberent cauſam, propter quam ipſum traducerent apud Pontifices, mortique ipſum traderẽt. Nam hoc proprium hypocritarum eſt, vt vel ex ſingulis factis & dictis calumniandi occaſionem quærant. neque diſsimile eſt ſtudium hypocritarum noſtri æui.

Dicit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis.

40 Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus ſum, quã audiui à Patre: hoc Abraham non fecit.

41 Vos facitis opera Patris veſtri.

Refutatio eſt futilis gloriationis Iudæorum de patre Abraham, acſi diceret: Si filij Abrahæ eſtis, factis probate, nõ verbis. Etſi autem ex reſponſione Domini, vt diximus, intellexerũt Iudæi Dominum non diſputare de carnali propagatione, qua ex Abraham deſcenderant: tamen hypocritæ ſuo more perſiſtunt in ſua vana gloriatione, vt qui ſolidi nihil habeant quod Domino opponant. Nã firmiſsimo argumẽto Dominus illorũ vanam gloriationem arguit, nõ quærens procul quo eos conuincat, ſed cõſcientiam illorũ irritans, facta ipſorũ tanquã teſtes domeſticos in medium adducit, atq; ita concludit: Si filij Abrahæ eſſetis, opera Abrahæ faceretis. At nunc opera Abrahæ nõ facitis. Igitur filij Abrahæ non eſtis. Minorem probat à factis Iudæorũ contrariis operibus Abrahæ. Abrahã amans veritatis fuit, Abrahã nuncios Dei, qui ipſi veritatẽ à Deo nunciarunt, benignè fouit. At vos odiſtis veritatẽ, & annunciantes vobis ex mandato Dei veritatem, interficere conamini. Manifeſtè proinde veſtra opera aduerſantur operibus Abrahæ. Quare fruſtra gloriamini, vos eius filios eſſe. Hinc infert Dominus, eos alium patrem habere quem imitentur, quàm Abrahamum. *Vos*, inquit, *facitis opera patris veſtri*, hoc eſt, cùm veſtra opera mala ſint, neceſſe eſt vos ma-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

lum quoque patrem habere, quem ſimilitudi-
ne operum refertis. Hæc Domini reſponſio ad
huius quoque temporis Eccleſiam pertinet, in
qua ſunt non pauci, qui gloriantur de fide, de
gratuita iuſtificatione, de libertate Chriſtiana,
&c. Breuiter, quòd ſint filij Abrahæ, qui nobis
à Deo propoſitus eſt, vt fidei exemplar viuum,
quem ſi imitamur, veſtigiis fidei ipſius & obe-
dientiæ inſiſtentes, verè filij eius ſumus: Sin
minùs, vana eſt noſtra gloriatio. Nunc autem,
proh dolor, plurimi inueniuntur, qui glorian-
tur de fide Abrahami, quorum tamen opera
non ſunt Abrahæ, ſed hoſtis Dei Diaboli. Hinc
ergo admoneamur, vanam eſſe fidei gloriatio-
nem, niſi adſint fidei luculenta teſtimonia,
ſicuti Iacobus multis docet. Quemadmodum
ergo Abraham credidit, & Deo ex fide obe-
diuit, adeo quòd obedientiam erga Deum vi-
tæ filij dulciſsimi antepoſuerit: ita quicunque
verè credit exemplo Abrahæ, is eiuſdem e-
xemplo & ſpiritu fidei ad obedientiam flecti-
tur, quam anteponit omnibus rebus mundi. Si
ergo quis gloriatur de fide ſine obedientia erga
Deum, vanus eſt, ſeipſum ſpectro fidei faſcinat,
vaſtata eſt eius conſcientia, amiſſa eſt libertas,
ſeruus eſt peccati, amiſit Spiritum Sanctum,
ac de nouo ſe Diabolo mancipauit, cuius ope-
ra facit. Obſeruetur quoque in verbis Domi-
mini teſtimoniū de vnitate perſonæ Chriſti, &
de duab⁹ naturis in Chriſto humana & diuina.

Septimus Articulus.

*Dixerunt igitur ei: nos ex fornicatione
non ſumus nati: vnum Patrem habemus
Deum.*

Hypocritæ Iudæi perſiſtunt adhuc in ſua de-
fenſione, etſi vana. *Non*, inquiunt, *ſumus ex forni-
catione nati*, ac ſi dicerent: Si negas nos eſſe fi-
lios Abrahæ, ex fornicatione ſtatuis nos natos
eſſe, ſed hoc falſum eſt. Sumus igitur, quem-
admodum diximus, verè filij Abrahæ. Si filij A-
brahæ, liberi quoque ſumus (hoc enim caput
quæſtionis fuit.) Sed ecce quomodo hypocri-
ſis ſe folio ficus tegit, vt & ſe innocentem oſten-
dat, & vt alios in periculum adducat. Nam cùm
ſe ex fornicatione non eſſe natos clamitant, con
citare vulgus aduerſus Dominum volunt, acſi
ipſe totum iſtum populum ex fornicatione na-
tum diceret. Verùm quia Dominus eos fortiùs
preſſerat, quàm vt iſto velamine ſatis videren-
tur tuti, confugiunt ad aliam defenſionem, quæ
tamen ſine priori collabitur, & magis inſole-
ſcunt aduerſus Dominum cùm dicūt: *Vnum pa-
trem habemus Deum*. Huius dicti ſenſus eſt: Nos
Iudæi ſemen Abrahæ ſumus: Ergo Deus eſt no-
ſter Deus ac noſtrûm omnium pater, qui ab A-
brahamo nati ſumus. Sed ab antecedente ne-
gato ſtultè inferunt conſequens, cùm eius con-
trarium potiùs ſequitur, quemadmodum Do-
minus ipſe paulò pòſt concludit. Cùm autem
ita Iudæi colligunt: Abrahę ſemen ſumus: Ergo
ſumus filij Dei, cogitant promiſsionē factam A-

A brahamo: *Ero Deus eorum*. Sed obliti erant
cœci Iudæi applicationis promiſsionis, quæ fit
fit per fidem, & non per carnis prærogatiuam.
Contra hos Paulus diſputat ad Rom. 9. 10. & 11.
capitibus. Et Iohannes clarè pronunciat: *Non ex
ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex vo-
luntate viri, ſed ex Deo nati ſunt*, ſcilicet per fidem.
Rurſus hîc nota indolem hypocritarum, qui in
externis rebus ponunt fiduciam, vt qui carnali-
ter ſapiāt. Ex quo fit, vt etiam magis cœcutiant
B ad veritatis Euangelij fulgorem inſtar noctua-
rum quæ lucem oderunt.

*42 Dixit eis Ieſus: Si Deus pater veſter
eſſet, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo
proceſsi & veni. Neque enim à me ipſo veni,
ſed ille me miſit.*

Refutat Dominus vanam Iudæorum gloria-
tionem, qua ſe Deum patrem habere iactabant,
idq́ue argumento ſumpto ab infallibili ſigno,
C videlicet mutuo parētum & liberorum affectu.
Si Deus, inquit, *Pater veſter eſſet, diligeretis vtique
me* (ſcilicet Filium Dei.) Nunc autem odiſtis
me, & interficere molimini. Proinde Deus Pa-
ter veſter non eſt. Eſt igitur vana veſtra gloria-
tio. Propoſitionem ex eo probat, quòd ipſe à Pa
tre venerit in mundum, vt mittentis ſe doctri-
nam mundo annunciet. Nunç autem fieri non
poteſt, vt mittentem Patrem ametis, & eius le-
gatum imò Filium odio habeatis & interficia-
D tis. Manifeſtum eſt, Dominum hîc loqui de fi-
liis adoptionis, non communis creationis. Ado-
ptio autem pendet ex fide promiſsionis & non
ex prærogatiua carnis. Cùm ergo Dominus hìc
affirmat, Iudæos non habere Deum patrem, ac-
cuſat illorum incredulitatem, eoſq́ue eſſe extra
Dei familiam oſtendit. Nihil eſt ergo de titulo
& ſucceſsione gloriari, niſi pietas in animo fue-
rit. Nemo itaque credat titulis, ſed facta fidei in-
dicia quærat. Rurſus hîc obſeruetur infallibilis
E filiorum Dei nota, quæ eſt diligere Deum, & a-
micè complecti ipſius nuncios.

*43 Propter quid loquelam meam non co-
gnoſcitis? Quia non poteſtis audire ſermonem
meum.*

Cur nihil proficiant Iudæi ex concionibus
ſuis, exponit Dominus. Eſt autem oratio ideo
interrogatione & ſubiectione figurata, vt magis
aduerſarios vrgeat. Interrogat quidem ipſe, ſed
F illis percontantibus reſpōdet, & veram cauſam
contumaciæ illorum exponit. Argumentum
autem tale eſt: Qui non poteſt audire patienter
docentem, non poteſt eius doctrinam perci-
pere. Vos odio mei non poteſtis patienter au-
dire me docentem. Igitur mirum non eſt, quòd
meam doctrinam non percipiatis. Nota, quòd
Euangelium requirat auditorem docilem, ni-
hilq́ue eum in ſchola Chriſti proficere poſſe, qui
ſe patientem & attentum non præbet diſcipu-
G lum. Sunt qui hæc Domini verba ad prædeſti-
nationis neceſsitatem referunt, quaſi Iudęi non
poſſent audire, eò quòd nō eſſent prædeſtinati,
ſed

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſed ſupra modum hallucinantur, qui & ſe ipſos A fallunt, & eos qui ſibi aures præbent. Hîc enim de populo Dei, cui factæ erant promiſsiones, agitur, & accuſatur illorum cõtumacia, propterea quòd legatum Dei admittere, eumq́ue audire recuſarint, qui ipſis patris nomine ſalutem gratuitam obtulit. Neque fieri poteſt, vt Filius Dei verbis offerat quod animo nolit. Auguſtinus igitur rectè in hunc locum ſcribit: *Ideo non poterant cognoſcere, quia non poterant audire. ſed vnde audire non poterant? niſi quia corrigi credendo nolebant.* B Non ergo hîc loquitur Dominus de impotentia ab externo, ex neceſsitate fati aut violentia, ſed de impotentia ab interno, ex malitia & obduratione cordis ſpontanea.

Octauus Articulus.

44 *Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non* C *eſt veritas in eo. Quando loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & eius rei pater.*

45 *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.*

Iam tandem ex ſuperioribus concluſionibus infert Dominus clariſsimè ſententiam aduerſus Iudæos incredulos, & à factis eorum conclu- D dit eos eſſe filios Sathanæ, & ex ingenio Sathanæ eſſe oſores & perſecutores veritatis Dei, hoc eſt, Euangelij. Propoſitio huius loci eſt: *Vos ex patre Diabolo eſtis*, quæ propoſitio probatur hac ratione: Quicunque deſideriis Diaboli obſequuntur, filij ipſius cenſentur. Vos deſideriis Diaboli obſequimini. Igitur filij Diaboli eſtis. Ex hac concluſione ad caput quæſtionis de libertate procedit in hunc modum: Qui filij ſunt Diaboli, ſunt homicidæ & mendaces. Homici- E dæ & mendaces veritatem ferre non poſſunt. Non ferentes veritatem, non poſſunt credere: Eſt enim veritas obiectũ fidei. Vos igitur quia filij Diaboli eſtis, homicidæ eſtis & mendaces, oſores veritatis. Proinde credere non poteſtis. Iam quia credere nõ poteſtis, manetis in peccatis veſtris. Nõ ergo liberi eſtis vt gloriamini, ſed ſerui peccati. Qua autem ratione impij ſint filij Diaboli, Auguſtinus pulchrè explicat, cùm ait: *Impij ſunt filij Diaboli non natura, ſed vitio, non naſcen-* F *do, ſed imitando, non quia creauit aut genuit, ſed quia perſuaſit & tenuit. Diabolus enim cùm inuideret homini, ſerpente indutus locutus eſt mulieri, & per mulierem virum quoque veneno infecit. Mortui igitur ſunt Diabolum audiendo, quem non audiſſent, ſi Dominum audire voluiſſent. Poſitus erat homo inter eum qui creauit, & eum qui lapſus eſt. Obtemperare debuit creatori, non deceptori. Eſt ergo Diabolus homicida & mendax ab initio, non creationis rerum, ſed ſeductionis hominis.* G

Obſeruetur hîc peſsimum homicidij genus, quod eſt verbo mendaci occidere. Diabolus ergo non gladio armatus, ſed verbo mendaci primos homines inuaſit, eoſq́ue occidit, cuius exemplum omnes imitantur qui falſa & mendaci doctrina ſeducunt homines, & auertunt eos à veritate Euangelij, atque ita ipſos crudeliſsimè occidunt.

Primum hîc obſeruemus lapſum Angelorũ, qui ex bonis facti ſunt mali. Boni quidem fuerunt creatione: Ita enim ſcriptum eſt: *Vidit cuncta quæ fecerat Deus, & erant valde bona.* Mali verò facti ſunt defectione à Deo, quæ defectio cauſam habuit liberum arbitrium, quo vt maximo ornamẽto donati erant Angeli omnes, ſed cùm quidam ex ipſis illo abuſi ſunt, facti ſunt ex bonis mali.

Qualis autẽ defectio Sathanæ fuerit, & qualis ſit ipſe factus per defectionẽ, Dominus ipſe clariſsimè docet. Nam cùm ait: *In veritate non ſtetit*, hoc eſt, nõ perſtitit, ſignificat haud obſcurè eum aliquando & in veritate fuiſſe, & ſtetiſſe, etſi breuiſsimo tempore. Et cùm affirmat eũ in veritate non ſtetiſſe, probabilis cõiectura eſt, quòd & ſuperbierit aduerſus Filium Dei, qui in ſcripturis veritas dicitur, & inuiderit homini eam fœlicitatem, quòd eſſet creatus ad imaginem Dei, & per hoc ad immortalitatem & æternam beatitudinem.

Qualis autẽ ſit factus Diabolus per defectionem, oſtendit etiam Dominus, cùm ait: *Et veritas in eo non eſt.* Ex ſuperbia enim & inuidentia factus eſt mẽdax, & homicida. Poſtquam enim ipſe ſuo libero arbitrio defecit à Deo, & factus eſt hoſtis Dei, aggreſſus eſt primos noſtros parentes, vt ſpoliaret paradiſum. quod & fecit, idq́ue in hunc finem, vt homines ſibi ſocios in odio aduerſus Deum, & æternis ſuppliciis faceret. Atque hoc fuit initium regni Diaboli, quod Chriſtus hoc loco conſtare homicidiis & mendaciis affirmat. In hoc regno ſunt omnes qui nõ credunt Euangelio, atq; hi à patre Diabolo eſſe dicuntur, propterea quòd mendaciis & homicidiis regnum Chriſti inuadunt. Nam vt ipſe Diabolus mendacio blaſphemat Deum, & homicidio occidit gen⁹ humanum, ita eadem hodie agit in filiis ſuis, hoc eſt, in iis qui non ſunt Chriſti. Primùm enim facit vt mendaces ſint, id eſt, contemptores Dei, confidentes ſe ipſis. Deinde facit vt ſint homicidæ, vt ſe ſolis ſaluis omnes perditos velint. Et quoniam tales ſunt omnes, hoc eſt, homicidæ & mendaces, qui non ſunt in Chriſto, facile eſt cernere, cuiuſmodi ſit ſapientia & iuſtitia humana, facile eſt iudicare, quale in illis ſit liberum arbitrium, promtiſsimum eſt concludere, omnes tales manere æterna, cum Diabolo homicida & mendaci, ſupplicia. Monemur ergo vt adiungamus nos Eccleſiæ Chriſti, in qua Chriſtus ſuos & in hac vita tuetur contra Diabolum, & tandem donabit immortalitatis gloria, modò in pugna aduerſus Diabolum perſtiterimus inuicti per fidem Chriſti. Eſt ſiquidem fides victoria qua vincimus mundum, hoc eſt, totum Diaboli regnum. Nunquam enim Diabolus arma deponet, ſed

ſemper aduerſus Chriſtum & eius regnum bellũ geret. Vt enim in initio ſpoliauit Paradiſum homicidio & mẽdacio: ita hodie idem eſt ipſius ſtudium, vt nouum Paradiſum, hoc eſt, Eccleſiam Chriſti mendaciis & homicidiis concuſsá ſpoliet, ſed fruſtra laborabit aduerſus eos qui in veritate Euangelij conſtãtes perſiſtunt, & perſeuerant retinentes fidem & bonam conſcientiam. Cùm igitur in tanto verſemur periculo, vigilemus & ſtemus in armis aduerſus Satanã, ne nos ſuis mendaciis circumuentos occidat. *Aduerſarius veſter*, ait Petrus, *circuit tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret.*

Porrò cùm Dominus ait: Diabolus mendax eſt & Pater eius, Manichæi ſic accipiunt verba iſta, ac ſi hic eſſet verborum ſenſus: Diabolus mendax eſt & pater eius, ſcilicet Diaboli, eſt mendax, vt hoc pacto confirmẽt ſuum errorem de principiis duobus, bono videlicet ac malo, quorum illud nunc Deum, nunc φῶς, hoc interdum ὕλην, interdum σκότος appellãt. Sed horum errorem refutat ipſe textus. Nam hæc verba *in veritate non ſtetit*: ſignificant Diabolum creatum fuiſſe ab initio, à Deo bonum, & bonam Dei creaturã fuiſſe ab initio, ſed non in ſtatu innocentiæ perſtitiſſe, quemadmodum ſuprà declarauimus. Cùm ergo textus habet: *Mendax eſt & pater eius*, ſubintelligatur quod paulò antea præceſsit, videlicet ψεύδεος, hoc eſt, mendacij. Hoc mendacium vocat Chriſtus proprium Diaboli, propterea quòd illud non ex creatione, ſed ex defectione propria habuit. Non ergo eſt ſubſtantia in Diabolo malitia, ſed accidens. multò minùs peccatum hominis ſubſtantiale credendum eſt.

Sed quid dicemus ad Nonnum, cuius paraphraſis ab omnibus doctis laudatur. Hic enim ita habet: ψεύστης αὐτὸς ἔφυ, ψευδήμονος ἐκ γενετῆρος, hoc eſt: *Mendax ipſe fuit de mendaci genitore.* Nonnus videtur hîc eorum ſentẽtiam amplecti, qui in verbis Chriſti Diabolũ interpretantur Cain, qui primus hominem manu occidit, videlicet fratrem proprium, verum Dei cultorem. Hic Cain fuit quidem à patre Diabolo non naſcendo, ſed eius facta imitando, non quidem manu occidendo, tametſi hoc facit per filios ſuos, ſed verbo mendaci, vnde & mendax appellatur. Nos itaque priorem interpretationem, quæ à pleriſque recepta eſt, anteponamus, quam non dubitamus veriſsimam eſſe. Quæ enim hìc tribuuntur Diabolo, nullo modo Caino conuenire poſſunt. Etſi enim in ipſo Caino oſtendit ſuam potentiam Diabolus, dum ipſum aduerſus fratrem armat: tamen ipſe Cain vita functus, non eſt efficax in filiis contumaciæ, quemadmodũ Diabolus, conſentiente vniuerſa Scriptura & triſtiſsima multorum experientia.

PARS V.

Etſi continua eſt hæc diſputatio inter Chriſtum & incredulos Iudæos, & omnia ad idẽ caput quæſtionis de qua diſputatur, referuntur,

A docendi tamen gratia ita diſtinguere partes nõ videbatur incommodum. Nam quæ diſtinctiùs proponuntur, faciliùs percipiuntur. In hac ergo parte Chriſtus amouet impedimẽtum quod prætendere poterant Iudæi, quòd Domino nõ crederent. Neque enim cuiuis credendum eſt. Prouocat ergo Dominus ad eorum conſcientias quas ſiſtit coram tribunali Dei, iubetque vt dicant, ſi quid habeant quod vel ipſi, vel ipſius doctrinæ meritò obiicere poſsint, quoque

B excuſentur quòd ipſius doctrinam non recipiant: & mox repetit contumaciæ ipſorum cauſam, oſtendens cur ſe docentem veritatem Dei non audiant. At Iudæi ſuo more inde magis irritantur, & ad blaſphemiam ſe conuertũt, Chriſtum Samaritanum & Dæmonium habentem impiè clamitantes. At ille calumniam retundens promiſsionem Euangelij repetit, eamque iureiurando confirmat, qua magis irritantur Iudæi, præſertim quòd tantam virtutem tribuat ſer-

C moni, vt illum audientes, non guſtent mortem in æternum. Calumniam hinc ſuam vt iuſtam ingeminant, propoſito & Abrahæ & Prophetarum, quos mortuos eſſe dicunt, exemplo. Verùm cùm Dominus hanc obiectionem facta mentione ſuæ diuinitatis diluit, ad lapides confugiunt, quibus ſalutis autorem obruere conantur, ſed fruſtra. Nam ipſe, etſi erat ſolus in tanta malorum multitudine, vt declararet ſuam diuinam potentiam, abſcondit ſe, atque ita euaſit

D ab illorum manibus.

Porrò membra partis huius ſunt duo, quorũ primum continet purgationem Chriſti: Secundum ſummam Euangelij repetit. Sed horum capitum plures ſunt articuli, vt videbimus.

DE PRIMO.

46 Quis ex vobis arguit me de peccato? At ſi veritatem dico cur vos non creditis mihi?

E

Primus Articulus.

Sententia horum verborum eſt, vt ex antitheſi patet: Aut pſeudopropheta ſum, aut ſum doctor diuinitus miſſus. Si pſeudopropheta ſum, vt vos contra conſcientiam veſtram fingitis, prodeat aliquis in medium, & conuincat me vel minimi peccati, ſiue in vita, ſiue in doctrina. Quod cùm nemo veſtrũ facere poterit, proditur veſtra malitia. At ſi diuinitus ſum miſſus

F doctor, id quod & vitæ innocentia, & doctrina & operibus diuinis oſtendo, veſtra contumacia eſt deteſtanda, quòd meam doctrinam non recipitis, quam nouiſtis diuinam eſſe. Hinc tria concluduntur: Primum de Chriſto. Secundum de Iudæis. Tertium de nobis.

De Chriſto concluditur, quòd ſit verus Meſſias. Eſt enim vera Meſsiæ nota, eſſe abſque peccato. Nullus enim hominum vnquam fuit ſine peccato abſque vno Meſsia. Nam hic nec natu-

G ræ vitio infectus erat, nec in perſona ſua deliquit vnquam, nec officium, quod à Patre erat illi demandatum, negligenter aut perfidè fecit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

De Iudæis concluditur, quòd fuerint à Diabolo ita excœcati, vt veritatis cœleſtis ſplendorem ferre non potuerint, id quod ex hypocriſi, veternoſis opinionibus, & inuidia Chriſti profectum eſt.

De nobis hæc admonitio concluditur, vt qui in docendi officio ſumus, ſtudeamus innocentiæ vitæ & puritati doctrinæ, ne nobis iuſtè obiiciatur: *Turpe eſt doctori cùm culpa redarguit ipſum.* Deinde ex damno Iudæorum admonemur, vt ſimus cautiores, caueamuſque ne noſtra contumacia nobis ipſis ianuam gratiæ præcludamus.

47 *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo nō eſtis.*

Rationem reddit Dominus, cur Iudæi, cum quibus loquitur, verba Dei nō audiant. Eſt autem argumentum à remotione mutua cauſæ & effectus ſumptū, & eſt integer ſyllogiſmus, cuius cōcluſio in medio ponitur, h.e. inter propoſitionem & aſſumptionem. Quare tranſpoſitis partibus, hoc modo ad normam dialecticam reuocabitur: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Vos ex Deo non eſtis. Ergo verba Dei non auditis. Nec eſt vitium in ſyllogiſmo, cùm extrema propoſitionis ſint paria. Propoſitio ergo ſi conuertitur ſimpliciter, hoc modo in ſecunda figura concluditur ſyllogiſmus. Qui verba Dei audit, ex Deo eſt. Vos ex Deo non eſtis. Ergo verba Dei non auditis. Conuertitur enim cauſa totalis cum ſuo effectu. Alterum enim alterū ponit aut remouet. Vt igitur omnis qui audit verba Dei, ex Deo eſt: Ita omnis qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Verùm qui offenduntur forma ſyllogiſmi, variant inter ſe. Alij enim à contrario ſenſu concludendum eſſe argumētum Chriſti aiunt hoc modo: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Ergo qui nō eſt ex Deo, verba Dei nō audit. Sed hi non vident, ſe in eundem ſcopulum impingere quem declinare voluerunt. Nam collectio per contrarium ſenſum non valet, niſi antecedentis extrema fuerint paria. Quis enim feret hanc collectionem à contrario ſenſu: Qui ratiocinatur eſt animal. Ergo qui non ratiocinatur, non eſt animal. Sunt enim extrema antecedentis imparia. Verùm ſi ſunt paria antecedentis extrema, vtraque forma conſiſtit, & à contrario ſenſu, & ſyllogiſtica. Nos igitur ſyllogiſmum hîc expreſsè poſitū retinere maluimus, quàm mutare formam. Alij ſimiliter forma ſyllogiſmi offenſi, malunt concludere per contrapoſitionē hoc modo. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: Ergo non audiens verba Dei, non eſt ex Deo. Sed hi manifeſtè cum ſcopo pugnant. Eſt enim propoſitio probanda & concludenda: Iudæi non audiunt verba Dei, cuius ratio eſt, quia à Deo non ſunt. Non ergo ratio, quæ eſt cauſa concluſionis, debet in concluſione poni. Hæc dialecticè placuit aſcribere propter iudiciorum in hoc argumento varietatem.

Quid autem ſit eſſe à Deo, ex antitheſi colligitur hoc modo: Eſſe à Diabolo dicuntur, vt Chriſtus ipſe definiuit, qui obſequuntur deſideriis Diaboli. Ergo à Deo ſunt, qui voluntati Dei obſequi ſtudent, qualeſcunque antea fuerint. Manaſſes donec verbum Dei eſt perſecutus & occidit Prophetas Dei, à Diabolo fuiſſe rectè dicitur, imitationis cauſa. At poſtquam flexit genua cordis Deo in carcere, & cōfugiens ad miſericordiam petiit veniam à Deo, à Deo eſſe cœpit, & verbum Dei promptiſsimè audire ſtatuit. Audire autem verba Dei is dicitur, qui poſtquam motus eſt à Spiritu Sancto, non illi amplius reſiſtit, ſed illud libenter audit, diſcit, conſeruat, qui illud anteponit omnibus doctrinis Diabolorum & hominum, qui iuxta illud credit vitamque componit, ac tandem confeſsione & ſanguine confirmat, ſi res poſtulauerit. Hîc enim nullum locum habet diſsimulatio, modò confeſsio publica expetitur.

Cæterū hîc non prætereunda eſt quęſtio, qua quæritur quî fiat quòd alij audiant, alij non audiant verbum Dei. Dicitur quidem hîc, quòd qui à Deo ſunt, audiant verbum Dei, alij verò nō. Sed variāt hîc interpretes. Sūt enim qui hîc ad electionē confugiunt, & eſſe à Deo definiunt qui ſunt electi, atq; ita culpam abiectionis nō in homines, ſed in neceſsitatem electionis transferunt, cùm tamē Chriſtus & vniuerſa Scriptura contumaciæ hominum hoc tribuat. Age igitur diſcrimen, de quo quæritur, iactis firmis fundamentis inquiramus. Omnes homines in Adamo creati fuêre ad vnam Dei imaginem, & per hoc ad immortalitatem & beatitudinem. Deinde cùm omnes homines in vno Adamo lapſi ſunt æqualiter, & facti ſunt ſimul abſque diſcrimine, mortis & damnationis æternæ rei, qua ratione à Diabolo eſſe dicuntur omnes non natura ſed imitatione. Adhæc promiſsio reparationis facta eſt illi qui lapſus eſt. Lapſum eſt autem in Adamo totum humanum genus, quare negari non poteſt, quin promiſsio facta Adamo ſit vniuerſalis. Præterea mandatum Dei vniuerſale eſſe quo omnes iubemur audire Euangelium & credere, manifeſtum eſt. *Ite*, inquit, *in mundum vniuerſum, & prædicate Euangelium omni creaturæ.* Nec defectus eſt in λύτρῳ quo ſatisfactum eſt iuſtitiæ Dei. Ita enim ait Baptiſta: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Et Paulus: *Certus eſt ſermo & omni approbatione dignus, quòd Chriſtus venit in mundum peccatores ſaluos facere.* Huc & mandatū Chriſti pertinet de baptizandis omnibus gentibus, in teſtimoniū quòd velit omnes ſua membra fieri, quò ſaluari poſsint ipſiꝰ ſolius merito. Hîc nulla videmus diſcrimina nationum, aut perſonarum, nullas hîc Parcarū tabulas cernimus, ſed ab vna parte videmꝰ ſummá miſeriam, ab altera ſummam miſericordiam, eamque omnibus expoſitam & oblatam. Eſt enim hæc vox Dei. *Viuo ego, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur ac viuat.* Et Petrus è Spiritu Sancto loquens ait: *Deus eſt longanimis, nolens vllos perire, ſed omnes ad pœnitentiam recipere.* Ex his clarè concluditur, quòd cauſá perditionis hominis non ad Deum, ſed ad ipſum hominem referēda ſit, iuxta illud: *Perditio tua à te Iſrael, in me tantummodo auxilium*

tuum. Sed non, inquies, ſoluta eſt quæſtio. Quæritur enim adhuc, cur alij audiant verbum Dei & ſaluentur, & alij non audiant, & damnentur. Audiamus quid dicat ipſa veritas, plorans ſuper perditionem Iſrael: *Quoties volui te congregare, vt gallina congregat pullos ſuos, & noluiſti?* Sed quid quæſo eos impediuerit, quo minus voluerint? Hoc etiam veritas declarat Ioh. 3. *Qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius.* Manifeſtum eſt Dominum hîc de hypocritis agere, & non de manifeſtis & craſsis peccatis, quæ omnium iudicio pœna digna videtur. Hæc hypocriſis facit, vt multi cœcutiant ad lucem Euangelij, imò multos ita perturbat, vt odio proſequantur Euangeliũ. Matth. 21. Dominus confert inter ſe hypocritas & eos peccatores, qui ſe à culpa excuſari non poterant. *Amen,* inquit, *dico vobis, Publicani & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Iohannes, in via iuſtitiæ, & non credidiſtis illi: ſed Publicani et meretrices crediderũt ei. Vos autem,* ſcilicet hypocritæ, *videntes non pœnitentia ducti eſtis, vt crederetis ipſi.* Eſt proinde hypocriſis cauſa impediens, quo minus multi aurem Euangelio præbeant. Huc accedunt opiniones erroneæ longo tempore, & ſapientum hominũ autoritate confirmatæ, quæ dulciores ſunt multis, q̃ vt velint eas veritate Euangelij commutare. Ex quo fit, vt potiùs in ſuis peccatis mori, quàm Chriſtum audire velint. In multis cõſuetudo peccandi ita obtinuit, vt iá quaſi neceſsitate quadam conſtricti nõ poſsint nõ peccare, vnde fit vt Spiritui Sancto efficaci in miniſterio Euangelij peruicaciter ſe opponant. Id quod ſuis contribulibus obiecit Stephanus, in Actis: *Vos,* inquit, *dura ceruice præditi, & incircumciſi corde et auribus: Vos, inquam, ſemper Spiritui Sancto reſtitiſtis, quemadmodum patres veſtri, & vos.* His accedit forma externa Eccleſiæ, & infinitorum ſcandalorũ magnitudo. *Beatus,* inquit Dominus, *qui in me nõ fuerit offenſus.* Hæc ergo impedimenta fuere peculiaria, cur plerique Iudæorum Chriſtum non receperint doctorem. *Propter quid,* inquit, *loquelam meam non agnoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonem meum.* Hæc ſanè impotentia voluntaria eſt, vt quæ ex hypocriſi nata lõgo errore confirmata ſit. Nos igitur Iudęorũ dãno admoniti caueam⁹, ne vel hypocriſi locũ faciamus, vel ſinamus nos à fontib. ſalutis abduci ad ciſternas põtificias, vel conſuetudine lõga peccãdi ita obdurẽtur corda noſtra, vt ad vocẽ Euangelij ſurdeſcamus, vèl ſcandalis vllis, vel Eccleſię forma offendamur. Sciamus Deum verè omnium ſalutem velle, ſed per ſalutem, hoc eſt, per Chriſtũ, quem qui nõ audiunt, cauſis enumeratis impediti, patrem habent Diabolum, quem mẽdacio & homicidio imitantur. Atque hæc ſint dicta ad quæſtionem propoſitam. Obiectionibus aduerſariorum vel ſubtiliſsimis & acutiſsimis opponamus immotam veritatẽ, quæ vel ſola diluendis obiectionibus ſufficit.

Porrò hæc verba Domini ſuppeditant nobis duas definitiones: vnam Eccleſiæ Dei, alteram regni Diaboli. Eccleſia Dei hîc κατὰ τύπον definitur eſſe cœtus eorum hominum qui audiũt verba Dei: Atque ideo ſe ſeparant à Diabolo, & à prophanitate mundi, & adiungunt ſe Deo per fidem, confeſsionem & nouam obedientiam. Hæc enim tria ita coniuncta ſunt, vt ſeparari nõ poſsint. Monemur ergo vt huic cœtui nos adiungamus, vtvt fuerit in mũdo exiguus & contemtus: memores dicti magiſtri noſtri: *Nolite timere puſille grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Extra enim hũc gregem nulla eſt ſalus. In hoc enim ſolo eſt hoſtia pro peccato.

Regnum Diaboli hìc ſignificatur eſſe cœtus hominum, qui verba Dei non audiunt, atque ideo ſeparant ſe à Deo per contumaciam, & adiungunt ſe Diabolo, cuius deſideriis obſequuntur in homicidiis & mendaciis.

Præterea Chriſti factum nos monet ne ſinamus nos externa falli larua hypocritarum, ſub qua ſe tegunt filij Diaboli. Iudæi gloriabantur de Moſe, de Lege à Deo data, de regno & ſacerdotio diuinitus inſtituto, de maiorum ſanctitate, de ſucceſsione ordinaria, ex quibus concluſerunt, ſed falsò, ſe eſſe Dei populum, & alios omnes eſſe prophanos & maledictos. ſed dominus iſtam laruam eis detrahit, dum veram notá Eccleſiæ hìc proponit, & affirmat eſſe auditum verbi Dei. Nihil ergo proderit externa gloriatio, niſi verum pietatis fundamentum in corde ſit iactum. Ex his promptiſsimum eſt iudicare de regno pontificio, quòd fruſtra ſe iactat Eccleſiam Dei eſſe. Habet enim, vt alia omittam, tres notas quæ teſtantur regnum pontificium nõ eſſe Chriſti Eccleſiam, ſed Diaboli regnum. Prima nota eſt, quòd Pontificij anteponát verbis Dei doctrinas & traditiones humanas, grauiuſque & crudeliùs animaduertunt in tranſgreſſores ſuarum traditionum, quàm in manifeſtè blaſphemos in Deũ. Secunda nota eſt quòd pontificij inſtituunt & defendũt idololatricos cultus, inuocationem mortuorum, oblationem pro viuis & mortuis, circumgeſtationem & adorationem panis, nundinationem indulgentiarum & multa alia. Tertia nota eſt, quòd pontificij innocentes crudeliſsimè interficiunt, & ſanctos Dei exquiſitiſsimis ſuppliciis è medio tollunt, nullas alias ob cauſas quàm quòd Chriſtũ Antichriſto Romano anteponant, quòd Euangelium Chriſti humanis doctrinis præferant, quòd verum Dei cultum in locum ſuperſtitionum Papalium reſtituere conentur. Breuiter, quòd obedientiam erga Deum imperio tyrannico Romanæ beſtiæ præferant.

Tertius Articulus.

48 *Reſponderunt igitur Iudæi & dixerunt ei: nonne bene dicimus nos, quòd Samaritanus es tu & Dæmonium habes?*

Criminatio eſt. Nam cùm non haberent impij & contumaces Iudæi, quod Chriſto vel in ſpeciem obiicerent, ad cõuicia ſuo more ſe conuertunt, atque pro ſalutari doctrina, & paterna admonitione, ingrati, criminationẽ rependunt.

Nam dum illum Samaritanum vocant, non ſolùm tanquam alienum à populo Dei contemnunt, verùmetiam veluti Legis Dei & cæremoniarum Moſaicarum transgreſſorem accuſant, ſed vtrumque falsò. Nam & nouerunt ipſum eſſe à ſua gente ortum, & ꝙ Legem Moſis nunquam fuerit tranſgreſſus, ſed ſingulis annis more iſtius populi iuxta Legem aſcēdiſſe Ieroſolymam, vt teſtaretur ſuam erga Moſis Legem obedientiam & obſeruantiam. Quòd autem dicant, ipſum Dæmonium habere, ſimiliter contra conſcientiam faciunt. Nam & ſanctitas vitæ, & doctrinæ puritas, & teſtimonia Dei, quibus ornatus erat, iſtam blaſphemiam ſatis ſuperq́; refutabant. Habere autem dæmonium, & is dicitur, qui eſt obſeſſus à dæmonio, & is qui afflatu & poteſtate dæmonis aliquid facit. Cùm hāc iniuriam Dominum, paſſum eſſe legimus, conſolemur nos aduerſus oblocutiones & cōtumelias Papiſtarum, qui ſinceros Eccleſię doctores, & pios auditores conſimili modo cōuiciis proſcindunt, clamant eos hæreticos, diabolos, apoſtatas, vt ita eos deforment, autoritatemq́; verbi Dei extenuent. Sed nos non moremur illorum conuicia, anathemata & execrationes. Solemur nos bonitate cauſæ noſtræ, & exēplo magiſtri noſtri, qui talia pati eſt dignatus, ne cùm ipſi ſimilia audire cogimur, animos deſpondeamus. Studeamus itaque vitam & mores componere, vt nemo habeat quod iuſtè in nobis criminetur, ſiue in doctrina, ſiue in moribus.

Quartus Articulus.

49 Reſpondit Ieſus: Ego Dæmonium non habeo, ſed honoro Patrem meum, & vos inhonoraſtis me.

50 Ego autem non quæro gloriam meam. Eſt qui quærit & iudicat.

Depulſio eſt criminationis. Quoniam autem duo Domino obiecerant aduerſariis: alterum contra perſonam, alterum verò contra officium ipſius. Illud vt leuius attingit, hoc vt intollerabile refutat. Nō enim dicit apertè, Samaritanus nō ſum. Hæc enim perſonæ fuiſſet defenſio. Sed hoc tantum: *Dæmonium non habeo*, vt officiū ſuum tueatur. Id quod facit argumento ſumpto à facto ſuo. Qui habet Dæmoniū nō honorat Deū. Fieri enim non poteſt, vt idem Deum honoret, & afflatus ſpiritu Dæmonis loquatur & agat. Ego honoro Deum prædicatione verbi ipſius & obedientia erga ipſum. Ergo Dæmonium non habeo. Malignus enim ſpiritus Deum honorare non poteſt, ſed ipſum in ſuis mēbris blaſphemat, eoſq́; ignominia afficit, qui à Deo mittūtur. Quod cū vos facitis, factis veſtris de vobis ipſis teſtimoniū perhibetis. Igitur vos potiùs ſpiritu maligno agitamini. Hæc etiáſi Dominus nō expreſsè dicit: tamē ex verbis ipſius clariſsimè ſequuntur. Nā cùm dicit: *Et vos inhonoraſtis me*, ſignificat eos afflatos eſſe à Diabolo, vt q̃ legatū Dei contemnant & perſequantur. Notetur ꝙ & oratio & vita hominis teſtimonia ſunt Spiritus quo agitur. Si quis. n. piè loqtur & ſanctè viuit, eum Spiritu Dei Sācto impelli neceſſe eſt. Contra verô, ſi ꝓphana & blaſphema in ore habet, ſpiritu Sathanæ eū agitari manifeſtū eſt. Quod autē ſubiungit Dominus: *Ego autē non quæro gloriam meam*, opponit conuiciis Iudæorū, q̃ ipſum Samaritanū vocarunt, quaſi diceret: Vocer ſanè à vobis Samaritanus, habear, vt placet, contemtus, ſed Deus, qui iuſtus eſt iudex, ſuo tempore patefaciat quisnā ſim. Atq; ita Dominus ꝓuocat ad Deum iudicē, coram cuius tribunali ſuos aduerſarios ſiſtit. *Eſt*, inquit, *qui quærit*, ſcil. meam gloriam, *& iudicat*, ſcil. de mea gloria. Non eſt ergo ꝙ ego iſtud conuicium depellā, qui Samaritanus à vobis vocor, Deus ipſe meā gloriam ſuo tēpore illuſtrabit. Habēt ergo Chriſti verba tacitā comminationē iudicij Dei, in eos, qui Chriſtū & eius Euangelium contēnunt. Hîc Chriſti exemplo diſcamus, nō tam gloriam noſtrā quęrere, q̃ ſincerè officium facere, & cōtemnere eorum voces, qui noſtras perſonas deformare conantur. Habemus. n. iuſtum iudicem. Diſcamus etiā verā gloriam eſſe in officio rectè ꝑſtito gloriam non affectare, ſed bona conſcientia officiū noſtrum in timore Dei præſtare. *Hæc eſt*, inquit Paulus, *gloria noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Gloria etenim vera eſt ab interno principio, & tendit ad triplicem finē, videlicet ad conſeruationem conſcientiæ bonæ, ad ædificationē proximi bono exēplo, & ad gloriam Dei, à qua incipit, per quam progreditur & in qua finit.

DE SECVNDO.

51 Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonē meū ſeruauerit, nō videbit mortē in æternū.

Primus Articulus.

Etſi autē Chriſtus horrēda blaſphemia & minimè ferendis conuiciis erat exceptus à Iudæis: tñ non deſinit ſuum facere officium, eiſq́; ſalutē offerre, qui pro beneficiis conuicia rependebāt. Hoc Chriſti exēplo docemur, piorum doctorū eſſe, non ſolûm non frāgi creſcente hominū aduerſus ſe cōtumacia, verùmetiam multò magis animari & excitari ad faciendum officium, vt aliquos ſaltē è malorū numero eximāt, eoſq́; adducant Chriſto quô ſaluentur. Chriſtus enim hîc poſtquam habere Dæmonium dictus eſt à ſuis auditoribus, prædicationis ſuæ beneficia largiùs impendit, vt nos ſuo animaret exemplo, ad benefaciendum etiam ingratis.

Porrò hæc verba Chriſti, continēt promiſsionem Euangelij propriam, iureiurando Chriſti confirmatam. Sunt aūt plura in hac promiſsione perpendenda. Primum, iuratio Domini. Secundum, quòd promiſsio præſens ſit vniuerſalis. Tertium, quòd eadē ſit conditionalis. Quartum, promiſsionis ſubſtātia. Quintum, quid ex hac promiſsione ſequatur. Hæc ſi diligentiùs examinauerimus, vberiorem doctrinam & conſolationem hic locus ſuppeditabit.

De iuratione Chriſti hæc ſcienda ſunt, ꝙ & certitudinis dictorū ſuorum cauſa iurauerit, & in amoris ſui erga homines teſtimonium quo-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A rum infirmitati ſe accommodat, vt ſibi iurato facilius & citius credát in ſalutem. Etſi autem doctrinam ſuam teſtimoniis Moſis & Prophetarũ ſæpè confirmat, & eandem multis diuinis operibus diuinam eſſe demonſtrat: tamen ipſius philanthropiæ placet, etiam iureiurando ſuæ doctrinæ fidem facere, vt vel iſto pacto noſtræ infirmitati conſulat. Quantum ad formam iurationis attinet, qua aliquando ſimplici, & aliquando, idque apud noſtrum Euágeliſtam potiſsimum, geminata vtitur, vt cùm dicit: *Amen,* B *amen,* ſciẽdum eſt, quòd ſit propria Chriſti, qua nulli alij, vel in veteri vel in nouo Teſtamento vſi ſunt, ſed Chriſto ſoli eſt relicta. Nam ipſe ſolus eſt veritas ſubſtantialis à patre ab æterno nata. Cùm ergo Domin9 iurat hac forma: *Amen.* ſiue duplicata: *Amen amen,* ipſa veritas veritatem ſiſtit coram tribunali Dei, eamque Deo obligat, & veluti oppignorat, cum hac conditione, vt ipſa pereat, ſi ipſe mentiendo fallit: Quemadmodum Deus ipſe, qui natura & eſſentia vita eſt C quædam ſubſtãtialis, ſuam vitam in periculum adducit, cùm iurat: *Viuo ego, nolo mortem peccatoris.* Hac ergo Chriſti iuratione, qua maior nulla eſſe poteſt, confirmati de promiſsione propoſita, ſciamus priùs cœlum caſurum, quàm vt illa mutetur aut reuocetur.

Secundum, quod hic perpendendum dixi, eſt, quòd promiſsio ſit vniuerſalis, vt quę nullas nationes, nullos hominum ordines aut ſtatus, nullum ſexum, atque adeò nullas perſonas ex- D cludat. Ita enim habet promiſsio: *Si quis ſeruauerit*, hoc eſt, vt Scriptura ſeipſam interpretatur, quiſquis ſeruauerit, vel, omnis qui ſeruauerit, vt particula vniuerſalis, nõ genera ſeu ordines hominum, ſed indiuidua humanæ naturæ comprehendat. Id quod Paulus apertè docet, cùm ait: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri. Quia vnus eſt Deus, vnus eſt mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus.* Hìc ab vna parte ponitur Deus vnus, ab altera homines ſine diſcrimine omnes. In me E dio, hoc eſt, inter Deum & homines, vnus ſtatuitur mediator, ita vt ſit omnium mediator, quemadmodum vnus Deus eſt omnium Deus.

Verum quia Dominus hîc ait: *Si quis ſeruauerit ſermonem meum*, & Scriptura ſæpè promittit audientibus & ſeruantibus verbum, item credẽtibus, ſalutem: Anabaptiſtæ hinc occaſionem ſumunt, & negát ſacrilegè infantes ſaluari poſſe, cùm ſine auditu non ſit fides, & ſine fide nulla ſalus. Clarè enim dicitur ſine omni verborũ F ambiguitate: *Qui non crediderit, condemnabitur.* Hìc quidam reſpondent, vt Anabaptiſtarum errorem confutent, ſuperiora dicta, & alia ſimilia, pertinere etiá ad infantes, ſed baptizatos, quos dicunt credere, etſi illorum fides non eſt ex auditu verbi, quemadmodum adultorum. Tribuunt enim aquæ Baptiſmi eam vim, quòd per ipſam regenerentur infantes, ſine qua regeneratione non eſt ſalus, & quòd ita regenerati iam credant. Etſi autem hi nonnihil dicunt contra G abſurdam Anabaptiſtarum opinionem, tamen nec ſatis commodè, nec rectè omnino ſe explicant. Tres enim ſunt in eorum ſentẽtia errores minimè ferendi. Horũ primus eſt, quòd ea quæ dicuntur, & accipi debent de adultis, qui verbũ audire poſſunt, & ex auditu verbi fidem concipere, vel etiá verbo reluctari contumaciter, tráſferant ad infantes, qui verbum intelligere, & ex verbo fidem concipere nequeunt. Secundus, ꝙ tribuant ſigno externo, quod eſt internæ virtutis ac occultæ Spiritus Sancti operationis, dum alligát gratiam ſpiritualem externo ſigno, quod ſignum eſt ſolummodò ſymbolum & ſignaculum gratiæ & ſpiritualis regenerationis, quę nõ eſt alligata ſic ſigno, quin fieri poſsit ſine ſigno. Tertius, ꝙ promiſsionẽ fœderis vniuerſalẽ, reſtringát, repugnante Dei verbo, ad eos ſolos, qui ſigni externi efficiuntur participes, quaſi verò Deus ſine ſigno, aut nõ poſſet, aut nõ vellet ſeruare pactũ, quod ad totũ ſemen ꝑtinere voluit.

Verùm quo hæc res clarior euadat, pactũ Dei cum Abrahamo, & cum ſemine eius initum, inſpiciẽdum eſt, quod his verbis exponitur Gen. 17. *Ego ecce pactum meum tecum, eriſq; in patrem multitudinis gentium.* Hiſce verbis ſignificatur, ꝙ gentes fide inſerendæ eſſent in genus Abrahæ, licet ab eo non progenitæ ſecũdùm carnem, Rom. 4. Et paulò infrà: *Ego ſtatuam pactum meum inter me & inter te, atq; inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim tibi in Deum & ſemini tuo poſt te.* Hæc pacti diuini verba ſunt, quæ tria continent imprimis perpẽdenda. Primùm, inter quoſná initum ſit hoc pactum. Secũdum, quouſq; ſe extẽdat. Tertium, cuius rei ſit pactũ. Eſt autẽ hoc pactum initum inter Deum & Abrahamũ, & ipſius ſemen vniuerſum, & eſt perpetuum, extendens ſe ad omnia tẽpora, adeo vt nunquam aboleri poſsit. Nam vt Deus idẽ manet & non mutatur vnquam: ita ipſius pactum iuxta promiſsionis verba perpetuò ratum erit. Prętere hoc pactum in eo conſiſtit, quòd Deus velit eſſe Deus eorum quibus cum hoc pactum iniit, hoc eſt, quòd velit eos æternum viuere, & beatos eſſe fruique ſuo conſpectu in æternum. Tametſi autẽ huius fœderis participes moriuntur corporaliter: tamen vis fœderis poſtulat, vt tandem reſurgant ad ęterná vitá & beatitudinẽ. Deus ſiquidẽ, vt veritas ipſa ait, nõ eſt De9 mortuorũ, ſed viuorũ. Hoc proinde pactũ eſt de gratia corá Deo, & de æterna vita, quę datur iis, qui huius pacti ſunt participes, idq; ex gratuita miſericordia Dei, ſine humanorũ meritorũ conditione, non tamen ſine fide adultorum, quæ reſpondet promiſsioni eamque apprehendit.

Porrò quoniam Deus conſcius fuit infirmitatis hominum, voluit huic ſuæ promiſsioni ſeu pacto externum ſignum adiicere, quod eſſet teſtimonium, pignus & ſignaculum pacti initi inter ſe & inter Abrahamum eiuſq; ſemen in perpetuum, & ne facilè obliuiſcerentur vſus inſtituti ſigni, videlicet Circumciſionis, tribuit ei nomen ex pacto, vocauitque Cicumciſionem pactum ſuum. Non ꝙ Circumciſio ipſa fuerit pactum ex ſe & per ſe, ſed quia teſtabatur de pacto, & erat externum teſtimonium pacti. Atque

inde

inde eſt, quòd Paulus Circumciſionem definiat A
σφραγίδα, hoc eſt, ſignaculum iuſtitiæ fidei. Hîc
clarè videmus, pactum præcedere, & eius obſi-
gnationem ſequi. Signaculum igitur non con-
fert gratiam, nec eſt cauſa gratiæ, ſed ſolummo-
dò obſignat & confirmat eam, ſicuti & alia ſa-
cramenta faciunt. Proinde Iudæorum infan-
tes non ſunt adepti ſalutem ex Circumciſionis
virtute, ſed Circumciſio tantùm teſtabatur, quod
antequam circumcidebantur, fuerint in gratia,
idq; ex pacti virtute, quod Dominus inierat cũ B
Abrahamo & cũ eius ſemine in ſempiternum.

Iam ſi Chriſtiani ſunt ſemen Abrahæ, ſunt e-
tiam conſortes fœderis inter Deum & Abraha-
mum, ipſiuſque ſemen initi: & illorum infan-
tes ſunt promiſsionis hęredes, idque antequam
baptizantur. Nam ob hanc cauſam baptizantur
Chriſtianorum infantes, vt Baptiſmus eis obſi-
gnet gratiam, cuius antea ex virtute pacti erant
participes. Quod autem Chriſtiani ſint verè ſe-
men Abrahę, cui facta eſt promiſsio, Paulus cla- C
riſsimè docet, qui Rom. 4. definit filios Abrahę,
qui inſiſtũt veſtigiis fidei Abrahę: Et ad Rom. 9.
diſcernit inter duplex ſemen Abrahæ, carnis vi-
delicet, & promiſsionis. Vt enim carnis ſemen
eſt, quod ducit originem ex carne Abrahæ: ita
promiſsionis ſemen eſt, quod ducit originem
ex fide Abrahæ. Sunt enim promiſsionis filij,
qui promiſsioni credunt, quemadmodum A-
braham credidit. Ad Gal. 3. apertiſsimè hæc de-
monſtrantur. Ita enim ait Paulus: *Abraham cre-* D
didit Deo, & imputatum eſt illi ad iuſtitiam. Scitote igi-
tur, quòd qui credunt, hi ſunt filij Abrahæ. Item: *Qui*
credunt, benedicuntur cum fideli Abrahamo. Et rurſus:
Vos omnes vnus eſtis in Chriſto Ieſu. Si igitur vos Chri-
ſti. Igitur Abrahæ ſemen eſtis, & ſecundùm promiſsio-
nem hæredes. Iam ſi Chriſtiani ſunt filij Abrahæ,
vt iam probauimus, erunt profectò illorum li-
beri participes fœderis initi inter Deum & A-
brahamum, eiuſque ſemen in ſempiternum. Ad
hæc cùm extra controuerſiam eſt, Baptiſmum E
noſtrum in locum Circumciſionis ſucceſsiſſe,
& ſemen Chriſtianorum reputari pro ſemine
Abrahæ, ſequitur, quòd non magis noceat Chri
ſtianorum infantibus, ſi diſcedant ex hac vita ſi-
ne Baptiſmo, quàm Hebręorum infantibus, qui
non circumcidebantur ante octauum diem, in-
tra quem tamen abſq; omni dubio infiniti ſunt
extincti, & qui 40. integris annis in deſerto non
circumcidebantur. Id quod profectò illis ne-
quaquam nocuiſſe putandum eſt, quia Deus in F
ſuis promiſsis verax eſt. Sicut ergo Circumciſio
non dabat gratiam, ſed eam obſignabat iis qui
iam in gratia erant: ita Baptiſmus noſter non
confert Chriſtianorum infantibus gratiam, ſed
eam iam habentibus obſignat. Quòd autem
Deus minetur iis, qui non circumcidebantur,
internecionem & exterminationem de populo
ſuo, accipiẽdum eſt de adultis, qui cùm ſignum
fœderis contemnerent, ſatis declarabant, ſe i-
pſum fœdus nihili facere. Idem omnino iudi- G
candum eſſet, ſi Chriſtianorum liberi adulti Ba-
ptiſmum contemnerent, aut fidem fœderis abii-
cerent. Atque hactenus dictum ſit, quomodo
hæc vniuerſalis promiſsio accipienda ſit, videli-
cet de adultis, qui verbum audire poſſunt, & nõ
de infantibus Chriſtianorum, qui tametſi natu-
ra ſunt peccatores: tamen virtute promiſsionis
ſancti ſunt etiam in vtero materno.

Tertium, quod in hac promiſsione perpen-
dendum dixi, eſt quòd ſit conditionalis. Pendet
enim ex cõditione, ſine qua irrita eſt. Eſt autem
hîc conditio duplex obſeruanda, videlicet fidei
cùm verbo audito creditur, & perſeuerationis
in fide vſque ad finem. Sic enim ait Dominus:
Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit. Et
Paulus: *Participes facti ſumus Chriſti, ſi conceptam*
fiduciam vſque ad finem firmam tenuerimus. Hoc pu-
gnat cum illorum dogmate, qui docent fidem
ſemel conceptam amitti non poſſe, quare & ſe
& alios miſerè fallunt. Sed de conditione ſuprà
copioſiùs diximus.

Quartum, quod hîc perpendendum monui-
mus, eſt de ſubſtantia promiſsionis, hoc eſt, de
re promiſſa. *Non videbit*, inquit, *mortem in æter-*
num, hoc eſt, non ſentiet æternam mortem, ſeu,
non morietur in æternum, hoc eſt, vt alibi dicit,
habebit vitam æternam. Ergo res promiſſa eſt
liberatio à morte æterna, quam merueramus
peccato, & donatio vitæ æternę, quę eſt donum
Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Porrò vt mors æterna eſt mors maledictionis
& damnationis cũ Diabolo & angelis eius nun-
quam finiendæ, quæ excipiet mortem tempo-
ralem, in omnibus iis qui non conuertuntur: ita
vita æterna eſt vita benedictionis & ſalutis cum
Chriſto & electis eis perpetuò duraturæ, quæ
in animabus quidem inchoatur, & à morte ma-
net corporali in iis omnibus, qui in vera fide vi-
tam finiunt, perficienda tãdem, reſuſcitatis cor-
poribus in extremo die.

Quintum, quod hîc perpendendum admo-
nui, eſt, vt cogitemus quid ex hac promiſsione
ſequatur, videlicet, quòd hac promiſsione omnes
homines non conuerſi per fidem in Ieſum Chri
ſtum peragãtur rei coram tribunali Dei, vt qui
obnoxij ſint iræ Dei & mortis æternæ. Si enim
qui ſeruauerit ſermonem Chriſti, non videbit
mortem in æternum, ſequitur ſanè, omnes mo-
rituros æternum, qui Chriſti beneficio à morte
æterna non liberantur. Quoties igitur Chriſtus
promittit vitam æternam in ſe credentibus, ſeu
ſeruantibus ſuum ſermonem, liberationem à
morte æterna, toties accuſat homines, & ſiſtit
eos reos coram tribunali Dei. Nam cùm Domi-
nus promittit vitam, ſignificat eos antea non
habere vitã. Quare? Quia iuſtitiam non habent,
quæ eſt via vitæ æternæ. Et cùm promittit libe-
rationem à morte æterna, indicat eos morti æ-
ternæ eſſe obnoxios. Quare? Quia peccatũ ha-
bent, cuius ſtipendium eſt mors æterna. Hoc
cùm intelligerent Iudæi, ægrè ferebant ſe ſpo-
liari iuſtitia Legis & meritis operum quibus tu-
mebant. Qui enim malè agit, odit lucem, & non
venit ad lucem ne arguantur opera eius. Atque
ideo Dominum magis perſequuntur, quemad-

modum etiam hoc die hypocritæ ferre nõ poſſunt, quòd doceamus ſola fide hominem iuſtificari, ſoloq́; Chriſti merito conſtare ſalutem.

Hinc ergo monemur, quòd Euãgelium quoties prædicatur, ſimul accuſet peccatum, damnet non habentes iuſtitiam, minetur mortem æternam: Sed ex conſequẽti, ſiue per accidens. Nam per ſe, Euangelium eſt vitæ & ſalutis lætiſsima annunciatio per Ieſum Chriſtum. Lex autem per ſe & propriè peccatum accuſat. Per legem enim cognitio peccati: ſed ex conſequenti ſiue per accidens Lex ad Chriſtum medicum vulneratos mittit. Ideo Paulus dicit: *Lex eſt pædagogus ad Chriſtum.*

Secundus Articulus.

52 *Dixerunt igitur ei Iudæi: Nunc cognouimus, quòd Dæmonium habes. Abraham mortuus & Prophetæ: & tu dicis: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, nequaquam guſtabit mortem in æternum.*

53 *Num tu maior es patre noſtro Abraham? qui mortuus eſt, & Prophetæ mortui ſunt: Quem te ipſum facis tu?*

Ad obiectam claram Euangelij lucem magis cœcutiunt hypocritæ, magiſque incandeſcunt, atque vt gladium blaſphemam ſuam linguam in benefactorem ſtringunt. Hæc enim reproborum natura eſt & hypocritarum, vt beneficiis perceptis peiores fiant. *Nunc*, inquiunt, *cognouimus, quòd Dæmonium habes.* Vnde quæſo? Quia promittit vitam æternam ſeruantibus ſermonẽ ſuum. Quaſi verò Dæmonia damnata vel vitam promitterent, vel darent, quod non habent. Rectiùs ergo ex verbis Domini collegiſſent: Hic promittit liberationem à morte æterna ſeruantibus ſermonem ſuum, quem tantis miraculis confirmat. Ergo vel eſt Meſsias promiſſus, vel alioqui doctrina eius eſt diuina. Audiamus igitur illum. Sed hypocriſis eorũ mentes perſtrinxerat, & Diabolus eos impulerat contra Chriſtum, vt quod Dei erat, tribuerẽt Dæmoni. Sed videamus fundamentum, ſuper quod Iudæi extruunt ſuam blaſphemiam. Qui Abrahamo & Prophetis ſe anteponit, meritò dæmonium habere dicitur, (ſi mẽtitur.) Tu Abrahamo & Prophetis te anteponis. Igitur rectè te habere Dæmonium dicimus. Aſſumptionem probant ab efficacia doctrinæ. Is cuius doctrina ſeruata vitam æternam confert, meritò maior & melior habetur eo cuius doctrina id præſtare non poteſt. Si igitur tua doctrina hoc facit, ꝓfectò maior es Abrahamo & Prophetis, quorum doctrina non ipſos quidem, nedum alios, à morte ſeruare potuit. In hac ratiocinatione multipliciter peccatur. Primùm in eo, quòd non agnoſcant ex Prophetarum vaticiniis, & ex miraculis Domini iuxta vaticinia, Ieſum eſſe Meſsiam olim promiſſum. Deinde, quòd non intelligant, Meſsiæ beneficium proprium eſſe tollere peccatum & mortem, conferre vitam & ſalutem. Atque ita primæ promiſsionis de Meſsia datæ, obliti eſſe

A videntur, huius videlicet: *Semen mulieris conteret caput ſerpentis*, hoc eſt, abolebit mortem, & dabit credentibus ſuo verbo vitam æternam. Præterea quòd hîc accipiant de vita carnis, qua neceſſe eſt omnes ſimul mori, quod Dominus de vita animæ intelligit, qua nec Abraham, nec Prophetæ mortui ſunt: vſque adeò ſua ſe malitia & cœcitate inuoluit hypocriſis, vt ſibi ſalutis viam præcludat.

Tertius Articulus.

B 54 *Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quòd Deus veſter ſit.*

55 *Et non nouiſtis eum. Ego autem noui eum. Et ſi dixero, quòd non noui eum, ero ſimilis veſtri, mendax. Sed noui eum, & ſermonem eius ſeruo.*

C 56 *Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, & vidit & gauiſus eſt.*

In hoc reſpõſo Dominus primùm ad id quod vltimo loco quęrunt, ex quo priora dependent, reſpondet. Deinde quemnam patrem ſuum nominet, clarè exprimit. Tum arguit Iudæos ignorantiæ & mendacij. Adhæc ſe patrem nouiſſe affirmat, cuius & ſermonem ſe ſeruare teſtatur. Poſtremò Abrahami de ſe iudicium adiungit.

De primo. *Si ego glorifico meipſum, gloria mea ni-*
D *hil eſt. Eſt Pater qui glorificat me.* Acſi diceret: Vos ex eo quòd de meæ doctrinæ efficacia dixi, offenſi, quęritis, quem te ipſum facis? Ego verò ad teſtimonium patris mei vos mitto, qui de me abundè teſtatur. Nam ſi ego glorifico meipſum, hoc eſt, ſi ipſe me dixero maiorem eſſe & Abrahamo & Prophetis, vt qui Filius Dei ſim, verus Deus, veruſque homo, id quod Meſsię conditio poſtulat, gloria mea nihil eſt, hoc eſt, vos meum teſtimonium non recipitis. Atque ita nihil erit
E mea gloria, non quidem in ſe, ſed veſtra opinione, qui meum teſtimonium impediente veſtra contumacia & cœcitate non eſtis recepturi. Pater igitur meus me glorificat, cuius teſtimoniũ vos non poteſtis vt vile contemnere. Quomodo autem Pater teſtatus ſit de gloria Filij, ſuprà in tertia capitis huius parte oſtendimus.

De ſecundo. *Quem vos dicitis, quòd Deus veſter ſit.* Hîc Dominus clarè exprimit ſuum Patrem nõ terrenum eſſe aliquem, ſed eſſe verum illum
F Deum, quem Iudæi ſuum Deum vocitabant. Hîc ergo Dominus apertiſsimè ſuam deitatem teſtatur, vt Iudæi ſciant ipſum & Abrahamo & Prophetis maiorem eſſe, nihilq́; habeant quod ſuæ contumacię prætẽdant, quin iure ſint damnabiles, qui ipſum non agnouerint. Scire enim debuiſſent Iudæi, Meſsiam non hominẽ ſolummodò debere eſſe, ſed etiam verum Deum, ab æterno Patre ab omni æternitate natum, iuxta Prophetarum de Meſsia vaticinia, de quibus ſu-
G prà prolixè diximus. Etſi autem hic Deus omnium credentium Pater dicitur: tamen Chriſti Pater ſingulari modo eſt & dicitur, nempe natura.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tura, cùm credentes ſolummodò ſint filij adoptione, vt qui Chriſto inſerti ſint per fidem, & eius membra habeantur. Concluditur ergo ex his domini verbis, quòd Chriſtus ſit & Abrahamo & Prophetis maior.

De tertio. *Quem vos dicitis, quòd Deus veſter ſit, & non nouiſtis eum.* Hîc Dominus aduerſarios ſuos mendacij arguit hoc argumento: Qui non nouit Filium, non nouit Patrem: Vos non nouiſtis Filium. Igitur nec Patrē nouiſtis. Eſt proinde vana & mendax gloriatio veſtra, qua Deū, veſtrum Deum eſſe iactitatis. Vana eſt ſiquidē omnis gloriatio de Deo, ſine notitia Filij, & fiducia in ipſum. Hoc argumentum verè ſub verbis Domini cōtinetur. Nam & alibi dicitur: *Nemo nouit Patrem niſi Filius, et cui voluerit Filius reuelare.* Item: *Si me nouiſſetis, & Patrem meum nouiſſetis.* Item: *Qui videt me, videt & Patrem.* Item: *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem.* Eſt ergo cōiuncta notitia Patris & Filij. Qui enim Patrem nouit, nouit & Filium, & qui Filium nouit, nouit & Patrem. Loquitur autem hîc Dominus de notitia ſalutari, quæ fidem in Filium includit, quem Pater miſit vt omnes credentes in ipſum ſaluentur.

De quarto. *Ego autem noui eum. Et ſi dixero: non noui eum, ero ſimilis veſtri, mendax. Sed noui eū, & ſermonem eius ſeruo.* Dominus nouit Patrem, vt Filius, nouit Patrem, vt mediator Deus & homo, nouit Patrem, vt homo. Prima notitia eſt æterna, quæ ad naturam & perſonam pertinet, nobis planè inſcrutabilis. Secunda, eſt conſilij & æterni decreti de redemptione generis humani per mortem Filij: vt hanc notitiam mundo communicaret Filius, humanam naturam in vnitatem perſonæ aſſumpſit. De hac intelligendum eſt dictum: *Nemo nouit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* Tertia, eſt fiduciæ & obediētiæ. Nam vt homo collocat in patrem fidueiam, & ei obtemperat obedienria perfecta in humana natura, atque ideo hîc dicit: *Noui eum, & ſermonem eius ſeruo.* Eſt enim notitiæ Dei infallibile argumentum, iuxta verbū ei obedire: Qui enim verbum habet, & nō iuxta verbum viuit, vanus eſt & mendax, ſi dicat ſe notitiam Dei habere. Nam vera notitia Dei ſemper coniunctam habet & fidem & obedientiam. Verùm ne Iudæi arrogantiæ aſcriberent, quòd ſe Deum nouiſſe diceret, addit confeſsionis neceſsitatem. *Si,* inquit, *dixero: non noui eum, ero ſimilis veſtri, mendax.* Non ergo arrogantiæ fuit, ſed neceſſariæ confeſsionis, quòd Dominus ſe Deum nouiſſe diceret. Vitanda eſt quidem arrogantiæ ſuſpicio, ita tamen, vt non relinquatur veritas.

De quinto. *Abraham Pater veſter exultauit, vt videret diem meū, & vidit & gauiſus eſt. Nō timuit,* ait Auguſtinus, *ſed exultauit vt videret diem meum, & vidit & gauiſus eſt. Credens vtiq; exultauit ſperando, vt videret intelligendo diem meum.* His ergo verbis Dominus ſignificat, ſe maiorem eſſe Abrahamo, vt à quo Abraham ipſe ſperauerit ſalutē.

Porrò quinque ſunt quæ potiſsimum Scriptura nobis commendat de fide Abraham, qua A & nouerit Meſsiam, & in eo cognito exultauerit. Primum eſt promiſsio. Accepit enim Abraham promiſsionē benedictionis in ſemine ſuo, hoc eſt, in Chriſto, cui & credidit, & ea fides eſt illi imputata ad iuſtitiam, & factus eſt pater multarum gētium, hoc eſt, omnium eorum qui veſtigiis fidei ipſius inſiſtunt. Secundum, eſt adoratio, in qua agnoſcitur Filius Dei. Nam, vt eſt Geneſ. 18. *Tres vidit, et vnum adorauit.* Ibi enim viſibiliter inſinuabatur per creaturam inuiſibilis B Trinitatis, hoc eſt, Patris & Filij, & Spiritus Sācti, æqualitas, atque in tribus perſonis vna eademq; ſubſtantia agnoſcebatur. Tertium, oblatio. Diem enim oblationis ſeu crucis Chriſti Abraham vidit in oblatione arietis. Nam cùm iuſſus eſſet offerre filium ſuum Iſaac, quem dilexit, qui etiam ſponte ſe patri ſubiecit, vt fieret holocauſtum, ſed iuſſu Dei de rogo ſublatus eſt: intellexit haud dubiè, fuiſſe figuram mortis & reſurrectionis Chriſti, vnde exultatio inenarrabi- C lis in corde Abrahami accenſa eſt. Quartum, obedientia. Ex fide enim potiùs offerre vnigenitum Filium ad iuſſum Dei voluit, quàm detrectare diuinum imperium, quo facto ſignificabat obedientiam ex fide Chriſti anteponendam eſſe omnibus rebus mundi vel dulciſsimis & exoptatiſsimis. Quintum, eſt ſpes immutabilis de promiſsis diuinis. Contra enim omnem ſenſuum & rationis captum ſtatuit Deum propter Chriſtum omnia ſua promiſſa completurum. D Vide hîc quàm hi Iudæi, cum quibus Chriſtus hîc loquitur, ſint diſsimiles patri Abrahamo. Abraham exultauit vt videret diem Chriſti. Iudæi autem dolent & præſentem non ferunt. Qua re ſatis declarant, ſe non Abrahę filios eſſe, ſed Diaboli potiùs.

57 *Dixerunt itaque Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti.*

E Dictum Domini ironicè excipiunt, tanquam abſurdiſsimū & impoſsibile: Atque hoc Enthymemate putāt, ſed vaniſsimè, ſe aduerſus Chriſtum triumphare, cùm tamē miſerrimè produ͂t ſuam ignorantiam, vt qui ex Scripturis non cognouerint Meſsię conditionem, videlicet, quòd oportuerit ipſum & Deum ab æterno eſſe, & hominem in tempore natum, vt homines peccato perditos ſaluare poſſet. Sed de naturis Chriſti copioſè in primo cap. diximus. Locus obſeruan- F dus, quòd ratio humana, amiſſa luce verbi Dei, in rebus diuinis, non ſolùm cęcutiat, verùmetiā ſtultè triumphet in propriam perniciem.

Quintus Articulus.

58 *Dixit eis Ieſus: Amen amen dico vobis, antequam Abraham natus eſt, ego ſum.*

Hîc Dominus apertè teſtatur de ſua diuinitate, quam non videre Iudæi, ſed intelligere ex vaticiniis Prophetarū, & factis Chriſti poterāt. G In aperto enim erat caro, in occulto verbū: homo manifeſtus, Deus occultus. Obſeruandum autem eſt, ꝙ Dominus teſtaturus de ſua diuina

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

natura ſeu deitate vtatur verbo præſenti, *Sum:* Diuinitas enim, nec præteritum nec futurum tempus habet, ſed ſemper eſſe habet. Non ergo, ait, ante Abraham fui, ne quis hoc de promiſsione interpretaretur. Fuit enim promiſſus Chriſtus, antequam Abraham eſt natus: Sed anteaquá Abraham natus eſt, ego ſum, quod eſt deitatis proprium. Vnde & ad Moſen dicit: *Ego ſum qui ſum, & dices ad filios Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos.* Notetur ergo hoc loco teſtimonium deitatis Chriſti, cuius vſus eſt, vt opponamus potẽtiam Chriſti, omni creatæ potentiæ Diabolorum & hominum, ſcientes ꝙ Chriſtus & poſsit, & velit ſuos liberare, & dare promiſſam ſalutem.

Sextus Articulus.

59 *Tulerunt igitur lapides Iudæi, vt iacerent in eum.*

Poſtquam nihil Sophiſtica, nihil cõuiciis obtinere poterant Iudæi, ad arma confugiunt, vt verberibus vincant quem rationibus ſuperare non valebant. Hoc ipſo artificio vtitur Satanas

A &hoc die aduerſus mẽbra Chriſti. Sed exemplo Chriſti conſtantiam & fidẽ retinẽt verè fideles.

Septimus Articulus.

Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.

Dominus vel nutu ſolo potuiſſet ſuos aduerſarios proſternere, ſed quia pati venerat, exercere iudicium nolebat, nec tamen ſe obrui ab iis lapidibus voluit, quia nec hoc genere mortis B mori debuit, necdum venerat hora eius, Abſcõdit ergo ſe, vt mortis tempus expectaret. Idem Dominus tuebitur ſuos miniſtros, donec ipſi viſum fuerit expedire. Baptiſta rapitur ad ſupplicium: Euangeliſtæ noſtro parcitur: vtrumq; factum eſt ſapienti Dei conſilio, qui optimè nouit, quid quoquo tempore expediat. Quod autem Dominus exierit è templo, ſymbolicũ eſt. Significat enim Chriſtũ non morari Sanctitatẽ loci, ſed locũ relinquere, in quo ipſius verbum C ſedem non habet. Non igitur locus hominẽ, ſed homo, modò pius ſit, locum ſanctificat.

CAPVT NONVM.

SVMMA CAP. IX.

Dominus reſponſo diſcipulis de cauſa cœcitatis hominis cuiuſdam, qui natus erat cœcus, quærentibus, dato, ſanat eundem: quod cùm turba cum admiratione vidiſset, ſanatum ad Phariſæos ducit, à quibus cœcus interrogatus, exponit factum. Vocantur parentes cœci, qui interrogati, ſuum quidem filium agnoſcunt, de ſanationis verò autore nihil ſe ſcire affirmãt. Verùm poſtquam contra Phariſæos, qui Chriſtum vt peccatorem contemnerent, propterea quòd in ſabbato cœcum curaſſet, factum non eſſe peccatoris contenderet cœcus, contemnitur, & à Phariſæis vt peccator eijcitur foras. Verùm Dominus ſanato inuento, & à ſe instructo de Meſsia, miraculi rationem exponit. Quod cùm audirent Phariſæi, quærunt num & ipſi cœci ſint, quibus Dominus reſpondet: Si cœci non eſſetis, peccatum non haberetis.

ORDO ET PARTES CAPITIS IX.

Etſi continua eſt hiſtoria huius capitis: tamen docendi cauſa quinque eius partes conſtituamus.

Prima. Interrogatio diſcipulorum Chriſti de cauſa cœcitatis hominis eius, qui cœcus erat natus, cum reſponſione Domini.

Secunda: Sanatio miraculoſa cœci, luto macerato ſputo ſuper oculos eius illito.

Tertia: Admiratio vulgi ſuper ſanatione facta, & eiuſdem diſceptatio cum reſponſione ſanati.

Quarta: Sanatus ducitur ad Phariſæos, quibus exponit ſanationis modum, & autorem indicat. Verùm quoniam in Sabbato hoc miraculum factũ eſt, oritur inter ipſos Phariſæos diſputatio, vnde & ſchiſma, cùm alij aliter de facto iudicant. Tum veluti dubitantes de facto accerſunt parentes cœci D nati, qui interrogati, præ metu dicunt ſe ignorare, quiſnam fuerit ſanationis autor. Hinc rurſus colloquuntur cum ſanato, & cùm Chriſtum tanquam peccatorem condemnant, ſanatus eum defendit, admirans Phariſæos ignorare vnde ſit, cùm oculos ſuos aperuerit. Quo dicto Iudæi offenſi, ſanatum conuiciis affectum eiiciunt foras.

E Quinta: Inſtructio eſt, qua Dominus ſanatum de Meſsia inſtruit, & rationem miraculi exponit. Quod audientes Phariſæi, num & ipſi cœci ſint, interrogant, quos Dominus cœcos eſſe concludit.

EXEGESIS NONI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PRIMA PARS CAPITIS.

F 1 *Et præteriens Ieſus vidit hominem cœcum à natiuitate.*

2 *Et interrogauerunt eum diſcipuli eius, dicentes: Magiſter, quis peccauit, hic ne aut parentes eius, vt cœcus naſceretur?*

PVLCHERRIMO ordine attexitur hiſtoria ſanati cęci, doctrinæ Chriſti, quę in octauo cap. traditur. Ibi enim docet Dominus, ſe lucem G mundi eſſe. Hìc autem ſymbolo ſanati cœci, doctrinam ſuam cõfirmat. Cœcitas enim corporalis huius hominis, ſymbolum fuit cœcita-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cœcitatis totius generis humani: & vt hic homo corporaliter ſanari non potuit niſi per Chriſtum: ita totus mundus in cœcitate ſua manet, donec illuminetur per Chriſtum. Hoc ſymbolũ clariùs explicatur in fine huius capitis. Iam paraſceuen miraculi videamus. Cûm Dominus intueretur cœcum, miſertus ipſius, quęrunt diſcipuli, vtrum is aut parentes eius ſuo peccato, iſtam accerſiſſent cœcitatem. Nam hoc tãquam immotum principium tenebant diſcipuli: omnem miſeriam humanam à peccato originẽ trahere, tãquam iuſtam pro culpa pœnam. Sed in hoc errant, quòd non altiûs quærant radicem mali, quàm in ipſo cœco & parentibus eius. Ita enim ſtatuẽdum eſt, miſeriam omnem per peccatum intraſſe in mundum, ſed miſeriæ modos & gradus varios eſſe, quos ipſe Deus ordinat pro ſua ſapiẽtia. Lazarum voluit eſſe pauperem & vlceroſum, hunc voluit eſſe cœcum, aliũ claudum, alium leproſum, alium paralyticum, &c. Sed omnes hi modi & miſeriarum gradus, habent eundem fontem communem, nempe peccatum primorum parentũ. Interea tamen fatendum eſt, perſonalia delicta, perſonales adferre miſerias. Sed vt delicta à communi fonte: ita & gradus miſeriarum, manant & variant propter perſonalia errata.

Iam examinemus interrogationem diſcipulorum Domini: *Quis,* inquiunt, *peccauit, hícne an parentes eius?* Ac ſi dicerent: antea à te ſanato dixiſti: noli ampliùs peccare, ne quid deterius fiat. Verùm hic homo à natiuitate ſua cœcus fuit: igitur aſcribi hæc cœcitas peccato ipſius non poteſt. Deinde quia ſcriptum eſt: filius non portabit iniquitatem patris, non poteſt dici, quòd ob parentum ſuorum peccatum cœcus ſit natus. Quid ergo dicis? ſi neque ob ſuum peccatum, neque propter parentum peccatum cœcus eſt natus, vnde ergo hæc cœcitas, præſertim cùm iudicium Dei ſit ſecundûm veritatem.

3 Reſpondit Ieſus: neq; hic peccauit neque parentes eius, ſed vt manifeſta fierent opera Dei in ipſo.

Hoc Domini reſponſum accipiendũ eſt iuxta intentionem eorum, qui interrogant. Nam ſi latiùs extenditur, pugnat cum Scripturę totius conſenſu. Omnes enim dum cõcipimur in vtero matris, rei ſumus cõmuni naturæ vitio, quod ab vno in omnes manat, ad Rom. 5. Deinde in lucẽ editi, multa delinquimus omnes, adeo vt etiam iuſtiſsimus quiſque, ſepties in die cadat. Non ergo Dominus ſimpliciter hîc loquitur, quaſi & hic cœcus & eius parẽtes prorſus eſſent ἀναμάρτητοι, cùm fieri non poſsit, vt quis ſit & homo & non peccet. Solum Chriſtũ ſemper excipimus, cuius erat ſingulare priuilegium, vt qui ſolus conceptus fuerit de Spiritu Sancto, & natus ex caſtiſsima virgine, Deus & homo, vt peccatum, ipſe purus à peccato aboleret. Debet igitur hoc Domini dictum reſtringi ad propoſitũ diſcipulorũ, hoc eſt, ad rem de qua diſcipuli interrogant. Interrogãt autem non de communi

A miſeria generis humani, ſed de cauſa particulari cœcitatis huius hominis, ad quam Dominus reſponſum ſuum accõmodat, cùm ait: *Sed* (ſcilicet cœcus natus eſt) *Vt manifeſta fierent opera Dei in eo,* id eſt: Iſte homo cœcus natus eſt, vt in eius miraculoſa ſanatione, Dei opera manifeſta fierent, hoc eſt, vt homines intelligerent, eius ſanationẽ verè eſſe opus Dei, atq; adumbrare, quid in cœcitate totius generis humani per Chriſtũ agendum ſit. De euentu igitur loquitur Dominus

B more Scripturæ. Sæpe enim Scriptura tribuit agẽtibus propter aliud, finem, qui ab euentu pendet, & non à cauſa efficiente, ita Deo ſapienter rerum euenta moderãte. Sic ergo retexenda eſt ratio præſens. Manifeſtatio operum Dei, non fuit cauſa per ſe, vt hic cœcus naſceretur. Verùm quia cœcus natus eſt deficiente natura, euenit vt opera Dei in eo manifeſtarentur. Atq; ideo Theophylactus ait, particulã iræ non hîc accipi αἰτιολογικῶς, hoc eſt, vt finem facti pro-

C prium exprimat, ſed συμβατικῶς, hoc eſt, vt ſignificet qualis fuerit euentus, qui aliam cauſam habuit. Si ergo per ſe ſpectatur huius hominis cœcitas, τιμωρία fuit, vt communis miſeria humani generis. Eſt enim pars quædam eius miſeriæ, quæ propter peccatum impoſita eſt generi humano. Verùm ſi ex eo ſpectatur quod inde euenit, ἀφορμὴ erat manifeſtationis operũ Dei. Hinc doctrina & conſolatio petatur. Doctrina quidẽ, quòd quæ per ſe malam cauſam habent, ſæpe

D prouidentia Dei, vertantur in gloriam Dei, & hominibus in ſalutem cedant, iuxta regulam: *Diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum.* Conſolatio verò, quòd nihil tam acerbum in vita accidere poſsit, quin vertatur in bonum noſtrum, modò Chriſti manus acceſſerit, id quod fit in vera pœnitentia & inuocatione, ſicuti contrà nihil tam ſuaue eſt & gratum hominibus, quin illud dolor excipiat excluſo Chriſto. De loco communi, videlicet de cruce, ſuprà à nobis di-

E ctum eſt.

4 Me oportet operari opera eius qui me miſit, donec dies eſt.

Ratio à neceſsitate vocationis Chriſti. Chriſtus à Patre miſſus eſt, vt operetur opera eius qui ſe miſit. Ergo oportet Chriſtum iſtis occupari operibus, quæ ipſius vocatio poſtulat. Nunc autem opera Domini, propter quæ venit Filius in mundum, ſunt reſtituere imagi-

F nem Dei, deſtruere regnum Diaboli. Breuiter, ſeruare quod perierat. Quod fit, quando illuminantur mentes hominum luce Euangelij, & Spiritus Sancti illuſtratione, quæ ſymbolicè ſignificatur per corporalem cœcorum ſanationem. Circumſtantiam temporis addit: *Donec dies eſt:* Diem autem vocat in genere tempus lucentis Euãgelij, & ſicuti dies alij aliis ſunt clariores, ita aliis temporibus clarior eſt lux Euangelij, aliis obſcurior. Meritò igitur clariſsimus

G dies iudicandum eſt tempus illud, quo ipſe Dominus hic in terra corporaliter verſatus eſt, & docuit Euãgelium ſuum ſanctiſsimo ſuo ore, &

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

idem confirmauit diuinis ſuis operibus, & obſignauit in cordibus ſuorum ſignaculo Spiritus ſancti. Hæc opera & Patris & ſua opera vocat, vt ſciamus quòd quemadmodum vna eſt potentia, vna Deitas, vna voluntas Patris & Filij: ita etiam vna eſt actio Patris & Filij. Hunc diem Chriſti, præceſsit aurora in doctrina prophetica de Chriſto, præceſsit vmbra in ceremoniis & ritibus Moſaicis, donec tandem ipſe Sol iuſtitiæ, qui eſt Filius Dei æternus, in humana natura aſſumpta apparuit.

Veniet nox, quando nemo poteſt operari.

Hæc horrenda eſt comminatio ſecuturarum tenebrarum in populo Iudaico, & in toto genere humano. Hîc enim Dominus, præuidens ingratitudinem Iudæorum, & totius mundi, minatur fore, vt lux Euangelij ab illis auferatur. Eſt autem inprimis notandum quòd dicat, neminem poſſe in nocte operari, hoc eſt, neminem luce Euangelij ſublata, poſſe operari aliquid ſalutare, ſed omnes ſine luce Chriſti, in denſiſsimis tenebris palpitare. Quátumuis ergo magni ſunt conatus hominum in nocte, hoc eſt, vbi non lucet Sol iuſtitię Chriſtus, per purá Euangelij doctrinam: tamen nihil operâtur, in vanum abeunt omnes conatus. In Iudaico populo ſacrificabatur in nocte, hoc eſt, ſine luce Chriſti. Quare iſte labor verè fuit inanis. Non enim ſalutaris erat. In Papatu, multum vidêtur ſibi laborare, ſed nihil iuuat iſte labor, quia in nocte ſine Chriſto laborant, inuocant ſanctos, inſtituunt Miſſas, ieiunát, vigilant, canunt, prolixas preces faciunt, augent quotidie ſuperſtitiones, fingunt nouos cultus, ſed eorum labor non eſt ſalutaris, quia in nocte operantur, hoc eſt, Chriſti notitiam ſalutarem non habent. *Sine me,* inquit Dominus, *nihil poteſtis facere.* Nam ſine Chriſto omnia ſunt tenebræ, omnia nox & denſiſsima caligo. Qui ergo operari cupit, lucem ſequatur, in die operetur, quò ſui laboris fructum percipiat dulciſsimum.

At Papiſta hîc contrà inſurgit & ait: Ego agnoſco Chriſtũ, credo illum Filium Dei eſſe, & aſſumpſiſſe humanam naturam, paſſum, mortuum, ſepultum, reſuſcitatum, aſcendiſſe in cœlum, & ſedere ad dexterá Patris, & inde redulturum, ad iudicandum viuos & mortuos. Reſpondeo. Hoc Diaboli ſciunt multò quàm tu & meliùs & perfectiùs. Quemadmodum & Iacobus teſtatur, cùm ait: *Diaboli credunt & contremiſcunt.* Nõ eſt ergo iſta tua notitia lux ſalutaris: ſed notitia, cum firma fiducia cordis, iuxta promiſsionis verbum coniũcta, lux ſalutaris exiſtit, videlicet qua credo me habere remiſsionẽ peccatorum, non meritis ſanctorum, non dignitate contritionis, non operum quorumuis merito, ſed merito mortis ſolius Ieſu Chriſti. Hic enim ſolus traditus eſt propter peccata mea & ſolus tollit peccatum mundi. Tu quidem ore dicis te credere remiſsionem peccatorũ, ſed hoc factis negas, cùm dignitati cõtritionis & meritis ſanctorum & tuis hoc tribuas. Item credo me iuſtum

A eſſe non operibus legis, non operibus quæ ego facio, ſed operib. quæ Chriſtus fecit, hoc eſt, ſtatuo me iuſtificari coram Deo imputatione iuſtitiæ Chriſti, qui eſt finis legis in iuſtitiá omni credenti. Præterea credo me reconciliatũ eſſe Deo non interceſsione beatæ Virginis, aut aliorum ſanctorũ, ſed ſolius mediatoris Ieſu Chriſti interceſsione, quia ipſe ſolus factus eſt ἀντίλυτρον pro peccatis noſtris. Breuiter, ſolius Chriſti ſacrificio me Deo recõciliatum ſtatuo, verùm tu B hoc pedib. rurſus cõculcas indigniſsimè, quando in Chriſti locum ſubſtituis idolum Miſſæ, quod fingis te offerre pro viuis & mortuis in cõtumeliam filij Dei, qui vna oblatione conſummauit ſanctos in perpetuum. Ex his intelligis, quænam ſit illa lux Chriſti, quam qui ſequitur, non ambulat in tenebris. Quare & operari poteſt, hoc eſt, Deum rectè colere, timere, diligere, proximum amare pro modulo fidei. Breuiter, piè, modeſtè, & iuſtè viuere.

C

5 Quãdiu fuero in mundo, lux ſum mũdi.

Declarat proximum dictũ. Vt autem abſentia Chriſti à mundo, nox mundi eſt: ita præſentia Chriſti in mundo, lux mundi eſt, id eſt, dies, in qua homines operari poſſunt.

Sed quid eſt quod dicit: *Quamdiu fuero in mundo?* An Chriſtus qui vbiq; eſt, alicubi abeſſe poterit? Certum eſt Chriſtum ratione Deitatis ſeu maieſtatis, vt Auguſt. loquitur, nunquá à mun- D do abfuiſſe vel abeſſe poſſe. Et alibi ait: *Ego ſum vobiſcum vſq; ad conſummationem ſeculi.* Neceſſe eſt igitur, vt de alio pręſentiæ modo dictum Domini accipiamus. Num igitur de humanæ naturæ præſentia accipiendũ? Si de hac accipiatur Domini dictum, ſequitur Chriſtum iam nõ eſſe lucem mundi, humana ipſius natura in cœlũ ſubuecta, in qua redibit in extremo die iuxta ſcripturas. Quomodo eſt ergo in mundo? vt lux mundi, id eſt hominum, qui lucem Euágelij in E ſe recipiũt. Eſt enim Chriſtus ſolus Sol iuſtitiæ, qui ſua præſentia diẽ gratiæ facit. Eſt ergo Chriſtus lux mundi, vt in octauo docuimus, in prædicatione Euangelij. Vbicunq; enim purè prædicatur Euangelium Chriſti, ibi Chriſtus ſpiritu adeſt, lux hominum recipientium Euangelium. Nam in iis accenditur noua quædam lux, hoc eſt, vera Dei agnitio, viua fides, timor Dei, & verus Dei cultus, quæ ſunt opera lucis, & à Paulo dicuntur ad Epheſios 5. fructus lucis, & F qui ea opera faciunt, filij lucis appellantur, & lux in Domino.

Purè autem prædicatur Euangelium, quando ſolus Chriſtus prædicatur ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio noſtra, vt qui gloriatur, in Domino glorietur. Purè prædicatur Euangelium, quando ſolus Chriſtus prædicatur via, vita & veritas. Purè prædicatur Euangelium, cùm ſolius ſanguinis Chriſti merito, purgari credentes homines à peccatis, & G ſolius Chriſti iuſtitia iuſtificari purgatos, & ſolius Chriſti interceſsione reconciliari iuſtificatos, & donari eos vita æterna, prædicatur.

Breuiter,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Breuiter, purè prædicatur Euangelium, quãdo in nomine ſolius Chriſti prædicatur pœnitentia, id eſt, cõuerſio & remiſsio peccatorum, idq; omnibus promiſcuè abſq; conditione populorum, nationum, ſtatuum & ordinum hominũ. De hac puritate Euangelij teſtatur Chriſti ſpiritus in cordibus hominum, qui perhibet eis teſtimonium, quòd ſint filij lucis, hoc eſt, filij Dei. Vbicunq; autem non prædicatur Euangelium purum, vt nos definimus ex verbo Dei, ſed admiſcetur illi aliquid humanarum traditionũ ac meritorum, ibi obſcuratur ſaltem lux Euãgelij, vnde fit, vt luci amabili triſtiſsimæ tenebræ ſuccedant paulatim, donec ſol iuſtitiæ prorſus extinguatur in cordibus hominũ. Vt ergo illi ſoli recipiunt lucem Chriſti, qui Euangelio ſincerè credunt: ita Chriſtum ſolem iuſtitiæ non capiunt, in quibus vel obſtinata malitia, vel meritorum opinio ſeu hypocriſis, lucem excludit. Ab vtraque igitur, cor liberari neceſſe eſt, vt capiat Chriſtum mundi lucem.

In Papatu ergo nulli ſaluantur? Reſpondeo. Multi pij ſemper fuêre & ſunt in Papatu, quorũ aliis maior, aliis minor, lux Euangelij affulſit: & multi luctantes cum deſperatione, erexerunt ſe tandem articulo fidei remiſsionis peccatorum, Papiſticis nugis, de meritis humanis, valeiuſſis: in horum numero Bernhardus fuit.

Licet ne ergo rectè doctis de religione in Papatu viuere, & illorũ ceremoniis intereſſe, cùm ipſi fidem in corde habeant? Paulus reſpondet: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore fit confeſsio ad ſalutem.* Quare inter infirmos & rectè doctos in Papatu ſemper diſcernendum eſt.

PARS II.

6 Hoc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & illeuit lutum ſuper oculos cæci.

7 Et dixit ei: Vade, laua in piſcina Siloã, quod interpretatur miſſus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns.

Hæc miraculi deſcriptio eſt, cuius plures circumſtantiæ ſunt expendendæ.

Prima. De medio, quo vſus eſt Dominus in ſanatione huius cæci.

Secunda. De mandato, quo iubetur is, cuius oculi iam erant luto illiniti, lauare ſe in piſcina Siloam.

Tertia. Obedientia cæci.

Quarta. Miraculum ipſum, hoc eſt, reſtitutio viſus miraculoſa. Hæ circumſtantiæ ſigillatim cõſideratæ vtiliſsimas doctrinas & admonitiones continent. Quare de ipſis ordine dicemus.

DE PRIMA.

Dominus non ſemper eodem modo miracula edidit. Nunc enim ſolo verbo, nunc contactu, nunc præſens, nunc abſens corpore, hîc luto ſputo macerato ſuper oculos illito, ſanat: nõ quòd alia virtus aliis rebus inſit, quaſi diuerſarum rerum virtute diuerſos ſanaret languores:

A ſed vt doceat, non à mediis quibus vtitur, ſed à ſe ſolo ſanandi manare virtutem. Nam perinde illi facilis eſt ſanatio, quibuſcunque mediis vtatur, vt qui omnia vel ſolo nutu, quæ vult facit. Eſt enim Deus cui omnia ſubiecta ſunt. Verùm cùm variis modis id facit, noſtræ infirmitati conſulit.

Cùm ergo ſolo verbo ſanat, non eſt cogitandum vim ſanandi eſſe in verbo prolato, ſed eam procedere ex voluntate ſanantis, cuius interB pres verbum eſt. Eſt enim inſulſus error multorum Papiſtarum, & ſemipapiſtarum, quòd virtutem alligent verbo prolato, quod ſolummodò nuncius eſt, vt diximus, eius qui inuiſibiliter agit. Cùm ergo ſcriptura tribuit verbo efficaciam aliquam, hoc non facit, vt vim aliquam putemus ineſſe verbo per ſe, quaſi prolatum ſolummodo hoc atque illud efficiat: ſed quia Deus verbo ſuam voluntatem hominibus aperit, quam cùm homines excipiunt fide,
C virtus Dei ſentitur & percipitur, quæ cùm Dei ſit propria, verbo ſolummodo per communicationem attribuitur. Numerorum 6. *Inuocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis*, ſcilicet fide verbum recipientibus. Execremur igitur Magorum & Papiſtarum incantationes, qui non ſolùm verbis prolatis, verumetiam literis ſcriptis & characteribus vim tribuunt & efficaciam rontra naturæ ordinem & ſcripturam. Quòd autem Paulus dicat, cibum ſanctiD ficari per verbum, non intelligendum eſt hîc verbum pronunciatum, ſed creditum. Pronunciatur autem vt credatur, non vt virtute Magica aliquid efficiat. Seruiet ergo verbum pronũciatum fidei & confeſsioni.

Cùm contactu ſanat, precium carnis ſuæ, per quam ſalutem noſtram operatus eſt, indicat. Factus eſt enim carnis particeps, hoc eſt, natus eſt verus homo, vt ſeipſum offerret Deo Patri per æternum Spiritum in hoſtiam, qua homi-
E num peccata expiarentur, & iuſtitia ſolida conferretur in ipſum credentibus.

Cùm nunc abſens nunc præſens corpore ſanat, ſignificat, efficaciam ſuam non pendere vel à præſentia, vel ab abſentia corporis ſui. Quare ſtatuendum eſt, ipſum non minùs hodiè in hominibus efficacem eſſe, quàm fuit, quando cum hominibus corporaliter verſaretur in terra. Aſcendit enim in cœlum, vt omnia ſua diuina virtute impleat. Non ergo impedit diſtantia loco-
F rum virtutẽ Chriſti, ſed eam percipiunt omnes, qui viua fide in ipſius promiſsionem recũbunt.

Cæterùm quod hîc puluere, ſputo macerato, cœcum ſanat, vt rationi ridiculum, & ordini naturæ contrarium fuit: ita magis piis in admiratione eſſe debet. Qui omnia in principio ex nihilo produxit, facilè ſine materia etiam oculos feciſſet. Sed viſum eſt Domino luto ad hoc vti, vt oſtenderet ſe creatorem, qui in principio hominem ex luto fecit. Hinc proin-
G de doceantur pij, quid ſit mediis per ſe, quibus Dominus in gubernatione ſuæ Eccleſiæ vtitur, tribuendum. Certum eſt, quòd in luto,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quod illeuit Dominus ſuper oculos cœci, non fuerit ſanádi oculos virtus, ſed potius excœcandi, ſi per ſe conſideretur ex naturali ſua proprietate. Quare hîc docemur, virtutem fuiſſe in ſolo Chriſto, non in luto, ſed vſum fuiſſe luto, tanquam internæ actionis externo ſigno & veluti ſacramento quodam. Confert igitur Dominus, quod ipſius proprium erat, per id quod in ſe inefficax eſt, vt omnia ipſius bonitati tribuátur & non creaturis. Creaturis autem vtitur tãquam occultæ ſuæ actionis ſignaculis, quam ob cauſam etiam iis nomina rerum ſignificatarum tribuuntur, quemadmodum docet Auguſtinus, & Theodoretus ex totius ſcripturæ conſenſu.

DE SECVNDA.

Mandatum Chriſti ſequitur: *Vade*, inquit, *& laua in piſcina Siloam*. Hieronymus qui in ea regione habitauit & oculis omnia conſpexit, ita ſcribit: *Siloam autem fontẽ eſſe ad radices montis Zion, qui non iugibus aquis, ſed in certis horis diebusq́ ebulliat, & per terrarum concaua & antra ſaxi duriſſimi, cum magno ſonitu veniat, dubitare non poſſumus, nos præſertim qui in hac regione habitamus.* Hæc ille: In hãc piſcinam mittit Dominus cœcum, cùm ait: *Vade & laua in piſcina Siloam.* Quibus verbis oſtenditur, vnde vis ſit ſignorũ, quibus Dominus in Eccleſia ſua vtitur, nimirũ à fide promiſſionis, & obedientia mãdati Chriſti. Si cœcus hic contempſiſſet verbum, ſequutus ſtultę ſuæ rationis conſilium, nihil profectò profuiſſet ei lutum ſuper oculos illitum, ſed manſiſſet, vt antea fuit, cœcus: & propter contemptum mãdati Chriſti fuiſſet grauiùs punitus, & in iudicium ceſsiſſet ei lutum, à Domino oculis impoſitũ. Diſcamus ergo hinc, coniũgere cum ſigno externo, fidem promiſſionis & obedientiam erga mandatum Chriſti, & non diuellamus ea à ſe inuicem, quæ Dominus vult coniuncta eſſe. Semper enim eadem ratio, quo ad finem vltimum attinet, ſignorum eſt. Etſi igitur hoc lutũ cœco illi fuit ſacramentum, & non nobis: tamen nobis certiſſimũ documentum eſt. Ex hoc enim iudicium rectè formare poſſumus de cõmunibus Eccleſiæ ſacramentis. Neq; enim maior vis ineſt aquæ per ſe ad ſpiritualem regenerationem, quàm inerat luto ad aperiẽdos oculos cœci. Quare vt hîc vis omnis pendebat ex promiſſione & fide promiſſionis: ita & in aqua Baptiſmi vis non aquæ eſt, ſed Chriſti propria, qui Chriſtus noſtrę infirmitatis cauſa, externa ſigna ordinauit, vt nos quaſi manu duceret in poſſeſſionem theſaurorũ cœleſtis gratiæ, quæ etſi non eſt alligata ſignis, per ſigna tamen viſibiliter fidelibus exhibetur. Atque ideo ſigna hæc Græcis μυστήρια dicuntur, vt fides noſtra verbo promiſſionis nitatur ſolo, & non ſenſuum aut rationis ſequatur menſuram, quæ diuina myſteria non poteſt capere.

DE TERTIA.

De obedientia cœci ait Euangeliſta: *Abiit ergo & lauit.* Ecce quomodo mandatum Chriſti excipiat obedientia cœci, cuius exemplũ nobis proponitur, vt non tã quid iubeamur facere, quàm quis iubeat, ſpectemus. Naamam Syrus iuſſus à Propheta Dei, lauare ſe in Iordane, vt lepram ſuam ablueret: aquam & lotionem intuetur nudam & ſpoliatam verbo promiſſionis. Ex quo factum eſt, vt mandato Dei per Prophetã parere recuſauerit, etſi poſtea à ſeruis admonitus & lauit & ſanatus eſt à lepra ſua, iuxta dictum Prophetæ. Etſi autem hic cœcus poterat ſic ratiocinari. Quid lutũ conferet ad aperiendos oculos? Annon vel oculatiſſimos occœcare ſolet lutũ? Quid eſt quod iubeat, vt me lauẽ in piſcina Siloam, in qua ſæpius me laui, & nihilominus cœcus permanſi? Profectò ſi iſte ſanare poſſet, pręſens potiùs quàm abſens hoc faceret: tamen nihil horum cogitat, nihil in cõtrarium diſputat, ſed mandatum Chriſti cum promiſſione intuetur, quemadmodum Abrahã fecit promiſſa ipſi ſobole ex ſterili anicula. Hæc proinde vera fidei indoles eſt, vt rationibus carnis relictis in ſolo verbo acquieſcat, ſtatuens Deum, & veracẽ eſſe in ſuis promiſſis, & potentem ſatis ad præſtanda ea quæ promittat, etiamſi tota rerum natura promiſſis reluctari videatur.

DE QVARTA.

Cum hac obedientia & fide cœci cõiungitur miraculum. Ita enim habet textus: *Et venit videns.* Hîc ſola Chriſti voluntate fit, quod neque per naturam, neq; per artem fieri poterat. Quidam ex Patribus opinantur lutum non lotione depoſitum eſſe, ſed in oculos conuerſum, vt refert Theophylactus, quam ſententiam & Nonnus ſequitur, cùm ita ſcribit:

γράψας δίπτυχα κύκλα μέσῳ ἐχάραξεν ὀπωπήν,
Ὀφθαλμοὺς τελέων νεοτευχέας ὑδαλέῳ πηλῷ, id eſt:

Pictis duobus circulis & in eorum medio pupilla exarata, oculos nouos ex parato luto fabricauit. Verè igitur magnum miraculum hoc fuit, quo & Chriſtus ſuam manifeſtauit gloriam, videlicet quòd potentia diuina polleret: & doctrinam fulciuit, & fidem in aliis confirmauit vt ſaluarentur. Ea enim quę de maiori eſt fides, quod minus eſt, certificat. Si ergo Deum eſſe credis Chriſtum, conuictus operibus ipſius, non potes dubitare de doctrina eius, quin & ipſa diuina ſit: ſi diuina, digna ſanè fide exiſtit.

Porrò quia ſuprà aliquoties de miraculis à nobis dictum eſt, hîc ſolùmodo regulam repetam, quæ in omnibus miraculis diuinis cogitanda eſt, videlicet quòd Deus cùm edit miracula, & doctrinæ ſuæ excellentiam oſtendit & probationem doctrinę rectè ad doctrinæ genus accommodat. Vt enim doctrina diuina eſt & cœleſtis: ita decuit eius probationem vires naturæ excedere & ſuperare.

PARS III.

8 Itaq; vicini & qui viderant eum priùs,
quòd cæcus eſſet, dicebant: Nonne hic eſt qui
ſedebat & mendicabat?
9 Alij dicebant: hic eſt. Alij autem: ſimilis
eſt ei. Ille verò dicebat: Ego ſum.
10 Dicebãt ergo ei: Quomodo aperti ſunt
tibi

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tibi oculi? 11 *Reſpondit ille & dixit: Homo qui dicitur Ieſus, lutum fecit & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piſcinam Siloam, & laua. Vt autem abij & laui, vidi.*

12 *Dixerunt igitur ei: vbi eſt ille? ait: Neſcio.*

Hæc pars ad confirmationem miraculi facit. Continet enim colloquium vicinorũ huius cœci, & aliorum qui ipſum priùs nouerát cœcum & mendicantem. In quo colloquio diſputatur de facto. Nam cùm omnium expectationem ſuperaret hæc inopinata ſanatio, non mirum eſt, diuerſas in illorũ animis ſubiiſſe cogitationes, adeo vt nonnulli ſuos ſenſus falli exiſtimarent, ex quo fit, cùm alij cõtendunt eundem eſſe quẽ antea nouerant mendicantem & cœcum à natiuitate. Alij autem cõtradicunt, non eſſe eum, ſed ei ſimilem. Verùm hanc cõtentionem componit ipſe, in quo editum erat miraculũ, & clarè affirmat: *Ego ſum*, ſcilicet, qui fui à natiuitate cœcus, & hîc ſedebá mendicans, & nunc video. Huic ergo qui credunt, quærunt quomodo oculi ipſius ſint aperti, præſertim cùm id per naturam & artem fieri non potuerit, quibus ille & modum ſanationis exponit, & autorem apertè nominat & confitetur Ieſum.

In hac parte duo cõmendantur nobis exempla: Vnum diſſerentium de ſanatione cœci: Alterum ipſius ſanati cœci. Exemplum diſſerentium de ſanatione huius cœci commendat nobis & diligentiam in mirabilibus Dei operibus contemplandis, & fidem qua opera diuina reluctante naturæ ordine æſtimamus grati. Etſi enim in iſta turba multos fuiſſe hoſtes Chriſti dubium non eſt: tamen fuiſſe etiam nonnullos ſtatuẽdum eſt, qui inexpectato miraculo viſo, ſunt moti vt fidem in ſanatorem conciperent, & agnoſcerent ipſum verum Meſsiam, non ſolùm corporum, verumetiam animarum curatorem.

Exemplum ſanati cœci commẽdat nobis iuſtitiam & veritatem. Iuſtitiam quidem, quòd benefactorem agnouerit gratus: veritatem verò quòd ſe ſuo teſtimonio oppoſuerit iis, qui miraculi veritatẽ in dubium vocare conati ſunt. Deinde monet nos hoc factum cœci, vt nõ pudeat nos prioris ſtatus & aduerſæ fortunæ, poſtquá inde emerſerimus bonitate Dei. Vt enim hic cœcus non eſt verecundatus de priori ſua miſeria, ſed iam beatior effectus, eá agnoſcit palàm, gratus benefactori: ita decet nos quoq; actorũ laborum meminiſſe, vt Dei beneficia ergà nos illuſtriùs conſpiciantur, & alij noſtro exemplo ad gratitudinem inuitentur. Quidá obliti prioris ſtatus duplicant peccatum: emergũt ex pùluere, & in altum per benedictionem diuinam leuantur. Sed quid faciunt? pudet eos ſuæ originis & vilis conditionis prioris, ingrati & progenitoribus & Deo, ſuperbiunt ac ſi ſua propria induſtria clari eſſent effecti. Verùm hos plerunque vel in ſenecta tandem propria cõſcientia & accuſat & torquet, & plerunque miſeria diuinitus illata corripiũtur. Præterea hoc exemplum ſanati cœci nos ad confeſsionẽ inuitet, vt Chriſtum liberè etiam in medio hoſtium confiteamur: vnde Auguſt. *Cœcus ille confitebatur, & cor impiorum frangebatur, quia non habebant in corde, quod iam ille habebat in facie.*

Porrò quòd Ieſus ſeſe ſubduxerit edito miraculo, commendat nobis humilitatem, ne gloriam noſtram & applauſum popularem quęramus, ſi quid laude dignum præſtiterimus.

PARS IIII.

Hæc pars vt certitudinẽ miraculi confirmat: ita furorem cœcorum Phariſæorũ patefacit, ac conſtantem ſanati confeſsionem commendat.

Sunt autem huius partis quatuor membra.

Primum. Confeſsio ſanati, coram Phariſæis hoſtibus Chriſti.

Secundum. Diſceptatio Phariſæorum inter ſe de Chriſto ſanante hunc cœcũ in die ſabbati.

Tertium. Vocatio parentum cœci qui interrogantur de facto & reſpondent.

Quartum. Colloquium Phariſæorum & ſanati cœci, in quo cœcus conſtantem confeſsionem edit ac defendit factũ Chriſti diuinũ eſſe, vnde offenſi Iudęi contumeliis affectũ eiiciunt.

DE PRIMO.

13 *Adducunt ad Phariſæos eum qui cœcus fuerat.*

14 *Erat enim ſabbatum, quando lutum fecit Ieſus & aperuit oculos eius.*

15 *Iterum ergo interrogabãt eum & Phariſæi, quomodo vidiſſet. Ille aũt dixit eis: lutũ impoſuit mihi ſuper oculos, & laui: & video.*

Hæc eſt confeſsio ſanati cœci corá Phariſæis Chriſti aduerſariis. Vt enim antea coram vulgo claram Chriſti confeſsionem interrogatus hic cœcus edidit: ita etiam hîc corá principibus ſacerdotum & Phariſæis interrogatus confitetur benefactorem, commẽdans nobis ſuo facto conſtantiam confeſsionis, non ſolùm coram vulgo ignobili & inermi, verumetiá coram potentiſsimis mundi armatis, qui Chriſtum in ſuis membris perſequuntur. Interſerit autem Euágeliſta circumſtantiam temporis ſanati cœci: *Erat enim ſabbatum, cùm hunc cœcũ Dominus ſanaret*: vt hypocriſin Phariſæorum manifeſtiorem faceret, qui peruersè de operibus ſabbati iudicarunt, cùm non Legis verbis cõtenti eſſent, quæ opera prohibita in ſabbato apertiſsimè definit, & cõmendat omnia opera quæ faciunt ad ſanctificádum ſabbatum. Sed de his paulò pòſt agemus.

DE SECVNDO.

16 *Dicebant igitur ex Phariſæis quidam: hic homo non eſt à Deo, quia ſabbatum non ſeruat. Alij autem dicebant: quomodo poteſt homo peccator talia ſigna facere? & ſchiſma erat inter eos.*

17 *Dicunt cœco rurſus, quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille dixit: Propheta eſt:*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Agnoſcunt factum Phariſæi, ſed de nomine A & qualitate facti inter eos non conuenit. Quidam enim cauillãtes factum Domini, videlicet ſanationem huius cœci, violationẽ ſabbati definiunt, vnde autorem facti non eſſe à Deo, hoc eſt, impium & Legis diuinæ tranſgreſſorem inferunt. Alij definitione omiſſa, qualitatem facti expendunt, dum agnoſcunt diuinum factum eſſe ſanationem cœci, ex quo autorẽ ipſum innocentem eſſe concludunt. Hinc ſchiſma inter eos oritur, dum ſententiis non conueniunt, ſed B vtrorumq; argumenta penitus introſpiciamus & examinemus.

Qui factum Chriſti culpant, hoc nituntur argumẽto: Violator ſabbati nõ eſt à Deo, hoc eſt, Deo ac Legi diuinitus datæ ſe opponit. Hic ſanans cœcum in die ſabbati, violator eſt ſabbati. Proinde à Deo non eſt, ſed eſt peccator & impius, maledictioni Legis ſubiectus. A Deo enim non eſt, qui ſciens & volens ipſius Legem tranſ C greditur. Vt autem à Deo eſſe dicitur, qui Deo paret: ita à Deo non eſſe iudicatur, qui ipſius imperata volens & ſciens tranſgreditur.

Maior propoſitio vera eſt, ſed minor eſt κρινόμενον. De hac enim iudicandum eſt, vtrum videlicet miraculoſa ſanatio cœci in die ſabbati ſit violatio ſabbati nec ne. Nam ſi hæc ſanatio, vt illi putant, prophanat ſabbatum, eſt profectò violatio ſabbati pugnans cum Lege Dei. Verùm ſi ſanctificat ſabbatum ſanatio cœci, proprium opus ſabbati, atq; ideo ſanctum cenſen- D dum eſt. Quòd autem non prophanet ſabbatũ, atque ideo non ſit violatio ſabbati, manifeſtum eſt ex Lege, quæ ſolũmodò ſeruilia opera prohibet & hominem prophanãtia, non autem diuina opera, quibus gloria Dei, & hominum ſalus promouetur. Falsò igitur concludunt hypocritæ, hanc ſanationem cœci factam in die ſabbati, eſſe violationem ſabbati.

Alij admirantes, vt par erat, factum Domini, E ſic concludunt: opera diuina quæ excedunt humanas vires, & ſunt hominibus ſalutaria, nullo pacto peccata eſſe cenſenda ſunt. Hoc opus ſanationis huius cœci verè opus diuinum eſt, & homini ſanato ſalutare. Igitur qui eum ſanauit, non eſt peccator & tranſgreſſor ſabbati habendus. Huius argumenti propoſitiones & maior & minor ſunt firmiſsimæ, & indubitatæ fidei. Quare firma eſt horum collectio, qua defendũt innocentem. Horum exemplum dignum imi- F tatione eſt, videlicet vt in cõſultationibus & deliberationibus de rebus magnis, nõ moueamur autoritate illorũ & ſophiſtica, qui ante nos malè de quæſtione propoſita iudicarunt: ſed veritatem firmis rationibus nitentem tueamur.

Sed quid faciunt hic hypocritæ? vidẽt ſe ſuis propriis rationibus refutari, ideo vt videantur nonnihil agere, vertũt ſe rurſus ad eum, in quo miraculum editum erat, quærũtque ab eo quid ipſi videatur de eo qui ſibi oculos aperuit, ſperantes fore vt præ metu non auderet autorem G facti confiteri. At is apertè & conſtanter reſpondet: *Propheta eſt*, quaſi diceret: Ipſius opera teſtantur, quòd ſit diuinitus miſſus, vt doctrinam cœleſtem nobis ex mandato Dei proponat. Didiciſſe enim videtur hic cœcus, quòd quoties Deus mitteret aliquem prophetam, qui vel doctrinam corrigeret, vel mores formaret, vel futura prædiceret, eum armaret miraculis, id eſt, diuinis operibus, quæ de ipſius legatione teſtarentur, vt homines non dubitarent, doctrinam, quam proponeret, eſſe diuinam & hominibus ſalutarem.

DE TERTIO.

Hoc membrum in tres diuidamus articulos illuſtrandi cauſa.

Primus Articulus.

18 Non crediderũt ergo Iudæi de illo, quòd cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerunt parentes eius qui viderat.

19 Et interrogauerunt eos dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis cæcum natum eſſe, quomodo ergo nunc videt?

Quia non poterat inter Iudęos conuenire de facto, cùm alij ſabbati prophanatorem eſſe eius autorem definirent, alij diuinũ eſſe factum contenderent, omiſſa diſputatione de nomine & qualitate facti ad aliam conſtitutionem confugiunt, ac fingunt ſe dubitare, an is de cuius ſanatione agebatur, fuerit aliquando cœcus nec ne, & an fuerit cœcus natus. Vocant igitur parentes eius qui ſanatus erat, eos interrogant, nũ ipſorum ſit filius, num fuerit cœcus natus, & quomodo iam viſum receperit. Hoc fecerunt alij alio conſilio. Qui Chriſto clam adhærebant, parentes huius cœci aduocari voluerunt, vt eorum teſtimonio Chriſti gloria fieret illuſtrior, confirmato ipſius facto pluribus teſtibus. At hoſtes Chriſti, qualis maxima pars Iudæorum fuit, ſperabant, vt vel negarent parentes vocati hunc eſſe ſuum filium, vel eius ſanationem aliò quàm ad Chriſtum referrent. Ecce quomodo in his Iudæis, Chriſti aduerſariis, pingatur conatus & peruerſitas hypocritarum, qui vertunt ſe in mille formas, vt veritatem Dei obruant, ac ſibi ſalutis viam intercludant. Quod oculis vident, quod manibus palpant, quod auribus audiunt, hoc impudenter inficiantur hypocritę & ſeipſos ſponte omnibus quaſi ſenſibus ſpoliãt. Idem hodie Papiſtæ in clariſsima Euangelij luce faciunt. vſque adeo hypocriſis, contumacia & ſophiſtica armata ruit reluctante conſcientia & iudicio contra Deum, & propriam ſalutem miſerrimè negligit.

Secundus Articulus.

20 Reſponderunt eis parentes eius & dixerunt: ſcimus quòd hic ſit filius noſter, & quòd cæcus natus ſit.

21 Quomodo autem nunc videat, neſcimus, aut quis eius aperuerit oculos, nos neſcimus. Ipſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquatur.

Interrogati parentes huius ſanati hominis palàm

palàm fatẽtur & ſuum eſſe filium, de quo inter-
rogantur, & cœcum fuiſſe natũ. Id quod facit ad
præſentis miraculi cõfirmationem, & ad augen
dam iuſtam contumaciæ Iudęorum damnatio-
nem, qui Chriſtũ in ſuis factis non agnouerunt.
Iudæi longè aliud reſponſum expectarunt. Pu-
tarũt enim vt parentes huius cœci prę metu vel
negarent ſuum Filium eſſe, vel aliò transferrent
ſanationis cauſam, vt veritas opprimeretur. Sed
hæc veritatis natura eſt, vt per quæ putatur inſi
dias pati, per ea fortior euadat. Cõtrà verò men
dacium ſibiipſi obuiat, & per ea quæ lædere ve-
ritatem videntur, clariorem eam oſtendit. Cum
autem parentes huius cœci, autorem facti di-
cant ſe ignorare, quem haud dubiè nouerunt, i-
pſe Euangeliſta exponit, cùm ſubiungit.

Tertius Articulus.

22 *Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis confiteretur eum eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret.*

23 *Propterea parentes eius dixerunt: ætatem habet, ipſum interrogate.*

Cur authorem ſiluerint parentes cœci, expo
nit, nimirũ quòd timerent excluſionem à ſyna-
goga. Decretum enim erat à ſacerdotibus & pri
morib. populi, vt ſi quis ipſum diceret Chriſtũ,
indignus haberetur cõmunione. Quid? An hoc
erat agnoſcere Ieſum eſſe Chriſtũ, prędicare ip-
ſum ſanaſſe hunc cœcũ? potuerúntne fateri Ie-
ſum ſanaſſe hunc cœcũ, & nihilominus negare
eum eſſe Chriſtum? Annon Helias & Eliſæus
excitarunt mortuos, qui tamen non fuerũt Meſ
ſiæ? An non multi Prophetę & Apoſtoli omnes
claruêre miraculis, qui Meſsiæ miniſtri erant?
Reſpondeo. Doctrina & miracula ſunt coniun-
genda. Hæc enim ſunt illius demonſtratio. He-
lias, Prophetæ & Apoſtoli doctrinam quam do
cuêre, miraculis confirmarunt, ſed nullus eorũ
dixit ſe Meſsiam eſſe. At Ieſus docuit, ſe Meſsiá
eſſe, & hãc doctrinam, & multis aliis miraculis,
& ſanatione huius cœci confirmauit. Fuit enim
hæc ſanatio ocularis quædam demonſtratio &
ſignum minimè fallax, quòd Ieſus Mariæ filius,
eſſet Meſsias, hoc eſt Chriſtus. *Opera*, inquit, *quæ
ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimoniũ perhibẽt
de me.* Rectè igitur iudicarant Iudęi, idem eſſe a-
gnoſcere Chriſti miracula, & ipſum confiteri
Meſsiá. Ex quo concluditur Iudæorum iuſta da
mnatio, qui non ſolùm ipſi Chriſtum agnitũ ex
miraculis perſecuti ſunt, verumetiam eos qui i-
pſum agnoſcerent, à ſuis ſynagogis, tãquam in-
dignos cõmunione, prætextu iuſtitiæ ſtudioq;
pietatis excluſerunt. Verùm illa excluſio inane
fulmen erat in innocentes. Nam quos impij Iu-
dæi excludebant ſine culpa, hos Chriſtus exci-
piebat ſua gratia, & in familiá patris ſui recipie-
bat, qua ſanè gloria nulla maior eſſe poteſt, quá
hypocritæ exiſtimarunt eſſe ſummam ignomi-
niam. In Papatu hoc die fulmẽ excõmnnicatio-
nis eiaculantur Papiſtę in pios Euangelij docto
res, non ſanè ob aliam cauſam, quàm quòd hũc

A Ieſum prędicant eſſe Chriſtum, hoc eſt, vnicum
mundi ſaluatorem, qui ſolus tollit cœcitatẽ no-
ſtrá, ſolus purgat nos à peccatis, ſolus ornat nos
ſua iuſtitia, & ſuo Sancto Spiritu ſanctificat, &
facit hæredes vitę æternæ. Quare illorũ fulmen
piis minimè timendũ eſt. Non enim nocet, ſed
potiùs cedit illis in maiorẽ gloriam. Tametſi au
tem ordinaria poteſtate & ſucceſsione ſuperbi-
unt Papiſtæ, quemadmodũ Iudæi fecerunt: ta-
men quia doctrinam Euangelij non retinẽt pu-
B ram, vana eſt illorum gloriatio. Quare illorum
anathematiſmus non eſt excluſio à ſanctorum
Eccleſia, ſed à ſynagoga malignantium. Exem-
plum ergo parentum huius cœci, ingratorum
benefactori, nequaquam imitandum eſt: ſed fe-
rendum quiduis potiùs eſt, quàm vt ſinamus
nos à Chriſti confeſsione auelli.

DE QVARTO.

Hoc membrum in ſeptẽ partiamur articulos;
C quorum ſinguli ſuas habent doctrinas & admo
nitiones, de quibus ſigillatim dicemus. Nam vt
Bernhardus ait: *Quod particulatim diſtinctum fue-
rit, legitur dulcius, & meliùs conſeruatur.*

Primus Articulus.

24 *Vocabant igitur ſecundò hominem, qui erat cæcus, & dicebant ei: Da gloriam Deo. Nos ſcimus quòd homo iſte peccator eſt.*

Poſtquam viderunt perfidi Iudęi, ſe factũ ne-
gare non poſſe, conantur inſidioſe à Chriſto fa-
D ctum transferre aliò, cùm in hunc modum allo-
quuntur eum qui cœcus fuerat: *Da gloriam Deo.
Nos ſcimus, quòd hic homo peccator eſt.* Diabolicæ ſa-
nè inſidiæ hæ ſunt. Non dicunt hypocritæ ſim-
pliciter & expreſsê quod volebãt, ſed prætextu
piæ informationis hominẽ ſimplicem ad nega-
tionem autoris facti inducere aſtutè moliũtur.
Simpliciter quidem hoc volunt, vt hic ſanatus
neget Ieſum autorẽ eſſe ſuæ ſanationis, ſed hoc
non dicũt apertè, ſed ratione ſubiecta inſinuãt.
E *Da*, inquiunt, *gloriam Deo*, id eſt, Deo fer acceptã
tuam ſanationẽ, & non homini iſti, qui Ieſus no
minatur. Quòd autem hanc antitheſin intelligi
velint, oſtẽdit ratio quã ſuo conſilio apponunt.
Nos, inquiũt, *ſcimus quòd iſte homo peccator ſit*: Græ-
cè ἁμαρτωλὸς, id eſt, vitiorũ deformitate pollutus
ſeu criminoſus. Hoc ergo argumentũ eſt hypo-
critarum. Homo turpitudine ſcelerum cõtami-
natus, nõ poteſt diuina miracula facere, non po
teſt oculos cœcorũ aperire. Iſte homo Ieſus eſt
F turpitudine ſcelerũ pollutus. Ergo iſte non ape
ruit tuos oculos. Negato igitur illũ hoc feciſſe,
ac Deo tribue hoc factũ. Maior vera eſt. Minor
eſt impudens mẽdacium. Nunquam enim pec-
care potuit, qui vt peccatum tolleret, venit. Imò
ſi peccator fuiſſet, non ſiluiſſent, quando eis di-
xit: *Quis ex vobis arguit me de peccato?* Prætextu igi-
tur ſimulatę pietatis hypocritę hominẽ ad blaſ-
phemiam prouocare conantur. Nam is non tri-
buit Deo gloriam, qui non agnoſcit organa, per
G quæ Deus ſibi benefacit: multò minùs Deo tri-
buit, qui Chriſtum, per quem ſolum, Deus verê
glorificatur, excludit. Si ergo iſti hypocritę non

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

fuiſſent excœcati propria malitia, in hunc mo- A
dum verè concluſiſſent: tu qui cœcus natus es,
& iam miraculosè prȩter expectationem viſum
recepiſti, tribue Deo gloriam. Iſte enim homo,
qui te ſanum reddidit, verè à Deo miſſus eſt, id
quod diuina opera, quȩ per ipſum fiunt, clariùs
conuincũt, quod profectò nemo inficiari pote-
rit, niſi ſpontè velit cũ ratione inſanire, & impu
déter negare quod oculis cernit & manibus pal
pat. Obſeruemus hîc nequitiã hypocritarũ, qui
ſub pallio fictæ pietatis tegũt mendacia & frau- B
des, quib. ſimpliciores à vera pietate deterreát,
ne quid ſuæ hypocriſi, ſuis voluptatib. & hono-
ribus decedat. Diſcamus ergo cauere huiuſmo-
di inſidias, ac in ſimplici veritate acquieſcamus.

Secundus Articulus.

*25 Reſpondit igitur ille & dixit: An pec-
cator ſit, ignoro: Vnum noui, quòd cæcus fue-
rim, & modò videam.*

Ironicè reſpõdit cœcus, quaſi diceret: vos de C
homine loquimini, quòd peccator ſit, ſed eſto
ſanè: ego autem de re ago, cuius conſcius ſum.
Nam cùm cœcus eſſem, ipſe quem vos peccato-
rem dicitis, fecit vt iam videam. Quod ſanè fa-
ctum ſine me, autorem ſatis celebrat, vindicatq;
à veſtra calumnia. Manifeſtè enim ipſum non
eſſe peccatorem, vt vos calumniamini, conuin-
cit, ſed diuinitus potiùs miſſum vt ipſum docen
tem audiatis. Non ergo mea voce indiget, de
quo teſtatur res ipſa in omnium oculos incur- D
rens. Cuius exemplo & nos veritatis profeſſo-
res & doctores amemus & defendamus contra
iniuſtas hoſtium calumnias, qui cùm in doctri-
na nihil habeant quod culpent, inſtar catello-
rum lacinias veſtium rodunt.

Tertius Articulus.

*26 Dixerunt igitur ei rurſus: Quid fecit
tibi, quomodo aperuit oculos tuos?*

Quòd illi inſidiosè quȩrunt, quod tamen an- E
tea norunt, ad gloriam Dei illuſtrandam facit,
& ad miraculi veritatem confirmandam. Abſq;
enim omni dubio eò pertinebat hæc interroga-
tio, vt vel præ metu negaret quod antea confir-
mauit, vel in facto ipſo aliquid deprehẽderent,
vnde calumniandi occaſionem nacti, traduce-
rent Dominum tanquam Magum aut Dæmo-
nio agitatum, vt vel iſto pacto gloriam Chriſti
obſcurarent. Ita Diabolus mirus inſidiarum ar-
tifex eſt in ſuis organis. F

Quartus Articulus.

*27 Reſpondit eis: Dixi vobis iam, & non
audiſtis: Quid iterum vultis audire? Nun-
quid & vos vultis diſcipuli eius fieri?*

Reprehenſio eſt Phariſaicȩ vanitatis, & ironi
ca interrogatio. Phariſaica vanitas eſt inani ver-
borum ſtrepitu hominũ aures obtundere, cùm
nihil aliud habeant quod dignum auditu videa
tur. Ironica interrogatio eſt cum ſeria cõfeſsio-
ne: Nunquid & vos. *Quid eſt* ait Auguſt. *Nunquid* G
*& vos? niſi quia ego iam ſum, nunquid & vos vultis?
Iam video, ſed non video vos videre.* Huius exemplo
& nos cùm de veritate nobis conſtat, audacter
Phariſæorum vanitatẽ rideamus, vt vel confuſi,
tandẽ reſipiſcát, cùm noſtrã videát conſtãtiam.

Quintus Articulus.

*28 Conuiciati ſunt ergo ei, & dixerunt:
Tu diſcipulus illius eſto, nos autem Moſis di-
ſcipuli ſumus.*

*29 Nos ſcimus, quòd Moſi locutus eſt De-
us. Hic autem vnde ſit neſcimus.*

Hoc hypocritarum artificium eſt, vt veritatis
ſuffragio deſtituti confugiant ad conuicia, qui-
bus innocẽtes deformare laborant. Iudicant iſti
hypocritȩ, ignominioſum eſſe, appellari Chriſti
diſcipulum, verùm huiuſmodi hypocritarũ con
uicia, non tam nocent piis, quàm illis cedunt in
maiorem gloriã, modò conſtantes in confeſsio-
ne Chriſti perſtiterint. Quod autem addunt. *Tu
diſcipulus illius eſto. Nos autem Moſis diſcipuli ſumus:*
Conceſsio eſt ironica, & vana Phariſæorum glo
riatio. Gloriantur enim ſe eſſe Moſis diſcipulos,
cuius nec doctrinam norunt, nec mores imitan
tur, nec conſilio obtemperát. Ita enim Chriſtus
obiicit Iohan. 5. *Si Moſi crederetis, crederetis et mihi.
De me enim ille ſcripſit.* Item: *Moſes eſt qui vos accu-
ſat, in quo vos ſperatis.* Sed quonam quæſo funda-
mento nititur hæc Phariſaica gloriatio? *Nos ſci-
mus,* inquiunt, *quòd Moſi locutus eſt Deus.* Hoc qui-
dem rectè dicunt: ſed quod ſequitur: *Hic autem
vnde ſit neſcimus,* prauum iudicium eſt Phariſęo-
rum: credunt auditis tantùm, & non credunt vi
ſis & auditis ſimul. Hinc Chryſoſt. *Ea quæ per vi-
ſum cognoſcitis, auditu minora æſtimatis. Nonne fide di-
gnior eſt, qui miraculis ſtupendis demonſtrat, ſe à Deo
veniſſe, quemadmodũ Ieſus facit, cuius miracula & au-
diuiſtis & vidiſtis, quàm ille, de quo ſolummodò audiui-
ſtis à progenitoribus veſtris.* Huc optimè quadrat
reſponſum cœci quod ſequitur.

Sextus Articulus.

*30 Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc
certè mirabile eſt, quòd vos neſcitis vnde ſit,
& aperuit meos oculos.*

*31 Scimus autem quòd peccatores Deus
non exaudit. Sed ſi quis Dei cultor eſt, & vo-
luntatem eius facit, hunc exaudit.*

*32 A ſeculo non eſt auditum, quòd quis a-
peruerit oculos cæci nati.*

*33 Niſi eſſet hic à Deo, non poſſet facere
quicquam.*

Aperta reprehenſio cœcitatis Phariſaicæ, cui
additur iuſta defenſio Chriſti ab euidenti & mi
nimè fallaci ſigno ſumpta. Sũt autem duo quæ
hîc controuertuntur: Vnum, vnde ſit Ieſus,
hoc eſt, ſit ne diuinitus miſſus nec ne: Alterum,
an ſit peccator. Phariſæi dicunt, ſe neſcire vn-
de ſit Ieſus, & ſcire quòd ſit peccator. Vtrun-
que grauiter reprehendit & confutat hic nouus
Chriſti diſcipulus. De priori ſic ait: *In hoc cer-
te mirabile eſt, quòd vos ignoratis vnde ſit, & ape-
ruit oculos meos.* Senſus eſt: hic aperuit oculos
meos, igitur mirum eſt, quòd ignoretis illum à

Deo eſſe. Aeſi diceret: cõſuetum eſt à vobis, credere hominibus, qui miraculis clarent, & ſtatuere eos diuinitus miſſos eſſe. Mirum eſt igitur, ꝙ huic nõ credatis, qui mihi oculos aperuit. Ratio conſecutionis ſequitur in fine huius articuli: *Niſi,* inquit, *hic eſſet à Deo, nõ poſſet facere quicquam,* hoc eſt: nullum huiuſmodi miraculũ edere poſſet, quale eſt aperire oculos cœci nati, quod profectò manifeſtum opus Dei eſt. Nam hoc in confeſſo eſt, neminem facere poſſe opera ſupernaturalia, id eſt, quæ excedunt potentiã naturæ creatæ, niſi armatus ſit virtute eius, qui eſt ſupra naturam, hoc eſt, Dei. Diaboli conantur quidẽ imitari Deum, dum præſtigiis ſuis hominũ oculos perſtringunt, ſed vera miracula nõ poſſunt edere. Atq; ita clariſsima demõſtratione refutat hic nouus Chriſti diſcipulus, ignorantiam Iudæorum, qui negarunt ſe ſcire vnde eſſet tanti miraculi autor. Poteſt enim fieri, quòd hic nouus doctor reſpexerit ad illud, quod eſt Eſa. 35. *Deus ipſe veniet & ſaluabit vos. Tunc aperientur oculi cœcorũ & aures ſurdorum patebunt.* Hîc externum ſignum cum re ſignificata coniungit Eſaias. Externum ſymbolum eſt aperire oculos corporis & aures corporis: res autẽ ſignificata eſt interna mentis illuſtratio & cordis exultatio in Meſsia ſaluatore. Quãdiu enim alieni ſumus à Chriſto, cœci & ſurdi ſumus mente & corde. Verùm poſtquam Chriſtus acceſſerit & aperuerit nobis oculos & aures, incipimus videre & audire, hoc eſt, venimus in cognitionẽ Dei, & iuxta illam cognitionem Deo paremus. Exẽpla habemus in his Phariſæis & in hoc nouo Chriſti diſcipulo. Illi quidẽ putant ſe acutum cernere, ſed cœci ſunt. Hic verò à Chriſto & anima & corpore illuminatus acutum videt: ex quo fit, vt horum Phariſæorũ cœcitatem grauiter damnet, qui gloriabãtur ſe clauem habere ſcientię, vt qui doctores eſſent in Dei populo, hoc eſt, interpretes Moſis & Prophetarum. Ad eundem modũ & hodie in Eccleſia agitur. Qui potẽtia, ſapientia & dignitate cæteris antecellere videntur, vt hi Phariſæi, Chriſtum in ſuis diſcipulis & mẽbris perſequuntur, non ſanè ob aliam cauſam, quàm quòd cœcitatem & hypocriſin eorum damnent, idq; non ex priuatis affectibus, ſed propter mãdatum Chriſti, cuius teſtes ſunt in hoc mundo. Cõſolemur ergo nos aduerſus rabiem hoſtiũ Chriſti, ſcientes quòd Chriſtus, ſuo tempore, ſit omnes ſuos inimicos poſiturus ſub pedib. ſuis, & erepturus ſuos è poteſtate diaboli & peruerſitate huius mundi. Non ergo frangamur animis propter præſentes Eccleſiæ ærũnas, ſed mentes noſtras leuemus ad contemplandam glorioſam illam libertatem filiorum Dei, quam tota creatura ingemiſcens nobiſcum expectat. Rom. 8.

De poſteriori parte acturus hic nouus Chriſti diſcipulus, hoc iacet fundamentum: *Scimus quòd Deus peccatores non exaudit.* Hinc ita colligit: Peccatores non exaudiuntur à Deo. Hic à Deo exauditur. Igitur hic nõ eſt peccator. De maiori paulò pòſt dicemus. Minorem cõfirmat euidenti ſigno, quod coniecturalem demõſtrationem

A ſuppeditat. *A ſeculo,* inquit, *nõ eſt auditum,* hoc eſt, nullo vnquam tẽpore auditum eſt, *quòd quis aperuerit oculos cœci nati,* quemadmodum hic ſcilicet meos aperuit. Ergo exauditus eſt à Deo, vt ſincerus Dei cultor & voluntati ipſius obſequens. Atque ita hic nouus Chriſti diſcipulus magiſtri ſui innocentiã, vt gratũ diſcipulũ decet, tuetur. Iam de fundamẽto, quo nititur hic cœcus, dicamus. *Scimus,* inquit, *quòd Deus peccatores nõ exaudit.* Quidam exiſtimant, hoc non dici ſecundùm rei B veritatẽ, ſed ex opinione hypocritarum, qui ſe iuſtos gloriabantur, & propterea ſolos exaudiri à Deo. Atq; hoc confirmari putãt multis exemplis peccatorũ, vt Manaſsis, publicani, peccatricis, latronis in cruce, & aliorum, qui ſunt exauditi à Deo. *Si Deus,* ait Auguſt. *non exaudiret peccatores, fruſtra Publicanus diceret: Deus propitius eſto mihi peccatori.* Breuiter, cùm omnes ſumus peccatores, vt Iohan. ait: *Si dixerimus quòd peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus:* nulla prorſus ſalutis C ſpes nobis relinqueretur, ſi ſtatuendum eſſet, ꝙ Deus nõ exaudiat peccatores. Qui huic opinioni ſe opponunt, hoc fundamento nituntur. Nullus eſt ad Deum acceſſus, niſi per Chriſtũ. Chriſti nullus eſt particeps, niſi qui in Chriſtum credit. Proinde ſine fide nemo Deũ accedere, hoc eſt, orare poteſt. Atq; hoc eſt quod Paulus clariſsimè docet, Rom. 5. *Iuſtificati ex fide pacem habemus cum Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem etiam fide habemus aditum ad gratiam hanc* D *in qua ſtamus.* Huc pertinet & illud: *Quidquid non fit ex fide, peccatum eſt:* Item: *Impoſsibile eſt placere Deo abſq; fide.* Hinc rectè concluditur: Deus peccatores non exaudit.

Quomodo ergo ſoluenda eſt hæc ἀντιλογία: Deus peccatores exaudit, &, Deus peccatores nõ exaudit? Suprà diximus, ἁμαρτωλὸν, quo vocabulo hîc vtitur Euãgeliſta, nõ ſignificare quemuis peccatorem, ſed eum ſolummodò qui omni ſcelerũ turpitudine pollutus viuit ſine timore E Dei & ſine pœnitẽtia. De huiuſmodi peccatore eſt accipiendum ἀξίωμα hoc Euãgelicum: Deus peccatores non exaudit: non autẽ de reſipiſcentibus, qui fide ad thronũ gratiæ cõfugiunt, qualis fuit Manaſſes, publicanus, peccatrix, latro in cruce. Nã omnes, quantumuis enormiter peccauerint, dum tanguntur peccati ſenſu & confugiunt ad gratiam, trãsferuntur de caſtris peccatorum, qui diabolo militant, in caſtra Dei, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt cõuertatur F & viuat. Manaſſes ergo agnoſcẽs peccata ſua in carcere & flectens genua cordis ſui Deo, nõ amplius militauit in caſtris Satanæ, ſed ſe in caſtra Dei receperat, ideoq; oratio ipſius exaudita eſt. Sic Publicanus, cùm diceret: *Deus, propitius eſto mihi peccatori.* Et peccatrix Luc. 7. quę audit à Domino: *Remiſſa ſunt tibi peccata tua.* Item: *Fides tua te ſanauit, vade in pace.* Et latro cùm oraſſet in hunc modum: *Domine memẽto mei, cùm veneris in regnum tuum,* audit hanc cõſolationem: *Hodie eris mecum* G *in Paradiſo.* Hoc quod iam à nobis dictum eſt, ex antitheſi peccatoris perſpicuũ eſt: *& voluntatem eius facit.* Iam autem voluntatem Dei facit, qui à

peccatis reſipiſcit, & petit veniam, iuxta illud: *Non volo mortem peccatoris, ſed,* ſcilicet volo, *vt peccator conuertatur & viuat.* Teneatur ergo hoc diſcrimen inter peccatores: Alij agunt pœnitentiam, & abiiciunt propoſitum peccādi: Alij non agunt pœnitentiá, & retinent peccandi propoſitum. Illos exaudit Deus, hos autem minimè. Qui ergo exaudiri vult à Deo, agat pœnitentiá & abiiciat peccandi propoſitum. Qui enim retinet peccandi propoſitum, is nequaquá agit pœnitētiam, ſed ſimulat, cuius damnatio iuſta eſt.

Septimus Articulus.

34 *Reſponderunt & dixerunt ei: In peccatis tu natus es totus, & tu doces nos? & eiecerunt eum foras.*

Iudæi conuicti rationibus huius noui magiſtri, non reſpōdent amplius ad rem, ſed perſoná contēnunt, eamq; conuiciis & tyrannide cohercere conantur. Quorum exemplum hodiè ſtrenuè imitantur, qui beſtiam Romanam adorát, hoc eſt, Antichriſtū. Dum aiunt: *In peccatis tu natus es totus,* exprobrant illi cœcitatē, cum qua natus erat: acſi dicerent: iſta tua cœcitas teſtimonium eſt, quòd tu totus in peccatis natus ſis: ex quo patet, quàm aptus ſis ad nos docendos, qui legem Dei nouimus & obſeruamus: & conſtituti ſumus magiſtri & doctores populi Dei.

Quòd autem hunc ab aliis hominibus ſeparant, quaſi maioribus ſceleribus cōtaminatum, vt qui in peccatis totus natus ſit, ex Scribarū errore profectum eſt, qui μετεμψύχωσιν, hoc eſt, animarum tranſmigrationem à corporibus in corpora finxerunt. Putabant enim animas, corporibus prioribus exutas, in noua corpora migrare, vt illic priorum ſcelerum pœnas luerent, quē errorem non ex Moſis & Prophetarum, ſed ex Platonis & Pythagoræ ſchola hauſerant.

Porrò quòd hunc ſuum magiſtrum foras eiiciunt, qui ſe ſalutaria docuit, adumbrat ſynagogam ſatanæ, quæ pallio pietatis foris ornata, ſinceros Euágelij doctores contemnit, eoſq; communione indignos iudicat. Verùm huius cœci exemplo, conſolemur nos, ſi quando nobis tale aliquid, propter veritatis confeſsionē acciderit.

Cęterum quoniam Euangeliſta noſter ſuprà decretum fuiſſe factum à Iudæis meminit, vt ſi quis Ieſum diceret Chriſtum, excluderetur à ſynagoga: non dubito, quin eiectio, cuius hîc meminit, ſit intelligenda de publica excluſione à communione populi Dei, quæ excluſio excommunicatio dicitur. Quid enim aliud eſt excommunicare, quàm eiicere foras & excludere à cō munione? Eſt autem hæc excluſio ſiue excommunicatio abſque dubio certis ceremoniis peracta & publica autoritate communita, vt eò magis in hominum oculos incurreret eoſque deterreret à confeſsione Chriſti. Verùm vt iudicia noſtra rectè formemus de hac diſciplina, teneamus excommunicationem duplicem eſſe, iuſtam vnam, alteram iniuſtam.

Iuſta excōmunicatio opponitur communioni, quæ duplex eſt, videlicet interna & externa. Vt ergo interna communicatio eſt ſocietas ſpiritualis cum Chriſto & ſanctis eius, quæ fit per fidem, & bona conſciētia conſeruatur: ita interna excōmunicatio eſt, cùm aliquis ſeipſum excludit à ſpirituali ſocietate Chriſti & ſanctorū eius per malam conſcientiam & naufragium fidei. Hac excōmunicatione nihil triſtiùs eſt vel hominibus vel angelis Dei. Etſi autem occultè fit, & non incurrit in oculos hominū: tamen vel acerbiſsima morte triſtior eſt. Præterea vt externa cōmunio eſt externa ſocietas eorum qui amplectuntur Euágelium & profitentur Chriſtianam religionem, iuxta articulos fidei, qui vnà orant, vnà Deum prædicant, vnà confeſsionem edunt, vnà ſacramentis participant: ita externa excōmunicatio eſt externa ſegregatio hominis ſceleribus polluti, nunc à participatione Cœnę Dominicę, nunc à ſocietate piorum, cuius fines ſunt, vt nemo feratur in populo Dei cum Dei ignominia & infirmorum ſcandalo, vt excōmunicatus, pudore ſuffuſus reſipiſcat petatque veniam ab Eccleſia quam offendit, vt alij exemplo admoniti fiát cautiores. Hæc excommunicatio verè pertimeſcēda eſt. Nam cùm in terris iuſtè exercetur, in cœlis habetur rata. Qui ergo eam contemnunt, & Deum & eccleſiam contēnunt.

Iniuſta excommunicatio, vel fit per gubernatores veræ Eccleſiæ, ſed errore humano & parū deliberatè, quæ æquo animo ferenda eſt, donec rectiùs ſtatuatur, vel fit per eos qui nō ſunt vera Eccleſia, ſed iniuſtè & per tyrannidem ſibi Eccleſiæ titulum vendicant, qua illi excludūt eos, qui ſuis erroribus non patrocinantur. Hæc excommunicatio non ſolùm non eſt timenda, ſed ridenda potiùs & prorſus contemnenda. Nam qui ſic excommunicatur ab impiis, edit teſtimonium confeſsionis fidei ſuæ. Non ergo eiicitur è ſocietate Chriſti & ſanctorum eius, ſed potiùs in eam includitur. Nam qui illum excommunicant, nihil habēt commune cum Chriſto & ſanctis eius. Quare potiùs magnū decus eſt, quàm ignominia, ab impiis excommunicari.

PARS V.

Hæc poſtrema pars huius capitis inſtructionem continet, qua Dominus à ſe ſanatum pleniùs informat, & ſe filium Dei eſſe affirmat, in quem credat oportet, quiſquis ſalutem expetit. Deinde rationē editi miraculi exponit, vt quid hîc viſibiliter geſtum eſt, ſciamus ſemper in Eccleſia inuiſibiliter agi. Nam vt omnes homines cœci ſunt mēte, antequá ad Chriſtum veniunt: ita omnes qui Chriſtū audiunt, ab eo illuminantur, id quod Dominus clarè oſtendit in hac parte, qui hoſce Phariſæos cœcos eſſe pronunciat, qui ſe ſine Chriſto acutū cernere arbitrabantur.

Sunt autem tria huius partis membra.

Primum. Colloquium Chriſti & cœci à Chriſto ſanati.

Secundum. Indicatio cauſæ ſui aduentus in mundum.

Tertiū. Interrogatio Iudæorū, nū & ipſi cœci ſint, cū reſponſione Dn̄i. Singula mēbra in ſuos partiemur articulos, & numeris diſtinguemus.

DE PRIMO.

35 *Audiuit Ieſus, quòd eiecerant eum foras, & cùm inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei?*

Primus Articulus.

Nouus ille Domini diſcipulus eiectus è communione externa populi Dei innocenter, haud dubiè turbatus incedit & fide vacillat. Nō enim parum eſt eiici de eo cœtu, in quo ſunt doctrina cœleſtis, ſacramenta & ceremonię diuinitus inſtitutæ. Opus ergo habuit cōfirmatione, ne igniculus fidei, qui in ipſo erat, extingueretur. Etſi autem Dominus poterat ipſum arcano afflatu cōfirmare: tamen voluit verbū adhibere vocale tanquam organum ordinariū adminiſtrationis ſuæ eccleſiæ, vt ipſi diſcamus in honore habere externum Euāgelij miniſterium. Non ergo audiamus Anabaptiſtas & alios, qui vocale miniſterium nimium eleuāt, & iubent expectari Enthuſiaſmos, quibus ſine externo miniſterio doceri volūt, contra ordinem diuinitus inſtitutū. His opponamus hoc Chriſti factum cum totius ſcripturæ conſenſu: & dulciſsimū illud dictum Pſalmi: *Niſi lex tua delectatio mea, tunc periiſſem in afflictione mea.* Deinde obſeruetur & hæc doctrina, quòd Dominus iis qui propter cōfeſsionem fidei cōuiciis & ignominia afficiūtur, ſe pleniùs aperiat, compenſetque pleniori gratia iniuriam quam propter ſui cōfeſsionem patiūtur, quemadmodum hîc ſuum diſcipulū dominus informat pleniùs, qui iam premebatur duriùs à ſuis aduerſariis. Huc pertinet dictum Pſal. 94. *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerūt animam meam.* Et 2. Cor. 1. *Vbi abundat afflictio, ibi abundat conſolatio.*

Iam audiamus verba Domini. *Dicit ergo ei: Tu credis in Filium Dei?* Non interrogat Dominus quaſi ignorans quid in corde hominis huius lateat. Eſt enim ſcrutator cordium, vt qui intimos cordium noſtrorum receſſus habeat ſibi expoſitos maximeq; cognitos, ſed vt ſeipſum huic homini manifeſtet, quò fidē in ſe concipiat ſalutarem. Deinde non dicit: Tu credis in filium hominis? ſed, in Filium Dei, vt oſtendat obiectum fidei non eſſe creaturā, ſed Deitatem in Chriſto Deo vero & homine vero. Creditur ergo in Filium Virginis, quia idem eſt Filius Dei, hoc eſt verus Deus. Nam ſi Filius Virginis non eſſet verus Deus, maledictus eſſet qui in eum confideret. Habemus proinde hîc teſtimonium diuinæ naturæ in Chriſto, & vnitatis perſonæ in duabus naturis ſubſiſtentis.

Etſi autem hic cœcus fidem habet implicitā, qualem Cornelius habuit, antequam à Petro ſit informatus: tamen vt explicitè ſciret, quiſnā ſit Meſsias, opus habuit vberiori inſtructione. Nō ſatis ergo eſt ſcire aliquē eſſe Meſsiam & mundi ſaluatorem, ſed oportet ſtatuere Ieſum Mariæ filiū eſſe Meſsiam, & nō aliū. Atq; hoc eſt quod Dominus alibi ait: *Hæc eſt vita æterna, vt te agnoſcāt verū Deum, et Ieſum eſſe Chriſtū illum quē miſiſti.* Hāc fidē tenere oportet eū qui vult ſaluus fieri.

Secundus Articulus.

36 *Reſpondit ille & dixit: Et quis eſt Domine, vt credam in eum?*

Appoſitè admodum ad interrogationē Domini reſpōdet. Fidem enim vt præcedat notitia neceſſe eſt. Quærit igitur, quis ſit ille Filius Dei vt fidei certum obiectū habeat. Nemo enim in eum credere poteſt quē ignorat. Hinc eſt quod Epiſt. ad Hebr. in definitione fidei coniungat ἔλεγχον καὶ ὑπόστασιν, hoc eſt, firmā demōſtrationem ſeu notitiam, & conſtantē fiduciam lętum euentum expectantē. Hinc patet, quàm ridicula fuerit ſuperſtitio Athenienſium, in quorum quadā ara ſcriptum erat: ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ, IGNOTO DEO, quam ſuperſtitionem Paulus reprehendit & monſtrat eis verum Deum eſſe qui condidit cœlum & terram, & prædicat ipſis Ieſum eſſe Chriſtum, qua concione Dionyſius Areopagita ad fidē Chriſti conuerſus, abiecta ſuperſtitione ethnica in qua antea vixit.

Tertius Articulus.

37 *Dixit autem ei Ieſus: & vidiſti eum, & qui loquitur, tecum ille eſt.*

Quia auidus diſcendi erat hic nouus Chriſti diſcipulus, lux clarior notitiæ in ipſius mente oritur, idque non ex enthuſiaſmo, ſed ex auditu verbi, iuxta illud: *Fides ex auditu: auditus autem per verbum Dei.*

Quartus Articulus.

38 *Ille autem dixit: Credo Domine, & adorauit eum.*

Vide quęſo qualis ſit huius hominis fides. Vidет hominē, & credit ipſum Filium Dei eſſe. Hominis ergo & Dei Filium vnū Ieſum eſſe credit & eundē Chriſtum agnoſcit. Etſi autem Deitas oculis non patet, ſed humanitas tantùm, eundē tamen quem vidit eſſe hominē, mēte lota Spiritu Chriſti, credidit eſſe Dei Filiū, verum & æternum Deum, mundiq; ſaluatorē. Agnoſcit proinde hic Chriſti diſcipulus quatuor in Ieſu, videlicet, quòd ſit Deus, quòd ſit homo, quòd ſit vnus Chriſtus, quòd ſit ſaluator mūdi: & iuxta hanc notitiam credit & ex fide adorat. Non enim poteſt ocioſa eſſe fides, quæ eſt veluti flamma Spiritus ſancti in corde hominis accenſa. Huius ergo cœci exemplum & nos credamus, & eum in quem credimus, vero cultu proſequamur.

DE SECVNDO.

39 *Et dixit Ieſus: in iudicium ego in mundum hunc veni, vt qui non vident videant, & qui vident cœci fiant.*

Indicatio cauſæ aduentus Chriſti in mundū, qua conſolatur Dominus diſcipulum ſuum nouum eiectum & damnatum à Phariſæis. Etſi autem hæc verba obſcura ſunt, ſi ſeorſim auulſa à contextu ſpectētur: tamen facilis eſt eorum ſenſus, ſi in ſua periſtaſi conſiderentur, & accōmodentur cauſæ propoſitę. Sēſum ergo paraphraſticōs ſic reddā: Acſi diceret Dominus: Tu quidē iam es iudicatus à Phariſæis, hoc eſt, ſegregatus à cōmunione populi Dei iniuſtè. Iniuriam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

enim tibi fecerunt. Quare vt hoc feras æquo animo, iubeo. Nam ego penes quē ſumma iuriſdictio eſt in populo Dei, quiq; ſummo imperio & autoritate emineo, iuſtè iudicabo, eosq; qui te iniuſtè excluſerunt ab externa ſocietate populi Dei, ipſe iuſtè excludam, & ſegregabo à vera & ſpirituali ſocietate ſanctorū Dei. Huius iudicij exemplū petit Dominus à re præſenti, cùm addit: *Vt qui non vident videant, & qui videt cœci fiant,* hoc eſt, quemadmodum ego te, qui cœcus eras à natiuitate, videntē reddidi corpore: ita homines qui mēte cœci ſunt, & ad me veniūt, mente vt videant efficio. Verùm contrà qui acutum ſe mente arbitrantur videre, vt iſti Iudæi qui te dānauerūt, cœci fient, hoc eſt, in tenebris ignorantiæ relinquentur, non quòd non eos illuminare vellē, ſed quia ſua obſtinata malitia ſe mihi opponunt, qui veni in mundum, vt omnes qui volunt lucē recipere, illuminem gratis. Atq; ita hic duplex finis aduentus Chriſti conſideretur: Vnus proprius: Alter acceſſorius. Proprius finis habet cauſam gratuitam beneuolentiā patris & obedientiā filij volentis omnes homines ſaluos fieri. Acceſſorius finis habet cauſam malitiā hominum, qui nolunt Chriſtum recipere ſaluatorem, ex quo fit vt tādem ipſum iudicem ſeuerū experiantur. Hos fines coniungit Paulus, cûm affirmat Euangelium aliis eſſe odorem vitæ ad vitam, aliis odorem mortis ad mortem. Atq; ita videmus dominū clarè expreſsiſſe, quid ſymbolicè ſibi velit corporalis ſanatio huius cœci, videlicet quòd, vt totus mundus ſpiritualiter cœcus eſt: ita illuminari nequit, niſi Chriſtus oculos ſuo verbo & ſpiritu aperuerit. Præterea vt hic cœcus à Chriſto illuminatur alioqui cœcus māſurus: ita requiritur, ſi quis illuminari à Chriſto velit, vt & ſuam cœcitatē agnoſcat & pareat Chriſto medico, qui illuminat omnem hominē qui illuminatur. Ita enim ſuprà cap. 8. dictū eſt. *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, nequaquam ambulauerit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.* Contrà verò qui ſe videre fingit, & acutū ſua opinione cernit, atq; ideo medici manum contēnit, iuſto Dei iudicio in cœcitate ſua relinquitur. Etſi igitur Chriſtus venit in mūdum vt peccatores ſaluos faceret, id eſt, vt cœcorum oculos aperiret: tamen non violenter hoc facit, ſed conditionem fidei, qua medicus admittitur, poſtulat. Ex his iam promptū eſt intelligere, quomodo hoc dictum Domini: *In iudicium ego veni in hunc mūdum,* congruat cum illo: *Non miſit Deus Filium ſuum in mundum vt iudicet mundum, ſed vt ſeruetur mundus per ipſum.* Item: *Ego non iudico quenquam.* Nam vt hîc de iudicio diſcretionis (quo diſcernit inter eos qui ſunt verè populus Dei, & qui non ſunt, ſed ſe fingunt eſſe vt Phariſæi, quos Dominus hîc ſegregat à Dei populo) loquitur: ita in iſtis locis de iudicio damnationis impiorum, quod exercebit in ſecundo ſuo aduentu, agit, quemadmodum ex antitheſi manifeſtum eſt. Opponit enim iudicium ſaluationi, ſicuti & in illo:

Qui non credit in me, iam iudicatus eſt,
hoc eſt, damnatus.

DE TERTIO.

40 Et audiuerunt ex Phariſæis hæc, qui cum illo erant, & dixerunt illi: num & nos cœci ſumus?

Primus Articulus.

Phariſæi quidem rectè intellexerūt cœcos à Domino pronunciari, quotquot ab eo nō ſunt illuminati, ſed quia arbitrabantur ſe obedientia legis & meritis ſacrificiorū iuſtos eſſe, ægrè tulerunt ſe cœcorum numero aſcribi, ideo interrogant: *Num & nos cœci ſumus?* quaſi dicerent: nos duces ſumus populi Dei doctrina & vita. Iniuriam igitur nobis facis, ſi nos etiā cum vulgo inter cœcos numeras. Atq; ita hypocriſis ſibi ipſi ſalutis viam intercludit, dum carnalē iuſtitiam admiratur & contemnit Euangelium.

Secundus Articulus.

41 Dixit eis Ieſus: Si cœci eſſetis non haberetis peccatum: nunc autem dicitis: videmus. peccatum igitur veſtrum manet.

Hoc eſt: ſi vos cœcos agnoſceretis & cōfugeretis ad me medicū, vt hic homo fecit, non haberetis peccatū, hoc eſt, peccatum vobis remitteretur. Nunc autē dicitis, videmus, hoc eſt, notitiā Dei & iuſtitiam legis habemus, atq; adeo duces ſumus populi Dei doctrina & vita. Peccatū igitur veſtrū manet, quod tolli nequit niſi per me mediatorē. Hanc eſſe genuinam ſententiā huius loci, ipſa periſtaſis cōuincit. Alij peccatū hoc loco accipiūt κατ᾽ ἐξοχὴν pro blaſphemia in Spiritū Sanctū, propterea ꝙ hi Phariſæi cōuicti doctrina & miraculis Chriſti, nihilominus ſe veritati agnitæ oppoſuerūt & ſua peccata defenderunt.

Porrò vt hic totus locus docet, omnē infidelium vitam peccatum eſſe & cœcitatē: ita diſcrimē facit manifeſtum inter Phariſaicā iuſtitiam, quam politici homines in externa diſciplina & obediētia externa erga legem Dei collocant: & Euāgelicam, quam nō intelligit caro, non enim in oculos hominū incurrit, ſed fide ſentitur. Illa ſuperbos hypocritas facit, vt qui legis impletionem definiāt externam diſciplinā. Nam vt ſunt cœci, non vidēt legis ſenſum, putātes ſe externa illa diſciplina corā Deo iuſtos eſſe: ex quo fit, vt Chriſtum oderint & perſequātur, propterea ꝙ illorū arcana ſcelera producat in lucē, ac monſtret ipſis ſuā deformem cœcitatē, hoc eſt, ignorantiā Dei, cum qua coniuncta eſt dubitatio de Deo, carnalis ſecuritas, cōtemptus mediatoris. Contrà Euangelica iuſtitia eſt, cùm homines agnoſcunt ſuam deformē cœcitatē, cupiunt illuminari à Chriſto, cōfugiunt ad Chriſtū, petunt ſuorum delictorum veniā. His Chriſtus non ſolùm aperit oculos, verumetiā remittit peccatū, reddit lucem claram, notitiam Dei & iuſtitiam, quā ipſi non habuerunt, dum ipſis ſuam iuſtitiā imputat, eos patri reconciliat donatq; Spiritu Sancto, vt iam aliqua Deo grata faciāt, quorum obedientia placet, non propter ſui perfectionē, ſed propter Chriſti interceſsionem, qua liberati ſunt à iure peccati & Legis, vt qui nō ſecundùm carnem, ſed ſecundùm Spiritum ambulent.

CAPVT

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

CAPVT DECIMVM.

SVMMA CAP. X.

Vt Dominus reprehẽdit Phariſæos, qui officium ſibi paſtorum vendicarunt in populo Dei, vero doctrinæ fundamento prætermiſſo: ita ſe paſtorem bonũ affirmat, id quod ex proprio paſtoris officio oſtendit. Deinde à Phariſæis interrogatus, num ipſe ſit Chriſtus, ad opera prouocat, quæ ipſum teſtantur eſſe Chriſtũ, B *& ſimul ſe clarè Filium Dei nominat. Verùm quia hoc dicto tanquam blaſphemo offenduntur Phariſæi, ad arma confugiunt. Dominus & facta & verba ſua Scripturæ teſtimonijs defendit, ac rurſus ad opera prouocat, quibus vt credant Phariſæi, iubet. Sed dum illi furore perciti Dominũ comprehẽdere moliuntur, abit rurſus trans Iordanẽ, illicq́ʒ aliquãdiu moratur.*

Porrò totum hoc caput ad hanc ſummam refertur: Ieſus eſt Filius Dei olim promiſſus Meſsias, verus Ec- C *cleſiæ paſtor, ac vnicum Eccleſiæ caput, à quo ſolo ſalus & vita expectanda eſt.*

ORDO ET PARTES CAPITIS X.

Partes huius capitis ſunt quatuor.

Prima: Reprehenſio Phariſæorum, qui vendicant ſibi autoritatem paſcendi populum Dei, excluſo Chriſto, ſine quo vniuerſa Scriptura veluti clauſa manet.

Secunda: Demonſtratio eſt in qua ex propriis notis boni paſtoris ſe bonum eſſe paſtorem docet, atque hanc demonſtrationem illuſtriorẽ collatione boni paſtoris & mercenarij reddit.

Tertia: Interrogatio Iudæorum, num ipſe ſit Chriſtus, cum reſponſione eiuſque confirmatione, vnde offenſi Iudæi, lapides in Dominum iacere conantur.

Quarta: Defenſio eſt, qua Chriſtus ſua facta & dicta Scripturis & operibus diuinis tuetur, & ſe Filium Dei eſſe clariſsimè affirmat. Sed Iudæi veritatem non ferentes, Dominũ vt blaſphemũ comprehẽdere ſtudent, ſed fruſtra. Nã ipſe furorem hoſtium declinans trans Iordanem abiit, illicq; manſit.

EXEGESIS DECIMI CAPITIS CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PRIMA PARS CAPITIS.

QVONIAM Iudæi ſe Chriſto oppoſuerunt, vendicantes ſibi munus paſcendi populũ Dei, tanquam ſoli haberent hanc poteſtatem, atq; ideo hominem à Chriſto ſanatum è communione populi Dei excluſerũt, ipſi potiùs excludendi, vt cœci cœcorum duces, vt fu- G res & latrones, & non veri paſtores: Dominus hic iuſtè eorum vanitatem taxat, vt qui doceat excluſo doctrinæ vero fundamento, videlicet Chriſto, quem vnicũ docere oportuit, vt ianuã in Eccleſiam Dei, & autorem vitæ æternæ. Hác reprehenſionem Dominus pulcherrima pictura, vt diximus, illuſtrat, collatione inter furem, latronemque & paſtorem.

Sunt autem huius partis tria membra.

B Primum: De fure & latrone.

Secũdum: De paſtore & eius propriis notis.

Tertium: De oſtio in ouile ouium.

DE PRIMO.

1 *Amen amen dico vobis, qui non ingreditur per oſtium in ſtabulũ ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.*

Hoc Dominus arrogãtiæ Scribarum & Phariſæorum opponit, & ex eo concludit, eos eſſe C fures & latrones, & non paſtores, vt ipſi gloriabantur. Obiicit illis cœcitatem, quam ipſi peccandi conſuetudine inſanabilem ſibi fecerant. Hac cœcitate impediebantur, quo minus Chriſtum receperint. Illi autem ſe acutum cernere, vt duces & paſtores Dei iactabant, ac Chriſtum tanquam erroneum & falſum Prophetam non recipiendum eſſe contenderunt. Sed Dominus & illorum vanitatem refutat, & ſe verum eſſe paſtorem docet. Illorum autem vanitas à Do- D mino hac demonſtratione refellitur. Qui non ingreditur per oſtium in ſtabulum ouium, ſed aliunde aſcendit, ille fur eſt & latro. Vos Scribæ & Phariſæi non ingredimini per oſtium in ſtabulum ouium. Igitur vos Scribæ & Phariſęi fures eſtis & latrones: Si fures & latrones, profectò vana eſt veſtra gloriatio, qui gloriamini eſſe duces & paſtores populi Dei, cũ planè cęci ſitis.

Sed quodnam eſt ſtabulum ouium? quid ingredi in ſtabulum ouium? quid per oſtium in- E trare? quid aliunde aſcendere?

Stabulum ouium, cœtum populi Dei, ſeu Eccleſiam hoc loco ſignificat. Iſraeliticus enim populus virtute fœderis initi inter Deum & Abrahamum ſtabulum ouium fuit, in cuius rei teſtimonium, Circumciſionis ſacramentum acceperant. In hoc ſtabulo veluti oues fuerũt infantes Iudæorum, in cuius rei argumẽtum octauo die circumcidebãtur. Verùm adulti facti & doctrinæ capaces, multi à furibus rapiebantur de oui- F li & mactabantur: Sic Chriſtianorum infantes in ouili ſunt, ſed adulti facti poſsũt abduci à ſtabulo & mactari, ſi in fures & latrones inciderint, hoc eſt, in malos doctores, qui fundamentum doctrinæ non tenent.

Ingredi in ſtabulũ ouium hîc dicitur, qui ſibi docendi munus ſumit in Eccleſia, ſiue ipſe ſua ſponte ſe ingerit, ſiue ordinariè aliis ſuccedit, ſiue vocatur legitimè ab aliis ad docendi munus.

Per oſtiũ intrare dicitur nõ tãtùm ꝙ legitimè vocatur, ſed multò magis qui doctrinã purã de mediatore adfert, ſine qua doctrina ſtabulũ vaſtatur, & oues diſperguntur & à lupis lacerãtur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Aliunde aſcendere eſt rupta doctrinæ puritate de mediatore, & in eius locum inuectis humanis traditionibus, ſibi autoritatem docēdi in Eccleſia ſumere. Vt ergo fures & latrones non per oſtium intrant in ouile, ſed aliunde, rupto vel pariete, vel tecto, vel ſubruto fundamēto, vt prædam auferant: ita Scribæ & Phariſæi hypocritæ, inſtar furum & latronum non per doctrinam mediatoris, ſed per ſuas traditiones Eccleſiam Dei inuadunt, quibus ſanè traditionibus, oues, h.e. populus Dei, non aluntur, ſed abducuntur à ſtabulo, & miſerrimè mactantur. Eſt enim erronea & falſa doctrina inſtar gladij latronis, quo animæ hominū trucidantur & mactantur, vt æternum pereant, ſecluſæ à ſocietate ſanctorum Dei. Hinc apparet, quòd nulla ſit capitalior peſtis hominibus, quàm malus paſtor. Fures qui res noſtras inuadunt, non nocent niſi in bonis quæ dicuntur fortunæ, & ſpectant ad hāc caducam vitam: Tyrāni qui in nos violenter inſurgunt, tempus huius caducę vitæ abbreuiant. Verùm malus paſtor opes ſpirituales eripit, ac miſeras animas crudeliſsimè mactat, vt æternū pereant. Qua re quid quid quæſo poteſt eſſe triſtius? Proinde malus paſtor meritò quidem fur dicitur, quia alienat oues à ſtabulo. Latro verò, quia alienatas à ſtabulo immaniſsimè trucidat, vt æternum pereant.

Hìc ergo notetur, quòd fures & latrones apertè pronunciantur à Domino, quotquot aliam viam vitæ æternæ docent, quàm vnum Ieſum Chriſtum. Proinde quicunque ab hoc Chriſto aberrat, à ianua vitæ æternæ aberrat. Sed ſciendum eſt, quòd aberratur ab hac ianua, vel omnino vel aliqua ex parte. Omnino aberrant omnes à ianua, qui Chriſtum totum abiiciunt, vt plerique Iudæi hodie, vt Mahometiſtæ omnes, vt multæ prophanæ gentes, vt hi Phariſæi, ad quos Dominus ſermonē dirigit, de quibus Luc. 11. ſic ait: *Væ vobis Legiſperitis, qui tuliſtis clauē ſcientiæ, ipſi autem non intraſtis, & eos, qui intrabant, prohibuiſtis.* Et Matt. 23.13. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quòd clauditis regna cælorum ante homines. Vos autem non ingredimini, neque volentes ingredi ſinitis intrare.* Ex parte aliqua aberrant à ianua, vel quantum in ſe eſt, ianuam frangunt, qui malè ſentiunt & docent, vel de natura diuina Chriſti vel de vnitate perſonæ Chriſti, vel de officio Chriſti, vel de fide qua Chriſtus nobis applicatur, à nobis poſsidetur & retinetur. Arrius ergo qui dicit: *Aliud eſt Pater, aliud Filius*, veram Chriſti diuinitatem negat, & à ianua vitæ æternæ aberrat. Sabellius cùm dicit: *Qui Filius eſt, ipſe eſt Pater*, perſonas malè confundit, & à ianua miſerrimè aberrat. Photinus ſimiliter, qui ſic loquitur: *Chriſtus eſt homo tantùm, et non Deus*, ianuá non habet, quia vnus idemq; Chriſtus & Deus eſt, & homo eſt. Impurus Eutyches qui humanitatem Chriſti in diuinitatem conuerſam prædicabat, ianuam ſibi occluſit. Nā humanam naturam integram & circumſcriptá, quam ſemel aſſumpſit Chriſtus, in omnem æternitatem retinebit glorioſam. Papiſtę tametſi Chriſtum rectè Deum agnoſcunt, alteram perſonam in Trinitate, eiuſdē naturæ cum Patre & Spiritu Sancto, rectè hominem verum pręedicant, rectè vnitatem perſonæ defendunt: tamen quia partem officij illi adimunt, & fidem cum dubitatione coniungunt, errāt & ipſi à ianua ſtabuli ouium. Breuiter, qui aliter Chriſtum docet, vel ſibi fingit, quàm qualem habet veritas, per ianuam nō intrat. Cur autem Chriſtus ianua dicatur, poſtea clariùs exponemus, vbi Dominus ipſe ſe ianuam eſſe affirmat.

Porrò hæc reprehenſio, qua Chriſtus Phariſæos accuſat infidelitatis in officio, nos monebit, ne ſinamus nos decipi externo ſplendore eorum qui præſides Eccleſiæ haberi volunt, ſed vt quæramus doctrinæ puritatē, & in ea acquieſcamus, quantumuis viles & abiecti videantur ipſius propagatores. Nō enim ex hominum dignitate, vel indignitate, ſed ex bonitate & miſericordia Dei tota hæc res pendet.

Deinde & hoc notetur: Si oues furto abduci poſſunt à ſtabulo, & abductæ à latronibus trucidari, quemadmodū Dominus clariſsimè hoc loco teſtatur, falſum eſt illorum dogma, qui docent per Spiritum Sanctum fidem ſemel conceptam abiici nō poſſe, ſed occultari ſolummodò, dum horrenda ſcelera perpetrātur contra conſcientiam, quaſi verò Dauid cùm proditor, homicida, & adulter factus eſt, & cùm Salomon idola coluit, & infinitis libidinibus ſe polluit, fidem nihilominus retineret, contra doctrinam Pauli qui dicit: Vaſtata conſcientia naufragium fidei fieri. Sed hunc errorem ſuprà copioſius refutauimus.

DE SECVNDO.

2 *Qui aūt intrat per oſtiū, paſtor eſt ouiū.*

3 *Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.*

4 *Et quum proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum ſequuntur, quia nouerunt vocem eius.*

5 *Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo, quia non norunt vocem eius.*

Antitheſis eſt ſuperioris dicti de fure & latrone, ex qua, vt à principio, idē concluditur cōtra Phariſæos, qui ſe paſtores populi Dei gloriabātur, qd' ex ſuperiori argumēto, nēpe Phariſæos nō eſſe paſtores. Concluditur autē argumētum vt ad ſummam quæſtionis refertur, hoc modo: Paſtor ouium intrat per oſtium in ouile: Ergo vos Phariſæi nō eſtis paſtores. Vt ergo ſuprà allegorica deſcriptione depinxit malos paſtores, videlicet Phariſæos, q non merētur nomē paſtoris, cùm veriùs ſint fures & latrones, q̄ veri paſtores, de quib. Ierem. 10. 21. *Stultè egerūt paſtores, & Dominū nō quæſierūt: & diſperſus eſt grex eorū.* His acclamatur triſte illud ἐπίφθεγμα Ierem. 23. 1 *Væ paſtoribus qui diſpergūt & dilacerāt gregem paſcuæ meæ:* ita hîc ſimili allegoria bonos paſtores depingit,

qualès

quales fuēre Moſes & Prophetæ diuinitus miſſi, & qui eos ſecuti ſunt Apoſtoli, cum eorum ſucceſſoribus, qui ſincerè officio ſuo ſunt functi & funguntur in Eccleſia, de quibus Ierem. 3. *Dabo vobis paſtores ſecundùm cor meum, qui paſcent vos doctrina & ſcientia.*

Quod autē Dominus hîc loquatur de paſtore homine, manifeſtum eſt. poſtea enim ſeorſim de ſeipſo ſummo paſtore agit, etſi ex eodē principio, ex quo hìc concludit vanitatē Phariſæorum. Quare etiam nos præſentem ſimilitudinē paſtori homini in genere accōmodabimus hoc modo: vt paſtor ouium ſe habet ad gregem ſibi commiſſum: ita paſtor hominū ſe habet ad populum Dei, cui paſcendo per verbum Dei, præeſt. Paſtor autem ouium quid facit? intrat per oſtium in ouile. Ergo & verus paſtor hominum intrat per oſtium in Eccleſiam Dei. Eſt autem oſtium, vt ſuprà diximus, Chriſtus ipſe ſeu doctrina de Chriſto. Ille igitur in ouile ouium intrat per oſtium, qui intrat per Chriſtum. Intrat autem per Chriſtum, qui de eodem creatore & redēptore humani generis vera ſentit, vera prædicat, curæq; ſuſcepti ouilis ſolerter inuigilat.

Sequuntur octo circumſtantiæ, quarum aliis diligētia & ſumma cura paſtoris ouium pro ouibus commēdatur, aliis obedientia ouium erga paſtorem, & fuga alienorū pingitur. Hæ circumſtantiæ tametſi in genere tutiùs accommodantur paſtori hominum & piis hominibus, ita vt moneant, ſummam curam paſtorum hominum eſſe debere, vt oues non in furum aut latronum manus incidant, aut in fauces luporum deuorandæ per negligentiam eorum incurrāt, & vt pij præbeant ſe obſequentes ſuis doctoribus & fugiant pſeudoprophetas: tamen conabimur vberioris admonitionis gratia circumſtantias has ſeorſum paſtoribus hominū & eorum auditoribus accommodare.

Prima. *Huic oſtiarius aperit.* Vt oſtiarius homo non aperit lupis ſtabulum ouium, ſed vero paſtori ad quem oues pertinēt: ita oſtiarius Deus, hoc eſt, Spiritus Sanctus aperit animarum paſtori ouile, cùm ipſe dat clauem ſcientiæ ſpiritualis, qua & paſtor ipſe in ouile ingreditur, & ipſę oues in ouile congregantur, & in eodē continentur. De hoc Spiritu Sancto oſtiario Dominus ait: *Ipſe docebit vos omnem veritatem.* Cùm ergo oſtium eſt Chriſtꝰ, qui eſt ipſa veritas, quis oſtiarius, niſi qui docet veritatem, hoc eſt, Spiritus Sanctus?

Chryſoſtomus ſentit oſtiarium eſſe Moſen. Illi enim oracula Dei concredita ſunt. Auguſtinus ipſum Dominum oſtiarium eſſe dicit, qui Spiritu ſuo aperit Scripturas. Neque enim abſurdū eſt diuerſo reſpectu Dominū, & oſtium & oſtiarium & paſtorē dicere. Sed quomodocunq; accipias, res eôdem redit. Nam Filius Dei & Moſen ſuo Sancto Spiritu impleuerat, cui oracula Dei ſunt credita, & Spiritum Sanctum dat piis paſtoribus, qui eos ducit in omnem veritatem, & ipſe autor eſt lucis mentium, & via æternæ vitæ. Res ergo eôdem redit, ſiue Moſen, ſiue Spiritum Sanctum, ſiue Dominum ipſum oſtiarium dixeris.

Secunda. *Et oues vocem eius audiunt*, hoc eſt, vt oues paſtoris ſui vocem audiunt, eiq; obtemperant: ita pij homines, paſtoris ſui, h. e. docentis vocem audiunt eiq; parent. Eſt autem vox boni paſtoris vox Euāgelij, vox obedientiæ, vox patientiæ, vox pacis & concordiæ. Hanc vocem audiunt fideles, quibus nihil Euangelio dulcius eſt, quo annunciatur eis remiſſio peccatorum, offertur & confertur iuſtitia, donatur Spiritus Sanctus, obſignatur vita æterna. Nihil gratius remiſſione delictorum, nihil amabilius iuſtitia, qua ornantur vt veſte ſpōſæ, qui credunt Euangelio, nihil precioſius arrhabone Spiritus, nihil optabilius vita æterna qua donabuntur, qui à voce veri paſtoris nō deficiunt, ſed ei vera obedientia ſe ſubiiciunt. Hinc patiētia in cruce, ſuffulta ſpe glorioſæ liberationis: Hinc pax cum omnibus, quantum quidem id fieri poteſt incolumi pietate: Hinc concordia cum fratribus, eiuſdem corporis myſtici membris. Cum hac pij paſtoris voce quid quæſo conferri poteſt? num diuitiæ? ſed illæ caducæ ſunt & ſine ſenſu, quæ nec ſe nec ſuos poſſeſſores beare poſſunt. Num voluptates huius mundi? ſed hæ amaritudine triſti mixtæ, tandem exitium adferūt ſuis ſectatoribus. Num imperia? Sed hæc diuturna eſſe non poſſunt, vt quæ ſunt fortunæ, & plus miſeriæ quàm felicitatis adferunt.

Tertia: *Et proprias oues vocat nominatim*, hoc eſt, vt paſtor ouium proprias oues nouit, eaſq; vocat nominatim, vt ſi quæ fuerit debilitata, eam cōfortet, vt ægrotam medicetur, vt confractam obliget, vt errabundam reuocet, vt perditam quærat, vt vel ſpinis læſam, vel quauis ſcabie pollutam arte curet: ita paſtor hominum eos, qui ſuæ fidei commiſſi ſunt, vocat non generatim tantùm, ſed nominatim, vt eos audiat, exploret de eorum profectu, videat ne aliqua macula polluti periclitentur, pigros excitet, ceſſantes inſtiget, imbecilles corroboret, contumaces obiurget vt in viam redeant. Hanc curam boni paſtoris eſſe docet Ezechiel, cap. 34. Et Paulus Actor. 20. 28. *Attendite vobis ipſis & toti gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, vt paſcatis Eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſuo ſanguine.*

Quarta: *Et educit eas*, hoc eſt, vt paſtor ouium educit oues ſuas in prata, & ad aquas refectionis, vt eas paſcat herbis, reficiat aquis, virga regat, ne à paſcuis aberrēt, & baculo defendit aduerſus impetum luporum: ita paſtor hominum ſuas oues educit, dum eas verbo Dei paſcit, conſolationibus reficit, diſciplina moderatur, ne in vitia præcipites ruant, ac potentia verbi reprimit aduerſarios, qui inſtar luporū, gregem Dominicum inuadunt. Huc illud Dauidis: *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.*

Quinta: *Et ante eas vadit*, hoc eſt, vt paſtor ouium ante ſuas oues vadit, vt præuideat abrupta ne oues ſuæ præcipitentur: ita paſtor hominum ante ſuas oues vadit doctrina, vita, patientia ſub cruce. Debet enim bonus paſtor forma

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gregis eſſe in doctrina, in vita, in cruce. Vt enim oues Iacob ad aſpectum virgarum tales fœtus concipiebant, quales paſtor earum volebat: Sic bonus paſtor talem ſe præbebit in vita, & omni conuerſatione, quales vult eſſe oues ſuas. Nam cùm paſtor per abrupta vitiorum graditur, neceſſe eſt vt in præcipitium grex labatur, vt rectè ait Gregorius.

Sexta: *Et oues illum ſequuntur*, hoc eſt: Quemadmodum oues ſequũtur paſtorem ſuum quocunque iuerit, vel fiſtula inuitauerit, ſiue per aſpera, ſiue per læuia: ita pij ſequuntur ſuos paſtores quocũque vocauerint, vel doctrinæ puritate, vel vitæ ſanctimonia, vel patientia ſub cruce. Breuiter, in omnibus ad paſtoris exemplar ſe formari ſinunt.

Septima: *Alienum autem non ſequuntur*, hoc eſt, vt oues non ſequuntur alienum paſtorem, vtut blandiuſculè fiſtula canat: ita pij non audiunt pſeudoprophetas, quantumuis Angelorum ſanctimoniam præ ſe ferunt. Vident enim eos non eandem vocem adferre, quam verus paſtor. Nã alta mente repoſitum habẽt mandatum ſummi paſtoris: *Cauete à falſis Prophetis, qui venient ad vos in veſtimentis ouium & intrinſecus ſunt lupi rapaces.*

Octaua: *Sed fugiunt ab alieno*, hoc eſt, quemadmodum oues non ſolùm nõ ſequuntur alienũ, ſed ab eo fugiunt, metuentes inſidias: ita Dominici gregis oues cauent ſibi ab inſidiis falſorum Prophetarum, & ab iis tanquam immaniſsimis lupis fugiunt, quia nõ nouerunt vocem eorum, qui non ſonant vocem ſummi paſtoris Chriſti.

Ex his iam colligamus, & oues intelligi, qui ſimplici, vera, puraq; fide pietatem amplectuntur, & paſtorem bonum eſſe veræ pietatis doctorem & exemplar.

Sed quęnam eſt ratio appellationis? Cur homines dicuntur oues? Etſi autem ea quæ hactenus diximus de ouibus, ſufficere videri poſſunt: tamen clarioris inſtructionis cauſa huc cauſas adiiciam, cur homines in Scripturis oues dicantur, vt ex collatione hominum ad oues admoneamur, & quę ſit noſtra ignauia ſtupiditaſque, & quæ ſint noſtri officij partes, qui oues Dominici gregis eſſe gloriamur.

Prima: Homo dictus eſt ouis à caſus & naturę ſimilitudine. Quemadmodum enim ouis paſtoris voce neglecta facilè errat, & in deſerta loca ſe abdit, vnde redire non poteſt, niſi paſtoris ductu. Eſt enim animal natura ſtupidũ & ſtultum: ita primus homo Adam neglecta paſtoris Dei voce aberrauit à caula, & in deſertum ſe abdidit, vbi eum perire neceſſe fuit, niſi humeris paſtoris in ouile reportatus fuiſſet. Hoc Dominus clariſsimè ſignificat, cùm ſe confert paſtori habenti centum oues, quarum cùm vna periit, iuit quæſitum perditam, inuentá impoſuit humeris cum gaudio, & reuerſus domum iuſsit vt congratularentur ſibi amici, ꝙ ouem quę perierat, inuenerat. Hilarius non dubitat interpretari nonaginta nouem oues, quæ non perierant, Angelos Dei bonos, qui non ſunt lapſi. Vnam autem ouem totum humanũ genus. Vna proinde ouis vnus homo intelligendus eſt, & ſub homine vno vniuerſitas accipienda. In vnius enim Adæ errore totum humanum genus aberrauit. Atque hoc eſt, quod ait Eſaias cap. 53. *Omnes nos quaſi oues errauimus. Vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: et Dominus poſuit ſuper eum iniquitates omnium noſtrûm.*

Secunda: Pij dicũtur oues à ſimilitudine curæ, qua paſtor ille magnus ſuam Eccleſiam complectitur. Quemadmodum enim paſtor bonus paſcit oues ſuas, reficit, medicatur, ſanat, defendit, & in ouile colligit: ita Chriſtus paſtor pios verbo paſcit, ſpiritu reficit, conſolationibus medicatur, merito ſanat, potentia defendit, & tandem in aulam regni cœlorũ colligit, vt illic ſint beati in omnem æternitatem.

Tertia: Pij dicuntur oues propter ſimilitudinem periculi, in quo verſantur. Vt enim fures & latrones inſidiãtur ouili, vt inde abducãt oues, & abductas mactent, & lupi inſidioſè circumcurrunt & cingunt ouilia, vt caſu elapſas vel excluſas dilanient & deuorẽt: ita pſeudoprophetę inſtar furum & latronum quęrunt perrumpere ouile & diſpergere oues, & Diabolus cum tyrãnis mundi inſidias ſtruit ouili, vt inde abductas oues interficiat, idq; odio paſtoris Chriſti & ſiti perditionis hominum. Hoc periculum cogitantes includamus nos in ouile, ſemperq; voci paſtoris noſtri adhæreamus fide & vera obediẽtia.

Quarta: Fideles appellantur oues propter conditiones quaſdam, quas habent communes cũ ouibus. Sed nos omiſsis iis quæ in vitio ſunt, de quibus nonnihil egimus in prima cauſa, eas ſolummodò recitabimus, quę imitationem merentur, & ſunt hæ præcipuæ: Oues agnoſcunt paſtorem ſuum, agnoſcunt matrem & ſtabulũ, ſunt ſimplices, ſunt innocentes, ſunt imbelles, ſunt concordes, ſunt timidæ, obedientes, patientes, gratæ.

Vt ergo oues paſtorem agnoſcunt proprium, eius cornu & fiſtulam norunt: ita fideles ſuum paſtorem agnoſcunt Chriſtum, hunc ſequuntur, huius tubam audiunt, per eius miniſtros ſonãtem. Deinde, vt agnus in magno grege matrem propriam nouit, & ad eam confugit ſiue nutrimenti indigẽs, ſiue defenſionẽ requirens: ita fideles in hoc vaſto mundo Eccleſiam Dei norunt, ad hanc confugiunt, in hac nutriuntur, reficiuntur & tuti ſunt, vt quæ & mater & ſtabulum ſit ouium: Mater quidem, propter nutritionem & refectionem: Stabulum verò propter ſecuritatem & defenſionem. Baſilius hanc agni proprietatem pulchrè deſcribit, hiſce verbis: *Quî fit quòd agnus ex ſtabulo emiſſus & exulans inter mille oues vocem matris agnoſcit, & recto curſu ad eam contendit, & quærit proprios lactis fontes, & quaslibuſcunque vberibus maternis contentus præterit pluſrima vbera lacte diſtenta, & mater ipſa inter mille agnos ſuam ſobolem agnoſcit? Vna quidem vox eſt, & color idem, & odor ſimilis omnium, quantum nos olfactu iudicare poſſumus. Sed tamen inſitus eſt ipſis ſenſus ad percipiendum acrior, qui regit mutuam agnitionem inter matres & agnos.* Hactenus Baſilius. Hîc pulcherrimè

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

rimè pingit Baſilius piorum affectum erga Ec- A
cleſiam matrem, cuius ſolius vberibus paſcũtur
fideles, præteritis humanæ ſapientiæ vel pul-
cherrimis aſpectu pabulis.

Vt oues ſunt ſimplices, & fraudulẽtæ occul-
tationis neſciæ: ita pij prudenti ſimplicitati ſtu-
debunt: *Eſtote*, inquit Dominus, *prudẽtes ſicut ſer-
pentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Et Dominus Pe-
tro dicit: *Paſce oues meas*, agnos ideo vocans ſuam
plebem, vt agnorum naturam ſimplicitate men
tis imitetur. Huc illud Solomonis: *Simplicitas iu-* B
ſtorũ dirigit eos. Itẽ: *Iuſtitia ſimplicis dirigit viam eius.*

Vt oues ſunt innocentes, vt quæ nemini vim
inferunt: ita pios innocentiam ſectari par eſt.
Hinc illud apud Cyprianum: *Meminiſſe debemus,
quo vocabulo Chriſtus plebem ſuam appellet, oues nomi-
nat, vt innocentia Chriſtiana ouibus æquetur.*

Vt oues ſunt imbelles, egentes alienæ opis,
gubernationis & defenſionis: ita fideles ſi reſpi-
ciunt proprias vires, nihil planè poſſunt contra
inſidias furum, latronum & luporum. Quare C
vt oues conſciæ ſuæ infirmitatis ſinunt ſe regi
virga paſtoris & defendi baculo: ita fideles con-
ſcij infirmitatis ſuæ ſinẽt ſe regi verbo & Spiri-
tu Sancto, retinentes fidẽ quę eſt mũdi victoria,
vt quæ ſub clypeo ſui ducis homines contineat.

Vt oues non delectantur ſolitudine, ſed ſo-
cietatem amant, in qua dulciùs paſcuntur, & ſe-
curiùs reficiuntur: ita fideles debent per chari-
tatem in ſocietate Eccleſiæ viuere, in ea dulciter
paſci verbo Dei & refici mutuis cõſolationibus, D
orationibus & officiis. Hæc concordia piorum
in Eccleſia & amica ſocietas, iuxta Pſalmum, o-
mnem balſami fragrantiam ſuperat.

Vt oues ſunt timidæ & naturali inſtinctu nõ
ſolùm lupũ fugiunt: verumetiam ſtrepitu pro-
priorum pedum terrentur, adeò vt non rarò in
curſu concidant, iaceantque metu perculſæ: ita
pios decet lupum Diabolum cum ſuis membris
hæreticis, hypocritis, flagitioſis & tyrãnis auer-
ſari & fugere, & ad ſtrepitum pedum proprio- E
rum, hoc eſt, ad inſurgentes prauos affectus ex-
horreſcere, & mox eorum curſum impedire, ne
bello domeſtico ingruente, domus concidat.

Vt oues ſunt obedientes, ſequuntur paſto-
rem quocunque vadit, vocem audiunt, dictoq́;
obediunt: ita pios affectos eſſe oportet erga ſu-
um paſtorem Chriſtum, & ſuo modo erga eos
qui vice Chriſti funguntur. Hinc Pſalmus: *De-
duxiſti veluti oues populum tuum in manu Moſis &
Aaron.* F

Vt oues ſunt patientes, dum ducuntur ad
mactationem: ita pios decet, vt Deo in cruce
obtemperent exemplo agni tollentis peccatum
mundi, de quo Eſaias 53.7. *Sicut ouis ad occiſionem
ducetur, et quaſi agnus coram tondente ſe, obmuteſcet, et
non aperiet os ſuum.*

Vt oues gratæ ſunt ſuo paſtori, præbentes il-
li lac & lanam: ita decet fideles ſummo paſtori
imperatam gratitudinem referre mẽte, lingua,
vita, ſemper ipſius bonitatem prædicantes, & G
iis qui eius vice funguntur, ſoluere τὸ διδάκτρον,
ſeu, vt ita dicam, τὸ ποιμάντρον.

Scribitur etiam de ouibus, quòd genero ſiores
& validiores oues, niuem ſuper ſe cadentem in
principio hyemis, mox diſcutiunt concuſſu to-
tius corporis, ne collecta ſuper ſe niue, paula-
tim opprimantur ac tandem pereant: ita decet
fideles, oues imitari, ne ſinant ſe grauari curis &
ſolicitudinibus huius vitæ, quib. multi oppreſſi
pereunt, perinde atque oues ſegniores, quæ ni-
uem ſuper ſe cadentem non mox excutiunt,
paulatim ita grauantur & onerantur, vt ſub o-
nere tandem ſuccumbant.

Præterea vt agni ægrotare incipiunt, cùm ni-
mis impinguantur circa renes, quia ſi operian-
tur pinguedine renes, moriuntur, atque ideò
etiam arcentur à paſcuis pinguioribus, ne ni-
mis impinguentur: ita fideles, cùm ſe volupta-
tibus tradunt, ægrotare incipiunt ſpiritu, &
periculo mortis vicini fiunt. Huc pertinet ad-
monitio Domini: *Cauete ne grauentur corda veſtra
crapula & ebrietate.*

Poteſt & hoc addi, quòd fideles etiam ideò
oues dicantur, vt ſciant ſe Deo offerendas eſſe
in hoſtiam viuam, ſanctam & placentem Deo
per agnum innocentem Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum. Atque hoc in veteri teſtamen-
to adumbratum eſt ſacrificio ouium.

*6 Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autẽ
non cognouerunt, quid loqueretur eis.*

Hæc verba interſerit Euangeliſta, vt cæcitatẽ
& arrogantiam Phariſæorũ ſua iuſtitia, propriis
meritis & ſcientia legũ diuinarũ tumẽtium co-
arguat. Etſi autẽ erat difficile, ex diſputationis
pſentis argumẽto & occaſione intelligere, Do-
minum eos vocare fures & latrones, quos antea
cæcos pnunciauerat, atq; ideo fruſtra de paſto-
rũ autoritate & eminẽtia gloriari: tñ anticipata
opinio falſa, & malitia voluntatis in Phariſæis,
potentiſſima veritatis cognoſcẽdę impedimẽta
tanquã velamen fuêre, impoſitũ eorũ cordibus,
vt ea quę vel apertiſſimè pingebãtur, oculis mẽ-
tis nõ cernerent. Simili velamine Papiſtę tot ſe-
culis impediti fuere, vt ad ſolem Euãgelij pluſ-
quã noctuæ cæcutirẽt. Hoc ergo proprium eſt
hypocriſeos, ita excæcare hominũ mentes, vt ad
clariſſimã Euãgelij lucem cæcutiant. Nos ergò
illorũ dãno cautiores facti, grati ſimus Deo pro
luce Euãgelij ſui in nobis accẽſa, & caueam⁹ ne
noſtris ſcelerib. & ingratitudine duritiẽ cordis
nobis accerſamus, ac prouocemus iram Dei vt
auferat iratus à nobis ſuum verbum & tradat
nos in reprobam mentem cum Iudæis, ita vt
improbanda probemus & probanda improbe-
mus in propriam perniciem.

Vocabulũ παροιμίας, quo hîc vtitur Euãgeliſta,
ppriè ſignificat prouerbium, i. dictũ, quod in o-
re omnium eſt, h.e. dictum figuratum, breue, re-
bus & temporibus accommodatum, & vulgò
vſitatum: At hoc loco pro parabola ponitur.

DE TERTIO.

*7 Dixit ergo eis iterũ Ieſus: Amen amen
dico vobis: Ego ſum oſtium ouium.*

Rurſus geminato iuramento fulcit ſermonẽ

ſuum Dominus, vt vel iſto pacto Phariſæis perſuadeat de veritate Dei, & vera ſalutis conſequendę ratione. *Ego*, inquit, *ſum oſtium ouium*, hoc eſt, ſine me nullus acceſſus eſt in ouile ouium, hoc eſt, in Dei familiam, quæ eſt Eccleſia, extra quam nihil eſt præter deſertum, in quo morantur & ſæuiunt beſtiæ deſtinatæ morti & perditioni.

Porrò hîc attẽtiùs cogitandũ eſt, cur Dominus ſe oſtiũ ouium appellet. Eſt aũt hæc ratio maximè cõcinna & propria. Prima promiſsio, quę eſt caput & initium doctrinæ Eccleſiæ, facta eſt de Chriſto Domino. Poſtquã enim Adam in quo nos omnes errauimus, excluſus eſt ab ouili, propter ſuum peccatũ, & expulſus eſt Paradiſo, interclu ſum eſt ouile. Id quod expulſione Adami de Paradiſo adumbratũ eſt, & manſiſſet cũ tota ſua poſteritate excluſus perpetuò, niſi Deus mera ſua miſericordia promiſsionem nouam de Meſsia propoſuiſſet, hanc videlicet: *Semen mulieris conteret caput ſerpẽtis*. Hoc ergo ſemen mulieris ſolum oſtium dicitur, per quod intratur in ouile ouiũ. Atq; hoc eſt, quod Auguſtinus ait propriis verbis: *Iſta fides ſana eſt, qua credimus nullum hominem, ſiue maioris ſiue minoris ætatis, liberari à contagio mortis & obligatione pecati, quod primò natura contraxit, niſi per vnum Deum & hominem mediatorem Ieſum Chriſtum*. Proinde mirum non eſt per ianuam eos non intrare, qui docendi munus ſibi vſurpant in Eccleſia excluſo Chriſto, quemadmodum fecerunt Phariſæi, ad quos Dominus hîc ſermonem dirigit. Hoc ipſum alia metaphora Paulus expreſsit dicens: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Ieſus Chriſtus*. Et Dominus ipſe metaphora viæ infrà idem docet, cùm ait: *Ego ſum via, veritas & vita*. Puræ locutiones, quæ idem volũt, infinitæ ſunt in Scripturis, quales hæ ſunt: *Nemo venit ad Patrem, niſi per me*. Item: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, &c.* Item: *Qui credit in Filium, habet vitam æternam: Qui verò non credit, ira Dei manet ſuper eum*. Sed Metaphoricæ & figuratæ locutiones coniunctæ cum puris ſententiis, ideo ſunt gratiores, quia non ſolùm res docent: verumetiam ſimilitudinibus pingunt, vt quaſi in ſenſus ipſos incurrant, quò magis homines permoueantur. Cum igitur ſolus Chriſtus ſit vnicum oſtium regni Dei, viderint iſti quid faciant, qui Fabios, Scipiones, Catones, & neſcio quos alios, cœlo includunt, & beatos prædicãt, qui nihil planè de oſtio ouium nouerunt, tantum abeſt vt per illud in ouile intrauerint.

8 *Omnes quotquot venerunt ante me, fures ſunt & latrones.*

Vetus interpres omiſit has duas voculas *ante me*, repugnantib. Græcis exemplaribus. Timuit fortaſſe ne, ſi legeretur, *Omnes qui venerũt ante me*, Moſes & Prophetæ Dei ſancti, furibus & latronibus aſcriberentur, quemadmodum quidam hæretici dictum Domini interpretati ſunt, teſte Chryſoſtomo, quod ſanè horrẽdum & impium eſt cogitare, nedum dicere. Nam Moſes & ſancti Dei Prophetæ neq; ante Chriſtum venerũt, quia Chriſtus Spiritu per ſanctos Dei Prophetas loquutus eſt, teſte Petro: Nec ſine Chriſto à quo miſsi erant. Verùm falſi Prophetæ venerũt quidem ante Chriſtum, vt qui nec ab eo miſsi ſint, nec eius Spiritu edocti, de quib. Dominus ipſe conqueritur Ieremiæ 23. vbi dicit Dominus ſe nec miſiſſe eos, nec mandaſſe eis. Auguſtinus ſimiliter omittit particulas *Ante me*, atque ita interpretatur: *Quotquot venerunt*, ſcilicet pręter me, quod & ipſum ambiguum eſt. At cõſiderato diligentiùs diſputationis pręſentis ſcopo, facile eſt intelligere quo ſenſu iſta verba *Ante me*, accipienda ſint. Manifeſtum eſt Dominum ſolummodò eos hîc notare, qui ſine mediatore, ſeu ſine doctrina de mediatore docendi munus ſibi in Eccleſia ſumunt. Nõ ergo ad tempus, ſed ad ordinem hæc oratio, *Ante me*, referenda eſt. Vt igitur omnes falſi Prophetæ, in quorum numero ſunt Phariſæi, cum quibus Dominus hîc loquitur, ante Chriſtum venerunt, vt qui Chriſto præterito, à quo incepiſſe eos oportuit, in ouile inuaſerunt, vt fures & latrones: ita ante Chriſtum hodie veniunt, qui non Chriſtum, ſed humanas traditiones loco Chriſti ſeu Euangelij hominibus obtrudunt. Breuiter, omnes qui Chriſtum non pro fundamento ædificij, non pro ſummo paſtore, non pro oſtio vnico, nõ pro pane vitæ, non pro via vitæ æternæ habẽt, ante Chriſtum in ouile inſtar furum & latronũ inuadunt. Contra verò omnes pij paſtores & oues ipſę per hãc ianuam, id eſt, per Chriſtum ingrediuntur in ouile: Paſtores quidem, cùm ab ipſo inſtructi verbo, & donati Spiritu Sancto, veniunt ad docendum, docentque ea, quæ ſunt ſalutaria, hoc eſt, vnum Chriſtum eſſe ſaluatorem credentium: Oues verò, cùm in Chriſtum collocãt fiduciam, & eum ſolum autorem vitæ æternæ agnoſcunt, confitentur & prædicant.

Sed non audiuerunt eos oues.

Prolepſis eſt. Nam huic obiectioni reſpondet Dominus: Si tu oſtium es in ouile, profectò nõ multi in ouile ingreſsi ſunt, ſed maxima pars hominum extra ouile vagatur. Reſpondit Dominus. Nunquam defuturos verè pios, quantumuis immenſa multitudo impiorum eſt, qui impios doctores audiunt, & per eos ſeducuntur. *Reliqui mihi*, ait Dominus, *ſeptem millia hominum, qui non curuauerunt genua Baal.* Et alibi dicitur: *Reliquiæ ſaluabuntur.* Non ergo quę hîc dicuntur, ad tabulas Zenonis referenda ſunt, ſed ad fidem & infidelitatem hominũ. Pauci ſunt quidem, qui credunt & ſaluantur. Multi verò, qui non credunt & pereunt, id quod Dominus hac ſua querela oſtendit: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Nõ ergo hæc res ex deſtinatione diuina, ſed ex hominum malitia depẽdet. Hic ergo locus docet: Primũ ſemper fore Eccleſiam in mũdo, etiamſi exiguus admodum grex erit verè credentium. Deinde hic locus diſcernit inter oues quæ ſeducuntur, quæ quidem ſeductæ & perditæ nõ amplius oues habentur, & inter perſeuerantes in ouili ſub obedientia paſtoris, quæ ouium nomen

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

men retinent. Nam cùm Dominus dicit: *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit,* indicat eũ qui bene cępit, poſſe aberrare ab ouili. Huc omnia dicta pertinẽt, quæ conditionem fidei iuxta vocem Euangelij requirunt. Non ergo hæc ſententia patrocinatur illorum errori, qui periculosè docent, & impiè, eum qui ſemel credidit, & donatus ſit Spiritu Sancto non poſſe amittere fidem, excutere Spiritum Sanctum & ſeduci ab ouili Chriſti.

9 Ego ſum oſtium, per me ſiquis introierit, ſaluabitur: & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet.

Idẽ repetit & addit promiſsionẽ dulciſsimá, quá percipiunt, qui per Chriſtũ in ouile ingrediuntur. Eſt aũt hic ſimpliciſsimus verborũ ſenſus: Et paſtores & oues, qui per me ingrediũtur, ſaluabũtur fide. Ingredientur, i. per me habebũt acceſſum ad Deũ, & ius inuocádi Deũ, ad Rom. 5. *Egredientur,* per obedientiá erga Deum & cõfeſsionem. *Et paſcua inuenient,* id eſt, conſolationẽ in præſenti, & vitam æternam in futuro. Atque ita quatuor continet hæc promiſsio. 1. ſalutem. 2. Acceſſum ad Deum. 3. conſtantiam confeſsionis & obedientiæ. 4. Felicitatem, hoc eſt, vitam æternam & perpetuam beatitudinis gloriam. Poteſt autẽ & hic locus in hunc modum explicari, vt primo loco totum beneficium paſtoris in genere ponatur, & deinde explicetur particulatim, quò oculis magis ſubiiciatur. Totum beneficium eſt, cùm inquit: *Si quis per me introierit, ſaluabitur,* hoc eſt quod ſimpliciter alibi dicitur his verbis: *Qui credit in Filium, habeat vitam æternã.* Explicatio eſt quæ ſequitur: *Et ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet.* Ingredietur, ſcilicet per me, hoc eſt, in me credens, & egredietur de miſeria huius vitæ ad gloriam cœleſtem, & paſcua inueniet æternæ ſalutis & immortalitatis. Sed vtraq; interpretatio congruit cum fundamento, & præſenti argumento poteſt accommodari. Nam quo ad finem & ſcopum attinet, prorſus conueniunt.

Ex his & ſuperioribus colligimus, duplicem eſſe ingreſſum, & duplicem egreſſum, videlicet malum & bonum. Vt ergo malus ingreſſus eſt aliunde quàm per oſtium intrare: ita malus egreſſus eſt à ſtabulo ouium per infidelitatẽ aberrare. de quo egreſſu Iohannes loquitur, cùm ait: *Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.* Deinde vt bonus ingreſſus eſt per Chriſtum intrare, & per eundem Patrem accedere: ita bonus egreſſus eſt & laudabilis, per nouam obedientiam & confeſsionem fidei lucere coram hominibus in gloriam Dei Patris.

10 Fur nõ venit niſi vt furetur & mactet & perdat: Ego autem, vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Concludit collationem inſtitutam, qua diſcernit inter Phariſæos qui vendicabát ſibi munus docendi in Eccleſia: & ſeipſum. Illi vt fures & latrones, furátur & mactát & perdunt: Chriſtus autem vt verus paſtor, oues colligit & paſcit, vt viuant & felices ſint. Sed hoc ſuum beneficium Dominus clariùs explicat in ſecũda parte capitis, quam modò aggrediemur.

PARS II.

In hac parte Dominus à theſi ad hypotheſin deſcendit. Vt enim in prima de paſtore bono & eius conditionibus diſſerit, opponens bonum paſtorem furi & latroni: Ita in hac parte de ſeipſo ſummo paſtore, & de ſuo affectu erga oues agit, opponens ſe mercenario. Deinde repetit aſſeuerationem, ac de ſuo officio concionatur, indicans ſe pro ſalute ouium ſpontè mortẽ ſubiturum, & à mortuis reſurrecturum, idq; virtute propria, vt ita fiat vnum ouile & vnus paſtor. Verùm quia hæc ſe facturum ex mãdato Patris diceret, diſsidium inter Iudæos oritur, dum alij Dominum vt furioſum & Dæmonium habentem condemnant, alij contrà conuicti miraculo ab illo edito, ipſum vt innocentem defendunt.

Sunt autem huius partis quatuor membra.

Primum: de Chriſto paſtore, de mercenario, & lupo, & horum diuerſis ſtudiis.

Secundum: aſſeueratio ejuſdem doctrinæ de ſummo paſtore & eius cura pro ouibus, cũ admonitione de morte ſua & colligendo vno ouili ſub vno paſtore, ſublato diſcrimine Iudæorũ & Gentium.

Tertium: Mortem ſuam pro ouibus ſubeundam gratá fore Patri teſtatur, & ſimul affirmat ſe & ſponte ſua moriturum, & ſua diuina virtute mortem ſuperaturum: & hæc omnia ex voluntate Patris.

Quartum: De ſchiſmate orto inter Iudæos propter ſermonem Domini.

DE PRIMO.

Huius membri ſunt tres articuli, quorũ primus eſt propoſitio, qua Chriſtus ſe aſſeuerat eſſe paſtorem illum bonum.

Secundus: Ratio propoſitionis.

Tertius: Antitheſis. Opponit enim bono paſtori mercenarium, ſimul indicans, quid damni metuendũ ſit ouibus, quę ſub mercenario ſunt.

Primus Articulus.

11 Ego ſum paſtor ille bonus.

Propoſitio eſt. In articulo Græco Emphaſis eſt. Significat enim Dominus ſe paſtorem illum bonũ, ſcilicet præ aliis omnibus ſuſpiciendum, vt de quo præcipua & peculiaris facta ſit promiſsio, quam oportuit Iudæis, cum quibus Dominus loquitur, notiſsimam eſſe.

Quoniam autem Meſsias promittitur vt Rex ſummus ſuper populum Dei, Pſal. 2. & alibi, & Reges vſitatè in Scripturis paſtores dicuntur, non potuerunt hîc dubitare Iudæi, ꝙ Dominus ſub paſtoris nomine ſe Meſsiam eſſe ſignificaret. Deinde Ezechielis 34. 23. Paſtoris nomen Meſsię tribuitur. Ita enim habet vaticinium: *Suſcitabo ſuper vos paſtorem vnũ, ſeruum meum Dauid, ipſe erit eis in paſtorem.* Dauid Pſ. 23. Meſsiam ſuum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

paſtorem nominat, cùm ait: *Dominus paſtor meus, & nihil mihi deerit.* Vbi pulcherrimis allegoriis pingit paſtoris Chriſti officium & beneficia erga oues. Propheta Mich. 7. 14. Compellat Meſſiam, quem & paſtorem vocat, cùm ait: *Paſce populũ tuum in virga gregem hæreditatis tuæ.* Et Eſaias cap. 40. 11. de Meſsia loquens ait: *Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio congregabit agnos & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit.* Omitto typum Chriſti paſtoris Dauidem & alios.

Porrò Epitethon ὁ καλὸς, vt affectum & officium paſtoris Chriſti in genere notat: ita opponitur paſtori illi malo, hoc eſt, Antichriſto, qui propter ingratitudinem hominum erga bonũ paſtorem excitabitur, iuxta vaticinium Zachariæ cap. 11. 16. Quod vt rectiùs intelligamus, teneatur hæc regula Apoſtoli: Quòd omnia quæ contigerunt in veteri teſtamento, typi fuerunt eorum quæ futura erant in nouo teſtamento, ſiue miſericordiá reſpicimus, ſiue iudicium Dei. Iam aſcribamus vaticinium Zachariæ: *Ecce ego ſuſcito paſtorem quendam in terra, qui oues ſuccisas,* (id eſt moribundas & afflictas) *non viſitabit: quod iuuenile eſt,* (id eſt agnos) *non quæret, quod confractum eſt* (id eſt, oues quouis caſu læſas) *nõ ſanabit: quod ſtat* (id eſt, oues, quæ præ infirmitate ſe de loco mouere non poſſunt) *non portabit: ſed carnes pinguium comedet, & vngulas earum confringet.* Hunc paſtorem, quem & ſtultum nominat, & idolum, de quo hìc loquitur Zacharias, eſſe Romanum Pontificem, non eſt dubium, quem Deus ſuſcitat, permittendo vt puniat ingratitudinem hominum, qui bonum illum paſtorem audire recuſant. Vlciſcitur ergo Deus hoc modo cõtemptum verbi ſui, & cõtumaciam, qua eum nimis prouocat mũdus. Meminerit ergo hodie mundus ſe dare meritas pœnas ſuæ ingratitudinis, cùm ita crudeliter & indignè tractatur à malo illo paſtore Antichriſto, qui truculentia omnes lupos & ſæuas beſtias ſuperat. Nam lupi & beſtiæ contenti ſunt carnibus ouium: ſed hic non pinguibus carnibus contentus eſt, niſi etiam confringat oſſa & vngulas ouium, vt Propheta loquitur. Hac horrenda comminatione excitati & iuſto iudicio Dei admoniti, agamus ſeriò pœnitentiam, cõfugiamus ad bonum illum paſtorem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ne rurſus noſtra culpa ſæuiſsimo tyráno Romano Pontifici ſubiiciamur, quem, cùm videmus hodie proſperum habere ſucceſſum, cogitemus irá Dei in nos eſſe accenſam.

Secundus Articulus.

Paſtor ille bonus animam ſuam ponit pro ouibus.

Ratio propoſitionis à certiſsima nota boni illius paſtoris deſumpta. Nam ex facto paſtoris tanquam ex infallibili teſtimonio affectus eiuſdem erga oues & cura pro ouibus, in quibus bonitas paſtoris relucet, demonſtratur hoc modo: paſtor ille bonus animam ſuam ponit pro ouibus, ſcilicet redimendis à pœnis æternis & eripiendis è faucibus lupi. Ita enim ſcriptum eſt:

A *Propter peccata populi mei percuſsi eum.* Item: *Percutiam paſtorem, & ſpargentur oues.* Ego animá meam pono pro ouibus meis, ſcilicet redimendis, conſeruandis & ſaluandis. Proinde ego ſum paſtor ille bonus, iam lõgo tempore in Scripturis promiſſus. Iam ſi pono animam meam pro ouibus, quod breui futurum eſt, intimè eas amo, ſummam earum curam gero, paſco, foueo, ſano, porto, eaſque defendo cõtra lupum Diabolum, qui per Antichriſtum & eius miniſtros in ouile Do- B minicum perrumpere conatur.

Porrò vt hic paſtor Ieſus ſummus eſt: ita eius peculiaria ſunt beneficia, quorum hìc præcipuum ponitur, cùm mentionem ſuæ mortis pro ouibus, facit. Morte enim ſua emit vitam ouibus, factus pro eis peccatum & maledictum, vt peccatum & maledictio euacuaretur. Habent ergo hìc credentes ampliſsimam conſolationẽ, qua ſtatuunt ſe paſtoris ſui morte redemtos eſſe, qui ipſis præſens eſt, cùm in morte, tum in a- C liis ærumnis. Hac fiducia inuicti ſtant pij in cõflictu aduerſus Sathanam, mundum & carnem, ſperantes breui fore integram liberationem, & intercludendas eſſe lupo omnes vias, ne quâ irruat in ouile.

Huc adiiciamus collationem paſtoris Chriſti & aliorum bonorum paſtorũ, vt appareat eminentia Chriſti ſuper alios.

Paſtor Chriſtus, eſt verus Deus & verus homo, vna perſona: ſed alij boni paſtores homi- D nes tantùm ſunt, quos ſummus ille paſtor ſuo ſancto regit Spiritu, & ornat variis donis, vt ſint ſalutaria organa Eccleſiæ.

Paſtor Chriſtus ſolus de ſinu patris profert Euangelium, id eſt, pabulum vitæ æternæ. Sed alij boni paſtores doctrinam ab illo acceptam fideliter tradunt Eccleſiæ. *Qui vos,* inquit, *audit, me audit.*

Paſtor Chriſtus ἀρχιποίμην eſt, vt Petrus ait. Ad hunc enim oues pertinent táquam Dominum E & poſſeſſorem vnicum. Sed alij boni paſtores huius miniſtri ſunt, ab eo miſsi, vt iuxta eis traditam normam excubent ſuper ouili.

Chriſtus paſtor, ſolus eſt & paſtor & oſtium. Sed alij boni paſtores non ſunt oſtium, ſed paſtores tantùm, qui cum ouibus per idem oſtium intrant.

Chriſtus paſtor ſolus mortuus eſt pro ouibus redimẽdis, ideoq́ue paſtor magnus ouium in ſanguine teſtamenti æterni, ad Heb. 13. dici- F tur. Sed alij paſtores boni ab hoc ſolo redempti ſunt, perinde atque oues ipſæ, & exponunt ſe mille mortibus pro ouibus conſeruandis.

Paſtor Chriſtus intus agit ſua diuina virtute, & eſt efficax per ſe. Sed alij boni paſtores externo ſolummodo miniſterio agunt, prædicando & ſacramenta miniſtrando.

Paſtor Chriſtus baptizat Spiritu Sancto & igni. Sed alij boni paſtores aqua tantùm baptizant, cui adeſt Chriſtus iuxta ſuam promiſsio- G nem, & Spiritu intus agit, quod aqua foris adumbrat.

Chriſtus paſtor paſcit animas ouium pabulo

vitæ

vitæ æternæ, videlicet, corpore & ſanguine ſuo. Sed alij paſtores boni elemẽta ſolummodò adminiſtrant, quibus Chriſtus ſe præſentem fore & efficacem teſtatur.

Chriſtus paſtor oleo Spiritus oues recreat, fouet, confortat: ſed alij boni paſtores conſolationibus erigunt, doctrina & verbis cõfortant.

Denique Chriſtus paſtor eſt vita & ſalus ouium: ſed cæteri boni paſtores huius rei teſtes ſunt, quorum eſt officium, vt vitæ puritate & innocentia oues ad imitationẽ Chriſti inuitent.

Huic ſummo paſtori ſi oppoſueris Antichriſtum paſtorem illum ſtultum, quem idolum vocat Zacharias, eiq; ſubiicias malos paſtores qui Antichriſti imperio parẽt, magis apparebit gloria ſummi noſtri paſtoris, & dignitas aliorum paſtorum, qui ab ipſo mittuntur.

Tertius Articulus.

12 *Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit & diſpergit oues.*

Antitheſis hæc additur & illuſtrandi gratia & admonẽdi cauſa. Illuſtrat quidem boni illius paſtoris amorem erga oues & curam pro illis. Admonet verò de futuris periculis Eccleſiæ, quę inter paucos bonos paſtores habebit plurimos mercenarios, qui lupo, id eſt, Diabolo veniente per Antichriſtum & eius miniſtros, fugient & deſerent gregem. Diſcrimen inter paſtorẽ bonum & mercenarium in genere monſtrant ipſę appellationes. Paſtoris enim propriũ eſt paſcere oues: Mercenarius, etſi ad tempus vtiliter paſcit, mercedem tamen potiſsimùm ſpectat, qua deficiente, curam ouium abiicit & fugit vt ſuæ vitæ conſulat.

Cauſæ huius diſcriminis hæ ſunt: Bonus paſtor ad faciendum officium, & patiendum pro ouibus, ſi quid aduerſi ingruat, accẽditur amore Chriſti, quem anteponit propriæ vitæ: habet propoſitam ſibi gloriam Dei, quam præfert vanitati, diuitiis, honoribus & voluptatibus huius mundi: ſalutem ouium quærit, pro qua non minus quàm de propria ſollicitus eſt. Hæc omnia in paſtore bono Chriſtus requirit, cùm ter à Petro quærit: *Petre amas me?* & toties commendat illi paſcendas ſuas oues. Nam qui nõ amore ſincero Chriſti, officium paſtoris ſibi ſumit, paſtor quidem videri poteſt pacis tempore, ſed aliud docebit euentus, ſi grauiora inciderint pericula. Mercenarius contrà ad paſcendum oues mouetur amore ſui, quem anteponit ſaluti ouium, habet propoſitam gloriam humaná, quam antefert gloriæ Chriſti, lucrum cum quiete quærit, ex quo fit vt ſæpè ſub ſilentio ſe abſcondat non audens eos carpere, qui videntur vel autoritate, vel potentia ſuo lucro & quieti poſſe officere. Et quoniam ſemetipſum amat, propriam vitam anteponit ſaluti ouium. Vnde fit vt veniente lupo vel deſerat oues, ac fugiat, quod eſt crudele, vel mutata voce, lupo ſe ſubiiciat, & ex mercenario fur fiat & latro, quod nõ ſolum crudele, verumetiam diabolicum planè eſt.

Porrò hîc duæ quæſtiones excutiendæ ſunt: Vna de mercede, altera de fuga. De mercede quæritur, num merces peti licitè poſsit à piis paſtoribus, cùm hîc reprehẽdi mercenarios videmus? Reſpondeo verbis Pauli, 1. Cor. 9. 14. *Sic Dominus ordinauit, vt qui Euangelium annunciant, viuant ex Euangelio.* Non ergo hîc reprehenduntur paſtores pij, qui mercedem ordinatam petunt. Sed illi tãtùm, qui mercedem vt ſcopum ſui laboris ſpectant, & fugiunt, hoc eſt, vel ſubtrahunt corpora, vel abſcondunt ſe ſub ſilentio: vel mutant vocem veniente lupo. Sed de mercede miniſtrorum verbi vide Paulum copiosè diſſerentem, 1. Cor. 9. Item ad Gal. 6. Altera quęſtio eſt de fuga: An omnis fuga ſit damnanda propterea quòd Dominus hoc loco mercenarium fugientem damnet. Reſpondeo. Eſt fuga mandata, eſt fuga prohibita. Illa licita & laudabilis, hæc illicita & damnanda eſt. Sed de vtraque vide quæ ſuprà notauimus in principium ſeptimi capitis.

Iam de lupo aliquid dicẽdum eſt, & quomodo in ouile Dominicum inuadat, aperiendum. Lupus itaque, vt diximus, ipſum Diabolum notat, quem Apocalypſis draconem & ſerpentem antiquum nominat, ſeductorem totius orbis terrarum. Deinde, quia lupi vnius hîc meminit Dominus, notat ſingularem aliquem, qui præ aliis ſæuus ſit & truculentus, quem ſuprà à Zacharia ſtultum paſtorem & idolum dici meminimus. Hic reuera Antichriſtus eſt & Toparcha Diaboli, quem Iohannes ſæuam beſtiam nominat, cui draco virtutem dat omnia in Eccleſia diſperdendi. Tertiò, quia Diabolus & eius Toparcha Antichriſtus miniſterio hominum vtitur ad ſtabiliendum regnum ſuum, ipſi homines parentes eius imperio, vt impij tyranni, hæretici & hypocritæ lupi dicuntur, de quib. Paulus in Actis: *Ego noui quòd ingreſſuri ſunt poſt diſceſſum meum lupi graues in vos, non parcentes gregi.*

Cauſa, cur Dominus conferat Diabolum & eius miniſtros lupis, hæc eſt, vt obſeruata lupi natura, cogitemus quantum periculi ſit piis à Diabolo & eius mẽbris pertimeſcendũ. Quod enim lupus eſt ouibus, hoc Diabolus cum ſuis miniſtris eſt gregi Dominico.

Cæterùm vt non vnum luporum genus eſt: ita nec vna inſidiarum forma. Ariſtoteles ſcribit in India quoddam luporum genus eſſe, quod habet tres ordines dẽtium, ſuperiùs & inferiùs, habet pedem leonis, & faciem hominis, habet caudam ſcorpionis, cuius vox eſt, ſicut vox hominis, ſed terribilis vt vox tubæ: Eſt velox vt ceruus, & homines deuorat. Neſcio an conuenientiori pictura, crudelitas, ferocia, hypocriſis & tyrannis Romani pontificis, veri Antichriſti pingi poſsit. Vt in Æthiopia feruntur eſſe lupi adeò diuerſis & multis notati maculis, vt nullus color eis deeſſe videatur: ita Diabolus in ſuis miniſtris vertit ſe in mille formas, vt homines decipiat & abducat à Deo. Interdum venit vt

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mitiſsima ouis; ſi externá eius ſpeciem ſpectes, ſed intus eſt lupus rapax. Occultat enim in corde quod vultu diſsimulat. De hoc luporum genere loquitur Dominus, cum ait: *Cauete à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces.* Hac pictura Dominus pingit hypocritas, qui ſub ſanctitatis larua fraudes tegunt lupinas. Interdum prodit vt Angelus Dei, hoc eſt, quaſi nuncius Dei de cœlo delapſus, magnifica loqués, ſed inſidias ſtruit, Angelica ſub ſpecie virus continens lethale. Interdum amici familiaris perſonam induit, ludos iocoſq; excitans, multa ſimul pollicens. Sed ad extremum colluſores ſuos dilaniat & occidit. Hinc λυκοφιλία dicitur, id eſt, lupina amicitia, qua ſignificatur ſuſpectum fœdus, quod tádem vergit in alterius partis perniciem. Scribitur enim de lupo, quòd ſi puerum rapuerit, primùm cũ illo ludat: Deinde cùm puer putat, ſe ſecurum eſſe, ex familiaritate, deuoratur à lupo. Eſt enim lupus cruoris appetétiſsimus. Præterea quemadmodũ lupus cùm ad ouile pergit prædæ cauſa, it contra ventum, ne canes vigilantes ad ouile, ſentiant eius odorem, atque ita occurrant inſidiis: ita miniſtri Diaboli, inuaſuri Eccleſiam Sophiſtica ſingulari ſuas pingunt corruptelas, ne apparęant inſidiæ, id quod hodie ſtrenuè facit Antichriſtus per eos qui ſe vocant Ieſuitas. Præterea vt lupi ſomnum canũ, abſentiam aut diſsidiam paſtorum explorant; ita Antichriſtus cum ſuis ſomnolentiam miniſtrorum verbi, deſidiam & negligentiam gubernatorum obſeruat, vt in ouile Dominicum irrumpat. Breuiter, vt lupus eſt rapax, crudelis, appetens cruoris, inſidiator, aſtutus, vorax & inſatiabilis, ex quo fit vt cùm in ouile irrumpat, non ſit contentus vna aut altera oue, ſed totum gregem inuadat, ſingularũ ouium guttur petat, vt citò eas ſtrangulet & proſternat occiſas, quo facto prædæ partem abducit, reliqua humo abſcondita: ita Diabolus & eius Toparcha Antichriſtus pluſquam lupinam malitiam exercet, aduerſus ouile Chriſti, hoc eſt, Eccleſiam Dei, dum ipſam inuadit omni ex parte, nec eſt contétus finibus vnius regni aut alterius, ſed totam Eccleſiam per orbem terrarum diffuſam crudeliſsimè inuadit, adeo vt rabiem luporum multis modis ſuperet, vt qui ne in remotiſsimis partibus ouilis Domini velit vnam ouem relinqui, adeò ſanguinis Chriſtiani rapax iſte lupus ſitiens eſt. Nec vno modo Eccleſiam Dei inuadit, ſed multis & variis. Quomodo quæſo omnibus temporibus, hæreſibus variis Eccleſiam Dei inuaſerat Sathan? Quomodo doctrinam corruperat? Quomodo Sacramenta fœdauerat? Quomodo hypocriſi totum orbem oppleuerat? Quis numerauerit hypocritarum ſectas? Quis infinita ſcandala recenſuerit, quibus miris modis lacerauerat concordiam Eccleſiæ? Legatur Epiphanius & alij hiſtoriarum Eccleſiæ ſcriptores, imò ipſæ vitæ Paparum Antichriſti truculentiam & crudelitatem ob oculos ponunt. Neque præſens dies ſilet, quo minatur Eccleſię vaſtitatem. Ideo admoneo, vt nos, qui incidimus in poſtremam Eccleſiæ ſenectam, & quorum ceruicibus iam imminere videtur ſæuus iſte tyrannus pontifex, ſimus cautiores, ardentiùs inuocemus Deum pro conſeruatione Eccleſię, ac diligentiùs præuideamus lupi iſtius inſidias.

Fertur de lupo, quòd ſi pręuiſus fuerit ab homine, deponat ferociam, & quòd ad colliſioné lapidum fugiat. Eſt enim illi ictus lapidis lethalis, ac ignem metuit. Nos igitur ex verbo Dei diſcamus nouiſſe lupum & diſcernere à paſtore, vt illum prius videamus quàm ipſe nos. Lapidem Chriſtum in corde circumferamus ac intus ardeamus viua fide & ardenti inuocatione, ita futurum eſt vt à luporum inſidiis quo ad animas noſtras ſimus tuti. Huc illud Ambroſij: *Si in te inſurrexerit lupus, petram accipe, & fugit lupus: Petra tua Chriſtus eſt. Si ad Chriſtum confugias, fugit lupus, nec terrere te poterit.* Summus noſter paſtor Matth. 10. armat nos oues ſuas aduerſus luporum inſidias, prudentia ſerpentina & ſimplicitate columbina. Ita enim ait: *Ecce, ego mitto vos quaſi in medio luporum. Eſtote igitur prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.*

13 *Mercenarius fugit, quia mercenarius eſt, & non eſt ei cura de ouibus.*

Rationem reddit, cur mercenarius fugiat veniente lupo. *Fugit*, inquit, *mercenarius, quia mercenarius eſt*, hoc eſt, quia mercedem ſpectat, vt ſuæ curæ proprium finem, quo cum vel fruſtratur, vel non ſine periculo vitæ illum aſſequi poteſt, non amplius eſt pro ouibus ſollicitus, vt qui nõ ouium ſed curam ſui habeat. *Mercenarius quippe eſt*, ait Gregorius, *qui paſtoris locum tenet, ſed lucrum animarum non quærit, terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet.*

An non & paſtor bonus mercedem ſpectat? Spectat ſanè. ſed nõ principaliter, ſpectat terrenam mercedem propter neceſsitatem huius vitæ, ſed hanc nõ ſolam, vt mercenarius facit, ſed multò magis cœleſtem mercedem, quia videlicet promiſſa eſt: *Merces*, ait Dominus, *veſtra copioſa eſt in cœlis.* Cùm ad hanc mercedem reſpicit paſtor, non fugit veniente lupo, nec ſubtracta terrena mercede. Quia vt amore Chriſti impulſus paſcit oues: ita mercede cœleſti propoſita à Chriſto, ſe ſolatur, ſi quando lupus illum propter oues dilaniat.

Cæterum, cùm Dominus hæc verba de mercenario toties inculcat, non eſt dubium hîc ſignificari peculiares quoſdam mercenarios, qui non infimi paſtores gregis Dominici & haberi & ſalutari volunt, & haud dubiè notantur hîc poſtrema tempora, in quæ nos incidimus, quibus ſapientia, doctrina, donis & autoritate excellentes, in gratiam hominum, propter dignitates, honores & opes & quietem ſunt defecturi à puritate Euangelij, & ſubiecturi ſe Romano Pontifici, ſtulto illi paſtori & idolo, qui iam mille artibus cùm amicos tum hoſtes ſollicitat, & multis execrandis proditionibus agit, vt relicto fonte ſaluatoris, quæramus rurſus ciſternas humanas,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nas, & ſequamur doctrinas Dæmoniorum in ruinam Eccleſiæ, & plurimarum animarum perniciem, de quibus Micheas vaticinatus eſſe videtur, cùm ait: *Principes eius pro muneribus iudicabunt: Sacerdotes eius pro mercede docebunt, Prophetæ eius pro pecunia diuinabunt.* Cum his etiam congruit vaticiniũ Danielis, de quo legantur Chronica. De his ideo diligentiùs hoc tempore admoneo, quia video omnia tendere ad ruinam, & pleroſque omnes ſuam gloriam, ſuam quietem, ſuos honores & voluptates quærere. Deus ſui puſilli gregis miſereatur.

DE SECVNDO.

Sunt & huius membri tres articuli.

Primus, de mutuo amore paſtoris & ouium.

Secundus, de ouibus, morte paſtoris redimendis.

Tertius de vocatione gentium ad ouile Chriſti, vt ſicut ille eſt vnus paſtor: ita ſit & vnum ouile.

Primus Articulus.

14 *Ego ſum paſtor ille bonus, & cognoſco meas, & cognoſcor à meis.*

15 *Quemadmodum cognoſcit me Pater, & ego cognoſco Patrem.*

Hîc Dominus amorem ſuum erga oues, & ouium viciſsim amorem erga ſe paſtorem per comparationem deſcribit. Eſt autem comparatio hoc modo ordinanda: Quemadmodum pater me cognoſcit & ego cognoſco Patrem: ita ego oues meas cognoſco, & oues meæ me cognoſcunt. Cognitio hoc loco pro dilectione accipitur, cum qua dilectione approbatio & ſumma coniunctio cohæret, quæ omnia voce hebraica *Raſon*, & Græca εὐδοκία intelliguntur. De hac ſumma dilectione, approbatione & coniunctione loquitur Pater, cùm ait: *Hic eſt Filius meus dilectus, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Hîc verbo εὐδόκησα, ſignificatur ſumma dilectio, approbatio atque coniunctio, videlicet quòd Pater per hunc Filium velit placari & recipere omnes qui in eo ſunt, hoc eſt, omnes credentes, in gratiam. Ad Epheſ. 1. *Adoptauit nos in filios per Ieſum Chriſtum in ſeſe ſecundùm εὐδοκίαν voluntatis eius in laudem gloriæ gratiæ ipſius, quo gratos nos fecit in dilecto.* Pater ergo & Filius ſe diligũt amore æterno. Hinc amor naſcitur, quo Filius oues ſuas, hoc eſt, fideles complectitur, quemadmodum Pater ipſum. Proinde fieri nõ poteſt, vt Chriſtus oues ſuas, quas adeò diligit, derelinquat. Huius ꝓinde dilectionis, qua Chriſtus ſuas oues proſequitur, cogitatio meritò fidem in nobis accendere, & confirmare deberet, excluſa academica dubitatione, qua Papiſtæ iubent nos dubitare an ſimus in gratia, hoc eſt, an verè diligamur à Deo, vt filij à patre. His proinde Epecticis & Pyrrhoniis opponamus hanc Chriſti paſtoris dulciſsimam vocem, qua teſtatur ipſe ſe diligere oues ſuas, quemadmodum ipſe Pater ſe diligat. Cum hac ſanè dilectione & odium & dubitatio pugnat. Cauſa autẽ pernitioſi dogmatis Papiſtarũ eſt imaginatio meri-

A torum humanorum, ex quibus dilectionẽ Dei erga homines pẽdere putant, contra totius Scripturæ conſenſum.

Secundus Articulus.

Et animam meam pono pro ouibus.

Dilectionis ſuæ erga oues Dominus firmiſſimum argumentum ponit. Quid enim magis teſtari poteſt de amore erga aliquem, quàm pro illo redimendo à morte, mortem oppetere. Nũc B autem Chriſtus pro ouibus ſuis à morte æterna redimendis mortuus eſt. Proinde ipſius dilectionem erga oues maximam eſſe oportet. Etſi autem dilectio Patris & Filij eadem eſt dilectio, effecta tamen ordinantur, vt viſum eſt ſapientię Dei commodiſsimum. Siquidem Pater ex amore dat Filium, vt pro ouibus moriatur, & Filius ex amore ſponte ſua moritur pro ouibus. Vt ergo Pater & Filius æterno amore ſe complectuntur, ita vterque amat oues, ſapienti ordine eun- C dem finem ſpectans. De hoc amore loquitur Paulus Rom. 5. *Deus commendat ſuam charitatem erga nos, quòd cùm adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Et 1. Iohan. 3. *In hoc apparuit dilectio Dei erga nos, quòd Filium ſuum vnigenitum miſerit in mundum, vt nos viuamus per illum.* Huc Domini illa aſſeueratio pertinet: *Sic Deus dilexit mũdum vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Ex hac dilectione, qua Pater nos in Filio pro nobis mor- D tuo complectitur, Paulus extruit & πληροφορίαν fidei, Rom. 8. 31. *Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui ſanè proprio Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donaret?* & cõſolationem ſub cruce: *Quis*, inquit, *nos ſeparabit à dilectione Dei*, hoc eſt, quid poteſt efficere, vt Deus nos nõ diligat? *An afflictio, an anguſtia, an perſecutio, an nuditas, an gladius?* quaſi diceret, nullo modo. Hæc enim omnia ſuperat dilectio Dei. Et tandem veluti triumphans conclu- E dit: *Perſuaſus ſum, quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates, neq; inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque vlla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectione Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Diſcrimen inter mortem paſtoris Chriſti & mortem aliorum paſtorum manifeſtum eſt. Chriſti enim paſtoris mors eſt ἀπολύτρωσις ſeu hoſtia expiatoria: Aliorum paſtorum mors pro ouibus non eſt ἀπολύτρωσις, ſed tantùm teſtimo- F nium ſollicitudinis pro ſalute ouium, & eſt ſacrificium εὐχαριστικόν. Definienda eſt ergo mors Chriſti longè aliter, quàm mors vllius alterius creaturę, in hunc videlicet modum: Mors Chriſti eſt ſacrificium expiatorium, quo Filius æternus in aſſumta natura humana ſe æterno Patri obtulit per æternum Spiritum in hoſtiam, qua ſatisfactum eſt iuſtitię Dei, & placata eſt ira Dei æterna, redemptione parta credentibus.

Præterea hic locus refutat errorem Apolli- G naris aſſerentis Filium Dei non aſſumpſiſſe animam humanam, ſed tantùm carnem, quia ſcriptum: *Verbum caro factum eſt.* Non attendens,

quòd carnis vocabulum in Scripturis pro integro homine conſtante corpore & anima accipiatur. Cùm ergo Chriſtus dicit, ſe animam ponere, Apollinaris errorem euertit. Loquitur enim de vera anima humana, quam poſuit, dum eam à carne per mortem ſeparare voluit ad tempus. Diuinitas autem poſt vnionem factam nũquam vel à carne vel ab anima ſeparata eſt, ne in morte quidem. Nam diuinitatis virtute anima in corpus poſt tertiam diem rediit. Neque cum hac ſententia pugnat, quod in Pſalmo dicitur: *Deus, Deus meus, cur deſeruiſti me?* Deſeruit enim quieſcendo, non diſcedendo.

Tertius Articulus.

16 Et alias oues habeo, quæ non ſunt de hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile & vnus paſtor.

Hîc de vocatione Gentiũ ad Euágelium, ſeu de Eccleſia vna colligẽda ex toto humano genere, ſublato diſcrimine Iudæorũ & Gẽtium, agit. *Habeo*, inquit, *alias oues, quæ non ſunt de hoc ouili*, h.e. habeo præter eas, quæ ſunt de carnali ſemine Iſraelis, per miniſteriũ verbi adducẽdas. Cùm dicit: *Habeo oues*, ſignificatur certus euẽtus. Multi enim tũ erant lupi, leones, porci, &c. qui poſtea audito Euágelio, facti ſunt oues manſuetæ. Hos propter euentũ oues nominat. id quod ſequentia verba indicant, cùm ait: *Et illas oportet me adducere, & vocem meam audient*: Significans miniſterium Euangelij inſtrumentum eſſe ſummi paſtoris, quo oues in ouile aggregantur. Neq; hîc vaticinatur Dominus, vt quidam exiſtimant, de extremis mundi temporibus, ſomniantes Romanum Epiſcopum fore vnum paſtorem vnius Eccleſiæ catholicæ latè diffuſæ per orbem terrarum ante iudicium extremũ: ſed de eo quod mox accidit poſt ipſiusglorioſam reſurrectionem ex mortuis. Hoc primùm indicat velum templi ſciſcum, & vox Domini in cruce: *Conſummatum eſt.* Sciſsio enim veli diſcrimen Iudæorũ & Gentium coram Deo ſuſtulit. Deinde hoc indicat mandatum Domini ablegantis Apoſtolos in orbem terrarum: *Ite in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: Qui verò non crediderit, damnabitur.* Atque ita videmus completum eſſe dictum Domini: *Fiet vnum ouile & vnus paſtor.* Id quod & Paulus pulcherrimè tradit ad Epheſ. 2. 14. cùm ait: *Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, & interſtitium maceriæ ſoluens, inimicitiam in carne ſua* (id eſt victima carnis ſuæ) *lege mandatorum in decretis abolens, vt duos conderet in ſeipſo in vnum nouum hominem, faciens pacem vt reconciliaret ambos, in vno corpore Deo per crucem, inimicitiam in ipſa interimens.* Collecta eſt ergo vna Eccleſia ex Iudæis & Gentibus audientibus vocem Chriſti & credentibus promiſsioni Euangelij. Huius Eccleſiæ eſt vnus ſummus paſtor Ieſus Chriſtus in ſanguine æterni teſtamenti. Nam cùm hîc dixiſſet: *Et illas oportet me adducere*, mox ſubiungit modum adductionis: *Et vocem*, inquit, *meam audient*, hoc eſt, quotquot vocem meam, quam ſonabunt mei legati, receperint, aggregabuntur in ouile meum, quod vnum eſt, vt ego vnus ſum paſtor. Paulus 1. Timot. 2. 4. puris expreſsit verbis, quod hîc figuratè dicitur: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus etiam mediator Dei & hominum homo Ieſus Chriſtus, qui dedit ſeipſum pretium pro omnibus.* A tempore ergo reſurrectionis Domini cœpit hoc vnum ouile ſub vno paſtore Chriſto colligi, extra quod nulla eſt ſalus. Porrò qui ex hoc loco conátur docere, quòd ante extremum diem fiat omnium hominum cõuerſio ad Chriſtum paſtorem, vanius eſt, quàm vt refutatione egeat. Quomodo enim quadrat cum dicto Domini: *An putas quòd Filius hominis cùm venerit, reperturus ſit fidem ſuper terram?* Et Paulus affirmat fore ἀποστασίαν maximam ante aduentum Domini. Idem ait, Antichriſtum, hoc eſt, Romanum Pontificem, qui ſe paſtorem illum vnum ouium iactat, & cœtum, qui ſibi adhæret, definit illud vnum ouile, cuius Dominus hîc meminit, illuſtri aduentu Domini ad iudicium abolendum & exterminandum.

Porrò quia hîc Dominus facit mentionem vocationis Gentium ad Euangelium, plura cogitanda hîc ſe offerunt. Primum, quòd vocatio iſta Gentium, non pendeat vel ex meritis, vel ex præparantibus operibus vt vocant. Quæ enim opera, quæ merita habere poterant Gentes omni Idololatriæ turpitudine pollutæ? Deinde quòd beneficia Euangelij ſint gratuita. Tum quòd ſint vniuerſalia iuxta mandatum: *Ite in mundum vniuerſum, prædicate omni creaturæ.* Præterea quòd ſola cõditio fidei requiratur. Oportet enim vocem paſtoris audire, quæ nihil proderit, niſi fide recipiatur. Poſtremò quòd ritus Moſaici & Sacramenta veteris populi, non requirantur à Gentibus quæ conuertuntur.

DE TERTIO.

Huius membri quatuor ſunt articuli.

Primus, quòd mors Chriſti paſtoris pro ouibus ſit Patri accepta.

Secundus, quòd mors Chriſti fuerit voluntaria, & non coacta.

Tertius, quòd Chriſtus propria poteſtate, & moritur & reſurgit.

Quartus, quòd & moriatur & reſurgat Chriſtus ex mandato Patris.

Primus Articulus.

Propter hoc Pater me diligit, quia ego pono animam meam, vt rurſus ſumam eam.

Dominus dixit ſe moriturũ pro ouibus ſuis. Iam addit, ꝙ mors ipſius ſit accepta futura Patri ſuo, vt quæ ſit hoſtia pro peccatis mundi, Patri gratiſsima. *Pater*, inquit, *me diligit*, non tantùm ſcil. æterna dilectione, qua me dilexit ante cõditũ mundũ, verumetiá nunc, vt ipſius ſeruum in aſſumpta humana natura. *Quia ego pono animã meã*

hoc eſt, hanc ob cauſam Pater meus ſingulari amore me cõplectitur & ſincerè diligit, quia pro mundi ſalute animam meam ſpõte mea pono, & à carne per mortem ſeparo, vt iterum ſumam eam per reſurrectionem tertia die futuram. Ex hac dilectione etiam me exaltabit, & dabit mihi nomen quod eſt ſupra omne nomẽ, vt in nomine meo flectatur omne genu. Inſuper, vt propter me recipiat in gratiá omnes qui in me crediderint. Nam qui in me credunt, in me ſunt vt viua membra. Ex quo fit, vt per me filij Dei dicantur & ſint. Huc illud: *Dedit poteſtatem filios Dei fieri omnes, quotquot credunt in nomen eius.* Hæc omnia cõtinet dilectio, qua pater filium mortuum & reſuſcitatum cõplectitur. Prædicit ergo Dominus hîc de ſua morte & reſurrectione, qua omnibus vita & ſalus acquiritur. Obſeruetur hîc commendatio bonitatis Dei & obedientia filij Dei, qui ex dilectione patris pro nobis mortuus & reſuſcitatus eſt. hinc fides in nobis accendatur, gratiarum actio, inuocatio aliæq; virtutes. Deinde quòd obedientia filiorum Dei in cruce & morte placeat Deo, & quòd Deus ſic obedientes diligat in dilecto.

Secundus Articulus.

18 Nemo tollit eã à me, ſed ego pono eam à meipſo.

Hoc opponit Dominus crudelitati Iudęorũ, qui iam in mortem ipſius conſpirauerant, acſi diceret: ſcio quàm ſitis aduerſus me pleni odio, & nihil aliud moliamini, quàm vt me interficiatis, quod tamẽ non eſt in poteſtate veſtra. Neq; enim me inuitum ad mortem trahetis. Sed ego me mea ſponte, in manus veſtras tradá illudendum & interficiendum, vt & patri obediam, & ouibus meis vitam æternam morte mea acquiram. Hoc ergo: *Nemo tollit eam à me,* non eſt accipiendum ita, quaſi à vulnerib. & paſsione mortuus non ſit, ſed quòd potuiſſet diuina ſua potentia, hoſtes ſuos quantumuis immanes & furibundos impedire, ne ſe interficerẽt. Huius rei manifeſtum ſpecimen edidit in horto, cùm ad illum venerunt rapiendum ad mortem. Ibi enim ad vnam vocem Domini tanquá mortui retroceſſerunt & ceciderunt in terrá tanquá mortui, in quorum manus mox ſeipſum ſpõte tradidit.

Tertius Articulus.

Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo rurſus ſumendi eam.

Non ſolum his verbis ſignificat Dominus ſe reſurrecturũ à mortuis: Verumetiam vendicat ſibi quod vniuerſæ creaturæ negatum eſt. Nulla enim creatura vbi mortua fuerit, habet poteſtatem ſumẽdi animam, vt rurſus viuat, ſed neceſſe eſt, vt ſi reuiuiſcat, aliena poteſtate vitam recipiat. Se igitur Dominus extollit hiſce verbis ſupra omnẽ creaturam. Quare neceſſe eſt, vt ipſum Deum æternum eſſe fateamur. Hinc poterant Iudęi intelligere, quòd Dominus ſe Meſſiam diceret, qui non ſolùm in ſcripturis dicitur ſemen mulieris, ſemen Abrahæ, filius Dauidis, verumetiá Iehoua & filius Dei. Quocirca quia

A homo fuit, mori potuit & debuit, quia Deus eſt, poteſtatem habuit viuificandi rurſus mortuum corpus. Atque hoc eſt quod Petrus ait: *Chriſtus mortuus carne eſt, viuificatus autem ſpiritu.*

Hic locus duo docet, cõmunicationem idiomatum in diſtinctis naturis, & vnitatẽ perſonæ in duab. naturis, humana videlicet & diuina. Nã niſi perſona vna eſſet, non communicarentur idiomata, hoc eſt, non prædicarentur proprietates diuerſarum naturarum promiſcuè de perſo-
B na. Et niſi diſtinctæ eſſent naturæ, non haberẽt ſingulæ peculiaria idiomata, ſicut hîc videmus. Sed aſcribamus verba Auguſtini, quibus hic locus mirificè illuſtratur. *Quando,* inquit, *Chriſtus animam poſuit? quando verbum voluit. Principatus enim in verbo erat. Ibi poteſtas erat, quando poneret caro animam, quando ſumeret. ſicut enim vnus homo anima & corpus: ſic vnus Chriſtus verbum & homo. Anima & corpus duæ res ſunt, ſed vnus homo, verbum & homo duæ res ſunt, ſed vnus Chriſtus. Nemo enim titu-*
C *bet in fide, quando audit Dominum dixiſſe: poteſtatem habeo ponendi animam meam. Ponit eam caro, ſed ex poteſtate verbi, ſumit eam caro, ſed ex poteſtate verbi. Verbum, anima, caro, vnus eſt Chriſtus: & dum caro occiſa fuit, Chriſtus occiſus fuit, & dum caro animam reſumpſit, Chriſtus animam reſumpſit. Quia quidquid ibi factum eſt in diſpenſatione humanæ ſalutis, totum vnus Chriſtus egit, vnus Filius Dei proprius & perfectus. Vnus Deus verus & omnipotens, homo propter verbum Deus, Deus propter hominem homo, ſicut dictũ*
D *eſt: Verbum caro factum eſt.* Hæc Auguſtinus.

Quartus Articulus.

Hoc mandatum accepi à Patre meo.

His verbis ſignificat Dominus conſilium & decretum Patris ſui fuiſſe, vt ipſe filius humilis in humana natura appareret ad mortem vſq; & victoriam ſuper mortẽ. Loquitur igitur hîc de perſona in aſſumpta humana natura, quo reſpectu minor fuit Patre, & accepit mandatum à Pa-
E tre, etſi patri ab omni æternitate, quod ad diuinam naturam per ſe cõſideratam attinet, æqualis eſt, vtpote eiuſdem eſſentię cum Patre & Spiritu Sancto. Ideo Auguſt. hic dicit: *Verbum non verbo accepit mandatum, ſed in verbo vnigenito Patris eſt omne mandatum.* Sed diſcernendum eſt, vt dixi inter Filium Dei manifeſtatum in carne, qua ratione factus eſt medium inter Deum & homines, & eũdem ſine carnis (in qua humiliatus eſt ad tẽpus) reſpectu, ne cũ Ario impingamus.

F

DE QVARTO.

19 Schiſma igitur rurſus factum eſt inter Iudæos propter ſermones hos.

20 Dicebant autem multi ex eis: Dæmonium habet & inſanit, cur ipſum auditis?

21 Alij dicebant: Hæc verba non ſunt Dæmonium habentis. Num Dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire?

G Inter auditores Euangelij ſemper fuerunt, ſunt & erunt calumniatores contumaces, & dociles homines. Calumniatores rapiunt vel opti-

mè dicta,& ea calumniis deformare conãtur,ac tribuunt diabolo opera Dei, quod horrendum dictu,hoc ſolo nomine, vt homines abducant à Chriſto, ſicuti hîc faciunt Iudæi, qui hoc argumento ſimpliciores decipere conantur. Dæmonium habens & furens non eſt audiendus. Hic Dæmonium habet & inſanit.Igitur non eſt audiendus. Sed hác calumniam refutant alij quibus nonnulla gratia collata erat. *Nunquid,* inquiunt, *poteſt Dæmonium oculos cæcorum aperire?* ac ſi dicerent: Signum doctrinæ oſtendit vnde ſit doctrina & qualis ſit. Signum autem diuinum opus eſt, vt quod nulla creatura imitari poſsit. Quis enim oculos cœci nati aperire potuit, niſi Deus ſit cum illo? Proinde doctrina huius non eſt Dæmonium habentis aut furentis, ſed Dei. Hîc rurſus monemur de vſu miraculorum Chriſti, qui ratiocinando colligitur, vt iam oſtendimus. *Hæc ſunt facta,* inquit Iohannes, *vt credatis quòd Ieſus ſit Chriſtus, & vt credentes vitam habeatis æternam per ipſum*. Vide quæ ſuprà de miraculis annotauimus.

PARS III.

Hæc tertia pars capitis cõtinet interrogationem Iudęorum, qui interrogant Dominũ, num ipſe ſit Chriſtus,quibus Dominus reſpõdet, ad opera patris, quæ teſtantur de ipſo,prouocans. Cur autem Iudæi multi non credát Domino & operibus eius, rationẽ reddit, quòd non ſint de ouibus ipſius. Huc addit indicationem ſummi beneficij Chriſti paſtoris erga oues, videlicet quòd ipſis daturus ſit vitam æternã.Idq; ideo quia Pater cum quo ipſe vnum eſt, maior ſit, quàm vt quiſquã aliquid de manu eius eripiat.Hinc rurſus Iudęi offenſi, ad arma cõfugiunt.Huius partis mẽbra duo ſunt. Vnum interrogatio Iudęorum cum reſpõſione Chriſti. Alterũ deſcriptio ouiũ Chriſti cũ indicatione felicitatis earundẽ.

DE PRIMO.

Huius membri articuli ſunt quatuor.

Primus.Interrogationis occaſio.

Secundus.Interrogatio ipſa.

Tertius.Reſponſio cum ſua probatione.

Quartus. Expoſitio cauſæ contumaciæ Iudæorum.

Primus Articulus.

22 *Facta ſunt* ἐγκαίνια *Hieroſolymis, & hyems erat.*

23 *Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis.*

Hæc interrogationis Iudæorum occaſio fuit. Iudæi nacti tempus & locum commodum, Dominum accedunt & interrogant, num ipſe ſit Meſsias. Tẽpus deſcribitur,cum ait: Facta ſunt ἐγκαίνια Ieroſolymis & hyems erat.

Ex collatione plurium locorũ,vbi fit mentio encæniorum,hęc definitio generalis colligitur. Ἐγκαίνια ſunt cuiuſq; rei nouę ante eius vſum dedicatio ſeu cõſecratio,qua gratiæ aguntur Deo, & petitur rei vſus concedi ſalutaris in gloriam Dei,& in hominum re vtentium vtilitatẽ. Nam

A cùm Dominus omnium rerum donator ſit,ſibi ſacras eſſe rerum primitias & gratias ſibi agi ante earum vſum voluit. Monemur igitur,vt pro omnibus rebus, & pręcipuè cùm primùm quid in vſum noſtrũ vertimus, gratias agamus Deo, ex quo fit vt mens amore Dei, ac ita ad omnem pietatem magis accendatur, ſimulq; admoneamur vt donis Dei quàm caſtiſsimè vtamur. Quis.n. ſapiẽs re abutatur ad luxum & faſtum, pro qua iam Deo gratias egit,cogitatq; donũ eius eſſe?

B Fuerunt autem duplicia ἐγκαίνια,videlicet priuata & publica. Priuata,cùm homines quilibet abſoluto nouo opere dedicarunt illud Deo per gratiarum actionem & preces, quo vſus ipſis in bonũ cederet.Hinc mos fuit apud Iudæos ἐγκαινίζειν,id eſt, dedicare nouas domos abſoluto iam opere,vt eſt Deut. 20. 5. *Quis eſt homo, qui ædificauit nouam domũ, & non* ἐνεκαίνισεν αὐτήν, *eat & reuertatur in domũ ſuam ne moriatur in bello, & alius homo* ἐγκαινιεῖ αὐτήν. Sic omnes pios in populo Dei feciſ-

C ſe non eſt dubium. Pſal.30. meminit in titulo ἐγκαινισμοῦ domus Dauid, ſignificás quòd ante eius vſum cũ recẽs eſſet extructa, Dauid eã Deo conſecrauerit per gratiarum actionẽ & petitionẽ,vt eius vſus & Deo in gloriã & ſibi in bonũ cederet.

Publica ἐγκαίνια fuêre, quæ publicè inſtituebãtur cum magna ſolennitate, in memoriam alicuius rei abſolutæ & perfectæ. Fuerunt & hæc duplicia. Quædam enim fiebant ſemel tantùm abſoluto iam opere, vt cùm Salomõ ædificaſſet

D tẽplum, ante eius vſum ἐγκαίνια celebrat, vt ſcribitur 3.Reg. 8. idq; tempore autumni & abſoluto altari. Num. 7. Principes obtulerunt dona εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν altaris. Item, Nehem.12. fit mentio ἐγκαινίων muri Ieruſalem, extructo enim muro & denuo reparato poſt reditum à captiuitate Babylonica, Eſdra præcedente aſcenderunt ſacerdotes & Leuitæ & cantores cum inſtrumentis muſicis,& pſallentes incedebant per murũ. Atque hic ἐγκαινισμὸς factus eſt tẽpore veris. Quæ-

E dam ἐγκαίνια fuerunt annua, quæ ſingulis annis iterabantur, & certo die menſis, videlicet in 9. Hebræorum menſe & die 25. Horum fit mentio 1.Machab.4. *Fecerunt,* inquit textus, ἐγκαινισμὸν *altaris diebus octo:* tempus autem in textu præcedit hiſce verbis: *Quinta & vigeſima die menſis noni, hic eſt menſis Ciſtleu* qui eſt quidem nonus à Niſan, primo menſe Hebræorum, noſtro Aprili reſpondente, ſed duodecimus à noſtro Ianuario, hoc eſt, Decembris, cuius 25. die ſingulis annis,

F ex inſtituto Iudæ Machabæi & fratrũ eius, hæc encænia celebrabantur. Ideo Iohannes addit: *Et erat hyems,* vt intelligamus eum loqui de annuis illis encæniis inſtitutis & celebratis à Iuda Machabæo, cùm is hoc die repurgatum templũ & altare ſacrificio diuinitus inſtituto dedicaſſet, quinquẽnio poſtquam eodem die menſis Ciſtleu ab Antiocho Epiphane prophanatũ fuerat. Nam cùm Antiochus Epiphanes ex Ægypto Romanorum edicto eiectus eſſet, Ieroſolymam

G cum exercitu ingreditur, templum ſpoliat, altare prophanat, id quod accidit anno ante natum Chriſtum 167.

Porrò quoniam Chriſtus his encæniis humana autoritate inſtitutis interfuit, videtur ſtabilire traditiones humanas. Reſpondeo, diſcernendum eſſe inter humanas traditiones. Non enim omnes ſunt eiuſdem generis. Nam ſunt & piæ & impiæ traditiones ab hominib. in Eccleſiam introductæ. Cùm ergo Chriſtus interfuit his encæniis piis & vtilibus, non probat impias traditiones, nec eas ſuo exemplo confirmat, ſed ſolummodò pias & vtiles traditiones ſuo exemplo approbare videtur. Etſi ergo feſtum encæniorum Lege Dei præceptum non erat: tamen ordinatum fuit & inſtitutũ bono cõſilio. Quare cùm Chriſtum legimus huic feſto interfuiſſe, ipſius exemplo & docemur & admonemur. Docemur quidẽ, quòd liceat piis gubernatoribus, docendi & diſciplinæ gratia feſta & ritus vtiles ordinare, ordinis ſeruandi & decoris cauſa, ſine ſuperſtitione, & citra opinionẽ neceſsitatis aut cultus. Admonemur vero exẽplo Chriſti, vt nõ contemnamus ritus vtiles à maioribus docẽdi & diſciplinæ gratia inſtitutos, ſed eos reuerenter, liberè tamen obſeruemus. Etſi non obligamur ſimpliciter ad humanas traditiones ſeruádas, ſed ratione diſciplinæ, cõcordiæ & boni ordinis ſeruandi, citra opinionem iuſtitiæ, cultus & neceſsitatis. Verùm ſi ceremoniæ impiæ fuerint, ad eas fugiendas obligamur præcepto diuino: *Fugite idola.* Item: *Cauete à falſis Prophetis.*

Hîc non importunè quæritur de cõſecrationibus & dedicationibus tẽplorum Chriſtianorum. Nam ex conſuetudine Iudæorum, qui primum tẽplum Salomonis, cùm recens extructũ eſſet, cõſecrarunt, hoc eſt, ſeiunxerunt à prophano vſu, & dedicauerunt Deo vt ipſius domus eſſe diceretur: ad huius facti imitationem, Papiſtę voluerunt ſua templa cõſecrare, cùm recens eſſent extructa. Deinde quia ſingulis annis dedicationem templi ordinatam à Iuda Machabæo celebrarunt Iudæi: Chriſtiani quoq; cœperunt ſuorum templorũ renoualia celebrare, quemadmodum Beda docet cùm ait: *Encænia autẽ vocabantur ſolennia dedicationis tẽpli quæ populus Dei ex antiqua patrum traditione per ſingulos annos celel ... re cõſueuerat, quorum veſtigia nos hodie per Chriſti... orbẽ ſequentes, annuam dedicationis noſtræ Eccleſiæ diẽ diuinis laudibus & vigiliis ſtuduimus agere ſolennẽ, & hanc feſtiuitatem eò maiore deuotione celebrare oportet, quòd eam redẽptori noſtro gratiſſimã eſſe cognouimus, adeo vt in illa ipſe tẽplum ingredi & ſermonẽ facere ad populũ, ac diuinitatis ſuæ ſacramenta pandere dignatus ſit.* Hęc Beda. Reſpõdeo: Specioſa eſt oratio Bedę, laudãda videtur ſanctorũ imitatio, ſed ſimul cogitandus eſt euentus. Fateor, principium nõ fuiſſe peſsimũ, ſed vt fit, traditiones humanæ ſæpè abeunt in abuſum & ſuperſtitionẽ, à qua nullis remediis liberari poſſunt, vt videre eſt in noſtris dedicationibus, in quibus minima ratio habita eſt celebrationis nominis Dei, & maxima prophanationis, ſuperſtitionis, potationis, ſcortationis, mercaturæ. Et ſi quis religione iſtis dedicationibus intereſſe voluit, nihil aliud vidit quàm prophanationẽ Cœnæ Domini, inuocationem Sanctorum, adorationẽ ſtatuarum, cultum reliquiarum vt vocant. Quamobrem rectè feciſſe iudico reformatores doctrinæ, qui iſtam prophanam nundinationem aboleuerũt, commendantes nobis templũ illud verum quod eſt Ieſus Chriſtus. Neq; exemplum valet, quia templum Salomonis & quæ poſtea in eodem loco reparata fuit, fuere typica adumbrantia verum templum Ieſum Chriſtum, vt epiſt. ad Hebr. teſtatur. Nõ ergo tutò κακοζηλίᾳ Iudaica ἐγκαίνια noſtrorum templorum celebrabimus, præſertim cùm ſeruari non poſsint ſine offenſione Dei. Quare longè conſultius eſt operá dare, vt quotidie verum Dei templum innouetur in nobis, in laudem & gloriam ipſius.

Porrò quòd Dominus ambulauerit in templo, in porticu Salomonis, ſignificabat eũ occaſionem docendi quæſiuiſſe. Omnibus enim ſe obtulit, omnibus paratus erat, neminẽ à ſe repulit. Cuius exemplo & nos admonemur prõptitudinis ad docẽdum tum gratos tum ingratos.

Sed quid eſt quod Euãgeliſta dicit Ieſum ambulaſſe in templo in porticu Salomonis? Num ergo templũ & porticus idem ſunt? aut ſi ſunt diuerſa, num ſimul & in tẽplo & in porticu, hoc eſt, diuerſis locis ambulabat? Templum interdum per Synecdochen duo ſignificat, videlicet oraculum, & partẽ illam, quę velo diſtincta erat ab oraculo. Interdum tria, videlicet porticum, partem intermediam, & oraculum ſeu ſanctum ſanctorum. Interdũ propriè templum dicitur pars interpoſita inter porticum & oraculũ. Hîc ergo tẽplum totum ſignificat, cuius prima pars erat porticus quæ dicitur Salomonis, quia primum ab illo extructa erat, etſi poſtea deſtructa eſt & noua rurſus extructa. Secunda templum. Tertia oraculum ſeu ſanctum ſanctorum.

Cæterùm porticus ipſa ad orientem erat, habebatque oſtium ab Oriente cõtra oſtium templi, ita vt ſol æquinoctialis oriens, vt ſcribitur, directis ſuorum radiorum lineis per oſtia tria videlicet porticus, templi & oraculi, arcam teſtamenti perfundere poſſet.

Nec prætereundũ eſt, quòd Euangeliſta hyemis mẽtionem faciat. Voluit enim hac additione ſeriẽ hiſtoriæ Chriſti notare. Fuit enim hæc hyems proximè præcedens paſsionem Domini, quæ in vere proximo contigit.

Secundus Articulus.

24 *Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant: quouſq; animam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus ille, dic nobis palàm.*

Hanc interrogationem inſidioſam fuiſſe, vt per quam calumniádi & accuſandi Dominum occaſionem quærerent hypocritę, dubium non eſt. Nam perſuaſerant ſibi Iudæi, Chriſtum non venturum adeo humilẽ & inermem ſine pompa, auro, gẽmis, purpura, &c. Sed potentem, terribilẽ armis, fulgẽtem gemmis & auro. Siquidẽ vt erant carnales Iudæi: ita niſi carnaliter poterát de Meſsia cogitare, huc applicátes vaticinia Prophetarum, quæ ſub figuris regnorum mũdi

regnum Chriſti deſcribunt. Verùm ſi officium Meſsię ex Prophetarum oraculis intellexiſſent, diſtinctum eſſe regnum Chriſti à forma regnorum mundi, & dicta Prophetarum accommodaſſent ad modum regni Chriſti, quod non eſt mundanũ, ſed cœleſte. Quare etiam alia ratione adminiſtrandum eſſet. Nam vt regna mundi legibus & armis: ita Chriſti regnum, cùm ſit ſpirituale, verbo & Spiritu Sancto gubernari neceſſe eſt. Sed audiamus interrogationis formam. *Quouſque*, inquiunt, *animam noſtram tollis?* hoc eſt, quàm diu ſuſpenſum tenes animum noſtrum, ſiue, quamdiu nos anxios in dubio relinquis, & nos veluti enecas? Atq; ita hac interrogationis forma volunt videri magno teneri deſiderio veritatis de Meſsia cognoſcẽdę. Quare ſubiiciunt: *Si tu es ille Chriſtus, dic nobis* παῤῥησίᾳ, hoc eſt, clarè, aptè & liberè, abſq; omni ſermõis ambiguitate.

Tertius Articulus.

25 *Reſpondit eis Ieſus: Dixi vobis, & non creditis, opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtantur de me.*

Hæc Domini reſponſio tria continet: Primũ, quod iam diu dixerat, de quo illi interrogant, videlicet ſe eſſe Chriſtum. Quoties enim dixerat: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Item: *Ego ſum lux mundi: Ego ſum panis vitæ: Ego ſum paſtor ille bonus qui animam ponit pro ouibus:* toties ſe clarè Meſsiam, id eſt, Chriſtum eſſe teſtatus eſt. Hæc enim ſunt propria Meſsiæ officia, quæ nulli alij tribui poſſunt. Secundum, quòd ignorantiam Iudæorum aſcribat ipſorum contumaciæ & incredulitati, & inquit: *non creditis*, quaſi diceret, dicitis quidem vos ſuſpenſos ac dubios eſſe, ſed hoc aliunde non prouenit, quàm ex contumacia veſtra & hypocriſi, quæ vos impediunt, quò minus verbis meis fidem habeatis. Tertium, quòd ſuo more ad opera prouocat, quæ cùm ſunt diuina & congruunt cum vaticiniis Prophetarum, qui prædixerant Meſsiam agnoſcendum in talibus diuinis operibus, palàm conuincunt ipſum promiſſum Meſsiam eſſe. *Opera*, inquit, *quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtantur de me*, hoc eſt, me promiſſum Meſsiam eſſe, clariſsimè demonſtrant. Loquitur enim de iis operibus, quæ nullius creaturæ potentia fieri poterant, qualia ſunt ſanatio cœci nati, reſuſcitatio mortuorum.

Porrò cum dicit: *Opera quæ facio in nomine Patris mei*, diſcernit inter ſua miracula & pręſtigias diabolorum, quæ non ſunt miracula dicenda. Particula enim, *in nomine Patris mei*, tres cauſas miraculorum Chriſti complectitur, videlicet efficientem, formam & finem. Efficiens eſt virtus Patris, quæ eadem eſt & Filij, quæ per nomen Patris ſignificatur. Vide quæ annotauimus capite 5. in hæc verba: *Opera quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtantur de me.* Forma eſt quòd opera Chriſti fiant in nomine Patris, hoc eſt, ad inuocationem veri Dei, qui eſt pater Chriſti, id quod Dominus ſæpè & ſigno & voce oſtẽdit. Signo, quoties oculos in cœlum leuauit, edens miracula. Leuatio enim oculorũ in cœlum, veræ inuocationis ſymbolum eſt. Voce, dum Lazarum excitat. *Pater*, inquit: *gratias ago quòd me exaudieris.* Finis eſt, quòd miracula Chriſti fiant in nomine Patris, hoc eſt, ad hunc finem, vt Pater in Filio agnoſcatur, & glorificetur: quod fit cùm filius per miracula agnoſcitur eſſe Meſsias, in mundum à Patre miſſus in omnium ſalutem, qui Chriſti miraculis credunt, eumq; fide recipiunt. Plura de miraculis ſuprà aliquoties diximus.

Quartus Articulus.

26 *Sed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis.*

Expoſitio eſt cauſę contumaciæ Iudæorum, quæ in hunc modum concluditur. Quicunque non ſunt de ouib. meis, non credunt mihi. Vos contumaces Iudæi nõ eſtis de ouibus meis. Igitur vos nõ creditis. Sed quę eſt cauſa, quòd non ſint de ouibus Chriſti? An neceſsitas aliqua fatalis? an conſilium Dei deſtinantis eos morti? nullo modo, ſed voluntaria contumacia qua reiecerunt beneficium oblatum, ſicuti alibi teſtatur Dominus cum lachrymis, cùm ait: *Quoties volui te congregare, vt gallina congregat pullos ſuos, ſed noluiſti?* Qui ergo oues non ſunt, credendo oues fiunt, oues factæ paſtorem ſequuntur, intrant, exeunt & paſcua inueniunt. Non ergo negat Chriſtus Iudæos hos ad quos ſermonem dirigit, credere poſſe, ſed eos non eſſe oues, donec non credant, ſignificat: quòd ſi autem aliquando crediderint, oues fieri. Omnes enim homines promiſcuè & ſine diſcrimine ad fidẽ vocat, vt qui factus ſit λύτρον pro omnibus. Nam ſi fatalis neceſsitas aut conſilium Dei eſſet, vt hi Iudęi non crederent, non rectè accuſarentur à Domino, nec vt contumaces damnarentur. Cùm igitur ob incredulitatem & contumaciam damnatur quiſquis damnatur, manifeſtum eſt, culpam cur damnetur, in ipſo quærendam eſſe, iuſtum autem eſſe Deum qui cõtumacem condemnat. Poteſt & aliter reſponderi: *Vos non creditis, quia non eſtis de ouibus meis*, hoc eſt, quia impegiſtis in petram ſcandali, ſomniantes regnũ Meſsiæ fore mundanum, & hypocriſi excœcati, ad lucem Euangelij ſpontè cœcutitis, ac teſtimonia Patris mei obduratione cordis non recipitis, ſed me qui à Patre miſſus ſum vobis in ſalutem, contra conſcientiam perſequimini, ipſi vobis ianuam ſalutis occluditis, quam ego omnibus aperio. Atque ita vobiſipſis quaſi neceſsitatem quandã furoris aduerſus Euangelium conciliatis.

Si quis autem obiecerit hoc Auguſtini: *Hoc dixit, quia videbat eos ad ſempiternũ interitum prædeſtinatos, & non ad vitam æternã ſui ſanguinis precio comparatos.* Reſpondeo: Si Auguſt. loquitur de euentu, qui pendet ex hominis culpa, verũ eſt ipſius dictũ: At ſi quis dictum Auguſtini ad decretũ & conſiliũ Dei referat, cum cõſenſu totius ſcripturæ pugnabit. Hoc ergo fundamentũ immotum teneamus: Deus vult omnes homines ſaluos fieri, modò ſcilicet ipſi ſalutẽ oblatã per mediatorem non ſpręuerint.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

DE SECVNDO.

Sunt & huius membri quatuor articuli.
Primus: De ouibus Chriſti & earũ felicitate.
Secũdus: De cauſis ſecuritatis ouiũ Chriſti.
Tertius: Quòd Pater & Filius vnum ſint.
Quartus: Rabies Iudæorũ aduerſus Chriſtũ.

Primus Articulus.

Quinam ſunt oues Chriſti, & quæ ſit illarum felicitas, exponit, ac primùm dicit.

27 *Oues meæ vocem meam audiunt.*

Horum verborum hic ſenſus eſt: Quicunque volunt oues meæ fieri, neceſſe eſt vt vocem meam audiant, & in me iuxta auditam vocem credant. Nam audiendo & credendo intromittimur in ſtabulum ouium.

Secundò dicit: *Et noui eas.* Hoc ad notitiam cognitionis, approbationis, dilectionis & gubernationis pertinet. Non eſt ergo quòd quis ſe putet in obliuionem paſtoris venire, ſi vel cruce premitur, vel obſcuro carcere includitur, vel infami morte è medio tollitur, vel in cineres cõuerſus iam prorſus periiſſe videtur. Nam paſtor noſter Chriſtus nouit ſuos, & nouit eos ſuo tẽpore ad ſe colligere.

Tertiò dicit: *Et ſequuntur me,* ſcilicet in doctrina, fide, inuocatione, obedientia, patientia. Qui ergo hoc modo non ſequitur Chriſtum paſtorem, vel nunquã fuit, vel turpiter deſinit Chriſti ouis eſſe. Hinc concluditur diſcrimen inter veram eccleſiam & falſam. Vera enim eccleſia eſt cœtus hominum ſequẽtium Chriſtum, hoc eſt, amplectentium ipſius doctrinam, credentium in ipſum iuxta vocem Euãgelij, & ex fide obediẽtium ipſi cùm in omni vita tum in cruce.

Quartò dicit:

28 *Et ego vitam æternam do eis.*

Hoc eſt ergo ſummum beneficium paſtoris erga oues, dare ipſis vitam æternam. Si Chriſtus dat vitam æternam, certè vita æterna donum paſtoris eſt. ſi eſt donum, non eſt ex merito, ſed ex gratia: merito intelligo ouium, non paſtoris. Nam paſtor vt merito mortis, à morte liberat æterna: ita merito iuſtitiæ ſuis æternam vitam donat, hoc eſt, quod Paulus ait Rom. 6. *Vita æterna eſt donum Dei per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Hinc ſequitur grauiſsima accuſatio omnium hominum, qui nõ ſunt oues Chriſti. Nam ſi ſolis ouibus datur vita æterna, aliis omnibus qui non ſunt oues, mors æterna debetur. Si mors æterna illis debetur, eorum culpam eſſe infinitam neceſſe eſt. Eſt enim iudicium Dei rectum & ſecũdùm veritatem. Quoties igitur omnibus ouibus Chriſti æterna vita promittitur, toties iis omnibus, qui non ſunt oues Chriſti, comminatio mortis æternæ proponitur, qua ad pœnitentiam inuitantur niſi perire volunt.

Porrò quantum bonum ſit hoc donum vitæ æternæ, cùm ex adiunctis, tùm ex antitheſi intelligitur. Adiuncta vitæ æternæ ſunt gloria & beatitudo æterna, ex fruitione Dei nunquam finiẽda, cuius magnitudo, humana ratione com-
A prehendi nequit. Antitheſis, mors æterna, quà nihil triſtius, cum ſempiterna miſeria, cum diabolo & eius membris, cùm ex vermi conſcientiæ, tum ex inenarrabili cruciatu animæ & corporis. Hæc igitur inter ſe cõparata bona & mala excitent nos ad fidem, qua in vitæ æternæ poſſeſſionẽ venimus. Docet & hic locus diſcrimen inter regem Chriſtum & mundi reges. Mundi reges vtcunque ad tempus tuentur hanc caducam vitam & aliquam interdum tranquillita-
B tem. Sed hic rex Chriſtus Ieſus dat vitam æternam cum immortalitatis gloria & beatitudine.

Quintò additur. *Et non peribũt in æternum.* Hîc meritum omnium hominum notat, ſi in ſe conſiderantur, hoc eſt, extra Chriſtum. Nam ſi omnibus pereundum eſt in æternum qui ſunt extra Chriſtum, certè meritum mortis æternæ in omnibus eſt, videlicet peccatũ. Sed quomodo peribunt in æternum? nõ vt non ſint, ſed vt eſſe non vellent, propter horrẽda ſupplicia, quibus
C in omnem æternitatem ſubiacebunt. Huius interitus ſententia lata eſt in Paradiſo toti Adæ, hoc eſt, non tãtùm perſonæ Adæ, ſed toti ipſius poſteritati quæ in ipſo erat, vt in maſſa, de qua totum genus humanum ſumptum eſt. Ab hoc interitu, quẽ omnes meruimus propria culpa, liberãtur illi ſoli qui vocem paſtoris Chriſti audiunt eumq; ſequuntur. Hinc ergo fideles, petant conſolationes, in ærumnis huius vitæ. Nullum enim efficacius remedium eſt cõtra crucis
D acerbitatẽ & mortis horrorem, quàm cogitatio & fiducia huius beneficij paſtoris Ieſu Chriſti.

Sextò additur. *Et nõ rapiet quis eas de manu mea.* Hæc promiſsio opponatur omnibus tẽtationibus ſpiritualibus, omnium diabolorum furoribus, omnium tyrannorum crudelitati, denique toti regno diaboli. Nã quod hîc Dominus promittit, facillimè præſtabit ea potentia, qua poteſt ſibi omnia ſubiicere. Habemus quæ ſint oues Chriſti, id eſt, quæ ſit vera eccleſia, & quæ
E ſit eius felicitas, & vnde ſit, nempe à ſolo paſtore Chriſto.

Secundus Articulus.

29 *Pater meus qui dedit mihi, maior eſt omnibus, & nemo poteſt rapere de manu Patris mei.*

Hîc exponitur cauſa ſecuritatis ouium Chriſti, argumento à potẽtia Dei petito. Pater meus qui dedit mihi oues, eſt maior, hoc eſt potẽtior
F omnibus & diabolis & hominibus creaturisq; aliis ſimul collectis. Ergo nulla res poteſt oues meas rapere de manu Patris. Sed quomodo dat Pater Filio oues? vt mittens miſſo, non vt Deus Deo, cùm vnus ſit Deus, nec vt Pater Filio ſimpliciter, ſed ſecũdùm humiliationem & diſpenſationis tempus. Quoniam autẽ ſupra dixerat: *Non rapiet quis eas de manu mea,* & hic ait: *Et nemo poteſt rapere eas de manu Patris mei:* Significatur quod vna eadẽq; ſit manus Patris & Filij, id eſt, vna po-
G teſtas, id quod ex ſequentib. verbis cõcluditur.

Tertius Articulus.

30 *Ego & Pater vnum ſumus.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Occupatio eſt & argumentum poteſtatis Chriſti. Occupatio quidem, qua anteuertit obiectionem quæ ex dictis obiici poterat, hanc videlicet: Tu dicis de ouibus tuis: Nemo poteſt rapere eas de manu mea. & rurſus dicis: Nemo poteſt rapere eas de manu Patris mei. Aut igitur eſt vna manus Patris & tua, quod fieri non poteſt, aut abſurda eſt oratio tua, & blaſphema, qua tibi Dei quem Patrem tuum dices, poteſtatem rapis. Reſpondet Dominus: *Ego & Pater vnum ſumus,* hoc eſt, tametſi Pater alius eſt à me, B & ego alius à Patre, id eſt, alia perſona, tamen Pater non eſt aliud & ego aliud, ſed vnum ſumus ambo vnitate eſſentiæ, naturæ & diuinitatis. Non igitur abſurdum eſt meam manum & Patris eandem eſſe, ſi diuinitatem reſpicitis. Argumẽtum verò poteſtatis Chriſti eſt ſumptum ab vnitate eſſentiæ ad æqualitatem poteſtatis, quod hoc modo concluditur: Patris & Filij vna & eadem Deitas eſt, vna maieſtas, vna æternitas: ergo eſt & vna poteſtas & vna volũtas, qua C & poſſunt & volunt Pater & Filius tueri oues ſuas. Proinde fieri non poteſt, vt oues rapiantur de manu noſtra. Obſeruemus hoc loco teſtimonium diſtinctionis perſonarum & vnitatis eſſentiæ in diuinis. Nam cum dicit: *Ego & Pater ſumus,* copulatiua & verbo plurali diſtinguit perſonas cõtra Sabellium, qui vnam perſonam Patris & Filij ex vnitate eſſentiæ non multiplicatæ impiè collegit. Cùm rurſum dicit, *Vnum* in neutro genere, vnitatem eſſentiæ Patris & Filij D docet contra Arrium, qui duas eſſentias Patris & Filij ex diſtinctione perſonarũ impiè docuit. Vterq; rationis argumento deceptus eſt. Nam ſecundùm menſuram rerum creatarum voluerunt de Deitate & diuinis perſonis iudicare. Quidam hîc carpunt veteres ſcriptores, quaſi abuſi eſſent hoc Chriſti dicto contra hæreticos Sabellium & alios. Dicunt enim Chriſtum hîc loqui de vnitate conſenſus & concordiæ tantùm Patris & Filij, & non de vnitate naturæ, vn E de æqualis poteſtas concluditur. Sed ipſi potiùs carpendi ſunt, qui non animaduertunt argumenti συνοχήν. Dixerat ſuprà Dominus: *Nemo poteſt oues meas rapere de manu mea,* quod hoc pacto probauit: Pater meus qui dedit mihi eas, maior eſt omnibus, & nemo rapiet eas de manu Patris mei. Hîc concluſio ſubintelligitur, videlicet: ergo neq; quiſquam eas de manu mea rapiet. Huc additur probatio conſequentiæ: *Ego & Pater vnum ſumus,* quaſi diceret: Cùm nemo poteſt ra- F pere eas de manu Patris mei, & ego & Pater vnum ſumus, ſequitur quòd nemo poſſit eas de manu mea rapere. Vnitas ergo Patris & Filij eſſentiæ, Deitatis, potentiæ & gloriæ intelligitur, & non concordiæ tantùm. Plura de hoc articulo in primo capite annotauimus.

Quartus Articulus.

31 *Tulerunt igitur rurſus lapides Iudæi, vt lapidarent eum.* G

Hîc oſtendunt perfidi Iudæi, quo conſilio interrogarũt Dominum, num ipſe Chriſtus eſſet. A Nam ex verbis Domini collegerát, quòd ſe Meſſiam eſſe & eiuſdem cum Patre eſſentiæ & poteſtatis ſignificaret, vnde indignantur ſuo more, & quia nihil habent quod ipſi contrà obiiciant, ad lapides confugiunt, vt authorem vitæ interficiant. Quid quæſo magis hac ingratitudine deteſtandum eſt? Chriſtus vitam offert, ſed illi mortem moliuntur rependere. Obſeruemus hic exemplum Domini, qui non deſtitit ab officio fideliter præſtando propter ingratorum multitudinem.

PARS IIII.

Huius partis duo ſunt membra:

Primum. Apologia, qua Dominus calumniã Iudæorum refutat.

Secundum. Narratio ſeceſsionis Chriſti trãs Iordanem, & eorum quæ illic geſta ſunt.

DE PRIMO.

Huius membri quinque ſunt articuli.

Primus. Interrogatio Domini, cur Iudæi ipſum lapidibus obruere conentur.

Secundus. Reſponſio Iudæorum, qua ſuum factum vt iuſtum defendere videri volunt.

Tertius. Refutatio reſponſionis Iudæorum.

Quartus. Defenſio Chriſti per opera ipſius.

Quintus. Rabies Iudæorum ex verbis Domini magis excandeſcens, vnde & ipſum apprehendere vt eum morti tradant, cupiunt. Sed ipſe qui non niſi volens apprehendi poterat, euaſit è manibus illorum.

Primus Articulus.

32 *Reſpondit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quale eorum me lapidatis?*

Hæc interrogatio eò pertinet, vt Dominus aduerſus perfidos Iudæos ſuam tueatur innocentiam. Miſſus erat Dominus vt verbis & operibus teſtaretur de veritate Dei & de ſuo, propter quod miſſus erat in mundum, officio. Hoc cùm facit, hominum experitur malitiam, calumnias ſuſtinet, pericula adit, nobis relinquẽs exemplum, vt & nos ſimiliter faciamus, cùm id officij ratio poſtulat, præſertim cùm gloria Dei, & ſalus hominum agitur, hoc perpetuò ſatagentes, vt ad dicta & facta noſtra, bona conſcientia prouocare poſsimus. Habemus & hîc hypocritarum malitiam in exemplo depictam. Chriſtus multa ſaluifica opera oſtendit huic populo, quæ teſtabantur ipſum non aliud quærere, quàm gloriam Dei & ſalutem hominum. Sed homines hypocriſi ſua excœcati, potiùs volunt perire, quàm opinione ſanctitatis, qua coram hominibus tumebant, ſpoliari. An non videmus hodie idem papiſtis accidere, qui contra conſciẽtiam ſuam defendunt idola, ne quid de ſua exiſtimatione decedere videatur?

Secundus Articulus.

33 *Reſponderunt ei Iudæi dicentes: De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia. & quòd*

& quòd tu homo cùm ſis, facis teipſum Deũ.

Factum ſuum conantur tueri Iudæi, ſed ipſi ſeſe miſerè inuoluũt, & propriis verbis ſe accuſant. Agnoſcunt Chriſti miracula, ſed doctrinã, quã confirmãt miracula, nõ ferunt. Quod profectò nihil aliud eſt, quã cõtradictoria manifeſtè ponere, & negare rerũ neceſſariã & euidentem cõſecutionẽ. Nam ſi opera Chriſti diuina ſunt, eſt & doctrina diuina. Huic.n. confirmãdæ adhibentur. Si doctrina diuina nõ eſt, nec opera e- B runt diuina. Alterũ.n. ex altero neceſſariò ſequitur. Cùm igitur fatẽtur Iudæi opera Chriſti bona & diuina eſſe, ſeipſos cõfodiunt, carpẽtes doctrinã ipſius. *De bono*, inquiunt, *opere te non lapidamus.* Vide hypocriſin. Hoc verbo ſe planè innocentes, ut qui nõ offendantur probè & bene factis, videri volunt, qui tamen imponere ſolent Chriſti factis qualitatẽ, non ex factorum veris cauſis, quod fieri oportuit, ſed ex ſuo prauo iudicio, quo bona mala, & mala bona peruersè iu- C dicant, id quod iuſta pœna eſt propter contemptũ Deum in ſuo verbo. De hac pœna loquitur Paulus ad Rom. 1. *Et tradidit eos Deus in reprobam mentem, ut facerent quæ non conueniunt.* Ex hoc reprobo ſenſu proficiſcuntur, & ea, quib. hîc ſuũ factũ maximè tueri conãtur Iudæi. Ita. n. aiunt: *Sed de blaſphemia, & quòd tu, cùm homo ſis, teipſum Deũ facis.* Si Iudæi ſano iudicio fuiſſent præditi, verba Chriſti & facta ad regulam uerbi Dei examinaſſent: quod ſi feciſſent, & Ieſum Meſsiã agno- D uiſſent, & eundem Dei filiũ honoraſſent, tantũ abeſt ut ipſi notã blaſphemiæ inurerent, à qua ipſe alieniſsimus erat. Quid ſit aũt blaſphemia, ſic collige ex antitheſi. Sanctificare nomẽ Dei, & blaſphemare nomen Dei opponuntur, ita ut ſint omnino & ex omni parte cõtraria. Cùm igitur is dicitur ſanctificare nomẽ Dei, qui piè de Deo ſentit & loquitur, qui uero cultu Deũ colit, qui ſanctimonia vitę alios ad pietatẽ inuitat: Profectò is blaſphemus eſt habẽdus, qui impiè E de Deo ſentit & loquitur, qui ſuperſtitioſis cultib. Deum colit, qui vitæ impuritate, alios à confeſsione auocat. Breuiter, qui impiè & contumelioſè cõtra Deum loquitur, blaſphemus eſt, & blaſphemia, per quam de ipſo Deo falſa dicuntur. Ex quo fit, vt blaſphemia peior ſit periurio, cùm peierando falſæ rei adhibetur teſtis Deus: Blaſphemando aũt, de ipſo Deo falſa dicuntur. Hinc apparet quàm atrox iniuria ſit, quòd hic Chriſtum blaſphemũ vocãt Iudæi, quo nullus F vnquã rectiùs de Deo ſenſit & locutus eſt, nullus ſanctiùs Deum coluit, nullus deniq; innocẽtia vitæ magis ad Deum colendum homines inuitauit. Huius ergo exẽplo ferentis hanc contumeliã nos cõſolemur, ſi quãdo ab hypocritis & aduerſariis veræ religionis, blaſphemi, hæretici & turbatores Eccleſiæ traducimur, hoc certò ſtatuentes, quòd veritas tãdem ſit ſuperatura. Neq; hoc prætereundum eſt, quòd Iudæi hîc rectiùs intellexerint dictum Chriſti: *Ego & pater* G *vnum ſumus*, quàm quidam, qui illud interpretantur de conſenſus & voluntatis concordia ſolumodo. Nam quod Dominus hic dicit: Ego & A pater vnũ ſumus: Iudæi putarunt idem valere ac ſi dixiſſet Dominus, ego & pater vnus Deus ſumus. In qua quidem re non peccarunt, ſed in eo peccarunt, quòd non crediderunt id ita eſſe. Ex quo fit vt illud blaſphemiam interpretẽtur, quod nõ feciſſent, ſi ſcripturis de Meſsia & Domini operibus fidem adhibuiſſent.

Tertius Articulus.

34 Reſpondit eis Ieſus: An non ſcriptum eſt in lege veſtra: Ego dixi dij eſtis?

B *35 Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scriptura.*

36 Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum, vos dicitis me blaſphemare, quia dixerim: Filius Dei ſum?

Refutat Dominus calumniam Iudæorum argumẽto à comparatis ſumpto. Scriptura Deos vocat, ad quos Dei ſermo factus eſt. Ergo mul- C tò magis & veriùs Deus & Dei filius dici poteſt, quem pater ſanctificauit, & miſit in mundum, hoc eſt, per quem pater mundo loquitur, accepta ab eo legatione. Atq; hæc eſt ſumma & vis argumenti, quo calumniam iniuſtã Iudæorum à ſe repellit. Iam ſingula ordine perpendamus.

An non, inquit, *in lege veſtra ſcriptum eſt: Ego dixi Dij eſtis?* Cùm hoc teſtimonium ſit deſumptũ ex Pſal. 82. manifeſtum eſt, legis vocabulum in genere accipi pro doctrina cœleſti, ſeu quouis D verbo Dei. Vocabulum enim Hebraicum *Thora* quod Græci νόμον & Latini legem vertunt, doctrinam in genere ſignificat, vt in illo: *Beatus qui in lege Domini meditatur die ac nocte.* Item: *Lex Domini immaculata.* Quoties igitur lex ſeorſim ponitur in genere, pro doctrina cœleſti ſeu verbo Dei accipitur. *Ego dixi Dij eſtis.* Metonymia eſt, qua Elohim, id eſt, Deos vocat, quorum functio eſt diuina ſeu diuinitus cõmiſſa. Alloquitur aũt Dominus in perſona Dauidis reges & guberna- E tores rerumpublicarum, quos Deos vocat propter functionem, quam diuinitus acceperunt. Sunt enim organa, per quæ Deus regit homines in hac externa ſocietate, vt tranquillè, quietè, honeſtè & piè viuamus. Vnde monentur gubernatores officij ſui, videlicet vt cogitent ſe à Deo accepiſſe poteſtatẽ, & ipſius miniſtros eſſe: qua poteſtate ſi abutuntur, pœnã incurrent, ſicuti Pſalmus ipſe, de quo hoc teſtimonium depromptum eſt, indicat. Quòd aũt reges poteſta- F tem à Deo accipiãt, ſignificat Chriſtus, cùm ait: *Ad quos ſermo Dei factus eſt*, id eſt, quib. verbo Dei aliqua poteſtas commiſſa eſt. Factum enim eſſe ſermonem Domini ad aliquem, Hebraico idiotiſmo ſignificat, aliquod ei à Domino datũ eſſe negotium. *Et non poteſt ſolui ſcriptura*, hoc eſt, ſcriptura non poteſt eſſe falſa, irrita aut mendax. Hinc maior argumenti, ſi quis eius formã integrã requirit, peti poteſt hoc modo: Quidquid dicit ſcriptura, minimè falſum eſt, ſed veriſsimũ G potiùs. Nititur enim veritate Dei. Nunc autem ſcriptura vocat eos Deos, quibus aliqua diuinitus eſt commiſſa poteſtas. Ergo rectè vocantur Dij & filij excelſi. Hinc iam ſubſumitur hoc pa-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cto hypotheticè: Si Dij dicuntur & filij excelſi, A quibus Deus aliquam commiſerat poteſtatem, ego certè nō ſum blaſphemus, Deum & filium Dei me nominās. Conſecutionem probat cùm addit: *Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum.* Sanctificauit, hoc eſt, ſelegit & ſegregauit me ex vniuerſis mortalibus, ac donauit me poteſtate omnium maxima & diuiniſsima, vt ſim rex regum, & Dominus Dominantium. Quapropter nōn iniuria me filium Dei dico. Verùm hîc diſcernendum eſt inter hunc filium Dei, qui ab B æterno natus eſt Deus de Deo, verus & naturalis Dei filius, & alios, qui vel creatione, vel adoptione, vel cōmiſsione poteſtatis filij Dei dicuntur. Sed filio Dei hoc loco ſatis fuit calumniam Iudęorum refutare. Nam & ſuprà aliquoties, & mox ſe verum Deum eſſe probat. Quam ob cauſam ſæpe in ſcripturis dicitur Iehoua, quod nomē propriū Dei eſt & incōmunicabile.

Quartus Articulus. C

37 *Si nō facio opera patris mei, ne credite.*
38 *At ſi facio, & ſi mihi non credideritis, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis, quòd in me pater, & ego in eo.*

Alia defenſio aſſertionis Chriſti affirmantis ſe Dei filium eſſe, idq́; longè excellentiori modo quā alij homines, ad quos ſermo Dei factus eſt. Sumit aūt Dominus, vt ſæpè aliàs, argumentum ab operibus patris, hoc eſt à miraculis ſuis, D quæ diuina virtute edidit. Sunt enim hæc miracula loco euidentis demonſtrationis de Chriſto, quòd verè ſit filius Dei. Nam miracula eam doctrinam confirmant, quam is adfert qui edit miracula. Nunc aūt Chriſtus dicit ſe eſſe filium Dei. Igitur ipſius miracula hanc doctrinam veram eſſe conuincunt, videlicet quôd verè ſit filius Dei. Elias edidit miracula, quibus confirmauit doctrinam, quam ipſe attulit. Sic Eliſęus, multiq́; Prophetæ & Apoſtoli: Sed nullus ho- E rum docuit ſe filium Dei eſſe. Quare nec illorū miracula eos eſſe filios Dei cōuincūt. Sed quid eſt credere patrem eſſe in Chriſto, & Chriſtum in patre ſuo? hîc cùm agitur de actionib. patris & filij communibus, quibus probatur Chriſtus eſſe filius Dei, patrem eſſe in Chriſto, eſt patrē eſſe efficacem in filio, & filium eſſe in patre, hoc eſt, viuere & efficacem eſſe virtute patris. Nam de his opera Chriſti teſtantur: Loquitur enim hîc dominus de efficacia patris, quæ relucebat F in Chriſto homine facto.

Quintus Articulus.

39 *Quærebant iterum eum apprehendere: & exiuit de manu eorum.*

Rurſus offenſi Iudæi conantur Dominum apprehendere, vt eum morti tradant, ſed ipſe exiuit de manu eorum: vt ſignificaret nō in poteſtate eorum eſſe ſe interficere, ſed cùm tempus veniret, traditurum ſe ſponte in eorum manus ad illudendum & crucifigendum.

DE SECVNDO.

Huius membri tres ſunt articuli: Primus, Abitus Chriſti vltra Iordanem.

Secundus, Iudicium plurimorū, qui ad Chriſtum venerant.

Tertius, fides multorum, qui crediderunt in Chriſtum moti teſtimonio Iohannis & ſignis quæ fecit Dominus.

Primus Articulus.

40 *Et abijt rurſus vltra Iordanem in locum vbi erat Iohannes primùm baptizans, & manſit ibidem.* B

Dominus diſcedit ab ingratis & aliò ſe confert, vt fructum aliquem faciat & confirmet eos qui ante in ſe crediderūt propter teſtimonium Iohannis. Hoc Chriſti factum ſignificat, quid ſemper futurum ſit, donec hic mundus ſteterit. Chriſtus ſuo verbo venit ad homines, eos docet & vocat ad ſe. Quòd ſi autem ipſum audire contempſerint, diſcedit ab eis & aliò ſe confert, & manet vbi nactus fuerit obſequentes diſcipulos. Venit olim ad Iudæos, ad Græcos, ſed quia contempſerunt ipſius verbum, diſceſsit ab eis, & venit ad Romanos & alios, ibiq́; manſit, donec illum receperūt fide. Verùm poſtquam defecerunt à puritate verbi ipſius, diſceſsit ab eis, & in eius locum Antichriſtus ſucceſsit, iuxta vaticinium Pauli. Hodie apud nos manet, ſed caueamus, ne noſtra ingratitudine offenſus, à nobis diſcedat.

Secundus Articulus.

41 *Et multi venerunt ad eum, & dixerunt: Iohannes quidem ſignum fecit nullum; omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera ſunt.*

Etſi Iohannes ipſe miraculis non claruit: tamen ipſius vocatio ſtupendis miraculis confirmata eſt. Taceo quòd ab Angelo ipſius natiuitas prędicta ſit, taceo quôd in vtero matris Chriſtum agnouerit: Prętereo partum aniculę, miracula in patre edita & patris vaticinium. Sed hoc vnū ſolummodo dico, quòd patefactio diuina, exhibita Iohanni in baptiſmo Chriſti, in qua illuſtre perſonarum diuinitatis teſtimoniū monſtratum eſt, omnibus miraculis antecellat. Nam hæc patefactio confirmabat auditores Iohannis de veritate doctrinæ ipſius, qui vnum & ſolū Ieſum Chriſtū prædicabat & digito monſtrabat.

Tertius Articulus.

42 *Et crediderunt multi illic in eum.*

Ciuitas, quæ cuſtos eſſe debuit verbi Dei, fit ſpelunca latronū: ſed alij obſcuri homines, circa Iordanem habitantes, filium Dei recipiunt, & in ipſum credunt. Roma quæ gloriatur ſe eſſe ſedem eccleſiæ præcipuam, Chriſtum in ſuis membris perſequitur. Alij qui procul habitant ad maria & flumina, recipiunt Euangelium, & in Chriſtum credunt. Quid ſi iſto modo filius Dei voluit extrema tempora ante ſuum aduentum pingere?

CAPITIS DECIMI FINIS.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

LOCORVM SCRIPTVRAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI IN HISCE COMMENTARIIS EXPLICATORVM, ELENCHVS.

Ex Veteri Teſtamento.

GEneſ. 1. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram 7.e
Geneſ. 1. 3. Fiat lux, & facta eſt lux 159.d
Geneſ. 2. Requieuit Deus ab uniuerſo opere ſuo, quod fecit 230. d & 231.a
Geneſ. 3. 15. Semen mulieris conteret caput ſerpẽtis 353.f 15. Semẽ mulieris conteret caput ſerpentis 145.b 24. Collocauit ante hortũ Eden Cherubim 307.a
Geneſ. 15. 6. Credidit Abrahã Deo, & imputatum eſt ei ad iuſtitiam 201. b
Geneſ. 22. 12. Nunc cognoui quòd tu timeas Deum, quia non pepercisti filio tuo 201.e
Geneſ. 48. 22. Ego do tibi partem unam ultra fratres tuos, &c. 236.e
Leuit. 5. 2. Anima quæ tetigerit aliquid immundum, rea eſt 239.
Leuit. 23. 4. Menſe primo, decimoquarto die eiuſdem menſis inter duas ueſperas erit Peſach Domino 108.d
Exodi 20. 3. Non habebis deos alienos coram me 193.e 10. Sex diebus facies omne opus tuũ. At in die ſeptimo nõ facies ullũ. 322.e
Deut. 7. 12. Si poſtquã audieris hæc iudicia, cuſtodieris & feceris ea 205.e & 209.a
Deut. 17. 15. Non poteſtis alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus 105. f
4. Reg. 5. 11. Putabam quòd ingrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Dei ſui 302.a
Iob 1. 8. Et dixit Dominus ad Satham: Apposuiſtine cor in ſeruum meum Iob? 197. e
Iob 19. 25. Et ego ſcio quòd redemptor meus uiuit 355.d
Paralip. 6. 19. Reſpicias ad orationem ſerui tui, &c. 111. b
Pſal. 4. 7. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine 514. c
Pſal. 23. Dominus paſtor meus, & nihil mihi deerit 627.a
Pſal. 25. 11. Propter nomen tuum, Domine, propitiare peccato meo 179. d
Pſal. 36. 10. Apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo lumen uidebimus 15.c (181. a
Pſalm. 39. 7. Expectatio mea in te eſt
Pſal. 51. 7. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. 20. d 12. Cor mundum crea in me Deus 561.a 13. Et ſpiritum tuum ſanctum ne auferas à me 249.c
Pſal. 68. 34. Ecce dabit uoci ſuæ uocem roboris 341.d
Pſal. 69. 10. Zelus domus tuæ comedit me 118.c.f
Pſal. 79. 5. Accendetur uelut ignis zelus tuus 119.a
Pſal. 104. 4. Facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis 302.e
Pſal. 106. 30. Et ſtetit Phinees, & placauit te 202.c
Pſal. 110. 4. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos 72.d
Pſal. 112. 1. Beatus uir, qui timet Dominum: in mandatis eius uolet nimis 337.e
Pſal. 119. 10. Verbum tuum lumen ſemitis meis 159.f 71. Bonũ eſt mihi quòd humiliaſti me 283.c
Pſalm. 143. 2. Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo 192.d
Pſal. 145. 15. Oculi omnium in te ſpectant Domine 383.a
Prouerb. 17. 15. Qui iuſtificat impiũ, & condemnat iuſtum, abominatio uterque eorum eſt coram Domino 224.a
Eccleſiaſt. 9. 1. Neſcit homo an amore uel odio dignus ſit 225.g
Tobiæ. 4. 11. Eleemoſyna ab omni peccato & morte liberat 249.g
Eſaiæ 1. 16. Quieſcite agere peruersè, & diſcite benefacere 249.e
Eſaiæ 6. 1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum 306.f
Eſaiæ 9. 2. Habitantibus in regione & umbra mortis, lux orta eſt eis 514.b
Eſaiæ 46. 10. Conſilium meum ſtabit, & omnis uoluntas mea fiet 470.g
Eſaiæ 49. 6. Dedi te in lucem gentiũ 514.c 23. Erunt reges nutricij tui 111. g
Eſaiæ 53. 8. Generationẽ eius quis enarrabit 470.a 9. Iniquitatem non fecit, nec fuit dolus in ore eius 60. d 11. Cognitione ſui iuſtificabit iuſtus meus ſeruus multos 244.f
Eſaiæ 55. 1. Sitientes omnes uenite, emite & comedite 399.e
Eſaiæ 60. 19. Erit tibi Dominus in lucem ſempiternam 514.d
Ierem. 5. 1. Circuite uias Ieruſalem, & quærite in plateis eius, ut inueniatis uirum, &c. 205. d & 208.d
Ezech. 18. 20. Iuſtitia iuſti ſuper eum 249. f 30. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris 560.a
Ezech. 36. 26. Auferam cor lapideũ de carne eorum 560.b
Ezech. 37. 12. Ecce ego aperiam tumulos ueſtros, & educam uos de ſepulchris 355.b
Daniel 4. 24. Peccata tua eleemoſynis redime 249.f
Hoſeæ 2. 9. Sponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio & in miſericordia 205. e & 208 g. 19. Deſponſabo te mihi in perpetuum 93.c
Micheæ 5. 2. Egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis 470.b
Zachar. 11. 16. Ecce ego ſuſcito paſtorem quendam in terra 627. b
Malach. 3. 1. Ego mitto angelum meum ante faciem tuam 14.c
Malach. 4. 5. Ecce ego mitto uobis Eliam prophetam, antequam ueniat dies Domini magnus 49. c

Ex Nouo Teſtamento.

MAtth. 5. 16. Sic luceat lux ueſtra 159.f
Matth. 7. 15. Cauete uobis à falſis prophetis 241. c & 631.a
Matth. 10 22. Qui perſeuerauerit uſque ad finem, hic ſaluus erit 169 f
Matth. 11. 28. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis 155.b & 478.b
Matth. 13. 32. Omni habenti dabatur & reddetur abundantior 386.f
Matth. 16. 19. Quodcunque ligaueris in terra, erit in cœlis ligatum 504. c 26. Quid prodeſt homini, ſi mundum uniuerſum lucretur, animæ uerò ſuæ detrimentũ patiatur 400.d
Matth 17. 5. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: hũc audite 433.e
Matth. 18. 10. Videte ne contemnatis unum ex his puſillis 310.c
Matth. 19. 21. Si uis uitam ingredi, ſerua mandata 193.b & 194.e
Matth. 22. 44. Quid uobis uidetur de Chriſto, cuius filius eſt? 418.f
Matth. 23. 8. Vos nolite uocari Rabbi, unus eſt enim doctor ueſter 163.g
Matth. 24. 13. Qui perſeuerauerit uſq; ad finem, ſaluus erit 249.d
Matth. 26. 61. Poſſum deſtruere templum Dei, & tribus diebus reædificare illud 121.f
Marci 1. 4. Docebat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum 68.a
Marci 5. 36. Noli timere, ſolùm crede 184.c
Marci 9. 37. Quicunque me recipit, non recipit me, ſed eum qui miſit me 374.a
Marci 16. 15. Ite in mundum uniuerſum, & prædicate Euangeliũ omni creaturæ 16.f 155.a & 505.b
Lucæ 1. 6. Erant iuſti ambo coram Deo, incedentes in omnib. mandatis 203.b
Lucæ 7. 47. Remittũtur ei peccata multa, quia dilexit multum 206.a
Lucæ 9. 62. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò, eſt aptus regno Dei 272.e & 390.e
Lucæ 10. 16. Qui uos audit, me audit 436.a
Lucæ 11. 21. Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt uobis 206. a
Lucæ 13. 5. Niſi pœnitentiam egeritis, oẽs ſimiliter peribitis 217.d
Lucæ 24. 46. Oportuit Chriſtũ pati

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

& reſurgere à mortuis tertio die 479.b

Ioan.1.12. Dedit illis poteſtatẽ filios Dei fieri 124.c & 154.b 14. Et verbum caro factũ eſt 28.a 22. Dedit poteſtatem filios Dei fieri ijs qui credunt in nomẽ eius 265.e

Ioan 3.16. Sic Deus dilexit mũdum, vt filium ſuum vnigenitum daret 77.f 19. Lux venit in mundũ & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem 512.f 20. Qui mala agit, odit lucem, & non venit ad lucem 413.e

Iohan. 4. 21. Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabũt patrem in ſpiritu & veritate 112.b

Iohan 15.3. Vos mundi eſtis propter ſermonem quẽ locutus ſum vobis 247.d

Ioan. 17.19. Pro ijs ſanctifico me ipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate 70.f

Actor. 1. 4. Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos aũt baptizabimini Spiritu Sancto 65.a

Rom.1.11. Vani facti ſunt in ratiocinationibus ſuis 12.d 18. Reuelatur ira Dei ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominũ 38.b 9. Omnes ſub peccato ſunt 172.e 10. Non eſt iuſtus, ne vnus quidem 533.d 20. Per legem eſt cognitio peccati 227.c 27. Vbi igitur gloriatio? excluſa eſt 187.d 28. Arbitramur hominem iuſtificari fide abſque operibus legis 154.a

Rom.4.2. Si Abraham iuſtificatus eſt ex operibus, habet quòd glorietur 187.c 10. Quomodò ergo imputata eſt? In circumciſione, an in præputio? 201.d 11. Signum accepit circuncíſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei 67.g 16. Ex fide eſt hęreditas, vt ſit ſecundùm gratiam 184.b 17. Qui credidit ei qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ nõ ſunt tanquã ſint 182.a 18. Qui contra ſpẽ ſub ſpe credidit 287.b

Rom. 5. 8. Commendat Deus charitatem ſuam erga nos ex eo, &c. 156.c 19. Quemadmodum vnius inobedientia multi ſunt conſtituti peccatores 153.f 189.c 20. Vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia 226.e

Rom. 6. 6. Hoc ſcientes quòd vetus noſter homo crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati 270.f 14. Peccatum vobis non dominabitur, quia non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia 226.f

Rom.7.21. Inuenio legem volẽti mihi facere bonũ, quòd malum mihi adiaceat 222.f 22. Cõdelector legi Dei ſecundùm internum hominem 534.d & 561.f

Rom 8.3. Quod fieri nõ potuit per legem, hoc Deus præſtitit miſſo filio 198.e 403.d 10. Si Chriſtus in vobis, corpus quidẽ mortuũ eſt propter peccatum 141.d 13. Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini 137.f 14. Quicũq; Spiritu Dei agũtur, hi ſunt filij Dei 141.c 28. Scimus quòd diligentib. Deũ omnia cooperãtur in bonũ 238.a 31. Si Deus pro nobis, quis contrã nos? 634.d

Rom.9.5. Ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem 28.b 8. Non qui filij carnis, ij filij Dei 20.f 16. Non eſt volentis neq; currentis 21.b

Rom.10. 4. Chriſtus eſt finis legis in iuſtitiam omni credenti 137.c 186.c 189.e 17. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei 244.f

Rom.12.3. Vnuſquiſque ſapiat ad ſobrietatem, prout cuiq; Deus partitus eſt menſuram fidei 177.a

1.Cor.1.30. Chriſtus nobis datus eſt à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio 265.b

1.Cor. 2. 9. Nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ Deus præparauit diligentibus ſe 144.d

1.Cor.3.3. Cum fuerit inter vos zelus & contentio & factiones, nõ ne carnales eſtis? 163.d

1.Cor.7.17. Vt vnumquemque vocauit Deus, ita ambulet 166.f

1.Cor. 9.17. Si enim volẽs hoc facio, mercedem habeo 236.c

1.Cor. 10.3. Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerũt 407.f

1.Cor.13.2. Si habuero omnem fidẽ, ita vt montes transferam 206.a

1.Cor.15.40. Sunt corpora cœleſtia & ſunt corpora terreſtria 359.a

2.Cor.1.12. Hæc eſt gloriatio noſtra, teſtimonium conſcientiæ noſtræ 270.a 286.a 21 Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſtum, & vnxit nos, Deus eſt 543.f

2.Cor.5.21. Eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum, vt nos fieremus iuſtitia Dei in ipſo 186.c

2.Cor.10.4. Arma militiæ noſtræ nõ carnalia ſunt 118.a

2. Cor.11.2. Deſpondi vos vni viro, vt exhibeatis vos Chriſto virginẽ puram 93.b

Gal.2.16. Scientes quòd non iuſtificetur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chriſti 184.f

Gal.3.11. Quod aũt per legem nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt 422.b 13. Chriſtus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictio 540.d 22. Cõcluſit Scriptura omnia ſub peccatum, vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus 194.a

Gal.4.4. Poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus filiũ ſuum, &c. 262.c 10. Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos 110.d

Epheſ.2. 3. Omnes natura ſunt filij iræ 197.f 14. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ 635.f 17. Chriſtus veniens Euãgelizauit pacem vobis, &c. 113.f

Epheſ.3.12. In Chriſto habemus παῤῥησίαν & aditum cũ fiducia per fidem in ipſum 180.f

Epheſ.4.17. Gentes ambulant in vanitate mentis ſuæ, intelligentiam habentes obſcuratam 11.g

Epheſ.5.20. Gratias agentes per Ieſum Chriſtum 326.e 25. Chriſtus dilexit Eccleſiam & ſemetipſum tradidit pro illa 168.c

Philip.2. 7. Qui cùm eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo 35.c 483.e

Philip.3.3. Nos circunciſio ſumus, qui Spiritu Deum colimus 141.d 6. Secundũ iuſtitiã quę eſt in lege, fui irreprehenſibilis 186.f 18. Multi ambulãt, quos ſæpe dixi vobis, inimicos crucis Chriſti eſſe 398.g

Coloſ.2.16 Nemo vos iudicet in cibo & potu aut in parte diei feſti 110.d

Coloſ.3.5. Mortificate membra veſtra terreſtria 141.b

1.Theſſ. 5 18. In omnibus gratias agite 320.a

1.Tim.2.5. Vnus Deus & vnus mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus 539.b

1.Timoth.4 1. Spiritus manifeſte dicit, quod in nouiſsimis temporibus diſcedent quidam à fide 92.d

2.Timoth.4.7. Honeſtum certamen decertaui, curſum conſummaui 286.a

Hebr.3.2. Moſes quidem fideles in tota Dei domo tanquam famulus in teſtimonium dicẽdorum 407.a 14. Participes Chriſti effecti ſumus, ſi modò initium fiduciæ eius vſq; ad finẽ firmũ teneamus 65.e

Hebr. 5.4. Nec quiſquam ſibi ſumat honorem, niſi qui vocatur à Deo 166.e

Heb.6.4. Impoſsibile eſt eos qui ſemel fuerunt illuminati, &c. 231.a

Heb.10 12. Vna oblatione conſummauit 59.f 22. Aſperſi corda à conſcientia mala, & abluto corpore aqua pura 256.d 26. Voluntariè peccantib. poſt acceptã notitiam veritatis, iam nõ relinquitur pro peccatis hoſtia 231.f 35. Ne abieceritis fiduciam veſtrã, quæ magnam habet præmij remunerationem 213.b

Hebr. 11.1. Eſt autem fides ſperandarum rerũ ὑπόστασις & ἔλεγχος, non apparentium. 180.f

Iacob 2.20. Vis noſſe ô homo inanis, quòd fides ſine operibus mortua ſit 199.f

1.Pet.1.22. Renati nõ ex ſemine mortali, ſed immortali per verbum viuentis Dei 139.c

1.Pet.2.9. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium 265.f

1.Iohan.2.29. Qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt 204.e

1.Iohan.3.1. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei vocemur 156.c 2. Nunc filij Dei ſumus, & non apparuit quod erimus 542.d 6. Omnis qui in eo manet, non peccat 539.b 7. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt 204.e

1. Ioan.3.17. Qui habuerit ſubſtantiã huius mundi, & clauſerit viſcera ſua 97.e

1 Iohan.5.17. Omnis ἀδικία eſt peccatum, ſed non ad mortem 230.b

Apocal.13.8. Agnus occiſus eſt ab origine mundi 62.d

LOCORVM SCRIPTVRAE FINIS.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM HVIVS OPERIS LOCVPLETISSIMVS INDEX.

A

ABdæ Perſici Epiſcopi zelus ſuperſtitioſus 110.f
Abdias recuſat interficere Prophetas Dei 488.d
Abraham anno integro ante natum Iſaac circumciſus eſt 201.d
Abraham cur pater credentium dicatur 200.a cur ſit circūciſus 133.f
Abraham & Loth quomodo fratres fuerint 105.g
Abraham non ex operibus legis, ſed ſola fide iuſtificatus 188.b
Abrahā uoce angeli à propoſito reuocatus eſt 201.d
Abrahami circunciſio carnalis 466.e fides adiunctam obedientiam erga Deum habuit 200.a
Abrahæ fidei exemplum rectè alijs in genere credentibus accommodatur 182.d
Abrahæ fides imputata ad iuſtitiam 182.b
Abrahæ fidem quomodo nobis accommodemus 182.e
Abrahæ filij qui 581.c
Abrahæ obedientia, timoris Dei teſtimonium 201.e
Abrahæ ſemen duplex 532.a
Abrahæ cur circunciſio mandata 67.f
Abſoluere an liceat miniſtris eccleſiæ eos qui graui ſcandalo offenderunt eccleſiam 510.d
abſolutio externa per prædicationem Euangelij, eſt teſtimonium internæ abſolutionis 506.a
abſolutio in eccleſia duplex eſt 502.e
abſolutio pædagogica duplex eſt 506.d pendet ex ordinario uerbi miniſterio 506.c priuata quæ ſit 506.g
abſolutio pædagogica quid 506.b 507.d utilis eſt diſciplina in eccleſia bene conſtituta 507.e
abſolutionis pædagogicæ & priuatæ fines tres 508.a
abſolutio priuata quando uera & rata in cœlis 507.c publica quorum ſit 509.a
inter Abſolutionis priuatæ uſum & confirmationem quódnam ſit diſcrimen 508.c
Actionum contrariarū priuatio 552.a
actionum fontes in hominib. tres 12.a
actionum ſanctarum cauſa eſt Spiritus Sanctus 481.c
Adam conditus ad imaginem Dei 8.d
Adam primus, ſecundi typus 146.f
Adam ſua inobedientia coniecit omnes in mortem 263.a
Adæ unius errore totum humanum genus aberrauit 620.a
Adoptio pendet ex fide promiſſionis 568.d
adoptionis gloriā fide obtinemus 22.a
adoptionis gratiæ quis expers 98.a
adoptionis noſtri cauſæ 19.b
adoptionis ſpiritus quo donantur fideles, cur adoptionis dicatur 543.c
Adorandi uerus modus 255.b
adoratio uera unde pendeat 255.b
adorationis Samaritanorum & Iudæorum diſcrimen 250.g
Aduentus Chriſti duplex finis 611.b
aduentus Domini in mundum modus 22.c
aduentus primi & ſecundi diſcrimen 520.c
aduentus primi Domini in mundum finis eſſentialis 156.g
pro Aduerſis agendæ gratiæ 326.a
cum Aduerſarijs quoties agēdum eſt, Chriſti exemplum nobis ſit regula 243.d
aduerſitas omnis cōmonefactio quædam de lapſu totius naturæ humanæ in primis parentibus 445.f
aduerſitas quæuis teſtimonium iudicij diuini aduerſus peccatum 385.c
Adulteri turpiſſimi qui ſint 170.d
adulteros & adulteras cur lex Dei puniri iubeat 498.b
adulterium impunitum ſit pabulum omnium flagitiorum 498.c
in Adulterio quæ capitalia peccata cōcurrant 498.b
cum Adulterio quæ ſint coniuncta peccata 245.d
Affectus in nobis ſunt ueluti funes quidam, quibus trahimur in contraria 535.b
Affectuum & rationis diſſidium eſt pijs commune cum impijs 549.f
afflictionis horam excipit æternitas fœlicitatis 473.e
in Afflictione omni cogitemus regulam Pauli 549.a
afflictiones ſanctorum carnales indicia iræ diuinæ interpretātur 199.d
Agnus ille qui monſtratur à Iohanne, quis ſit 57.g
agni mactati in Aegypto figura, Chriſtus 110.a
agni mactati merito quomodo reddamur participes 65.d
agni proprietatem quomodo Baſilius deſcribat 620.f
agni uictima cui rei deſtinetur 61.a
agni uictimæ applicatio cur per cœnā dominicam fiat 70.b
agni uictimæ perpetua efficacia 61.f
agno cur Iohannes Chriſtum potius confert, quàm alijs animalibus 60.f
Aiax inſaniam anteponit mentis ſanitati 318.f
Allegoriæ quando ualeant 388.e
allegorijs uulgus hominum magis ducitur, quàm acutis rationibus flectitur 105.a
Aliunde aſcendere quid ſit 615.a
Ambitio imperiis & rebuspubl. pernicioſa 472.c
ambitione nulla peſtis pernicioſior 472.b
Ambroſij dictum 186.c 219.d 222.e
Ambroſij locus 151.c 188.b 301.f 316.b 333.f 357.d 632.b
Ambroſij regula ſequenda 222.c
Ambulatio Chriſti ſuper mare 393.c
ambulare in omnib. mandatis & implere omnia mandata longè differunt 205.a
Amicitia optima & pulcherrima uitæ ſupellex 125.a
amicus fidus medicina uitæ eſt 125.a
amicus prudens & beneuolus, theſaurus pretioſiſſimus 125.a
amicus uerus à ficto quando diſcerni poſſit. 125.b
inter Amicos probatos & quos nondum probauimus, diſcernendum 125.a
Amor quo Filius oues ſuas complectitur, unde naſcatur 633.e
amoris paterni ſignum, peccatorum flagellatio 149.b
Anabaptiſtæ uocale miniſterium nimium eleuant 609.b
Anabaptiſtarum delirium 16.e 485.e
in Anabaptiſtarum ſententia de non baptizandis infantibus tres errores 580.a
Anabaptiſtarum uanitas 301.a

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ἀναγωγὴ qualis figura 395.c
Ananiam mentientem Petrus ſola voce occidit 116.f
Anathematiſmi efficacia 118.b
Angelus cur eſſentia dicatur 304.d 305.a
angeli & animæ diſcrimen 305.e
angeli aſcendentes per ſcalam, quid ſignificent 90.d quid item deſcendentes ibidem
angeli boni cur Deum celebrent 308.e defectione à Deo facti ſunt mali 570.a
angeli boni quales in ſe ſint 304.c quando uictoriam reportent 313.d quib. epithetis à malis diſtinguantur 305.g
Angelorum bonorum deſertio, ſignum iræ Dei 312.e
angeli cur ἀγάλματα τοῦ Θεοῦ 306.b cur principatus appellati 307.f
angeli ex creatione ſunt mutabiles 309.a
angeli mali cur in veritate non ſteterint 314.f ex bonis facti 314.e
angelos omnes creatione fuiſſe bonos 303.e
angeli quid præſtent ſingulis hominibus 310.b
angeli quomodo erga nos ſint affecti 308.a
angeli quónam tempore creati 303.f
angeli ſancti pugnant contra diabolos 313.d
angeli uindictam de tyrannis & hæreticis ſumunt 313.f viribus potentiſſimi 305.f virtute promiſſi ſeminis quomodo ſint confirmati 309.a
angelorum caſtitas 306.a caſtiſſimorum exemplum nobis imitandum proponitur 309.e duo officia 308.e
angelorum miniſterium 306.c
angelorum præſidia olim uiſibilia 312.c
angelorum tres hierarchiæ 308.e
Angelis cur membra humana tribuantur 304.f non tribuendum quod proprium eſt Spiritus Sancti opus 312.b quid præſtandum 314.e
in Angelis triplex cognitio 305.b
Angelos eſſe politijs, populis & regnis præfectos 312.f
ab Angelis non eſt expectandum nouum doctrinæ genus 312.a
in Anguſtijs noſtris Chriſto tempus non præſcribendum 99.b
Anima ad ſimilitudinem & imaginẽ Dei condita 7.a
anima extingui non poteſt 284.e
anima hominis una eſt, & tres eius facultates, non plures 7.a
animæ cibus 273.f maiori ſtudio quærẽdus eſt quàm cibus corporis 399.f
animæ curatio corporis ſanationi præferenda 292.b
animæ mors triſtior corporali 350.b
animæ ſubſidia qualia eſſe debeant 248.e
animas fuiſſe ante corpora humana, vetus hæreſis 16.f
ab Animalium terreſtrium carnibus cur Papiſtæ abſtineant 348.d
Animi hominum quando ſint parati 275.b
Anshelmi locus 564.b
Anthropomorphitarum error 257.d
Antichriſtus in locum Chriſti ſucceſſit 652.c
Antichriſtus multis modis luporum rabiem ſuperat 631.e paſtor ſtultus 627.c 629.a truculentia lupos et ſæuas beſtias ſuperat 627.d
Antiochus Epiphanes quando tẽplum ſpoliarit 640.g
ἀπαυδᾶν vocis ſignificatio 229.f
Apollinaris error 634.f
Apoſtolorum baptiſmus 55.a
Appetitus bonus à recto iudicio pendet 555.a
Aqua elementaris baptiſmi, efficax Spiritus Sancti ſymbolum 133.a
aqua in uinum verſa quid ſymbolicè notet 105..c munda cur Spiritus Sanctus dicatur 247.c
aqua non eſt cauſa regenerationis, ſed ſymbolum ſpiritualis natiuitatis 133.b non mundat ſine Spiritu 301.f transfertur ad Euangelij doctrinam 247.d
aqua uiua quæ dicatur 245.f
Aquæ encomiũ apud Pyndarum 418.c nomen cur ad Spiritus Sancti gratiam trahatur 246.a
aquæ terreſtris & ſpiritualis differentia 248.d
Aquila cæteris auibus altiùs uolat, Soliſq; radios irreuerberatis aſpicit luminibus 1.b
aquæ turbatio quæ fiebat per Angelum cuius figura fuerit 2.b
aquilæ eſus cur in lege prohibitus 384.c
Arbitrium hominis quale 477.b
arbitrium liberum & ſeruum rectè dici etiam in non renatis 555.b
Arca Noe crucis Chriſti figura 74.b
Archangeli unde dicantur 307.f
Archiſynagogus ſola fide iuſtificatur 184.e
Architriclinus unde dicatur 101.d quem notet ibidem
Aries in holocauſtum pro Iſaach oblatus 109.e eius typus ibid.
ἄριστον μὲν ὕδωρ, Pyndari dictũ 481.c
Arrhabo, pacti ſymbolum 544.c
Arrius λόγον cœpiſſe autumat 9.c verã Chriſti diuinitatẽ negat 615.f
Arrij error 647.d
ad Arriũ refutandum patres vocabulum ὁμοούσιον ſumpſerunt 8.f 460.c
Arriani ex quo dicto diſtinctionẽ eſſentiæ patris & filij cõcludere mitantur 157.b
Arrianorum error 332.f
Ate dea vnde dicta 535.c
Athanaſij locus 27.d 188.a 430.f
Athanaſij ſimilitudo quomodo accommodanda 31.d
Athenienſium ſuperſtitionem Paulus reprehendit 610.b
Auaritia cum ambitione coniuncta 472.c
auaritia & ambitio non ſecus quàm lutum fœdiſſimum fugienda 120.g peſſimi conſiliarij 130.e
Auditorum multorum imago 462.c
auditorum ſtupiditatem miniſter Euangelij boni conſulere debet 138.c
Auditus uocis patris de filio modus duplex 369.c
Auguſtini dictum 42.c 186.c.e 225.b 292.d 447.c 459.a 471.d 472.a 518.b 520.g
Auguſtini locus 8.c 27.c 55.a 44.c 68.b 82.b 104.d 118.d 134.b 151.c 164.f 173.f 194.c 245.f 263.g 333.b.c 338.d 341.a 357.f 392.c 408.b 426.f 428.c 431.a 404.a 422.f 427.c 440.e 443.c 473.c 509.g 519.b 521.b 548.e 560.d 564.a 569.a.f 598.a 603.g 606.b 623.c 638.b 644.f
Auguſtini reſponſum Pelagianis datum 199.f
Auguſtini ſententia 97.c 222.d 386.a
Aulicorum piorum eſt, regulum imitari 285.c
Authoritas Eccleſiæ quando in nullo loco reputanda 257.a

B

Balaam mercede iniquitatis ſeductus 460.c
Balaami vaticinium 235.a
Baptiſma Chriſti ne uel Iohannis ſit dignius 163.c
baptiſmus aquæ, ſignum interioris baptiſmi 168.g
baptiſmus Chriſtianorum ſucceſſit in locũ circũciſionis Iudæorum 133.f
baptiſmus cur regenerationis lauacrũ dicatur 69.a 133.c 138.g
baptiſmus efficax ſymbolum cõmunicationis Chriſti corporis & aſperſionis ſanguinis ſui in peccatorum remiſſionem 69.f
baptiſmus eſt obſignatio in corpore noſtro promiſſioni adiuncta 134.b

baptiſmus

baptiſmus eſt σφραγὶς 137.a
baptiſmus & Cœna Dominica traditiones ſunt diuinæ 241.a
reſurrectionis uiſibilia teſtimonia 356.a
baptiſmus externus interni ſymbolum 80.c 169.a
baptiſmi ignis, ſymbolum eſt baptiſmus aquæ 55.e
baptiſmus lauacrum regenerationis 54.f
baptiſmus non confert infantib. gratiam, ſed eam iam habentib. obſignat 581.f
baptiſmus regenerationem obſignat 140.c
baptiſmus quorum nos admonere debeat 55.f
baptiſmus ſignaculum Dei, quo teſtatur peccata remitti pœnitẽtib. 68.a
baptiſmus ſignum eſt interioris purgationis 169.a
baptiſmus ſymbolum mortificationis & uiuificationis 226.e
baptiſmus vnus Papiſtis nõ ſatis eſt, ſed plures lotiones excogitãt 100.b
Baptiſmi aquâ quoties infantes aſpergi uidemus, quorum admoneamur 133.a
baptiſmi Ioannis aliorũq; miniſtrorũ & Chriſti diſcrimen 54.b
baptiſmi neceſsitas præciſè ad ſalutẽ non requiritur 133.e
baptiſmi viſibili cæremoniâ inuiſibilem gratiam ſignificari 133.a
Baptiſmo externo priuati non omnes ſpiritu Chriſti priuantur 134.d
Baptiſmum cur Paulus uocet lauacrũ regenerationis 80.c
baptiſmum & cœnam Domini negligere, ſumma ingratitudo 288.d
baptiſmum quomodo Chriſtus & Iohannes peregerint 162.b
Baptiſta cur Angelus vocetur 14.c
Baptizari in nomen Patris, Filij & Spiritus Sancti 132.f
Baptizare Spiritu Sancto eſt propriũ Meſsiæ munus 81.c
Baptizari Spiritu Sancto et igni quid ſit 54.e
Baptizatus circumfert ſecum diuinũ teſtimonium, quòd Deus uelit ſibi pœnitenti remittere peccata 80.e
baptizati columbæ uirtutes imitentur 81.f
Baſilij de fide ſententia 130.c
Baſilij locus 5.d 33.b 187.f 620.f
Beatitudo uera in qua re cõſiſtat 36.e
Beatus eſt non qui bene cœpit, ſed qui perſeuerauerit vſq; ad finem 107.a
Bedæ presbyteri locus 641.e
Benedictio Domini in quibus ſit diues 387.b
Benedictionis factæ Abrahamo, applicationis modus 541.c
Benefacere ſemper licitũ eſſe, uel quouis die 464.f
Benefaciendi propoſitum quando Deo pro facto ſit 361.b
Beneficium Chriſti uniuerſale 19.e
beneficium quando ſit gratum 99.b
Beneficia corporalia ſemper nos admoneant de ſpiritualibus 51.a
Bernhardi de Angelis ſententia 309.b
Bernhardi de fide dictum 182.g de morte Chriſti locus 153.a
Bernhardi locus 5.f 60.e 68.c 134.c 312.c 519.d
Bernhardi ſententia 64.f 128.b 360.a 602.c
Bethabora ciuitas ab euentu nomen habet 56.c
Bibere de aqua uiua quid ſit 480.f
Blaſphemia Chriſti duplex 230.f
blaſphemia in Spiritum Sanctum cur irremiſsibilis 229.f
blaſphemia quid 649.d
blaſphemia cur peior periurio 649.e
Blaſphemus quis ſit habendus 649.e
Bonitatem in labijs tantùm habere, ineptum 143.c
Bona opera an uitam mereãtur 359.e cuius generis eſſe debeant 360.a
bona uera & mala unde metiri debeamus 254.g
Bonorum Eccleſiaſticorum ad uerum Eccleſiam translatio 117.f
bonorum operum duo ordines 219.a
in Bonis petendis quomodo diſcernendum 291.d

C

CÆci corporalis ſanatio quid ſymbolicè ſibi uelit 611.d
Cæci miraculoſa ſanatio in die ſabbati, utrum ſit violatio ſabbati 599.c
cæci ſanatio, ocularis demonſtratio quòd Ieſus eſſet Meſsias 601.e
cæci qui à Domino pronuncientur 512.a
Cæcorum ſanationes ſymbola ſpiritualium ſanationum 512.e
Cæcitas corporalis ſymbolum cæcitatis humani generis 589.a
Cæremoniæ humanæ & diuinæ differunt 454.c
cæremoniæ impiæ fugiendæ 641.c
cæremoniæ Moſaicæ tripliciter conſiderantur 544.g
Cæremoniarum diuinarum & humanarum diſcrimen 242.e
cæremoniarũ ſubita mutatio nõ admittenda 48.b
Caini contritio 218.b
Calamitas eſt teſtimonium iudicij & miſericordiæ 326.a.b
Calamitates humanæ quando Deo in gloriam cedant 96.b ſunt peccatorum pœnæ 301.c 327.c
in Calamitates varias cur Dominus nos incidere permittat 283.f
in Calamitatibus aliorum quomodo affecti eſſe debeamus 6.f
Calamitatibus ut alij aliorum afficiamur, quæ cauſæ nos mouere debeãt 97.b
Cana oppidum in tribu Manaſſe, in Galilæa ignobile 91.e
Cananææ fides 290.b reguli fide perfectior 290.f
Candelabrum cum ſuis lucernis typus Chriſti 512.b
Capernaitæ cur grauiſsimas pœnas ſibi adſciuerint 106.e
Capernaitarum caſus deplorandus 106.d
Capernaitis plurimi hodie ſimiles 398.e
Carnalis propagatio non eſt capax regni Dei 21.d
Carnales qui ſint 20.c
Caro Chriſti quomodo panis uitæ fiat 423.e
caro fidei inimica 67.e
caro hominis Chriſti diſtinguenda eſt à communi carne hominum 425.d
hominis non renati conſiliarius domeſticus 552.f
caro omnes uires & facultates hominis complectitur 550.c
caro quid 552.g
Carnis & ſpiritus lucta acerrima 287.a 534.e
Carnis ſemen quid 581.c
carnis ſignificatio 22.d 141.f
carnis vocabulum in Scripturis pro integro homine accipitur 635.e
carnis uoluntas, hominis non renati conſiliarius domeſticus 553.d
Carnem Chriſti manducare, & ſanguinem eius bibere quid ſit 426.c
ſecundùm Carnem uerſantes ſunt ſub maledictione 136.a
ex Carne quod natum eſt, caro eſt 135.e
ex Caſtigatione iuſtum Dei iudicium & paterna miſericordia agnoſcenda 149.b
Catoni quæ defuerint in colendo Deo 256.b
Cauſæ qualitas ſæpe ex circunſtantijs dependet 323.c
Cauſas ex non cauſis facere, uſitatum eſt in mundo 115.b
Centurio ex hoſte fit confeſſor Chriſti 478.b eius fides qualis 290.f
Corinthus & Ebion Chriſti diuinitatem negarunt 1.b

Certitudinem philoſophicam certitudini diuinæ præferētium, uox deteſtanda 130.a
Charitas fide eſt maior duobus modis 216.a non eſt fidei forma 221.b
Cherubim cur angeli dicantur 307.b
Chirographum Dei in cordibus hominum reſurrectionis futuræ ſymbolum 357.a
chirographū eſt propria hominis conſcientia 557.a
Chriſtiana perfectio in qua re conſiſtat 562.a
Chriſtianum eſſe & magiſtratu fungi non pugnant inter ſe 502.c
Chriſtiani, gens ſancta et populus acquiſitionis 267.b qua promiſsiōne freti infantes ſuos ad baptiſmū adferant 133.g
Chriſtiani quales reges 266.a
Chriſtiani quales ſacerdotes 266.d
Chriſtiani ſunt filij Abrahæ & promiſsionis hæredes 133.f
Chriſtiani uerè ſemen ſunt Abrahæ 581.b
Chriſtiani ſpiritu & affectu ſunt fratres 106.a
Chriſtianorum à lege libertas 384.c
Chriſtianorum acre certamen 266.c eximia dignitas 265.g
Chriſtianorum infantes etiam in utero materno poſſe & eſſe capaces ſpiritus Chriſti 134.e
Chriſtianorum πανοπλία 313.e
Chriſtianorum templa quando fœdiſſimè profanentur 112.e
Chriſtianiſmus eſt imitatio Chriſti 267.d
Chriſtianiſmi nomine intelliguntur officia hominum, qui beneficiorum Chriſti fide ſunt participes facti 265.d
Chriſtus anteuertit clamorem noſtrū 381.c
Chriſtus bonus paſtor 628.a
Chriſtus cognationis & ſanguinis rationem habet 105.e
Chriſtus credentibus eſt propitiatio 208.e
Chriſtus cuius reſpectu in iudicium uenit 520.e
Chriſtus cur à languido quærat, num ſanus fieri uelit 319.a cur agnus Dei nominetur 60.b.c cur dicatur filius Adam 146.f cur diſcipulos in ciuitatem miſerit ad cibos emendos 239.b cur factus ſub legem 461.f cur figurata & obſcura reſponſione ſit uſus 121.d cur filius hominis dicatur 146.c.d
Chriſtus cur fugerit 443.a cur ianua dicatur 616.a cur Ieroſolymam in ipſo Paſchatis feſto proficiſcitur 107.b.e cur in mundum uenerit 262.d cur iurauerit 578.g cur legem impleuerit 195.a cur miracula ediderit 288.a cur miſſus à patre 389.g cur multos ægros ſanitati reſtituerit 289.d cur non ad fratrum ſuorum petitionem aſcenderit in Galilæam 452.b cur non didicerit literas humano more 457.f cur pro nobis factus ſit maledictum 541.b cur ſe abſconderit 588.b cur ſe Deo patri obtulerit 75.b cur ſe filium hominis nominet 105.f 528.d cur ſe medico conferat 452.e 479.a
Chriſtus cui ſe obtulerit 74.a cur ſe oſtium ouium appellet 623.a cur ſe panem uitæ uocet 411.c cur ſuper mare ambulet 393.c cur uerbum ſalutem appellet 254.b cur uoluerit uiribus corporis & armis externam diſciplinam tueri 116.b
Chriſtus doctor & Saluator miſſus omnibus promiſcuè in ſalutem 162.d
Chriſtus duabus de cauſis ſerpens dictus eſt 151.b
Chriſtus duplici nomine dicitur uita 10.g
Chriſtus efficax eſt ad conferendam uitam carnem ſuam manducantibus 429.b
Chriſtus eſt is quem agnus paſchalis in ueteri Teſtamento adumbrabat 59.a eſt ubique totus, non totum 484.a
Chriſtus, fidei obiectum 178.f
Chriſtus filius Dei homo factus 3.a finis legis in iuſtitiam omni credenti 204.b fit Iudæis petra ſcandali 418.d
Chriſtus heroico impetu impulſus tēplum Dei purgat 115.f
Chriſtus idem ſubſtantia, quod ſpiritus ſanctus 176.e
Chriſtus in ciuitate Capernaum quid fecerit 106.b
Chriſtus in fidelibus potentior eſt, quàm ut portæ inferorum aliquid aduerſus ipſos ualeant 266.c in mundum cur uenerit 279.f in piorum nuptijs præſens 92.a
Chriſtus iuſtus iudex 349.d
Chriſtus lux æternæ beatitudinis 514.d lux mundi 392.e
Chriſtus meretur ſuis uitam æternā 359.e miracula editurus cur patrē inuocet 320.a
Chriſtus noſtra delicta cur ſua fecerit 186.e
Chriſtus omnibus legibus humanæ ſubiectionis fuit exemptus 98.e opinionem Phariſæorum tanquā fulmine cœleſti proſternit 130.g
Chriſtus paſtor bonus 626.f paucis panibus maximam hominum turbam ſaturat 376.a perſonæ quæ eſt Deus & homo, appellatio 58.b poſt baptiſmum tentatur à diabolo 91.c pro quibus ſe obtulerit 75.c
Chriſtus qua uirtute obtulerit 73.f quando à Ioanne ſit baptizatus 81.b.d.e quando animā poſuerit 638.b quando peccatum tollat 61.e quando natus 91.d
Chriſtus quantum onus in ſe tranſtulerit 75.a
Chriſtus qui ἀιδίως lux eſt æterna, in tempore lux eſt ἐνεργείᾳ 514.b
Chriſtus quid à nobis requirat 345.c.d
Chriſtus quo conſilio in alium locum ſeceſſerit 234.c quo reſpectu oſtium & oſtiarius & paſtor dicatur 617.f
Chriſtus quos peccatores recipiat in gratiam 245.c quos quærat 88.a
Chriſtus quòd à Samaritanis recipitur, & à Iudæis reijcitur, cuius rei ſignum ſit 298.e quòd ſit uerus Deus, unde pateat 145.g item quòd ſit uerus homo 146.c
Chriſtus quomodo affectus ſit erga miſeros & afflictos 320.e quomodo accedere & recedere dicatur 519.a.d quomodo dicatur uenire in Iudæam terram, cùm fuerit in ipſa metropoli Iudææ 162.c quomodo eos quos inuenerit, regat 88.b quomodo in Euangelio 19.a quomodo nobis ſit uita 351.d quomodo nobis uitam communicet 351.e.f quomodo profecerit 37.e quomodo pro nobis factus ſit maledictum 540.b quomodo quærat 87.f quomodo ſibi adiungat eccleſiam ut ſponſam 168.b quomodo ſit affectus erga eos qui ſequuntur 83.d quomodo ſub lege fuerit 298.a quomodo uelit ſuos docere 269.f
Chriſtus quoto die Ianuarij à Ioanne ſit baptizatus 91.b.d
Chriſtus ſcala 90.c
Chriſtus ſe omnibus ex æquo ſaluatorem obtulit 98.e
Chriſtus ſolus eſt propitiatorium, in quo exaudiuntur preces 252.g ſolus finis legis in iuſtitiam omni credenti 403.e ſolus ſalutis fons 82.c ſolus ſol iuſtitiæ 592.e ſolus uia uitæ æternæ 523.g
Chriſtus, ſponſus eccleſiæ 102.b
Chriſtus ubi quærat 87.g ubi ſe obtulerit

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

lerit 74.a
Chriſtus verus agnus qui vicit leonē 110.d verus & æternus Deus 126.b verus Meßias olim promiſſus 363.b verus Nazarenus natura & facto 89.a
Chriſtus vnde Galilæus dictus 236.c vnctus cur ſit 85.a
Chriſtus vnicus & verus eccleſiæ doctor agnoſcendus 129.b vnicus gratiæ fons 40.c vnicus ſalutis author 125.f
Chriſtus vnigenitus à patre 37.b
Chriſti affectus erga turbam 378.f eius cauſa 379.b ardentißimum ſtudium 280.d
in Chriſti aſſeuerationibus quæ obſeruanda 332.c
Chriſti beneficium ad omnes extenditur 179.d
Chriſti beneficia peculiaria quæ 628.b
Chriſti beneficiorū quomodo fiamus participes 438.c
Chriſti bonitas admiranda 288.
Chriſti clamor quarum rerū nos admoneat 476.d
Chriſti comminatio ob contemptum verbi 107.a
Chriſti conſortes omnes ſancti ſunt 85.d
Chriſti corpus cur dicatur templum Dei 122.b
Chriſti corpus tripliciter conſiderari debet 69.b.d.f
in Chriſti corpore perpetua eſt membrorum mutua affectio 97.a
Chriſti crucis figuræ 74.d
Chriſti deitatis teſtimonium 587.a
Chriſti dicta & facta qualia 173.a
Chriſti diuinitas ex quo opere concludatur 11.b
Chriſti diuinitatis argumentum 86.c teſtimonium 126.a
Chriſti doctrina ſupernaturalis & diuina 104.b
Chriſti doctrinam quid ſecutum 106.c
de Chriſti duplici imitatione 562.b
Chriſti duriuſcula reſponſio quomodo intelligenda 98.d quò pertineat ibidem f
Chriſti eminentia ſupra omnes homines 172.f
Chriſti & Apoſtolorum mißionis ſimilitudo quò pertineat 117.b & eccleſiæ arctißima copula 92.f 168.a magnum myſterium 94.e
Chriſti & eccleſiæ deſponſatio qua legefiat 94.b
Chriſti & eccleſiæ myſterium coniugio adumbratur 92.f
inter Chriſti & Iohannis perſonam differentia 172.d
Chriſti & miniſtrorū diſcrimē 279.a & Prophetarum diſcrimen 176.f
Chriſti exemplum nobis proponendū 119.c ſit inſtar regulæ gratiæ miniſtris 250.a
Chriſti facultas ad exaudiendum vota noſtra 278.b
Chriſti factū ad miracula potius referendum eſt, quàm ad externam vim 116.d ingens miraculum 120.f
Chriſti facta, ſigna ſunt 388.b
Chriſti fuga recuſantis dignitatē regiam 389.f
Chriſti gloria 36.b 307.f
Chriſti heroicum factum 113.a
Chriſti hora quæ ſit 99.a
Chriſti humiliatio 483.d ignoratio cauſa ſpreti Euangelij 243.f imitatio in quib. ſita ſit 268.a quā ſit neceſſaria ibid.b incrementum & Iohānis decrementū quo adumbratum 171.f quò ſit referendum 171.c
Chriſti indoles Deo digna 172.f
Chriſti iudicium & noſtrum, diuerſum 126.a
Chriſti legatio ſupernaturalis eſt 104.f
Chriſti λύτρον ſufficiēs ad delenda omnium hominum peccata 155.b
Chriſti miraculorum finis 103.f
Chriſti notitia in quatuor cōſiſtit 178.f obedientia cur Dei iuſtitia dicatur 189.
Chriſti officium 40.b 320.b
inter Chriſti officium & Moſis miniſterium quo diſcernendum 520.a
Chriſti opera diuina cur miracula vocentur 102.f cur prodigia dicantur 102.g cur ſigna appellentur 103.a
inter Chriſti pietatem erga Deum patrem & noſtram maximum eſt diſcrimen 268.e
in Chriſti plenitudine quantus bonorum theſaurus nobis ſit repoſitus 41.c
Chriſti potentia diuina & ſupernaturalis 104.a potentia ſupernaturalis 289.b poteſtas 352.a.b
Chriſti præſentiæ in nuptijs myſtica ſignificatio 92.f
Chriſti profectionis cauſæ 376.f
Chriſti promptitudo ad docendum 642.b regnum adminiſtratur verbo, ſpiritu, ſacramentis & diſciplina 502.b reſurrectio à mortuis, præcipuum ſignum 121.b
ad Chriſti ſacerdotium quæ pertineāt 265.a
Chriſti ſanguine internè abluimur à peccato 150.d
in Chriſti ſchola proficere 458.b
Chriſti ſpiritus in credentibus non ocioſus 204.f
Chriſti ſplendor cùm magis inclarueſrit inter homines, eo minor apparet Iohannes 171.e
Chriſti tentantis conſilium quò tendat 379.g
Chriſti teſtimonium abſq; omni dubio verum 176.a
Chriſti transfiguratio in monte 483.b
Chriſti verba alijs ſunt odor mortis ad mortem, alijs odor vitæ ad vitam 121.g
Chriſti verba quando intelligantur 123.d
Chriſti victima efficacior ad ſaluandum, quàm peccata totius mundi ad perdendum 64.d pro quibus peracta 63.c
Chriſti zelus 119.f
Chriſto vt vero Deo nihil impoßibile 122.f
in Chriſtum credentes, fratres ſunt 97.d
Chriſtū cur mūdus odio habeat 452.e cur Paulus maledictum ſeu execrationem vocet 61.d item peccatū ibid. e doctorem cur Iudæi non receperint 575.d
inter Chriſtum & eccleſiam qua ſimilitudine intimus amor ſignificetur 168.b
inter Chriſtum & Moſen diſcrimen 43.a
Chriſtum in hac vita non recipiētes, quantæ miſeriæ maneant 523.d
per Chriſtū intrare quis dicatur 617.c
Chriſtum lucem quo ſequemur 516.c
inter Chriſtum lumen archetypū & Ioannem lucernā, diſcrimen 366.b
extra Chriſtum nemo iuſtus coram Deo 232.a
inter Chriſtum noſtrum & alios χρίστους veteris Teſtamenti diſcrimen 261.b ſacerdotem & legales ſacerdotes diſcrimen 72.f
Chriſtum qui honorib. ſpolient 184.a qui non ſequitur, in tenebris ambulat 516.f
à Chriſto cur omnia ſalutaria ſint expectanda 43.c ſponſo ad fornicariam laſciuiam quis deflectat 93.c
in Chriſtum quomodo adoleſcere dicantur 140.e
de Chriſto quid ſentiendum 437.f quo reſpectu quæuis dicta accipienda, regula 333.g
Chryſoſtomi locus 1.c 62.a 66.a 71.c. 188.b 552.b 604.d
Cibus animæ quid in genere ſignificet 399.f quid in ſpecie 400.a

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cibus & potus quĩ uerè dicatur cibus & potus 427.e
cibus in ſanctis parus fit 383.e per verbum ſanctificatur 382.f
cibus quando conſecretur 383.e quã-do per precationem ſanctificetur 383.a
Cibi benedictio ſancta quæ ſit 382.f
cibi corporis & animæ analogia 273.e
Cibum qui profanent 383.c
cibum ſanctificari per verbum quomodo intelligendum 594.d
Ciborum delectus quibus rebus pollutus 384.d
in Ciborum delectu quatuor diſcrimina obſeruanda 384.a.d.f
Ciborum diſcrimina 384.a
Ciceronis locus 125.a
Circuncisio aurium 466.d cordis cur dicatur 466.c
circuncisio cur pactum vocetur 580.g
circuncisio ſignaculum iuſtitiæ fidei 465.c 581.a
circuncisio ſpiritualis quid 25.g quæ 466.c
circuncisio teſtimonium pacti 580.g
circuncisionis analogia 466.a.b
ſine Circuncisione ſpirituali nemo ſaluatur 466.d
Ciues Eccleſiæ quando nos rectè gloriemur 494.a
Clauis ſcientiæ & poteſtatis diſcrimen 505.d
Clauibus duabus aperitur regnum cœlorum 505.a
Cœlibatum ſuum Sodomiticum monachi ſanctiſſimo coniugio præferunt 92.c
Cœna Domini quid 69.a teſtimonium quòd credentibus in Chriſtũ remittantur peccata 465.d
cœna dominica eſt obſignatio, qua Chriſtus teſtatur & obſignat ſe remittere peccata 70.c
Cœnæ inſtitutæ finis, vt ſit ſacramentum noſtræ redemptionis 302.f
ad Cœnam ſacram qui non admittendi 508.a
in Cœna dominica tria ſunt 69.f
Cognitio Chriſti, cauſa expetitionis doni cœleſtis 244.c
cognitio idem Eſaiæ, quod Paulo fides 244.g
cognitio in hac vita ex parte eſt 144.e noſtra de Deo, eſt magni luminis perexiguus ſplendor 5.f omnis propter bonum expetendum cõparatur 244.d
Collectæ ſiue congregationis feſtum 109.f
Collectio per contrarium ſenſum non valet, niſi antecedentis extrema fuerint paria 573.e
Columbæ ſymbolum quatuor nobis commendat 82.a
Commiſeratio quid 96.f
Commiſerationis argumentum vnde Eſaias petat 97.b
ad Commiſerationem proximi quæ nos mouere debeant 98.a
Communicatio idiomatum quæ fit in concretis tantùm, tria docet 334.f
communicatio externa quid 607.g item interna ibidem
Communicationis idiomatum vſus 29.d
Communicationem idiomatum in diuinis qua ſimilitudine patres oſtenderint 29.f
de Communicatione idiomatum accuratiſſimè ſcripſit Damaſcenus 34.d
Communio externa quid 608.a
Compunctio cordis ſeu contritio quibus indicijs probetur 509.d
Concretũ hypoſtaſin ſimul notat, abſtractum naturam tantùm & nõ hypoſtaſin 334.c
Concupiſcentia hominis non renati conſiliarius domeſticus 553.a
Condemnationis eorum qui non credunt Euangelio, cauſa 159.b
inter Condemnationis propriam & accidentalem cauſam accuratè diſcernendum 158.f
Conditio duplex obſeruanda 582.a
Condolentia quid 96.f
Confeſſionis conſtantia 598.e
Confeſſione quando pater & filius honoretur 342.c.
Confiteri ob quas cauſas Chriſtũ debeamus 280.a
Coniugium immunditiem carnis ius Canonicum vocat 92.c
Coniugium Papiſtæ inter ſacramenta noui Teſtamẽti numerant 94.e
Coniugij ærumnæ non ſunt vnius generis 95.e ærumnarum cauſæ plurimæ 95.f
Conſcientia hominis pij ſæpiſſime turbatur 550.d
Conſcientia rectè præſtiti officij, dulcis animæ nutrix 286.a
conſcientia quomodo purgetur 256.c quomodo tranquilla reddatur 551.a
Conſcientiæ afflictæ quando ſolidam conſolationem habeant 184.a
conſcientiæ bonæ teſtimonium abundè magna gloria eſt piè præſtantibus officium 370.f
conſcientiæ cruciatus vnde 317.c
conſcientiæ purgatæ ſignum eſt Dei cultus 210.f turbatæ fides ſe opponit 550.e
Conſilijs humanis nõ fidendum 486.e
Conſtantinus Imp. tranſtulit bona Donatiſtarum eccleſiaſtica ad veram Eccleſiam 117.f
Conſummationis ſeu glorificationis Chriſti plenitudo 41.b
Contraria quando contrarios effectus habeant 214.c
Contritionis duplex cõſideratio 218.a
inter Contritionem impij & conuerſi magnum eſt diſcrimen 218.c
Contumaciæ pœna 372.a
Conuerſio cùm temperatur fide, fit ſacrificium Deo gratiſſimum 558.d fit per ſolam fidem in Ieſum Chriſtum 217.e hominis tranſitus eſt à deſperatione ad ſalutis fiduciam 558.c
cõuerſio ſalutaris quid requirat 501.c
Conuerſionis paraſceue 555.e eius partes quatuor ibid.f
conuerſionis tres partes 149.e
Conuerſionem docet ſolum Euangelium 479.b ſequitur noua obedientia 480.a
ad Conuerſionem tria neceſſaria 559.c
de Conuerſis Deus iudicat non ex natura, ſed ex gratia 199.b
Correctum quódnam ſit 467.c
Corde quando pater & filius honoretur 341.c quomodo Chriſtum ſequamur 516.c
Corporis morbus quis ſit 283.e eius verus vſus ibidem
Corpori & animæ cur præmia & ſupplicia debeantur 355.a
Corpora iuſtorum & peccatorũ quæ communia habeant in reſurrectione 358.c
Corporum excitandorũ qualitas 358.c iuſtorum ſubtilitas poſt reſurrectionem 359.a ſanatio ſymbolum curationis animarum 320.d
Creationis, gubernationis & ſaluationis opera filio cum patre eſſe cõmunia 330.b
Creatura veluti ſpeculum in quo diuinitatis quidam ſplendor refulget 43.g
creaturæ corporeæ analogiam quandam habent ad res ſpirituales 138.d
creaturæ inſtrumẽta gloriæ Dei 101.c
ex Creaturarum conſideratione quomodo ducamur in officij Meſſiæ notitiam 513.a
Creaturarum deſtructio 10.b vſus quomodo licitus fiat 395.a
Creaturis quomodo Dominus vtatur 595.b
Creaturas loco Dei colere, antiquus error 314.c
Credens in Chriſtum cur non iudicetur 520.d non eſt ſub lege damnante

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nante 137.b
Credẽs ſeu renatus cur liber ſit à damnatoria legis ſententia 137.a
non Credens quare iam iudicatus eſt 520.e
Credenti perſonæ imputatur obedientia Chriſti 137.b
Credentes à iugo legis Moſaicæ per Chriſtum liberati 164 e arcano quodam modo ex Deo naſcuntur filij Dei 21.f filij Dei adoptione 585. a habent quod lex requirit 157.e
credentes non poſſe abijcere fidẽ, Stoicorum opinio 531.a placere Deo, idq́ ſolius Chriſti merito 207.f poſſe amittere Spiritum Sanctum & fidem 249.e
credẽtes quomodo dicãtur accipere Spiritum Sanctum 481.f
credẽtes ſub gratia ſunt, non ſub lege 157.d
Credentium fides qualis eſſe debeat 200.a
Credentibus in Chriſtum lex non eſt grauis 196.b
in Credentibus quatenus peccatũ non ſit 158.a
Credere & operari oppoſita, in cauſis iuſtificationis ſimul ſtare non poſſunt 187.c
Credere in nomen filij Dei 18.g
credere patrem eſſe in Chriſto quid ſit 451.e
qui Credit, duplicem habet iuſtitiam 225.d
Crux caſtigatio paterna, & non iudiciaria vindicta 226.c
cõmunis duas habet cauſas 445.b
eccleſiæ tres habet cauſas coniunctas 446.d eius fines ib.f eorũ qui ſunt extra eccleſiam 446.a eius cauſæ ibid.b fines ibid.c publicum teſtimonium iræ Dei 445.g
crux quid 445.a
crux via eſt ad gloriam 549.a
Crucis Chriſti adumbratio in Iſaac præceßit 74.c imitatio quò referenda 79.b
in Crucis Chriſti laudabili imitatione quæ ſpectanda 270.b
crucis communis fines 445.e
in Deo cauſa 445.b partes 445.c
crucis imitatio duplex 270.b
crucis lignum teſtimoniũ, quòd Chriſtus in ſe tranſtulerit maledictionis pœnam 540.f
crucis ſcãdalo ſancti offendũtur 548.c
crucis tria genera 445.a
in Cruce omni quæ cogitanda 283.f
ſub Cruce vnde pij conſolationes petant 447.e
Culpæ conueniens pœna 148.e
Cultus Dei ſpiritualis 141.f verus ex regula verbi Dei dependet 254.d
cultus veri Dei qui ſit 257.c
cultus regulam eſſe verbũ Dei 256.f
Cultum quem Paulus damnet 256 g
de Cultu Dei quomodo iudicandum 257.a
cultus Dei per ſe qui ſint 544.e
Cypriani de morte ſententia 541.g
Cypriani locus 35.b
Cyri regis edictum de domo Dei ædificanda Ieroſolymis 122.g
Cyrilli locus 16.b 29.c 37.e 44.c 118.d 247.b 298.f 335.f & 336.d 393 b 378.b 408.b 423.b 429.c 481.d

D

DÆmonium habere quis dicatur 577.b
Damaſceni locus 34.e 481.d
Damnationis in homine propria cauſa quæ ſit: item accidentalis 158.g
à Damnationis ſententia qui liberentur 158.e
Damnationis cauſa propria quæ ſit 158.c ſententia quando & vbi lata ibid. confirmatur in poſteris Adæ multis calamitatib. ibid.d
Dãnia quanta cum exultatione Euangelij lucem ſit admirata 367.b
Darius Rex permittit Iudæis redire in patriam & denuò ædificare tẽplum 457.a
Dauid, Chriſti typus 118.f in cruce qua regula ſe ſuſtentet 317.g in vera pœnitentia recipit Spiritum Sanctum 249.c
Dauidis contritio 218.b
à Debitore cur decem millia talenta exigantur 194.a
Debitum dupliciter accipi 220.b
Debito cur gratiam Paulus opponat 38.a
Dedicationum templorum abuſus 641.f
Defectionis à Chriſto cauſæ 433.b.c
Delictis quomodo Deus pœnas attemperet 148.f
Demõſtratio quæ firmißimè de Chriſto tenenda 108.e
Demonſtrationes diuinæ firmißimã ſcientiam pariunt 129.g
Denarius nummus cur dictus 380.b eius valor ibid.
Deſcẽſus Dñi in terram quot gradus Bernhardus faciat 146.e
Deſperatio excipit cõſcientiæ cruciatũ, niſi ſuccurratur per Euangeliũ 317.d
Deſperatione nullum grauius peccatum 65.b
Deſponſationis cauſæ 208.g Chriſti & Eccleſiæ 93.d
Deus aßiduus eſt in ſuo opere 330.e Chriſti pater ſingulari modo eſt et dicitur 584.g cùm impium iuſtificat, duo conſideranda ſunt 224.e
Deus cur credentibus præmia promittat 208.a cur lege ſua plenã obedientiam exigat 194.b cur mirabiliter cum ſanctis ſuis in terra agat 199.d cur permittat ſuos cruciatu & probris examinari 549.e cur ſpiritu & veritate velit adorari 256.a
Deus & homo, vna perſona ſeu vnus Chriſtus 147.a
Deus μισθαδότης cur dicatur 213.c
Deus non punit niſi reos 155.f
Deus omnium credẽtium pater 584 g
Deus pater regenerationis autor 140.a
Deus quando glorificetur 257.c
Deus quo in loco ſit adorandus 252.c
Deus quõ iuſtificet impium 224.e quõ ſuos erudiat 250.d
Deus reddet vnicuiq; ſecundùm opera ſua, quõ intelligendum 206.c
Deus ſanctos coniuges ſingulari conſilio cruce exercet 96.a
Deus verax in ſuo verbo 526.g
Deus vnus in eſſentia 258.b
Deus zelotes eccleſiam ſuam nõ vult diabolo proſtitui 119.b
Dei fœdus cum Abrahamo 354.e
contra Dei conſilium nihil valent humanæ vires 473.c
Dei & proximi dilectio, verus fidei fructus 114.d
Dei gloriam qui illicitè quærãt 373.a qui licitè ibid.b
Dei gratiam abrogare, magnum flagitium 185.d (612.c
cum Dei ignorãtia quæ cõiuncta ſint
Dei imitatio in quib poſita ſit 268.a notitia vbi quærenda 471.c
ſine Dei notitia fruſtra inſtituitur oratio 114.c pactum cum Abrahamo initum, quale 589.b
Dei ſolius eſt vbique ſubſtantiâ & potentiâ præſentem eſſe 146.c
Dei teſtimonium de ſancto viro Iob 198.b
Deo dilectus quis verè ſit 226.b
Deo nihil occultum 250.e
Deo quomodo iungamur 529.c
Deum quis mendacem faciat 175.e
Deum ſequentibus fulmina maledictionis non metuenda 489.e
à Deo doctus eſſe quis dicatur 436.b.d
à Deo eſſe qui dicatur 599.c qui itẽ non ibi.
à Deo quæ dicuntur, indubitatæ fidei ſunt 364.e

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ex Deo eſſe quid ſit 573.g
Diabolus cur ſerpenti conferatur 150.f
diabolus & eius miniſtri cur lupis conferantur 630.e
diabolus & eius toparcha antichriſtus plus quàm lupinam malitiam exercet aduerſus ouile Chriſti 631.e
diabolus mirus inſidiarum artifex in ſuis 603.e multis modis luporum rabiem ſuperat 631.f ordinationis diuinæ deformator 96.a permiſſus in Iob ad probationem 548.f
diabolus qualis ſit factus per defectionem 570.c
diabolus vnde dicatur 314 g
Diaboli tyrannis crudeliſsima 24.b
diaboli vera miracula edere non poſſunt 605.a
Diabolum cur draconem Iohannes appellet 315.a
à Diabolo eſſe qui dicantur 573.g
Διάνοια carnis hominis non renati conſiliarius domeſticus 553.c non renatorum cæca 553.c
Didonis vox 97.d
Dies ſeptimus æternã quietem adumbrat 331.d vnuſquiſq; imago vitæ 356.c
Diem ex antiquo more Iudæi diſtinxerunt 293.c
Diebus feſtis an ſeruilia opera facienda 324.e
Dilatio, fidei probatio eſt 99.d
Dilectio Deus & Dei differunt 216.b
Dilecto Dei duplex 216.c 337.a
dilectio pendet à fide tanquam cauſa propria 212.c proximi quatuor complectitur 269.a qua Deum diligimus, qualis eſſe debeat 33.f
dilectio quid 337.g ſumma in Deo cum iuſtitiæ ipſius executione non pugnat 541.b
Dilectionis qua Chriſtus futurã ſponſam complectitur, cauſæ 168.d qua Chriſtus ſuas opes proſequitur, cogitatio quorum nos admoneat 633.f
Dionyſius Areopagita ad fidem, Pauli concione conuerſus 610.b
Diſcentibus quid maximè officiat 419.a
Diſcipulus Chriſti quatuor in Ieſu agnoſcit 610.e
Diſcipuli ſeduli officium 165.c
diſcipuli quo in loco Chriſtum habuerint 272.a
Diſcipulorum Chriſti de ipſo ac doctrina ipſius diuerſum iudicium 432.d
diſcipulorũ Chriſti vera nota 530.c
diſcipulorum Domini communis mos bus quis 379.f exemplum quomodo nobis imitandum 118.d
Diſtinctionis perſonarum & vnitatis eſſentiæ in diuinis teſtimoniũ 647.c
Diuina & cœleſtia miraculis tanquã diuinis quibuſdam demonſtrationibus fidem merentur 104.c & humana natura in vna perſona Chriſto 330.c
Diuinitatis ſublimitas non temere indaganda 5.f
Diuortia & ſecundas nuptias cum ſacramenti ratione pugnare, Papiſtæ exiſtimant 95.a
Docens rectè, & malè viuens ſeipſum condemnat 143.b
Doceri à Deo & credere Euangelio Chriſti an idem ſit 435.e
Doctrina Chriſti ſupernaturalis 289.c erronea & falſa eſt inſtar gladij latronis 615.b
doctrina quando laudem mereatur 106.d
Doctrinæ contemptus 434.c
ad Doctrinæ fidem faciendam quæ plurimùm faciant 278.d
doctrinæ Chriſti credere quid ſit 175.d
Doctrinam ſuam cur Dominus voluerit miraculis confirmari 104.b
de Doctrina Chriſti idem ſentiendum quod de ſcriptis 497.b
Doctoris proprium munus 106.b
Doctorũ Eccleſiæ miſsio duplex 176.a piorum officium 578.e
Doeg ſacerdotes Domini trucidat 488.d
Dolor ob peccatum cur neceſſarius 149.e
dolor verus ob peccatum, paraſceue ad ſalutarem conuerſionem 557.d vnde naſcatur ibid.
Dominus cur ante cibi vſum in cœlum aſpexerit 382.e non eſt acceptor perſonarum 282.d
dominus quando dominij ius amittat 488.a
dominus quomodo patrem nouerit 585 c.d
dominus relinquens Iudæam, & abiẽs ad alienigenas, cuius vmbra fuerit 236.g
Domus Dei duplex 537.a
Domos nouas abſoluto opere Deo dedicare, apud Iudæos vſitatũ 640.b
Donatiſtæ lapſis negauerunt veniam 231.f
Donatiſtarum error 117.f
Donum quid 154.c
Dona nobis diuinitus data quando creſcant 386.e
Donis Dei quàm caſtiſsimè vtendum 640.a
Draco cur ſerpens dicatur 315.b
Draconis deſcriptio ſathanæ accommodanda 315 a.b
Dubitatio Academica non meretur fidei nomen 175.d
Dubitatio ſanctorum 286.g
Dux Saxoniæ non tradit Lutherum in manus Pontificum, ſed eum abſcondit 488.e

E

Ecce particula quam vim habeat 57.c
Eccleſia Chriſti, regnum lucis dicitur 366.d ſponſa 167.f columna veritatis 84.a
eccleſia cur caſtigetur 155.f
eccleſia in hoc mundo ſemper calumnijs malorum expoſita & cruci ſubiecta 469.d
eccleſia inſtar arcæ Noæ eſt 494.a
eccleſia quid 82.g 303.a
eccleſia quomodo filios gignat & educat 84.a
eccleſia ſanctorum ſocietas 114.b
eccleſia vera 530.e errare poteſt 114.d non eſt alligata ad magnificos titulos & gradus dignitatum 132.c poteſt latere in magna impiorum multitudine 300.b.c
Eccleſiæ authoritas pendet ex verbo 257.a
eccleſiæ caſtitas in quibus conſiſtat 169.e
eccleſiæ Chriſti defenſio 389.f
eccleſiæ ciuem non facit titulus, ſed ſpiritus 114.e
eccleſiæ Dei definitio 576.a
eccleſiæ definitio 421.a
eccleſiæ Doctor qui idoneus agnoſcendus 129.d
eccleſiæ Doctorum miſsio immediata 176.b
eccleſiæ firmitas rupis nomine ſignificatur 87.c
eccleſiæ forma in hoc mundo qualis 175.a 469.c
eccleſiæ imago ante extremum diem 455.f
eccleſiæ internæ gloria 300.e
eccleſiæ membrum non eſt, qui non orat 114.0
eccleſiæ opus proprium orationis voce indicatur 114.c
eccleſiæ patriæ laudatiſsimæ ciuem eſſe, nihil laudabilius 281.b
eccleſiæ puritas quando perfecta erit 169.d
eccleſiæ ſalus in luce notitiæ Dei efficacis conſiſtit 94.d
de Eccleſiæ ſalute non deſperandum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dum 382.b
eccleſiæ ſtatus in hoc mundo 393.a
eccleſiæ veræ definitio 114.a & alio=
rum in mundo cœtuum diſcrimen
114.d 465.d
eccleſiæ veræ nota 576.c
eccleſiæ viuum membrum quis 114.b
eccleſiæ Chriſti potiſſimum ſeruiunt
Angeli 313.b
Eccleſiam Dei ſibi commiſſam fraudu
lenter prodentium pœna 143.b
inter Eccleſiam & alios in mundo cœ
tus diſcernendum 155.f
eccleſiã ſuã Chriſtus regit verbo, &
Spiritus ſanctus ſanctificat 482.c
Dn̄s per media vult regere 381.e
in Eccleſia ſola eſt ſalus 254.e
Eccleſiarum gubernatoribus debemus
obedientiam in licitis 242.g
de Eccleſia vera quomodo iudicãdum
300.d
ἐδίατρος 101.d
Effectus non eſt prior ſua cauſa 9.f
ex Effectis cauſas facere eiuſdem re=
ſpectu, error intolerabilis 200.f
Ego ſum panis vitæ, hæc aſſeueratio
quæ contineat 410.g
Egreſſus duplex 625.e
Eleemoſyna quid 210.g
eleemoſynæ quid Papiſtæ attribuant
ἔλεγχος quid 180.f (210.c
Elemento externo non eſt attribuen=
dum, quod ſpiritus eſt 133.c
Elias doctrinam ſuam miraculis con=
firmauit, quam ipſe attulit 651.d
reſurrectionis ſpes 356.e
Eliam qui anteuertet ſecundum ad=
uentum Domini, quem ſtatuamus
49.g (tur 199.d
Eliphas quibus verbis Iobum alloqua
Emptio & venditio res ſunt licitæ
114.f
ἐγκαίνια annua 640.e duplicia 640.b
priuata quæ 640.b quæ publica
ἐγκαίνια quid 639.f (640.c
Encænia, ſolennia dedicationis tem=
pli 641.e
Encæniorum feſtum bono conſilio in=
ſtitutum 641.b
Euchratitæ nuptias rem eſſe diaboli=
cam aſſerunt 92.b
Ennon lacus 162.a
Enoch reſurrectionis ſymbolum 356.d
ἐπίγεια quæ dicantur 144.b
Epiſtolæ ad Galatas ſcribendi ratio
185.e
ἐπουράνια quæ dicantur 144.c
Error nullus vbi locum habeat 364.c
Examen priuatum ante vſum cœnæ
Dominicæ 508.e
Excommunicatio duplex 607.f exter
na quid 608.b eius finis ibid. iuſta
opponitur cõmunioni 607.g iniu=
ſta prorſus contemnenda 608.c
excommunicatio quid 607.f
Excommunicationis efficacia 118.b
fulmen cur Papiſtæ in pios Euange
lij doctores eiaculentur 601.g
Excommunicatione interna nihil tri=
ſtius eſt vel hominibus vel Ange=
lis Dei 608.a
Exempli Chriſti imitatio 516.e
Exempla imitari, ſi nulla alia adeſt
probatio, nihil periculoſius 493.a
Exemplis vulgus hominum magis du
citur, quàm acutis rationibus fle=
ctitur 105.a
Euangeliſta ſibi non diſſonat 1.c
Euangeliſtarum in circunſtantijs diſ=
crepantia 1.c
Euangeliſtis fidem detrahũt Iudæi 1.c
Euangeliſtas incurioſos ordinis rerũ
à Domino geſtarum fuiſſe 378.d
Euangelium cur ſemen immortale di=
catur 139.d cognitioni & ſenſui
deſtinatum 66.d
Euangelium de Chriſto doctrina vitæ
æternæ 437.a
Euangelium Iohannis cur aquilæ vo=
lanti comparetur 1.b
Euangelium myſterium à ſeculis ab=
ſconditum cur Paulus vocet 104.b
qualem auditorem requirat 568.f
quando purè prædicetur 592.f &
593.a quanta reuerentia audien=
dum 117.c
Euangelium quid 43.a 583.a quid
doceat 557.e
Euangelium quo pacto alijs ſit odor vi
tæ ad vitam, alijs odor mortis ad
mortem 505.c
Euangeliũ vniuerſalis prædicatio eſt
pœnitentiæ & remiſſionis pecca=
torum 515.a
inter Euãgelij auditores ſemꝑ fuerũt
calumniatores cõtumaces, & doci=
les homines 638.g beneficia gratui
ta 636.d
Euangelij Chriſti qui nequaquam ca=
pax eſſe poſſit 460.e
Euangelij cognoſcẽdi & diſcẽdi ſtudiũ
245.a contempti quãtus ſit reatus
229.c.e definitio 453.b doctrina
cur intrepidè amplectenda 175.g
efficacia 420.d
Euangelij & piorũ doctorũ ſors perpe
tua in hoc mundo 425.a
Euangelij Iohannis titulus 3.a
ad Euangelij miniſteriũ vocati qua=
les eſſe debeant 278.f
Euangelij miniſtri quæ opponant om
nib. difficultatibus 275.f
in Euangelij miniſtro nihil turpius,
quàm exemplo malo impedire cur=
ſum Euangelij 115.d
Euangelij miniſtri vni Chriſto Ec=
cleſiã in ſponſam quærãt 169.g mi=
niſtrorũ officium 170.c partem in
collo geſtãtiũ ſuperſtitio 66.a pijs
præconib. nihil triſtius accidere po
teſt, q̃ videre euentũ parũ reſpon-
dere laborib. ſuis 171.a potentia
350.d prædicatio, teſtimoniũ reſur
rectionis 355.f prædicati proprius
& eſſentialis finis 497.b prædica=
tio, eſt clauis qua regnũ cœlorũ ape
ritur 507.d. eſt quaſi meſſoria falx
274.g prædicationis finis 83.d pu=
ritatem nulli homines magis ode=
runt quàm hypocritæ 160.d ſcri=
ptionis finis 3.a tria propria 453.b
ſine Euangelij voce mortui ſumus in
peccatis 350.d
Euãgeliũ qui fruſtra prædicet 460.d
Euangeliũ qui audire, & in Chriſtũ
credere recuſant, ſuapte culpa per=
eunt 280.a
Euangelium ſcribendi occaſio quæ fue
rit Apoſtolo prior 1.b quæ item po
ſterior ibid.
in Euangelijs paruæ interdũ diſſiden=
tiæ argumentum præbent verita=
tis 1.c
Euripidis locus 246.g
Euſebij locus 1.b
Eutyches humanitatem Chriſti in di-
uinitatẽ conuerſam prædicat 615.f
Eutychis delirium 483.e
Ezechiel ſæpiſſimè filius hominis di=
citur 146.c

F

FActa Chriſti aliquid in ſe laten=
tis myſterij habent 388.b
Facultas exequendi ea quæ voluntas
imperat, cur non detur renatis in
hac vita 563.b
Fatigatio Chriſti idonea eſt humanæ
naturæ 237.b
Feſtum expiationis decimo die Septẽ=
bris celebratum 109.e eius feſti fi=
nis ibid.
Feſtum ſeptimi diei 108.f cur inſtitu
tum ibid.g ſymbolum quietis con=
ſcientiarum à peccatorum procellis
109.a
feſtum ſingulorum menſium 109.b
feſtum tubarum ſeu clangoris primo
die Septẽbris celebrari ſolitũ 109.d
ad Feſtum cur Dn̄s aſcenderit 453.e
Feſta & cæremonias ordinandi pote=
ſtatem qui habeant 110.e
feſta præ alijs tria ſolennia 109.c
Fideles cur oues appellentur 620.d
verum Dei templum 112.a
Fides Abrahami circumciſione confir=
mata 67.f & 68.a
fides bonitatis qualitatem operi con=
ciliat 214.b
fides Chriſtiana quid 182.f

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

fides cordis ordine poſterior 124.b
fides cum notitia cur fiduciam etiam ſignificet 179.f
fides cur in Scripturis nunc ὑπόστασις, *nunc* πληροφορία *dicatur* 125.f
fides Dei omni probatione ſublimior & certior 130.b
fides duabus rebus conſtat 153.c
fides efficax & fœcunda bonorum operum mater 201.f
fides eſt inſtrumẽtum, non meritum 215.d *eſt veluti flamma Spiritus Sancti in corde hominis accenſa* 610.e *eſt victoria, qua vincimus mundum* 570.g
fides & noua obedientia nũquam à ſe diuelli poſſunt 209.f *cum ſigno externo coniungenda* 595.d
fides Euangelij, non eſt legis opus 215.c
fides ex perſuaſione oritur 422.a *ex verbo pendet, & ſacramentis confirmatur* 65.f
fides germana perpetuò fœcunda eſt 294.e
fides habet promiſſionem reconciliationis 217.b
fides hiſtorica duabus rebus acquiritur 124.b *mortua* 124.a *poteſt eſſe in improbis & diabolis* 211.d
fides impetrat, quod lex imperat 216.
fides in ærumnis quõ animum erigat 181.a *in Chriſtum cùm requiritur, duo ſimul requiruntur* 404.a *in medio crucis collocatur* 78.e *in nobis eſt ex operatione Spiritus Sancti ad prædicationem verbi* 183.c *ſine Spiritu Sancto non concipitur* 480.g
fides inſtrumentum eſt quo Chriſtus apprehenditur 346.d *quo nobis beneficia filij applicantur* 178.c *quo perducimur in benedictionis poſſeſſionem* 541.c
fides iuſtificans à charitate non diuellenda 211.e
fides iuſtificans apud Paulum 124.c *qualis ſit aſſenſus* 220.g
fides mentis ordine prior eſt 123.g
fides meritum mediatoris & miſericordiam patris complectitur 345.e
fides mortua quæ cenſenda 200.b *mundi victoria* 196.c *neceſſaria eſt ad beneficium mediatoris conſequendum* 149.f
fides nititur mediatoris obedientia et interceſſione 228.e
fides nullius ita perfecta eſt quin opus habeat incremento 202.a
fides nuſquam tuta 166.b
fides orationis directrix 114.d *perfecta quæ ſit* 140.f *plurimarum virtutum mater* 67.a *qualis fiducia* 181.b *quàm pretioſa res ſit* 175.e *quantum gradibus in alijs atq; alijs hominibus variet* 290.d *quid* 175. 287. 409.a 558.d
fides ſacramentis confirmatur 65.f
fides ſola apprehendit iuſtitiam Chriſti 186.b *ſola dirigit omnes hominis actiones in gloriã Dei* 202.d
fides talis dicenti & promittenti eſt habenda, qualis ipſe eſt 180.c
fides vera in Chriſtum quid 179.a
fides vera quid 66.f 279.f *vbi nõ ſit* 140.e
fides viua cur dicatur 124.d *voluntatis eſt* 124.e
fides vnica bonorum operum radix 161.f
Fidei cauſa eſt Spiritus Sanctus 221.e
fidei Chriſtianæ conditiones 294.b.c.d
fidei effector eſt Spiritus Sãctus 255.e
fidei & charitatis non idem finis 217.d *& pœnitentiæ quomodo tribuatur remiſſio peccatorũ* 347.d *& rationis, & victoriæ fidei exemplum in Abrahamo* 67.a
fidei & rationis perpetua lucta 66.g
fidei firmitas in quo ſit 118.d 264.a
fidei fructus 114.d
fidei germanæ perpetua indoles quæ 419.b *virtutes* 67.b
fidei hoſtes qui 67.e *indoles* 327.e *indolem Paulus illuſtri exemplo exponit* 181.g
fidei initia in Nicodemo infirma & perexigua 490.f *natura* 201.f *oculus myſteria ſalutis cernit* 289.c
fidei obiectum non eſt creatura, ſed deitas in Chriſto 609.e
fidei proprietates quo diſticho complexæ 294.e
fidei ſalutaris rationem quæ loquendi formulæ nobis perſpicuè declarent 178.f
fidei veræ & charitatis arctiſſima copula 211.f *& confeſſionis indoles* 86.c
fidei veræ indoles 272.c 373.c 596.b *proprietates* 372.e
fidei viſio 44.f
fidei viuæ cauſæ quæ ſint 124.d
fidei quod tribuitur, hoc Chriſti proprium eſt 181.d
Fidem amittere non poſſe eum, qui ſemel credidit, impia doctrina 625.a
fidem amitti & excuti Spiritum Sanctum peccato vaſtãte conſcientiam 249.f
fidem comitatur noua obediẽtia 558.f
fidem cuiuſmodi Lex requirat 215.c
fidem cur Dominus vocet opus Dei 404.c
inter Fidem hominum & Dei magnũ diſcrimen 130.b 345.e
fidem iactare, quam non habent, familiare omnibus hypocritis 131.d
ad Fidem paraſceue eſt vera Chriſti cognitio 557.e
fidem ſemel conceptam non amitti, friuolum 139.d
fidem ſemel per Spiritũ S. conceptã abijci non poſſe, falſum eſt 616.c
fidem ſignificar efiduciam, quæ conuincant 181.e
fidem veram qui habeat 245.a 404.c
inter Fidem veram eiusq; ſpectrum quæ ſit differentia 140.d
fidem vt præcedat notitia neceſſe eſt 610.a
de Fide Abrahæ quæ potiſſimum nobis Scriptura commendet 585.g
Fide copulatur homo Chriſto ſponſo 169.c
fide corda, non corpora purificantur 169.c
de Fide duæ loquendi formulæ obſeruandæ 404.a.b
Fide hominem regenerari, vnde colligatur 154.a
fide iuſtificamur, quomodo aduerſarij interpretentur 228.c
cum Fide iuſtificationis regeneratio coniuncta eſt 149.f
fide obtinetur remiſſio peccatorũ 153.d
cum Fide remiſſionis peccatorum coniunctam eſſe gratiam & donum 154.b
fide ſola iuſtificari hominem 183.f
fide ſumus iuſti 228.a
in Fide viua & ſalutari cur Apoſtolus ἔλεγχον *& hypoſtaſin coniungat* 413.d
fide viua verbum Dei recipiens cur vngatur 544.b
Fiducia in Chriſtũ qualis eſſe debeat 178.g
Fiduciæ carnis amputatio quæ ſit 141.
fiduciæ in Chriſtum deſcriptio quõ anguſtiùs contrahi poſſit 179.b
Fiduciam ſuam in Chriſto qui non collocant, ſunt miſeri 179.e
Filius character Patris 401.a
filius creator eſt cum patre, atq; adeò Deus æternus 9.f
filius cur non ſit factus 9.f
filius Dei cur deſcẽderit de cœlo 416.d *cur dicatur imago patris* 8.b *cur homo factus* 423.f *cur hominis filius ſit factus* 23.a *cur* λόγος *vocetur* 5.d *cur ſe filium hominis nominet* 399.d *cur vnigenitus dicatur* 159.a λόγος *dicitur, quia eſt nuncius & interpres patris ſui* 5.c *non eſt creatura* 330.c
filius Dei patris voluntatem nobis clarè explicare poteſt 174.b

filius

filius Dei quantum decus adferat ijs qui ipſum receperint 18.e qũo ſit exceptus 18.a quoties λόγος dicitur, toties monemur vt audiamus ipſum 5.c
filius Dei regenerat vt mediator 140.
filius Dei ſolus eſt, per quẽ in cœlum aſcenditur & deſcenditur 145.a nequaquam factus eſt, ſed ab æterno genitus à patre 10.a
filius patris imago dupliciter 44.e 522.d
filius patri eſt ὁμοούσιος 8.f
filius pleniſsimè nobis patris voluntatem enarrat 176.d
filius qũo dicatur mitti à patre, cùm pater vbique ſit cum filio 343.e qũo ſaluet 274.d
filius veritatis & voluntatis patris infallibilis teſtis 174.c
Filij à patre diſtinctio 7.f
filij æternitas 9.f
filij appellationis ratio 4.d
filij Dei beneficia qũo nobis applicentur 178.c
filij Dei cur ſimus 27.e
filij Dei diuinitatis & perſonæ deſcriptio 3.d
filij Dei ex quo ſemine naſcamur 139.c
filij Dei humilitas 146.c 151.b 239.a
filij Dei voluntas vbi cernatur 522.e
filij diaboli ſeu iræ, qui 19.d
filij perſona licet à patris perſona diſtinguatur realiter, non tamen diuiditur eſſentialiter 8.e
filij reguli ſanatio cuius rei ſymbolum 281.f
Filio quinam à patre dari dicantur 414.f
Filium cùm ἀπαύγασμα gloriæ Dei vocat Paulus, quò reſpiciat 7.a
extra Filium Deus non cognoſcitur 343.b
in Filium Dei credere quid ſit 178.e
inter Filium Dei & alios diſcernendum 650.f
filium Dei quo operum genere proximè imitentur homines 360.e
filium hominis cur in crucem ſuſpendi oportuerit 74.e.f
in Filium qui credat 469.d
filium qui non honorent 343.a.b
filium vnigenitum in ſinu patris eſſe qũo intelligendum 45.c
in Filio quæ habeat credens 178.a.b
filios quos Scriptura appellet 566.a
Filiorum Dei infallibilis nota 568.e
filiorum Dei notâ inſigniri, nihil præclarius 135.b
filiorum Dei natiuitas vnde ſit 20.a
Finis calcar ſit officij præſtãdi 285.g
Fœderis diuini conſtantia in Iacob Patriarcha declarata 134.e
Fons aquæ viuentis petit aquam à ſitiente fœmina 238.f
Fons Iacob, typus fontis aquæ viuæ 237.a
Fontem monſtrare quid ſit 479.c
ad Fontem viuum venire quid 479.a
Forma eſt, per quã natura agit 220.f
Forum, negociationis locus 115.a
Fratris appellatio in Scripturis ſanctis latiùs patet quàm alibi 105.e
Fratres qui dicantur 105.f 449.b
fratres quo reſpectu omnes homines ſint 105.f
Fratrum laborantiũm dignitas 97.e
Fridericus Dux Saxoniæ victus maiorem fortitudinis & conſtantiæ gloriam eſt conſecutus, quàm ſi victor extitiſſet 238.a
Fuga animi fœdiſsima 443.f
fuga animi quæ ſit 443.f qũo committatur 443.f ſemper eſt vitioſa & damnabilis 235.e qũo committatur ibid.
fuga corporis duplex eſt 235.f 444.a licita quæ ſit 235.f quæ item illicita ibid. 44.f
fuga omnis an ſit damnanda 630.b
Fugæ corporis diſtinctionem vnde Auguſtinus ſumat 444.b 236.a
Fugam corporis quomodò Chriſtus vocet 235.f
in Fuga quæ regulæ tenendæ 236.a.b
fuga quæ ſit ſine vitio 443.e
de Fuga licita regulæ Auguſtini 444.c.d
Fures & latrones qui à Domino pronuncientur 615.

G

GAlatini locus 34.d
Galilæa gentium 493.c
in Galilæa Chriſtus benigne excipitur 233.c
Galilæi appellatio probri loco apud Iudæos habita 493.b.c
Galilæi Chriſtum recipientes non eodem omnes animo fuerunt 281.d cur Chriſtum receperint 281.d
Galli ſe regno Papiſtico opponunt 367.e
Gazophylacium theſauri 523.a
Gedeon vocationem ſuam ſigno confirmari voluit 288.c
propter Genituram carnalem ex ſemine Abrahæ an quiſquam regni cœlorum capax fieri poſsit 135.e
Gentis vnius malitia ſæpe facit vt Euãgelium ad aliam gentẽ transferatur 442.c
Gentes, Iudæorum locum occupaſſe 298.f
gentes naturalẽ legis intelligentiã habuiſſe vnde Paulus colligat 196.g
Gentium vocatio vnde pendeat 636.c
Genus humanum coram Deo inexcuſabile 13.c
Generis humani reparator quantus & qualis ſit 13.a
Georgius ille qua fraude multos ſeduxerit 372.c
Germaniæ principes rectè feciſſe opponendo ſe Imperatori & Papæ, volentibus Euãgelij curſum impedire 488.g
Geſtus Chriſti leuantis oculos ſuos in cœlum ſymbolum 378.e
Gloria Dei vero zelo inter homines propaganda 119.c iuſtè punientis peccatum quando manifeſtetur 96.c non noſtra quærenda 243.f
gloria eſt vanitatis, non cedere viribus veritatis 518.b fugit quærẽtem, comitatur autem fugiẽtem 325.c
gloria quæ Dei propria 352.c
gloria qua ratione Deo & hominibus tribuatur 37.b quomodo à Cicerone definiatur 37.a item ab Ambroſio ibid.
gloria vana fœtens fumus 370.g
gloria vera ad triplicem finem tendit 578.c
Gloriæ quatuor ſignificata 36.f
gloriæ vocabulum multipliciter accipitur 36.e
Gloriam Dei inter homines propagare, quorum ſit 294.a
Gloriari de dignitate, merito & quãtitate operum, hypocritarum eſt 207.e
Gloriatio carnalis propagationis ex ſemine Abrahæ quibus argumentis refutetur 136.c
gloriatio de Deo quæ vana 585.b
gloriatio in Chriſto quid ſit 141.f
Gradus quibus ad ſummum faſtigiũ peruenitur 414.a
Granum in terram coniectum reſurrectionis ſymbolum 356.c
Gratia eſt nullo modo, quæ non eſt gratuita omnimodo 186.c operans quæ ſit 37.f quæ item cooperans ibid. promiſcuè omnibus offertur 16.c quare ſit conditionalis 477.a quid 154.c
Gratiæ Chriſti effectus in nobis duplex 37.e cœleſtis nemo capax eſt, niſi qui morbũ animi ſui priùs intelligat 250.b
gratiæ & gloriæ Chriſti tempora qũo diſcernenda 542.b promiſsio eſt vniuerſalis 320.g pro quib. reb. ſint agendæ 326.d
gratiæ ſignificatio 42.a
ad Gratiam amiſſam ianua patet per veram pœnitentiam 137.g

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gratiam Dei qui abrogent 185.d
gratiam quibus Paulus opponat 38.a
in Gratia an ſimus impium Papiſta=
rum dogma 364.f
Gratiarum actio polluta damnatur
ut abominabilis coram Deo 385.b
quorum ſit 385.a eius cauſæ ibid.
finis ibid.b
gratiarum actio quæ Deo fit, duplex
385.a ſancta quorum ſit 385.a
quid ſit 385.b
gratiarum actionis cauſa eſt iuſtitia
385.g finis & forma 386.a.c
fructus 386.b
gratiarum actionis materia 385.d
gratiarum actionem ſanctam Dauid
ſacrificium vocat 385.c
in Gratiarum actione oratio & bene=
dictio includitur 382.e quæ ſpe=
ctanda 385.d
Gratias Deo agendi modus legitimus
326.e
Gratitudo quid 385.g
aduerſus Gratuitam iuſtificationem
quã aciẽ Papiſtæ inſtruant 195.c
de Gratuita iuſtificatione quib.ratio=
nib. Papiſtæ veritatem Dei oppu=
gnent 195.e
Gregorij locus 632.d
Gubernatorũ autoritate non ſinamus
nos à veritate Dei abduci 489.c

H

Habere quis dicatur 386.f
non Habẽti tolletur ab eo quod
habet 387.a
Habitationẽ in tabernaculis cur Deus
filijs Iſrael in memoriam reuoca=
re voluerit 448 b
ἁμαρτωλὸς quem peccatorem ſignificet
606 d
Heliæ certamina 49.b factum de=
clarauit ipſum verum Prophetam
fuiſſe 116.e zelus 116 f
Herodes cur viſo Chriſto gauiſus 281.
Herodoti locus 125.a
Heſychij locus 188.b
Hieronymi dictum 222.e
Hieronymi locus 358.d 504.d 595.b
Hilarij locus 188.b
Hiſtoria & doctrina Iohannis in bre
uiſſimam ſententiam includi po=
teſt 3.a
Hiſtoriæ cum typis collatio 76.e
hiſtoriæ ſeries 376.e
Hiſtoricæ enunciationes quando ve=
ræ, & non veræ 1.a
Homo cur ſerpens dicatur 151.a
homo imago copulæ diuinæ & huma=
næ naturæ in vno Chriſto 51.a
homo in ſtatu libertatis quos habeat
conſiliarios 561.b
homo omnis non renatus per Spiritũ
Sanctum, eſt natus ex carne 135.f
qualis ſit ante iuſtificationẽ 224.d
quõ faciat ſibi cor nouum 560.c
Hominis duplex ſtatus 552.e
hominis forma ſymbolum naturæ ho=
minis 354.b oratio & vita, te-
ſtimonia ſunt ſpiritus quo agitur
577.g
hominis prudentis eſt, non vltra fa=
cultates ſumptus facere 95.b
hominem conditum cur Deus in
Paradiſum collocarit 354.d
Hominem & Deum ſolus Chriſtus
coniungere poteſt 144.g
inter Hominem iuſtificantem impiũ,
& Deum qui impiũ iuſtificat, mul
tum intereſt 224.f
hominem iuſtificari & ſaluari ſola
fide, quibus rationibus probetur
183.a 184.c.d
ab Homine Dominus quid requirat
458.f
de Homine extra regenerationis gra=
tiam quid iudicandum 173.d
in Homine quouis ſancto in hac vita
triplex eſt diſſidium 549.f
homines ad res terrenas magis ſunt
intenti, quàm ad cœleſtes 275.b
ante regenerationem in familia
Dei ſunt ἄκαρποι 246.c quales
ſint 12.g
homines cur oues dicantur 619.d.e
homines extra Chriſtum meræ ſunt
tenebræ 13.b
homines libertate voluntatis ſuæ abu
ſi peccarunt 309.c oẽs vitioſi &
corrupti 173.c quo minus ſe à
Deo diligi exiſtimet, quæ obſtacu=
la impediant 338.a quib: impedi
mẽtis impediatur quo minus radi=
os lucis intra ſe recipiant 515.c
Hominũ ingeniũ in muliere Samari=
tãa depingitur 250.a non renato=
rũ ingeniũ 146.b ordo alius eſt pe
reuntiũ, alius ſaluandorũ 232.f.g
peruerſum iudicium 163.c
Hominib. non propter dignitates, titu
los & ordinariã ſucceſſionẽ credẽ=
dum 132.a
Honorare filium vt patrẽ quid 341.a
Honoris fundamẽtum, quem patri &
filio debemus, quid 344.b
Hoſtia pro peccato non eſt alia, quàm
ſola Chriſti 231.c
Humilitas Chriſtiana duplex 269.a
Humilitatis gemma ad crucis pedes
collocata 78.g
Hyperbole vſitata in querelis 166.a
Hypocriſis & ambitio quantum poſ=
ſit in mãcipijs Sathanæ 497.e eſt
cauſa impediens, quõ minus multi
aurem Euangelio præbeant 575.c
intercludit viam hominib. ad lucẽ
Euangelij 513.a mentes & corda
perſtringit 472.d
Hypocriſis quanta ſit malitia 476.a
quõ ſibi ſalutis viam intercludat
612.b ſemper effugia quærit 114.e
hypocriſis proprietates 372.f
hypocriſeos proprium 622.e
Hypocriſin omnem Deus auerſatur
190.d
Hypocritam ad Chriſtum adducere,
nihil difficilius 433.f
Hypocritæ difficiliùs à ſuis erroribus
ad lucem Euangelij reuocantur,
quàm ſceleratiſſimi homines 161.a
non appetunt veram iuſtitiam et
ſanctitatem 477.e paulatim de
vna ſuperſtitione in aliam incur=
runt 100.a quando diſcedant à
Chriſto 516.d
Hypocritarum artificiũ quale 604.b
hypocritarum indoles quæ ſit 566.b
& 568.a ingenium 248.c 374.c
398.b pictura 631.a
inter Hypocritas & verè pios diſcer=
nendum 226.d
cum Hypocritis quõ miniſtri Euange
lij agant 499 a
Hypotheſis in bona conſequentia quæ
falſa 131.f
ὑπόστασις quid apud Græcos dicatur
8.a 180.g & 181.b vſurpatur in
definitione fidei 180.f
Hypoſtaticæ proprietates 32.b

I

Iacob Patriarcha antequã in lucẽ
eſt editus, ſanctus fuit 134.e
Iacobus Apoſt. in quẽ modum de Abra
hamo ſcribat 199.f eius diſputa=
tionis ſcopus 200.e
à Ianua aberrare vel omnino vel ali=
qua ex parte 615.d
Iehoua nomen proprium Dei 651.a
Ieruſalem terreſtris typus Ieruſalem
cœleſtis 113.d
Ieroſolyma Iudææ pars 162 c
Ieroſolymam cur Dominus in feſto
redeat 297 f
Ieſuitæ nouo fuco Papatum pingunt
474.f
Ieſus Chriſtus cur agnus dicatur 58.f
& 59.e
Ieſus cur Meſſias dicatur 264.f
Ieſus Filius Dei & hominis 146 g nõ
ϑοϑεσίᾳ, ſed γνήσει 330.b
Ieſus Mariæ filius, eſt verus Meſſi=
as 118.f
Ieſus quòd baptizarit & non bapti=
zarit, quomodo verum 234.e
Ieſus ꝙ ſit verus & vnicus Meſſias,
qua demonſtratione conuincatur
264.b
Idiomatum communio ſeu communi=
catio quid 32.b
Ignis Dei num in corde tuo ſit, quo=
modo

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

modo ſcias 565.e
Ignis proprietates 55.c.d
de Ignorantia & errore quõ iudicandum 372.d
Imago Dei in homine qd doceat 354.c
Imitatio Chriſti in cruce ſuperſtitioſa & hypocritica, varia eſt 271.c Chriſti in dilectione proximi cernitur 268.f Chriſti in vera humilitate eſt ſita 269.a triplex nobis in Scripturis cõmendatur 267.e
Imitationis Chriſti in cruce dignitas 271.a modus in quibus poſitus ſit 271.c neceſſitas 270.c
imitationis Chriſti ſub cruce vtilitas duplex 270.f
inter Imperata & eos qui imperant diſcernendum 487.e
Impia eſſe ordinationes diuinas 389.e
imperia humana adminiſtrantur legibus & gladio 502.c
Impij prauis affectibus contra rationẽ pugnantib. ſponte cedunt 549.g qua ratione ſint filij diaboli 569.e
Impiorum condemnationis tres cauſæ 345.b
Impiorum conſilia aduerſus Dominũ vana 485.d ex prouidentia Dei diſſipantur 494.c ſæpe electis in bonum cedunt 500.e
Impium cùm Deus iuſtificat, tria facit 224.e
inter Impia quæ reipſa et vſu ſunt, et quæ vſu tãtùm, diſcernendũ 100.e
Imprecationum efficacia 118.b
Indoles terrenæ fæcis 173.b
Indulgẽtiæ Papales vnde natæ 348.c
Infantes Chriſtianorum cur fœderis ſignaculum accipiant 134.a
infantes Chriſtianorum ex gratia capaces ſunt Spiritus Sancti 68.f ſine baptiſmo hinc diſcedentes non adiudicandi æternæ damnationi 133.d ſine baptiſmo morientes non damnari 68.d cur baptizantur, cùm ſine baptiſmo ſint participes fœderis 134.f 181.b
infantes cur ſaluari poſſe anabaptiſtæ negent 579.e
infantes ex gratia ſunt participes fœderis 134.e
Infantium arcana regeneratio quomodo fiat 133.a
infantium baptiſmus cur nõ differendus 135.b
Infantibus dum baptizantur, accedit cumulatior gratia per viſibile ſacramentũ & preces Eccleſiæ 135.a
Infidelium vita peccatum eſt 612.d
Infirmitates hominum in duplici ſunt diſcrimine 237.c
Ingratis Euangelium non annunciandum 281.b
Ingratitudinis pœna quorum nos admoneat 442.e
Ingreſſus duplex 625.e
Ingredi in ſtabulum ouium quis dicatur 614.f
Iniquitatis zelo Pontificij multos ſanctos horrendis ſupplicijs afficiunt 490.d
Innocentia & candor veræ fidei indoles 89.d
Intelligentiæ officium 12.b
Intentione bona qui cultum Dei inſtituit ſine verbo, quadrupliciter peccat 257.b
Inuocatio Dei vnde proficiſcatur 98.c
Iob Abrahæ patri noſtro ſimilis 198.e
Iob obedientiam ergà Deum antepoſuit omnibus rebus mundi ſine hypocriſi 198.c
Iob quomodo fuerit perfectus 198.b
Iohannes à Domino vocatus eſt filius tonitrui 1.b à ſuis diſcipulis præfertur Chriſto 163.b
Iohannes Apoſtolus Epheſi eodem tẽpore fuit, quo etiam Paulus 1.c
Ioannes cur meritò eximatur numero Prophetarum 50.d
Ioannes, Euangelij huius Euangeliſta & Apoſtolus 1.a
Ioãnes hiſtoricum ordinem ſeruat 3.a
Ioannes in vtero matris Chriſtum agnouit 652.e
Ioannéſne Chriſto, an Chriſtus Ioanni præferendus 163.c
Ioannes quam regulam opponat errori & ſtulto zelo diſcipulorum ſuorum 166.d
Ioannes quæ deſcribat 1.b
Ioannes quomodo inter ſe & Chriſtũ diſcernat 167.e
Ioannes vt gratiam ſignificat, ita admonebatur ſui officij 14.f
Ioannis commendatio 365.f confeſſio 167.a Ioannis de Chriſto teſtificatio 38.g eius finis 39.b
Ioannis & Chriſti collatio 39.f diſcrimen 15.f 56.a
Ioannis exemplum omnib. miniſtris Noui Teſtamenti accommodandũ 51.d & imitandum 171.f
Ioannis gaudium à gaudio hominum carnalium diſſimile 171.c
Ioannis natiuitas ab angelo prædicta 652.d
Ioannis officij indicatio 167.c
Ioannis teſtimonij finis 15.d
Ioannis vocatio ſtupendis miraculis confirmata eſt 652.d
Ioanni non vt homini, ſed tanquã legato Dei credendum 14.e
Ioan. Caſſiani locus 26.f
Ioſaphat Regis dictum 494.c
Ioſephi locus 108.b 248.b
Ioſuæ pro Moſe zelus 165
Ira Dei in mente propter peccatũ vnde cognoſcatur 23.f
Ira Dei manens 232.e non manens ibidem
Iræ Dei & hominis diſcrimen 232.c
Iræ Dei magnitudo vnde colligenda 156.a
Iræ Dei ſenſus quarum rerum cogitatione accendatur 556.e.f
Irenæi locus 27.c.e 28.f
Iſrael natus ſecundùm carnem figura Iſraelis veri 113.e
Iſraelitæ omnes qua ratione fratres dicantur 105.f
Iſraelitæ veri qui 89.e vbicunq; terrarum fuerint, exaudiuntur 112.a
Iſraelitarũ verorũ & carnalium diſcrimen 89.b
Iudas auaro animo gloriam propriam ſibi in perpetuam ignominia quærit 460.c
Iudæ proditori ſingulari Dei prouidẽtia nomẽ & cognomẽ inditũ 439.c
Iudam Iſcariothã multi in Eccleſia referunt 439.c
Iudæã cur Dominus reliquerit 233.b
Iudæus lucri gratia baptiſmũ accipiens, reus fit corporis & ſanguinis Chriſti 69.e
Iudæi carnales carnaliter de Meſſia cogitãt 642.g Chriſtũ Ioãni præponũt 165.d cur extremè Chriſtũ perſecuti 472.b cur inexcuſabiles 457.d cur minus ad Dñm perducãtur, cauſa 371.a cur nõ credant 414.c cur non ſint de ouib. Chriſti 644.c cur Samaritanos ſint abominati 239.g iuſtiſſimo Dei iudicio à gratia deciderunt 298.f
Iudæi multi cur nõ credãt Dño 639.c
Iudæi perfidi, baptiſmũ ſumunt lucri gratia 134.d quo cognouerint Chriſtũ, poſtquam exaltatus fuit in cruce 528.b
Iudæorum admiratio, iuſta eſt ipſorũ condẽnatio 457.c aduerſus Chriſtum furor 455.e cæcitas & ignorantia in quo taxanda 405.d cæcitatis cauſa 419.c
Iudæorum contumaciæ cauſa 435.d
Iudæi cur non audiant verba Dei 573.b.f
Iudæorum de Chriſto varia iudicia 454.g & 455.a.b
Iudæorum error de iuſtitia legis, duas habuit cauſas 402.f de templo Ieroſolymitano 123.d
inter Iudæorum & Papiſtarum ceremonias magnũ eſt diſcrimẽ 491.a.c
Iudæorum ignorantiæ cauſa 519.d
Iudæorum iuſta damnatio vnde concludatur 601.f

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Iudæorum paſcha 108.d
Iudæorum perſuaſio 373.e
Iudæorum rabies 648.e quas cauſas habeat 471.e
Iudæorum vanam gloriationem Dñs refutat 568.b
Iudæorum vanitas, cæcitas & impudentia vnde appareat 532.e
Iudæos dilectionem Dei in ſe non habere, vnde conſtet 371.d
inter Iudæos & Samaritanos quæſtio agitabatur, quo in loco Deus ſit adorandus 252.e
Iudaici populi ingratitudo 457.b
Iudaicum populum cur Deo placere Nicodemus putauerit 136.a
Iudex quale iudicium exercebit, ſiue ſit reus ſiue non 499.e
Iudicis ſententia 349.f
Iudicis ſententiæ executio duob. verbis ſignificatur 349.g
in Iudice bono quæ conditiones requirantur 467.d
Iudices cur ab auaricia alieni eſſe debeant 468.a
Iudicandi verbo quid ſignificetur 157.a
Iudicare quid 157.b
Iudicium Dei iuſtum 379.c quid 499.d rectum & ſecundùm veritatem 645.f
Iudicium & miſericordia in omni cruce ſunt cogitanda 283.f
Iudicij fines 340.c
Iudicij futuri in incredulo cauſæ 349.
Iudicij futuri locus 349.c præmonitiones 349.b tempus 349.c
Iudicij praui cauſæ 467.b
Iudicij ſpectatores 349.e
Iudicij varia acceptio 339.e.f
inter Iudicium hominis & Dei diſcernendum 499.c
in Iudicio quid fugiendum ſit 467.a
Iudicia hominum de Chriſto diuerſa 476.b
Iulianus apoſtata victus ab hoſte, obijcit Chriſto Galilæi appellationem 493.c
Iuſtini Martyris locus 31.b
Ius diuinum nõ eſt vnius modi 220.b
Iuſtificamur non noſtra, ſed Chriſti iuſtitia 186.b
Iuſtificandi ſignificatio apud Iacobum 200.d 201.c verbum non eodem modo accipi 200.c
Iuſtificatio quid 145.e
Iuſtificationis Chriſti plenitudo 40.f
Iuſtificationis & regenerationis diſcrimen 145.c gratuitæ finis eſt ſanctificatio noſtri 226.e
Iuſtificationem q̃uo Papiſtæ definiãt 190.c
Iuſtitia aliena quærenda, cùm nõ habeamus propriam 403.b
Iuſtitia apparet in paßione Chriſti 77.c
Iuſtitia bonæ conſcientiæ quid 189.f 203.e
Iuſtitia Chriſti & regeneratio noſtri q̃uo differant 154.d
Iuſtitia Chriſti mediatoris nobis imputata quid 189.f
Iuſtitia Chriſti nobis imputatur 186. perfectißima legis impletio 154.c
Iuſtitiæ diuinæ decretum immotum 154.g
Iuſtitia Dei eſſentialis quæ Oſiandro 188.g eſt cauſa omnium bonorum 189.b.f
Iuſtitia Dei eſt, vt peccatum in homini puniatur 262.g
Iuſtitia eſt tantùm credere 187.f
Iuſtitia eſt via vitæ æternæ 582.f
Iuſtitia Euangelica quæ ſit 612.f
Iuſtitia fide obtinetur, qua legi Dei ſatisfit 153.f
Iuſtitia humana qualis ſit, facile eſt iudicare 570.f
Iuſtitia iræ diuinæ proportionem vindictæ ad offenſam poſtulat 23.e
Iuſtitia perfecta eſt conformitas noſtri cum Deo 347.a
Iuſtitia politica pijs & impijs communis 190.a
Iuſtitia qua coram Deo conſiſtimus, non eſt qualitas in nobis, ſed obedientia Chriſti 191.b
Iuſtitia qua credens iuſtificatur, qualis obedientia 190.f
Iuſtitia qua iuſtificamur coram Deo, non poteſt eſſe eſſentialis Dei iuſtitia 189.c
Iuſtitia qua iuſtificãtur in Chriſtum credentes quæ ſit 189.b
Iuſtitia qua iuſti ſumus coram Deo, eſt obedientia Chriſti 145.f
Iuſtitia via eſt vitæ æternæ 153.e
Iuſtitiæ Chriſtianæ definitio totum fundamentum Papiſtici erroris euertit 190.e
Iuſtitiæ Phariſaicæ & Euangelicæ diſcrimen 612.d
Iuſtitiam fidei & operum non ſimul conſiſtere 183.e
inter Iuſtitiã Dei eſſentialem, iuſtitiam Chriſti nobis imputatã, iuſtitiam bonæ conſcientiæ & iuſtitiam formalem accuratè diſcernendum eſt 189.f
inter Iuſtitiam imputationis & bonæ conſcientiæ diſcernendũ 203.e
Iuſtitiam qua ſumus Deo accepti, fide conſtare 563.c
Iuſtitiam qui operib. tribuũt, vel operib. & fidei ſimul, Chriſtũ honoribus ſpoliant 184.a
Iuſtus coram Deo quis dicatur 204.a
Iuſtus fide non eſt ſub lege 346.f vt homo coram Deo ſit, quæ requirantur 25.g
Iuſtum & iniuſtum quid 555.e
inter Iuſtorum & peccatorum corpora diſcrimina 358.c

L

Labor in Papatu ſalutaris non eſt 591.d
Lactantij dictum 150.e
Languidi ſanatio & grabati geſtatio, opus diuinum 329.d
Lapſis ſuccurrere, res regia eſt 209.c
Latro fide iuſtificatus 188.b
Lazarus q̃uo fuerit filius Abrahæ 45. q̃uo ſit in ſinu patris Abrahæ 45.d
Lazari fœtentis in ſepulchro excitati ſymbolum 105.c
Lex cæremonialis Moſis nos nõ obligat 324.c
Lex credentibus ſolummodo norma vitæ exiſtit 207.f cur pædagogus ad Chriſtũ dicatur 479.e Dei cur obliget ad impoßibile, quod iure debemus 197.b Dei, regula 555.f eſt ſpiritualis 556.c & Euangelium q̃uo differant 479.e facit vt ſitim ſentiamus, Euangelium monſtrat fontem 479.c impellit ad Chriſtum 461.f mortis miniſterium 453.b
Lex Moſis duab. reb. opponitur 42.a quid ibid. g oſtendit peccata, non tollit 42.c peccatum non tollit 350.c poßibilis ex gratia 223.b propriè peccatum accuſat 583.a qualem obedientiã requirat 202.f
Lex quatenus grauis aut leuis dicatur 196.b quatenus in credentes nihil iuris habeat 157.d
Lex quibus grauißima 196.b quib. non grauis 196.b quib. vitã promittat 136.b
Lex q̃uo ſit pædagogus noſter ad Chriſtum 193.a q̃uo ſit paraſceue ad gratiam Euangelij expetendam 250.e
Lex vniuerſa duob. capitib. continetur 556.b
Legis damnatoriæ ſententiæ oẽs homines ſubiacere 154.f
aduerſus Legis damnatoriam ſententiam quod remediũ Dominus monſtret 403.e 409.b
Legis & Euangelij diſcrimen 41.d
inter Legis & Euangelij doctores diſcernendum 276.f
Legis extrema volũtas quæ ſit 193.e impletio duplex 196.d iudiciũ calamitatib. & conſcientiæ teſtimonio cõfirmatur 155.e miniſterium quò pertineat 478.c naturæ cõditiões hominis plane cõtrariæ 556.c
legis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

legis notitia clara & perſpicua eſt 195.e obedientia à Chriſto præſtita iuſti ſumus 189.d obſeruatio ad iuſticiam cur requiratur 194.e opera non mereri remiſsionem peccatorum 42.b
ex Legis operib. an quiſquam regni cœlorum capax fieri poſsit 135.e
Legis particularia facta nõ ſunt legis Dei impletio 202.f pfecta obediẽtia cur exigatur 195.b perfectionem habet, qui credit in Chriſtũ 186.c proprium 520.d rigor in quibus conſiſtat 207.e
à Legis rigore credentes liberati 207.f
legis ſententia 154.e
legis vocabulum in genere quõ accipiatur 650.a
legis vſus 227.c
Legem Dei nemo præter Chriſtum perfectè impleuit 204.c neminẽ implere poſſe, quæ teſtentur 154.f
legem & Euangelium Papiſtæ confundunt 225 c
per Legem in diſputatione Paulina quid ſignificetur 185.c
legem perfectè à nemine præſtari poſſe 403.c
legem quòd nemo præſtare poſsit, argumenta ad quot capita reuocentur 136.d
iuxta Legem totus mũdus eſt reus coram Deo 228.b
ſub Lege accuſante non eſt, qui credit 137.c
ex Lege qui iuſtificari volunt, gratiã Dei abrogant 185.d
Libertas carnalis & ſpiritualis opponitur ſeruituti carnis & Spiritus 529.f
libertas Chriſtiana duplex 537.f
libertas perſonæ 537 g
libertas vera vbi non ſit 538.c
libertas voluntatis diſcreta eſt à libertate perſonæ 551.c
Libertatis Chriſtianæ fines 549.e ſpiritualis cauſæ 538.b comites 538.e gradus 538.f & 539.g modus 538.d
Libertinorum furor execrãdus 546.b
Libertas qualis in non renatis 534.b
Liberum arbitrium dum Lutherus conuellit, quos oppugnet 554.d
liberum arbitrium in renatis quid 562.d
inter Liberum arbitrium renatorum in hac vita, & ſanctorũ in beata immortalitate tria ſunt diſcrimina 563.e
liberum arbitrium quale ſit in renatis 562.c quid 554.b (rit 554.c
liberũ arbitriũ quõ Eraſmus accepe-
de Libero arbitrio qd̃ iudicãdũ 554.b
liberum non ſemper eodem modo accipitur 554.c
inter Licita & illicita diſcrimẽ 242.f
Ligatio & ſolutio, clauſionis & apertionis vocibus ſignificantur 504.e
ligare peccatores cur miniſtri Euangelij dicantur 503.b
Ligatio reatum & deſtinationem ad pœnam notat 503.a
Ligatio ſolutioni, & clauſio apertioni aduerſatur 503.a
Lingua quõ Pater & Filius honoretur 341.d
Lirani locus 335.c
Locus quò ſanctior, eò grauiùs peccat qui ipſum profanat 112.c
Locutiones figuratæ coniunctæ cũ puris ſententijs cur gratiores 623.e
locutiones quæ ex hypotheſi eorum ad quos oratio dirigitur, ſint accipiendæ 374.a
Λόγος cauſa ſubſiſtentiæ 10.e cur æternus 7.d cur Filius Dei vocetur 4.b eſt perſona verè ſubſiſtens 4.d non perſonam humanam aſſumpſit, ſed humanam naturã in vnionem perſonalem 122.b patri ὁμοούσιος 4.a poſt aſſumptam humanam naturã manet Deus creator & conſeruator omnium 17.f
Ludouicus Viues clarè & piè Iudæorũ vanitatem refellit 1.c. prædictionum & hiſtoriæ Chriſti conuenietiam breuiter monſtrat 264.e
Ludouici Viuis locus 1.c ſimilitudo 357.g
Lumen vt Chriſtus eſt, ita mundus tenebræ 15.d
Lupina amicitia 631.b
Lupus ad colliſionem lapidum fugit 632.a
lupus cruoris appetentiſsimus 631.c
Lupi natura 631.c,d
Luporum quoddam genus in India quale Ariſtoteles eſſe ſcribat 630.f
Luſtralis aquæ Papiſtarum vſus 100. c
Lutherus veritatẽ ferè tenebris Pontificijs oppreſſam, in lucem reuocauit 473.b
Lutheri miſsio qualis fuerit 459.f
Lux Chriſti quæ ſit 592.b Meſsiæ typus 512.b quid 159.d.e
lux remanẽs poſt lapſum quænam ſit 11.d
Lucis & tenebræ ſignificata per tropos quinq; modis variant 159.e
lucis & tenebrarum vocabulorum vſus latè in Scripturis patet 159.d
lucis filij qui appellentur 592.f
lucis illuminantis & illuminatæ diſcrimen 16.b
Lucem Chriſti qui recipiant 593.b
extra Lucem, qui eſt Chriſtus, nihil eſt præter tenebras 516.f

M

Magiſtratus ciuilis & Eccleſiaſticus in quo fine conuenire debeant 46.f
Magiſtratus pars Eccleſiæ 117.e
magiſtratus popularis officium 547.d
inter Magiſtratus politici munus & officium Chriſti miniſtrorumq; eius diſcernendum 501.e
Magiſtratus officium 46.e
Magiſtratui ciuili quatenus liceat miniſterium verbi armis tueri 117.d
magiſtratui populari an liceat tueri ſubditos aduerſus ſupremum magiſtratum, volẽtem veram religionem abolere, vel falſam obtrudere 488.e
magiſtratui ſimpliciter obediẽtia debetur 242.f
inter Magiſtratum politicum & doctorem Eccleſiæ in quo conueniat 502.d (bantur 129.a
Magiſtri apud Iudæos literati dice-
Magorum incantatio 383.f
Mahometiſtarum delirium 437.b
Maieſtas Dei pro ipſo Deo ponitur 37.b
Maieſtas honoris & reuerentiæ filia
Maieſtatis definitio 34.f (34.f
maieſtatis diuinæ fundamentum 35.b terminus ibid.c
Maieſtatem quõ intelligant Auguſtinus & Cyprianus 35.a.b
Malum duob. modis mitigatur 301.c
Mali idem fons in omnib. filijs hominum 148.c magnitudo in quib. cernatur 23.c omnis & prauitatis fons in hominib. qui ſit 535.e
Manaſſes quando à diabolo fuiſſe dicatur 574.a quando à Deo eſſe cœperit ibid.
Manaſsis oratio cur exaudita 606.f
mandatum quõ Paulus interpretetur 195.f
Manducandi carnem & bibendi ſanguinem Dñi modus duplex 425.c
Manducare panẽ vitæ, & credere in Filium Dei, vnum idemq; ſignificant 422.a (411.e
manducare panem viuificum quid ſit
Manducatio ſacramentalis cõiuncta cum ſpirituali, plurimum habet vtilitatis 431.f ſpiritualis neceſſaria, carnalis verò inutilis 431.d carnalis & ſpiritualis diſcrimen 429.e
Manducationis carnis modus 397.a
Manere in Chriſto qs dicatur 428.b
Manna cibus ſpiritualis cur à Paulo dicatur 406.c (408.a
manna eſca ſpiritualis 407.e

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mãna ſacramẽtũ panis cœleſtis 406.b
manna, veri panis vmbra 396.e
mãnæ & panis veri differẽtiæ 409.c
mannæ & veri cibi quo anima paſci-
tur comparatio 407.d
Manus impoſitio cuius rei ſymbolum
507.c
Marcionitæ Chriſti corpus ſpectrum
impiè nugabantur 35.f
Mariæ matris Dñi exemplum omni-
bus pijs imitandum 96.c
Martyr cùm patitur, nõ ſibi patitur,
ſed cuilibet 548.b
Martyres fœliciores ſunt in ſuis tor-
mentis quàm potentiſſimi Monar
chæ in ſuis delicijs 548.f
Matris apud filium interceſſio cõmen
dat nobis charitatem erga proxi-
mos 98.b
Medea amorẽ Iaſonis præfert patriæ,
parẽtib. & librorum ſaluti 535.a
Mediator cur debuit eſſe vna perſona
28.d.e cur Deus eſſe debuerit 23.c
& 24. cur item homo 27.a.b
Mediator Deus & homo cur ſit vna
perſona 28.a
mediator noſter Hebraicè Meſſias,
Græcè Chriſtus, Latinè vnctus di
citur 85.d (eſſet 26.e
mediator ſi Deus nõ eſſet, ſaluator nõ
Mediatoris beneficiũ vniuerſale 15.e
beneficia vanitatib. huius mundi
opponẽda 531.d cõditio quæ & qua-
lis eſſe debeat 263.e iuſtitia qualis
eſſe debeat 25.e ſanctitas 25.e
Medijs ordinarijs vtendum eſt, quan
do haberi poſſunt 239.d
medijs quid tribuendum 594.g
Melchiſedech iuſtitiæ & pacis Rex
dicitur 72.f
Membrorum coniunctio per eundem
Chriſti ſpiritũ in vno eodẽq; cor-
pore, cuius affectus ſit cauſa 96.e
membrorũ omnium eiuſdem corporis
συμπάθεια 274
Menandri ſententia 327.a
Mendacium proprium diaboli 571.d
Mens opinionib. erroneis perſuaſa nõ
facilè cedit veritati Dei 565.d
mẽs purgatur vera Dei notitia 256.c
mens trahitur Spiritu Sancto per
verbum 420.a
Mentis illuminatio à patre luminum
petenda 174.a
ad Mentis puritatem quæ requiran-
mentis vanitas 12.c (tur 256.d
Mente creditur ad notitiam, corde ve
rò ad iuſtitiam 124.d quando pa
ter & filius honoretur 341.b quõ
Chriſtum ſequamur 516.c
Menſium ſingulorum feſtum, neome
nia 109.b (632.c
Mercenarius cur fugiat veniẽte lupo
Mercenarium quem Gregorius vocet
Merces filiorum quæ 213.b (632.d
merces num licitè peti poſſit à pijs pa-
ſtoribus 630.a
merces ſeruorum quæ 213.b
Mercedis vocabulo cur Scriptura v-
tatur 213.c vox dupliciter in Scri-
pturis accipitur 213.a (38.a
Merito cur gratiam Paulus opponat
Merita & opera humana à iuſtifica-
tionis cauſis excluduntur 186.e
Meſſias donum ab Iſaia dicitur 244.b
Meſſias ob quã cauſam principaliter
ſit miſſus 520.d
Meſſias quòd ſit verus Deus, vnde pa
teat 146.a & 146.b
Meſſias quib. nominib. in veteri Te-
ſtamẽto ſignificabatur 261.e quib.
item in nouo 262.a.b
Meſſiæ beneficia latè toti terrarũ or-
bi patent 514.e
Meſſiæ beneficia et propria quæ 264.
Meſſiæ cognitio, eſt vita æterna 260.
de Meſſiæ diuina natura quæ demon
ſtratio obſeruanda 146.b
Meſſiæ nominis ratio 261.a
Meſſiæ propriũ officium 583.g 643.d
Meſſiæ titulum multi ſibi vendica-
runt 372.b
Meſſiæ vera nota 572.f
Meſſiam inuenire quid 85.b
Meſſiam Samaritani definiunt 279.f
in Meſſia quæ requirantur 145.f.
Meſſis in Iudæa qñ completa 296.b
meſſis tempus poſt Chriſtum eſt exhi
bitum 276.b
μεταμέλεια cõuerſionẽ præcedit 479.g
μεταμέλεια & μετάνοια differũt 347.f
Μετεμψύχωσις Scribarum 607.d
Miniſterium Euangelij inſtrumentũ
ſummi paſtoris, quo oues in ouile
aggregantur 635.d
inter Miniſterij & miniſtrantis finẽ
diſcernendum eſt 460.a
ad Miniſterium in Eccleſia Dei aſpi-
rantib. quæ conſideranda 143.a
Miniſtri an poſſint in vllis reb. domi
norũ ſuorum imperata detrectare
487.d (imitẽtur 363.f
miniſtri Chriſti ſui magiſtri exẽplũ
miniſtri Dei quod exemplum ſibi ob
oculos ponant 462.f
miniſtri Euangelij quatenus audien-
di & non 176.b.c (rãt 370.f
miniſtri nõ ſuam, ſed Dei gloriam q̃-
miniſtri quinam quod ore docent, ope
re deſtruant 115.d
miniſtri qui nõ apti miniſterio 444.g
miniſtri quõ Chriſtum in vocatione
imitentur 270.a
miniſtri verbi cur habeãtur pronubi
& nuptiarum conciliatores 94.c
quale gaudiũ ratione officij ſui in
hac vita expetant 170.g
miniſtri uerbi quorum admoneantur
275.e
Miniſtrorum eſt Chriſtum imitari
285.d
miniſtrorum & miniſterij diſcrimen
234.f
miniſtrorum Euangelij officiũ 407.c
496.c
miniſtrorum Euangelij varij audito-
res 123.e
miniſtrorum malorum miniſterium
vtrum efficax ſit nec ne 234.e
miniſtrorum verbi armatura 117.g
officium 285.f 377.a
miniſtrorũ vocationis dignitas 269.e
in Miniſtris requiritur miſſio per le-
gitimam vocationem 14.c
miniſtris Euangelij quænam ſit vera
caſtigandi ratio conceſſa 117.g
in Miniſtris Euangelij quæ ad perſua
dendum plurimum faciant 279.a
miniſtris verbi an arma ſumere lice-
at ad defendendum externam di-
ſciplinam 117.a
de Miniſtris Euangelij quõ ſit ſentiẽ-
dum 164.a
Minora magnorum figuræ & demõ-
ſtrationes ſunt 150.e
Miraculum aliti populi in deſerto q̃d
doceat 406.d
Miraculum hoc cur Ioannes tractare
voluerit 375.f
miraculum quid 102.f
Miraculi Chriſti modus 242.a
miraculi editi finis 102.b
miraculi magnitudo 292.b
Miracula Chriſti contumacibus ce-
dunt in damnationem 290.a exce
dunt vires omnium creaturarum
103.f ſunt veſtigia quædam diui-
nitatis & potentiæ Chriſti 289.e
ſupernaturalia 104.a
miracula à Chriſto edita ſunt patris
& filij opera 368.c
miracula eam doctrinam confirmãt,
quam is adfert, qui edit miracula
651.c (da 601.d
Miracula & doctrina cur coniungen
miracula fidei faciendæ ſeruiũt 272.f
miracula non ſemper eodem modo Do
minus edidit 593.f
miracula ſunt euidentes demonſtra-
tiones de Chriſto, quòd vere ſit fi-
lius Dei 651.b ſunt opera diuina,
ſuperantia facultatem creaturarũ
129.f (da 290.b
miracula vera quõ à falſis diſcernen-
Miraculorum à Chriſti editorum mo
dus obſeruandus 103.e.f
miraculorũ Chriſti allegoricæ ſignifi-
cationes 104.f
miraculorum Chriſti cauſæ 643.f

miraculo-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

miraculorum Chriſti definitio 368.d
miraculorum Chriſti duplex ſcopus 102. c.d
miraculorum Chriſti & ſanctorum diſcrimen 103.f
miraculorum Chriſti finis 644.a
miraculorum Chriſti finis duplex 289.e
miraculorum Chriſti finis proprius 281.f vltimus 289.g
miraculorum Chriſti forma 643.g
miraculorũ Chriſti ſymbolica ſignificatio quadruplex 104.a
miraculorum Chriſti vſus 639.b
miraculorum duo fines ſubordinati 321.c
miraculorum genera duo 103.b.d
miraculorum occaſio duplex 287. c.f
miraculorum omnium Chriſti idem finis 294.f
in Miraculorum ſymbolicis ſignificationibus eruendis cautio adhibenda 104.f
in Miraculis Chriſti ſymbola beneficiorum ſpiritualium cogitanda ſunt 388.c
in Miraculis omnibus diuinis quæ cogitanda 596.e
Miraculis quando credendum 370.c
Miraculis verbi veritas confirmatur 124.d
inter Miracula Chriſti et præſtigias diabolorum diſcrimen 643.f
ex Miraculis certitudo concluditur 129.f
Miraculosè quæ fiunt, excedunt communem naturæ legem 101.f
Miſeriæ humanæ origo 589.b
miſeriæ modi varij 589.b
Miſericordia Dei immẽſa in quo conſpiciatur 156.b
miſericordiæ in Chriſto promiſsio eſt obiectum in omnib. promiſsionib. & exercitijs fidei 180.d
Miſſa Papiſtica coram Deo horrenda eſt abominatio 491.g
Miſſæ vſus ſacrilega profanatio eſt cœnæ Dominicæ 492.a
Miſsâ Papiſticâ nihil abominabilius in mundo 271.d
Miſſarum nundinatione profanatur cœna Domini 115.f
Miſsio mediata quorum ſit 176.b
miſsio immediata interdum fit ſola inſpiratione abſq; externo ſigno 459.e
miſsio immediata quando ſolenniter fiat 459. d huius miſsionis finis ibidem e
miſsio ingentem amorem Patris & Filij erga nos teſtatur 344.a
Miſsionem filij quomodo Auguſtinus interpretetur 343.f
Miſſus à Deo quis dicatur 459.c
Monachi cur Euangelij curſum impedire conentur 160.f
monachi iuuentutem aſtutè à lectione librorum ſacrorũ auocant 530. g
Monachorum ingenium 372.f
Moralia ceremonialibus præferenda 464.a
Morbus animæ duplex 283.b.c
Morbi cùm animi tum corporis agnitio ad Chriſtum vrget 283.c
Mors æterna quæ ſit 582.c
mors æterna, excluſio à fruitione vultus Dei 358.f
mors animæ quæ ſit 284.f
mors carnis vltimus hoſtis 543.b
mors Domini Ieſu Chriſti quid 152.f
mors impiorum, vera mors eſt 541.f
mors iuſtorum vmbra ſolùm mortis eſt 541.f
mors piorum placida 542.a
mors prima 284.e item ſecunda ibidem f
Mortis primæ vſus 542.e
mortis cauſa in homine moriente quæ ſit: item accidentalis 158.f.g
mortis Chriſti analyſis 153.a
mortis Chriſti definitio 634.f
mortis Chriſti myſterium intelligere, homini ſalutare 152.d
contra Mortis horrorem remedium 646.d
mortis potentia 24.b
Morti & reſurrectioni Chriſti regeneratio noſtri tribuitur vt merito & efficaciæ 140.b
Morte æterna nihil triſtius 646.a
in Morte Domini ſumma Chriſtianorum ſapientia incluſa 152. e
à Morte prima cur non per Chriſtũ liberemur, ut à morte ſecunda 541. c.d
Mortuorum ſuſcitatio & eorundem viuificatio, duplex 339.a
Mortificatio & viuificatio partes ſunt ſanctificationis 351.f
mortificatio & viuificatio regenerationis noſtri partes 22.c
mortificatio fit per contritionem 138 f
mortificatio regenerationis noſtri eſt inchoatio 140.c
Moſaicæ ceremoniæ in Chriſto dupliciter conſiderantur 545.a
Moſes per aquam ſalutem conſequitur 246.e
moſes quo Deum à facie ad faciem viderit 44.b
Moſis & Chriſti conſenſus 374.f
moſis & Chriſti diſcrimen 407.a
moſis miniſterium temporariũ 433.c
moſis politia & ſacrificia legis fuerunt conciones de venturo Chriſto 407.b
Moſi cur fides neceſſariò ſit adhibenda 374.e
inter Moſen & Chriſtum comparatio cur inſtituatur 41.f
Motus & cupiditates prauas eleganter Paulus membra vocat 141.c
Mulier Samaritana cur referat genus ſuum ad patriarcham Iacob 248.a
Mulieri Samaritanæ cur Chriſtus turpitudinẽ ob oculos ponat 250.c
Multitudinis de Chriſto variæ diſceptationes 468.e
multitudinis exẽplo decipi, nihil vſitatius 174.g
multitudinis promiſcuæ de Chriſto & eius doctrina varia iudicia 484.c
Munda ab immundis quare in lege diſcreta 384.b
Mundus communis patria 281.a
mundus totus Deo obnoxius 229.c
mundus ſemper ſibi ſimilis 485.d
Mundi ingratitudo 18.b
mundi nomine quid intelligendũ 63.e
mundi peruerſi mores hominis nõ renati conſiliarius domeſticus 353.f
mundi potius quàm hominum vocabulo cur Iohannes vſus ſit 64.c
mundi ſapientia in rebus ſalutis qualis 524 e
Mutationes ſubitæ aliquid damni afferunt 48.c
in Myſterij propoſiti declaratione quàm apta methodo Dominus procedat 144.c
in Myſterio diuinitatis ſobriè & circumſpectè verſandum 5.e

N

NAaman quomodo à lepra mundatus 150.c 246.e
Nathanael vnde Chriſti diuinitatẽ colligat 89.d
Nathanaelis & Chriſti colloquium 89.d
Natiuitas ſpiritualis in credentibus quomodo fiat 22.a
Natura diuina Chriſti quatenus ſe carni vniuit, dicitur ſolùm humiliata 483.d
natura humana cur deificata dicatur 28.d
natura ſine naturalibus differentijs ſubſiſtere non poteſt 335.a
contra Naturam aliquid poſſe fieri tripliciter 103.c
inter Naturas Chriſti & perſonam Chriſti diſcernendum 483.a
Naturas diuinã & humanã in Chriſto non eſſe permixtas 361. f

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Nauis ſubitus in portũ appulſus, cuius rei ſymbolum 394.b
Nazianzeni locus 187.f
Nazianzeni ſententia 5.f
Nazianzeni verſus de arca Noe 494.b
Neceßitatibus alij aliorum cur affici debeant 97.e
Neceßitatibus pauperum ſuccurrere, piorum eſt 380.d
Neophytis non eſſe nimium credendum 125.b
neophytos cur Paulus noluerit eligi in Epiſcopos 125.b
Neſtorius Domini dictum torquet ad tollendam vnitatem perſonæ in Chriſto 122.a
Neſtorij error 122.b
Nicenum concilium ex verbo Dei collectum 258.c tanquam vocem Dei amplectendum 165.a
Nicodemus apertè taxat ſuorum collegarum peruerſum iudicium 490.c carnaliter accepit, quod Chriſtus ſpiritualiter intelligit 131.g cuius ſectæ fuerit 126.e
Nicodemus cur non interdiu ad Chriſtum venerit 127.f 128.
Nicodemus diſcentib. imitãdus 142.c
Nicodemus in quo ſit culpãdus 142.c
Nicodemus miraculis Chriſti motus, cupit ſe rectiùs à Chriſto inſtitui 127.c
Nicodemus multos ſocios habet in eccleſiæ Dei detrimentum 142.e
Nicodemus non colludit cum Chriſti aduerſarijs 128.e
Nicodemus qua demonſtratione nitatur 130.c
Nicodemus quantũ in Chriſti ſchola profecerit, qui fructus teſtentur 127.d
Nicodemus quib. opinionibus fuerit impletus 477.f
Nicodemus quomodo ſibi Chriſti beneuolentiam conciliare ſit conatus 128.g
Nicodemi cõſilium quale fuerit 127.b
Nicodemi cultus quid differat à pſeudonicodemorum cultibus 492.a.b
Nicodemi exemplum multi in Papatu falsò ſuæ prætexunt ſimulationi 492.g nobis diſcendi ſtudium quouis tempore commendet 127.f
Nicodemi munus publicum 127.e
nicodemi nominis interpretatio 126.d
in Nicodemo quid imitandum 490.e
inter Nicodemum & noſtri temporis ſimulatores multum eſt diſcriminis 492.e
inter Nicodemum & pſeudonicodemos plurimũ eſt diſcriminis 491.a
Niſan mẽſis Martio noſtro reſpondet 108.e
in Nomen Chriſti credere quid 66.f
Nomen Dei ſanctificare & blaſphemare, opponuntur 649.d
nomen Dei ſanctificare quis dicatur 669.d
in Nomen vnigeniti filij Dei credere quid ſit 159.a
Nonni locus 300.a 526.a 571.d 596.d
Nonni paraphraſis ab omnibus doctis laudatur 571.d
Notitia cum firma fiducia cordis coniuncta, lux ſalutaris exiſtit 591.f
notitia Dei vera ſemper coniunctam habet fidem & obedientiam 585.e
notitia & fiducia Chriſti, ſalutaris fidei ſubſtantia 417.d
Notitiæ Chriſti duplex principium 371.b
notitiæ & obedientiæ legis diſcrimen 195.e
notitiæ mentis fiducia cordis reſpondeat 13.f
Noua ſuſpecta Eccleſiæ gubernatoribus eſſe debent 45.a
noua vita eſt finis iuſtificatiõis 217.g
Nouarum rerum admiratio cum curioſitate, communis morbus 397.f
Nouitas per ſe ſuſpecta eſſe debet 188.f
Nouitatis eius quæ à regenitis requiritur duæ ſunt partes 141.a
Nouum Teſtamentum conſtat duab. reb. 408.d quid 409.b
Nuptiæ, Dei ordinatio 92.a
nuptiæ in Cana Galileæ quando factæ 91.c
Nuptiarum Chriſti ſponſi & Eccleſiæ ſponſæ circunſtantiæ 168.d
Nuptias nihil à ſcortatione differre, Tatianus impurißimo ore euomuit 92.b
nuptias ſecundas à ſcortatione parum differre Papiſtarum arbitriũ 95.a
Nyſſenus vnde Chriſtianiſmi definitionem deſumpſerit 267.f

O

OBedientia certißimum gratuitæ iuſtificationis indicium 204.e
obedientia Chriſti duplex 189.d in morte eſt nobis purgatio peccati & ſatisfactio pro peccatis 346.c
obedientia crucis purgamur à peccatis 189.d
obedientia cur notitiæ non reſpondeat 195.f cur præmium promittatur 210.a
obedientia erga Deum hominum obedientiæ anteponenda 474.a iuſtitia bonæ conſcientiæ dicitur 346.e obedientiæ hominis præferenda 487.g quid 338.d
obedientia ex fide præſtita habet ſuã remunerationis promißionẽ 203.a
obedientia impia Doeg damnanda 547.c
obedientia in quibus conſiſtat 141.f
obedientia in vita & morte vnde naſcatur 338.c
obedientia noua eſt iuſtitia bonæ conſcientiæ 204.d nunquam poteſt à conuerſione abeſſe 480.b quo abſoluatur 150.b
obedientia piorum cur ſacrificiũ dicatur 266.e & 267.a
obedientia quid 256.e
obedientia ſecundæ tabulæ proficiſcitur ex timore Dei 208.e
obedientia, Spiritus Chriſti eſt teſtimonium 209.f
Obedientiæ Chriſti & hominum diſcrimen 214.e.f 529.b
obedientiæ Chriſti merito credentes à peccatis purgantur 529.a
obediẽtiæ Deo præſtãdæ modus 338.d
obedientiæ externæ laruam Deus pro iuſtitia non habet 190.d
obedientiæ gemma à dextris eſt 178.f
obedientiæ nouæ neceßitas 149.g
de Obedientia magiſtratui præſtanda quæ regula tenenda 547.b
Obligatio ad impoßibile duplex 197.a
obligatio iuſta ad impoßibile quæ ſit 197.a
obligatio tyrãnica ad impoßibile quæ ſit 197.b
Oblationis Chriſti fructus 75.d
oblationis fructus percipientes quid viciſſim debeant 75.e
Obſequium veritati non præferendũ 285.b
Obſtetrices Ægyptiæ infantes occidere recuſant 488.c
Oculorũ in cælum leuatio, ſymbolum veræ inuocationis 644.a
Oeconomiarum conſeruatio Angelis Dei curæ eſt 312.d
Offendiculis obuiare eſt omnium piorum 218.e
Officium debitum duplex 220.e
officium & finis ſemper ſunt coniungenda 285.f
Omnis particula non eodem modo ſemper ſumitur 211.b
Opinio concepta quantum poßit 167.b
Opinio errabunda non meretur fidei nomen 175.d
Opinionum veteranarum vis 472.a
Operari cibum permanentem in vitã æternam, quid ſit 403.g
Opus nullum lege Dei comprehenſum eſt opus ſupererogationis 218.f
opus omne imaginem ſui opificis refert 6.d

ad

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ad Operis boni perfectam actionem tria requiruntur 221.a
Operis totius autoritas vnde colligatur 1.a
Opera bona ex fide iuſtificante manant, & eam neceſſariò conſequūtur 215.b
opera ex fide præſtita habent promiſsionem remunerationis obedientiæ 217.b
opera bona quàm ſint neceſſaria 142.b
opera bona Spiritus Chriſti in ſanctis operatur 404.d
opera bona teſtantur de Spiritu Sancto 142.c
opera Chriſti cum typis & vaticiniis per omnia congruunt 512.e
opera Chriſti propter quæ venit in mundum quæ ſint 590.f
opera cultus ex quibus dependeant 554.e
opera Dei propria non cadunt ſub vllam legem 323.e
opera Dei quæ dicantur 322.f
opera fidei non fucatæ indicia 360.a
opera immediatè facientia ad gloriam Dei, ſunt duplicia 323.f
opera in Deo facta quæ dicantur 161.c
opera miſericordiæ ceremoniis præferenda 464.b
opera ordinaria 324.b ſeruilia ibid.
opera quæ per accidens bona fiāt 161.e
opera ſeruilia ſunt duplicia 324.a
opera ſupererogationis duplicia faciūt Papiſtæ 219 b
opera viuæ fiduciæ certiſsima indicia 201.c
operum bonitas ex ſola fide proficiſcitur 208.b
operum diſcrimen 544.e
inter Operum obedientiam in Veteri Teſtamento & cæremonias, magnum eſt diſcrimen 242.d
Operum quod genus præcipuè à nobis Deus requirat 360.f
operum teſtimonium potiſsimùm extrema vitæ clauſula continetur 208.b
Operibus charitatis nequaquam ſabbatum violari 464.e
operibus legis vllum iuſtificari negat Apoſtolus 185.g
operibus quib. Deus delectetur 360.c
ſecundùm Opera quid ſignificet 206.c
ex Operibus quòd fides Abrahæ perfecta fuerit quid apud Iacobum 201.f
Oratio ardētior ſeceſſum amat 496.b
oratio fruſtra inſtituitur ſine Chriſti interceſsione 114.c
Ordinationes diuinæ in hoc mundo crucem comitem habent 96.a
Origenis locus 188.a 504.b
Originis vitioſæ & peruerſæ indolis fructus 173.c
Oſiander quomodo opinionem Sophiſticam muniat 189.a
Oſiandri argutiis quæ rationes opponendæ 190.a de feſto Iudæorum ratio 295.f & 296.b de iuſtitia Chriſtiana diſputatio 188.f
Oſtium eſt Chriſtus ipſe, ſeu doctrina de Chriſto 617.b
per Oſtiū intrare quis dicatur 614.f
Ouis animal natura ſtupidum et ſtultum 619.e
oues Chriſti qui ſint 645.a
oues nonaginta quæ non perierant, Hilarius non dubitat interpretari Angelos bonos, qui non ſunt lapſi 619.f
Ouiū Chriſti ſecuritatis cauſa 646.e
Ouib. Chriſti paſcendis quis idoneus 172.b
inter Oues ſeductas & perſeuerantes diſcrimen 624.g
in Ouile ouium per oſtium quis intret 617.b

P

PActum Dei cū Abrahamo in quo conſiſtat 580.d
Pacti diuini verba quæ contineant 580.c
Pacto cur Dominus ſignum adiecerit 580.f
Panis vitæ cur dicatur 423.d
Panes quando Dominus attingat & frangat 386.d
Papa hoſtis Chriſti 112.f
Papa ſibi orbem terrarum tanquam Dei Apoſtolus ſubiecit 240.e
Papa vanitatis potius quàm vnitatis patronus 112.f
in Papatu meræ tenebræ regnant 142.f quæ idololatrico vſui dicata erant, in pium vſum ſunt transferenda 100.d
Papiſtæ ex effectu cauſam facientes, perperam faciunt 202.e
Papiſtæ offerentes corpus & ſanguinem Chriſti in Miſſa, Spiritū Sanctum mendacii arguunt 69.c
Papiſtæ Iudaicorum ſacerdotum diſcipuli 115.b
Papiſtæ quomodo iuſtificandi verbū accipiant 200.c
Papiſtæ ſanctorum hominum exemplis fœdè & indignè abutuntur 205.b
Papiſtarum anathematiſmus 602.b commentum vaniſsimum 185.a conſecratio 383.f cultus idololatricus 128.e
Papiſtarum & magorum incātationes execrandæ 594.c
Papiſtarum fulmen piis minimè timendum 602.a
à Papiſtarum fulminibus non metuamus nobis 489.f
Papiſtarum gloriatio vana 602.a impius cantus 99.a limbus 62.b ſupſtitio à Chryſoſtomo refutata 66.a. vanitas de diſcrimine præceptorum & conſiliorum vnde appareat 219.g
Papiſtici erroris fundamentum eſt opinio partim politica, partim Phariſaica 190.b
Parabolis vulgus hominum magis ducitur, quàm acutis rationibus flectitur 105.a
Parcarum tabulæ 63.d
Parcarū tabulis quæ opponenda 155.c
Parmeniani error 234.e (180.e
παῤῥησία qualem fiduciam ſignificet
Paſcha cur dicatur 108.b dicitur Chriſtus ipſe 110.a
Paſcha monumentum eſt veteris ex Aegypto effugii 108.b
Paſcha, Phaſe ſeu Peſach quid propriè 107.f
Paſcha ſpirituale piorum 110.c
Paſchatis voce duplex tranſitus ſignificatur 107.g
Paſsio Domini noſtri cur ſacrificium propitiatorium dicatur 72.b quid 152. validiſsimum argumentum de remiſsione peccatorum 64.f
paſsionis Chriſti definitio 71.a.d
paſsionis Chriſti practica meditatio 79.a
paſsionis Domini meditatio triplex eſt 75.f
paſsionis hiſtorica meditatio in quib. occupetur 76.a
paſsionis quinq; actus ſeu mēbra 76.b
paſsionis ſpiritualis meditatio 78.a hæc in cruce eleganter pingitur. ibidem d
Paſtor bonus an non mercedem ſpectet 632.d debet forma gregis eſſe in doctrina, in vita, in cruce 619.a
paſtor malus meritò fur dicitur 615.c
paſtor ſummus quō oues ſuas aduerſus luporum inſidias armet 632.c
Paſtoris boni cura 618.e (626.a
paſtoris boni & mercenarii diſcrimē
paſtoris bonitas vnde reluceat 627.f
paſtoris Chriſti & aliorum bonorum paſtorum diſcrimen 628.c.d
inter Paſtorem bonum & mercenarium diſcrimen quæ appellationes monſtrent 629.d cauſæ huius diſcriminis ibid.e
in Paſtore bono quæ Chriſtus requirat 629.e
Paſtore malo nulla peſtis hominibus capitalior 615 b
inter Paſtoris Chriſti & aliorum pa-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſtorum mortem diſcrimen 634.e
paſtoris ſummum erga oues beneficiũ 645.d
Pater cur dicatur nõ iudicaturus eſſe 340.g cur filium diligat 637.a
pater & filius ſunt ὁμοούσιοι & coæquales 157.c
Pater, Filius & Spiritus Sanctus nõ tres dij, ſed vnus Deus eſt 6.c 7.b
Pater, Filius & Spiritus Sanctus ſimul exiſtunt, & eiuſdem numero ſunt naturæ 8.f verus & perfectus Deus 6.a
Pater nunquam fuit ſine filio, nec filius ſine patre 7.d
Pater principiũ & origo Filij & Spiritus Sancti 7.d
Pater quibus filium obſignet 401.a.b
pater quos filio det 415.a quos non det ibid.b
Pater quomodo det filio oues 646 f quomodo filium obſignet 401.a.b quomodo ſaluet 274.c
Patris de Filio efficaciſſimum teſtimonium 369.b teſtimonium duplex 521.d
patris dilectio qua nos in filio complectitur; quid in nobis pariat 337.c
ex Patris erga filium dilectione quã doctrinam & conſolationem hauriamus 177.d.e
Patris & Filij vna actio 591.a coæternitas vnde concludatur 330.c eadem natura 9.c operatio inſeparabilis 333.a vna eademq; operatio 332.e
Patris & Filij vna poteſtas 646.f voluntas 338.g 414.d
patris viſio multiplex 369.d
patris voluntas in filio expreſſa 522.f
patris teſtimonium internum de filio 521.e teſtimonij externi partes 521.d
Patri nihil coniunctius quàm Filius 421.e
Patrem audire, et à patre diſcere quid ſit 421.d
Patrem eſſe in Chriſto quid 651.f
Patrem Filio iudicium dediſſe, quomodo intelligendum 340.b
Patrem trahere ad Filium quid ſit 42.a
à Patre ad Filiũ qui trahatur 419.d
à Patre qui trahatur 436.b
Patres cur aduerſus Sabelliũ vſi ſint vocabulo perſonæ in Trinitatis myſterio 8.a
Patres qua viſione Deum viderint 44.f
Patrum dicta ſunt in triplici diſcrimine 221.f
in Patrum lectione quæ regula obſeruanda 221.f
Patientiæ gemma à ſiniſtris eſt 78.f
Paulus capturus capitur 487.a
Paulus & Iohannes Apoſtolus in fundamento & ſumma rerũ nuſquã diſceptant 1.c
Paulus fatetur ſe ex miſericordia per Chriſtum ſaluatum 213.d
Paulus gloriatur in eo quòd propriã iuſtitiam contemnat 187.f
Paulus γνῶσιν & αἴσθησιν requirit 3.a
Paulus ſola iuſtitia fidei nititur, non ſuis meritis 187.b
Pauli confeſſio 222.g
cum Pauli confeſſione congruit omnium ſanctorum experientia 223.b
Pauli conſolatio 223.a
Pauli & Iacobi ſcopus diuerſus 201.a
cum Pauli exemplo congruunt omnia ſanctorum exempla 186.e
Pauli querela 223.a
Paupertas nos ad fontem diuitiarum adducere debet 321.b
peccandi conſuetudo neceſſitatem peccandi parit 434.c diuturna vtplurimũ ἀναλγησίαν inducit 534.b
peccandi propoſitum vbi manet, vaſtatur conſcientia, & fides planè eſt mortua 150.a
Peccatrix iram Dei ſentiens confugit ad Chriſtum propitiatorem 193.b
Peccatricis mulieris exemplum nobis imitandum 500.d
Peccatum cauſa omnium calamitatũ 283.e
peccatum cuinam non imputetur 539.d
peccatum etiam habent ſanctiſſimi quiq; 532.f
peccatum in Spiritum Sanctum cur dicatur irremiſſibile 231.c.d nõ eſt tranſgreſſio legis moralis 230.c quid ſit 230.d vbi locum habeat 412 e
peccatum non remittitur, vbi manet propoſitum peccandi 150.a
peccatum noſtrũ Chriſto imputatur 186.d
peccatum originis per mortem deponendum 542.e
peccatum quid 10.e 503.e
peccatum remiſſum, & denuo iteratum maiores pœnas meretur 327.c
Peccati agnitio ad fidem compellit 217.f
peccati conditio 546.d
ſub Peccati dominio qui teneantur 533.d
peccati grauitas 23.d
peccati in Spiritum Sanctum definitio 231.e
peccati regnum quódnam ſit 553.c
peccati ſerui qui ſint 537.e
Peccato cur gratiam Paulus opponat 38.a
Peccatum facere quid ſit 533.a.b
inter Peccatũ domitum et dominans diſcernendum 539.c
Peccata cõuertentium ſe, in obliuionẽ apud Deum veniunt 361.a
inter Peccatorum affectus & externas actiones diſcernendum 534.b
Peccatorum remiſſionem Dominus per obedientiam crucis omnibus in ſe credentibus meruit 153.d
ſine Peccatorum remiſſione nemo capax eſt regni cœlorum 153.d
peccatorum vulnera à ſolo Deo ſanantur 301.b
Peccatoris vocabulum latè ſe extendit 532.f
inter Peccatorem habentem peccatum & facientem diſcernendum 532.e
Peccatores maximi citiùs conuertuntur ad Chriſtum quàm hypocritæ 413.f
peccatores quomodo Deus exaudiat, & non exaudiat 606.d
peccatores ſine caſtigatione viuere, furoris Domini iudicium 149.a
inter Peccatores quod diſcrimẽ tenendum 607.a
cum Peccatoribus quomodo agendum 250.b
Pelagianorum error 195.d
Pentecoſte vnde dicta 109.c
Πεποίθησις qualem fiduciam ſignificet 180.d
Perditionis hominis cauſa nõ ad Deũ referenda, ſed ad ipſum hominem 574.g
Periculis grauioribus cur ſuos Dominus exerceat 392.d
in Periculis quomodo nos geramus 393.f
Perſona apud Latinos quid 8.a
perſona loco dignitatem conciliat potius quàm locus perſonæ 89.a
Perſonæ cur ὁμοούσιοι dicantur 259.c
perſonæ denominatio tribus fit modis 32.d
perſonæ tres coæquales 258.c communicant perfectè & ſubſiſtunt in vna eademq; eſſentia diuina 259.b cur in diuinitate ponantur 8.b vocabulo Trinitatis ad Athanaſio ſignificantur 258.a
perſonæ ſingulæ ſunt vnus & idem æternus Deus 257.f
Perſonarum Euangelium annunciantium dignitas non ſpectanda, ſed doctrinæ cœleſtis excellẽtia 277.d
Perſonalis in Chriſto vnio 361.g

perſonalis

perſonalis vnitatis conditio 29.e
Petentibus Dominus vtilia largitur 292.d
in Petitionibus rerum ad hanc vitã ſpectantium q̃uo orandum 99.c
Petra cur tribuatur Chriſto 59.b
Petrus Ananiam mentientẽ ſola voce occidit 116.f
Petri confeßio 436.f
Petri confeßionis fundamẽtum 437.e
Petri confeßionẽ Papa ſanguine ſanctorum abolere conatur 437.c
Petri ſocrus febricitans Chriſti ſola voce ſanitati reſtituta 103.d
in Petro cuiuſmodi affectum Dominus requirat 274.a
Pharaonem & Nabugodonoſor quomodo Auguſtinus inter ſe confe rat 560.d
Phariſæus publicanũ cõtemnit 160.d
Phariſæo ſuperbo rectißimam vitæ viam Dominus monſtrat 194.f
Phariſæi à Galilæis multum differunt 281.f
Phariſæi de fato rectiùs docent quã Saducæi & Eſſæi 53.b
Phariſæi Moſis & Prophetarum interpretes haberi volunt 53.a
Phariſæi plerique rabie quadam diabolica & ſuperbia aduerſus Chriſtum ferebantur 128.a
Phariſæi quid commune cum Iudæis habuerint 126.e
Phariſæi quibus ſupra modum tumuerint 158.e
Phariſæi vnde dicantur 52.b
Phariſæorum & Chriſti diſcrimen 625.f
phariſæorum ignorantiæ cauſa 522.c
phariſæorum & diſcipulorum Chriſti diſcrimen 530.b
phariſæorum purgatio in quib. conſiſtat 210.f
phariſæorum ſecta qualis fuerit 52.b
phariſæorum vana gloriatio 604.c vanitas qua demonſtratione à Domino refellatur 614.d
Phariſæis ſimiles ſunt Monachi noſtri temporis 159.c
Phariſæos accuſantes diſcipulos Domini vellentes ſegetes in die ſabbati quomodo Dominus refutet 464.b
phariſæos quos appellemus hodie 53.a
Phariſaica ſecta præcipua inter Iudæos 126.e
phariſaica vanitas quid 603.f
Phariſaicæ cæcitatis exempla in Papatu 143.e
phariſaicæ ſectæ ordines ſeptẽ 52.d.e.f
Philippus Melanthon optimè de Eccleſia Chriſti meritus 227.d eius de iuſtificatione ſententia 227.e
Philippi ſupputatio de templi ædificatione, verißima 123.c
Philippum cur Dominus interroget 379.f
Phinees cur iuſtificatus 202.b eius factum quale 202.e facti remuneratio 202.g eius zelus ad vindicãdum gloriam Dei vnde 202.d
Phocyllidis verſus 180.a
Phœnix reſurrectionis ſymbolũ 356.b
Photini error 615.f
Pij cur oues dicantur 620.a.b
pij vnius corporis in Chriſto Ieſu mẽbra exiſtunt 96.c
Piorum affectus erga eccleſiam matrem 621.a
piorum in Eccleſia concordia 621.d
piorum vocibus improborum conſilia impediri 494.c
Piſcina κολυμβήθρα 299.f eius quinque porticus 300.a
piſcina vnde nomen acceperit 299.g
πιστεύειν quid proprijßimè ſignificet 180.a
Plaga & culpa ſimul ad pœnitentiam inuitant 149.a
Plato à vero mali fonte aberrat 535.d
Platonis locus 535.d
Plenitudinis Chriſti gradus 40.e.f
Plinius Deo impoßibilitatem tribuit 284.e
πληροφορία quid 181.b
Pœna nulla in hoc mundo ſufficit ad culpam delendam 148.f
pœnæ magnitudo & diuturnitas vnde intelligatur 232.c
pœnitentia Chriſtiana quid 149.d
pœnitẽtia continua eſt iuſtorũ 348.a hanc Paulus ſanctificationem vocat ibid.
pœnitentia cuiuſuis hominis in quib. cernatur 209.c
pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non cõmittere 509.f
pœnitentia initialis 347.f
pœnitentia interdum accipitur pro diſplicentia facti 479.f
pœnitentia non meretur propitiationẽ 209.b
pœnitentia publica duplex eſt 348.a
pœnitentia quid 149.c 480.a 558.c
pœnitentiæ tres partes 149.e 480.b 509.d
pœnitentiæ tres partes cur Philippus faciat 558.f
inter Pœnitentiæ partes accuratè diſcernendum 209.e 217.e (347.f
pœnitentiæ vocabulum latè ſumitur
ad Pœnitentiam publicã veteres neminem niſi ſemel tantum admiſerunt 509.f
pœnitentiam prædicare, proprium Euangelij eſt 15.a
inter Pœnitentiam priuatam & publicam diſcernendum 511.a
pœnitentiâ publicâ in eccleſiam receptis cur pœna impoſita 510.a
pœnitentes Deus miſericordia recipit, impœnitentes damnationis iudicio reſeruat 149.a
Pontificis Romani pictura 630.f
Pontificij regni notæ tres 576.d.e
Populi captiui liberatio typus futuræ liberationis per Chriſtum 51.b
Populi Iudaici aduerſus plagam remedium 150.b culpa 147.f inconſtantia & ingratitudo 148.b pœna 148.e pœnitentia 148.g
Porcorum eſus cur prohibitus 384.b
Porticus Salomonis 642.d
Poſteriora Dei videre quid 44.b
Potentiæ diuinæ Chriſti nec temporis vlla vis nec morbi magnitudo obſtat 293.d
Prauitatis hominum cauſam quam Pyndarus faciat 535.d
Præceptoris fidelis & boni officium
Prædeſtinatio quid 415.e (165.c
Prædeſtinationem nullam aliã Scriptura nouit, quàm eam quæ à Paulo commendatur 64.b
Prædicare baptiſmum pœnitentiæ in remißionem peccatorum quid ſit 465.c
Prædium donatum Ioſepho à patre Iacob, gentium figura 237.a
Precandum ſine hæſitatione 291.c
in Precatione gratiarum actio continetur 382.e
Preces pro alijs ex fide factas Dominus exaudit 291.f
Precum efficacia 118.b
in Precibus non deſinendum, priuſquam reſponſum Spiritus acceperimus 291.c noſtris non diffidendum 99.d
Princeps huius aeris hominis non renati cõſiliarius domeſticus 554.a
Principi aeris oppoſitus eſt Chriſtus Ieſus 562.a
Principum authoritati & ordinariæ poteſtati opponendum eſt mandatum Dei 489.e
in Principibus non cõfidendum 124.g
Principij ſignificatio 7.e
Probaticæ piſcinæ vſus 299.e
Proæreſis & executionis diſcrimen
προαίρεσις quid 551.f 622.f (562
Prodigiorum genera duo 103.b
Promißio Abrahæ facta ad Chriſtianos omnes pertinet, & ipſorũ infantes 133.f
promißio Chriſti vniuerſalis 179.c Dei cur conditionalis 582.a duplex eſt 207.b facta Adamo cur

ỽniuerſalis 574.d nulla extra Chriſtum habetur firma 208.b ſemper habet annexam conditionē fidei 531.b
Promißionis filij qui 581.c ſemē quid 581.c verbū fidei regula 480.d
Promißionē diuinā perfidè torquent Papiſtæ 207.b vitæ in Chriſto eſſe conditionatam 370.c
in Promißiōe Chiſti quæ ſint ſpectāda 345.b vniuerſali quæ perpendenda 207.e.f
Promißiones legis ratæ ſunt fidelib. 447.a (205.d
Promißionum diuinarum teſtimonia
in Promißionibus Dei quæ regula tenenda 458.f diuinis non tam noſtra indignitas quàm Dei veritas ſpectanda 93.d
Propheta vulgò quis appelletur 50.d
Prophetā nullum Iudæi admiſerūt, niſi probaret ſe verbū Domini adferre 129.c (ruerint 120.b
Prophetæ cur diuinis miraculis cla-
Prophetæ munus quodnam ſit 264.f
in Prophetarum & Apoſtolorū ſcriptis cur enunciationes dogmaticæ vim demonſtrationum habeāt 1.a
Prophetarū & Apoſtolorū ſummus cōſenſus 276.c verbum quando fructum adferat 25.b
Prophetiæ veteres cum hiſtoria Domini conferendæ 118.d
Prophetiarum finis 252.a
Propitiatio cur pœnitētib. promittatur 208.d duplex eſt 208.e
Propitiatorium typus Chriſti 255.e
Proprietates perſonales perſonas diſtinguunt, & proprias actiones ſingulis attribuunt 157.c
Proprietates qui confundit, ſimul naturas confundit 335.a
Proprietatum diuerſarū ab vna eademq́ue cauſa pendentiū conſequentia 145.c (militudinis 8.a
πρὸς præpoſitio diſtinctionis eſt & ſi-
Proximi cur alter alterius dicamur 97.c (342.b
Pſalmi propter quos fines decantandi
Puerorum dignitas ex quo commendetur 311.a (tur 310.f
Pueros quando amore Deus proſequa
Purgatio vera quæ ſit 210.b
Purgatione legali non contenti multò plures adiecerunt 100.b
Purificare ſeipſum quis dicatur 533.b
Puritas in quib. rebus conſiſtat 93.b
Pyræum Perſicum ab Abda Epiſcopo deſtructū 100.f eius factū inſecuta eſt perſecutio Chriſtianorū ib.

Q

Quæſtiones quæ dißimulandæ 398.a
à Qualitatibus & actionib. cur ſæpè Scriptura concludat 131.d
Quies Dei creantis mundum, figura quietis Chriſti 331.c
Quieuiſſe cur dicatur Deus & ceſſaſſe ab omni opere ſuo 330.f

R

Rab, Rabbi & Rabboni vocum ſignificatio 84.c
Raab meretrix cur iuſtificata 202.b
aduerſus Rabiem hoſtiū Chriſti quō nos conſolemur 605.e
Ratio cæca in rebus ſpiritualib. 67.a humana in rebus diuinis cæcutit 247.g 586.f
Rationis duplex error 555.c
Rationi quæ ſubiecta ſunt, demōſtrationib. indigent 104.c
Reatus hominis non credentis multiplex 229.d
Redemptio duplex eſt 209.d perpetuam præſentiā mediatoris in Ecleſia requirit 26.a quæ fit per Chriſtū, rationis acie non percipitur 104.e quid ſit 265.c
Redemptionis & Saluationis beneficium alijs præferendum 385.f
redemptionis noſtri modus 540.e
in Redemptionis noſtri modo inenarrabilis Dei miſericordia conſpicitur 77.b
Refutationis validißima via eſt, ex aduerſarij dictis abſurditatem inferre 131.f
Regeneratio in hac vita incipit, perficienda in vita æterna 137.e noſtri quō baptiſmo tribuatur 140.c quō Euāgelij miniſtris tribuatur 140.f quō fidei tribuatur 140.d quō probanda 142.a Trinitati tribuitur 139.g quid 145.g
Regenerationis cauſa eſt Spiritus Sanctus 481.c effectus quot Paulus enumeret 141.e effectus ſunt omnis generis virtutes 141.g fructus 141.a neceßitas vnde monſtretur 135.c noſtri cauſæ diſtinguendæ 139.b effectus poſteriores magis in oculos incurrunt 141.e ſpiritualis qui teſtimonium habeāt 137.e
in Regenerationis homine requiritur aqua ſpiritualis 246.d (tingit 125.d
ſine Regeneratione nemini ſalus con-
Regeniti ad bene recteq́ue faciendum quib. cauſis moueantur 536.b & nouæ creaturæ in Chriſto teſtimonium 142.b
Regnum Chriſti à forma regnorum mundi diſtinctum 643.a non tollit diſcrimina ordinū & ſtatuū in mundo 283.a opponitur regno mortis & tenebrarum 353.f
regnum diaboli quid 576.b
regnum pontificium non eſſe Chriſti Eccleſiam 576.d
inter Regni Chriſti & imperiorum mundi diſcernendum 390.b 502.b
Regni Chriſti gloria 482.c hominū pietati alligata 91.f milites 303.b
regni Cœlorum particeps qui fieri cupit, Chriſto inſerendus eſt 144.f
regni ſathanæ milites 305.c
in Regno Chriſti non habetur ratio prærogatiuæ carnis 440.e
à Regno Chriſti nulla hominum conditio aut vocationum differentia quenquam excludit 282.e
inter Regem Chriſtum & mundi reges diſcrimen 646.a
Reges & iudices cur Dij in Scripturis dicantur 499.d (626.f
reges paſtores in Scripturis dicuntur
Regum conuerſionem quæ teſtentur 209.c poteſtas à Deo eſt 650.c
Regulus qua in re Abrahæ exēplum ſit imitatus 292.f vnde in ſui cognitionem venerit 283.d
Reguli fides duas proprietates ſalutaris fidei habet 292.d qualis 284.c
Regula infallibilis iudicandi de omnibus & ſingulis hominibus abſque omni exceptione 192.b
regula quæ nota eſſe debeat omnibus 131.c
in Religionis myſterijs carnis oculi claudendi 142.d
Remißio peccatorum & dilectio à fide pendent 212.c
Remißionis peccatorum teſtimonium 216.e
Remißionem peccatorum quis ſitiat 478.d
Renaſcentia pendet à fide iuſtificationis 131.b
Renaſcentiæ ſymbolum eſt aqua baptiſmi 132.e
renaſcentia opus eſt ad conſequēdum Dei regnum 131.a
Renaſci quō dicamur 132.e
Renatus cur peccatum facere non dicatur 534.d (tia 207.e
Renati nō ſunt ſub lege, ſed ſub gra-
non Renati num ſerui ſint peccati neceßitate an voluntate 533.e
Reproborum natura 583.c
Repugnantia duplex eſt 415.c quæ cauſa reiectionis populi Iudaici 415.d quæ curabilis 415.c quæ inſanabilis 415.d (164.c.e
Res cōtrouerſa ad quos deferri debeat
in Rei cuiuslibet vna eademq́ue eſſentia, eſt vnitas & trinitas 258.g
Res magnæ conſilio Dei perficiuntur 486.e
Rerum duo principia 200.f
Rerumpublicarum gubernatores cur

Dij

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Dij vocentur 650.b
Rerum tradendarum ratio rectiſsima
488.f
Reſurrectio noſtri vnde pẽdeat 353.g
Reſurrectionis articulum quibus ra=
tionibus Paulus fulciat 355.f
reſurrectionis demõſtratio firma vn
de ſumatur 354.f
reſurrectionis fidẽ ſanctorum ſuffra=
gia comprobant 357.c
reſurrectionis futuræ demonſtratio=
nes 417.a teſtimonia 355.c pa=
tres ante Moſen quot argumenta
habuerint 354.a.b
reſurrectionis noſtræ vis & certitu=
do in quo ſit 27.e
reſurrectionis ſymbola in nouo Teſta
mento 356.g
reſurrectionis præmonitiones in Ve=
teri Teſtamento 356.d
Reſurrectionem futuram quæ ſigna
in natura expreſſa adũbrent 356.b
Reum coram Deo & hominib. pera=
gi differant 199.b
in Reos animaduertere non crudeli=
tas, ſed miſericordia potius dicẽda
eſt 498.a
Ritus Moſaici vmbra fuerunt veri=
tatis 542.d
Ritus vtiles à maiorib. docendi & di-
ſciplinæ gratia inſtituti, non con=
temnendi 641.c
in Ritibus impijs ſeruanda eſt Chriſti
regula 242.a
Roma Chriſtum in ſuis membris per=
ſequitur 654.f

S

Sabbatiſmus perpetuus electis pro
miſſus 331.d
Sabbatum neceſsitati hominum cedit
464.f (453.f
Sabbato cur ſe ſubiecerit Chriſtus
Sabbatum profanare quid 329.c ſan=
ctificare quid ſit 329. 464.g &
465.a typus conſummationis
mundi 109.b
Sabellius ex vnitate naturæ nõ mul=
tiplicatæ, perſonæ vnitatẽ falſò
colligit 9.d Patrẽ & Filiũ vnã &
eandem perſonã falſiſsimè docuit
521.b perſonas malè cõfundit 615.f
Sabellij error 647.c
Sacerdotium Chriſti ἀπαράβατον 72.e
Sacerdos offerens eſt filius Dei æter=
nus 72.d
Sacerdotis Chriſti oblatio 73.a
Sacerdotes cur iure culpandi 115.a
inter Sacramentũ & rẽ ipſam ſacra=
menti ſeu ſignũ accuratè eſt diſcer
nendum 133.c
Sacramenta cæremoniæ Eccleſiæ pro=
priæ 94.f gratiæ ſigna 465.b
omnia in vltimo & principali fi=
ne conueniunt 465.d per fidem
efficacia 94.g per malos admini=
ſtrata, fieri irrita, Donatiſtarũ er
ror 117.e promiſsionũ ſignacula
140.d (deat 234.d
Sacramentorum dignitas vnde pen=
SacramẽtisChriſtus obſignatur 265.c
de Sacramẽtis Eccleſiæ quõ iudicandũ
595.e quæ doctrina tenenda 465.b
Sacrificiũ figura futuræ expiationis
59.a iuge quolibet die celebrandũ
108.f quódnam ſit Deo longè ſua=
uiſsimum 175.e
Sacrificij Chriſtianorũ definitio 266.
Sacrificia Iudæorũ à Papiſtarũ Sacri=
ficijs quid differãt 491.e cur Dñs
apud Prophetas abominetur 544.f
Sacrificia tantũ ſigna purgationis pec
catorũ 301.b veteris legis Chri=
ſtũ adumbrabãt 110.b vetera mor
tis Chriſti typus 147.e
ob Sacrificiorũ dignitatẽ an quiſquam
regni cœlorũ capax fieri poſsit 135.e
Sacrificiorũ Iudaicorũ finis bonus &
laudabilis 491.f merita quib. argu
mẽtis refutẽtur 136.c Moſaicorum
infirmitas 301.a (da 59.e
in Sacrificijs veterib. duo ſunt ſpectan
inter Sacrificia Leuitica & Chriſti
ſacrificium diſcrimen 424.a
Saducæorum negantium reſurrectio=
nem confutatio 357.d
Salomon & templum Ieroſolymitanũ
cuius rei typus 111.f
Salomonis oratio cuius rei typus 112.a
Saluandi genus humanũ per paſsionẽ
Dñi ratio cur maximè conueniens
fuerit 76.f
Saluare & iudicare oppoſita 157.b
ſaluare quid ſit 157.b
Saluationis noſtræ cauſa 155.d opus
totius eſt Trinitatis 155.d 274.e
in Saluationis opere quæ cauſæ cõcur=
rant 77.f
Saluatoris bonitas quãta 318.c (280.c
Saluatoris gratia ad oẽs ſe extendit
Saluatorem humani generis oportet
eſſe Deum & hominem 263.f
Salus cuiuſq; pendet ex propria fide
529.d
ſalus noſtra vnde pendeat 480.f
ſalus per Chriſtum oblata, donum di=
citur 245.c
ſalus promiſſa pendet ex meritò Chri
ſti & conditione fidei 505.c re=
quirit conditionem fidei 63.f
ſalus vnde pendeat 365.e
in Salutis negotio nihil poſſumus 350.
à Salutis ſpe nullum ſexum Dominus
excludit 238.d
Salutis ſcientiã Zacharias aliter quã
Papiſtæ definit 203.c
Salutem noſtram quanto cum deſide=
rio Chriſtus ſitierit 273.e
per Salutẽ quid intelligendum 254.b
Samariæ ſitus 236.c (da 273.a
in Samaritanorũ exemplo duo imitã=
Samaritanorũ fides quõ ſit cõfirmata
279.b vniuerſa ciuitas vnius mu=
lierculæ teſtimonio cõuerſa 298.f
in Samaritanis duo imitatione digna
278.a
Samaritis tria de Meſsia intellexit
260.a tria ſuis propoſuit 277.b
Samaritidẽ & Samaritanos quõ imi=
temur 277.c
in Samaritide quæ imitanda 260.a
Sanatiões corporales quõ petẽdæ 321.a
quõ item ſpirituales 320.f
Sanctificatio duplex 25.f opponitur
peccato 25.e quid 141.b 351.f
Sanctificatiõis Chriſti plenitudo 41.a
Sanctus & purus coram Deo qui ha=
beatur 169.d omnis quotidie opus
habet remiſsione peccatorum 169.c
Sancti duplex in ſe argumentũ dile=
ctionis Dei habẽt 371.c vnde di=
cãtur operari nõ quod volunt, ſed
quod oderunt 533.a
Sanctorum animæ omnib. ætatib. vir
tute victimæ Chriſti ſeruatæ ſunt
62.e (ueniat 548.a
ex Sanctorũ martyrio quid boni pro=
in Sanctis conſtans voluntas & pro=
æreſis rectè faciendi 539.e
Sanguis Chriſti obſignatio eſt noui
fœderis 408.g
ex Sanguinib. nati cur minimè digni
ſint gloriæ filiorum Dei 20.e
Sapientia diuina quid 156.e (24.f
ſapientia quõ à Zacharia definiatur
Sapientiã cõferre Propheticũ munus
eſt 265.b dare & eſſe ſapientiã dif
ferũt 25.a vnde iudex hauriat 476.
Sapientibus huius mũdi idem accidit
quod bufonibus 515.d
Sapientiſsimi quiq; extra Chriſtũ me
ræ ſunt tenebræ 12.e
Sathan qualib. armis vtatur aduer=
ſus Chriſti Eccleſiã 485.f tenebra
rum princeps 160.a
Sathanæ defectio 570.b poteſtas, re=
gnum tenebrarum dicitur 366.f
Sationis tẽpus fuit tempus legis vſq;
ad Chriſtum. 276.c
Satisfactionis Chriſti plenitudo 40.e.
Saul quare à Deo reijciatur 139.d
Saulis ſerui nolunt extẽdere manus
in ſacerdotes Dñi 488.c 547.c
Scala Iacob, Chriſtus 145.a
Scandalo quæ opponenda 434.a
Schiſmata vnde naſcantur 163.d
Scripturæ abuſus 66.b
Scholaſtici quõ de libertate arbitrij lo
quantur 562.g (clauis 515.d
Scientiæ & poteſtatis vna & eadem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Scientiæ ſalutari conſequendæ quid
maximè obſtet 470.e
Scire quid in Philoſophia, item Theo-
logia 279.d.e
Scortatio opus diaboli 92.a
Scribæ & Phariſæi externo facto cō-
fuſionem cordis ſui produnt 500.b
ſemper ſui ſimiles 497.e
Scribarū & Phariſæorū malitia quō
ceſſerit mulieri peccatrici in maxi
mæ fœlicitatis occaſionem 500.e
Scribendi occaſio permultū facit ad
intellectū & ordinis & rerū quæ
tractantur 1.a
in Scriptis Sacris quatuor initio enar
rationis vtiliter explicantur 1.a
Scriptura à qualitatib. perſonarū tan
quā à principijs cognitionis & ve-
riſsimis ſignis concludit 131.c
Scriptura nō poteſt ſibi contraria eſſe.
412.c (156.d
Scriptura vniuerſa ad quæ pertineat
Scripturæ dicta quò extēdenda 239.f
Scripturæ Propheticæ & Apoſtolicæ
certitudo 353.d (litas 191.c
ſcripturæ ſcrutatio 370.a totius vti-
Semen promiſſum reſurrectionis fu-
turæ argumentum 354.d
Seminis rationem habet verbum Dei
in regeneratione noſtri 139.c
ex Senſu reprobo quæ proficiſcantur
649.c (monium 432.a
Sententiæ de re Sacramentaria teſti-
Seraphim cur dicantur Angeli 306.f
cur ſtare dicantur 306.g cur ve-
lent faciem ſuam duab. alis ibid.
cur volent duab. alis 307.a cur
tegant pedes ſuos ibid.
Sermo Chriſti κυβερνητὴς μῦθος 530.d
Sermonem Domini ad aliquē factum
eſſe quid Hebraico idiotiſmo ſigni-
ficet 650.
Serpens æneus cur à Moſe ſit ſuſpen
ſerpens imago diaboli 151.g (ſus 151.c
Serpentis ænei erectio crucis Chriſti
figura 74.c ſignificatio conſide-
randa 150.e
Serpētes cur Dominus diſcipulos ſuos
imitari iubeat 152.a in quibus i-
mitari debeamus 152.a.b.c
Seruitus carnalis quid 532.c
Seruus cur non maneat in domo 536.f
Signaculum non eſt cauſa gratiæ, ſed
ſolummodò obſignat eam 581.a
Signare quid 400.f
Signum Ionæ 287.f quale Dominus
promittat Iudæis 121.c
ſignum quid Auguſtino 289.f
Signi externi quæ ſit ratio 134.a
ſignum quærere quid 287.d
Signa de ira Dei teſtantia ſunt dupli-
cia 557.b
ſigna externa cur Chriſtus ordinarit
in Eccleſia 595.e
ſigna minantia cùm apparent, Deus
nos de duab. reb. admonet 557.c
ſigna oblata non ſuſcipientes vehe-
menter peccant 288.c
ſigna ſacramentalia cùm ſanctifican
tur, rerum quarum ſigna ſunt, no-
mina accipiunt 301.f cur ſancti-
ficari dicantur 302.c Eccleſiæ nō
ſunt vacua 316.a
Signorum Chriſti finis ſubordinatus
duplex 289.e
ſignorum genera duo 103.b
ſignorum in Chriſto cauſa 288.e
ſignorum ſacramentalium virtus ex
verbo pendet 302.b
ſignorum ſemper quoad finem eadem
ratio 595.d
ſignorum vis vnde ſit 595.c
Signis ſacramentalib. cur nomina re-
rum tribuantur 302.e.f
in Signis tria ſpectanda 287.c
Siloa fons ad radices mōtis Zion 595.b
Simon Phariſæus faſcinatus ſua hy-
pocriſi Euangeliū contemnit 160.f
Simoni cur Chriſtus Petri appellati-
onem tribuat 86.f
Simulare facto eſt verbo mētiri 491.c
in Sinu eſſe quid ſit 45.c
Sitis ſpiritualis quorum ſit 477.d
Siti ſpirituali qui laborent 478.a
Socrates quam regulam magiſtratui
Athenienſi obiecerit 222.b
Sola particula æquipollentibus voci-
bus exprimitur 184.e
Solis illuminatio variat iuxta obie-
ctorum diſcrimina 513.b
Soluere peccatores cur miniſtri Euan
gelij dicantur 503.d
Solutio cur neceſſaria 503.e
ſolutio & apertio regni cœlorū idem
reipſa pollent 502.f & ligatio
quæ fit per miniſtrum Euangelij,
eſt conditionalis 504.c
ſolutio quid ſignificet 503.c
Solutiōis internus teſtis eſt Spiritus
Sanctus 503.g
Somno nihil morti ſimilius 356.c
Sophiſtæ Pariſienſes à veritate &
luce Euangelij abhorrent 128.a
Sophiſtarum artificium 430.b
ſophiſtarum & hoſtium veræ doctri
næ ingenium 425.d
Spes vnde concipiatur aduerſus om-
nia aduerſantia 338.a
Spiritus Dei ſibijpſi non contrarius
195.c
Spiritus Sanctus apparens in baptiſ-
mo Chriſti, ſignificat Chriſtum
pacificatorem eſſe 81.e
Spiritus Sāctus cur dicatur aqua 247.
a.b 481.b
Spiritus Sanctus diſtincta perſona à
Patre & Filio 482.d
Spiritus Sanctus efficax eſt in prædi
catione Euangelij 459.a eſt fons
omnium piarum actionum in ho-
minibus 561.b in animis fideliū
quas analogas operationes habeat
481.d.e hæreditatis cœleſtis ar-
rha 544.c
Spiritus Sanctus in fide iuſtificatis
tria facit 41.a
Spiritus Sanctus nondum erat, quo-
modo accipiendum 482.e
Spiritus Sanctus quando aperiat ani-
marum paſtori ouile 617.e
Spiritus quid 304.e
Spiritus Sanctus quomodo animum
ſanctificet 132.e quō hominē rege
neret 138.f quō ſaluet 274.d ver
bi Dei vis & anima eſt 140.a a-
ctio in renatis duplex eſt 22.b
Spiritus Διάνοια principia ſuæ ratio-
cinationis & conſultationis habet
oracula diuina 561.e
Spiritus Sācti diuinitas vnde demon
ſtretur 146.a efficaciā in anima
hominis quomodo Bernhardus di-
ſcernat ab Angeli officio 312.b
Spiritus & carnis irreconciliabile bel
lum 536.e pugna 287.a
Spiritus fructus qui Paulo 142.a
ſine Spiritus Sancti gratia quales ſi-
mus 246.a
Spiritus Sancti motus in credenti-
bus, eſt teſtimonium regeneratio-
nis ſpiritualis 137.d
Spiritui Sancto repugnare quid 436.c
Spiritu Dei quando homines agantur
Spiritu Dei qui agantur 141.c (543.e
ex Spiritu natus eſt omnis, qui verè
credit 136.f (eſt 136.e
ex Spiritu quod natum eſt, ſpiritus
in Spiritualium rerum intelligentiā
quomodo homines ducantur 138.d
Sponſa Chriſti cur nigra & formoſa
à Salomone dicatur 94.a.b
Sponſi amicorum gaudium in cœleſti-
bus nuptijs implebitur 170.f
Stabulum ouium quid 614.e
Staphili error 485.e
coram Statuis cur corpora noſtra non
curuemus 492.c
contra Stoica deliramenta de præde-
ſtinatione quomodo animos no-
ſtros muniamus 64.b
Supererogare quis dicatur 461.f
è Supernis venire quid ſit 172.e quid
complectatur ibid.f
in Superſtitioſo vſu qui corrigi ne-
quit, Ezechiæ exemplum imitan-
dum 100.f
Sychar ciuitas olim Sichē dicta 236.e
Συμπάθεια quō à Clemente Alexandri
no definiatur 96.f

Syno-

Synodorum & conciliorum in eccleſiâ
  vſus 164.f
Syracidæ de amico dictum 152.a

T

TAbernaculorum feſtum quando
  & quandiu celebrari ſolitum
  109.f 448.a
in Tabernaculis habitatio, peregri-
  nationis eccleſiæ in hoc mundo ty-
  pus 448.e
Tatianus quando vixerit 92.d
Templum in forum non eſt commu-
  tandum 115.a
templum Ieroſolymitanum cuius rei
  typus 111.f in quem finem extru-
  ctum 111.d mandatô Dei extru
  ctum 111.a
templum Iudaicum typus templi ſpi-
  ritualis 114.a
templum orationis locus 115.a
templum quod erat Ieroſolymis, ſpiri
  tualem domũ Dei adumbrat 113.e
templum Salomonis, cuius rei typus
  642.a
Templi ædificatio quando completa
  123.b completio de erecto ſanctua
  rio eſt intelligenda 123.a conſecra
  tio quõ fiat 111.e
templi Dei profanatio 110.f
templi Dei polluti purgatio 115.g
templi ſignificatio 642.c.d
Templa contemplationi rerum diui-
  narum deſtinata 112.d
templa Dei cur dicantur corpora no-
  ſtra 122.a
templa Dei fideles 112.b
Templorum Chriſtianorum verus v-
  ſus 112.e
templorum conſecratio apud Papi-
  ſtas 641.d
Tempus omne aptum eſt ad ea, quæ
  ſalutis æternæ ſunt, diſcenda 127.f
Tempora Deus in typis & antitypis
  ſeu in vmbris & veritate exactiſ
  ſimè obſeruauit 297.e
Tenebræ cur homines dicantur 11.e
  quid 159.d.e
Tenebrarum quæ ſunt in hominibus
  cauſa & effectus 12.d
Tertulliani locus 34.c 428.f 447.c
in Teſtamento veteri quæ contige-
  runt, typi fuerunt eorum quæ futu
  ra erant in nouo 627.b
Teſtimonium verum duobus modis
  dici poteſt 363.e
Teſtimonij Dei definitio 177.f
teſtimonij diuini & humani diſcrimẽ
  364.a
Teſtimonio diuino quæ gloria tribuẽ-
  da 130.a
Teſtimoniorum delectus habendus
  365.c
Theodoreti locus 34.d 93.a 548.a
Thomæ Aquinatis authoritas quanta
  ſit in Papatu 143.g
Thora quid Hebræis 650.a
Thronus ſymbolum regni & iuſtitiæ
  307.d
Throni cur Angeli dicantur 307.d
Timor Dei quid 337.e verus fidei
  fructus 114.d
Timor verus Dei ex fructibus fidei
  cognoſcitur 209.e
Tobiæ dictum de eleemoſyna quando
  admittendum 210.c liber cuius
  ſit autoritatis 210.e verba cum
  analogia fidei pugnant 210.d
Tractio quomodo fiat 419.f
Tractionis Dei modus 419.d
Tractionis ſimilitudines Auguſtini
  419.e
Traditio duplex eſt 240.f
traditio humana ſi externorũ rituũ
  fuerit, tenendum eſt diſcrimen ri-
  tuum 241.e
Traditiones humanæ complectuntur
  doctrinam humanam & ceremo-
  nias 545.c duplices ſunt 241.b
traditiones humanæ quæ impiæ 545.d
  ſæpè abeunt in abuſum 641.f
Traditionum humanarũ quod diſcri-
  men tenendum 545.d (190.e
traditiones humanas Chriſtus reijcit
inter Traditiones humanas diſcernen
  dum 641.a
pro Traditionib. humanis defenden-
  dis Papiſtæ certant 240.c
de Traditionib. quæ regula ſit tenen-
  da 241.a
Trahi à patre quid ſit 420.f
Tribuere Deo gloriam 602.g
Triclinium 101.d
Trinitatis effigies in vnitate ſubſtã-
  tiæ 258.g
Trinitatis nomine tres intelligimus
  in vna eſſentia ſubſiſtentes perſo-
  nas 258.a
Trinitatis veſtigia in opificio Dei
  quærere 6.d
de Trinitatis myſterio quàm circum-
  ſpectè Apoſtolus agat 9.b
Tubarum feſtum quando celebratũ
  296.d
Turba cur Chriſtum ſit ſecuta 377.d
turba inconſtantiam ſuam nõ mutat
  484.d
Turbæ exemplum quibus fugiendum
  463.a
Tyrannorum natura 376.g

V

VAniſſimus & mẽdaciſſimus eſt,
  qui Dei teſtimonium non re-
  cipit 175.f
Vaticinia Scripturæ de effuſione Spi-
  ritus Sancti in credentes quem
  ſenſum habeant 480.e
Veli ſciſſio diſcrimen Iudæorum &
  gentium coram Deo ſuſtulit 635.e
de Venia peccatorum ſuorum deſpe-
  rans arguit Deum mendacij 64.e
Veniæ ſpes non poteſt eſſe ſine fide in
  mediatorem 149.c
Venire ad Chriſtũ & credere in Chri
  ſtum ſynonyma ſunt 411.c
Verbum caro factum quid ſecum in
  mundum attulerit 37.c
verbum Dei cur caro factum 28.f
  cur ſemen immortale 139.d effi-
  cax organon ſalutis 245.b
verbum Dei, gladius Spiritus 118.a
  nunquam ſine fructu audiri poteſt
  496.f quando immortalitatem
  adferat 139.f
verbum Dei quî fiat quòd alij audi-
  ant, alij non 574.b
verbum Dei redargutionis regula
  191.c
verbum Dei veritatis amuſſis 258.f
verbum, fides & ſacramenta ſunt cõ-
  iungenda 65.f
verbum in quem finem nobis propo-
  natur 254.b
verbum præſens in narratione ſigni-
  ficat actum continuum 61.f
Verbi auditus quid requirat 350.f
verbi Chriſti efficacia 376.a 487.a.b
verbi curſum quæ impediant 278.d
verbi Dei contemptus cuiuſmodi cæ-
  citatem mereatur 527.d
verbi Dei efficacia 529.c
verbi dignitas & authoritas vnde
  pendeat 273.b
verbi effectus & vſus vnde pendeãt
  139.e
verbi miniſteriũ ſalutis inſtrumen-
  tum 365.f
verbi miniſterij finis eſt fides in au-
  ditoribus ad ſalutem 15.e
verbi miniſtri, meſſores 275.c
verbi ſui contemptum quomodo Deus
  vlciſcatur 627.d
Verbo cur Scriptura efficaciam tribu-
  at 594.
verbo Dei non credere, Deum maxi-
  mè offendit 175.e
verbo Dei regeneratio noſtri quomo-
  do tribuatur 139.c
verbo mendaci occidere 569.g
verbo ſignum externũ adijcere, Deo
  familiare 80.b
ad Verbum Dei alligata eſt vera ec-
  cleſia 132.c
contra Verbum Dei quidquid dicitur,
  proficiſcitur à diabolo 92.b
in Verbo reuelato acquieſcendum eſt
  259.g
ſine Verbo Dei in denſiſſimis tenebris
  verſamur 5.e
verba Dei audire quis dicatur 574.a

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Verborum diuinorũ verus vſus 66.c
Veritas fidei obiectum 569.e
Veritatis doctores contra iniuſtas hoſtium calumnias defendendi 603.d
veritatis natura 601.a
Veritatem Chriſti cognoſcere qui dicantur 531.c
veritatem Dei quibus vijs Papiſtæ impugnent 191.d
veritatem facere quid ſit 161.a.e
Veritate nihil fortius 190.a
Vetus Teſtamentum quid 408.e
Veteris & Noui Teſtamenti diſcrimen 408.c
Via vitæ æternæ duplex 194.f
Viam Domino parare quid 50.f
Victimæ Chriſti efficacia extendit ſe ad omnia tempora 71.a
in Vineam conducti accipiunt mercedẽ ex gratia æqualem 206.f
Vini defectus, exemplum ærumnarũ coniugij eſt 95.e
Vintonienſis Epiſcopi contra Bucerũ argumentum 214.d
Virginẽ purã Chriſtus clementiâ ſuâ ex immunda fornicaria facit 93.g
Virginitas non poteſt imperari, ſed optari 219.d
Virginitatem cur Paulus conſulat 219.c
Virtus gloriæ mater 36.f
Virtutum quædam ſimulacra non renatos habere 536.a
Viſio Dei eſſentialis, eſt perfectiſſima 44.c naturalis 43.f quintuplex nobis commendatur in Scriptura 43.f ſymbolica 44.a
viſio patris in gloria 44.g multiplex 369.d per fidem 44.d
Vita æterna cùm credenti promittitur, quæ neceſſariò concurrant cogitanda 153.c cur credentibus proponatur 426.d donum 645.e donum Dei eſt, non merces 213.a in ſolo Chriſto quærenda 402.a quæ ſit 582.d vita cur fruſtra ex lege quæratur 41.d
Vita & lex magna ex parte per peccatum abolita 11.c
vita & ſalus in qua re conſiſtat 36.e
vita & mors pugnantibus propoſita ſunt 137.f
vita humana ſine contractu non poteſt conſiſtere 114.g
vita ſpiritualis ſine Spiritu filij nec inchoari, nec eſſe, nec conſiſtere poteſt 350.f
vita tota quando honoretur Pater & Filius 342.c
Vitæ æternæ donum quantum ſit bonum 645.f poſſeſſionem quæ antecedant 345.f promiſſæ vſus triplex 178.d
vitæ æternæ qui participes 397.b
verba habere quid 436.f
Vitę cauſæ tres 350.e
in Vitæ huius ærumnis vnde fideles conſolationes petant 646.c
vitæ nouæ cauſa eſt Spiritus Sanctus 481.c
ad Vitam hanc conſeruandam quæ faciunt, medijs ordinarijs quærenda 239.b
vitâ quomodo Chriſtum ſequamur 516.d
Vnio facit nomina communia 32.e
vnio ſpiritualis & arcana quid ſit 96.d
Vnionis in idem corpus teſtimonia ſunt baptiſmus & cœna Domini 96.d
Vnitas & trinitas eſt in qualibet re condita 6.e
vnitas naturæ diuinæ non permittit tres deos dici 6.b
Viuere ſecundùm carnem quid Paulo 533.c
Viuificatio fit per fidem 138.f
Vocationis officium facere, eſt particula vnius præcepti 218.d
intra Vocationis ſuæ limites quilibet ſe continere debet 166.f
Voluntariè peccantes quos vocet Apoſtolus 231.f
Voluntas communiter & propriè accipitur 551.d communiter quid 551.d
Voluntas duplex 551.e
voluntas eligit liberè, nõ coactè 477.c
voluntas ex fine rei cuiuſque eſt penſanda 552.b
voluntas humana quibus cauſis ad mala flectatur 535.f
voluntas hominis quãdiu ſerua 552.e
voluntas hominis quibus cauſis ad bonum malumq; moueatur 534.e quomodo ſe habeat in conuerſione, actiuéne paſſiuè 559.b.c
voluntas in non renatis eſt mala 562.c in renatis bona ibid.d
voluntas perſonæ quatenus variet 552.e
voluntas propriè accepta quid 551.e
voluntas qualiſnã ſit in renatis 560.f
voluntas quomodo ex ſerua fiat libera in ipſa conuerſione hominis ad Deum 555.d
voluntas ſerua 555.a
voluntas ſpiritus carnis voluntati opponitur 563.f in quibus conſiſtat 561.f
Voluntatis actio προαίρεσις 551.f
voluntatis bonitas & malitia ex cauſa impulſiua & fine dependet 73.c
voluntatis Dei plena cognitio nobis patefacta Chriſti teſtimento 176.e
voluntatis duæ actiones 551.g
voluntatis finis 552.d
voluntatis optima actio in amore eſt poſita 552.c
inter Voluntatis ſubſtantiam & habitum eiuſdem accuratè diſtinguẽdum 551.d
inter Voluntatem naturæ & perſonæ quomodo Damaſcenus diſtinguat 552.b
Voluntatem patris facere quid ſit 274.b
de Voluntate Dei quomodo iudicandũ 155.c
Voluptas & dolor contrarij & amentes conſiliarij 535.a
Vox boni paſtoris, eſt vox Euangelij 618.a
vox docentium in Eccleſia efficax 116.f
Vocem filij audituri cur ſint victuri 351.b
Vrbani Regij dialogus 264.e
Vulgus varium & mutabile 124.f
Vulgi opinio in ferenda ſententia de rebus magni momenti non eſt ſequenda 485.c
Vulturis eſus cur in lege prohibitus 384.c

Z

ZAcharias & Elizabeth quomodo in omnibus Dei mandatis ambularint 205.a quomodo iuſti coram Deo fuerint 204.d ſummo cum gaudio exaudiuntur 291.c
Zacharias iuſtus eſt coram Deo, quẽ ſenſum habeat 204.a
Zelus carnalis quid faciat 165.e
zelus Dei ardenti igni cõfertur 119.a
zelus duplex 119.f
zelus gloriæ Dei ex fide manans habet ſuam remunerationis promiſſionem 203.a
zelus in Deo tanquam ignis exardeſcit ad puniendam contumaciam 119.b
zelus in genere quid 119.d
zelus Ioſuæ pro Moſe 165.f
zelus ſtultus & carnalis abijciendus 164.b
zelus ſuperſtitioſus cauendus 100.f
zelus vnde dicatur 119.d
Zeli variæ ſignificationes 119.d.e
Zelo carnali quantæ turbæ omnibus temporibus ſint excitatæ 163.e
zelo peruerſo Corinthiorum quomodo Paulus medeatur 163.e
zelum peruerſum Corinthiorũ Paulus taxat 163.d
à Zelo pernicioſo dehortatur ſuos Chriſtus 163.f

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

COMMENTARIORVM
IN SACROS.

EVANGELIVM
DOMINI NOSTRI
IESV CHRISTI
SECVNDVM

IOHANNEM,

Pars altera,

COMPLECTENS VNDECIM poſteriorum CAPITVM luculentam explanationem.

AVTORE
NICOLAO HEMMINGIO, Theologo clariſsimo.

Cum INDICE pleniſſ. & accuratiſſ.



BASILEAE
Per CONRADVM VVALDKIRCH, Anno
cIɔ Iɔ XCI.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

EVANGELII IOHANNIS APOSTOLI

CAPVT XI.

SVMMA CAP. XI.

Aegrotante Lazaro mittitur nuncius ad Dominum à ſororibus ipſius Martha & Maria: ſed interea moritur Lazarus, quem Dominus quatriduo mortuum, & iam in ſepulchro fœtentē, in præſentia plurimorum ciuium, à Ieruſalem qui venerant ad conſolandum ſorores Lazari, excitat à mortuis. Quo facto multi moti crediderunt in eum. Verùm quoniam Pontifices & Phariſæi viderunt facilè omnes hoc miraculo perſuaderi poſſe, vt IESVM *Meßiam eſſe crederent, conſiliũ ineunt de Domino è medio tollendo.*

ORDO ET PARTES CAPITIS XI.

Duæ ſunt huius cap. partes principales.

Prima, hiſtoria ægrotantis, morientis, & per CHRISTVM reſuſcitati Lazari.

Secunda, eſt conſultatio Pontificum & Sacerdotum de CHRISTO è medio tollendo, ne homines in ipſum credant, moti tantis miraculis.

EXEGESIS CAPITIS VNDECIMI CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PARS PRIMA.

HVIVS primæ partis, quæ continet hiſtoriam, vt diximus, ægrotantis, morientis & reſuſcitati Lazari, membra ſunt quatuor.

Primum: continet legationem ſororum Lazari ad Chriſtum, cui additur colloquium Chriſti & Diſcipulorum de Lazaro.

Secundum: narrat Chriſtum veniſſe quarto die à morte Lazari; cum colloquio Marthæ & Domini.

Tertium: habet colloquium Mariæ, ſororis Lazari cum Chriſto.

Quartum: exponit miraculum excitati Lazari, & indicat, quòd multi ciues, qui venerant ad conſolandum ſorores Lazari, moti miraculo, crediderunt in illum.

A

DE PRIMO.

Huius membri plures ſunt articuli, quos ordine in enarratione textus numeris diſtinguemus, quo nobis doctrinas & admonitiones, quę ſe offerunt, diſtinctiùs accommodemus.

PRIMVS.

1 *Aegrotabat autem quidam nomine Lazarus à Bethania de caſtello Mariæ & Marthæ ſororum eius.*

B BREVISSIME tria hîc indicantur: videlicet
morbus Lazari, vnde ſit Lazarus, & quam
habeat cognationem. Hæc tria eò pertinent,
vt fides habeatur hiſtoriæ, cùm perſonæ,
quę hîc nominantur, haud ſint obſcurę, ſed plu
ribus notæ, ideoque dignæ, quæ de miraculo
teſtari poſſunt. Cùm hîc infirmitatis Lazari fit
mentio, admonemur de communibus humani
generis calamitatibus, & earum cauſis & remediis.
Geneſis 2. dictum eſt: *Quocunque die comede-*
C *ris ex eo, morte morieris.* Comedit Adam, & moritur:
hoc eſt, incurrit in omnis generis calamitates,
propter ſuam tranſgreſsionem. Et quoniam
totum genus humanũ in Adam fuit, tanquam
in communi maſſa, tales poſtea genuit, qualis
ipſe tranſgreſsione factus eſt: hoc eſt, peccatores,
reos, calamitoſos, morbis, morti, & damnationi
obnoxios. Sicuti Paulus copioſè & perſpicuè,
vt alias Scripturas prætereamn, docet ad
Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum in mundum*
D *introijt, vt per peccatum mors.* Item: *Vnius delicto mul-*
ti mortui ſunt. Hîc mortis vocabulo, omnes calamitates
humani generis comprehendũtur, quæ
diſtinctiùs his nominibus in Scripturis proponuntur:
labor, dolor, mors corporis, maledictio,
mors æterna. His tantis malis, quæ iuſtæ pœnæ
ſunt tranſgreſsionis, opponitur promiſsio ſeminis,
quæ ſtatim in initio poſt lapſum primorum
parentum, facta eſt primis parentibus noſtris,
videlicet: *Semen mulieris conteret caput ſerpen-*
E *tis:* hoc eſt, deſtruet regnum Sathanæ, & reſtituet
hominibus vitam, victa morte; & benedictionem,
maledictione abolita. Siquidem Chriſtus
promiſſus eſt, qui liberet nos ab omnibus
malis, & det vitam æternam omnibus in ipſum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

credentibus. Congruebat enim iuſticiæ diuinę, vt ſicut per vnum qui peccauit, mors peruenit in omnes: ita per vnum iuſtum, vita perueniret in omnes, qui hunc iuſtum fide recipiunt. De hac congruentia iuſticiæ diuinæ Paulus docet ad Rom. 5. & 1. Corinth. 15. Tametſi autē Chriſti λύτρον ſufficiens eſt ad tollenda omnia mala omnium hominum, non minùs quàm culpa vnius ad reatum omnium: tamen ſoli credentes participes beneficiorum Chriſti, ex pacto fiūt. Hi enim naſcuntur p̱ fidem, & efficiuntur membra Chriſti. Quemadmodum enim populus Iſrael, olim præcedente Moſe, & columna nubis, & ignis, euaſit ſeruitutem Ægyptiacam: ita nos non liberabimur à ſeruitute peccati, & calamitatibus, quibus premimur, niſi præcedente Chriſto, & face verbi ipſius prælucente: hoc eſt, niſi verbo Chriſti fuerimus erecti & animati. Hic enim ait: *Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet.* Ex quo ſequitur: Omnem, qui non credit, haudquaquam victurum. Nos igitur, collatis malis & bonis inter ſe, ad Chriſtum viua fiducia confugiamus, vt mala euadamus, & bona in Chriſto promiſſa conſequamur: hîc quidem ſpe, ſed in extremo die, plena poſſeſsione, & fruitione. *Spe enim*, vt Paulus ait, *ſalui facti ſumus:* quæ ſpes non confundit, modò nos in fide vſque ad finem firmi perſtiterimus. *Beatus*, ait Dominus, *qui perſeuerauerit vſque ad finem.* Verùm vt omnia in ſummam contrahamus, quoties cogitamus de calamitatibus humani generis, reuocemus in memoriam lapſum primorum parentum, admoneamur reatus proprij, cogitemus calamitates eſſe teſtimonia iræ diuinæ, ſtatuamus ea eſſe ἐνδείγματα quædam futuri iudicij & ſuppliciorum æternorum, niſi per Chriſtum liberemur. Quare ad ipſum fide confugiamus, cuius hæc eſt promiſsio: *Qui credit in me, non morietur in æternum.*

SECVNDVS.

2 Erat autem Maria ea, quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit eum capillis ſuis, cuius frater Lazarus ægrotabat.

HAEC in parentheſi legantur. Voluit autem Euangeliſta breuiter indicare, quænã fuerit hęc Maria, cuius meminit; quã non ex nobilitate generis, ſed ex facto cõmendat. Scriptura enim nõ ex nobilitate generis, ſed ex nobilitate virtutis, vera commēdationis argumēta petit. Quænam autem fuerit hæc Maria, quæ dicitur pedes Domini exterſos vnxiſſe, diſputatur inter Scriptores. Quidam enim, vt Auguſtinus, exiſtimant eam peccatricem illam fuiſſe, cuius fit mentio Lucæ 7. quam eandem faciunt cum Maria Magdalena. Alij, inter quos Chryſoſtomus, non illam peccatricem, nec Mariam Magdalenam, ſed honeſtam & religioſam fœminam, hanc Mariam fuiſſe, autumant. Atque horum ſententia mihi veriſimilior eſſe videtur. Nam non fuiſſe peccatricem illam, cuius fit mentio in Luca, ex eo coniecturam facio, quòd illa ἐν πόλει, hæc ἐν κώμῃ habitaſſe narratur. Nec Mariam illam, quæ dicitur Magdalena: Nam hæc videtur cognomen habere à ciuitate, vnde erat, Magdal. Sed hæc non ſunt eius momenti, vt ea curioſiùs inquiramus. Satis eſt nobis ſcire, hanc Mariam, Marthę ſororem, incolam fuiſſe Bethaniæ, cum Lazaro fratre. De exterſione & vnctione pedum Domini, in duodecimo dicetur.

TERTIVS.

3 Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Ecce, quem amas ægrotat.

Mœſtæ ſorores, ob infirmitatem fratris, nuncium ad Ieſum mittunt. Quarum exemplo & nos afficiamur calamitatibus fratrũ, & pro ægrotantibus ſolliciti precemur Dominum, vt ipſe eos dignetur ſanare. Narratio nuncij breuis, in qua & morbus Lazari indicatur, cùm dicitur, *ægrotat*, & argumentum petitionis, cùm additur: *Ecce quem amas*. Solent enim, qui amant, vel non rogati, iis, quos amant, in neceſſitatibus opem ferre. Nam cùm amor ſit affectus, quo amans copulatur amato, fieri non poteſt, quin & aduerſis amatorum triſtentur, & proſperis lætentur, qui ſincero amore ſunt prędit i. Ex quo etiam amore, ad iuuandum, redduntur promptiſsimi. Amare Chriſtus non poteſt, & deſerere, hoc enim eſſet non amare. Chriſtus vt homo, amat hominem Lazarum, propter virtutem & dulcem vitæ conſuetudinem. Chriſtus vt Mediator & Saluator, amat omnes homines longè ardentiùs: *Non veni*, inquit, *vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Si enim peccatores Dominus non amaret, nunquam carnem noſtram induiſſet. Huic Chriſto nos amanti, fide iungimur. Quod cùm ſit, non ampliùs nos Chriſtus vt peccatores, ſed vt iuſtificatos diligit. Atque ideò Paulus: *Commendat Deus charitatem ſuam erga nos, quòd cùm eſſemus adhuc peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multò igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum.*

QVARTVS.

4 Hoc audito, Ieſus dixit: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.

Propter exitum Dominus affirmat infirmitatem Lazari non eſſe ad mortem, ſcilicet vt mortuus in morte maneat non reuocandus ad vitam, ſed facere ad gloriam Dei illuſtrandam, miraculoſè reſuſcitato Lazaro à morte. Nam homines viſo hoc miraculo, quod nec per naturam, nec per artem vllam fieri poterat, fidem in Chriſtum conceperunt, glorificauerũt Deum, & Ieſum verum Meſsiam agnouerunt, atque ita veram mortem euaſerunt. Hîc rurſus Chriſtus diuinitatem ſuam indicat: *Infirmitas*, inquit, *eſt pro gloria Dei.* quod mox explicat, cùm ſubiungit: *Vt glorificetur Filius Dei per eum.* id eſt, per infirmitatis exitum.

Hic locus præterea docet, afflictiones & infirmitates piorum, eſſe inſtrumenta gloriæ Dei

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

& ſalutis hominum iuxta regulam: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* idq́; fit cōtra Legis ſententiam, quæ afflictiones & infirmitates hominum pœnas interpretatur & irę Dei ſigna.

QVINTVS.

5 Diligebat autem Ieſus Martham & ſororem eius, & Lazarum.

6 Vt igitur audiuit quòd ægrotaret, tunc quidem manſit in loco, in quo erat duobus diebus.

Mira eſt conſecutio huius argumenti: Ieſus diligebat ſorores Lazari & ipſum Lazarum: Ergo differt auxilium commorando in eo, quo fuit loco biduo. Sapientia carnis contrario modo concluſiſſet, hoc videlicet: Chriſtus diligit Lazarum: Ergo moras rumpit, & mox ſe itineri accingit, vt hoſpiti percharo opem ferat. Verùm ſapientia Dei rectiùs, quàm rationis acumen veri amoris limites nouit, & quid quouis tempore agendum ſit, perſpicit. Si ſtatim Dominus accurriſſet, & Lazarum iacentem in lecto ſanaſſet, nec gloria Chriſti miraculo fuiſſet illuſtrata, nec fides adeò creuiſſet in ſororibus Lazari & Lazaro excitato. Nam hoc miraculo & colloquiis præcedentibus miraculum, confirmati ſunt Lazarus & ſorores eius, vt poſtea inuicti perſtiterint in fide & confeſsione, cùm Dominum cruci affigerent Iudæi. Atque ita diſcamus ex hoc loco, quòd Dominus interdum differat auxilium, & videatur preces ſuorũ negligere maioris alicuius boni cauſa; videlicet vt exerceatur fides, vt ardentior fiat inuocatio, vt tandem impetrato beneficio gratiarum actio ſit magis ſeria. Nemo igitur deficiat precãdo, quia differtur auxilium, ſed expectat cum patientia auxilium à Domino, ipſi tribuens ſapientiam, bonitatem & potentiam. Nam quia ſapiens eſt, nouit optimè tempus & iuuandi modum. Quia bonus eſt, vult opem ferre, ex fide inuocantibus. Denique quia potens eſt, nemo poteſt impedire manũ eius, quin eam ad iuuandum porrigat, cùm tempus poſtulat. Fidelis ergo anima ſubiiciat ſe ſapienti & paternæ prouidẽtiæ Dei, idque in vero timore, inuocatione, gratiarum actione & obediẽtia vocationis. Ita futurum eſt, vt ſpe ſua minimè fruſtretur.

SEXTVS.

7 Deinde poſt hoc dicit Diſcipulis: Eamus in Iudæam rurſus.

Biduo lapſo poſt mortem Lazari, accingit ſe Dominus itineri, vt reuerſus in Iudæam petitioni Mariæ & Marthę, quas amabat, ſatisfaciat, Lazaro à morte ad vitam reuocato.

SEPTIMVS.

8 Dicunt ei Diſcipuli: Rabbi, modò quærebant te lapidare Iudæi, & rurſus abis illuc?

Hæc interrogatio eſt improbantium Chriſti conſiliũ de reditu eius in Iudæã, quaſi dicerent: Non eſt ſapientis ſe ſponte dare in manus hoA ſtium, cùm ſecurus eſſe poſsis in loco alio. Tu igitur non rectè facis, quòd velis redire in Iudæam, vbi paratæ ſunt tibi vitæ inſidiæ. Verùm diſcernendum eſt inter neceſsitatem vocationis & temeritatem. Qui temerè ſe in pericula coniicit, ſtultus eſt, & iure accuſandus. At q̃ paret neceſsitati vocationis, rectè & piè facit, qualiſcunq; ſequuntur euẽtus, ſiue læti, ſiue triſtes.

OCTAVVS.

B *9 Reſpondit Ieſus: Nónne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt.*

10 At ſi quis ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo.

Refutatio obiectionis Diſcipulorum Chriſti, ac ſi diceret Dominus: Vos quidem ſuadetis, vt in Iudæam non redeam, eò quòd me lapidare volunt Iudæi. Sed parendum eſt vocatio-
C ni. Quemadmodum enim qui in die ambulat, non offendit; ſed qui in nocte ambulat, offendit: ita qui vocationi diuinæ paret iuxta lucem verbi, non offendit; ſed qui contrà facit, offendit. Eſt enim cuique ſua dies vocatio ſua. Qui huic obtẽperat, rectè facit, qualiſcunq; ſequuntur euentus, ſiue placidi, ſiue triſtes. Eſt autem parabolicum dictum, quo nititur hoc Domini reſponſum: *Nónne duodecim ſunt horæ diei?* quod quia generale eſt, applicatio illius ex loci circun-
D ſtantia, & dictorum hypotheſi dependet, quæ hoc in loco in hunc modum accommodabitur: Vt dies in qua homines ſua negotia agere oportet, diſtinguitur duodecim horis, in quibus ſtrenuè laborandum eſt, Sole actionibus prælucente: ita cuique in ſua vocatione certum eſt conceſſum diuinitùs ſpatium, in quo oportet vocationis opera perficere, luce verbi Dei prælucente. Ego proinde iam inclinante die vocationis meæ non debeo ceſſare, ſed opera vocationis fa-
E cere, non abſterritus periculis vllis. Nam neceſſitatem vocationis omnibus periculis antepono. Hîc ergo monemur, ſeruiendum eſſe vocationi. Sed de vocatione vide Enchiridion.

Porrò horarum differentiæ aliis nationibus aliæ fuêre. Nobis dies naturalis in viginti quatuor horas æquales diuiditur. Ex quo fit, vt plures ſint horæ diei artificialis longioris, pauciores verò breuioris: vt circa ſolſtitium æſtiuũ, q̃ dies artificialis longior eſt, plures horæ ſunt, q̃
F in bruma, cùm dies artificialis breuiſsimus eſt. Dicitur autem dies artificialis ab ortu Solis vſque ad eiuſdem occaſum. Olim Iudæis & Romanis in vſu fuêre inæquales horæ, quas Græci ἀνωμάλας vocant, propterea quòd tempore variãt, vt nunc breuiores, nunc longiores ſint, prout dies artificialis breuior ac longior eſt. Menſurabant autem quemlibet diem, ac quamlibet noctem duodecim horis. Ex quo factum eſt, vt tam in bruma, quàm in ſolſtitio æſtiuo diei artifi-
G ciali ab ortu Solis ad eius occaſum attribuãtur duodecim horę, vt hora ſit duodecima pars diei & noctis, quæ horæ ſolummodò in æquinoctio

æquales ſunt, eò quòd nox & dies ſunt æqua- A
les. Alio autem quouis tempore, propter noctis & diei inæqualitatem, inæquales, hoc eſt, aliàs breuiores, aliàs longiores ſunt dies, quarum prima exordiũ capit oriente Sole. Sexta ſemper in meridie eſt. Poſtrema, hoc eſt, duodecima, ſemper clauditur Solis occaſu. Has horas καιρικὰς vbique quando fit mentio horarum in ſacris Bibliis oportet intelligere, vt in Euangelio, qui hora vndecima venerant, duabus horis ante Solis occaſum veniſſe intelliguntur. Porrò noctem diuidebãt in quatuor vigilias æquales, vt diẽ in cuſtodias, cuique tres horas καιρικὰς aſsignantes.

NONVS.

11 Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado, vt à ſomno excitem eum.

12 Dixerunt ergo Diſcipuli eius: Domine, ſi dormit, ſaluus erit.

13 Dixerat autem Ieſus de morte eius. Illi autem putauerunt, quòd de dormitatione ſomni diceret. C

Dominus vt Diſcipulorum ſuorum corda præparet in admirationem miraculi, vnde fidem concipient ipſi, de morte Lazari ambiguè primùm loquitur: deinde palàm dicit, Lazarum mortuum eſſe. Primùm enim in genere loquitur, & dicit Lazarum dormire, quod poteſt intelligi de dormitione ſoporis & mortis. Sed Di- D
ſcipuli quod in genere dicitur, ſomno ſoporis accommodant, quod tamen ex verbis ſubiectis, videlicet: *Ego vado vt excitem eum*, poterant rectiùs intelligere, videlicet dictum fuiſſe de ſomno mortis. Sed homines pleriq; ſolent, quæ ambiguè, præſertim de amicis dicuntur, in plauſibiliorem accipere partem. Sed cur ſomnus ipſa mors dicitur? Plures ſunt cauſæ. Quarum prima eſt prophanis etiam ſcriptoribus notiſsima: videlicet ſimilitudo ſomni & mortis. Vnde Ho- E
merus mortem ſomnum vocat, ſed ferreum. Eſt quoque Catonis dictum notiſsimum:

Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago?
Et Virgilius: ——*Preſsitq; iacentem*
Dulcis & alta quies placidæq; ſimillima morti.

Secunda cauſa ſoli Eccleſiæ nota, eſt reſurrectio futura. Nam propter futuram reſurrectionem corporum, Scriptura mortem ſomnum nominat. Vnde ſepulchra & loca, in quibus humantur corpora Chriſtianorum, κοιμητήρια à dormi- F
tione dicuntur. Tertia eſt admonitio de morte, quam nullus euadere poterit. Vnde Menáder: ὕπνος δὲ θανάτου τὶς προμελέτησις πέλει. hoc eſt, *Somnus mortis quædam præmeditatio eſt*. Quoties ergo homo it dormitum, toties cogitabit de morte, cuius imago ſomnus eſt.

DECIMVS.

14 Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè: Lazarus mortuus eſt.

15 Et gaudeo ꝑpter vos, vt credatis quòd non fuerim ibi. Sed eamus ad eum. G

Interpretatur Dominus quid per dormitionem intelligat, nempe mortẽ corporalem, quæ eſt ſeparatio animæ à corpore. Eſt autem hîc notandum teſtimonium diuinitatis Chriſti, qui abſentia vidit & nouit. Cùm autem addit Dominus: *Et gaudeo propter vos, quòd non fuerim ibi*, ſignificat ſe Lazarum ipſum mortuũ ad vitam à morte reuocaturum, vt Diſcipuli illius credant: hoc eſt, confirmentur magis in fide, viſo tanto miraculo: quale nunquam in mundo editum erat priùs. Verùm ſi Dominus adfuiſſet ægrotanti ante mortem, morbum curaſſet miraculosè quidem, ſed non tanta cum admiratione. Si aduenifſet ante ſepulturam, mortuum excitaſſet, quod tamen hoſtes in dubiũ reuocaſſent. Nunc autem differt aduẽtum, donec in ſepulchro fœteat cadauer. Ex quo fit, vt omnes, cùm amici, tùm hoſtes ſtupeſcant, videntes tantum miraculum, quo Dominus ita ſuam legationem fulſit, vt nemo poſsit contradicere.

Porrò cùm dicit, ſe non fuiſſe ibi, ad præſentiam corporis pertinet, quod circumſcriptum ſemper fuit, & eſt, & non ad præſentiam Deitatis, qua vbique adeſt. Vide quę annotauimus ad Hebr. 1. in hæc verba: *Sedet ad dexteram Maieſtatis in excelſis.*

VNDECIMVS.

16 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad Diſcipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo.

Hæc ſunt verba, improbantis profectionem Chriſti in Iudæã, & deſperantis de euaſione Domini è manibus Iudæorum. Nam cùm dicit: *Vt moriamur cum eo*, ſatis apparet, quòd nõ ſit confidentis, ſed trepidantis oratio, qua tamen ſignificare vult, ſuum affectum erga Dominum, ſed carnalem prorſus. Thomas à *Thom* Hebraico, quod gemellum ſignificat, nomen habet, qui dicitur Græcè Δίδυμος, id eſt gemellus.

DE SECVNDO.

Longam paraſceuẽ inſtituit Euangeliſta, antequam ad deſcriptionem miraculi accedit. Atque hoc facit, vt eò digniùs æſtimetur rei magnitudo. In hoc igitur membro narratur, quòd Ieſus tandem venerit, quarto die à morte Lazari: Indicatur locus: referuntur multi Iudæi veniſſe ad Martham & Mariam, conſolãdi eas gratia, ſuper morte fratris eorum: Exponitur colloquiũ Marthæ & Chriſti, in quo ſumma Euangelij indicatur. Editur cõfeſsio Marthæ de Meſsia. Huius mẽbri articulos numeris diſtinguemus.

PRIMVS.

17 Venit igitur Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

Chriſtus fuerat in deſerto, non procul à Iericho & Bethabara: Iericho autem diſtabat à Iordane ſexaginta ſtadiis, hoc eſt, ferè noſtris duobus miliaribus: à Ieruſalem verò centum quinquaginta ſtadiis, id eſt, ferè noſtris 5. miliaribus. Bethabara verò, in altera ripa erat in deſerto, & longiùs diſtabat à Ieruſalẽ. Quare à deſerto ad

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Bethaniam, quæ tantùm dimidio noſtro miliari diſtabat à Ieruſalem, interuallum ferè octo noſtrorum miliarium, ad quæ opus eſt, eunti cum comitatu, itinere bidui. Hæc Philippus.

Porrò hæc narratio pertinet ad confirmandum, quòd Lazarus verè fuit mortuus, vt qui ſepultus, quatuor integros dies, in monumento iacuerit. Vnde manifeſtum eſt, eum iam corruptum fuiſſe atq; ita fœtuiſſe, vt non ſine periculo aſtantium, ſepulchrum eius aperiretur.

SECVNDVS.

18 Erat autem Bethania prope Ieruſalem, ferè ſtadijs quindecim.

Notatur locus, vbi ſepultus erat Lazarus: nempe in vico ſeu villa, proprio nomine Bethania dicta, quæ diſtabat à Ieruſalem 15 ſtadiis. Stadium Græca eſt menſura, & habet nomen ἀπὸ τῆς στάσιος, id eſt ſtatione: cuius appellationis hæc eſt ratio: Hercules, ſpacio centum viginti quinque paſſuum vno anhelitu confecto, conſtitit, qua menſura Græci poſtea metiebantur loca, in quibus ludos exercebát. Deinde etiam quælibet viarum ſpacia.

Porrò ſtadium trigeſies & bis numeratum, facit miliare Germanicum. Quare quindecim ſtadia, dimidium miliare Germanicum, vno ſtadio minus, faciunt. Germanicum autem miliare & noſtrũ, parũ admodum aut nihil differũt.

TERTIVS.

19 Et multi ex Iudæis venerant ad Martham, & Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo.

Veri amici afficiuntur aduerſis amicorum. Quare & mitigare ipſorũ dolores cupiũt. Probandum eſt igitur horum Iudæorum factum & pijs imitandum. Verum intereà & hoc tenendum, quòd diuina quadam prouidentia factum ſit, quòd tantus fuerit Iudæorum concurſus, ad has fœminas conſolandas. Amicitia quidẽ cauſa fuit, quòd venerint: Sed conſilium Dei erat, vt ſub pluribus teſtibus ederetur miraculum, ne vllo dolo aut fraude occultaretur aut negaretur ab hoſtibus Chriſti. Atque ita Dominus ſua agit, cùm hoc minimè homines cogitant. Quare adoremus prouidentiam Dei, qui omnia pro ſua ſapientia, in ſuam gloriam, & eccleſiæ cõmodum, moderatur, & deligit etiã ea, quæ hominibus videntur gloriæ Dei & ſaluti Eccleſiæ obſtare. Huc pertinet regula Pauli: *Diligentibus Deum omnia adiumento ſunt in bonum.*

QVARTVS.

20 Martha aũt vt audiuit quòd Ieſus veniret, occurrit ei: Maria verò domi ſedebat.

Veniente Domino occurrit Martha dolorẽ ſuum medico expoſitura & conſolationem acceptura. Nos ſuo exẽplo docet, vt in noſtris doloribus Chriſto occurramus, atq; ex ipſius verbo conſolationem capiamus. Quod aũt Maria (quæ alioqui & in Luca & infra in 12. religioſior deſcribitur quàm Martha, quæ maiorẽ cu-

A ram rei familiaris habebat) domi ſedebat, inde fortè accidit, quòd non audiuit Dominum aduenisse, vt Martha.

QVINTVS.

21 Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine ſi hîc fuiſſes, non fuiſſet mortuus frater meus.

22 Sed & nunc noui quòd quæcunq; petieris à Deo, dabit tibi Deus.

Quoniam Martha certa fuit, quod Dominus B diligeret Lazarũ fratrẽ ſuum, eius amoris fiducia ait: *Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus.* Neque vero hîc ſubſtitit, ſed ſubiecit: *Scio quòd quidquid petieris à Deo, ipſe dabit tibi.* Quaſi diceret: Etſi mortuus eſt frater meus: tamen nõ dubito quin excitare eum poſsis, neque dubito quin velis, cùm ipſum diligas. Hîc Martha nos docet, qualis debet eſſe vera inuocatio, nempe vox fidei, qua homo ſtatuit Deum ex miſericordia & amore velle ſe exaudire, & dare petẽti ex C fide, quidquid per illius gloriã concedi poteſt, atque petenti in ſalutem cedit, iuxta verbum promiſsionis. *Omnia quæcunque petieritis credentes accipietis.* Matthæi 21.

SEXTVS.

23 Dicit ei Ieſus: reſurget frater tuus.

Hac promiſsione dominus docet, & vitam & mortẽ in ſua poteſtate eſſe. Nam cùm promittit reſurrectionẽ, & in mortẽ ſe habere imperium D ſignificat, & ſe vitę datorem eſſe teſtatur. Siquidem reſurrectio nihil aliud eſt, quã è morte reuocatio ad vitam. Verũ, quia hæc promiſsio excedit limites rationis ac ſenſus humani, opus eſt fide, qua promiſsio accipitur, vtut videtur impoſsibilis. Nam fides ſtatuit Deum poſſe, etiamſi naturæ ordo & omnia media repugnare videantur. Cùm igitur Chriſtus promittit nobis aliquid, quod videtur per naturam fieri nõ poſſe, opponamus naturæ, potentiam Chriſti, E qua poteſt ſibi omnia ſubiicere, & reſpiciamus ad rerum primã conditionẽ, ex qua fides ſic colligat: Poterat Deus omnia ex nihilo condere, & hominem ex limo terræ facere, cur iam à ſe condita non gubernaret pro ſua voluntate? Cur non Lazarum mortuum vitæ reſtitueret? cùm hoc promittit ſe facturum. Sit ergo fidei regula, promiſsionis verbum, & non rationis acumen, aut ſenſus experimentum. Præterea hîc obſeruetur bonitas Chriſti, qui plus promittit, quam F apertis verbis petitum erat. Vnde docemur ipſum non tàm verba quã gemitus cordis ſe inuocantium ſpectare.

SEPTIMVS.

24 Dicit ei Martha: noui quòd reſurget in reſurrectione in extremo die.

Quaſi diceret Martha: De reſurrectione futura & fratris mei & omnium aliorum hominum in extremo die, ſecura ſum. Illam enim certò noui futuram. G At de præſenti fratris mei reſurrectione incerta ſum. Atque ita inter ſpem & metũ luctatur fides Marthæ. Ex quo fit, quòd pro-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

miſsionem de præſenti factam, accipiat de futuro. Nam fides eius vacillabat ad promiſsionis verbũ. Etſi antea dixerat: *Et nunc noui quod quæcunq; petieris à Deo, dabit tibi.* Fides enim hominis extra πρᾶξιν videtur robuſta, cùm ad πρᾶξιν ventum fuerit, ſæpè labaſcit, etiam in hominibus ſanctiſsimis.

Porrô hîc obſeruandum eſt, quòd pij in populo Iſraelitico retinuerint & crediderint articulum reſurrectionis mortuorum, quam etiam defenderunt Phariſæi contra Saducæos, vt eſt Matthæi 22. Nam ex prima promiſsione patris, intellexerunt Meſsiam reſtituturum eſſe, quod Adam amiſerat per peccatum, vnde hæc dicta manarunt. Eſaiæ capite vigeſimo ſexto: *Viuent mortui tui & interfecti tui reſurgent.* Iob 19. *Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra reſurrecturus ſum.* Cum his congruit reſponſum Marthæ. De articulo reſurrectionis, vide quæ in 5. caput annotauimus.

OCTAVVS.

25 *Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vita.*

Quia Martha reſurrectionem in extremo die futuram cogitabat, & de præſenti fratris ſui reſurrectione dubitabat, Dominus eam ad ſe reuocat, vt ſe præſentem quem oculis cernit, reſurrectionem & vitam agnoſcat, qui non ſolùm in extremo die mortuos ſuſcitabit, verumetiam quandocunq; vult, poteſtatem habet mortuos ſuſcitandi, cùm ſit ipſe reſurrectio & vita. Hoc dicto Dominus & primam promiſsionem promiſsi ſeminis interpretatur, & ſe illud ipſum ſemen eſſe affirmat. Quare vt hoc Domini dictũ clarius intelligamus, conferendus eſt lapſus hominis & promiſsio reparationis, cum hoc Chriſti dicto, vnde liquidò apparebit, cur Dominus ſe reſurrectionem & vitam potius, quàm reſuſcitatorem & donatorem vitæ nominat. Cecidimus in Adamo & mortui ſumus omnes. Promiſsio facta eſt contra lapſum & mortem, hæc videlicet: *Semen mulieris conteret caput ſerpentis*: Ergo ſemen illud mulieris erigit lapſos, atq; vitam mortuis reſtituit. Verùm lapſus cauſa fuit peccatum Adæ, vnde reus cũ tota ſua poſteritate eſt factus Adam, cuius reatus iuſta pœna eſt mors & maledictio. Proinde ſi ſemen mulieris erigit Adam, & eos qui ab Adam propagati ſunt, debet profectò peccatum, reatum, maledictionem & mortem tollere: Præterea etiam iuſtitiã conferre, ſine qua nemo viuet. Hæc omnia complectitur hoc Chriſti dictum: *Ego ſum reſurrectio & vita.* Reſurrectio quidem ſum, quia merito obedientiæ meæ ſub cruce, tollo peccatũ, quo ſublato, reatus ſublatus eſt, reatu ſublato pœna eſt remiſſa quæ eſt mors & maledictio. Vita verò ſum, quia merito obedientiæ meæ erga legem Dei, confero iuſtitiam, dum meam obediẽtiam omnibus in me credentibus imputo: & vitam, dum in me credentes viuifico. Atque ita videmus, quòd Chriſtus ſit reſurrectio & vita, non ſolum quia eſt reſuſcitator vt pater & Spiritus

A Sanctus: verùmetiam quia ipſe deſtruet regnũ mortis, id eſt tollit peccatũ, mortis cauſam, adfert meritum iuſtitiæ, & habet in ſe efficaciam mortuos viuificandi. Proinde non tantùm reſurrectio & vita eſt à Chriſto vt effectore ſeu autore, verumetiam ex ipſo, vt ex fonte, vnde noſtra reſurrectio & vita manat. Ideo à Paulo dicitur: *Primitiæ eorum qui dormierunt.* Infundit enim credentibus ſuam vitam, vt per ſe & in ſe viuant. Præterea notandum eſt, quòd Chriſtus
B ſit reſurrectio & vita dupliciter, videlicet & in hoc ſeculo & in futuro. Vnde Apocalypſis meminit reſurrectionis primæ & ſecundæ. Prima eſt gradus ad ſecundam. Quomodo autem vtraque reſurrectio & vita contingat, ipſe Dominus docet, cùm ait.

NONVS.

Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet.

C 26 *Et omnis qui viuit & credit in me, nequaquam morietur in æternum.*

Etſi Chriſti merita infiniti ſunt precij & valoris, atque ideo ſufficientia omnibus mortalibus ad reſurrectionem & vitam: tamen non applicantur hæc merita niſi credentibus (De adultis loquor. Nam infantibus eorum, qui ſunt in Eccleſia viſibili, virtute fœderis applicantur Chriſti merita & obſignantur baptiſmo) Fides
D enim vnicum inſtrumentum eſt quo Chriſtum cum ſuis meritis & beneficiis apprehendimus, retinemus & poſsidemus. Quando ergo homo aſſentitur promiſsioni Euangelij & cõfidit per Chriſtum placatum eſſe patrem & ſe recipi in gratiã merito Chriſti, viuam fidem habet, qua apprehendit, retinet & poſsidet Chriſtum, expiatorem peccati, iuſtificatorem & reconciliatorem. Teneatur ergo toto pectore hæc Chriſti promiſsio: *Qui credit in me, etiamſi moriatur*, ſcili-
E cet carne, *viuet.* Hæc verba Domini ſi penitius introſpiciantur & conferantur cum miraculo reſuſcitati Lazari, hunc habent ſenſum: Quemadmodum mors fratris tui non impedire poterit potentiam meam, qua ipſum te conſpiciente excitaturus ſum & reuocaturus à morte ad vitam: ita nullius mors in me credentis impedire poteſt, quin & ipſe viuet anima, & ego ipſum, quo ad corpus exuſcitaturus ſim, diuina mea potentia, ad vitam æternam. Atque ita hęc
F Chriſti promiſsio, vt clarè eorum ſententiam refutat, qui animas alto ſomno ſopitas, vſq; ad cõmunis reſurrectionis tempus impiè fingunt: ita ſymbolum reſuſcitati Lazari continet. Sicut enim hîc clamando excitat Lazarum mortuũ: ita in extremo die cùm dixerit: *Surgite mortui*, omnes pariter prodibunt viui; qui crediderunt quidem, ad vitam beatam, qui verò non crediderunt, ad ignominiam ſempiternam.

Porrô hîc ſciendum, quòd illam communẽ
G reſurrectionem corporum ad beatam vitã præcedat reſurrectio animarum in hac vita. Qui enim hîc non reſurgit anima, nequaquam in ex-

tremo

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tremo die ad gloriam, ſed ad ignominiam reſurget. De hac animarum reſurrectione, quæ in Apocalypſi prima reſurrectio dicitur, aliquid hoc loco dicendum eſt. Dicamus hæc ordine, ſed breuiſsimè.

1. Quiſnam reſurgat.
2. Quomodo reſurgat.
3. Qua virtute reſurgat.
4. Et ad quid reſurgat.

Quis ergo reſurget? Anima quæ priùs cecidit per peccatum. Sic enim Ezechiel capite 18. ait: *Anima quæ peccauerit, morietur.* Cùm igitur omnes peccauimus in Adamo, omnes cecidimus in Adamo, & mortui ſumus quoad animam. Eſt enim gratia Dei vita animæ, ſeparata ab anima per peccatum.

Quomodo reſurgemus? Apprehenſa manu Saluatoris Ieſu Chriſti erigimur & viuificamur. Quod fit, quando in ipſum viua fiducia recumbimus, ſicut præſens promiſsio docet. Tum enim regeneramur per Spiritum Sanctum, & naſcimur filij Dei.

Qua virtute reſurgemus? Solius Chriſti. Quando enim in illum credimus, illi ſimul inſerimur atque eius membra efficimur. Ex quo fit, vt iam ipſius Spiritu viuamus. Nam vt virtute mortis Chriſti morimur peccato: ita virtute reſurrectionis eiuſdem viuimus Deo. Atque hæc vita noua, effectus eſt primæ reſurrectionis, quæ eſt animæ, de qua Iohannes in Apocalypſi: *Beatus eſt qui habet partem in reſurrectione prima.*

Porrò hæc nouitas vitæ, ad quam reſurgit anima à morte peccati, indicium certum eſt excitatæ animæ. Hinc ergo quilibet de ſeipſo iudicium ſumat, an anima viuat, nécne. Secunda reſurrectio, quæ erit corporum, eſt cuius hìc potiſsimum fit mentio, tametſi includit primam, quæ eſt via ad ſecundam. *Qui credit*, inquit, *in me, etiamſi mortuus ſit, viuet, & omnis qui viuit & credit in me, nequaquam morietur in æternum.* Duo promittit hîc Dominus, videlicet deſtructionem æternæ mortis & donationẽ vitæ æternę. Quámobrem reſurrectionem & vitam eſſe affirmat. Nam non ſolùm excitabit mortuos in vltimo die, verumetiá excitatos à mortuis, modò hinc in vera fide diſceſſerint, ornabit immortalitatis gloria. De hac reſurrectione & æterna vita eiuſque cauſa loquitur Apoſtolus, cùm ait: *Chriſtus reſurrexit primitiæ dormientium. Nam vt per hominẽ mors: ita etiam per hominem reſurrectio mortuorum,* ſcilicet ad vitam ſempiternam.

DECIMVS.

Credis hoc?

27 Ait illi: etiam Domine, ego credo quòd tu es Chriſtus filius Dei, qui in mundum venturus erat.

Recitata promiſsione, quærit Dominus ab auditrice ſua Martha, num credat. Id autem nõ facit vt ignorans, cùm ſit inſpector cordium, ſed vt magis fides mulieris creſcat & clará de Meſsia edat confeſsionem: quod & facit. Ita enim clariſsimè ait: *Ego credo quòd tu es Chriſtus Filius Dei qui in mundum venturus erat.* Scilicet non per mutationem loci, ſed per aſſumptionem carnis. Quid? An nõ Chriſtus quærit de eo quod propoſuit, videlicet *ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit in me etiamſi mortuus fuerit, viuet?* &c. An non Martha hîc videtur non reſpondere ad propoſitam interrogationem? Non enim dicit: Credo te eſſe reſurrectionem & vitam: Credo victurũ omnem, qui in te crediderit: Credo te donatorem eſſe vitæ æternæ & abolitorem mortis æternæ. Quid ergo? *Credo*, inquit, *quod tu es Chriſtus filius Dei, qui in mundum venturus erat.* Reſpondeo. Cùm Martha fatetur perſonam Meſsiæ, ſimul fatetur eius officium, videlicet, quòd ſit reſurrectio & vita omni in ſe credenti. Pulchrè ergo Martha ex perſona Meſsiæ ratiocinatur officiũ, & ex officio perſonam. Eſt igitur ſententia reſponſi Marthæ. Meſsias eſt reſurrectio & vita omni in ſe credenti. Tu es Meſsias: Ergo tu es reſurrectio & vita omni in te credenti. Hæc ſapientia latuit ſapientiſsimos in iſto populo, qui eccleſia Dei videri volebant. Eodem planè modo hodiè multi plebei in mundo homines, hãc ſapientiam norunt, cùm interea ſapientiſsimi pontifices nihil prorſus de ea intelligant. Hæc Marthę confeſsio, ſi eá retexuerimus, quatuor habet, quæ ante omnia ſunt de Mediatore noſtro Chriſto cognoſcenda. Primùm agnoſcit Ieſum Mariæ filium, cum quo loquitur, eſſe verũ hominem. Secundò fatetur clarè eundem eſſe Dei filium. Tertiò hunc Mariæ filium & Dei filium, & vnam perſonam & Chriſtum prædicat. *Tu*, inquit. Singulari enim numero vnitatem perſonæ ſignificat. Dum Chriſtum agnoſcit, id eſt Meſsiam, hoc eſt Regem illũ & Sacerdotẽ, qui placaturus erat iram patris, cõfitetur. Quartò fatetur ſe in illum credere, hoc eſt firmiter ſtatuere, quòd ſibi & omni in ipſum credenti ſit reſurrectio & vita.

In textu Græco eſt πεπίστευκα, id eſt, credidi. Qua voce ſignificat Martha ſe iam pridem crediddiſſe, & credere Ieſum eſſe Meſsiam & filium Dei. Hæc confeſsio Marthæ verè ſalutaris eſt, & omnibus piis proponenda & imitanda. Continet enim ſummam doctrinæ de Meſsia, videlicet de humana natura, de diuina natura, de vnione perſonali, de beneficiis & de applicatione beneficiorum. Hæ doctrinæ partes de Meſsia longis concionibus in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis explicantur, & nos ſuprà copioſè de ſingulis diximus.

DE TERTIO.

Vocatur Maria ad Ieſum à ſorore ſua Martha. Illam exeuntem comitantur multi Iudæi. Coram Chriſto ſe proſternit Maria, & conqueritur de morte fratris. Chriſtus videns lachrymantem, lachrymatur & ipſe, & ſpiritu turbatur, quæritq; vbi illum poſuerint. Varij oriuntur ſermones de Domino, ſed ipſe pergit ad ſepulchrum, vbi Lazarus erat ſepultus. Huius etiam membri articulos numeris diſtinguemus.

Primus

PRIMVS ARTICVLVS.

28 Et hæc cùm dixiſſet, abijt & vocauit Mariam ſororem clàm dicens: Magiſter adeſt, & vocat te.

29 Illa vt audiuit, ſurgit citò, & venit ad illum.

30 Nondum enim venerat Ieſus in vicũ, ſed erat in loco vbi occurrerat ei Martha.

Etſi hæc clariora ſunt, quàm vt vlla egeant explicatione, eò tamen pertinent, vt cogitemus prouidentiá Dei, qui iſto pacto voluit vt plures accurrerent, qui miraculi futuri teſtes eſſe poſſint. Quod citò ſurgit Maria & venit ad Ieſum, amoris fuit & fiduciæ qua cõſolationẽ à Domino expectabat. Exemplum Mariæ imitemur & nos, & vocati ad Chriſtum vocantib. pareamꝰ.

SECVNDVS.

31 Iudæi igitur qui erãt cum ea in domo, cùm viderent Mariam quòd citò ſurgeret & exiret, ſecuti ſunt eam, dicentes: vadit ad monumentum vt ploret ibi.

Officium horum Iudæorum laudabile eſt & imitatione dignum. Quòd autem Maria non ſignificet Iudæis quò abeat, id fortè ideo facit, ne Dominus ſe in manus eorum ex inopinato tradat, cuius etiam factum imitari debent pij, ne innocentiũ vitam temerè periculis exponát.

TERTIVS.

32 Maria igitur venit, vbi erat Ieſus, videns eum cecidit ad pedes eius dicens ei: Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus mortuus non fuiſſet.

Congruit querela Mariæ cum querela Marthæ ſororis, niſi quòd Maria ſe ad pedes Domini proſternat reuerentiæ cauſa, & vt ſupplex impetret à Domino quod petitura erat. Obſeruádum autem eſt quod ſcriptura duplices adorationes meminit, quarum vna eſt reuerentiæ tantùm, quæ hominibus dignioribus exhibetur, & mandatur in quarto præcepto. Altera cultus eſt, quæ ſoli Deo debetur. Hæc cùm aliò transfertur ſiue ad ſtatuas, ſiue ad homines, ſiue ad quamcunque rem aliam, idololatria eſt damnanda.

QVARTVS.

33 Ieſus ergo vt vidit eam plorantem & Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum.

34 Et dixit: vbi poſuiſtis eum: Dicunt ei: Domine veni & vide. Et ecce lachrymatus eſt Ieſus.

Cùm Ieſum legimus infremuiſſe ſpiritu & lachrymaſſe, hoc principiũ ante omnia tenẽdum eſt. Ieſus redemptor noſter perfectam hominis naturam aſſumpſit, cum omnibus affectib. qui futuri fuerant in Adam, ſi in natiua conditione perſeueraſſet: Corpus ſenſibile, animá ſenſibilem & naturalibus paſsionibus obnoxiam ſed

A abſque peccato. Præterea etiam de malis pœnæ ea duntaxat accepit, quæ communis lapſus conditionem generaliter conſequuntur abſq; culpa. Ab ijs quæ ſigillatim accidunt nobis, abſtinuit. Verùm inter lachrymas Chriſti & Iudæorum Mariæq; maximum eſt diſcrimen. Etſi autem Chriſtus lachrymatus eſt humano affectu, vt Iudæi & Maria: tamẽ plures & grauiores cauſas habuit Dominus ſuarum lachrymarum. Lachrymas enim Chriſti præcedunt fremitus ſpi-
B ritus & turbatio, quæ cauſæ fuerunt lachrymarum Chriſti. Etſi autem quãtus fuerit fremitus ſpiritus in Chriſto, nemo explicare poteſt: tamen eum ex indignatione maxima & grauiſsima ira proueniſſe dubium non eſt. Nam cùm mortuum Lazarum cogitat, cogitat ſimul de mortis authore diabolo, cui adeò iraſcitur, quòd infremat ſpiritu, & gemitu indignationem oſtendat.

Verbum Græcum ἐμβριμᾶσθαι ſignificat vehe-
C menter indignari & iraſci propter rei indignitatem. Cùm ergo Chriſtus fremere ſpiritu hîc dicitur, ſignificat eum vehemẽter indignari propter indignitatem rei, videlicet quòd diabolus hominem ad imaginẽ Dei conditum, tam proditoriè ſeduxerit, eumque ſibi ſubiecerit. Qua quidem re nihil indignius cogitari poteſt. Quare ex hac indignitate iraſcitur diabolo, cũ quo erat congreſſurus paucos poſt dies, vt eius caput contereret imperiumque deſtrueret. Tur-
D batio venit ex cogitatione miſeriæ humanæ, quæ in tantas calamitates inciderat, propterea quòd ſeductori diabolo paruerit. Lachrymatur inſuper nõ ſolum cogitans ſibi iam imminere ignominioſiſsimam mortem pro morte abolenda: verumetiam intuens ingentem maximæ partis humani generis ingratitudinem erga ſe propter quam incurſura erat in ſempiternam miſeriam. Has cauſas fremitus, turbationis & lachrymarum Chriſti fuiſſe non eſt dubium. Sed
E magnitudinem harum in Chriſto affectionum nemo, vt antea diximus, vel cogitare poterit. Nos autem hinc primùm diſcamus affectum Chriſti erga nos, nimirum quòd velit ſalutem noſtram, ac doleat de noſtra damnatione & miſeria. Quare ad illum confugiamus, ac ipſi nos ſubijciamus in vera fide & timore expectantes per illum victoriam ſuper morte & diabolo. Deinde obſeruemus hoc loco teſtimonium de vera humanitate Chriſti. Ná afflictiones q̃ hîc
F deſcribuntur, nõ cadũt in deitatẽ, ſed humanitatis ſolummodò propriæ ſunt. Hinc ergo quidam ex Patribus cõtra hęreticos eruditè confirmarunt Chriſtum verũ hominẽ eſſe, cõſtantem corpore & anima, quæ ſine affectionibus humanis eſſe non poteſt. Neque hæ affectiones per ſe in natura humana ſunt peccata, ſed aliunde fiũt vitioſæ, videlicet cùm non proficiſcuntur ex iuſtis cauſis, nec tendunt ad iuſtum finẽ. In Chriſto igitur, qui iuſtis de cauſis infremit, turbatur
G & lachrymatur, ſpectans gloriam Dei, & ſalutem humani generis, nequaquam fuère hæ perturbationes vitioſæ ac peccata. Nec in ſanctis

alijs

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

aliis ſunt peccata, quando iuſtis cauſis efficientibus & finalibus rectè clauduntur. Præterea hic locus ἀστοργίαν Stoicorum euertit, qui diſputant huiuſmodi affectiones in ſapientem virum cadere non poſſe, ſed iſta ſubtiliùs diſputantur ab ocioſis quàm monſtrantur in calamitoſis.

QVINTVS.

36 Dicebant igitur Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

37 Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere vt hic non moreretur?

Hi varij ſermones de Chriſto proficiſcuntur partim ex ignorantia, partim ex malitia. Ignorantia fuit quòd non, vt oportuit, de lachrymis iudicarunt, ſed ſolummodo ex humano ſenſu. Sic enim apud ſe ratiocinati ſunt. Qui amat alterum, amati aduerſis dolet, & proſperis lætatur. Cum ergo hîc dolet de morte Lazari, non potuit eſſe dubium, quin ipſum amauerit. Doloris enim teſtes ſunt lachrymæ. Malitia erat quòd opera diuina rideant, ac ſi dicerent. Ille oculos cœci dicitur aperuiſſe & hunc ſuum amicũ languentẽ ſanare nõ potuit. Aut ergo fictæ ſunt hæ lachrymæ, quia non iuuit, aut ſi veræ ſunt, iuuare non potuit, quod ſanè potuiſſet ſi oculos cœci aperuiſſet. Huiuſmodi ſanè contumacium ſunt, qualis & illa eſt: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſeruare non poterit.* Item. *Sperauit in Domino, liberet eum ſi vult eum.*

SEXTVS.

38 Ieſus ergo fremens in ſemetipſo venit ad ſepulchrum.

Magnam luctam Chriſto fuiſſe cum Sathana, qui abſq; dubio volebat hoc miraculum impedire hic iteratus fremitus teſtatur. Sed Chriſtus pergit in pugnam cõtra Sathanam, ipſo facto oſtenſurus quòd ſit potentior Sathana, qui conatur homines detinere ſub morte.

DE QVARTO.

Hoc membrum ipſum reſuſcitati Lazari miraculum continet, ſed pluribus amplificatur circumſtantiis. Deſcribitur ſepulchrum, iubetur tolli lapis de ſepulchro, Martha diffidit, carnis ſenſum ſecuta, & à Domino corrigitur, tollitur lapis, precatur Dominus, ac voce euocat mortuum è ſepulchro, prodit viuus qui mortuus fuerat. Hoc viſo miraculo, alij Iudæorum crediderunt, alij ad pontifices ſe contulerunt, ut factum ipſis exponerent. Huius membri articulos etiam numeris diſtinguemus.

PRIMVS.

Erat autem ſpelunca, & lapis impoſitus erat ei.

Deſcriptio eſt ſepulchri Lazari. *Erat*, inquit, *ſpelunca*, hoc eſt, ſepulchrum Lazari erat rupes, ſeu petra excauata, cui lapis impoſitus erat. hoc eſt, ianua ſepulchri claudebatur lapide, atque

A ita totum ſepulchrum lapideum erat, non ſine magnis ſumptibus extructum Hinc eſt colligere, Lazarum & Sorores eius, non fuiſſe vulgares homines, ſed nobiles & prędiuites. Quòd autem adeò magnifica ſepulchra extruxerint in populo Iſraelitico, ideo factum eſt, vt cogitarent homines, ſanctorum corpora non contemnenda, vt alia cadauera, ſed honoranda propter eorum glorioſam reſurrectionem. Hanc enim ob cauſam, ſingulari cum ſolennitate, in e-
B lectis ſepulchris, ſuos mortuos prius vnctos, ſepeliuerunt Iudæi, quem morem cum Chriſtiani imitari inciperent, res paulatim in deterius prolapſa eſt. Nam nõ ſolum reliquias, vt vocãt, ſanctorum, in honore habuêre, verumetiam nõ ſine impietate adorandas proſtituerunt, & cultum Dei definiuerunt eſſe, profectiones ad ſanctorum ſepulchra. Sed hac ſuperſtitione, imò idololatria omiſſa, pios honeſtè ſepeliamus, reliquias ſanctorum, quãtum fieri poteſt, intactos
C relinquamus. Sepulchra ſint honeſta, ſed ſine non neceſſariis ſumptibus. Κοιμητήρια ſeruentur munda à fœtoribus. Miniſtri Euangelij admoneant magiſtratus, vt fœdatores cœmiteriorum acriter puniant.

Hîc omitto iuſtam querelam, non ſolùm de noſtris cœmiteriis, verumetiã de violatoribus ſepulchrorum. Sæpè enim fit vt homines corpora mortuorum adhuc integra effodiant, & cum contemptu vel abijciant, vel terræ infodi-
D ant vel aliò transferant, vt ſuis ſepulchra extruant, in locis, vt putant, ſplendidioribus, vt ſcilicet à pluribus illorum ſepulchra cõſpiciantur.

De lachrymis quibus pij proſequuntur ſuos mortuos duo ſunt præcepta. Vnum Syracidæ. Alterum Pauli. Syracides ita ait cap. 38. *Fili effunde lachrymas ſuper mortuo, luctumq; vt acerba paſſus exordire.* Paulus ita præcipit 1. Theſſal. 4. *Nolumus vos ignorare de dormientibus, ne contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus*
E *quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ita Deus eos qui dormierunt per ipſum adducet cum eo.* Prius præceptum requirit luctum, qui proficiſcetur ex cogitatione cauſæ mortis, & ex pietate erga mortuum. Alienum enim eſt ab omni pietate & humanitate, morte amicorum non affici. Poſterius requirit moderationem luctus, quæ proficiſcetur ex cogitatione glorioſæ reſurrectionis.

SECVNDVS.

F *39 Dicit Ieſus, tollite lapidem.*

Fidem præſentium ſpectatorum explorat Dominus. Iubet vt tollant lapidem à ſepulcro, ſignificans ſe mortuum ad vitam reuocaturum.

TERTIVS.

Dicit ei ſoror mortui, Martha: Domine iam fætet, quadriduanus enim eſt.

Martha ſuprà audiuit à Chriſto, *frater tuus reſurget*: Item *ego ſum reſurrectio & vita*: Et ipſa
G palàm dixit: *Et nũc ſcio quod quidquid petieris à Deo dabit tibi.* Verum hîc, cum ad rem ventum eſt: Marthæ fides vacillat, imò tãtum non ſuccum-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

bit. Plus enim tribuit Martha iudicio ſenſus & rationis ſuæ, quá promiſsionis verbo. Ita enim colligit Martha. Quatuor dies in ſepulchro iacuerat mortuus Lazarus: Ergo iam fœtet & putreſcit caro ipſius. Si fœtet, non poteſt excitari. Fruſtra igitur iubes lapidem è ſepulchro tolli, qui ſi ſublatus fuerit, de ſepulchro, fœtore cadaueris, offendemur non ſine veneni periculo. Sic caro obſtrepit fidei, & ſæpè veluti cœno quodam illam obruit. Quare nos diſcamus diuinas promiſsiones non ſenſibus & ratione metiri, ſed ſapientia, bonitate & potentia Dei promittentis, exemplo Abrahæ. Qui cùm haberet vxorem & natura & ætate ſterilem, & cùm ipſius corpus effœtum eſſet: tamen contra ſenſus & rationis iudicium credidit promiſsioni diuinæ, dans Deo gloriam veritatis, & ſtatuens eum, qui promiſerat præſtare poſſe promiſſa.

QVARTVS.

40 *Dicit ei Ieſus. Nónne dixi tibi quòd ſi credideris, videbis gloriam Dei.*

Obiurgat Chriſtus Martham propter infirmitatem fidei, vt ea ferè ſubuerſa erigatur rurſus. Et eſt hìc obſeruanda in primis φιλανθρωπία Chriſti, non abiicientis Martham propter paruitatem fidei. Vnde & nos ſtatuamus Dominum, cùm non ſit προσωπολήπτης, infirmitatem noſtram boni conſulere, ſi modò aliquis fidei igniculus in corde remaneat.

Gloriam Dei vocat reuocationem Lazari à morte ad vitam Metonymicῶs, quia pertinebat ad illuſtrandam gloriam Dei in Chriſto, quem miſerat ipſe Saluatorem mundi.

QVINTVS.

41 *Suſtulerunt ergo lapidem à loco vbi is, qui mortuus fuerat erat poſitus.*

Inter ſpem & metum conſtituti ſpectatores Chriſto obediunt, lapidemq; ad mandatũ Chriſti à ſepulchro remouent. Quorum exemplo, & nos Domino pareamus, quantumuis videatur vel abſurdum quod mandatur, vel impoſsibile quod promittitur.

SEXTVS.

Ieſus autem attollens ſurſum oculos dixit: Pater gratias ago tibi quòd audiſti me.

42 *Ego autem ſciebam quod ſemper me audis, ſed propter turbam quæ circumſtat dixi vt credant quod tu me miſeris.*

43 *Atque hæc cum dixiſſet voce magna clamauit: Lazare veni foras.*

44 *Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos faſcijs ſepulchralibus, & facies ipſius ſudario erat obuincta. Dicit eis Ieſus, ſoluite eum & ſinite abire.*

Expoſitio eſt miraculi cum ſuis circunſtantiis, quæ ſunt plures.

Prima: Gratias patri acturus dominus & precaturus, ſurſum leuat oculos, quod ſymbolum fuit cordis eleuãtis ſe ad Deũ fiducia exauditionis. Diſcernendũ eſt hìc inter inuocationẽ Meſ-

A ſiæ & aliorum. Inuocatio Meſsiæ ſeu inuocatio qua Meſsias patrẽ inuocat, eſt eleuatio animæ Meſsię ad patrẽ, vel petẽtis aliq̃d à patre vel gratias agẽtis, idq; non propter alienũ meritũ & dignitatem, ſed fiducia proprij meriti, dignitatis & paternæ ſtorgæ. Ita enim de filio pater teſtatur: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui.* Et Paulus meriti meminit cùm ideo dicit Chriſtum eſſe vnicum Mediatorem, quia ipſe ſolus factus eſt ἀντίλυτρον pro omnibus. Inuocatio a-
B liorum hominum vera, eſt eleuatio cordis ad Deum, vel petentis aliquid à Deo, vel gratias agentis pro acceptis beneficiis, idque non fiducia proprij meriti aut dignitatis, ſed propter meritum, dignitatem & interceſsionem vnici Mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Porrò ſymbolum eleuationis oculorum in cœlum, ipſe Dauid interpretatur, cum ait: *Ad te Domine leuaui animam meam.* Non ergo vera inuocatio eſt clamor vocis, aut multorum Pſalmo-
C rum decantatio, ſed cordis gemitus, & eleuatio animæ ad Deũ ipſum, fiducia exauditionis propter Mediatorem. Idem ſignificatur eleuatione manuum. Vnde Ieremias: *Leuemus corda cum manibus noſtris ad Deum in cœlos, promiſsione auxilij & mandato fiduciæ.* Nã vt promiſsione certificamur de voluntate Dei: ita mandato fiduciæ per Mediatorem Chriſtum erigimur, aduerſus omnia obſtacula, certi, quòd qui mãdauit vt credamus & promiſit credentibus, potẽs ſit ad præſtanda
D promiſſa. Nam cum & voluntatem & facultatem in Deo eſſe nouimus, fiducia orantis non poteſt fruſtrari.

Secunda: *Pater gratias ago tibi quod audiſti me.* Filius Dei humiliatus in carne aſſumpta, vt Mediator inter Deum & hominem patrẽ compellat, eiq; gratias agit quod ſe exaudiuerit. Qualis aũt fuerit petitio filij Dei, ex re præſenti de qua agitur, facilè intelligitur. Petiuerat enim Dominus, vt Lazarũ mortuũ reuocaret ad vitã, in glo-
E riã patris, & in confirmationẽ quòd à patre miſſus ſit. Quòd aũt forma precationis nõ exponitur, ſed geſtus ſolummodo orantis indicatur, eò pertinet, vt ſciamus precationẽ verã, potius eſſe cordis gemitũ, ſeu eleuationẽ cordis ad Deũ, q̃ oris ſonitũ. Vt ergo precatio cordis eſt occulta, ſoli precãti & Deo cognita: ita reſponſio Dei etiã occulta eſt, qua Deus cordi hominis per Spiritum Sanctum perſuadet, quod velit exaudire & dare, quæ petuntur ſecundùm ipſius volun-
F tatem. Iam ſingula verba Domini, gratias agentis patri, examinemus.

Primum: occurrit dulciſsima hæc compellatio *Pater*, quæ eſt vox fiduciæ ex amore paterno conceptæ. Sine enim hac fiducia qua homo ſtatuit Deum ſuum patrẽ eſſe, & ex amore paterno velle ſe exaudire, nemo orare poteſt. Verũ hìc diſcernẽdum eſt inter Filiũ natura, & filios adoptione. Chriſtus eſt Filius Dei natura ab æterno à patre natus, eiuſdẽ eſſentiæ cum patre.
G Hunc hominẽ factũ, & Mediatorẽ inter Deũ & homines exaudit pater, propterea quòd ipſum ab æterno diligat, & quod filius obediẽtia ſua,

hoc

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

hoc à patre meruerit. Dignus ergo eſt filius in
ſe quē pater exaudiat. *Hic eſt*, inquit, *Filius meus
dilectus, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Filij adoptiōe (vt ſunt omnes
qui credunt in nomē Chriſti, iuxta illud: *Dedit
poteſtatē Filios Dei fieri ſeu naſci omnes qui credunt in
nomē eius*) propter filiū natura, in quo ſunt dile-
cti, exaudiūtur. Nequaquá enim ob ſua merita,
opera & dignitatē exaudiri credēdi ſunt, ſed ſo-
lummodo quia ſunt in filio dilecti, vt diximus,
iuxta illud: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo placa-
tus ſum.* Ideo Dominus ait: *Quidquid petieritis pa-
trem in nomine meo, dabit vobis.* Cum dicit, *Quid-
quid*, ſignificat quòd ſiue pro nobis ipſis, ſiue
pro aliis aliquid petamus, in nomine ſolius Chri
ſti exaudiamur. Cùm ergo oramus ſiue pro aliis
ſiue pro nobis, eodem fundamento nitimur,
nempe merito vnius Ieſu Chriſti.

Papiſtę qui inuocāt ſanctos, & nitūtur ſancto
rū meritis, à regula quá Chriſtus cōmendauit
precātib. aberrāt. Nullius enim dignitas, nullius
nomē aut meritū in precationib. locū habet prę
ter vnius Ieſu Chriſti. Is enim ſolus dedit ſe *ἀντί-
λυτρον* pro omnib. vt ſolus Mediator ſit, in cuius
ſolius nomine, Deus inuocātes exaudit. Hinc er
go pēdet præcipuū diſcrimē inter inuocationē
veræ Eccleſię, & aliarū ſectarū Mahometiſtarū,
Iudæorū incredulorum, & aliarū prophanarū
gentium. Etſi enim Turcæ dicūt, ſe vnū Deum
creatorē cœli & terræ inuocare: tamen à vero
Deo aberrant, quia nō agnoſcunt Mediatorem,
per quem ſolum exaudiuntur orātes, & in quo
ſolo Filij Dei cēſentur. Qui enim ſe filiū Dei eſ-
ſe per fidem nō ſtatuit, fruſtra orat, vt qui acceſ
ſum ad Deum nō habeat. Caret enim Mediato-
re. Ideo Dominus præſcripturus diſcipulis ſuis
orādi formá, hanc compellationē ipſis commen
dat: *Pater noſter qui es in cœlis.* Cùm enim iubet
eos dicere *pater noſter*, requirit fidem per quam
Filij Dei efficiuntur. Cùm aūt addit, *Qui es in cœ-
lis*, reuocat eos ab errore Ethnico, Phariſaico &
Papiſtico, qui vel ad ſtatuas procumbūt, vel ob
loci ſanctitatem ſe exaudiri putant. *Veri enim ad-
oratores adorent patrem in ſpiritu & veritate.*

Deinde ſequitur: *Gratias ago tibi quòd audiſti
me.* Hinc ſumatur Catholica regula videlicet,
quod officium piorum ſit, Dei beneficia acce-
pta agnoſcere, prędicare, atq; gratias agere, mē-
te, corde, lingua adeoq; tota vita. Sed de gratia-
rum actione vide quæ annotauimus cap. 6.

Cum dicit: *Quòd audiſti me.* Argumentum eſt
accepti reſponſi per Spiritum Sanctum, videli-
cet, quod pater voluerit glorificari per excita-
tionem Lazari à mortuis. Hinc monemur, ne
prius deſinamus orare, quá Spiritus Mediato-
ris in corde noſtro reſponſum obſignauerit,
quod fit cùm inter precandum accenditur læti-
cia & cōſolatio in corde per Spiritum Sanctū,
cuius informatiōe relinq̄mus Deo exaudiendi
modū. Neq;.n. ſemper exaudit Deus ad votum
carnis, ſed ad gemitū Spiritus, q̄ ſe Deo ſubiicit,
expectās ab optimo patre, quod ipſe ſalutare eſ-
ſe iudicat. Huc illud Auguſtini: *Multis propitius
Deus, nō tribuit quod volunt, vt quod vtile eſt tribuat.*

A Tertia: *Ego aūt ſciebam quòd ſemper audis me.* Ar-
gumentū fiduciæ exauditionis de excitādo La-
zaro. Semper me pater exaudis: Ergo etiā nunc
me exaudis. Hinc cōſolationē fides petat in tē-
tationib. & hoc modo colligat. Chriſtus media-
tor & interceſſor in agone mortis pro omnib. in
ſe credētib. & credituris orauit & exauditus eſt:
Proinde ſtatuo me ipſius interceſsione, reconci
liatū eſſe patri. Hac fiducia triūpho, contra mor
tē, peccatū, infernū & diabolum, prę ſertim cùm
B Mediator hic meus, peccatum aboleat merito
mortis ſuæ; iuſtitiá cōferat, merito obedientiæ
ſuæ; reconciliationem paret, merito interceſ-
ſionis ſuæ. Huius fidei praxis ſentitur in ten-
tationibus & agone mortis.

Quarta: *Sed propter turbam quæ circūſtat dixi, vt
credant, quod tu me miſeris.* Dominus gemitu cor-
dis orauit patrē & reſponſum patris accepit. Ve
rū hoc de ſua orationē ad patrē, & exauditionē
ideo adiecit, vt legationē ipſius, ſpectatores in-
C telligerēt, diuiná eſſe & nihil facere filiū, niſi ex
volūtate patris qui ſe miſerat. *Opera*, inquit, *quæ
ego facio teſtificātur de me, quod pater me miſerit.* Hinc
ergo manifeſtum eſt, quò pertineat hoc Chriſti
miraculum, nimirū vt eo viſo, homines credant
Ieſum Meſsiā eſſe olim promiſsū, deſtructorem
mortis, & donatorē vitæ ſempiternæ & beatæ.
Fides ergo nō eſt violentus impetus aut enthu
ſiaſmus, ſed firma perſuaſio de veritate Dei &
fiducia miſericordię, ex verbo demonſtrato cō-
D cepta. Ná in verbo ſemper vult eſſe efficax Spiri
tus Sanctus, idq; in omnib. qui verbū audiunt.
Quod aūt multi, proh dolor, audiūt verbū ſine
fructu, id fit eorū culpa qui Spiritui Sancto re-
ſiſtunt. Non cōſilio Dei, q̄ reuera vult oēs homi
nes ſaluos fieri & ad agnitionē veritatis venire.

Quinta: *Atq; hæc cùm dixiſſet, voce magna clama-
uit* (ſcilicet vt oēs circumſtātes audirēt & teſta-
rētur de miraculo) *Lazare veni foras.* Hîc Domi-
nus voce ſua Lazarū, qui mortuus erat, ad vitá
E reuocat, quo facto: Primùm ſignificat vocis ſuę,
hoc eſt, Euágelij efficaciam. Nam ſuſcitatio La-
zari, per vocem Chriſti, abſq; omni dubio Sym-
bolum fuit ſpiritualis gratiæ, quæ per Euange-
lium contingit. Vt enim hîc clamádo Dominus
à morte reuocat Lazarum, qui mortuus erat: ita
quotidiè voce Euágelij multos in peccatis ſuis
mortuos, reuocat ad vitam, non temporaneam
& caducá, ſed ſempiterná & beatam. Vnde tan-
ta vis verbi? Ab ipſo Deo, qui ſonáte voce Euan
F gelij & in vſu Sacramentorum eſt efficax. *Pater*,
inquit, *ſanctifica eos in veritate tua, ſermo tuus veri-
tas eſt.* Quomodo ſanctificat ſermo Dei? non
quia auditur, ſed quia creditur. Sonat igitur vt
audiatur, auditur ut credatur, creditur vt cre-
dentes ſanctificentur ſpiritu Chriſti, quem fi-
de apprehenderunt. Tametſi autem non videe-
tur prophanis hominibus miraculum, homi-
nes in peccatis ſuis mortuos, voce Euangelij re-
uocari ad vitam, reuera tamen maximé miracu-
G lum eſt, & ſanè non minus, quàm mortuum cor
poraliter reuocare ad vitam hanc caducá. Nam
vt multò triſtior eſt mors animæ, quæ eſt ſpiri-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tualis, morte corporis: ita multo præſtantius o- A
pus eſt, à morte animę hominẽ reuocare ad vitã
beatã & ſempiternã. Hoc aũt cùm ſit, officiũ mi-
niſtrorũ Euãgelij, in quo Chriſtus vult eſſe effi-
cax in omnib. audientib. Euangeliũ, ſatis patet
in quo loco miniſteriũ verbi, & qui illud ſince-
rè docent, habendi ſint. Potuit Chriſtus Laza-
rum ſine clamore, & ſine voce excitare, ſed vti
voluit mediis, ad nos monendos & docendos,
quò intelligamus Deum autorem quidem ſalu
tis eſſe, ſed velle nos mediis vti à ſe ordinatis. B
Deinde alta Saluatoris vox, quæ Lazarum ſu-
ſcitauit, Symbolũ eſt tubæ illius magnæ, ad q̃
oẽs in extremo die prodibunt ex ſepulcris ſuis.

Sexta: *Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus.* Hoc
ipſum miraculum eſt. Lazarus quatuor dies
mortuus & in ſepulcro iam fœtens, ad vocem &
imperiũ Chriſti viuus, ſanus & integer è ſepul-
chro prodit. Hoc miraculo Filius Dei obſignat,
quod antea dixerat: *Ego ſum reſurrectio & vita*, o-
ſtendit ſe diuina potentia armatũ eſſe, atq; adeo C
verũ Deum eſſe, probat ſuã legationẽ diuinã eſ-
ſe, cõuincit ſe nõ ſolùm morte potẽtiorẽ eſſe, &
fortiorẽ autore mortis Diabolo, verũetiã ſe do-
natorẽ eſſe vitæ æternę teſtatur. Miraculũ aũt i-
pſum eò tẽdit, vt credẽtes Ieſum eſſe Chriſtũ, vi
tã habeãt in ipſo, & vt non credẽtes ſint inexcu
ſabiles qui cõtumaciæ ſuæ æternas luẽt pœnas.

Septima: *Manus et pedes habẽs reuinctos ſepulchra-
lib. faſciis* (id eſt, tegumẽtis quib. inuoluta erant
mẽbra mortui) *& facies ipſius ſudario erat obuincta.* D
Hìc deſcribitur velociſsimus curſus, quo Laza-
rus ad vocantẽ Dominum properauit. Sed qũo
potuit prodire de ſepulchro ligatis manib. & pe
dib9.? Eius potẽtia, qui ipſum à morte ad vitã re
uocauit. Huic.n. nihil eſt impoſsibile. Hìc ſignifi
catur ſymbolicè, quod nulla potẽtia, nulla mo-
les, nulla vincula, poſsint impedire, quin oẽs, ad
extremã tubam, ſint prodituri è ſepulchris. Ni-
hil enim iudici vẽturo eſt impoſsibile. Cùm er-
go nobis cõſtat de voluntate Dei, nihil dubite- E
mus de potentia. Nam quidquid vult põt. Non
aũt quidquid poteſt vult. Primũ ergo ex verbo
de voluntate Dei ſimus certi, & nõ ex potentia
de volũtate iudicemus. Nam etſi omnia poteſt,
nõ tamẽ omnia vult. Nihil.n. vult abſurdi, nihil
cõtra ordinẽ à ſe cõſtitutũ, nihil cõtra decreta à
ſe facta. Stulta eſt igitur illorũ ratiocinatio, q̃ ex
potentia voluntatem concludunt, cum tãtum-
modo ex voluntate potentia concludenda ſit.

Octaua: *Dicit eis Ieſus, ſoluite eum & ſinite abire.* F
Dominus qui miraculosè euocauit è ſepulchro
Lazarũ reuinctos pedes habentem, poterat etiã
miraculosè ſoluere ligatum, ſed hoc noluit. Vo-
luit enim eos, qui ſoluerent, teſtes eſſe miraculi.
Illorum nugas contemno, qui hinc allegoriam
ſtultã extruũt. Dicũt enim nõ ſufficere: Si Chri-
ſtus nos à peccati onere liberat, & nos viuificat
ſuo Spiritu, niſi Sacerdotũ ſolutio accedat. Hęc
enim imaginatio vt falſa eſt: ita omnino contu-
melioſa in filiũ Dei, cuius ſolius eſt, totũ ſalua- G
tionis beneficiũ. Cum hoc dico, nõ cõuello pæ-
dagogicã abſolutionẽ, q̃ fit per miniſtros Euan
gelij. Hęc enim nihil aliud vult, quã teſtari verã
& perfectam ſolutionem eſſe ab vnico Chriſto,
qui ſolus eſt Mediator Dei, & hominum.

Hactenus paraſceuen, & expoſitionẽ hiſtorię
excitati à mortuis Lazari declarauimus. Iam
quædã adiiciamus de ſymbolica ſignificatione
ſpeciali huius miraculi. Neq; enim dubium eſt,
quin oẽs miraculoſæ actiones Chriſti, adũbrent
actiones ſpirituales Chriſti perpetuas in Eccle-
ſia, id quod vno ſaltẽ Chriſti teſtimonio decla-
rabimus. Poſtquam Dñs, vt eſt Ioannis 6. ſatu-
raſſet turbam 5000 hominũ miraculosè quinq;
panib. hordeaceis & duobus piſciculis, mox de-
ſcẽdit ad explicandam Symbolicã ſignificatio-
nem: *Amen, Amen*, inquit, *dico vobis, quæritis me, non
quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panib. &
ſaturati eſtis. Operamini nõ cibum qui perit, ſed qui per-
manet in vitã æternã, quem filius hominis dabit vobis.*
An non Dñs hìc clarè docet, nõ eſſe hærendum
in externo ſigno, ſed altius leuãdam eſſe mentẽ
ad cogitãda ſpiritualia bona, quorũ ſunt ſymbo
la bona corporalia. Vt ergo hìc Dñs deducit ſu-
os auditores à corporali cibo ad ſpiritualem: ita
in reliquis quoque Chriſti miraculis anagoge
concinna, quæ claris Scripturæ teſtimoniis illu
ſtrari poteſt, quærenda eſt. Non eſt ergo dubiũ,
quin hoc miraculum ſymbolum ſit actionis ali-
cuius Spiritualis, quam Chriſtus ſemper ope-
ratur in ſua Eccleſia ſpiritualiter. Auguſtinus
in hũc modum Symbolum explicat: *Sicut tribus
gradib. ad peccatũ peruenitur, ſuggeſtione, delectatione,
conſenſione: ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, & in
corde, & in facto, & in conſuetudine, tanquam tres mor
tes. Vna quaſi in domo, id eſt, cũ in corde conſentitur li-
bidini. Altera verò quaſi iam prolata extra portam cùm
in factum procedit aſſenſio. Tertia cùm vi conſuetudi-
nis malæ, tanquam mole terrena premitur animus,
quaſi in ſepulchro fœtens, quæ tria genera mortuorum,
quiſquis legit Euãgelium, agnoſcit.* Hæc Auguſtinus.
His tribus generib. mortis opponãtur tria reſur
rectionis genera, quorum primum eſt liberatio
à cogitatione mala: Secundum ab actione ini-
qua: tertium à conſuetudine praua. Horum pri
mum facilius, ſecundum difficilius, tertium
maximè difficilè.

Ambroſius ſcribens contra eos qui negarunt
lapſis veniam, Symbolicam ſignificationem mi
raculi explicat in hunc modum. Quod quan-
tumuis ſit magnum peccatum, deleatur à gra-
tia, modo peccator ad gratiam confugiat. *Quan-
tuslibet*, inquit, *mortui fœtor ſit, aboletur vbi ſacrum
redoleuerit vnguentum, & ſurgit defunctus, qui adhuc
in peccato eſt, tollitur velamen de facie eius, quod veri-
tatem gratiæ, quam accepit, adumbrat, ſed quia venia
donatus eſt, reuelare faciem, aperire vultum iubetur.
Non enim eſt quod erubeſcat, cui peccatum dimiſſum
eſt.* Hucuſque Ambroſius. Exẽpla ſint Latro in
cruce: Manaſſes in carcere, & peccatrix. Luc. 7.

SEPTIMVS.

45 ***Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad
Mariam & Martham, & viderant quæ fecit
crediderunt in illum.***

Eſſe-

Effectus miraculi & eius vſus. Miraculum editum fuit, vt videntes illud crederẽt Ieſum eſſe miſſum à Patre, & verũ Meſsiam olim promiſſum, & vt credẽtes in illum haberẽt vitam æternam. Cùm igitur hi credunt in Chriſtũ, agnoſcunt illum nõ ſolum à Deo miſſum eſſe & eſſe Meſsiam olim promiſſum: Verumetiam eſſe victorem mortis & donatorem vitæ æternæ.

Obſeruemus hîc, quòd tametſi miſericordia exhibita ſororib. Lazari à Iudæis, non ſit cauſa aut meritũ fidei: tamẽ occaſio fuit fidei, atq; ita ſæpè vnum pietatis officium, occaſio fit vberioris gratiæ conſequendæ. Vt enim hi Iudæi non venerant vt ex miraculo fidem cõſequerentur, ſed tantum vt mœſtas ob fratris mortem ſorores conſolarentur, nihilominus tamen gratiam fidei ex miraculo cõſequũtur. Ita & aliis officia diligenter præſtita, fiunt occaſiones plurimorũ bonorũ. Hoc excitabit nos ad omnia humanitatis officia præſtanda hominib. cùm ea Deus ſoleat nouis gratiis, non propter eorum dignitatem & meritũ, ſed ex ſua bonitate, compenſare.

OCTAVVS.

46 At quidam ex ipſis abierunt ad Phariſæos & dixerunt eis quæ fecit Ieſus.

Quod hi non ſtudio promouẽdi gloriá Chriſti, ſed malitia abierint ad Phariſæos, nõ ſolum ex particula aduerſatiua, verùmetiá à perſonarum, ad quas itum eſt, cõditione manifeſtũ eſt. Nulli enim magis aduerſabãtur Chriſto, quàm Phariſæi, propterea quòd ipſe iſtorum hypocriſin detegeret & damnaret. Abeunt ergo ad Phariſæos vt ipſis ſignificẽt de miraculo edito, quo magis ad prodendũ Chriſtum inflammentur. Nam & hos ex Phariſæorum ſecta fuiſſe conſentaneum eſt.

Sed quænam cauſa eſt, cum omnes ex æquo doctrinam Chriſti audiuerunt, & miraculum viderunt, quod non omnes pariter credant, aut quod non omnes ſimul abeant ad Phariſæos? Hîc non fingendæ ſunt Parcarum tabulæ, quaſi vero illi prædeſtinati, hi autem non fuerint, ſed cauſa in ipſis Iudæis quærenda eſt. Credentes enim victi ſunt miraculo Chriſti: Non credentes faſcinati propria hypocriſi, Spiritui Sancto reſtiterunt, & magis terrenis commodis, quam cœleſtibus mouebantur. Miraculum enim editum erat, vt textus teſtatur, vt omnes crederent Ieſum eſſe Meſsiam à patre miſſum. Quòd ergo non omnes credant, contumaciæ voluntariæ, non credentium aſcribendum eſt.

SECVNDA PARS.

In hac ſecunda præſentis capitis parte, agitatur conſilium inter Pontifices & Phariſæos, de tollendo Chriſto è medio. De hac cõſultatione, vaticinatur ſecundus Pſalmus, cui vaticinio euẽtus apertiſsimè reſpondet, quæ res plurimũ facit ad confirmandam piorũ fidem. Sed videamus cauſas vtrinq;, eaſq; inter ſe conferamus. Chriſtus amans populi Iudaici, atq; adeo omnium hominũ in orbe terrarũ, docet doctrinam quá attulit ex ſinu patris, & edit miracula quib.
A cõfirmat doctriná, vt Iudæos & Gentiles à morte ſempiterna liberet, & vita æterna donet: At Phariſæi doctrina & miraculis Chriſti offenſi, Chriſtũ oderunt, perſequũtur & morti tradere conãtur, vt ſuá hypocriſin, & gloriam humaná tueantur. Chriſtus mortuos ad vitam reuocat: Iudæi ſuis conſiliis, vitæ autorem perſequũtur, nec ceſſant priuſquam ipſum interficiant.

An non hæc pulchrè ad noſtra tempora congruunt? Chriſtus ſua voce, per pios miniſtros
B Euangelij multos, qui in peccatis ſuis mortui fœtebant in papatu, reuocat ad vitam. Sed pontifex ſummus cum ſuis Cardinalib. Epiſcopis, Monachis, Sacrificulis, & tyrannis mundi, Chriſtum in ſuis mẽbris perſequitur, nec prius ceſſabit, quá pleroſq; morte mulctauerit, vt ſuá hypocriſin, regnum tyrannicum, & Sacerdotium hypocriticum tueatur. Verũ quẽadmodum tunc Chriſtus à morte liberatus eſt, per glorioſam ſuá reſurrectionẽ, deletis tandem ipſius aduer-
C ſariis: ita pij Euãgelij miniſtri, & alij ſancti, qui hodie magno numero trucidãtur à Papiſtis, ſurgent virtute Chriſti, ad immortalem vitam & beatitudinem, obrutis aduerſariis eorum per potentiorem aliquem, Papa & papalibus perpetua ignominia, & nunquam finiendis ſuppliciis. Nos ergo non offendamur præſenti ſpecie Chriſti, qui in ſuis membris perſecutionem patitur & occiditur. Sed timeamus Deum potius quàm homines, intueamur glorioſam Chriſti
D victoriam, qui non ſuæ perſonæ tantum, ſed membris omnibus victoriam acquiſiuerit. Firmiſsima enim eſt Pauli regula: *Si cum Chriſto patimur, cum Chriſto etiam regnabimus.*

Porrò huius partis tria ſunt membra. Primum: continet deliberationem Iudæorum de Chriſto tollendo è medio.

Secundum: deſcribit abitum Chriſti occultantis ſe ad tempus.

Tertium: habet chronographian ſeu indica-
E tionem temporis quando hæc geſta ſunt & expoſitionem eorum quæ tum gerebantur.

DE PRIMO.

Huius membri continentis conſultationem Phariſeorum, de tollendo Chriſto è medio, plures ſunt articuli, quos noſtro more numeris diſtinguemus.

PRIMVS.

47 Collegerunt igitur Pontifices & Pha-
F *riſæi concilium.*

Qui ſummi in Eccleſia Dei haberi volebant, concilium conuocant & conſilium ineunt de Chriſto Eccleſiæ capite interficiẽdo. Non enim poſſunt ferre Chriſtum in Eccleſia eminere ſolum. Malunt eſſe ſine Chriſto, quàm vt vel minimum de ſua autoritate diſcedãt. Magis cogitant quõ innocenti noceant eũq; perdant, quá quõ ſibi conſulant ne pereant. Simili zelo furũt hodiè pontificij, qui homicidiis & latrociniis
G Chriſtũ in ſuis membris interficere moliuntur. Verùm nos euentum cogitemus. Interficitur quidem Chriſtus in ſuis mẽbris, ſed non perit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Glorioſè enim reſurget hoſtibus, ſuis vinculis A
infernalibus ligatis, & ęternis pœnis mácipatis.

Sed hîc quæritur quomodo fuerit hoc con-
cilium collectum à Pontificibus & Phariſæis?
Reſpondeo. Tria fuerunt iudiciorum genera
apud Iudæos. Minimum, medium & maxi-
mum. Minimum erat de diuitijs, & bonis mo-
bilibus, cui tres tantum præerant iudices. Me-
dium erat animarum, & fiebat per viginti tres
iudices. Maximum erat in quo iudicabatur de
ſceptro, de Pſeudopropheta, de Sacerdote ma- B
gno, & adminiſtrabatur à ſeptuaginta vno iu-
dicibus. Ex quo intelligitur, quòd tota domus
iudicij ſeptuaginta vnius iudicum, ad iudican-
dum Chriſtum ſimul conuenerit. Vide Galati-
tinum lib. 4. cap. 5.

SECVNDVS.

*Et dicebant, Quid facimus quia hic homo
multa ſigna facit.*

Propoſitio eſt, conſultationis habẽs in ſe ta- C
citam reprehenſionem, morę gubernatorum i-
ſtius populi, ꝙ non cõſiliis ſuis, & diligentia an-
teuerterint, ne tot ſigna ederet Ieſus, ad confir-
mandam ſuam doctrinã. Vide quid facit demẽs
impietas, & cæcitas hypocritarũ, & ambitioſorũ
hominum. Si rem recto iudicio æſtimaſſent, ſic
collegiſſent: Hic homo magna ſigna facit: Igitur
à Deo miſſus eſt, & noſtrum eſt, ipſum vt Dei le
gatum excipere, audire eique obedire, alioqui
Deus nos vt cõtumaces abiiciet. Sed cæcitas hy D
pocritica illorum mẽtes ita perſtrinxerat, vt be-
nefactori mortem ſtruerent. Simili cœcitate, &
hypocriſi hodiè feruntur Pontificij contra Chri
ſtum in ſuis membris. Hanc cœcitatem, iuſtiſsi-
mam peccati pœnam, Paulus vocat *reprobam
mentem*, qua probanda improbantur, & impro-
banda probantur.

TERTIVS.

48 *Si permiſerimus eum ſic, omnes cre-* E
*dent in eum, venientq́ Romani, & tollent
tum locum noſtrum, tum gentem.*

Ratio conſultationis, ſumpta, vt ipſi fin-
gunt, à publica neceſsitate, ac ſi dicerent: Si
homo iſte perrexerit miracula edere, omnes
credent illi, eique adhærebunt: vbi omnes cre-
diderint illi, eique adhæſerint facilè regnum
inuadet: vbi regnum inuaſerit, veniunt Ro-
mani nobis bellum illaturi, tanquam deficien-
tibus à Romano imperio, & nos vinctos abdu- F
cent in perpetuam captiuitatem. Vide hîc im-
pietatem horum Gubernatorum. Primûm,
fatentur diuinitùs geri quæ à Chriſto fiebant.
Sciebant enim nullis viribus creaturarum poſ-
ſe fœtentem in ſepulchro, reuocare ad vitam.
Deinde, per inuidiã cauſantur affectari à Chri-
ſto regnum, & prætendunt publicam neceſsita
tem. Sic ſolet in rebuſpub. fieri, vbi ſine fide ad-
miniſtratur res, metu delinquitur, quæruntur
præſidia ſecundum carnem, & prætexun- G
tur cauſæ aliæ quàm intus
fouentur.

QVARTVS.

49 *Vnus autem ex iſtis Caiphas, Pontifex
anni illius dixit eis, vos neſcitis quicquam.*

50 *Nec cogitatis quòd expedit vobis, vt v-
nus homo moriatur pro populo, ac non tota
gens pereat.*

Hic videmus quid faciat cœca arrogantia, &
arrogans hypocriſis. Omnes præ ſe contemnit
hic Pontifex. Solus inter omnes ſibi ſapere vi-
detur aliiſque inſcitiam aſcribit. *Vos*, inquit, *ne-
ſcitis quicquam*, hoc eſt, vos prorſus ignoratis, q̃d
expediat, aut quid non expediat imperiti rerũ
agendarum, pro ſalute reipublicæ noſtræ. Quid
ergo tu das conſilij Caipha? *Expedit vobis, vt v-
nus homo moriatur pro populo, ac non pereat tota gens.*
Verûm hoc quidem eſt Caipha, quod dicis, ſed
nõ iuxta vertiginis tuæ Spiritum & ſomnium,
ſed iuxta Spiritum Dei, qui etiam in aſina Ba-
laam eſt locutus. Tuum ſomniũ, hoc eſt, quòd
expediat vobis, ſi interfeceritis Ieſum, tot eden-
tem miracula (quibus allicit ad ſe quam pluri-
mos) ne adiuncta ſibi turba regnum inuadat,
quo facto Romani offenſi, bellum vobis infer-
rent, ac victos omnes in prædam ac triumphũ
adducerent, atq; ita actum foret de tota veſtra
gente. Hoc tu quidem Caipha ſomnias, ignorás
quod maximè te ſummum Pontificem ſcire o-
porteret, nempe Meſsiæ regnum non eſſe de
hoc mũdo, nec adminiſtrari armis, nec aduerſa-
ri Romano imperio diuinitus conſtituto. Ve-
rùm ſecũdum ſpiritum Dei, hæc eſt verborum
tuorum ſententia, quod expediat, vt vnus, nem
pe Chriſtus, nobis natus & datus, moriatur pro
populo, hoc eſt, fiat victima qua placatur ira
Dei, ne homines in peccatis ſuis moriantur, ac
pereant. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſu-
um vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non
pereat, ſed habeat vitam æternam.*

Porrò Caiphas cuius hîc fit mentio, proprio
nomine Ioſephus dictus, à pręſide Romano Va
lerio Pontificatum accepit. Nam poſtquam Si-
mon annuum Pontificatum obtinuiſſet, iuſſus
eſt eum cedere Ioſepho, qui cognominabatur
Caiphas. Vide Ioſephum libro antiquitatum
Iudaicarum 18. capite 3. Hæc ideo de Caipha a-
ſcribere volui, vt ſtudioſi conferãt tempora in-
ter ſe. Vt enim tunc ad ſummam iſtam dignita-
tem in populo Dei peruenerunt homines per
Romanos præſides non ſine maximis muneri-
bus: ita hodiè Pontificatus, & Epiſcopatus in
Papatu venales ſunt, ex quo fit vt nõ tam Chri-
ſtum curent quàm fiſcum. Quare & orbem ter
rarum hodiè commouent horribiliter, tantũ vt
ſuas opes & honores tueãtur, oppreſſo Chriſto
in ſuis mẽbris. Chriſti quidẽ prætendunt nomẽ
& Eccleſiæ Catholicæ, ſed reuera cum Caipha
Chriſtum in ſuis membris cupiunt oppreſſum,
vt ipſi Domini orbis terrarum ſalutentur, ha-
beantur ſanctiſsimi, & prædicẽtur ſapiẽtiſsimi.

QVINTVS.

51 *Hoc autem à ſeipſo non dixit, ſed cum*

eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, quod Ieſus moriturus erat pro gente.

52 *Et non gente tantum, ſed vt etiam filios Dei diſperſos congregaret in vnum.*

Interponit Euangeliſta expoſitionē dicti Caiphæ, quod dictum ab ipſo Caipha profectū eſſe negat, quantum quidem ad rei veritatem attinet, ſed quantum ad peruerſam impij Pontificis voluntatem. Siquidem Pontifex ipſe politicè intellexit quæ dixit, cuius ſententia hæc fuit, vt heri admonuimus: præſtat vt vnus moriatur, qui regnum affectat, quod Romanis ſubiectum eſt, quàm vt ſeditione mota accerſamus nobis interitum. Verùm Spiritus, vaticinans in impio Pontifice, aliud ſpectabat, videlicet Chriſtum fore victimam pro mundo.

Porrò quæſtiones hîc ſe offerunt dignæ explicatione. Prima: An Pontificibus Spiritus Propheticus ſit alligatus. Secunda: An Pontificibus manifeſtis hoſtibus Chriſti, Eccleſia ſit ſubiecta. Tertia: An impij Gubernatores moueantur, in conſilijs dandis, à Spiritu Sancto.

Ad primam quæſtionem ita reſpondeo. Et ſi huic impio Pontifici, Spiritus Propheticus adfuit: tamen inde non eſt regula conſtituenda: præſertim cùm veri Prophetæ norunt, & intelligunt quid loquantur. Hic autem Pontifex nequaquam nouit quod dicebat, vt textus manifeſtè indicat. *Hoc*, inquit, *à ſeipſo non dixit*: Propheticum enim Spiritum Deus dat cui vult & liberrimè, nec vult hunc alligatum eſſe ſedi aut ordinariæ ſucceſsioni, quēadmodum Scriptura multis exemplis docet. Præcipui enim Prophetæ, vt Dauid, & Eſaias non ex tribu Leui, vnde erant ſummi Pontifices, ſed ex tribu Iuda originem duxerunt. Falluntur ergo Papiſtæ, qui contendunt, ad ordinariam ſedem pertinere donum Prophetandi, & interpretandi Scripturam, vt interim taceam eos, multò minus poſſe gloriari de ordinaria ſucceſsione, quàm Caipham, qui dolo & propter munera accepit Pontificatum. Hinc intelligi poteſt, quá ridiculum ſit, quod Pontificiam dignitatem velint hoc loco confirmari Papiſtæ.

Ad ſecundam reſpondeo ex regula: *Si Angelus è cœlo prædicauerit aliud Euangelium, ſit anathema.* Iam ſi ſunt anathemata Pontifices, qui peruertunt Euangelium Ieſu Chriſti, certè Eccleſia Dei non eſt illis ſubiecta. Præterea vox Dei apud Prophetam, liberat pios ab impiis Pontificum decretis. *In præceptis*, inquit, *meis ambulate, & non in præceptis patrum veſtrorum.*

Ad tertiam dico quod fieri poſsit interdum, vt impij gubernatores moueātur à Spiritu Sancto in conſiliis dandis, propter bonum Eccleſię aut Reipublicæ commodum. Sed inde non eſt regula conſtituenda, cùm res manifeſtè oſtendit ſæpè à Sathanæ Spiritu eos impelli contra Deum, & aduerſus Eccleſiam Chriſti, quemadmodum hîc dies docet.

Porrò quòd addit Euangeliſta, *Vt filios Dei diſperſos congregaret in vnum*, non eſt ita accipiendum ac ſi vlli homines reuera filij Dei eſſent ante regenerationem, quæ tùm fit, cùm ex prædicatione Euangelij, homines fidem concipiunt, qua naſcuntur filij Dei. Sed filios Sathanæ, hoc eſt, peccatores conuertendos aliquando per prædicationem Euangelij, vocat filios Dei, propter euentum, qui prædicationem Euangelij ſequutus eſt. Manaſſes fuit filius Sathanæ dum Prophetas trucidaret. Paulus fuit filius Sathanę, cùm Chriſtianos perſequeretur. Sed & Manaſſes, & Paulus poterāt etiam tum, cùm maximè ſęuirent, dici filij Dei, propter cōuerſionem quæ ſequuta eſt.

53 *Ab illo ergo die conſultabant inuicem, vt interficerent eum.*

Hæc eſt concluſio ſententiæ Pontificum, & Phariſæorum de Chriſto, è medio tollendo, quæ ſanè concluſio non ex argumētorum pondere, ſed affectuum malicia eſt confecta. An non antea ſæpè ſtruxerunt Iudæi Chriſto inſidias, vt eum interficerent? Antea quidem ſæpè eum conati ſunt interficere, ſed ſententia mortis non eſt in iudicio lata, & confirmata, & ſi ſæpè propoſita eſt. Iohannis capite ſeptimo, impeditur mortis ſententia per Nicodemum dicentem, legem non damnare quenquam niſi prius auditum, & conuictum de facto morte digna. Verùm hîc ſententiam mortis, publica authoritate & iudicio confirmant, etſi contra legem Dei & rectum iuris proceſſum. Eodem prorſus modo hodiè impij Phariſæi, hoc eſt, Cardinales, Epiſcopi, Monachi, ſacrificuli cum Herode & Pilato, hoc eſt, Principibus & Regibus mundi, ſententiæ Caiphæ, hoc eſt, Pontificis Romani ſubſcribunt, vt Chriſtus in ſuis membris tollatur è medio, vt per prædicationem Euangelij nihil diſcedat de authoritate & opinione ſanctitatis, & ſapientiæ Romanæ beſtiæ, & eorum qui illi propter lucrum adhærent. Hi cum nullas habeant iuſtas cauſas ſui furoris, fingunt tamen cauſas quibus imperitos capiunt & malignè pertrahunt in ſuá ſententiá.

An non videntur hi Phariſæi exequi conſilium Dei, qui voluit Filium ſuum mori pro humano genere? Si Phariſæi volunt quod Deus vult, & Deus non poteſt velle niſi quod bonum eſt, cur damnantur Phariſæi? Voluntas, vt omnis actio, æſtimatur ex cauſis efficientibus & finalibus. Si ergo in his conueniunt Deus & Phariſæi, profectò eorum voluntas eſt laudanda, vt quæ congruat cum voluntate Dei. At ſi in his ſibi aduerſantur voluntas Dei, & voluntas Phariſæorum, peſsima eſt & minimè laudanda, vt quæ cum voluntate Dei pugnat. Videamus ergo cauſas & fines, & eas inter ſe conferamus, vt manifeſtum fiat quantum diſsident inter ſe voluntas Dei & Phariſæorum. Phariſæi ex odio volunt Chriſtum è medio tolli, vt nemo credat in eum: Deus vult eundem mori, vt omnes credāt in eum. Phariſæi volunt Chriſtum ſublatum vt prorſus pereat nomen ipſius: Deus vult eum mori vt ad nomen ipſius o-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

in ie genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & A inferorum. Phariſæi volunt Chriſtum interficere, ne regnet: Deus autem vult filium ſuum mactari, vt reſuſcitatus in æternum regnet, & regni ipſius nullus ſit finis. Hinc clariſsimè patet quantum diſcriminis ſit inter voluntatem Phariſæorum, & Dei de Chriſto interficiendo. Eodem modo iudicandum eſt de voluntate vendentis Chriſtum triginta argenteis, & de voluntate diaboli, qui impulit Iudam vt venderet Chriſtum. Vt ergo Iudas auaritia, & diaboli inſtinctu incitatur ad perdēdum Dominum: B ita diabolus planè Phariſæorum conſiliarius fuit, vt exequerentur quod ipſe voluit.

De Secundo.

Hoc membrum deſcribit fugam, ſeu abitum Chriſti non fugientis mortem, quam ſciuit ſe ex patris voluntate ſubituram, ſed differentis eam ad tempus diuinitùs conſtitutum, quod Paulus vocat, *plenitudinem temporis*, & Petrus *articulum temporis.* C

54 *Ieſus ergo iam non palàm ambulabat inter Iudæos, ſed abijt illinc in regionem iuxta deſertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephraim, & ibi verſabatur cum Diſcipulis ſuis.*

Dominus hic fugit inſidias Iudæorum, quia nondum venerat hora ipſius, qua ipſum fieri victimam oportebat. Quoniam autem hic locus mentionem faciat fugæ, monemur vt de fuga rectè iudicemus. Nam cum Scriptura nunc D damnat, nunc excuſat fugam, neceſſe eſt vt diſcrimina teneantur, de quibus tametſi ſupra ſæpè diximus, huc tamen nonnihil adijciemus.

Sit prima hæc diſtinctio. Eſt fuga animi & eſt fuga corporis. Fuga animi eſt, cùm quis corpore quidem manet, ſed animo diſcedit, vel commodi alicuius cauſa quærendi, vel periculi euitandi. Hæc fuga ſemper eſt in vitio, cuius multi rei ſunt, qui tamen videre volunt ſinceri E paſtores, ſed reuera ſunt deteriores mercenariis, qui prorſus gregem relinquunt. Potentes & diuites te ſciente peccant, quos ſi non carpis, animo turpiſsimè fugiſti, tametſi corpore illis ades, familiariter cum illis viuis ac fabularis.

Fuga corporis duplex eſt: Vna licita & probanda cùm animo manes, & corpore diſcedis, bono fine. Hæc fuga habet & mandatum, & exemplum Domini, Prophetarum & Apoſtolorum. Mandatum eſt Matthæi capite decimo: *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite* F *in aliam.* Exempla huius fugæ ſæpè occurrunt in Scripturis. Illicita fuga eſt & damnanda, cùm & corpore & animo diſcedis, ouibus lanienæ luporum expoſitis.

Auguſtinus diſtinctionem petit à perſecutionis qualitate. *Perſecutio,* inquit, *vel eſt communis Paſtorum & ouium, vel Paſtorum tantum, idq́; vel omnium vel certorum.* Hinc tres regulas.

Prima. Si perſecutio eſt communis, eadem & G manendi, & fugiendi neceſsitas incumbit vtriſque, id eſt Paſtoribus & gregi.

Secunda. Si omnium Paſtorum eſt perſecutio, & non gregis, ſorte eligantur Paſtores qui maneant diſcedentibus aliis, vt aliquando Eccleſiæ ſeruati, ſeruiant.

Tertia. Si perſecutio non eſt omnium Paſtorum, ſed certorum ſolummodo, ſit exemplum Pauli Actorum capite vigeſimo pro regula, qui fugit rabiem hoſtium relictis aliis Paſtorib. quorum tanto odio non flagrarūt hoſtes doctrinæ.

De Tertio.

Hoc membrum, vt ſupra monuimus habet Chronographiam temporis, quo hæc fiebant. Præterea expoſitionem eorum, quæ tum gerebantur. Huius membri articuli tres ſunt.

Primvs.

55 *Prope autem erat Paſcha Iudæorum, & aſcēderunt multi Ieroſolymam ex illa regione ante Paſcha, vt purificarent ſe.*

Meminit Euangeliſta temporis quo Dominus latitabat, fugiens furorem Phariſæorum: quòd ſane fuit admodum breue. *Inſtabat,* inquit, *Paſcha Iudæorum,* ſcilicet quartum à baptiſmate Chriſti, *Et aſcenderunt multi de regione,* ſcilicet, in qua morabatur Dominus ante Paſcha, id quòd erat religionis ſingularis, non præcepti. Præceptum enim erat vt omnes aſcenderent, ad ipſum feſtum paſchatis. Verùm qui magis religioſi erant ante feſtum aſcenderunt, vt ſe præpararent ad agnum Phaſe comedendum. Atque hoc eſt, quòd ait Euangeliſta *vt purificarent ſe.* Hæc purificatio erat ceremonialis, & peragebatur lotionibus, ſacrificiis, ieiuniis, raſuris, &c. quæ prorſus erat inane ſpectaculum, ſine ſpirituali purificatione, quæ fide & ſpiritu fiebat in verè pœnitentibus. Exemplum nobis propoſitum eſt, vt nos ante manducationem phaſe noſtri purificemus vera pœnitentia, non quod noſtra pœnitentia purget, ſed quia pœnitentes purgat is ſolus, qui ſanguinem ſuum fudit in remiſsionem peccatorum credentib.

Secvndvs.

56 *Quærebant ergo Ieſum, & loquebantur alij cum alijs in templo ſtantes. Quid videtur vobis quod non veniat ad diem feſtum?*

Hic locus monet quid in templo faciendum ſit, videlicet quod Ieſus ſit illic quærendus. Hiſtoria vult ſignificare, quanta fuerit rabies Iudæorum, aduerſus Chriſtum. Ideo ſtantes in templo quærunt alij ab alijs de Chriſto, cur non venerit ad diem feſtum. Putarunt enim illi qui magis religioſi erant, vt Chriſtus anteuerteret feſtum ſuo more, ac ibi doceret populum numeroſius accurrentem. Alij exiſtimabant Ieſum metu Iudæorum abfuiſſe. Non defuerunt, qui mercedem captarunt à Phariſæis, ſi proderent Chriſtum, id quod ſequentia verba indicare videntur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

TERTIVS.

57 *Dederant autem Pontifices & Phariſæi mandatum, vt ſi quis noſcet vbi eſſet, indicarent, vt comprehenderent eum.*

Hoc mandatum Pontificum quia impium erat, & eius executio polluebat, obtemperantes nullos obligabat. Nam quod non poteſt fieri ſi- A ne ſcelere non eſt faciendum, quantumuis is, q̄ imperat, neceſsitatem obediendi vrgeat. Non enim obligat mandatum hominis contra mandatum Dei. Nam hæc regula tenenda eſt: *Magis oportet Deo obedire, quàm homini.* Hanc regulam opponamus Papæ, qui fulmine excommunicationis ferit omnes, qui ſuis vel iniquiſsimis mandatis non obtemperant.

CAPVT XII.

SVMMA CAP. XII.

Dominus Bethaniæ cum Lazaro cœnans, vngitur à Maria obmurmurante Iuda. Sequente die equitãs cũ pompa ingreditur Ieruſalem, Phariſæis indignantibus. Porrò Græci aduenæ petunt à Diſcipulis Domini, vt ipſis liceat Ieſum videre. Sed Dominus interrogatus a Diſcipulis, agit de vtilitate mortis ſuæ, ſignificans carnalem viſionem parum prodeſſe. Poſtea cogitans de horrenda paſsione ſua, turbatur anima, orat, & ex Patris reſponſo conſolationem capit. Huc additur expoſitio cauſſæ obdurationis Iudæorum, etſi multi ex Phariſæis crediderunt Ieſum eſſe Meßiam. Poſtremò Dominus magno cum clamore de ſuo concionatur officio, de fide & de contumacium iudicio.

ORDO ET PARTES CAPITIS XII.

Prima: Hiſtoria Domini cœnantis cum Lazaro die ſexto ante Paſcha Iudæorũ, qui à Maria ſorore Lazari precioſo vnguẽto vnctus, defendit factum contra obmurmurantem Iudam.

Secunda: Deſcriptio equitantis Chriſti Ieruſalem, & turbæ acclamantis Hoſanna: *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Tertia: Petitio Græcorum hoſpitum cupientium Chriſtum videre cum reſponſo Domini, affirmãtis tum demum ſalutarem fore ſui viſionem, vbi à morte reſuſcitatus fuerit.

Quarta: Dominus anima turbatus, ex cogitatione imminentis mortis, inuocat Patrem, à quo & exauditur, reſponſo cœlitùs dato. De quo reſponſo, cùm variarent iudicia eorum, qui aderant: Dominus reſpondit & exponit cauſſam reſpõſi paterni, & ſimul de vtilitate mortis ſuæ concionatur, contra quem turba diſputat, non intelligens quomodo Meſsias ſit & moriturus, & manſurus in æternum.

Quinta: Expoſitio eſt cauſſæ obdurationis Iudæorum & indicatio cauſſæ, cur credentes Phariſæi, non palàm ediderint ſuæ fidei confeſsionem.

Sexta: Concio Chriſti de ſuo officio, de felicitate eorum, qui in ſe crediderint, & B de iuſta condemnatione eorum, qui credere recuſarunt.

EXEGESIS CAPITIS DVODECIMI CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PARS PRIMA.

HVIVS partis tria ſunt membra: Primum, de cœnante Domino C in vico Bethania, vnà cum Lazaro, quem Dominus à morte ad vitam reuocauerat.

Secundum, de Maria vngente pedes Domini, & abſtergente eos capillis ſuis.

Tertium, de Iuda improbante factum Mariæ, quod factum Dominus contra Iudam defendit. Noſtro more ſingula membra articulis diſtinguemus, quo omnia melius ad vſum accommodentur. D

PRIMVS.

1 *Ieſus igitur ante ſex dies Paſchæ venit in Bethaniam.*

Notetur tempus quando Dominus venit in Bethaniam, inde profecturus Ieruſalem, vt illic victima fieret pro genere humano. *Ante ſex*, inquit, *dies Paſchæ*, id eſt, ſexto die ante feſtum Paſchatos, hoc eſt, Sabbatho proximo ante Domi- E nicam, quam nos vocamus Dominicam palmarum, à ſtratis palmarum frondibus in via, cùm Dominus ingrederetur Ieruſalem.

Quoniam autem vmbra Paſchæ Iudaicæ hîc ceſſat, eique veritas ſuccedit, hoc eſt, verum Paſcha, qui eſt Chriſtus Ieſus, oblatus in ara crucis: libet hîc collationem vtriuſque, hoc eſt, vmbræ & veritatis inſtituere. Habet enim illa & doctrinæ & conſolationis plurimum. Nam cùm videmus omnia pulcherrimè congruere, men- F tes noſtræ magis confirmantur de veritate Dei, & corda noſtra vberiorẽ conſolationẽ capiunt.

Ritus quo Paſcha vetus celebrari ſolitum ſit, deſcribitur Exodi 12. nec dubiũ eſt illo Paſchate ſignificatum eſſe Chriſtum, iuxta illud 1. Cor. 5. *Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus.* Deinde quia corporale Paſcha eſt illud vetus, neceſſe eſt vt ſit typus Paſchatos æterni. Educebatur enim Iſrael ex Ægypto, vt benedictione æterna benediceretur, quæ erat Patribus promiſſa. Interim hæ benedictiones quia corporales fuerunt,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quibus nemo à peccato & morte liberabatur, neceſſe eſt ſigna fuiſſe benedictionum ſpiritualium & æternarũ, ſicut & Paulus teſtatur, cùm ait Coloſs.2. *Quæ ſunt vmbra futurorum, corpus autem Chriſti.*

Secundò, Profectio ex Ægypto per mare rubrum, haud dubiè ſignificat libertatẽ, in quam vocati ſumus p Euangelium, quam libertatem per mare rubrum, hoc eſt, per mortem ingredimur. Nam Chriſti morti inſerimur, dũ in ipſum credimus, & mortis Chriſti efficacia mortificamur. Oportet enim planè mortificari vetuſtatẽ carnis noſtrę. 1. Cor. 10. ſcribit Paulus, Patres noſtros omnes in Moſen baptizatos eſſe in nube & mari. In Moſen, id eſt, verbo Moſi, cùm ille conſiſtere iuberet viſuros magnalia Dei. Quòd per mare ingrediebantur, mortificabantur: quòd nubes præcedebat, viuificabantur.

Tertiò, fuit Paſcha Iudęis ſignum, quo admonerentur, quomodo ex Ægypto educti ſint, vt apparet Exodi 12. & 13.

Porrò q̃a fuit præteritæ rei & corporalis monumẽtum, certè ſignificabat meliùs Paſcha ſecuturum eſſe, propterea Ierem. 16. ſcriptum eſt: *Ecce dies venient, & non dicetur vltrà, viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de Ægypto.* Ergo illud corporale Paſcha euacuabitur, & erit aliud Paſcha, & alius egreſſus.

An igitur pugnat Ieremias cum Moſe, qui dicit, Paſcha illud diuinitùs inſtitutum cultu ſempiterno celebrandum eſſe in generationibus Iſrael? Reſpondeo. Quia Moſes addit in generationibus veſtris, ſignificat quòd q̃ diu illa generatio, populus Dei eſt, celebrari hoc Paſcha debeat. Quaſi diceret: Ideò in veſtris generationibus perpetuò duret hic ritus, quia vos carnalis Iſrael mihi iam populus eſtis, & vobiſcũ carnali Iſrael hæc egi, vt teſtificarer me memorem eſſe promiſsionis factę ad Patres. Ergo quoad duratis celebretur hoc Paſcha. Nam poſteaquá apparuit Chriſtus, iam illa carnalis generatio & ille carnalis Iſrael deſiit eſſe populus Dei. Poſtq̃ autem hęc in genere diximus de veteri Paſchate & eius ſignificatione, nũc Paſchalis Agni veritatẽ videamus, facta collatione vmbrę ad veritatem.

Collatio Agni Phaſæ Iudaici, & Chriſti, hoc eſt, vmbræ & veritatis.

Hiſtoria inſtituti Agni Paſchalis Iudaici legatur Exodi 12. Nos in accommodatione typi, hoc eſt, Phaſæ Iudaici ad veritatem, hoc eſt, verum Agnum, q̃ eſt Chriſtus Dominus, non perſequemur minutiſsimas partes, ſed præcipuas ſolummodò attingemus, eaſq; notis numerorũ diſtinguemus, vt & clarior & dulcior ſit collatio.

1. Vt Dominus certo die menſis, & in primo menſe voluit ſolennitatem Phaſæ celebrari, Agnumq; Phaſæ comedi: ita voluit Filium ſuum certo tempore fieri victimam pro genere humano. *Poſtquam,* inquit Paulus, *venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum natũ ex muliere & factum ſub Lege, vt eos, qui ſub Lege erant, redimeret.* Hoc tempus Prophetæ inquiſiuerunt, & prædixerũt, te-

A ſte Petro, vt Iacob, Daniel & domus Eliæ, de q̃bus legantur Chronica Philippi. Functius annũ à mundo condito ad immolationem veri Agni Ieſu Chriſti, facit 3995. in qua computatione deſunt ſolummodò 5. anni ex prædictione temporis iuxta domũ Elię. Alius quidam vir doctus 4000. annorũ præciſè completa fuiſſe ſcribit. Sed non eſt quòd laboremus ſolicitè de iſto numero, præſertim cùm ex Daniele ſatis conſtet, quo anno Chriſtus erat occidendus, hoc eſt, fu- B turus victima pro peccatis hominũ, vt adduceret ſempiterná iuſtitiam: & in teſtimonium exhibiti Chriſti aboleretur politia Moſaica. Quòd autẽ Deus voluerit principio menſium Agnum Phaſæ mactari, ſignificat initium futuri ſeculi, & reuelandi Euangelij, tempus Paſchatos eſſe.

2. Iubentur Iſraelitæ accerſere vicinos, ſi vna domus Agno edendo nõ ſufficiat: id quod ſanè adumbrabat, Chriſtum communiter cũ vicinis, id eſt, Gentibus, comedendum eſſe, hoc eſt, C Gentes accerſendas eſſe per vocẽ Euangelij ad Chriſti communionẽ, hoc eſt, vt fide Chriſtum manducarent, & fierẽt vnum cum illo, in cuius rei externum teſtimonium ſacra Chriſti cœna inſtituta eſt.

3. Agnus Phaſæ abſq; macula eligi debebat, vt ſignificaret Chriſtum ſegregatũ eſſe à peccatoribus. Hic enim cùm non fecerit ipſe peccatũ, factus pro nobis peccatum eſt, hoc eſt, & imputatum eſt illi noſtrum peccatũ, & factus eſt victi- D ma expiatoria pro peccato. Oportuit enim nobis Pontificem innocentem eſſe, cui nõ eſſet neceſſe pro ſuis peccatis hoſtias offerre. Ita enim Epiſt. ad Hebr. ait: *Talis enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, excelſior cœlis, qui non habet neceßitatem quotidiè (quemadmodum Sacerdotes) priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pro populi, hoc enim fecit ſemel ſe offerendo.*

4. Agnus Phaſę maſculus eſſe debuit, ad de- E ſignandum regnũ & potentiam Agni, tollentis peccatũ mundi, & deſtruentis regnum Pharaonis, id eſt, Diaboli. Regni Meſsiæ ſæpe fit mẽtio in Scripturis. Pſal. 2. *Ecce conſtituo Regem meũ ſuper Sion montẽ ſanctum meũ.* Pſal. 21. *Quoniam Dñi eſt Regnũ.* Item Pſal. 110. *Dominabitur in medio inimicorum ſuorũ.* Sed quid hęc pauca refero, cũ tota Scriptura cõcionetur de Regno Chriſti, & eius potẽtia?

5. Debuit præterea Agnus Phaſæ eſſe anniculus, quo ſignificabatur Chriſtus tener & im- F becillis. Ita enim appellatur Chriſtus ab Eſaia cap. 53. *Deſideraumus,* in quit, *eum deſpectum & nouißimum virorum, virum dolorũ, & ſcientem infirmitatem.* Sed quomodo hæc conditio conuenit cum ſuperiori? Optimè ſanè. Ná potentia eſt diuinę naturæ, & perſonę victricis: Infirmitas eſt humanæ naturæ, humiliationis tẽpore. Vnde Eſaias: *Verè languores noſtros ipſe portabit.* Corporis eſt igitur, hoc eſt, noſtrum eſt quòd eſuriit, noſtrũ eſt quòd fleuit, noſtrum eſt quòd fatigatus eſt, & G quòd triſtis fuit vſque ad mortem.

6. Agnus Phaſæ accipiendus erat de grege, quo ſignificabatur Agni veri humana natura.

Debuit

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Debuit eſſe ex grege, hoc eſt, de numero fratrũ, atq; adeò frater eſſe debuit, per omnia ſimilis factus nobis, & tentatus ſecundùm ſimilitudinẽ, ſine peccato, idque in hunc finem, vt & fiducia augeretur in cordibus credentium, ſeque fratri ſuo committentium, & ſciremus illum compati, quia & ille paſſus ſit. Ita hunc typum explicat Epiſtola ad Hebræos.

7. Iubetur tota multitudo immolare Agnũ Phaſę, quo ſignificabatur populus credentium, hoc eſt, totus Iſrael collectus per vocem Euangelij, ex Iudæis & Gentibus. Atq; hinc eſt, quòd toties in Pſalmis inuitentur Gentes ad prædicandam bonitatem & miſericordiam Dei: *Laudate Dominum*, inquit, *omnes Gentes.* &, *Laudate nomen eius omnes populi, quoniam confirmata eſt miſericordia Dei ſuper nos.*

8. Dignum eſt etiam conſideratione, ꝙ ſuprà ſingulæ familiæ iubentur ſuum Agnum immolare. Nunc autem tota multitudo vnum Agnum mactare iubetur: hoc ideò factum eſt, vt veritas clariùs indicaretur. Nam multis illis Agnis, qui per familias mactabantur, ſignificabatur vnicus ille Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.

9. Iubetur populus Agnum Phaſæ immolare, quo ſignificabatur populi Chriſtiani ſacrificium, non quo Chriſtum immolant, vt Papiſtæ impiè ſentiunt, ſed quo Chriſtum glorificant ꝑ confeſsionem fidei, per prædicationem Euangelij, iuxta illud: *Immola Deo ſacrificium laudis.*

10. Quòd ad veſperam iubetur Iſrael immolare Phaſę, adumbrat tempus nouiſsimum, quo Euangelium reuelatum eſt. Hoc etiam ſignificatum eſt Geneſ. 3. hiſce verbis: *Cùm audiſſet vocem Domini deambulantis in Paradiſo veſperè.*

11. Iſopus, quæ iubetur imbui ſanguini, quo aſpergi debebant poſtes & limen, adumbrabat Euangelium, quod vel ex Pſal. 51. intelligi poteſt: *Aſperges me Domine Iſopo.* quod explicat, cùm infrà addit: *Auditui meo dabis gaudium.* Euangelio enim ſanguis Chriſti aſpergitur cordibus electorum. Aſpergi ſanguine Chriſti, eſt purgari & ſanctificari. 1. Pet. 1. *In ſanctificationem Spiritus, & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti.* Veteribus in magno precio fuit Iſopus: vnde Plinius ſcribit, quòd ſine Iſopi aſperſione ſe purificari nõ poſſe in delubris reputaret.

12. Poſtes & ſuperliminare ſynecdochicè ꝑ toto ædificio ponuntur. Quòd hæc aſpergátur ſanguine Agni, ſignificat quòd oporteat totam Eccleſiam aſperſam eſſe ſanguine Ieſu Chriſti Agni immaculati. Hæc aſperſio vt per prædicationem Euangelij fit, videlicet cùm fide recipitur: ita ſignificatur ſacro baptiſmate.

13. *Edent*, ait Moſes, *carnes nocte illa.* Nox iſta adumbrat omne hoc tempus, quo durat regnũ fidei, ſeu gratiæ, vſq; ad reuelationem filiorum Dei: quando videlicet regnum gloriæ incoabitur. *Ea nocte*, id eſt, toto tempore militantis Eccleſię ſancti Agnum edent, id eſt, Euangelio paſcentur: videlicet dum viua fide Chriſtum in ſe habitantem habẽt. Sic enim editur Chriſtus, vt

A ipſe Iohan. 6. teſtatur, vbi edere carnẽ Chriſti, & bibere ſanguinẽ Chriſti, ꝑ credere in Chriſtum ponuntur. Vt enim corpus noſtrũ alitur, conſeruatur, & reficitur pane & vino, ſeu cibo & potu: ita anima noſtra fide Chriſti paſcitur, conſeruatur, & reficitur. Hinc eſt quòd apud Prophetam fiat mentio famis, nõ panis, ſed verbi Dei, quod cũ fide recipitur, non ampliùs eſurimus, ſed lautiſsimè paſcimur, & exhilaramur. In huius rei teſtimonium ſacra Chriſti cœna inſtituta eſt.

B 14. *Non comedetis in eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantũ igni.* Quid hæc ſibi volunt? Euangelium nec crudũ ſit, nec coctum aqua. Euangelium dicitur crudum iis, q̃ ipſi crudi ſunt, id eſt, non mortificati: & coctum aqua iis, q̃ viciatum ſenſu carnali & traditionibus humanis audiunt Euangelium. Vt nihil efficiat Euangelium in afflictis conſcientiis, quæ medicabantur ſibi ꝑ ſatisfactiones & iuſtitias operum, quibus iam Euangeliũ non erat Euangeliũ. Aſſum igni

C dicitur Euangelium, quando corda igni iudicij diuini mortificata, viuificantur ꝑ Euangelium. Debet enim Euangelium paulatim conſumere quidquid eſt in nobis vitiorum. Etſi autem ipſe Deus, vt eſt in Deuteronomio, eſt ignis conſumens: tamen hæc vis ipſius verbo attribuitur, vt ipſius ordinario inſtrumẽto, in quo Spiritus Sanctus vult eſſe efficax.

15. Agnum edi, eſt fide verbũ concipere, eoq; concepto renaſci. Eo autẽ quòd carnes edeban-

D tur, ſignificata eſt reſurrectio. Nam Euágelij potentia reſurrectionẽ fieri, & nouam carnẽ parari, ex Scripturis certum eſt. Verùm quia hæc nõ ſtatim tota fit, ſed ſubinde perficitur, donec intereat caro, ideò opus eſt renatis in hac vita multiplici conſolatione, ſicut Paulus inquit: *Abundat verbum Dei inter vos.* & Dauid: *Secundùm multitudinem dolorũ in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt me.* Ideò Moſes vult azymos adhiberi.

16. Per azymos enim panes, ſignificata eſt E-

E uangelica dulciſsima cõſolatio, qua augeſcit cognitio Dei, fides, timor Dei, patientia, & alij fructus fidei, cũ quibus non poſſunt ſtare contrarij affectus & vicia: ideò Paulus azymos interpretatur ſinceritatem & veritatẽ, quas opponit fermento veteri, hoc eſt, malitię & nequitię. Quòd autem ſeptem diebus azymis veſci debebat carnalis Iſrael, adumbrabat ꝙ toto vitę ſuæ tẽpore, quod ſeptem diebus voluitur, debeat Philoſophus Chriſtianus innocentiæ ſtudere.

F 17. Cùm iubẽtur Iſraelitæ carnes edere cum lactucis agreſtibus, ſeu potius cũ acidis herbis, adũbrabatur Lex, quæ ſæpiſsimè inculcari deberet, vt mortificentur reliquię vetuſtatis in carnẽ noſtra, vt euidẽtiùs agnoſcatur infirmitas, infidelitas, inſipiẽtia & hypocriſis noſtra, ſicut Ieremias ait: *Poſtquam oſtendiſti, percuſsi femur meum.*

18. Quòd autem carnalis Iſrael iubebatur Agnum totum cũ capite, pedibus & inteſtinis comedere, abumbrabat totũ Chriſtũ fide edendũ

G eſſe, vt q̃ planè nihil proſit, niſi fide edatur. Nam q̃ ſimulanter credũt, edunt ſine capite. Siquidẽ in his fides non eſt opus potentiæ Dei, ideoque

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ignorant caput Chriſti, id eſt, potentiam Dei in Chriſto. Hypocriſis igitur, qua fingitur fides, externa quędam eſt larua & non viua fides, qua totum Chriſtum in ſe habitantem poſsideat. Qui ſine inteſtinis edunt, id eſt, qui ſine paſsionibus Chriſti, & ſine vera cordis affectione & lætitia ſimulant fidem. Qui ſine pedibus edunt, hi non currunt ad Chriſtum, nec confitentur Chriſtum. Propterea totus Agnus, id eſt, Chriſtus edendus eſt, idq́ue non ore, ſed fide non ſimulata.

19. Addit Moſes: *Renes veſtros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus veſtris, tenentes baculos in manibus.* De renibus ſeu lumbis Chriſtus ait: *Sint veſtri lumbi circumcincti.* Et Petrus: *Præcincti lumbis mentis veſtræ, ſobrij perfectè ſperate in eam gratiam, quæ vobis allata eſt per reuelationem Ieſu Chriſti.* Et Paulus ait: *State ſuccincti lumbis veritate.* Vt enim lumbi, in quibus potiſsimæ corporis vires ſunt, cingulo firmantur, ne inter pugnandum miles labatur: ita animus Chriſtiani militis veritate Dei firmãdus eſt, ne Diabolus nos dubitantes ac hæſitantes facilius proſternat, & proſtratos trucidet. Deinde ſignificatur per cincturam renum, ſenſum carnis & concupiſcẽtias prauas premi debere verbo Dei, vt Spiritus maneat in ſimplicitate fidei. Calciamentis, quæ ſunt progreſſus in actione ſymbolum, ſignificatur progreſſus in cognitione Euãgelij. Ita enim Paulus ait: *Calciati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Dicitur autem Euangelium pacis, quia eſt præconium noſtræ reconciliationis cũ Deo. Per baculos ſignificatur defenſio diuina, præterea etiã verbum Dei, cui in periculis & tentationibus fatigati innitẽtes acquieſcimus, & confirmamur. Hunc typum intellexit Dauid, cùm diceret: *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Diſtinguitur autem inter virgam & baculum. Virga eſt caſtigationis, correctionis & diſciplinæ ſymbolum. Baculus autem ſymbolicè ſignificat conſolationem, auxilium & ſuſtentationem.

20. Cùm Moſes addit, *Comedetis feſtinanter,* ſignificatur, quòd verus Iſrael debeat anhelare ad ſolennitatem cœleſtis patriæ. Vnde Gregorius: *Nemo in huius vitæ itinere torpeat, ne in patria locum perdat.* Hæc collatio à nobis inſtituta, analoga fidei eſt, & optimè congruit. Verùm ſi quis aliter quædam huius collationis membra interpretetur, modò nihil contra analogiam fidei adferat, cum eo non pugnabo. Poſſunt enim ſub vno typo plura contineri, eaq́; diuerſa, non autẽ cum veritate pugnantia.

SECVNDVS.

Vbi Lazarus fuiſſet mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus.

Repetit hiſtoriã reuocati Lazari à morte ad vitam ab ipſo Domino, vt miraculi certitudo & magnitudo fortiùs infigatur animis, atq́; eius vſus pleniùs conſideretur in ſalutem credẽtium, & in confuſionem Iſraelis carnalis, qui huius miraculi euidentia nõ ſit perſuaſus de Meſsia, nec egerit pœnitentiam.

A TERTIVS.

2 Fecerunt igitur ei cœnam illic, & Martha miniſtrabat. Lazarus verò vnus erat ex eis, qui ſimul accubabant cum eo.

Chriſtus pridie Palmarum cœnat cũ Lazaro in certiſsimũ ſignum, quòd verè reuixerit, qui mortuus fuerat, ne quis exiſtimaret ſpectrum fuiſſe, & ad breue tempus apparuiſſe. Scribitur præterea quòd hic Lazarus, poſtquã excitatus B ſit à mortuis, vixerit annos 30. & docuerit in Maſsilia Euãgelium Chriſti. Martha miniſtrás, piis fœminis relinquit exemplum, vt Chriſto in ſuis membris miniſtrare, & de ſuis facultatibus neceſſaria præbere nõ recuſent. Lazarus, q mortuus fuerat, epulatur cũ Domino, in ſignum illius magnæ cœnæ, cuius participes erimus cum Chriſto, quotquot hîc ſpiritualiter à Chriſto viuificamur. Beati qui veniunt ad nuptias Agni. Beati qui Chriſtum conuiuam habent. Pij igi- C tur dent operam vt in ſuis conuiuiis Chriſtum præſentem habeãt: quod tum demum fiet, ſi viua fide in illũ recumbant, ſi in timore Dei & inuocatione, benedictione Dñi vtãtur, ſi membra Chriſti egentia à ſuis conuiuiis non excludant.

DE SECVNDO.

3 Maria ergo accepit libram vnguẽti nardi piſticæ precioſæ, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis. Domus autem im- D *pleta eſt ex odore vnguenti.*

Quæſtio hîc magis curioſa quàm vtilis agitatur, de tempore huius cõuiuij, in quo Maria vnxit pedes Domini. Sed Iohannes & Marcus collati inter ſe, hanc quæſtionẽ clariſsimè diluunt. Iohãnes enim vnctionis meminit, quę ſexto die ante Paſcha contigit, vt clariſsimè ex textu conuincitur: Marcus autem eius vnctionis mentionem facit, quæ facta eſt tertiò die ante Paſcha, in E domo Simonis leproſi. Diuerſa ſunt igitur conuiuia, & diuerſæ vnctiones. Sed his vt curioſis omiſsis, factum ipſum Mariæ videamus.

Hoc factum Mariæ ſororis Lazari, humanitatis & intimi amoris erga Chriſtum teſtimoniũ fuit, quæ non ſolùm Chriſtum lauto conuiuio excipere, verùm etiam fatigata eius membra ex itinere, vnguento precioſo lenire voluit. Non enim putabat perire ſumtus, quos Domino ſuo impenderet. Si ergo quæritur de hoc facto Ma- F riæ, quale in ſe fuerit, vtrum cultus opus, nécne? Si neges opus fuiſſe cultus, mox tibi aduerſabitur ipſe Dñs, qui teſtatur hoc opus ſibi placuiſſe. At ſi cultus opus fuiſſe dicas, cõfirmari videtur opinio eorum, qui dicunt, quodlibet opus factum bona intentione eſſe cultum, & placere Deo. Non enim oſtendi vllo mandato poteſt, quo Dominus hoc opus à Maria exigat. Reſpondeo, hîc omnium primũ diſcernendum eſt inter Chriſtum humiliatũ & glorificatum, & inter G miniſteria Chriſto humiliato exhibita, & glorificato exhibenda. Chriſtus humiliatus opus habebat miniſterio corporali, & huiuſmodi mini-

ſterium

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſterium placuit ex ſincero amore profectũ. Verùm Chriſtus glorificatus, quantum ad ipſius perſonam attinet, iam non corporali miniſterio indiget. Quare colendus eſt in ſpiritu & veritate, iuxta regulam, hoc eſt, verbũ Dei. Sed quantum ad membra ipſius attinet, quæ hîc in terris nobiſcum verſantur, reputat ſibi factum, quidquid vel minimo eorum, qui credunt in illum, fecerimus. Deinde dico hoc opus Mariæ per ſe cultum nõ fuiſſe, nec placuiſſe Chriſto propter ſe, id eſt, ex opere operato. Verùm quia ex dilectione Chriſti manabat, & fiebat ex fide in honorem Chriſti, placuit propter fidem Mariæ. Nam ſi feciſſet hoc opus Maria cultus gratià, aut opinione iuſtitiæ & meriti, haud dubiè peccaſſet. Nunc autem more ſuæ gentis (in qua & naſcebantur aromata flagrantiſsima, & magnus eorum erat vſus, cùm in honeſtis hoſpitibus excipiendis, tum in mortuorũ corporibus condiendis) hoſpitem ſuum ex intimo amore excipere voluit. Proinde humanitatis & ciuilitatis laudandæ opus fuit, nõ cultus per ſe. Quare nemo poteſt hinc regulam facere, quaſi quodlibet opus ex bona, vt vocant, intentione factum, ſit cultus per ſe, contra regulam manifeſtam: *Quidquid non ſit ex fide, eſt peccatum.* Verùm vt hæc explicatiùs adhuc declaremus, diſtinguenda ſunt genera operum: Quædam opera ſunt expreſsè mandata: quædã ſunt expreſsè prohibita: quædam libera ſunt. Opus Mariæ nec fuit mandatum in ſpecie, nec prohibitum in genere. Igitur liberùm fuit. Hac operum diſtinctione poſita, tres teneantur regulæ. Prima, vt opus mandatum in ſpecie, neceſſariò eſt faciendum: ita opus prohibitum, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, neceſſariò eſt fugiendum. Secunda, opus liberum confeſsionis gratiâ æditum, placet propter genus, fidem & vſum. Nam opus confeſsionis gratiâ factum, modò non ſit prohibitum in genere, continetur ſub genere, iuxta illud: *Qui confeſſus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo cœleſti.* Tertia, opus in ſe liberum, ſed factum cultus gratiâ, planè vſu fit impium, vt quod contineatur ſub hac prohibitione: *Fruſtra colunt me mandatis hominũ.* Iam autem qualénam opus Mariæ fuerit, ex circunſtantiis eſt colligere. Certum eſt quòd nec mandatum, nec prohibitum fuerit in ſpecie: quare liberum fuiſſe per ſe manifeſtum eſt. Num ergo confeſsionis cauſsâ, vel cultus gratiâ vnxit pedes Domini Maria? Iudæi perſequebantur Chriſtum, in quem Maria credidit. Vt ergo ſuæ fidei confeſſionem palàm ederet, in conuiuio, in quo plures aderant, Chriſtum hoc honore excepit, vt hoc ſuum factum iudicio hoſtium opponeret. Fuit ergo confeſsionis opus, & placuit propter genus, fidem & vſum. Dauid ſaltat coram Domini Arca, quod ſanè factum nec prohibitum, nec mandatũ fuit in ſpecie: ſed erat liberrimum confeſsionis opus, & ideò propter genus, fidem & vſum placuit.

Iam breuiter quædam de vocabulis adiiciemus. Libra pondus eſt habens duodecim vn-

A cias. Nardus Indica flagrantiſsima habetur. Vocabulum πιστικῆς, pro quo Latinus poſuit piſticę, putatur Latinum eſſe, facta terminatione Græca & metatheſi literarum, vt piſticæ ſit poſitum pro ſpicatæ. Nam Nardi ſunt plures ſpecies, quarum nobiliſsima in ſpicas exurgit, vnde ſpicata dicitur. Theophylactus falſò putat πιστικὴν dici à nomine πίστις, vt πιστικὴ ſit idem quod ſincera & germana. Sed ego priorem interpretationem, propter cauſſas adductas antepono. Nõ
B enim inuſitatũ fuit Græcis vicinioribus Italiæ, Latina vocabula in ſuum transferre vſum.

DE TERTIO.

PRIMVS.

4 *Dixit ergo vnus ex Diſcipulis eius Iudas Simonis Iſchariotes, qui erat eum proditurus:*

5 *Quare hoc vnguentum non veniit tre-*
C *centis denariis, & datum eſt egenis?*

Offenditur Iudas profuſione (vt videri vult) vnguenti tanti precij. Ita enim hypocrita auarus & ambitioſus, honeſtum quærit prætextum transferendi ad ſe precium tanti vnguenti, quo fruſtratus, odio Chriſti tanto inflammatur, vt non ceſſet, priuſquam Dominum ſuum prodiderit, accepta à Phariſæis mercede. Vnde non ſolùm à tribu Iſachar, verùm etiam ab euen
D tu ſeu facto Iſchariotes, id eſt, vir mercedis, vt qui Dominum pro mercede vendiderit, dictus eſt. Hic Diſcipulus nequam, æſtimat vnguentum in pedes Domini effuſum, trecentis denariis, hoc eſt, triginta coronatis. Valet enim denarius octo ſolidos noſtrates. Tanta fuit apud Iudæos diurni laboris merces. Decem ergo denarij faciunt quinque marcas noſtrates, quæ ferè coronatũ valent. Ex quo ſequitur centum denarios facere decem coronatos, & trecentos
E denarios facere triginta coronatos. Fuit ergo nõ contemnendi precij vnguẽtum, quod Iudas dixit in vſus pauperum meliùs fuiſſe collocatum.

Hinc ergo quæſtio oritur, An liceat homini pio, qui diuitiis abundat, ſumptus facere voluptatis gratiâ, non neceſſarios, vt hîc Maria, iudicio Iudæ, quæſtoris Domini, feciſſe videtur? Ad hanc quæſtionem facilis erit reſpõſio, vbi diuinam bonitatem in rebus conditis in humanos vſus conſiderauerimus. Omnium ergo primũ,
F hác teneamus regulam: Quòd quidquid eſt rerum conditarũ, hoc Deus fecerit in vſus hominum. Ex qua regula hoc ſequitur, ꝙ Deus nõ velit damnari vſum vllius creaturæ legitimũ, hoc eſt, ad quẽ condita eſt. Nunc autem res conditæ in triplici ſunt differentia. Quædam enim ad vitæ noſtræ ſuſtentationem neceſſariæ ſunt, vt victus & amictus. Quædam medicinę ſeruiunt, vt per eas afflictam valetudinẽ recuperemus: quędam delitiis & voluptatibus deſtinãtur, vt mul-
G tæ odoriferæ herbæ, aromata, & quædã vnguenta. Hoc poſtremo rerum conditarum genere Pater noſter cœleſtis non tam ſuſtentari, quàm

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

oblectari nos voluit. Quare nõ improbabit eorum vſum, modò fiat in timore Dei, & gratitudinem exhibeamus largitori. Has enim delitias Deus ſuis concedit, vt in earum vſu excitentur ad cogitandas veras delitias æternæ vitæ. Legimus pios Reges huiuſmodi delitiis abundaſſe, nec propterea damnatos eſſe. Quare neque nos damnare debemus eos, qui huiuſmodi vtuntur in timore Dei, & cum gratiarũ actione. Verùm qui abutuntur quouis rerum conditarum genere, ſacrilegè faciunt, & propterea iuſtè damnantur. Non ergo rectè ſentiunt Anabaptiſtæ, qui omnia in pauperes eroganda eſſe dicant, quæ nobis ipſis non ſunt omnino neceſſaria ad vitæ noſtræ ſuſtentationem. Nam ſi illorum decretum ſtandum eſſet, Chriſtus haud dubiè Iudæ ſententiam approbaſſet, ac Mariam ob ſuá profuſionem damnaſſet. Diues Epulo non eſt damnatus, quia ſplendidè eſt veſtitus, & vixit lautè, verùm quia nihil eſt impartitus mendico Lazaro. Quare nos diſcamus rebus à Deo nobis conceſsis vti, in timore Dei, cum gratitudine, & curam habere pauperum, piorum præſertim, qui nobis & vinculo naturę, & fœdere gratiæ, & ſpe gloriæ coniuncti ſunt. Futuri enim ſunt hæredes vitæ æternæ nobiſcum.

SECVNDVS.

6 Dixit autem hoc, non quòd pauperes illi curæ eſſent, ſed quia fur erat, ac marſupium, eaq́ quæ mittebantur, portabat.

Interponit Euágeliſta ſuum de Iuda iudiciũ. ac inuertit rationẽ, quá Iudas impuro ore afferebat. Iudas quidẽ in ore pauperes habuit, ſed in corde reuera Diabolũ. Ná eius inſtinctu impulſus, furto ſuæ auaritiæ conſultũ voluit. Multos habet Iudas ſocios hoc die, q̃ ſuis impoſturis intenti alias cauſſas, easq́; honeſtas prętexunt. Hîc duæ quæſtiones diluendæ occurrunt. Vna, an rectè fecerit Iohannes, furem appellans collegam ſuum. Altera, cur Chriſtus paſſus ſit Iudam marſupium portare, cùm haud dubiè ſciuerit illum furem fuiſſe. Ad primam dico: Quòd liceat de quouis collega verum teſtari, modò ex animo fiat benè erga collegá affecto. Nam vt mendacium vicium eſt fugiendum: ita veritas eſt amanda, & de ea rectum teſtimonium, cùm res poſtulauerit, pronunciandum. Deinde licebit pio quemlibet hominem inemendabilem accuſare, & damnare, vt alij caueant, ne ipſius contagione inficiátur. Eſt enim huiuſmodi iudicium non hominis, ſed Dei, ſed ore hominis prolatũ.

Ad ſecundam reſpondeo, quòd Dominus ideò ſit paſſus furem iſtum in numero Diſcipulorum ſuorum, vt ſignificaret, quòd in Eccleſia ſemper ſint futuri, etiam inter ſummos, quidam Iudæ ſimiles: & puto profectò adumbratá fuiſſe eo exemplo Antichriſti proditionẽ, & furtum, q̃ imperia huius mundi & opes anteponit Chriſto & eius Euangelio.

Porrò cùm Euangeliſta addit, *Portabat ea, quæ mittebantur*, ſignificat quòd ditiores Chriſti Diſcipuli, quales fuêre Nicodemus, Ioſeph, Zacheus, mulier Cananea, & alij multi, miſerint Domino & eius Diſcipulis neceſſaria, ex quibus & ipſi ſe ſuſtentabant, & habebát quod erogarent in pauperes. Horum exemplum piis imitandum eſt, vt aliqua ſuarum facultatum parte, Chriſtum in ſuis membris indigentẽ ſubleuét: quod qui non faciunt, produnt ſuam aduerſus Chriſtum ingratitudinem, ſatisque declarant, quôd non ſint quod audiunt: hoc eſt, filij Dei. Verùm hodie, proh dolor, inuenies plures, qui Chriſtum in ſuis membris ſpoliant, quàm qui in eum liberales ſunt, nihilominus tamẽ volunt Chriſtiani appellari. Reſeruantur enim horrendo Dei iudicio, iuxta illud Iacobi: *Iudicium fiet ſine miſericordia ei, qui non fecerit miſericordiam.*

TERTIVS.

7 Dixit ergo Ieſus, Sine illam, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit iſtud.

8 Pauperes enim habetis ſemper vobiſcũ, me verò non ſemper habetis.

Dominus Mariæ factum defendit, & rationẽ, quam attulit Iudas, diluit. *Sine*, inquit, *illam*, hoc eſt, noli ei tuo murmure moleſtus eſſe. Non enim hoc vnguentum profudit (vt tu putas) temerè, ſed hoc ſeruauit in hunc diem, quo mea mors & ſepultura inſtat, & voluit corpus meũ, breui ſepeliendum, hoc honore afficere.

An Maria tum cogitauit de ſepultura Domini? Maria abſque omni dubio honoris gratiâ tantùm hoc fecit, nihil cogitans de Domini ſepultura. Verùm Dominus propter euentum ſic loquitur, more Scripturæ. Futurum enim erat, vt ſexto poſt hanc vnctionem die, moreretur ꝓ peccatis mundi, & ſepeliretur. Regula ergo hęc tenenda eſt: Sæpe agenti propter aliud, tribuitur effectus, nõ ex conſilio agentis, ſed ex euentu, qui ſuam propriam cauſſam habet, pendens. Hæc regula multis locis Scripturæ lucem adfert, de qua vide Enchiridion noſtrum.

Rationem, quam adfert Iudas, videlicet, *Poterat hoc vnguentum vendi & dari pauperibus*, diluit Dominus, cùm ait: *Pauperes ſemper habetis vobiſcum, me autem non ſemper habetis.* Etſi Dominus nouit cor Iudæ, qui non tam ſolicitus erat pro pauperibus, quàm vt ſuam crumenam repleret: tamen ad verba Iudæ maluit reſpondere, vt & doceat ſemper curam pauperum habendam eſſe, & oſtendat officia quæ ſibi fiebant in corpore mortali præſenti non eſſe negligenda. Ita ergo vult curam pauperum haberi, vt nõ alia humanitatis officia negligantur. Poſſunt ergo qui rebus huius vitæ abundant, interdum liberaliores ſe exhibere erga ſuos dominos, & alios, qui de ipſis bene meriti ſunt, modò interea pauperes non negligantur.

Sed quid eſt quod Dominus dicit, *Me non ſemper habetis?* An non vbique eſt, cùm ſit Deus? An non ipſe alibi dixit: *Ecce ero vobiſcum vſque ad conſumationem ſeculi?* Auguſtinus hanc quæſtionem rectiſsimè diluit, his verbis: *Loquebatur*, inquit, *de præſentia corporis ſui. Nam ſecundùm maieſtatem*

ſuam,

ſuam, ſecundùm prouidentiam, ſecundùm ineffabilem & inuiſibilem gratiam impletur quod ab eo dictum eſt: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Secundùm carnem verò, quã verbum aſſumſit, ſecundùm id quòd de Virgine natus eſt, ſecundùm id quòd à Iudæis præhenſus eſt, quòd ligno crucifixus, quòd de cruce depoſitus, quòd linteis inuolutus, quòd in ſepulcro conditus, quòd in reſurrectione manifeſtatus, non ſemper habebitis vobiſcum. Quare? Quoniam conuerſatus eſt ſecundùm corporis præſentiam quadraginta diebus cum Diſcipulis ſuis, & eis deducẽtibus videndo non ſequendo aſcendit in cœlum, & non eſt hîc. Ibi eſt: ſedet enim ad dexteram Patris: & hîc eſt. Non enim receßit præſentia maieſtatis. Aliter: *Secundùm præſentiam maieſtatis ſemper habemus Chriſtum, ſecundùm præſentiam carnis rectè dictum eſt Diſcipulis: Me autem non ſemper habebitis. Habuit enim illum Eccleſia ſecundùm præſentiam carnis paucis diebus, modò fide tenet.* Hæc Auguſtinus, cum quo ſentit tota antiquitas & Symbola omnia, quæ ex totius Scripturæ conſenſu extructa ſunt.

Neque cum his pugnat veritas huius propoſitionis: Ieſus filius Mariꝗ verus homo eſt vbiq;. Nam natura diuina aſſumens naturam humanam in vnionem perſonalem eſt vbique: cuius reſpectu Chriſtus homo vbique eſſe rectè dicitur. Non autẽ reſpectu humanitatis, cuius idioma eſt eſſe circumſcriptá, quemadmodum cum Scriptura omnes Patres vno ore confitentur.

Quid? An non Chriſtus credẽtibus ſe totum communicat? An non Chriſtus totus in nobis credentibus habitat? An non inſerimur Chriſti humanæ naturæ, vt ſimus caro de carne eius, & os de oſsibus eius, vt ſcriptum eſt? Hæc veriſsima eſſe totius Scripturæ conſenſus teſtatur. Chriſtus enim ſe totum credẽtibus communicat, Chriſtus verè in credentibus habitat, credentes verè inſeruntur humanæ naturæ Chriſti, etſi caro illius in cœlo ſit, illicque locum occupat circumſcripta. Etſi autem hoc magnum myſterium eſt, vt ipſe Apoſtolus teſtatur: tamẽ quantum nobis reuelatum eſt, conabimur verbo Dei explicare. Modos ergo, quibus ſe Chriſtus nobis communicat inquiramus, ex quibus propoſitarum quæſtionum diiudicatio pendet. Communicat Chriſtus ſe nobis credẽtibus merito, eſſentia, efficacia, in quibus totum beneficium Saluatoris conſiſtit. Quare hos communicationis modos ordine videamus.

Quomodo ergo Dominus ſe merito nobis communicat? Meritum, hoc eſt, λύτρον, propter quod recipimur à Deo, eſt veriſsimè vtriuſque naturæ diuinæ & humanæ, vnius perſonæ Ieſu Chriſti, ſed ſeruatis naturarum proprietatibus eſſentialibus. Tametſi enim oẽs actiones Chriſti ſunt ipſius perſonæ, tamen vt aliæ, ſic & meriti actiones quædam communes ſunt vtriuſq; naturæ, vt voluntas obedientiæ, interceſsio pro nobis, qua nobis gratiá à Patre impetrat. Quædam ſunt propriæ diuinꝗ naturæ, vt admiranda Filij Dei humiliatio, de qua Paulus ad Philip. 2. ſic ſcribit: *Qui in forma Dei exiſtens non rapinam duxit æqualitatem cum Deo, ſed ſeipſum exinaniuit,*

A *formam ſerui aſſumens, ſimilis hominibus factus, & geſtu inuentus vt homo, humiliauit ſeipſum,* λόγος æternus, *vſq; ad mortem crucis.* Quædam ſunt humanæ naturæ tantùm, vt paſsio, mors, effuſio ſanguinis, iuſtitia & conformitas cum Deo in humana natura, ſicut Petrus ait: *Paſſus eſt carne.* ad Epheſ. 1. *In quo habemus redemtionem per ſanguinem eius.* ad Rom. 5. *Per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi.* Hoc meritum quo ſic Chriſtus ſe nobis communicat, applicatur nobis per fidem, qua Chri-
B ſtum totum apprehendimus, & eſt cauſſa propter quá diuinitas nobis coniungitur, & in nobis exercet effectus ſpiritus & miſericordiæ.

Quomodo Chriſtus communicat ſe credentibus eſſentia ſeu perſona? Hæc communicatio fit etiam ſecundùm vtramque naturam, idq; ordinatione, ſimilitudine & applicatione. Ordinatione, quia Dominus, Rex, Sacerdos & frater noſter eſt. Similitudine, quia humanitate nobis ſimilis eſt, & diuinæ naturæ facit nos parti-
C cipes. Applicatione denique, cùm ſe nobis applicat, ſicut caput ſe membris applicat, & vitis palmitibus, ſeruatis tamẽ naturarum diſcriminibus, ita ſcilicet, vt diuina natura ſit intra nos, & nos ſibi & aſſumtæ naturæ copulet, ſuamque naturam humanam & noſtram eodem Spiritu viuificet. Humana verò natura non quidem in nobis habitet, ſed nobis tamen per λόγον copulata ſit, vt non tantùm τῷ λόγῳ, ſed etiam naturæ aſſumtæ, id eſt, humanæ inſeramur, ſicut neque i-
D pſa intra noſtram, neq; noſtra intra ipſius ſubſtantiam exiſtat. Sumus ergo humanæ naturæ Chriſti coniuncti, quia nos & humana natura Chriſti cohæremus vni tertio, videlicet λόγῳ, ſeu diuinæ naturæ Chriſti: id quod Paulus diſertè teſtatur, cùm Eccleſiæ & Chriſti copulationem confert copulæ coniugali. Vt enim ſponſus & ſponſa vno ſpiritu amoris copulantur: ita Chriſtus & credens, ſpiritu vno iuncti ſunt. Ideò Paulus dicit: *Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* ſigni-
E ficans nos Chriſti humanitati coniunctos eſſe, mediante ſpiritu, id eſt, diuinitate Chriſti. Hinc eſt, quod Paulus alibi ait: *Membra ſumus corporis eius, caro de carne eius, & os de oßibus eius.* Verùm tamen nexus diuerſus eſt. Nam humana natura Chriſti & λόγος perſonali vnione iunguntur: nos verò eidem copulamur ſociali nexu, quod hac ſimilitudine vtcunque declarari poteſt. Caput corporis noſtri non eſt intra manum, nec manus intra caput: tamen manus vt alia mem-
F bra omnia capiti cohærent. Hæ igitur locutiones, Chriſtus eſt vitis, nos palmites, Chriſtus eſt caput, nos membra, vtramque naturam complectuntur. Nobis enim copulatum eſſe vtrique naturæ commune eſt. Atque hæc dicta, Chriſtus eſt in nobis, Chriſtus manet in nobis, Chriſtus habitat in nobis, Chriſtus nos ſibi copulat, per communicationem idiomatum dicuntur. Nam eſſe in nobis, & nos coniungere, tam diuinitati, quàm humanitati ſuæ, ſunt propria naturæ di-
G uinæ omnipotentis, infinitæ. Hæc tamen propoſitio, Chriſtus eſt, ſeu manet in nobis: ſi intelligatur de copulatione, ſeu cohærẽtia Chriſti, no-

biſcum, vera eſt etiam de vtraque natura, & ſic Auguſtinus loquitur de verbis Domini Sermone 53. *Quemadmodum ille* (Chriſtus) *in nobis eſt hîc, ſic & nos ibi in illo ſumus.* Hæc ſententia loquitur perſpicuè de humana natura Chriſti, etſi loci ratione à nobis abſente, nobis tamen ratione communicationis præſente. Huc pertinet dictũ Domini Iohan. 15. *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt fructum ferre à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic neq; vos niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites.* Hoc eſt, manete mihi copulati & inſerti, ſicut palmites viti copulati ſunt & inſerti. Ita enim futurum eſt, vt participes ſucci mei, hoc eſt, Spiritus, ſeu diuinitatis meæ fructum feratis. Nam hoc Spiritu mediante, meæ perſonę ſecundùm vtramque naturam copulati eſtis, vnde omnis vis ad fructificandum viuos & ſalutares fructus manat. Quoniam autem vnius naturæ ſunt vitis & palmites, λόγος, cuius naturæ nos non ſumus: factus eſt homo, vt in illo eſſet vitis humana natura, cuius & nos homines palmites eſſe poſsimus. De copula, qua vitis & palmites, hoc eſt, humana natura Chriſti & nos iungimur, loquitur Iohannes, 1 Iohan. 3. *In hoc cognoſcimus, quòd in ipſo manemus, & ipſe in nobis ex ſpiritu, quem dedit nobis.* Hîc Iohannes clariſsimè copulam vitis & palmitum definit eſſe ſpiritum Chriſti, quo nos perſonę Chriſti copulamur ſecundùm vtramque naturam. Vt enim is Spiritus eſt copula inter Patrem & Filium, ita inter nos & illos. Atque hinc ſumitur definitio Eccleſiæ, 1. Iohan. 1. videlicet quòd ſit κοινωνία, id eſt, ſocietas Sanctorum, cùm in Patre & Filio virtute Spiritus Sancti, tum inter ipſos Sanctos per eundem Spiritum. Ita enim Iohannes ait: *Annunciamus vobis quod audiuimus, vt & vos habeatis ſocietatem nobiſcum, & ſocietas noſtra eſt cum Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.*

Quomodo Chriſtus ſe nobis communicat efficacia? Hæc efficacia eſt propria diuinæ naturæ, & perſonę congruit per communicationem idiomatum. Nam vt viuificatio in ipſo Chriſto, non humanæ, ſed diuinæ naturæ potentia facta eſt: ita viuificatio in nobis & alij effectus ſpirituales, fiunt in nobis potentia diuinæ naturæ. Hoc Paulus clariſsimè docet ad Rom. 8. *Si Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum ex mortuis habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum ex mortuis, viuificabit & mortalia veſtra corpora, per inhabitantem Spiritum ſuum in vobis.* Et quid clarius eſt dicto Domini? *Spiritus eſt, qui viuificat.* Ex his iam facillimè intelligitur, quomodo ſe Chriſtus nobis communicet, quomodo in nobis habitet, & quomodo nos ei inſeramur ſecundùm vtramque naturam, tametſi corporali præſentia non adeſt, vt ipſe ait: *Me autem non ſemper habetis.*

Hîc fortè aliquis quærit, an non adhuc reliquum ſit vnum communicationis genus? Nam Sacramentis Chriſtus etiam ſe nobis communicat. Reſpondeo. Hoc non eſt nouum communicationis genus, ſed externũ teſtimonium internæ & ſpiritualis communicationis. Vt enim Baptiſmus eſt inſertionis noſtri in corpus Chriſti teſtimonium, & obſignaculum regenerationis noſtri per Spiritum Sanctum, & purgationis noſtri per ſanguinem Chriſti: ita ceremonia, in qua diſtribuuntur panis & vinum, iuxta Chriſti inſtitutionẽ, eſt teſtimonium externum manſionis & habitationis Chriſti in nobis credentibus, & obſignaculum omnium beneficiorum Chriſti, quæ ipſe nobis meruit traditione corporis ſui in mortem, & effuſione ſanguinis ſui pro multis, in remiſsionem peccatorum. Nam hoc vult abſque omni dubio ceremonialis manducatio & potatio, quemadmodum ipſa veritas docet, Iohan. 6. vbi manducare carnem Chriſti, & bibere ſanguinem eius, pro credere in Chriſtum ponuntur. Cuius ratio analogica hæc eſt: Vt corpus noſtrum alitur, conſeruatur, reficitur pane & vino: ita anima noſtra fide Chriſti in nobis habitantis paſcitur, conſeruatur, reficitur, & præſentia Chriſti in nobis confirmatur.

QVARTVS.

9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quòd illic eſſet, & venerunt, non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lazarum quoque viderent, quẽ ſuſcitauerat Dominus ex mortuis.

Hæc narratiuncula pertinet ad euidentiam miraculi reſuſcitati Lazari, cuius fama iam perſuaſerat totam Iudęam, ex quo factum eſt, vt plurimi confluxerint ad videndum tam ſtupendum & admirabile factum, quo Chriſtus ſuam diuinam potentiam apertiſsimè demonſtrauit, ad confirmandam fidem piorum, & in confuſionem hoſtium Chriſti, qui inde maiorem furorem conceperunt aduerſus Dominum.

QVINTVS.

10 Conſultabant autem Principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent.

11 Quoniam multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.

Ecce quò proruit hypocriſis, quæ quiduis facit, vt ſibi viam ſalutis præcludat. Miraculum Chriſti clarius fuit, quàm vt quiſquam illud vel obſcurare, vel negare potuerit, quò & Chriſti miſsio à Patre & cœleſtis ipſius doctrina confirmata eſt. Quod tametſi hypocritæ Iudæi viderunt: tamen anticipatis opinionibus arrogantia, auaritia & hypocriſi ita excœcatæ ſunt mentes eorum, & indurata corda, vt maluerint ſuas tenebras ſequi, quàm clariſsimam veritatem Euangelij aſpicere. Atque ita videmus verum eſſe dictum Apoſtoli, qui affirmat dari efficacem illuſionem iis, qui nolunt veritati credere, qua pœna nulla poteſt grauior cogitari. Videmus Papatum hoc die horribiliter hac pœna puniri. Nos igitur vtrorumque calamitatibus excitati, ſimus cauti ne & nos aliquãdo propter noſtram ingratitudinem tradamur in reprobam mentem, quam excipiet ſempiterna miſeria.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

PARS SECVNDA.

Hęc ſecunda pars capitis hiſtoriam continet, in qua deſcribitur quomodo Dominus quinto ante Paſcha die profectus ſit Ieroſolymam, ſedens ſuper aſellum, turba ſternente viam ramis palmarum, & acclamante, *Hoſſanna benedictus qui venit in nomine Domini.*

Porrò quoniam plures ſunt huius partis circunſtantię, numeris eas diſtinctas declarabim9.

PRIMA.

12 *Poſtero die turba multa, quæ venerat ad feſtum, cùm audiſſent quòd veniret Ieſus Ieroſolymam.*

13 *Acceperũt ramos palmarum, & egreſſi ſunt obuiam ei, & clamabant Hoſſanna, Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael.*

Spargitur Ieroſolymæ fama, quòd Chriſtus ſit venturus ad feſtum. Hac fama turba multa, quæ venerat ad feſtum mota, obuiã eunt Chriſto, ipſumq; Meſsiam promiſſum & facto & voce teſtantur. In hac ergo circunſtantia tria ſunt in primis obſeruanda. Primùm, quænam fuerit hæc turba. Secundùm, factum huius turbę. Tertiùm, acclamatio turbæ, ſeu congratulatio.

Hæc turba non fuit ex incolis ciuitatis Ieruſalem, ſed ex peregrinis. Nam Euangeliſta dicit: *Turba quæ venerat ad feſtum.* Hìc ergo ſignificatur, quòd regnum Chriſti colligendum ſit ex gentibus, abiectis Iudæis propter ſuá contumaciam. Et eſt in primis obſeruatione dignum, ꝙ Iudæi, qui populus Dei cenſebantur, qui Chriſtum habebant præſentem, qui audiuerunt docentem, & viderunt miracula edentem iuxta Prophetarum vaticinia, non crediderunt tamen. At gentes ex ſola fama de Ieſu fidem conceperũt in illum, qua & iuſtificati & ſaluati ſunt. Horũ exemplo & nos, audita fama de Ieſu per prædicationem Euangelij, ipſum agnoſcamus Meſsiam, in ipſum credamus, ac anteponamus confeſsionẽ ipſius omnibus rebus mundi, nihil morantes quòd regna mundi, & qui ſapientes haberi volunt, ſe illi opponant, atque ipſum in ſuis membris perſequantur.

Qualénam fuit factum huius turbæ? *Acceperunt,* inquit, *ramos palmarũ, & egreſſi ſunt ei obuiam.* Etſi autem hæc turba myſterium ſui facti haud intellexit: tamen diuina prouidentia ſic factum eſt, vt glorioſa Chriſti victoria ſuper peccato, morte & inferno adumbraretur. Solebãt enim olim rami palmarũ præferri victoribus & triumphatoribus, & coronabantur ipſi victores ramis palmarum, propterea ꝙ huiuſmodi ingenium ineſt ligno palmę, vt impoſitis oneribus reſiſtat, & vrgentibus prementibusq; non cedat. Vnde in Apocalypſi ſcribitur: *Sancti erant in conſpectu throni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Chriſtus igitur intuens hoc turbæ factum, cogitat de pugna, quam initurus erat cum morte & inferno, & cogitat de victoria, quã rami palmarum adumbrabant, & hac cogitatione ſe erexit aduerſus horrorẽ mortis. Verùm vt diſtinctiùs ſymbolum palmarũ explicemus, proprietates palmæ, quantũ quidem ad noſtrum inſtitutum ſatis erit, proponemus, easq; Chriſto triumphatori & Eccleſiæ, hoc eſt, Chriſti regno accommodabimus.

Primùm ergo palma arbor eſt nobilis & inſignis, ſempiternæ pulcritudinis & viroris: Chriſti regnum ſemper in mundo ſpiritualiter virebit, ac ſubinde alios atq; alios ramos germinantes producit. Hinc Theologi ſurculos palmarũ iuſticiæ germina appellant. Et Dauid: *Iuſtus vt palma florebit.*

Deinde palma diutiſsimè durat: regni Chriſti nullus erit finis.

Tertiò, ponderibus reſiſtit palma. Chriſti regnum potentius eſt, q̃ vt portæ inferorũ aduerſum ipſum præualeãt. Huc libet adſcribere verba Gellij ex cap. 6. lib. 3. *Si,* inquit, *ſupra palmæ arboris lignũ magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas oneresq;, vt magnitudo oneris ſuſtineri nõ queat, nõ deorſum palma cedit, nec infrà flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur.* Hæc Gellius. Sic placuit ſapientiſsimo Deo in hac arbore pingere quodammodo potẽtiam regni Filij ſui, quod onera ſemper ſuſtinet grauiſsima, nec tamen cedit, ſed contrà nititur, & in altum tendit. Placet etiã pulcherrimũ Epigramma Alciati adiicere:

Nititur in pondus palma, & conſurgit in altum,
Quò magis & premitur, hoc mage tollit onus.
Fert & odoratas bellaria dulcia glandes,
Quîs menſas inter primus habetur honos.
I puer, & reptans ramis has collige, mentis
Qui conſtantis erit, præmia digna feret.

Quartò, rami palmæ arboris ſurſum creſcũt, & ſemper erecti manent, nunquam deorſum ſe inclinantes. Ciues regni Chriſti terrena deſpiciunt, ac ſemper corda in cœlos eleuãt, vbi eorũ πολίτευμα eſt, vnde etiam Saluatorem expectãt.

Quintò, dactili palmæ arboris in principio amari ſunt, ſed maturi ſuaues & delectabiles: Regnum Chriſti hìc in terris duriora patitur, ſed tandem fructum feret dulciſsimum, æternam beatitudinem.

Sextò, palma arbor tardè proficit, ſed diu in viriditate perſiſtit, nec vllum foliorũ defluuium patitur. Eccleſia ſancta per multas difficultates ad firmum fidei ſtatum venit, auctaque iam & propagata ſtabit perpetuò. Hoc Dauid intellexit, iuſtum comparans palmæ florenti: Pſal. 92. *Cuius folia non defluunt,* Pſal. 1.

Porrò vt rami palmarũ victoriæ ſymbola fuere: ita frondes oliuæ ſupplicum petentium pacem, & implorantium miſericordiam ſigna fuere. Cùm Marcus nominat ϛοιβάδας, haud dubiè intelligit frondes ex arboribus mõtis oliuarum exciſas, & ſtratas in via. Vt ergo quidam ex turba palmæ ſymbolo victoriã Chriſti adumbrãt: ita alij, frondibus oleę ſe ſupplices eſſe regi Chriſto, pacem ab eo petere & miſericordiam teſtantur, in ſignum, quòd rex noſter Ieſus Chriſtus paratus ſit ad præſtãdam omnibus ſupplicibus miſericordiam. Nos ergo Domino, aduenienti

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

per prædicationem Euangelij, eamus obuiam A
cum frondibus oleæ, hoc eſt, proſternamus nos
coram eo in vera humilitate, & ſupplices peta-
mus ab eo pacem & miſericordiam, quam non
eſt negaturus vlli, qui ſe vera fide ad ipſum con-
uerterit. In ſignum pacis & fœderis Dei cum ho
mine, columba rediens ad arcam, tenuit ramum
oleæ, virentibus foliis in ore. Vnde Noe confir-
matus eſt de miſericordia Dei, recipiẽtis rurſus
hominem in gratiam. Sine oleæ ramis non mit-
tebantur Legati Romani, vel ad impetrandam, B
vel ad offerendam pacem. Legati Locrenſium
Conſulibus Romanis, vt habet Liuius, in con-
uiuio ſedentibus, velamenta ſupplicum ramos
oleæ porrigunt. Sequitur acclamatio turbæ.

*Et clamabant Hoſanna: Benedictus qui venit in no-
mine Domini Rex Iſrael.* Hæc acclamatio ſumta eſt
ex Pſal. 118. qui continet inſigne vaticinium de
Chriſto & Eccleſia, & vtriuſq; afflictione & vi-
ctoria. Quòd Euangeliſta habet *Hoſanna*, He-
bræis eſt *Hoſchia na*, hoc eſt, ſaluum fac obſecro. C
Senſus eſt: Obſecro, ô Deus, hunc tuum Meſ-
ſiam adiuua, da ipſi victoriam, & fac vt ipſe pro-
ſperè agat, & ipſius regnum floreat, oppreſsis i-
pſius hoſtibus, Diabolis & hominibus impiis.

Cùm addit turba: *Rex Iſrael*, quaſi digito deſi-
gnat eum, de quo Pſalmus eſt vaticinatus, ac ſi
diceret, Hîc habemus præſentem Regem illum
benedictum, hoc eſt, de quo promiſsio benedi-
ctionis facta eſt, id eſt, in quo benedicentur om-
nes, qui ipſum recipiunt, iuxta promiſsionem D
factam Abrahamo: *Benedicentur in ſemine tuo om-
nes cognationes terræ*. Opponitur autem hæc be-
nedictio maledictioni, id eſt, quicquid mali in
mundum inuectum eſt per peccatum, atq; adeò
ipſum peccatum. Benedictionis ergo voce con-
tinetur iuſtitia, vita & ſalus æterna, & quæ cum
illis coniuncta ſunt. Dicitur ergo Chriſtus be-
nedictus, quia ipſe venit ablaturus maledictio-
nem, & redditurus benedictionem, hoc eſt, re-
conciliationem cum Deo, iuſtitiam, vitam & ſa- E
lutem æternam. Hic benedictus venit in nomi-
ne Domini, hoc eſt, venit miſſus à Deo, armatus
potentia Dei, afferens doctrinam à Deo, nempe
Euangelium pacis & reconciliationis, habens
animum & ſtudium propagandi & extollendi
nominis Dei. Hinc monemur de officio noſtro,
videlicet quòd nos, qui Eccleſia Dei habere vo-
lumus, debeamus ſemper precari, vt Deus ſer-
uet & ſuſtineat regnum Chriſti contra furores
hominum & Diabolorum. F

Neq; quicquam detrahit veritati hiſtoriæ, quod
hæc acclamatio nõ eodem modo & iiſdem ver-
bis recitetur ab omnibus Euágeliſtis. Matthæus
habet, *Hoſanna Filio Dauid, benedictus qui venit in no
mine Domini, hoſanna in altiſsimis.* Marcus, *Hoſan-
na, benedictus qui venit in nomine Domini, benedictum
quod venit regnum in nomine Domini Patris noſtri Da
uid, hoſanna in altiſsimis.* Lucas, *Benedictus qui venit
Rex in nomine Domini. Pax in cœlo, & gloria in altiſsi
mis.* Quæ eſt ratio huius diuerſitatis? Omnibus G
idem ſcopus eſt propoſitus, omnes idem precan
tur, ſed alij aliis verbis per eundẽ ſpiritum. Sed
particulas, quas reliqui Euangeliſtę habent, ex-
ponamus. Matthęus, *Hoſanna in altiſsimis*, hoc eſt,
obſecro, vt tu, qui præſides in altiſsimis cœlis,
des huic nouo Regi ſucceſſum & victoriam. Etſi
autem Deus eſt vbiq;, iuxta Scripturam: tamen
in cœlo dicitur habitare, quia illic illuſtriûs con
ſpicitur eius Maieſtas, vbi adoratur ab Angelis
& piis mentibus, propterea cœlum dicitur thro
nus maieſtatis diuinæ, vt habetur in Epiſtola ad
Hebræos, vbi Dominus dicitur ſedere in thro-
no maieſtatis in excelſis. Vbi tametſi vbique eſt
Chriſtus, tamen nunc ſecundùm humanitatem
ſuam ſedet ad dexterã Patris in cœlis, quò om-
nes pij corda leuant, expectantes inde Saluato-
rem, ſicuti Paulus docet Philip. 3. Quòd Lucas
ait: *Benedictum quod venit regnum Domini Patris no
ſtri Dauid.* interpretatur typum regni Dauidis.
Nam regnum Dauidis adumbrabat Chriſti re-
gnum benedictũ, hoc eſt, in quo & benedictus
ille præſidet, & benedictione donat quotquot
ſe in hoc regnum receperint. Quòd autem Lu-
cas addit: *Pax in cœlo, & gloria in altiſsimis.* ad fines
regni Chriſti victoris pertinet, quorũ vnus eſt
pax hominis cum Deo, qui in cœlo habitat: al-
ter gloria Dei, qui illi tribuitur in altiſsimis ab
Angelis, propter immenſum illud beneficium,
quòd Deus Pater Filium ſuum pro nobis homi-
nem fieri voluerit, qui moreretur pro peccatis
noſtris, & reſurgeret à mortuis propter iuſtifi-
cationem noſtri, in gloriã Patris. Cum hac par-
ticula congruit hymnus angelicus: *Gloria in ex-
celſis Deo, hominibus pax & bona voluntas.*

SECVNDA.

14 *Nactus autem Ieſus aſellum ſedit ſuper
eum, quemadmodum ſcriptum eſt.*

Dominus cum Diſcipulis ſuis proficiſcitur
Ieroſolymam, ſedens ſuper aſellum: Primùm, vt
impleretur Scriptura. Deinde vt oſtenderet ſe
voluntariam ſubire mortẽ (niſi enim volunta-
ria fuiſſet mors Domini, ne grata quidem Deo,
tantũ abeſt, vt ſacrificium propiciatorium fuiſ-
ſet.) tum vt adumbraret gentes iugum Chriſti
ſubituras, & permiſſuras ſe à Chriſto regi & gu-
bernari. Aſellus enim, ſuper quem nemo antea
ſederat, vt Marcus ait, ſignificat populum gen-
tilem, qui ſub iugo legis Moſaicæ non erat, iu-
gum Chriſti ſubiturum. Præterea vt ſymbolo
doceret, ſuum regnum in hoc mundo, à ſplen-
dore, opibus & potentia alienum eſſe. Hæc cla-
riſsimè ſignificantur Prophetæ verbis, quæ E-
uangeliſta ſubiungit.

TERTIA.

*Noli timere filia Sion, Ecce Rex tuus ve-
nit, ſedens ſuper pullum aſinæ.*

Hoc dictum deſumptum eſt ex cap. 9. Zach.
cuius verba iuxta Hebraicam veritatẽ hæc ſunt:
*Exulta valde filia Sion, iubila filia Ieruſalem. Ecce Rex
tuus veniet tibi iuſtus, & Saluator ipſe pauper, & vehi-
tur ſuper aſinum & pullum aſinæ.* Hæc prophetia
tria habet: Primùm inuitat Sion, ſeu incolas Ie-
ruſalem ad læticiam & iubilum, propter aduen-
tum

tum Regis ſui. Deinde qualis hic Rex ſit, & quid A adferat, oſtendit. Tertiò formam regni Chriſti externam ſymbolo pingit.

Inuitat filiam Sion, id eſt, ciuitatẽ Ieruſalem, ſeu potiùs habitatores ciuitatis Ieruſalem ad læticiam & exultationem, cùm ait: *Exulta valde filia Sion, iubila filia Ieruſalem.* Euangeliſta noſter p contrarium negatum idem expreſsit, cùm ait: *Noli timere filia Sion.* Nam ſperare & timere opponuntur. Ergo noli timere, idem valet quod bene ſpera. Huius ſpei effectum poſuit Propheta, B quaſi diceret: Tu multum quidem nunc affligeris, adeò vt nullus exitus afflictionum videatur patere. Sed huic tuæ triſtitiæ & afflictioni grauiſsimæ medebitur Rex tuus, vbi aduenerit, ſi modò illum agnoueris. Nam cũ dicit, *Ecce:* item, *Rex tuus*, requirit fidem in Regem. Hîc ergo docemur, quòd vt ſine Chriſto omnia ſunt plena doloribus & periculis: ita Chriſto præſente omnia læta, & exultatione nõ corporali, ſed ſpirituali plena ſunt, tametſi foris omnia minãtur C luctum & mortem. Nemo ergo bonitatem Domini rectè guſtauerit, niſi qui anteà de fonte lacrymarum hauſerit. Ideò Legis doctrina Euangelij prædicationem præcedere debet.

Deſcribit qualis hic Rex ſit, & quid afferat, cùm ait: *Iuſtus & Saluator ipſe.* Iuſtus quidem, ꝙ & in ſe iuſtus ſit, perfectè Deo obediens, & aliis: nimirum credentibus, ſuam iuſticiam communicet. Saluator verò, quia plenam redemptionem ſuis adfert. Eſt enim nobis à Deo natus ſa- D pientia, iuſticia, ſanctificatio & redemptio, vt ꝗ gloriatur, in Domino glorietur. Quidã Hebraicam vocem penitiùs introſpicientes, hîc putant Prophetam vaticinari de morte & reſurrectione Domini. Hebraicè enim habetur *noſchabu*, id eſt, ſeruatus ipſe: vel vt Santes Pagninus vertit, *ſeruans ſe erit.* Non enim inuſitatum eſt apud Hebræos ſub paſsiua forma actionem ſignificari. Hîc ergo ſiue ſeruatus ipſe legas, ſiue ſeruans ſe, eadem erit omnino ſententia. Propheta enim E hìc, etſi obſcurè, prædicit mortẽ & reſurrectionem Domini. Nam cùm Chriſtus nocens & iniuſtus videri poterat, quôd adigeretur in crucẽ: reſpondit Propheta, etſi in crucem adigetur, tamen iuſtus eſt, & ſeruabit ſeipſum, hoc eſt, reſurget propriá virtute, & declarabit quòd reuera ſit iuſtus & ſaluator.

Symbolicè pingitur regnũ Chriſti, cùm additur, *Pauper, & vehitur ſuper aſinum.* Forma ergo regni Chriſti externa, humilis eſt & contempta F coram mundo. Non enim incurrit in oculos hominum, vt ſplendor regnorum mundi. Voluit ergo Deus huiuſmodi ſpectaculo Chriſtum venire Ieruſalem, vt ſciamus decorem regni Chriſti non in corpore, aut rebus externis conſpici, ſed in mentibus piorũ ſplendere per efficaciam prædicati Euangelij. Etſi igitur Chriſtus ſecundùm externã ſpeciem eſt contemptibilis mundo: tamen forma regni ipſius interna, & decor ipſius Regis in infinitum ſuperat gloriam et de- G corem omnium regnorũ mundi. De qua re pulcherrimè canit Pſal. 45. in quo Pſalmo mirificè Chriſti Regis & Sponſi forma, & Eccleſię Reginæ & Sponſæ ornamenta pinguntur.

QVARTA.

16 Hæc autem non cognouerunt Diſcipuli eius primùm, ſed cùm glorificatus eſſet Ieſus, tunc meminerunt, quòd hæc eſſent ſcripta de eo, & quòd hæc feciſſent ei.

Hæc interſerit Euangeliſta, vt ſciamus nõ ſtatim & vno momento homines ſapientia diuina perfectè donari, ſed eſſe gradus & progreſſus cognitionis, & augeri dona in hominibus recto & legitimo eorum vſu. Chriſto facillimum fuiſſet vel nutu tantùm omnia arcana Diſcipulis ſuis aperuiſſe, ſed hoc noluit, vt diſcendi ſtudium in mentibus ſuorum Diſcipulorũ excitaret. Hoc ergo nos quoque admoneat inuocationis & acris ſtudij, quo indies magis magiſque in cognitione & ſenſu ꝓficiamus. In cognitione quidẽ, vt mens ſemper aliquid addiſcat, & maiorem lucem Euangelij in ſe recipiat: in ſenſu verò, vt cor ardeat viuo fidei ſenſu inuocationis & aliarum virtutum, quæ cum his coniunctæ ſunt.

QVINTA.

17 Teſtabatur igitur turba, quæ erat cum eo, cùm Lazarum vocaſſet ex ſepulcro, & ſuſcitaſſet eum ex mortuis.

18 Propterea & obuiã venit turba, quòd audiuerant eum edidiſſe hoc ſignum.

Teſtimonium turbæ de Ieſu, videlicet quôd verè excitaſſet Lazarum ex mortuis, & eius teſtimonij fructus. Nam ea turba quæ coràm aſtitit, & ſuis oculis vidit quod fecerat Ieſus, ita vt nulla fraus aut dolus ſubeſſe videretur, aliam turbam & hominum multitudinẽ teſtificatione ſua adeò commouit, vt fidem in Chriſtum conciperẽt. Ex quo factum eſt, vt obuiam Chriſto aduenienti cum ramis palmarum prodirẽt. Hoc ergo miraculum vt in multis operabatur fidem: ita in hoſtibus Chriſti maiorem furorem excitabat. Nos relictis cœcis Iudæis, turbæ teſtificantis de Chriſto exemplum imitemur, & multos ad Chriſtum noſtro teſtimonio adducamus.

SEXTA.

19 Phariſæi ergo dixerunt intra ſe, videtis quòd nihil proficitis: Ecce mundus poſt eum abit.

Rabies Phariſæorum notatur. Offenduntur Phariſæi, quòd multi Chriſto adhęreant, ne ſibi vlla ſapientiæ & iuſticiæ gloria diſcedat. Tantũ poteſt hypocriſis & cœca arrogantia in membris Satanæ. Non poſſunt ferre quòd mundus abeat poſt Chriſtum, per quem tamen mundus factus eſt. Vnde apud Eſaiam hoc de Phariſæis extat vaticinium: *Poſuimus mendaciũ ſpem noſtram.*

PARS TERTIA.

Hæc tertia pars capitis continet hiſtoriam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

de gentibus religioſis, qui ſolebant in feſtis Iudæorum aſcendere Ieroſolymam adorandi gratiâ. Hi moti fama Chriſti, petũt à Diſcipulis Domini, vt ipſis quoq; liceat Dominum videre. Diſcipuli Dominũ interrogãt, quibus ipſe reſpondet, tum demum ſalutarẽ fore ſui viſionem, vbi reſurrexerit à mortuis. Hanc partem quia breuior eſt, non in membra, ſed in articulos ſolummodò diſtinguemus.

PRIMVS.

20 Erant quidam Græci ex his, qui aſcenderant, vt adorarent in feſto.

Cùm Iudæus & Græcus opponuntur, Græcus pro gentili, ſeu ethnico ponitur, vt in illo Pauli: *Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci.* id eſt, hominis cuiuſuis de quauis gente orbis terrarum. & ſæpe aliàs. Vetus ergo Interpres vertens ἕλληνας gentiles, ſententiam rectè expreſsit. Horum gentilium (qui ſolebãt aſcendere Ieroſolymam in feſtis Iudæorum) nationes recitantur multę, Act. 2. Sed cur Gentiles in feſto ſolebant aſcendere? vt adorarent. Finis ergo bonus fuit, & laudabilis. Hinc patet, quòd plurimi ex Ethnicis eo tempore religionem Iudaicam ſine ſuperſtitione amplexi ſint. Qui autem religionis gratiâ habitare cum Iudæis voluerunt, Circumciſionem quoque acceperunt. Et vt diſcernerentur à veris Iudæis, dicti ſunt Proſelyti, id eſt, aduenæ.

SECVNDVS.

21 Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogârunt eum, dicentes: Domine volumus Ieſum videre.

22 Venit Philippus, & dixit Andreæ: Andreas rurſum & Philippus dicunt Ieſu.

Quòd hi Gentiles cupiũt Ieſum videre, cauſſa fuit miraculum ab eo editũ, & fama de ipſius doctrina. Cupiunt ergo Chriſtum videre, vt ipſum audiant, & ab eo ſalutis viam diſcant. Ecce Iudæi perſequuntur Chriſtum, Gentiles cupiunt ipſum videre, vt agnoſcãt, & in illum credant, id quod prædictum fuit à Propheta, Oſeæ cap. 1. Quòd Philippus rogatus à Græcis adiungat ſibi Andream, reuerentiæ fuit erga Dominum & Magiſtrum. A Gentilibus ergo his diſcamus, Chriſtum videre in ſalutem noſtram: à Diſcipulis Domini, ſumma cum reuerentia eundem cognitum venerari & colere.

TERTIVS.

23 Ieſus autem reſpondit eis, dicens: Venit hora vt glorificetur Filius hominis.

Hoc reſponſo Dominus nõ repellit à ſe Gentiles, ſed ſignificat breui fore, vt cum vtilitate ipſum videant, hoc eſt, vt paſsim per orbem vniuerſum prædicetur ipſius Euangelium, ad cuius prædicationem conuertentur Gentiles ad Chriſtum, & ipſum conuerſi agnoſcent & prædicabunt. Et tunc Gentiles, qui non erant populus, fient populus, & fide Chriſtum in ſalutem videbunt: quaſi diceret, Viſio mei corpora-
A lis in hac mea humiliatione non multum conferet, Gentilibus præſertim, cũ nunc mea mors ignominioſiſsima inſtat. Verùm cùm excitatus fuero à mortuis, multi Gentiles me videbunt, & celebrabunt. Atq; hoc eſt, quod Dominus ſubiungit, cùm ait.

QVARTVS.

24 Amen Amen dico vobis, Niſi granum frumenti deiectum in terram, mortuum fuerit, B *ipſum ſolum manebit. Si verò mortuum fuerit, multum fructum adferet.*

Hac ſimilitudine oſtendit Dominus neceſſitatem ſuæ mortis: videlicet quòd ſit via ad gloriam, & ad ſalutarem multis ſui cognitionem. Similitudo autem hæc in hunc modum complenda eſt. Sicut granum frumenti non fructificat, niſi priùs deiectum in terram moriatur, & tum demum multum fructum adfert:
C ita ego ſolus maneo, donec mortuus fuero. At tunc è terra prodiẽs per reſurrectionem meam, copioſum fructum adferam, ſparſo Euangelio per Apoſtolos meos in vniuerſum orbem. Atq; tunc Gentiles, qui nunc me adhuc mortalem videre cupiunt, in ſuam ſalutem me videbunt: non quidem oculis corporis, ſed mentis. Atque ita Dominus hac ſimilitudine fructum mortis & reſurrectionis ſuæ ſignificat, & quæ ſit ſalutaris viſio ſui oſtendit.

D Præterea obſeruemus hîc in genere, crucis commendationem: videlicet quòd crux ſit, per quam fructum faciamus, modò morti Chriſti priùs inſeramur per fidem, alioqui crux pœna eſt; ideò Paulus dicit: *Complantatos morti Chriſti fructificari.* Nam donec extra mortis Chriſti implantationem ſumus, non niſi ſteriles manemus: ſed in mortem Chriſti, tanquam in ferax ſolum tranſplantati, fructum facimus copioſum, ſucco ſpiritus Chriſti in nos transfuſo. Sed
E quid facit hæc crux in homine? præſumtionem virtutis propriæ euertit, hypocriſin detegit, confidentiam propriæ carnis excutit, & in ſolum Deum hominem recumbere facit.

QVINTVS.

25 Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodiet eam.

F Occurrit Dominus obiectioni carnis, quæ naturâ fugit crucem & mortem, & non vult vitam venire in diſcrimen propter iuſticiam, ſed potiùs vocationem deſerere, quàm vt mortem pro veritate Dei aſſerenda ſuſtineat. Qui ergo hîc animam ſuam amat, hoc eſt, qui anteponit vitam ſuam mandato & voluntati Dei, atque ita officium vocationis deſerit, is perdet eã, vt qui officij deſertor & contemptor Dei, incurrat in mortem æternam. Nam perditio, cuius hîc me-
G minit Dñs, opponitur vitę æternę, vt ex antiheſi patet. Non ergo ſimpliciter accipiendum eſt dictum, *Qui amat animã ſuam*: ſed cõparatè, hoc eſt,

qui

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

q̃ cõtra ordinẽ diuinũ amat animá ſuam, is perdet eam. Quis eſt ille ordo diuinus? Vt Deũ ante omnia amemus, & eius mádato & vocationi pareamus. Deinde nos ipſos & proximum aliasq; creaturas iuxta eorum ordinẽ, & conditionẽ. Contra hunc ordinẽ amat animá ſuam, qui recuſat adire pericula in vocatione propter mádatum & voluntatẽ Dei. Ex his, quæ iam diximus, ſequitur duplicẽ eſſe amorẽ, quo quis ſe amare poſsit. Vnum laudabilem, alterum vicioſum. Laudabilem quidem, cũ legitimus ſeruatur ordo: Vicioſum verò, cum quis ſe contra ordinem amet. Hinc philoſophi duplicem amorẽ ſui fecerunt, videlicet iuſtũ & cœcum. Iam facilè intelligitur antitheſis: Qui odit animam ſuá in hoc mundo, hoc eſt, qui anteponit obedientiam erga Deum in vocatione propriæ vitæ, is cuſtodiet eam in æternam vitam, non quidem merendo, ſed in recto curſu ad vitam æternam perſeuerando. Qui enim Deo in vocatione non obtemperat, is declinat à via & amittit fidem in authorem vitæ æternæ. Stat enim immotũ principium Pauli: *Donum Dei vita æterna per Chriſtũ Ieſum Dñm noſtrum.* Obedientia igitur noſtra, quæ ſequitur fidem, non eſt cauſa, ſed via vitæ æternæ per Chriſtum Ieſum, & ideo mercedem diuinitùs promiſſam habet non ex dignitate & merito ſuo, ſed ex dignitate & merito Chriſti.

SEXTVS.

26 Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur.

Hoc dictum hortantis eſt. Nam poſtquam Dñs de ſua morte dixiſſet, & de neceſsitate obèdientiæ Deo præſtandæ in vocatione, addit exhortationem, qua exhortatur eos, qui ſui Diſcipuli eſſe volunt, vt ſe ſequátur, videlicet in præſtanda Deo obedientia, nulla periculorum huius vitæ ratione habita. *Si quis*, inquit, *mihi miniſtrat*, hoc eſt, ſi quis meus vult eſſe miniſter, cuius ego ſim Dñs & Magiſter, *is me ſequatur*, hoc eſt, ad meum exemplar vitam inſtituat, non abijciens officium propter crucem. Hanc ſententiam Lucas in hũc modum effert: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur me.* Abnegat autem ſemetipſum, & tollit crucem ſuam, qui abiectis curis præſentis vitę, auocantib. à Chriſto, paratus eſt ad quiduis ferendum pro Chriſto. Notetur hic conditio libèra, *Si quis*, inquit, *vult*. Relinquit ergo cuiq; liberũ, neminem inuitũ trahit, nec renitentẽ cogit.

SEPTIMVS.

Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.

Hæc oratio duplicem ſenſum, & vtrumq; cõuenientem propoſito recipere poteſt. Nam vel vt ratio exhortationis præcedentis, vel vt promiſsio mercedis propter obedientiam præſtitá accipi poteſt. Si accipiatur vt ratio, argumentũ ab officio probi miniſtri ſumptum eſt, cuius ſenſus eſt. Probi & fidi miniſtri eſt, fideliter ſuo Domino ſeruire, & in iis promptè occupari, iuxta mandatum Domini, in quibus ipſe Dominus occupatur, adeò vt nihil contra Domini iuſſum & voluntatem faciat. Nunc aũt ego Dñs veſter, pro veritate Dei propugnanda, mortem adeo. Ergo vos quoq; modò mei miniſtri eſſe vultis, ſimile diſcrimen adire non recuſabitis. Vt particula *vbi* non ad locum, ſed ad vitæ rationem & officium referatur.

At ſi hoc dictum tanquam promiſsionẽ mercedis, propter obedientiam præſtitam, accipiamus, ſentẽtia eius hæc erit: Qui mihi miniſtrat, ei futurum eſt quod & mihi: Ego autem victa morte in gloria patris ero. Proinde & miniſtri mei, ſuperatis huius mundi difficultatibus, gloria mecum fruentur æterna, etſi diſsimili modo. Ego enim vt caput & Dominus regnabo: illi autem vt membra iuncta capiti conregnabunt. Atque hoc eſt, quod Paulus ait ad Rom. 8. *Si cum eo patimur, cum eo etiã regnabimus.* Hanc promiſsionem ad nos pertinere ſtatuamus, quam opponamus omnibus huius vitæ moleſtiis, & periculis. Ineptum Sophiſma Papiſtarum, qui ex hoc loco probari cõtendunt, ſanctos demortuos vbique eſſe, atque ideò poſſe noſtras preces exaudire, cùm ſint cum Chriſto, qui vbique præſens eſt, ſpontè corruit. Non enim hîc de loco agitur, ſed vel de vitæ ratione & officio, vel de gloria beatitudinis, qua fruentur ſancti cum Chriſto. *Quem maiorem honorem*, ait Auguſtinus, *accipere poteſt adoptatus, quàm vt ſit, vbi eſt vnicus. Non æqualis factꝰ diuinitati, ſed cõſociatus æternitati.*

OCTAVVS.

Et ſi quis mihi miniſtrauerit, honorabit eum pater.

Hæc definitio eſt mercedis miniſterij Chriſto præſtiti. *Si quis*, inquit, *mihi miniſtrauerit*, hoc eſt, ſi quis fidelem ſe mihi miniſtrum exhibuerit in docendo, viuendo, & patiendo, illum honorabit pater, hoc eſt, pater meus corona iuſtitiæ illum donabit. Ita enim Paulus hunc honorem definire videtur 2. Timoth. 4. *Bonum certamen certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui, quod ſupereſt, repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die iuſtus iudex.* Vocat autẽ Paulus iuſtitiæ coronam, immortalitatis gloriam, quæ tametſi cauſam habet miſericordiam Dei, & Filij meritum, tamen repoſita dicitur obedientibus propter compenſationem laborum, & afflictionũ. Et obſeruandũ eſt, ꝙ ideo mercedẽ promiſsá honoris nomine expreſsit, vt hũc honorem promiſſum opponamꝰ pręſenti ignominiæ, & opprobrio. Æternus.n. honor abũdè cõpẽſabit momẽtaneam huius vitæ ignominiá, q̃ propter Chriſtum ſuſtinere coguntur fideles.

PARS QVARTA.

Poſtquá Dñs feciſſet mẽtionẽ mortis ſuę, & viuificatiõis, fructificatiõisq; ꝑ ſuá glorioſá reſurrectionem, incipit turbari anima, cogitás de ira Dei, q̃ ſuſtinebat omniũ hominũ cá ſibi impoſita, p̃catur patrẽ, ſubijcit ſe patris voluntati, reſponſum accipit, de vtilitate mortis ſuæ verba facit. Verùm turba non intellligens, quomodo Meſsias & moreretur, & regnaret in æternum, contra Dominũ diſputat. Sed Dominus ijs obſcurè reſpõdet, hortans vt in luce, dum il-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

lam habent, ambulent. Huius partis duo ſunt
membra: Quorum primum continet turbatio-
nem animæ Chriſti, precationem, conſolationē
& cauſam cōſolationis, cū ſignificatiōe victoriæ
breui obtinendæ, ſuper Principē huius mundi.
Secundū, habet admonitionē de morte Chriſti,
& eius fructu: obiectionē turbæ cum reſponſo.

DE PRIMO.

Primum membrum continēs turbationem
animæ Chriſti, &c. plures habet articulos, quos
numeris diſtinctos declarabimus.

PRIMVS.

27 *Nunc anima mea turbata eſt.*

Chriſtus moriturus pro humano genere, te-
ſtatur de animæ ſuæ turbatiōe ſumma, triſticia
& pauore. Nam cogitās Dn̄s primùm de ira Dei
quā ſuſtinebat tanquā alter Adam, quam iram
placare debuit victima, & obediētia ſua, vt pri-
mus Adam ſua inobediētia totam ſuam poſte-
ritatem ſentētiæ mortis, & maledictionis ſubie
cit: Deinde de ignominioſiſsima morte, & lace-
ratione corporis ſui, item de opprobrijs quæ in
cruce ferenda eſſent, tum de ingratitudine ma-
ximæ partis mundi. Nam vidit hanc ſuam victi-
mam peragendam pro omnibus, paucisſimis (ſi
totam mundi colluuionem reſpicias) ceſſurā in
ſalutem. Hæc inquam cogitans, anima turbatur
& exhorreſcit, ſubiturus mortem. De hoc pauo
re & mœrore Saluatoris noſtri prædictum eſt
à Dauide, qui ait in perſona Chriſti: *Dolores infer
ni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mor-
tis.* Vocat autē inferni dolores lethales dolores,
vt qui tanti ſint, vt penè enecēt hominem, & in
ſepulchrū detrudāt. Item: *Anima mea repleta eſt
malis* (id eſt ingentibus dolorib.) *& vita mea in-
ferno appropinquauit.* Hanc pauorē & trepidatio-
nē maximā fuiſſe, teſtatur & hoc, ꝙ opus habue
rit conſolatione de cœlo. Neq; cum his pugnat
quod ſit verus Deus, in quem dolor cadere non
pōt. Siquidem diuinitas quieſcebat, quo verè
ſentiret Chriſtus onus ſibi impoſitū, & verè an-
geretur preſſus ira Dei, non ſuū ſed noſtrum,
quod tn̄ ſuum fecerat, recipiēdo in ſe noſtram
perſonā & cauſam. Ideo quidā ex Patrib. ait: *In
omnib. quæ ad Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti pertinent paſſio-
nē, hæc Catholica fides tradit, hæc exigit, vt in Redem-
ptore noſtro, duas nouerimus conueniſſe naturas, & ma
nentib. proprietatib. earum tantam factam vnitatē v-
triuſq; ſubſtantiæ, vt nec inferat vnitas cōfuſionē, nec
diminuat proprietas vnionem.* Aliud eſt paſsibile, a-
liud inuiolabile. Et Irenæus ait: *Quēadmodum fuit
homo vt tentaretur, ita etiā verbū vt glorificaretur, &
quieſcebat quidem verbum dum tentaretur, crucifige-
retur, & mortem obiret. Homini autem aderat dum vin
ceret, ſuſtineret, reſurgeret, & in cœlum aſcenderet.*

Quoniam aūt diuina Chriſti Maieſtate vide-
tur indignū eſſe, quod tāto pauore, mœſtitia &
turbatione correpť fuerit Filius Dei, multi In-
terp̄tes hîc quærūt effugia, & fingūt tropos, q̄b.
mollire conantur & prædictiones Prophetarū,
& narrationes Euangeliſtarum, ex quibus pau-
cas primum aſcribam. Deinde quidnam iuxta
A verbum Dei ſit ſentiendum oſtendam.

Dauid, vt iam diximus, teſtatur Dn̄m fuiſſe
dolorib. inferni circūdatū. Eſaias affirmat ipſum *lan
guores noſtros verè portaſſe.* Marci 14. dicitur, *cœpitq;
expaueſcere & mœrore affici.* Luc. cap. 22. euidentiſ-
ſimo ſigno oſtēdit, quā anxius fuerit Dn̄s, & tur
batus, cū præ dolore animi, *guttas ſanguinis ſuda-
uerit.* Item alibi dicit Dn̄s: *Triſtis eſt anima mea vſq;
ad mortē.* Hæc vaticinia & hæ narrationes cōgru
entes cū vaticiniis, nō admittūt tropos, quibus
B nōnulli conātur hæc mollire. Nam cōſentaneū
eſt, vt quēadmodum mors Chriſti omni morte
fuerit acerbior ſecūdum ſenſum corporis: ita re
formidationē omnium amariſsimā fuiſſe in ſan
ctiſsima anima ipſius. Atq; vt immēſa charitas
nihilo fecit mitiorē ſenſum mortis: ita nihil mi-
tigauit de reformidatiōis acerbitate. Sit ergo no
bis, vt in aliis, ſic & in hac q̄ſtione lucerna verbū
Dei, nec noſtra cōmētatione corrigamus, ꝙ oēs
Prophetę, Euāgeliſtę, & Apoſtoli vno ore cōfitē
C tur. Nā ſi nos timoris & mœſticię Chriſti pudet,
effluet, & peribit nobis redēptionis beneficiū.

Ambroſius ſcribēs in hunc locū Luc. 22. *Pater
ſi poſsibile eſt trāſeat à me calix iſte,* ita ait: *Hærēt ple
riq; hoc loco, qui triſticiā Saluatoris ad argumentū imbe-
cillitatis potius à principio, q̄ ſuſceptæ infirmitatis inclināt, et
naturalis ſenſum cupiūt extorquere ſentētiæ. Ego autem
nō ſolum excuſandum nō puto: ſed etiā nuſquā magis po
tentiā eius maieſtatēq; demiror. Minus. n. cōtulerat mi-
hi, niſi meū ſuſcepiſſet affectū. Ergo pro me doluit, q pro
D ſe nihil habuit ꝙ dolere, & ſequeſtrata delectatione di-
uinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur. Su-
ſcepit. n. triſticiā meā, vt mihi ſuā læticiā largiretur, et
veſtigiis noſtris deſcēdit vſq; ad mortis ærumnā, vt nos
ſuis veſtigiis reuocaret ad vitā. Confidēter ergo triſticiā
nomino, quia crucē prædico. Neq;. n. ſpeciē incarnationis
ſuſcepit ſed veritatē. Debuit ergo dolorē ſuſcipere, vt vin
ceret triſticiā, et nō excluderet. Neq;. n. habēt fortitudi-
nis laudem, qui ſtuporē magis vulnerū tulerint, q̄ dolo-
rē.* Hæc Ambroſius. Turbationis proinde & in-
E gentiū dolorum in anima Chriſti, verus ſenſus
fuit, cuius cauſa erat conſcientia ſcelerū omniū
hominum, quorum perſonā ſuſtinuit, & reatū
in ſe receperat. Ambroſius rurſus: *Non turbatur
eius diuinitas, ſed turbatur anima, ſecundùm humanæ
fragilitatis aſſumptionē. Nam qui ſuſcepit animā, ſuſce
pit etiam animæ paſsionē.* Breuiter: Si concedimus
Chriſtū, quēadmodum Scriptura cōcedere co-
git, perfectū eſſe hominē, vt qui aſſumpſerit per
fectā hominis naturā cum omnib. affectib. qui
F futuri fuerāt in Adā, ſi in natura cōditione per-
ſeueraſſet, corpus ſenſibile, animā ſenſibilem &
naturalib. paſsionibus obnoxiam, profectò non
inficiabimur illum turbatum anima, & exhor-
ruiſſe in propria perſona mortē. Neq; enim con
uenit illi perfectam hominis naturā tribuere,
& id detrahere, quo nihil eſt cum natura cōiun-
ctius. Quòd ſi ergo vtrūq; iuxtâ naturale eſt, vt
anima ex præſenti malo doleat, & de imminēte
affligatur, non potes hæc Chriſto adimere, ni-
G ſi humana natura ipſum ſpolies. Ipſe enim cla-
riſsimis verbis ait: *Spiritus quidem promptus eſt,
caro autem infirma.* Aſſumptæ igitur conditionis
infir-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

infirmitate turbatus eſt anima Dñs, & mortem A vicinam horruit, ſed Spiritus promptitudine, & virtute obedientiæ eandem conſtanter ſuſcepit. Vincit enim affectum infirmitatis, & ſe totũ paternæ voluntati ſubmittit.

Iam reliquum eſt, vt argumenta eorum qui aduerſantur noſtræ ſentẽtiæ videamus, eaq́; diluamus. Sunt autem aduerſariorum argumẽta ꝗnq; præcipua, ex quorũ recta diſſolutione, facile ſoluẽtur alia quæ ex iſtis præcipuis manant.

Primum: Summus dolor ſeu reformidatio B cũ ſumma felicitate ſtare non pôt. Hęc enim ita repugnãt, vt in vno tertio cõuenire nõ poſsint. Chriſtus ſemper fuit ſummè fœlix & beatus, vtpote verus Deus, & abſq; omni malo miſerię cá, hoc eſt peccato. Solum.n.peccatũ, miſerię meritũ eſt. Non ergo potuit in Chriſto ſummus dolor ſeu reformidatio eſſe, vnde turbatio animæ oriretur. Proinde tropus in verbis Dñi quęrendus eſt. Reſpondeo. Aſſumptio vera eſt, ſed propoſitionẽ diſtinguo. Verũ ante omnia hoc prin C cipiũ tenẽdum eſt. Omnia mala quæ Chriſtus ſuſcepit noſtra erãt, nõ illius. Omnia noſtra bona, illius ſunt bona, nõ noſtra. Noſter ergo erat ille reformidabilis affectus & nõ illius, & tamen erat illius. Noſter, quia cũ infirmitate carnis noſtra cauſa eum ſuſcepit; illius, quia verè in anima eum perpeſſus eſt. Id quod voce, lachrymis & ſanguineo ſudore teſtatus eſt. Timuit mortẽ & non timuit, voluit mortem, & non voluit. Timuit non vt nos inordinatè, ſed ordinatè, verè D tamen: timuit non ſuum malum, ſed noſtrum: non ſua cauſa, ſed noſtra. Noluit mortem, quia per ſe mala eſt, & inimica naturæ quam aſſumpſerat. Voluit eandem, quia ſalutem paritura erat multis. Mortem ergo ſuam, & non ſuam tulit. Suam quia verè mortuus eſt. Non ſuá, quia pro nobis, & à nobis ortam dependit. Cùm igitur hæc omnia ita in Chriſto fuerunt, vt neq; ad diuinitatem pertinerent, neq; Spiritus alacritatem, & promptitudinem impedirent, neq; E rationem præcurrerent, neq; gaudium animæ, diuinitatem aſsiduè cõtemplantis obſcuraret, neq; læticiam eiuſdem quam de ſalute hominũ percipiebat imminueret. Non eſt quòd dubitemus ſummam reformidationem cum ſumma mentis alacritate, ſummũ gaudium cum extremo dolore, deniq; ſummam felicitatem cũ ſummis cruciatibus copulare. Etſi igitur hæc felicitas ſemper ſumma, & perfecta fuerit in Chriſto, quod ad eius perſonam attinet. (Semper e- F nim videbat, & diligebat ſummum bonum, videlicet Deum Patrem, eoq́; fruebatur, in quib. rebus ſumma beatitudo poſita eſt) tñ in humiliatione ipſius pro nobis, ſi carrnem reſpicis, nõ in cruce & agone mortis fulſit gloria illa beatitudinis vt poſtea. Nam reſurgens à mortuis, carnem immortalem factam in cœlum intulit, ad dexteram Patris ſupra omnes creaturas. Ideo precatur, *Pater glorifica me.*

Secundum: Fortis viri eſt in duris, & aduer- G ſis animũ immotũ habere, & nõ ſuccũbere malis, ſed ſpontè ſe obijcere cũ res poſtulat. Nunc aũt omnium hominũ fortiſsimus fuit Chriſtus. Qui ergo illi turbationẽ animæ, expaueſcentiã & reformidationẽ tribuit, laudem fortitudinis illi adimit. Reſpondeo, duplex eſt turbatio animi ſeu expaueſcẽtia, ſiue reformidatio. Vna ab ignauia mẽtis, altera à natura ꝓficiſcitur. Vt illa in fortẽ virũ non cadit: ita à Chriſto alieniſsima erat. Hæc aũt vt à natura profecta eſt: ita in fortiſsimũ quenq; cadere poteſt. Atq; hãc Chriſtò tribuimus. Neq; enim fortitudo putáda eſt, nihil expaueſcere in adeundis periculis, ſed ea fortiter ſuſcipere, & cõſtanter perferre, & vincere. Quoniam autem ἀπάθεια, ἀπαλγησία, & ἀναισθησία Stoicorum cum natura pugnat, nihil volumus ad Stoicorum figmenta reſpondere.

Tertium. Si Chriſtus verè triſtatus eſt anima, & reformidauit mortẽ, non fuit abſoluta in eò Charitas, neq; erga Patrẽ, neq; erga genus humanũ. Nam charitatis natura eſt, vt quæ per ſe ſunt acerba, ea faciat dulcia; ſed fuit in Chriſto abſoluta charitas & erga Deũ, & erga humanũ genus. Ergo nec verè turbatus eſt anima, nec verè reformidauit mortẽ. Reſpondeo ad maiorẽ. Vtrũq; fuit immẽſę charitatis, & formidare mortẽ, & mortẽ conſtãter adire. Nam alacritas & reformidatio habẽt diuerſa principia vnde oriuntur. Alacritas.n. voluntatis fuit promptiſsima, formidatio erat infirmitatis carnis, q̃ amor ſuperauit. Deindè veriſsimũ eſt, charitate dulcia eſſe animo, quæ tñ ſenſu ſunt moleſta, à quib. natura abhorret. Vt ergo ſumma charitas cum ſummo cruciatu corporis ſtare poteſt: ita eadem cũ ſumma animi trepidatiõe, præſertim cũ in Chriſto trepidatio animi nihil aliud ſit, q̃ eius cruciatꝰ. Totius ſiquidẽ hominis Chriſti, puniri ꝓ peccatis noſtris opus erat. Breuiter, Tenẽdum antè omnia hoc eſt, quo plura noſtrę infirmę naturę incõmoda in ſe receperit, eò magis ipſum nos amaſſe, cenſendus eſt. Omnia.n.amore fecit, vt interim taceá eos maximè illius amorẽ erga nos extenuare, ꝙ corpus illi tribuunt, & animá omnis doloris expertẽ contendunt. Sed quid multis? *Argumentum amoris*, vt ait Gregorius, *eſt operis exhibitio*. Per corporis igitur & animi cruciatum nos redemit eius charitas, in quo fuit acerbior, quo cumulatior. Hoc illi noſtrá ſalutẽ, & chariorẽ fuiſſe & charius emptá intelligimꝰ. Itaq; dolòrib. accumulatis tanq̃ fomentis aggeſtis, amoris flamma cum non potuit obrui, latius emicuit.

Quartum: Si Chriſtus reformidauit mortẽ, nõ fuit obediẽs Patri, ꝙ voluit Filium mori pro peccatis. Sed fuit obediẽs vſq; ad mortẽ crucis, vt Paulus docet. Igitur non reformidauit mortẽ. Reſpondeo. Hoc argumentũ facilè ex iis quę ſuprà diximus, ſoluitur: Reformidauit ſiquidẽ mortẽ, & nõ reformidauit: Voluit mortẽ & nõ voluit, ſecundũ diuerſa principia, & diuerſos reſpectus. Reformidauit & noluit mortẽ ſuá, ꝗa inimica erat naturæ, q̃ aſſumpſerat. Non reformidauit, ſed voluit, ꝗa neceſſaria erat ad humani generis ſalutem, quam ideò ex mera charitate, ad Patris iuſſum ſpontè ſuſcepit. Ideo & verè obediens fuit vſque ad mortem crucis.

Quintum: Membra Chriſti, vt ſancti Dei martyres plurimi, maxima cum lætitia ſupplicia adijſſe ſcribuntur. Ergo abſurdum fuerit, hoc negare in capite, quod in membris laudatur. Reſpondeo & nego conſequentiam. Diſsimiles enim cauſæ habent diſsimiles effectus. Chriſtus ſuſtinuit iram Dei pro noſtris peccatis, quare pro ijs etiam pœnas luere debuit non fictè, ſed verè. Martyres autem quorum peccata remiſſa erãt propter Chriſti victimam, pro veritate Dei aſſerẽda patiebantur, vnde & Martyres dicebantur, quaſi veritatis diuinæ teſtes. Atque hinc factum eſt, quòd Chriſtus alijs Martyribus hanc dederit gratiam, vt crucem prorſus contemnerent: alijs autem in cruciatib. aderat ſuo Spiritu, vt ſub crucis mole non ſuccumberent & deſperarent.

SECVNDVS.

Et quid dicam? Pater ſerua me ab hac hora. Sed propter hoc veni in hanc horam.

28 Pater glorifica nomen tuum.

Hæc precatio Domini vt conciſa, ita obſcura, profecta eſt à turbatione animæ. Anima enim Chriſti, hoc eſt, vis ſenſibilis vt in vero homine affectibus perturbatur, cogitans dehorrenda ira Dei, & de ingenti ſupplicio, quod iam iam imminebat. Ideo ex infirmitate carnis, quæ natura & ſine vitio quoduis malum & inimicũ naturæ reformidat, precatur & ait: *Et quid dicã?* Hæc eſt querimonia hominis Chriſti in ſummas anguſtias ex cogitatione horrendæ mortis redacti, adeò vt nec verba inueniat, quibus exprimat doloris ſui magnitudinem, nec conſilium ſecundùm hominem. Hæc querimonia teſtatur Chriſtum ſenſiſſe ſe opus habere diuinitùs remedio & conſolatione, quare etiam ad patrem ſe recipit ac ait: *Pater ſerua me ab hac hora*, hoc eſt, tranſeat à me calix imminentis ſupplicij. Atq; hæc eſt precatio infirmæ carnis. Sequitur correctio. *Sed propter hoc veni in hanc horam*, id eſt propter hoc miſſus ſum, & hoc exigit vocationis meæ neceſsitas, & redemptionis officiũ. Fiat ergo non quod ego volo, ſcilicet ex carnis infirmitate, ſed quod tu vis ex tuo ſapienti decreto & conſilio. Atque ita Dominus voluntatem carnis ſubijcit voluntati mentis, & corrigit quod prius dixerat. Suprà diximus quomodo hic ſenſus carnis in Chriſto non ſit peccatũ vt in alijs hominibus. In Chriſto enim ordinatus, hoc eſt, merè naturalis fuit & temperatus ad voluntatem Dei: In alijs hominibus ſenſus carnis vicioſis affectibus polluitur, & difficulter temperatur ad voluntatem Dei, quare & inordinatus eſt & vicioſus. Tametſi ergo Chriſtus corpus mundum à peccato habebat, non tamen erat corpus Chriſti naturalibus neceſsitatibus & appetitionibus exutum. Quod ſubijcitur in precatione Chriſti: *Pater glorifica nomen tuum*, ad finem mortis Chriſti pertinet. Eſt enim mortis Chriſti finis verus, vt nomen patris in mundo celebretur ab hominibus agnoſcentibus iuſtitiam, & miſericordiã Dei in morte Filij. Iuſtitiá quidem, quòd hoc pacto Deus voluerit ſibi ſatisfieri pro peccato. Sicut enim peccatum in omnes homines ab vno Adamo venit: ita poſtulabat iuſtitia Dei, vt ab vno Chriſto fieret ſatisfactio, vt non periret genus humanum. Miſericordiam verò, quòd dederit filium in mortem, ne periret in peccatis ſuis totum genus humanum, quod ad gloriam ſuam condiderat. Atq; hoc eſt, quod ſuprà in tertio dicitur, *Sic Deus dilexit mundum, &c.*

Porrò hæc Chriſti precatio, plura nobis cogitáda & in noſtros vſus tráſferẽda cõmendat.

Primum enim hîc docemur, quòd Chriſtus verè pauores, & dolores grauiſsimos, quales nullus mortalium vnquam expertus eſt, in ſanctiſsima ſua anima perpeſſus ſit, multò ſanè grauiores lacerationib. corporis, & opprobriis hoſtium. Nam horũ cauſa fuit principalis & ſumma ira Dei, quæ in ipſum ſuſtinentem perſonã totius humani generis, effuſa eſt. Deinde acceſſerunt aliæ cauſæ, quas ſuprà attigimus. Hinc fides noſtra confirmetur de reconciliatione noſtri cum Deo. Nam hæc omnia perpeſſus eſt, vt iram patris placaret.

Secundô, hinc diſcimus, quò confugiamus, & quem inuocemus, cum neſcimus quid facere, & quò nos vertere debeamus, oppreſsi pœnis & variis difficultatibus, nempe ad patrem Chriſti, qui & noſter pater eſt. Ipſius quidẽ, naturâ; noſter vero, adoptionis gratia. Huc præceptum & promiſsio pertinent. *Inuoca me in die tribulationis & eripiam te, & honorificabis me.*

Tertiò, Exemplo capitis noſtri admonemur vt noſtros affectus, qui ex ſenſu carnis oriũtur, ſubiiciamus patris cœleſtis voluntati, quæ ſola eſt regula iuſtitiæ, ad quam regulam omnes cogitationes, & actiones in tota vita noſtra exigendæ ſunt. Quæ autem ſit voluntas patris, in Lege & in Euangelio patefactum eſt. Ideo Auguſtinus ait: *Hominis ſuſcepit infirmitatem, vt doceat contriſtatum dicere, non quod ego volo, ſed quod tu vis.* Eſt ergo hic ordo perpetuò tenendus: Omnium actionum norma ſit voluntas Dei. Huic ſe ſubiiciat voluntas renatorum ſincera & recta, quæ ſuperior dicitur. Ad vtriuſq; normam corrigatur voluntas, ſenſuum carnis ſeu animę pars inferior, quam ſenſualitatem vocant Theologi, & eſt vis illa animæ, quæ ea quæ ſenſuum corporis ſunt appetit, & declinat inimica, vt illa ſuperior ea, quæ iudicij mentis ſunt, reſpicit.

Quartò, à Chriſto hîc diſcimus, omnia referre & quæ nobis moleſta ſunt, & quæ grata ad nominis Dei laudes & celebritatem, hoc eſt, ad finem, ad quem primùm conditi, & deinde redempti ſumus.

TERTIVS.

Venit igitur vox de cœlo: Et glorificaui & glorificabo.

Chriſtus precatus in ſummis doloribus animæ, à patre cœleſti exauditus eſt. *Vox*, inquit Euangeliſta, *venit de cœlo. De cœlo*, inquit, quia ibi thronus Maieſtatis Dei eſt. Etſi autem vbique

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

que eſt Deus, vt qui omnia repleat; tamẽ cœlum
eius ſedes potiſsimum dicitur, propter pleniſsi-
mam, & nobis incomprehenſibilem diuinæ eſ-
ſentiæ, & maieſtatis lucem, quæ illic exhibetur.
Hinc ergo vox venit, vt & ſciamus vnde Filius
Dei ad nos venerit, & quò redierit peracta ſua
pro peccato victima, & quò victor mortis ſuos
vocet, eisq́; locum parauerit ad fruendum cum
Chriſto immortalitatis gloria.

Sed quænam vox venit? *Et glorificaui, & glo-
rificabo*, ſcilicet nomen meum. Coniungit quod
factum eſt cũ ptomiſsione futuri, vt præteritũ
quod futurũ erat confirmet. Sed quomodo glo
rificauit nomen ſuum? Hîc ante omnia tenen-
dum eſt, quòd vna ſit gloria Patris & Filij. Cùm
ergo Filius glorificatur, nomen Patris ſimul glo
rificatur. Glorificatus eſt aũt Filius multis mo-
dis, videlicet: teſtimonio Angelico, Stella indi-
ce, voce paterna, ſigno, miraculo, doctrina.

Teſtimonio Angelico, dum Angelorum mi-
litia nato Chriſto canit, *Gloria in excelſis Deo, in ter
ra pax, hominibus bona voluntas.*

Stella indice, cuius ductu Magi venerunt ad
domum vbi natus eſt Ieſus, & Dominum cœlo-
rum, quem Stella demonſtrauit, adorarunt.

Voce paterna, in baptiſmo & in transfigura-
tione, de qua voce Petrus ſic ait: *Accepit enim à
Deo Patre honorem, & gloriam, voce ad eum delata
huiuſmodi à magnifica gloria: Hic eſt Filius meus dile-
ctus, in quo mihi complacitum eſt, hunc audite.*

Signo, quando Spiritus S. in ſpecie columbę
deſcendit ſuper Chriſtũ, in Iordane baptizatũ.

Miraculo, dum ſurdos, claudos, leproſos ſa-
nat, dum mari imperat, dum dæmones fugat,
dum mortuos excitat.

Doctrina, dum efficacia Spiritus auditores
ſuos ad Patrem conuertit. Chriſtus enim non
ſolum voce perſuaſit, vt Prophetæ, Apoſtoli &
eorum ſucceſſores: verumetiam Spiritu intus
traxit ſuæ doctrinæ auditores, nec his obſtat ꝙ
multi contumaciter ſe ei oppoſuerint. Nam cõ-
ditione certa ſaluat, & neminem inuitũ cogit.

Quomodo glorificabit? Fortitudine animi in
ſubeunda cruce pro genere humano, teſtimo-
nio hoſtium de ipſius innocentia, Sole obſcura
to ipſo moriente, glorioſa Reſurrectione, aſpe-
ctabili Aſcenſione in cœlum, viſibili donatione
Spiritus Sancti in die Pentecoſtes: gubernatio-
ne Eccleſiæ, efficacia miniſterij verbi, conſer-
uatione Eccleſiæ, & defenſione eiuſdem aduer-
ſus inferorum portas, glorioſo aduentu ad iudi-
cium cum omnibus ſanctis Angelis, beata im-
mortalitate ſuorum in gloria beatitudinis, &
damnatione perpetua omnium hoſtium Chri-
ſti. Hæc glorificatio eò pertinet, vt & nos ſub
cruce leuemus mentes ad caput noſtrum, cui
conſociati ſumus vinculo Spiritus, & non du-
bitemus nos, ſuperatis huius mundi difficul-
tatibus, cœleſtis gloriæ poſſeſsionem ingreſſu-
ros, præſertim cùm ſciamus, Chriſtum omnia
noſtra cauſa feciſſe. Verùm vt hæc fidem requi-
runt: ita patientiam & ſpem poſtulant.

Cęterũ Chriſti hoſtes cũ Diabolo, & eius An-
A gelis tradẽtur ęternis pœnis, q̃ erũt excluſio à lu
ce ęterna, & incluſio in ꝑpetuas tenebras; cõiun
ctio cũ hoſte Dei Diabolo, vermis conſcientiæ
nunquã moriturus, cruciatus ineffabilis, & op-
probriũ ſempiternum, quib. malis nihil erit, nec
cogitari poterit triſtius, p̃ſertim cũ omnis ſpes
liberationis, & mitigationis pœnarũ ſit incluſa.

QVARTVS.

29 *Turba igitur quæ ſtetit, & audiuit, di
cebat tonitru factum eſſe. Alij dicebant, An-
B gelus ei locutus eſt.*

Eorum qui aderãt Chriſto, in vehemẽti illa
animi turbatione & precatione, incõſueta voce
de cœlo delapſa, alij ſtupeſcũt adeò vt nõ poſ-
ſint diſcernere inter articulatã vocẽ, clarum ſen
ſum exprimentẽ & tonitru, ſeu ſonitũ confu-
ſum. Alij minus hebetes in turba, Angelicã vocẽ
fuiſſe opinati ſunt, ſed nõ ſine diminutione Ma
ieſtatis Dei. Tribuũt. n. Angelo, ꝙ Dei eſt. Sic ca
C ro in reb. diuinis deſipit, nec põt intelligere quę
Dei ſunt, niſi diuinitùs doceatur. Quare nos ſen
ſum carnis relinquamus, & ſequamur ductum
Spiritus, ducẽtis nos in oẽm veritatem per ver-
bum. Alij, vt Diſcipuli Dñi, vocem patris intelli
gunt. Sic hodie Euangelium Chriſti multis eſt
veluti confuſus ſonus ſeu tonitru. Alij agno-
ſcunt quidem doctrinam eſſe cœleſtem, quam
tamen non percipiunt, prauis affectibus impe-
diti. Nonnulli, vt veri Diſcipuli, cum fructu E-
D uangelium audiunt, fidem concipiunt, & præ-
ſtant Deo obedientiam iuxta Euangelium.

QVINTVS.

30 *Reſpondit Ieſus, & dixit, Non propter
me hæc vox facta eſt, ſed propter vos.*

Quid? An nõ Chriſtus verè turbatus eſt ani-
ma? An non conflictatus eſt cum ira Dei, & co-
gitatione horrẽdi ſupplicij iam iam imminẽtis?
An non verè reformidauit mortem? An non o-
pus habuit conſolatione cœleſti? Dicitur enim
E clarè hic à Dño, *Non propter me hæc vox facta eſt,
ſed propter vos.* Transfert. n. cauſam vocis auditæ
à ſe ad turbã, & Diſcipulos qui aderãt. Reſpon-
deo. Dolor in Chriſto nõ fuit ſimulatus, ſed ve-
rus, nec lucta ficta ſed vera, quẽadmodũ ſuprà
ex vaticiniis Prophetarũ, ex narrationib. Euan-
geliſtarum, & ex neceſsitate ſatisfactionis oſten
dimus. Verùm quia poterat pater Chriſtum ſi-
ne voce confortare, & erigere occulto modo,
Dñs ſic loquitur. Deinde vt finem huius vocis
F de cœlo delapſæ p̃cipuum oſtendat, videlicet vt
credãt hũc Ieſum verè à Deo miſsũ eſſe, vt & pa
teretur & glorificaretur, vtq́; infirmi Diſcipuli
nõ prorſos oẽm ſpem abiicerẽt, cũ viderent ſuũ
magiſtrũ cruciatib. & opprobriis, & turpiſsima
morte inter latrones affici: maximè aũt, vt poſt
reſurrectionem reuocarent hanc vocem in me-
moriam, ad confirmandam fidem ſuã in reſuſci-
tatum Meſsiam, & munirentur animi illorum
aduerſus Iudæorum calumnias, & mendacia.

G Poterit etiam hoc Domini dictum ita expo-
ni. Hæc vox non facta eſt propter me ſolum-
modo, ſcilicet confortandum, ſed etiam pro-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

pter vos erudiendos, & muniendos aduerſus ſcandalum crucis. Similiter & hoc modo: Hæc vox non facta eſt propter me, ac ſi ego turbarer propter meum reatum, & pœnam meo reatui debitam: ſed propter vos quorum perſonam ſuſtineo, quorum reatum in me ſuſcepi, quorũ pœnas luo, vt ſatisfiat patris mei iuſticiæ. Auguſtinus autem ſic. *Hîc oſtendit illâ voce non ſibi indicatum quod ſciebat, ſed eis quibus indicari oportebat.* Sicut autem vox illa non propter eum facta eſt, ſed propter nos: Sic anima eius non propter ipſum, ſed propter nos turbata eſt. Hoc eſt, vt ſupra oſtendimus: Chriſtus in ſe recepta perſona noſtra & cauſa, verè dolores noſtros ſuſtinuit in ſanctiſsima anima ſua, & cruciatum corporis vſque ad mortem.

SEXTVS.

31 *Nunc iudicium eſt mundi huius, nunc princeps huius mundi eijcietur foras.*

Dominus reſponſo diuinitùs accepto, quo & confirmatus eſt, concionatur de morte & reſurrectione ſua, cuius effectus eſt victoria ſuper diabolo, peccato, & morte, & de iuſticia & vita ęterna merito ſuæ obediētię, quę reſurrectione confirmata, eſt adducēda. *Iudicium mũdi* poteſt accipi dupliciter, videlicet quod iudicat mundus, & quo iudicatur mũdus. Si priori modo accipimꝰ, iudicium mundi erit, quod tum meditabantur Iudæi, quoq; Phariſęi & Pilatus Chriſtum iudicaturi, damnaturi, & interfecturi erant. Vnde per Synecdochen hîc Dominus etiam ſuã mortem intelligit, vt effectum iudicij mũdi, de quo iudicio Pſalmus ſecundus agit. Atque ita poſterior verſus, *Et Princeps huius mundi eijcietur foras,* conſequens reſurrectionis erit, quo ſignificatur ipſa reſurrectio. Nam Princeps huius mundi non eijcitur foras, id eſt, non vincitur niſi victa morte per reſurrectionem Domini. Si poſteriori modo accipimus iudicium mundi, pro iudicio videlicet quo mundus iudicabitur, referendum eſt potiſsimum ad accuſationem, & damnationem hoſtium Chriſti, hoc eſt, pro iudicio quo accuſantur, & dãnantur Phariſæi, qui Chriſtum crucifixerunt. De hoc iudicio infrà cap. 16. agit Dominus cùm ait: *Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me: de iuſtitia, quia vado ad Patrem: de iudicio, quia princeps huius mũdi damnatus eſt.* Hoc iudicium patefactum eſt per Petrum die Pentecoſtes Actorum capite ſecundo. Habet teſtimonium prędicationem Euangelij, & efficaciam Spiritus Chriſti in cordibus electorum: pronunciabitur voce filij Dei in extremo die, ſubiectis hoſtibus ipſius ſub pedibus eius, iuxta vaticinium Pſalmi 110. Ideô addit Chriſtus: *Et princeps huius mundi eijcietur foras*, hoc eſt conteretur, iuxta primam promiſsionom, caput Serpentis, id eſt diaboli. Significatur ergo hoc dicto, quòd multi adducendi ſint Chriſto per miniſterium Euangelij, quod cùm fide recipitur, Chriſtus recipitur victor Sathanæ. Ex quo fit vt Sathan eijciatur, vbicunque Chriſtus in corde habitauerit. Nulla enim Belial, & Chriſto conuentio. Neque tamen ita eijcitur diabolus, vt non foris oppugnet, ſed vt non intus regnet.

Porrò Sathan princeps huius mundi dicitur non iure imperij, ſed hominum impiorũ reſpectu, qui ſe ſponte ipſius imperio ſubijciunt.

DE SECVNDO.

Hoc membrum habet admonitionem de genere mortis Chriſti, & de eius fructu, cum obiectione turbæ & eiuſdem ſolutione. Articulos numeris diſtinguemus.

PRIMVS.

Et ego ſi exaltatus fuero è terra, omnes traham ad me. Hoc autem dicebat ſignificãs quali morte erat moriturus.

Cùm Euangeliſta hîc addit, *Significans quali morte erat moriturus*: ſatis docet hîc ſignificari exaltationem Chriſti in aram crucis, in qua erat moriturus & futurus pro peccato victima. Hoc antea prædictum fuiſſe Dominus ipſe ſupra capite tertio teſtatus eſt, inquiens, *Sicut Moſes exaltauit Serpentem in deſerto: ſic oportet exaltari Filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Atque ita quatuor hîc coniunguntur, videlicet cauſa ſalutis, dilectio in Deo, meritum eiuſdem, mors filij. Applicatio, fides, Donum, vita æterna in Chriſto Ieſu. Sed quid eſt quod hic additur, *Omnes traham ad me.* Particula *Omnis* primum tollit diſcrimen nationum ſeu Iudæorum, & gentium. Deinde neminem ſaluari niſi per mortem Chriſti docet. Quicunque enim oblatam in Chriſto gratiam reſpuunt, ſua culpa pereunt. Nam gratia ipſa volentibus trahi offertur. Trahit enim Dominus ad ſe omnes, videlicet, volentes obedire Euãgelio, & credere in Chriſtum mortuum & reſuſcitatum.

Porrò vt hæc tractio melius intelligatur, circumſtantias has cogitemus, videlicet quis trahit, vnde trahit, quos trahit, quò trahit, & quomodo trahit.

Quis trahit? Filius Dei trahit, quo trahente trahit & pater. Ita enim in ſexto ſcriptũ eſt: *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum.* Vt ergo vna eſt operatio Patris & Filij: ita vna tractio.

Vnde trahit? E carcere omnium miſerrimo, in quo homines detinentur à Satana, donec inde trahantur à Chriſto.

Quos trahit? Omnes. Nam nulli per ſe venire poſſunt. Omnes enim qui veniunt, tracti veniunt. Hîc ergo omnium hominum merita deſtruuntur. Nam ſi vlli ſuis meritis venire poſſent, non rectè diceret Dominus, *Omnes traham.*

Quò trahit? *Traham*, inquit, *ad meipſum*, id eſt ab inferno ad cœlum, à morte ad vitam, à ſempiterna miſeria ad æternam gloriam.

Quomodo trahit? Pater & filius communi Spiritu, qui in verbo eſt efficax, trahunt. Tractio ergo hæc ſi hominem ſpectes, non eſt coactionis, ſed voluptatis & ingētis deſiderij. Monſtrata

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſtrata.n. dulcedine Chriſti in p̃dicatione Euãge
lij, homines volẽtes credũt, & volẽtes trahũtur.
Iam à cõſequente cõcludatur antecedens ne-
ceſſariò, videlicet victoria Chriſti ſuper morte,
per glorioſam ipſius reſurrectionẽ. Quomodo
enim ad ſe traheret, ſi maneret in morte. Proin-
de hæc tractio & effectũ mortis Chriſti docet,
& reſurrectionem eiuſdem à morte conuincit.
Tametſi aũt ſuprà in 3. cap. recenſuimus ratio-
nes cur Chriſtus crucifigi debuerit, hîc tamen
tres cauſas, quas enumerat Athanaſius aſcribã.
Harum prima eſt, vt factus pro nobis maledi-
ctum, nos à maledictione legis redimeret. Scri-
ptum eſt enim: *Maledictus qui pendet in ligno.* Se-
cunda, vt exaltatus in crucem omnes ad ſe tra-
heret, vt iam dictum eſt. Tertia vt repurgaret ae
rem à potentia dæmonum ad Epheſ. 6. Verùm
nos præter typicam rationem erecti ſerpentis in
deſerto, maximam & præcipuam cauſam ſuprà
annotauimus, hãc videlicet: Congruebat iuſti-
tiæ diuinæ, vt pro offenſa turpiſsima, maxima
& ignominioſiſsima, pœna lueretur turpiſsima,
maxima & ignominioſiſsima. Nunc autem vt
peccatum generis humani fuit offenſa turpiſsi-
ma, maxima & ignominioſiſsima: ita ſuppliciũ
crucis turpiſsimum, maximum & ignominio-
ſiſsimum, apud Iudęos erat. Igitur quoniã Chri
ſtus hanc offenſam expiare debuit ſua morte,
cõgruebat iuſtitiæ diuinæ, vt Dñs patibulo cru
cis affixus, fieret victima p̃ humano gñre. Hãc
ſapientiam Dei grati agnoſcamus & nõ pudeat
nos crucis Chriſti, in qua ſola noſtra ſalus eſt.

SECVNDVS.

34 *Reſpondit ei turba, nos audiuimus ex lege, quòd Chriſtus manet in æternum, quomodo tu dicis: Oportet exaltari filium hominis, Quis eſt hic filius hominis.*

Dñs prædixit ſe moriturũ. (Nam exaltari Fi-
lium hominis, eſt ipſum ſuſpẽdi in patibulum
& mori) & nihilominus ſe promiſsũ Meſsiam
eſſe, & voce docebat, & miraculis demõſtrabat.
Offenſi ergo mortis mentione, ſic quidã ex tur-
ba argumẽtantur: Meſsias manet in æternũ. Tu
igitur ſi es Meſsias, non morieris. Et ſi morieris,
certè Meſsias non es. ſed falſo tibi Meſsię nomẽ
vendicas. Dic ergo nobis palàm quis ſit ille Fi-
lius hominis de quo loquêris, túne an alius q̃ſ-
piã. Principiũ ſeu fundamentũ quo nitũtur eſt
lex ipſa. Sed quænam eſt illa lex? Legis vocabu
lum hic latius patet. Nam in genere pro quauis
doctrina cœleſti, quæ in Moſe & Prophetis tra-
dita eſt, accipitur. Ergo in hac lege, id eſt, in Scri
pturis ſanctis tribuitur Meſsiæ Regnum æter-
num. Eſaiæ 9. dicitur de Meſsia, *Pater erit futuri
ſeculi.* Daniel 6. *Poteſtas eius poteſtas æterna.* Et in
Pſalmo ſcribitur: *Adorabunt eũ donec erit Sol, & Lu
na.* Iam ſi regnum Meſsiæ eſt æternũ. Si Meſsias
habet poteſtatẽ æternã, Si præſtabitur ei æter-
nus cultus, manebit profectò in æternũ. Hacte-
nus quidem rectè turba cõcludit. Verùm ſi hæc
turba peritè cõtuliſſet ſcripturas inter ſeſe, faci-
lè intellexiſſet vtrũq;, videlicet & Meſsiam mo

A riturum, & nihilominus regnaturũ in æternũ.
Eſaias ait: *Vbi poſuerit animam ſuam pro peccato, vi-
debit ſemen longæuum.* Hic Eſaias & de morte Dñi,
& de ipſius Regno æterno apertè concionatur.
Et Daniel vaticinatur Meſsiam moriturũ, & ni-
hilominus tribuit ipſi æternum Regnum. Qua-
re neceſſariò ſequitur eum ex morte reuicturũ.
Ex harum Scripturatũ collatione, vt plurimas
omittam, promptiſsimũ fuiſſet cõcludere, Meſ-
ſiam & moriturum pro peccato, & reſurrectu-
B rũ ex mortuis, vt poſsit in æternũ regnare. Sed
quid impediebat hanc turbam, q̃ hanc collati-
onem non inſtituerit? Id quod pleroſq; mundi
infatuat ſapientes, qui omnia mẽſura ſenſuum,
& rationis ſuæ metiri volunt, ex quo fit, vt oẽs
promiſsiones diuinas, quæ captum ſenſuum &
rationis fugiunt, derideant. Verùm Filij Dei fi-
dei normam ſequuntur, quæ fides ſtatuit verũ
eſſe, quicquid Deus promittit, vel vniuerſa na-
tura reclamante. Eſt enim ſupra naturam, qui
C etiam ea quæ ſunt ſupra naturam promittit, &
præſtare poteſt, quia natura potentior eſt. Com
mendabit præterea hic locus nobis diligens ſtu
dium inquirendæ veritatis in Scripturis, ne ita
vnum dictum arripiamus, vt amiſſa collatio-
ne, & διορθώσει neceſſaria, peruertamus Dei verita-
tem. Atq; ita torqueamus reliquas Scripturas
violenter ad opiniones, quas ex particularibus
dictis concepimus.
Supra dictũ eſt cur Ieſus ſe Filiũ hominis no-
D minat, nimirũ vt & quãta fuerit humiliatio Filij
Dei cogitetur, & quãtus eius amor fuerit erga
genus humanũ intelligatur, & q̃d verus ſit ho-
mo habẽs corpus, & animã cũ omnib. ſuis natu
ralib. facultatib. & appetitionib. ſicuti alij homi
nes, oſtenderetur. Hæc viciſsim â nobis fidem,
amorem, & obedientiam, in quibus noſtra ergà
eum cernitur gratitudo, requirunt.

TERTIVS.

E 35 *Dixit igitur eis Ieſus, adhuc ad breue tempus lumen vobiſcum eſt. Ambulate donec lucem habetis, ne vos tenebræ occupent.*

Rudem turbam ad diſcendũ hortatur, argu-
mento ſumpto ab occaſione, & periculo. Occa-
ſio eſt: Lux doctrinæ cœleſtis nũc ſplendet, q̃d
diu non eſt futurũ in hoc populo. Igitur occaſio
nõ eſt negligẽda. Obſcurè his verbis ſignificat
Dñs, vt Lux doctrinę cœleſtis breui trãsferatur
â Iudæis ad gẽtes, propter ipſorũ contumaciam
F & ingratitudinẽ. Periculum eſt, tenebrę occupa
bunt torpẽtes in via, vt eò quo tẽdunt nõ perue
niant. Proinde prudentis eſt ambulare in luce,
dum adhuc ſplendet. Ambulandi verbũ viuẽdi
rationẽ ſignificat. Vt enim via propriè eſt illud
terrę ſpaciũ per quod itur, & à loco ad locũ per-
tranſitur: ita metaphoricè in gñre eſt ratio inſti-
tutioq; vitæ hominis. Et ambulare in via, eſt cer
tum curſum vitæ tenere. Dñs dicit: *In præceptis
meis ambulate.* Hîc vides præcepta Dei inſtar viæ
G eſſe, & ambulare, vitam inſtituere ad præcepto-
rũ regulam. *Beati immaculati in via, qui ambulant in
lege Domini,* id eſt, qui dum hanc viuũt vitam, ea

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

faciunt, quæ lex Dñi pręcipit atq; mandat, beati A
ſunt. Ratio locutionis huius, vt ex collatione ſu
prà facta intelligi pôt, hæc eſt. Vt via recta ad lo
cum ad quem quis tendit ducitur: ita pia vita ad
beatitudinem ad quam tendimus peruenitur.

Cæterũ vt intelligamus cur Dñs & ſe, & ſuá
doctrinam lucé nominet, curq; tenebras & ſui
ignorantiam & doctrinæ ſuæ inſcitiá appellet,
hæc regula tenenda eſt, cuius vſus in Scripturis
& maximus eſt, & multam lucem plurib. Scri-
pturæ locis adfert. Regula aũt hæc eſt: *Nomina* B
*rerum diuerſarũ ſæpe propter ſimilitudinẽ effectuũ, cùm
docendi tum admonendi gratia permutantur.* Chri-
ſtus & vitis, diuerſarũ rerum ſunt nomina: Chri
ſtus tamen ſe vitem nominat, propter ſimilitu-
dinem effectuũ. Nam vt vitis miniſtrat palmiti-
bus in ſe manentibus ſuccum ſuum, vnde vire-
ſcunt, germinant & fructificant: ſed amputatis
frondibus nullum amplius ſuccum impartitur.
Quare & areſcunt, & nullum amplius fructum
ferunt: ita Chriſtus Dominus ſuum Spiritũ, vt C
ſuccum quendam infundit in eos, qui in ſe ma-
nent per fidem. Ex quo fit vt & viuant, & fructi-
ficent, aliis autem qui in ſe non manent, nó mi-
niſtrat ſuũ ſpiritum. Quare nec viuere, nec fru-
ctificare poſſunt. Ideo ipſe dicit: *Sine me nihil po-
teſtis facere.* Vides quantum lucis hæc regula at-
tulit dicto Chriſti: *Ego ſum vitis, vos palmites.* Spi
ritus Sanctus & aqua, diuerſiſsimarum rerum
appellationes ſunt. Sed Spiritus Sanctus nomẽ
aquæ accipit apud Prophetam, propter ſimili- D
tudinem effectuum. Vt enim aqueus humor ad
generationem phyſicam requiritur, adeò vt ſi-
ne eo nulla generatio fieri poſsit: ita Spiritus
Sanctus ad generationem ſpiritualem requiri-
tur. Sine enim eo nullus regenerari poteſt. Pe-
tra & Chriſtus, diuerſarum rerũ ſunt nomina:
ſed tamen Chriſtus nomen petræ accipit, pro-
pter ſimilitudinem effectuũ. Vt enim à petra, q̃
erat in deſerto, ꝓmanabat aqua (ſed prius per-
cuſſa à Moſe) quá potabat populus in deſerto: E
ita à Chriſto (priꝰ mortuo in ara crucis) manat
Spiritus Sanctus, quem potant fideles, vt Pau-
lus ad Cor. loquitur. Ad hanc regulam exigédæ
ſunt omnes ſacramẽtales locutiones, in veteri
& nouo Teſtamento. Prophani quoq; ſcripto-
res ſacrificiis nomina tribuunt, à rebus propter
quas fiunt ſacrificia. Homerus & Ariſtophanes
Euágelium vocant *Sacrificium gratulatorium*, pro
læto nuncio. Idem Homerus ſacrificia, quæ fie-
bant ab hoſtibus reconciliatis, ὅρκια πιστά nomi- F
nat. Sed vt alia infinita omittamus, verba Chri-
ſti ad hanc regulam exigamus. Chriſtus ſe hic
lumen vocat, ſimiliter & ſuam doctrinam lucẽ
pronunciat. Sed quęnam eſt ratio permutati-
onis nominum, rerum tam diuerſarum? Simili-
tudo effectuum. Vt enim lux obſcura loca illu-
ſtrat, vt qui in iis ſunt, & lucẽ ſequi volunt, poſ-
ſunt exire, & inuenire, ad quem tendunt locũ:
ita Chriſtus Dominus, hominibus in tenebris
ſedentibus, Lux eſt, & ſuo lumine, hoc eſt, do- G
ctrina Euangelij, obſcuras hominum mentes il-
luſtrat, vt exire poſsint, & venire quò velint, hoc
eſt, in patriá cœleſtem. Hoc pulcherrimè in can
tico Zachariæ explicat̃ his verbis: *Viſitabit Oriẽs
ex alto, illuminãs eos, q̃ in tenebris, & in vmbra mortis
ſedent. Ad dirigẽdos pedes noſtros in viã pacis.* Hic etiá
affectibus nomen pedum propter ſimilitudinẽ
effectuum tribuitur. Vt enim pedib. corporis i-
mus de loco in locum: ita affectibus aut ad De-
um accedimus, aut ab illo diſcedimus.

QVARTVS.

*Et qui ambulat in tenebris, non nouit
quò vadit.*

Hæc ratio eſt exhortationis proximæ à con
trariis ſumpta. Qui ambulat in tenebris, non no
uit quò vadit. Igitur ambulate in luce dum eam
habetis. Similitudo hoc modo explicabitur:
Quemadmodum illi, qui noctu in denſiſsimis
tenebris ambulant, neſciunt quò vadunt, vi-
am enim non tenent, atque ideò in præcipitia
incidũt, & in vitæ pericula: ita qui Luce Euáge-
lij deſtituuntur, & eunt in tenebris ignorantię,
feruntur in æternæ mortis præcipitia, vnde elu
ctari nó poſſunt, horréda caligine obruti. Hinc
ergo docemur, quòd ratio hominis, ſeu lumen
intellectus, quod adeò prędicant Philoſophi, ſit
mera caligo, cùm de via vitę ęternę quęritur.

QVINTVS.

36 *Donec lucem habetis, credite in lucẽ,
vt filij lucis ſitis.*

Ex dictis infert exhortationem, & exponit
quid ſit ambulare in luce, nempe credere in lu-
cem, hoc eſt, in filium Dei, qui lux illa vera eſt,
veniens in hunc mundum. Non ergo pedib. cor
poris currendum eſt, vt lucẽ aſſequamur Chri-
ſtũ: ſed viua fide, quę cordis fiducia eſt, acquie
ſcens in Luce Euangelij. Plura de hac luce legá-
tur Iohan. 8. in hęc verba: *Ego ſum lux mundi.*

*Hæc locutus eſt Ieſus, & abiens occultatus
eſt ab ijs.*

Etſi Iudæi iam conſultabant de Chriſto oc-
cidendo: tamen ipſe officium docendi non de-
ſerit, nobis relinquens exemplum, vt non fran-
gamur animis propter plerorumq; ingratitudi-
nem. Verùm ne Dominus videretur temerè ſe
tradere in manus hoſtium, ſeceſsit adhuc paulu
lum: ſuo exemplo nos erudiens, ne non neceſſa
ria præſentia noſtra perfuncti officio, irritemus
magis furorẽ hoſtiũ Euangelij, ſed conſulamus
nobis fuga corporis, modò animo nó fugiamꝰ.

PARS QVINTA.

Hęc pars cõtinet expoſitionẽ obduratiõis Iu-
dęorũ, & exponit cur q̃dam ex Phariſęis q̃ credi
derũt, nó palam ediderint ſuæ fidei cõfeſsionẽ.
Huius partis duo ſunt mẽbra. Primũ de obdura
tiõe & cõtumacia Iudæorũ. Secũdum de Phari-
ſęis credẽtib. ſed præ metu nó audẽtib. palá ſuæ
fidei cõfeſsionẽ edere. In illis dánáda eſt malitia
& cœcitas: in his humana deploráda eſt infirmi
tas. Singula mẽbra noſtro more articulis diſtin
(guemus.

DE PRIMO.

37 *Hæc autem cùm feciſſet ſigna coram
eis, non crediderunt in eum.*

PRIMVS.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

PRIMVS.

Propoſitio eſt incredulitatis Iudæorum, quę
cũ ſuis circumſtantiis rectè perpendenda eſt, vt
intelligamus ea, quæ ſequũtur & vidétur causá
obdurationis Iudæorũ aliò trãsferre, q̃ ad ipſos
Iudæos, qui contumaciter ſe Chriſto, atq; eius
doctrinæ oppoſuerunt. Hîc ergo ſi rectè perpẽ-
damus cur Chriſtus docuerit, & cur ediderit mi
racula, facilè intelligemus quæ fuerit vera cau-
ſa contumaciæ, & infidelitatis Iudæorum.

Cur ergo Chriſtus docuit? Ex mandato Pa-
tris docuit, vt auditores crederent, & credentes
ſaluarẽtur. Voluit ergo Pater, voluit & Filius, vt
auditores crederẽt: proprius ſiquidẽ finis & ꝓ-
ximus Euãgelij ꝓdicati eſt, vt auditores credãt.

Cur edidit miracula Dñs? Vt auditores de au
tore doctrinæ, & certitudine confirmarẽtur, vi-
delicet, quòd Doctor ipſe ſit, olim promiſſus
Meſsias, & doctrinam adferat cœleſtem, saluta-
rem credentibus. Ita enim ſcriptum eſt: *Hæc fa-
cta ſunt vt credatis quòd Ieſus eſt Chriſtus, & vt cre-
dentes vitã habeatis in ipſo.* Vt ergo doctrina Chri-
ſti: ita miracula eius eò pertinẽt, vt audiẽtes do-
ctrinam, & vidẽtes miracula crederẽt, & creden
tes ſaluarẽtur. Hoc ita eſſe cõfirmat etiã querela
Chriſti, & lachrymæ Matth. 22. *Quoties*, inquit,
*volui vos congregare, vt gallina pullos ſuos congre-
gat, & noluiſtis.* Hîc Dñs flens dixit cauſam ob-
durationis Iudæorũ in ipſis eſſe, qui contuma-
citer ſe Deo opponunt. Ergo cauſa incredulita-
tis vera intra ipſos eſt voluntas eorũ, quã liberè
& ſpontè ſe Chriſto oppoſuerũt. Huius aũt per-
uerſæ volũtatis in Iudæis duas cauſas Chriſtus
nobis aperuit: quarũ vna eſt amor tenebrarũ,
in ipſis Iudæis, altera gloriæ cupiditas. De prio
ri ita ait: *Dilexerunt tenebras magis quàm lucem.* Itẽ,
Qui malè agit, odit lucẽ. His verbis ſignificat Dñs Iu
dæos impeditos fuiſſe amore tenebrarũ, hoc eſt
hypocriſi, & opinione iuſtitię, vt non crederẽt.
Quæ vicia Dñs ſeuerisſimè in ipſis caſtigauit vt
emendarentur, & emẽdati crederẽt ac ſaluaren
tur. De altera ſic ait: *Quomodo poteſtis credere, qui
gloriam à vobis inuicem quæritis, & non gloriã quæ eſt
à Deo?* His veris cauſis cõtumaciæ Iudæorũ acce
dit ſcãdalum, quo Iudæi offendebãtur in ꝑſona
Chriſti, nõ rectè cogitãtes talem fuiſſe promiſſũ
à Prophetis, & diſtinguendum eſſe in ipſo tem
pus humiliationis à tempore glorificationis.

Qui ea quæ hactenus diximus recipiunt qui-
dem, ſed ita, vt occultas tñ cauſas incredulitatis
Iudæorum in Deo fingant, id Deo optimo tri-
buunt, quod nemo niſi peſsimo tribuere aude-
bit, videlicet vt aliud celet in animo, & aliud o-
re loquatur. Qui talis eſt, in Scripturis duplex
cor habere dicitur, quod non ſolum ipſe Deus
abominatur vt peruerſum, verũ etiã prophani
homines extremè oderũt. Achilles apud Home
rũ affirmat, ſe magis odiſſe eum, qui aliud in cor
de celat, & aliud ore loquitur, quã inferni por-
tas. Cum ergo Dñs dicit: *Volui te congregare, & tu
noluiſti*, an nõ manifeſtè tribuũt Chriſto cõtra-
dictorias volũtates, videlicet idem velle & nol-
le, qui fingit ipſum animo noluiſſe quod verbis
A ſe velle ſignificauit. Idem crimen Patri impin-
gunt, qui dicit, *ſe manus extendiſſe ad populum con-
tumacem, & contradicentem ſibi.* Eodem malo Spi-
ritum Sanctum inuoluũt, cui Stephanus dicit,
Iudæos *peruicaciter reſtitiſſe.* Abſit ergo à piis mẽ-
tibus hæc horrenda cogitatio de Deo, qui vt o-
ptimus eſt & ſapiẽtiſsimus: ita optimè vult ſuæ
creaturæ, & ſapientiſsimè illi propoſuit medi-
um ſalutis per vnum Ieſum Chriſtum. Hoc ia-
cto fundamẽto de cauſis incredulitatis Iudæo-
B rum, & de voluntate Dei, cuius nuncius erat Ie
ſus Chriſtus, qui mentiri & fallere nequit, mu-
niamus mentes noſtras aduerſus eos, qui ex ſe-
quentibus verbis Euangeliſtæ, alias cæcitatis,
& incredulitatis Iudęorum cauſas fingunt, qui-
bus nõ ſolum Iudæos excuſant iniuſtè, verum-
etiam Deum Patrẽ, atq; ipſius Filium impudẽ-
ter & ſacrilegè accuſant, non timentes iudiciũ
Dei aduerſus ſe, qui in extremo die iudicabit
eos, & ſocios faciet Diabolorum mendacium in
C æterna miſeria, & ſuppliciis nunquam finien-
dis. Iam audiamus quid dicat Euangeliſta.

SECVNDVS.

*38 Vt Sermo Eſaiæ Prophetæ impleretur
quem dixit.*

Occupatio eſt. Anteuertit enim hanc obie-
ctionem Iudæorum. Meſsias eſt promiſſus no-
bis Iudęis, vt noſter ſit Rex, nobiſq; ſalutem ad-
ferat. Nunc aũt paucisſimi ex noſtra gẽte Ieſum
D recipiunt, & Meſsiã agnoſcunt. Igitur nõ vide-
tùr, quòd Ieſus iſte in quem nolunt credere Iu-
dæi, ad quos præcipuè erat mittẽdus Meſaias,
ſit ille olim promiſſus Meſsias. Euangeliſta ob-
iectionẽ hanc diluens, oſtẽdit ex vaticiniis Pro-
phetarum, quòd Meſsias exhibitus contemne-
retur Iudaico populo, ad quem præcipuè erat
miſſus. Cùm ergo hæc Iudæorum contumacia
aduerſus Meſsiam prædicta ſit, magis facit ad
confirmãdum quòd Ieſus ſit Meſsias, quàm ad
E infirmandum quòd non ſit. Iam tenemus men-
tem Euangeliſtæ, qui non Deum authorem in-
credulitatis Iudæorum fuiſſe, ſed contumaciam
ſpontaneam, qua oblatam gratiam reſpuerunt,
ingrati affirmat.

Sed hæc, dicet aliquis, pugnant cum ver-
bis Euangeliſtæ, videlicet: *Vt ſermo Eſaiæ pro-
phetæ impleretur.* Si ergo contumaces ſunt facti
Iudæi, vt ſermo Prophetæ impleretur, profe-
ctò non poterant non contumaces fieri. Pro-
F inde hæc contumacia non videtur fuiſſe vo-
luntatis, ſed neceſsitatis. Reſpondeo. Quic-
quid fit dum fit neceſſariò fit, etiamſi antequã
fieret, habuit cauſam quæ aliter agere pote-
rat. Deus præuidit contumaciam Iudæorum
tanquam tum fieret, cùm præuidit. (Nam om-
nia Deus in ſuo ęterno tanquã prȩſentia videt.)
Ergo euentus prędictionis Prophetę de contu-
macia Iudęorũ fuit neceſſarius nõ ſimpliciter,
aut neceſsitate cauſę ſed facti. Omnia enim dũ
G fiunt neceſſariò fiunt, etiãſi multi habebãt cau-
ſas antequã fierẽt, quę aliter agere poterant. Vt
voluntas Iudęorũ poterat non eſſe contumax,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſed credere, ſi Iudęi voluiſſent, ſicuti clariſsimè & ſine omni ambiguitate teſtantur hæc Domini verba: *Quoties volui te congregare, vt Gallina congregat pullos ſuos, & noluiſti.* Hinc ſequitur prædictionē Prophetæ nō attuliſſe Iudæis neceſsitatē cōtumaciæ. Hæc reſponſio vera, & ſolida eſt, & attētis facilis intellectu. Aliter aūt ſic reſponderi poteſt: particula ἵνα, id eſt vt, nō eſt ſemper αἰτιολογικόν, ſed ſæpè ἐκβατικόν, hoc eſt, nō cauſam rei ſemper, ſed aliquādo exitū & euentū, q̄ propriá cauſam habuit, notat. Non enim ideò facti ſunt cōtumaces Iudæi, quia Propheta hoc prædixit, ſed quia Propheta & ex præteritis, & præſentibus de futuris coniicere poterat, & cùm Spiritū Propheticum haberet, videre omnia, quæ euentura Chriſto erant ab iſto ingrato populo, prædixit hanc Iudæorum aduerſus Chriſtum contumaciam. Non ergo hæc facta ſunt neceſſitate prædictionis Propheticæ, ſed neceſsitate certitudinis euentus, qui habuit cauſam nō neceſſariam, ſed voluntariá Iudęorū cōtumaciam, quam infallibiliter prępſciuit Deus, cuius ſpiritu dictāte, Propheta hæc prædixit. Auguſtinus aūt ſic ad quæſtionē reſpondit: *Quidam inter ſe muſsitant, & vbi poſſunt, aliquādo proclamāt, & turbulenta diſputatione cōtendunt, dicentes. Quid fecerūt Iudæi, vel quæ culpa eorū fuit, ſi neceſſe fuit, vt ſermo Eſaiæ impleretur? Quibus reſpōdemus Deum præſciū futurorū, per Prophetā prædixiſſe infidelitatē Iudæorum, prædixiſſe tamē non feciſſe. Non enim propterea quemquā Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit. Ipſorum enim peccata præſciuit, non ſua, non cuiuſque alterius ſed ipſorum. Quapropter ſi ea quæ ille præſciuit ipſorum, non ſunt ipſorum, non verè ille præſciuit. Sed quia illius præſcientia falli non poteſt, ſine dubio non alij, ſed ipſi peccāt, quos Deus peccaturos eſſe præſciuit. Fecerūt ergo peccatū Iudæi, quòd eos non cōpulit facere cui peccatū non placet, ſed facturos eſſe præſciuit, quē nihil latet.* Hęc Auguſtinus. Breuiter, ſumma reſpōſionis huc redit: Prędictio Prophetica nō eſt vlla cauſa euētus, id eſt, contumaciæ Iudæorū, ſed ſolummodo indicatio, quæ ideò infallibilis eſt, quoniam Deus infallibiliter præſciuit euentum. Atq; hoc reſpectu neceſſaria fuit prædictionis impletio.

TERTIVS.

Domine, quis credidit auditui noſtro, & Brachium Domini cui reuelatum eſt?

Hoc teſtimoniū deſumptū eſt ex capite 53. Eſaiæ, in quo Propheta vaticinatur de morte, & reſurrectione Dñi, & de ingratitudine, & contumacia gētis Iudaicæ aduerſus Chriſtū: ad ipſos quidē miſſum, ſed reprobatū, qui tñ iuxta aliam Prophetiá factꝰ eſt in caput anguli. Oratio hæc, *Quis credidit auditui noſtro* (hoc eſt, prædicationi noſtræ) admirantis eſt contumaciá iſtius populi, in quo paucíſsimi erant agnituri Chriſtum. Non ergo hæc interrogatio, *quis credidit*, ſignificat neminem credidiſſe, ſed paucíſsimos, ſi totá gentem ſpectes. Hîc ergo monemur, ne ex multitudine pendeamus, ſed potius paucos bonos ſequamur ad gloriá, quá infinitá multitudinē, ad ignominiá. Nō eſt dubiū, in iſto populo multos periiſſe ſtudio imitationis. Nam cū viderēt principes ſuos, ſapiētes plurimos, & Phariſæos, qui habebant opinionē ſanctitatis, Chriſtū perſequi, putarunt ſe rectè, & laudabiliter facere, ſi eorum ſequerentur exempla.

Sed quid eſt *Brachium Dñi?* Brachium Dñi dicitur eius virtus & potentia, hoc eſt, ipſe Filius Dei, per quē Pater omnia fecit, hoc eſt: *Verbum quod caro factū eſt, & habitauit in nobis.* Hoc dictū Prophetæ arripuerūt Sabelliani, qui vná perſonā Patris & Filij, & Spiritus Sancti falsò finxerūt, quá vná perſonam pro diuerſitate cauſarū, nunc dici Patrē, nunc Filium nominari, nūc Spiritum Sanctum appellari docuerunt. Horū hæreticorū obiectionē, ex hoc loco ſic proponit, & ſoluit Auguſtinus: *Ecce, videtis quia ſolus eſt Pater, ſi Brachiū eius eſt Filius. Non enim duæ ſed vna perſona eſt, homo & brachium eius.* Ad hoc argumentū, in quo peccatur fallacia æquiuocationis, ſic rectiſsimè reſpondit Auguſtinus: *Non intelligunt neq; aduertunt*, inquit, *quō verba de rebus alijs ad res alias transferantur propter aliquā ſimilitudinē, etiā in locutionib. quotidianis & notiſsimis rebus, quāto magis vt nobis ineffabilia qualitercunq; dicantur, quæ dici ſicuti ſunt, omnino non poſſunt.* Non ergo Filius Patris Brachium dicitur, quòd Deus pater figura determinetur carnis humanæ, eiq; Filius táquá membrum corporis hæreat, ſed quia omnia per ipſum facta ſunt.

QVARTVS.

39 Propterea non poterant credere, quia rurſus dixit Eſaias.

40 Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ne videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos.

Hoc Prophetæ teſtimoniū eodem pertinet, nempe ad muniendas mentes piorum aduerſus ſcandalum paucitatis Iudæorum, recipientium Meſsiam exhibitum. Poſtquam enim pij, qui erant paucíſsimi in populo Iudaico, reſpectu tantæ multitudinis, vident hanc Iudæorū contumaciam aduerſus Chriſtum, longè antea fuiſſe prędictam, nō offenduntur paucitate credentium, ſed magis confirmantur in fide Meſſiæ, videntes euentum reſpondere prædictionibus Propheticis. Hęc eſt ſententiæ ſumma. Núc verba perpendantur. Primum dicit Euágeliſta: *Non poterant credere:* Quia Eſaias eorum contumaciam prædixit. Videtur ergo prędictio neceſſitatem attuliſſe contumaciæ Iudæis. Hæc obiectio ſuprà ſoluta eſt. Contumacia Iudæorum re uera fuit voluntaria, & non neceſſaria in ſe. Hác Spiritu Prophetico Eſaias prædixit. Huius prędictionis euentus fuit ineuitabilis, nō ex neceſſitate euentus, ſed ex certitudine prædictionis. Nam Eſaias hanc contumaciam vt præſentem vidit. Auguſtinus autem ſic ſoluit obiectionem: *Non*, inquit, *poterant credere Iudæi, quia hoc Eſaias Propheta dixit. Hoc autē Propheta prædixit, quia Deus hoc futurū eſſe præſciuit. Quare aūt non poterāt, ſi à me quæratur, ita reſpondeo, quia nolebant. Malam quippe eorum voluntatē præuidit Deus, & per Prophetā prænunciauit*

nunciauit ille cui abſcondi futura nō poſſunt. Hæc Auguſtinus. Sicut ergo laus eſt voluntatis diuinę, quòd illos ſaluos fieri voluit; ita quòd illi nō poterant credere, culpa eſt voluntatis humanæ.

Sed, inquies, Propheta aliam cauſſam ponit, quàm Iohannes hîc refert. Et Paulus in Epiſtola ad Romanos capite vndecimo eandem adfert, diſſerens de reiectione Iudęorum; ita enim habet textus: *Excœcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū.* Quis excœcauit? quis indurauit? Deus. Si Deus, Iudæi ſunt extra culpam.

Sed audiamus alia Scripturæ dicta, vt ex collatione eruamus certitudinem. In Pſalmo ſcriptum eſt: *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite indurare corda veſtra,* id eſt, nolite veſtra duritie reſiſtere Euangelio Chriſti. Cum hac exhortatione Spiritus ſancti impoſsibile eſt pugnare poſſe factum Dei. Ieremias capite decimonono ſic ait: *Indurauerunt cor ſuum, ne audirent verba Prophetæ.* Vide quæſo, ſi Deus indurauit cor eorum, certè ipſi non indurauerunt: Si ipſi indurauerunt, profectò hoc Deus non fecit; Erit ergo Propheta contra Prophetam? Certè erit, ſi eodem modo indurandi verbum vtrobique acceperimus; videlicet pro efficientia indurationis. Neceſſe erit ergo, vt alius ſit modus indurationis apud Eſaiam, & alius apud Dauidem & Ieremiam, alioqui non ſtabit verbum Dei. Vt aūt modos iſtos rectè diſtinguamus, hoc fundamētū immotū tenendū eſt. Deus nō vult peccatū, De⁹ nō vult mortē peccatoris. Si ergo Deus nō vult peccatū, certè nec facit peccatū, nec cogit hominem ad peccandum, ſed illum potiùs vult conuerti & viuere. Non ergo Eſaiæ dictum: *Deus indurauit*, de efficientia indurationis accipi poterit. Quare neceſſariò ſequitur de permiſſione indurationis accipiendum eſſe, vt ſit ſenſus: *Deus indurauit,* id eſt, non molliuit: & Ieremiæ dictum ſicut & Dauidis de efficientia indurationis, quia hoc dictum Scripturæ ſolui nō poteſt; *Perditio tua ex te Iſrael eſt.* Hac ſeruata diſtinctione modorum indurationis, non pugnant Prophetica dicta, ſed optimè congruunt. Vt enim Eſaiæ dictum tribuit Deo iuſticiam: ita Ieremiæ & Dauidis tribuit Iudæis voluntariam contumaciam aduerſus Deum. Iuſticia Dei eſt, vt illos, quos ſæpè ſuo verbo ad conuerſionem inuitauit, ſi ſibi reſiſtant & opponant ſe nuncijs ipſius, deſerat, & ſinat ruere pro libidine affectuū à peccato in peccatū, vt tādem pereāt ingrati. Ita.n. Paulus ait in Epiſtola ad Romanos capite primo: *Sicut non probauerunt habere Deum in noticia, tradidit eos Deus in reprobam mentem, vt facerent, quæ non conueniunt.* Huc pertinet Domini dictū Oſeæ capite quarto: *Quoniam tu ſcientiam repuliſti, repellam te.* Item: *Oblita eſt domus Iſrael Legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego.* Hanc igitur deſertionem, vt rectè Auguſtinus ait, eorum voluntas meruit. Sic enim excœcat, ſic obdurat Dominus deſerendo, non adiuuando. Hæc nos moneant ne conſuetudine peccandi & contumacia noſtrá efficiamus, vt Deus nos deſerat iuſtè, qui ex mi-
A ſericordia nos paterna ad pœnitentiam vocat.

Deſertionis finis ſequitur: *Ne videant oculis & ne intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos.* Quomodo, inquies, hoc congruit cum dicto: *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat?* Si Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, ſi verè vult conuerſionē peccatoris & vitam: quomodo quadrat hoc, quod hic dicit: *Vt non videant oculis, & non intelligant corde?* Reſpondeo. Paternus affectus eſt,
B quo pater bonos omnes ſuos filios vult eſſe bonos voluntate paterna: verùm rebelles & perpetuò contumaces vult è domo eijcere & excludere hæreditate voluntate iuſta, quæ non præcedit, ſed ſequitur filiorum contumaciam. Idem de Deo ſentiendum eſt.

Hæc breuiter de præſentibus quæſtionibus ſint dicta. Qui plura deſiderat, legat Commentarios noſtros in Epiſtolam ad Romanos. Item Enchiridion de prædeſtinatione. Multi cùm
C Iohannis & Eſaiæ dicta ad fatalem neceſsitatem referunt, ſeipſos labyrinthis inextricabilibus inuoluunt, & alios miſerè ſeducunt. Nam ex illorum dogmate nihil aliud conſequi poſſunt, qui illud recipiunt, quàm aut ſecuritatem ſtultam, aut deſperationem miſeram. Quemadmodum multa tragica exempla etiam recentia teſtantur. Timeamus ergo Deum, ac teneamus eam ſententiam, quæ & habet totius Scripturæ conſenſum & dignisſima Deo eſt, & homini
D maximè ſalutaris, qualem illam eſſe, quam attulimus, non dubitamus.

QVINTVS.

41 *Hæc dicit Eſaias, quādo vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo.*

Vtrumque vidit in Spiritu Eſaias; videlicet contumaciā Iudæorū aduerſus Chriſtū numimiliatū vſque ad mortē crucis; & gloriam quæ ſecuta eſt humiliationem ipſius, cuius veluti
E partes ſunt, glorioſa eius reſurrectio, aſcenſio viſibilis in cœlum, miſsio Spiritus Sancti in Apoſtolos, prædicatio Euangelij in vniuerſo orbe, collectio Eccleſiæ ex Iudæis & Gentib. ſententia extremi iudicij, qua electos æternū beat, & reprobos cum diabolis pedibus ſuis ſubijcit, vt ita ad nomen Ieſu flectatur omne genu, cœleſtium, terreſtrium & inferorum. Huius gloriæ quā ſuis communicat, cogitatio, accendat fidē in nobis, operetur patientiam, foueat ſpem, ac
F nos in Dn̄o confortet, ne cum impia mundi colluuione deficiētes à Chriſto, miſerè pereamus.

DE SECVNDO.

Huius ſecundi membri, de Phariſæis credentibus & non confitentibus, tres ſunt articuli, quos ordine declarabimus.

PRIMVS.

42 *Attamen ex principibus multi crediderunt in eum.*

G Et ſi reſpectu totius gentis Iudaicæ paucisſimi crediderunt in Chriſtum, quemadmodum Prophetia prædixit, & euentus comprobauit:

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tamen ſeorſum à colluuione totius gentis plu-
rimi erât qui in Chriſtum crediderunt. Atq; ita
non pugnât, paucos credidiſſe & multos. Aliud
eſt enim ſimpliciter dici aliquid, aliud compara
tè. Notetur hîc primum iuxta regulam: *Verbum
meum ad me vacuum non redibit*, nunquam fore vt
in aerem tantum tranſeat verbum Dei à quo-
uis Miniſtro prædicatum. Alijs enim erit odor
vitæ ad vitam, alijs odor mortis ad mortem, ſi-
ue multis ſiue paucis annûciatum fuerit. Hac
ergo regula conſolentur ſe pij Euangelij Pręco
nes & exemplo Chriſti erigantur ad faciêdum
officium, ſiue auditores grati, ſiue ingrati fue-
rint. Iaceatur ergo ſemen in terram, & relinqua
tur Deo incrementum.

Præterea hîc videmus confundi diſcrimen,
quod volunt quidam eſſe inter has locutiones,
credere Chriſto, & credere Chriſtum, & cre-
dere in Chriſtum, vt credere Chriſto, ſit ipſius
verbis habere fidê: Credere Chriſtû, ſit ſtatuere
Chriſtû eſſe: & credere in Chriſtû ſit viua fidu-
cia iuxta ipſius promiſsionê in ipſum recûbere.
Nam hoc loco credere in eum, ſignificat ei cre-
dere, hoc eſt verbis ipſius & miraculis fidê adhi
bere, vt certò ſtatuant ipſius verba vera eſſe, &
miracula diuina teſtimonia, quibus verba con-
firmantur. Huius confuſionis ratio hæc eſt: ꝙ
Hebraica phraſi idem ſit credere Deo, & crede-
re in Deum. Nam vtrumq; eodem modo pro-
nunciant articulo ei præfixo. At Latini Theo-
logi in ſuis ſcriptis vt plurimùm diſcernunt i-
ſtas locutiones, vt expoſuimus.

SECVNDVS.

*Sed propter Phariſæos non confitebantur,
ne excluderentur à Synagoga.*

Cauſa redditur ſuppreſſæ confeſsionis Pha-
riſæorum credentium. Verebantur enim ne à
Phariſæis, qui tum videbantur columnæ Eccle
ſiæ, excluderentur à communione populi Dei,
quæ pœna grauiſsima videbatur, propter infa-
miam, in quam incurrebant excluſi. Fuit quidê
vtilis diſciplina ad continendos homines in of-
ficio, cùm iuſtè exercebatur. Contra autem ty-
rannis erat execrabilis, quando exercebatur in-
iuſtè, quemadmodum tum fiebat à Phariſæis,
cùm à communione, ſeu Synagoga exclude-
bantur, qui Chriſti doctrinam amplexi erant,
cognitis Phariſæorum corruptelis.

TERTIVS.

43 *Dilexerunt enim gloriam hominum
magis, quàm gloriam Dei.*

Cauſa hîc redditur eius, quod dixit: *Ne exclu-
derentur à Synagoga*. quaſi diceret: In Synagoga
ergo habere locum, eſt gloria apud homines. At
è Synagoga excludi, eſt ignominia. Principes
igitur credentes Chriſtum veritatis doctorem
eſſe & diuinitùs miſſum, quia dilexerunt glo-
riam hominum, non palàm ſuæ fidei ediderût
confeſsionem. Vide hîc quid faciat ſpectrû glo-
rię humanæ: impedit ne nos audeamus id, qđ
ſentimus fateri, ne tantillum offendamus homi

A nes, aut diſcedat vel minimum de noſtra exi-
ſtimatione.

Hæc vera eſt hypocriſis natura, vt aliud ſimu
let, aliud diſsimulet, quod eſt apud Græcos πο-
λύτροπον eſſe, in Eccleſia duplex cor habere. At-
que vt breuiter nos expediamus, diligere gloriá
hominum hoc loco eſt propter humanum fa-
uorem, id quod ſcis & probas, non confiteri a-
pud homines, ne quid commodi videatur tibi
perire. Gloria ergo Dei eſt, vt quod credis cor-
B de, confitearis ore, iuxta illud: *Corde creditur ad
iuſticiam, ore fit confeßio ad ſalutem.* Filius Dei dicit:
*Quem puduerit mei coram hominibus, pudebit & me
eius coram Patre meo, qui eſt in cœlis.* Ex quo patet,
quàm ſit neceſſaria confeſsio fidei, ſine qua nul
la eſt fides cordis, ſed fictio ſolummodò religio-
nis, quæ magis nocet quàm prodeſt. Qui ergo
Chriſtum verè agnoſcunt Saluatorem, debent
palàm coram omnibus Diabolis & homini-
bus, ſi res poſtulauerit, ipſum confiteri, alio-
C quin audient in extremo die: *Diſcedite à me, ego
non noui vos.*

Verùm duplex eſt confeſsio fidei, vna ne-
ceſſaria, altera temereria. Neceſſaria confeſsio
uel fit cum periculo, vel expers eſt periculi. Hęc
etſi eſt neceſſaria, tamê facilis eſt cuiuis vel me-
ticuloſiſsimo. Illa quæ cum periculo iuncta eſt,
fortis eſt animi. Hæc non ſolùm habet laudem,
verumetiam coronabitur corona iuſticię in die
illo. Filius enim Dei vult omnes in extremo die
D agnoſcere ſuos eſſe, eoſque æterna beatitudine
coronare, qui ſe in hac vita fuerint confeſsi. Te-
meraria confeſsio variat cauſis. Nam vel ſtulto
zelo fit, vt multi olim (quemadmodum habet
hiſtoria Eccleſiaſtica) ſe ſponte in manus car-
nificum tradiderunt. Hæc etſi in ſe parum lau-
dabilis fuit: tamen excuſatur propter finem, &
iſte error cum alijs peccatis Sanctorum tegi-
tur, & ſanguine Chriſti aboletur: vel gloriæ hu-
manæ cauſa fit, qualis fuit multorum Anaba-
E ptiſtarum his annis, quos Diabolus ſuo ſpiritu
ſeduxit, ad confirmandam impiam eorum do-
ctrinam de multis tetris erroribus.

SEXTA PARS.

In hac parte Dominus vt fidem poſtulat ſui
verbi, fructumque qui inde manat monſtrat:
ita admonet contumaces de futuro iudicio, ſi
non conuertantur, & vt authoritatem ſuo ſer-
moni conciliet, omnia ad Patrê mittentê refert.
Huius partis duo ſunt membra.
F Primùm, quòd credere in Filium & in Patrê
vna ſit fides, & quòd fides Chriſti educat è te-
nebris in lucem.
Secundùm de iudicio, quod manet eos qui
non reſipiſcunt.

DE PRIMO.

Huius membri tres ſunt articuli, quos ordi-
ne explicabimus.

PRIMVS.

G *Ieſus autem clamauit, & dixit: Qui cre-
dit in me, non credit in me, ſed in eum, qui
miſit me.*

Clamor Domini non ſolùm fortem & inuictum animum ipſius declarat, in præſtando officio, etiamſi iam videbat imminere ſibi grauiſſimos cruciatus: verùm etiam quantum ſitiat hominum, etiam hoſtium ſalutẽ oſtendit. Præterea etiam monet, quòd gratiá promiſcuè omnibus offerat fide accipiendam. Exemplum imitentur Miniſtri Euangelij. Quæ ſequuntur, videlicet, *Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me,* tria continent. Primum, vnde ſit Euangelium. Secundum, quæ ſit Euangelij autoritas. Tertium, ꝙ Chriſtus ſit legatus à Deo in mundum miſſus: id eſt, verus Meſsias.

Vnde ergo Euangelium? *Qui,* inquit, *credit in me, credit in eum, qui miſit me.* Eſt ergo Euangelium à Patre, id quod ideò non poterat perſuadere Iudæis, quia putabant doctrinam Euangelij, qua docetur, quòd homo iuſtificetur fide, abſque omnium operum bonorũ & malorum reſpectu, pugnare cum doctrina Legis de iuſticia, de qua dicitur: *Qui fecerit ea homo, viuet in eis.* Ideò alibi dicunt: *Nos Moſis diſcipuli ſumus.* Item: *Scimus vnde ſit Moſes.* Verùm ſi miſeri Iudæi ſua facta ad normam Legis exegiſſent, intellexiſſent maiores eſſe ſordes ſuas, omniumq́; hominum in mundo, quàm vt vllus poſsit Legis operibus iuſtificari: vnde agnouiſſent magnitudinem miſericordię Dei, qui dedit Filium, qui fieret victima pro peccato, & credentes ſua iuſticia donaret, ne Legis ſententia damnarentur. Nam qui credit, habet iuſticiam, quam Lex requirit: non quidem à ſe factam, ſed ſibi à Chriſto imputatá, adeò vt qui hanc imputatam iuſticiam habet, non ſit iam ſub Lege damnante, ſed ſub gratia condonante peccatum.

Quænam eſt Euangelij autoritas? Diuina. Qui ergo Euangelium docet, diuina autoritate nititur: & qui Euágelio credit, Deo credit. Contrà verò, qui Euágelium contemnit, Deum autorem Euangelij cótemnit, quod profectò non feret impunè. Admoneantur igitur hîc, & qui docent Euangelium, & q Euangelium audiunt. Illi quidem vt ſumma cum fide & conſtáter doceant, ſtatuentes Euangelium eſſe potentiam Dei in ſalutem omni credenti. Hi verò vt in timore Dei cum ſumma attentione audiant, docentes tanq̃ ipſum Deum & Filium eius Ieſum Chriſtum: *Qui vos,* inquit, *audit, me audit.* & in hoc loco: *Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me.* Cùm ait, *Non credit in me,* non negat eos ſimpliciter in ſe credere, ſed loquitur ex ſententia præſentium auditorum, qui putârunt Ieſum non eſſe diuinitùs miſſum, nec adferre doctrinam ex ſinu æterni Patris, ſed ſua ſponte cucurriſſe, & ſe ingeſsiſſe in prædicandi munus, ſine vocatione diuina.

Tertium, quod habet præſens articulus, coniunctum eſt cum primo & ſecundo: videlicet, quòd Ieſus Chriſtus ſit legatus Patris in hoc miſſus, vt ſcientiam ſalutis hominibus tradat. Id quod & diuinis miraculis ipſe confirmauit, & Pater idem de eo ſępè teſtatus eſt, ſicuti ſuprà oſtenſum eſt.

SECVNDVS.

45 Et qui videt me, videt eum, qui miſit me.

Verbum θεωρεῖν nõ ſolùm ſignificat oculis cernere, ſed etiam mente rem contemplari, & corde in re acquieſcere. Significat ergo hoc loco videre Chriſtum, eius noticiá habere, ac in ipſum firma fiducia recumbere. Sed quomodo videt Patrem, qui videt Filium? Hoc non ad ſubſtantiam, ſed ad voluntatem Patris pertinet. Nam cùm Pater Filium mittit, vt fiat victima, & colligat verbo Euangelij Eccleſiam: ſatis oſtendit, ꝙ velit hominum ſalutem, ad quam Filius omnes inuitat. Hoc ergo dicto Dominus oſtendit, ſe non ſuam doctrinam, vt Iudæi putabant, adferre, & eos, qui in ſe credunt, non in ſe tantùm credere, ſed etiam in Patrem mittentẽ. Eſt enim vna voluntas Patris & Filij, qua ambo ſalutem hominum volunt. Verùm hoc clariùs ſequentia oſtendunt.

TERTIVS.

46 Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

Ratio eſt cur dixerit Dominus, *Qui videt me, videt & eum qui miſit me. Ego ſum lux,* inquit, qua ſcilicet Patrem meum noſcitis: videlicet quòd ſit qui faciat miſericordiá, iudicium, & iuſticiam, vt Ieremias loquitur. Et ego factis & verbis idem declaro, vt nemo negare poſsit, idem velle & Patrem & Filium: nempe exhibere miſericordiam credentibus, iudicium contumacibus, iuſticiam omnibus. Sed quomodo Chriſtus lux eſt? id ſuprà multis expoſuimus. Eſt lux docendo, viuificando, ſaluádo, & beando. Chriſtus ergo hoc dicto, *Ego lux in mundũ veni,* ſignificat ſe verũ Meſsiam eſſe, quem Prophetæ ſæpiſsimè lucem nominant. Eſaiæ 42. *Dedi te in fœdus populi, & in lucẽ Gentium, vt aperias oculos cæcorũ.* Eſa. 9. *Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt.* Eſa. 49. *Dedi te in lucẽ Gentium, vt ſit ſalus mea vſq; ad extrema terræ.* Eſa. 60. *Erit tibi Dominus in lucẽ ſempiternam.* Et in Pſal. dicitur: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe, & dediſti læticiam in corde meo.* Et in alio Pſal. *Accedite ad eum, & illuminemini, & facies veſtræ non confundentur.* Huc & illa exhortatio Eſa. 2. pertinet: *Domus Iſrael venite, & ambulemus in lumine Dei noſtri.* Hæc & ſimilia Scripturæ dicta de Meſsia loquũtur, ad quæ Dñs hoc loco reſpicit, & vult ſuos auditores docere, ꝙ ipſe ſit verus Meſsias, ſine cuius luce totum humanũ genus manet in tenebris ignorantiæ & malitiæ. Ideò hîc ait: *Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, non maneat in tenebris.* Ex hoc dicto quatuor colligátur.

Primùm, ꝙ gratia ſit vniuerſalis. Venit enim in mundũ, vt ſit lux mundi, vſq; ad extrema terræ, vt loquitur Eſaias. Ergo hæc lux nõ eſt includenda inter anguſtos limites nationũ. Nam vt hic Sol aſpectabilis omnibus impertit ſuũ ſplendorem: ita Chriſtus lux mundi paratus eſt ad illuminandos omnes, qui illuminari volunt.

Secundùm, quòd Euangelium ſit prædica-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

re Chriſtum eſſe lucem, qua Patris voluntatem cognoſcimus.

Tertium, quòd credentes fiant participes huius lucis, vt & ipſi lux dicantur, & quòd fides non poſsit ſtare cum tenebris ignorantiæ aut malitiæ. Fieri enim non poteſt, quin Spiritus fidei ſemper ſit actuoſus & efficax.

Quartum, quòd omnes homines, qui Euangelium non audiunt, & iuxta Euangelium non credunt, in tenebris denſiſsimis palpitent, vtut multum glorientur de ſapientia humana. Vocat autem hìc tenebras & ignorationem Dei, & ea quæ cum ea coniuncta ſunt, vt ſunt peccatũ, ſecuritas carnalis, fiducia carnis, quæ tandem excipiet ſempiterna miſeria. Hęc meritò nos excitarent ad amorem Euangelij, ad acre ſtudium diſcendi, ad fidem, timorem, inuocationem, gratiarum actionem, patientiam, & ad alias virtutes.

DE SECVNDO.

Huius membri, in quo agitur de iudicio in contumaces, Chriſtum nolentes, nec ipſius doctrinam recipere, ſeptem ſunt articuli, quorum ſinguli ſuas doctrinas continent, vt iam videbimus.

PRIMVS.

47 Et ſi quis mea audiuerit verba, & nõ crediderit, ego non iudico eum.

Anthypophora eſt. Occurrit enim eorum obiectioni, qui ex dictis inferre poterant: Tu dicis non manſurum in tenebris, qui in te crediderit. Ergo in te non credentes, condemnas, qua quidem re ſumis tibi authoritatem ſupra Moſen, qui nobis Legem diuinitùs acceptam dedit, iuxta quam viuentes, viuent beati. Scriptum eſt enim: *Qui fecerit ea homo, viuet in eis.* Vita autem hæc non eſt tenebrarum, ſed lucis. Tu ergo te Moſi anteponis, ac ſi tua doctrina Legi Moſis eſſet præferenda, vt ſine qua maneamus in tenebris. Reſpondet Chriſtus: Non eum qui in me non crediderit, condemno meo priuato iudicio. Habet enim ſuum iudicem. Siquidem ſubiacet huic ſententiæ Legis: *Maledictus omnis, qui non manſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro Legis.*

SECVNDVS.

Non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſeruem mundum.

Ratio reſponſionis Domini à fine aduentus ipſius in mundum. Et petitur argumentum à contrariis: Veni in mundum, vt ſeruem mundum. Igitur nõ veni vt condemnem & perdam mundum. Diſcernatur hìc inter proprium finem aduentus Chriſti in mundum, & acceſſorium: inter proprium finem Euangelij & accidentalem, qui non ex conſilio Chriſti & naturà Euangelij, ſed ex malitia hominum dependet. Finis ſiquidem proprius, cur Chriſtus in mundum venerit, eſt de quo Angelus concionatur Paſtoribus: *Annuncio vobis gaudium magnum, quia hodie natus eſt vobis Saluator.* Et ipſe Dominus ait: *Veni ſeruare quod perierat:* ſcilicet vocando peccatores ad pœnitentiam.

Acceſſorius autẽ finis eſt, iudicium Dei pronunciare in contumaces, vnde iſtæ comminationes: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ.* In hanc ſententiam loquitur Paulus de Euangelio, quòd Euangelium ſit aliis odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem. Nam qui Euangelium non recipiunt, non ſolùm damnantur, vt Legis diuinę tranſgreſſores, verùm etiam vt contemptores remedij oblati per Euangelium. Ideò alibi dicitur: *Si non veniſſem, peccatum non haberent.* ſcilicet contempti Chriſti, & ipſius Euangelij.

Accuſat ergo Euangelium homines vt ingratos, accuſat vt lux tenebras, accuſat ex conſequenti. Nam cùm offert omnibus credentibus ſalutem, ſignificat omnes damnari, qui Euangelio non crediderint: id quod Iudæi optimè intellexerunt, cùm offerenti Chriſto credentibus remiſsionem peccatorum ſe opponerent.

TERTIVS.

48 Qui reÿcit me, & non accipit verba mea, habet eum qui ſe iudicat.

Ne quis putaret ſibi impunè licere Chriſtum & eius Euangelium contemnere, quia dixerat: *Non iudico eum, qui in me non crediderit.* Item: *Non veni vt iudicem mundum*, hoc addit: Ac ſi diceret, non propterea euadet iudicium, qui me reiicit, quòd ipſe eum non iudicem. Nam habet eum qui ſe iudicat: nempe Moſen, de quo fruſtra gloriantur, qui Legem non ſeruant. Ille enim non promittit vitam & ſalutem, niſi cum conditione Legis implendæ: quam cùm nemo implet, obligat omnes ad pœnas, à quibus liberari non poſſunt ſine Mediatore. Quare qui illum reiicit, nõ ſolùm manet ſub Lege accuſante & damnante, verùm etiam vt ingratus erga Mediatorem damnatur.

QVARTVS.

Sermo, quem locutus ſum, ille iudicabit eum in extremo die.

Tranſtulit iudicium à ſe in alium, nempe Moſen. Nunc autem clarè pronunciat, quòd Euangelium omnes contumaces, qui Chriſtum non receperũt, condemnabit in extremo die. Proinde Euangelij eſt etiam iudicare & damnare. Verùm tempora diſtinguit Dominus. Nunc contumaces & hypocritæ non ſentiunt ſe accuſari & damnari voce Euangelij. Nam ſecurè contemnunt Euangelium, quorum quidam pro libidine ruunt in omnia ſcelera, nihil morantes iudicium Dei. Quidam, vt hypocritæ, nituntur Lege, ac ſi Lege iuſti eſſent. Sed veniet tempus, quo reuelabitur iudicium, quod nunc contemnunt: quando videlicet iuſtus Iudex in extremo die iudicaturus eſt viuos & mortuos.

QVINTVS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

QVINTVS.

49 Quod ego à me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi in mandatis dedit, quid dicam, & quid loquar.

Qualénam iudiciũ ſit futurũ ſermonis Chriſti in extremo die, indicat: nimirum ꝙ eius veritas tũ patefiet, idq; in damnationẽ omnium, q̃ Euangelio obedire recuſarunt. Tunc.n. teſtabitur Pater, ꝙ & me miſerit, & dederit mihi mandatum dicendi & loquendi, nõ meá, vt vos iudi- B catis, ſed ipſius voluntatẽ. Videbũt proinde impij in extremo die veritatẽ Euangelij, & ſera pœnitentia ducẽtur. Hinc ſe conſolentur pij in his confuſionibus, cũ vidẽt florentiſsimá orbis terrarum partẽ, perſequi Chriſtum in ſuis mẽbris, eiusq; S. Euangelium contẽnere: cogitent imminere iuſtum iudicium, quo & ſaluabuntur q̃ Euangelio crediderũt, & adiudícabuntur ſempiternis ſuppliciis, qui Chriſtum nõ receperunt.

SEXTVS.

C *50 Et noui ꝙ mandatũ eius vita æterna eſt.*

Quáta bona efficiat Euangeliũ, vna voce expreſsit. Euangelium vocat mandatum Dei, propterea ꝙ Deus iuſſerit Filium audire, inquiens: *Hic eſt Filius meus dilectus, hũc audite.* Hoc Dei man- A datum dicit eſſe vitam æterná, modò ſcilicet illi credatur. Mandatum autem hoc ſimul & mandat, & promittit. Mandat vt audias, diſcas, credas. Promittit vt vitam æternam fide obtineas, idq; ſolius Filij Dei nobis nati & nobis dati dignitate & merito.

Obſeruetur ergo ſumma beneficiorũ Euangelij, promiſsio gratuita vitæ æternæ, quæ promiſsio ſola fide accipitur, retinetur, & poſsidetur, cuius fidei finis eſt ſalus animarum, vt Pe- B trus inquit. Nam nõ ſtatim à morte corpora recreantur, ſed animæ tantũ, quæ in extremo die redibunt ad corpora, vt vnà fruantur partis per Chriſtum bonis: videlicet glorioſa immortalitate, & nunquam finienda beatitudine.

SEPTIMVS.

Quæ igitur loquor ego, quemadmodum dixit mihi Pater, ſic loquor.

Hæc concluſio generalis eſt concionũ Chriſti, quas habuit coram Iudæis, in quibus & ſalu- C tis viam, omnibus volentibus Euangelio obedire, monſtrauit, & pœnas contumacibus imminentes prædixit. Exemplum Miniſtris Euangelij proponatur, doceant non ſua, ſed Chriſti, ferantq; plagas, ſi ſic Deo viſum fuerit, ac Deo committant exitum.

CAPVT XIII.

SVMMA CAP. XIII.

Chriſtus lotis Diſcipulorum pedibus rationẽ facti exponit, Diſcipulosq; ad imitationem facti, hoc eſt, ad humilitatem & mutuam charitatẽ hortatur. Deinde de Pro- D ditore agit, qui ad petitionem Iohannis ſigno indicatur. Poſt autem exitum Proditoris, monet Dominus, etſi obſcuriùs, de morte & reſurrectione ſua, commendatq; ſuis germanam Diſcipulorum ſuorũ notam: nempe mutuam dilectionem. Cæterùm cùm Petrus Chriſtum abiturum, & ſe eum ſequi non poſſe audiret, affirmat temerè ſe animam ſuam pro ipſo poſiturum: cui Dominus reſpondit: Amen dico tibi, non canet gallus, donec ter me negaueris.

ORDO ET PARTES CAPITIS XIII.

E Etſi quę in hoc capite narrantur, ita commixta ſunt, vt difficiliùs in partes ſecari poſſit: tamen nos huius capitis quatuor partes conſtituamus, quæ ſunt.

Prima: lotio pedum Diſcipulorum Chriſti, cuius plures ſunt circunſtantiæ, ex qui- F bus ſymbolica ſignificatio huius lotionis colligenda eſt.

Secunda: interpretatio lotionis pedũ, & hortatio ad imitationẽ, quę imitatio in vera humilitate & mutua dilectione poſita eſt.

Tertia: turbatio Chriſti, cogitátis de morte imminente, & de ira Dei, quam ſuſtinere debuit; & prædictio de Proditore, de quo cùm dubitaretur, ſigno proditur.

Quarta: admonitio de morte & glorificatione Chriſti, quæ tranſitus & glorificationis nominibus indicátur: exhortatio ad dilectionem, cum prædictione negationis Petri, in eadem nocte futuræ.

EXEGESIS CAPITIS DECIMITERTII CVM OBSERVAtione Doctrinarum.

PARS PRIMA.

HÆc pars, in qua exponitur lotio pedum Diſcipulorum Dñi, quia plures habet circunſtantias, eas ordine explicabimus, & ad noſtrum vſum accommodabimus.

PRIMA.

1 Ante autem feſtum Paſchæ.

Prima circunſtátia temporis eſt. Notat enim tempus, quo Dñs Paſcha comedit, pedes Diſcipulorum lauit, cœnam inſtituit. Ex 12. cap. Exodi, tempus Paſchæ, hoc eſt, Agni mactandi Lege Dei præſcribitur dies 14. menſis Nizan, q̃ vt plurimûm reſpõdet noſtro Martio. Hunc menſem, in quo eductus eſt populus Iſrael de Ægypto, voluit Dñs poſtea initiũ anni eſſe, & eius die 14. celebrari Phaſe in tanti beneficij diuinitùs iſti populo præſtiti memoriam. Cùm autem Matthæus, Marcus & Lucas dicunt Dominum cœnatum eſſe primo die azymorum, hoc eſt, ipſo die, cũ Phaſe immolabatur, q̃ erat 14. Nizan (Hebræi mẽſis cuiuslibet initia ſupputát ab eo tempore, quo Luna recens noua apparet) q̃ eo tempore incidit in 8. Cal. Aprilis, id eſt, 24. Martij,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A iuxta Calendarium Iulianum. Et Iohannes hîc
dicit idem factum eſſe ante feſtum Paſchæ: me-
ritò quæritur, quomodo veritas Euãgeliſtarum
ſeruari poſsit, cùm videantur ſibi contraria di-
cere. Nam dicere idem ante feſtum fieri, & in fe-
ſto fieri, contrarietas videtur. Græcorum quo-
rundam futilitatem hìc omitto, qui dicunt, Io-
hannem alios Euangeliſtas corrigere. Iſta enim
correctio veritatẽ Euangeliſtarũ euertit. Quare
alia & ſolidior cõciliatio Euangeliſtarum quæ-
B renda eſt. Si dixerimus Matthæum, Marcum &
Lucam loqui iuxta legem Moſis, quæ tempus
mactationis Agni præſcribebat, & Iohannem de
traditione quæ à Lege diſcedebat, ſtabit Euan-
geliſtarum conſenſus. Nam hæc traditio Rabi-
norum fuit, vt ſi quando Paſcha, vel quoduis a-
liud ex magnis feſtis incideret in ſextam Sabba-
thi, hoc eſt, in diem q proximè præcederet Sab-
bathum, transferetur feſtum in ipſum Sabba-
thum. Poteſt etiam hoc pacto reſponderi, vt ſer-
C uetur Euangeliſtarum conſtans veritas. Cùm
Matthæus, Marcus & Lucas dicunt hæc geſta
eſſe primo die azymorum, quæ Iohannes affir-
mat eſſe facta ante feſtum Paſchæ, loquũtur mo
re Hebræorum, q à veſpera diem inchoant, iux-
ta illud: *Factum eſt vespere & mane dies vnus.* Deci-
ma ergo quarta die menſis Nizan, incipiendo à
veſpera, initium erat diei Paſchatos. Iohannes
autem cùm dicit, *Ante feſtum*, loquitur more alia-
rum gentium: quarum aliæ à media nocte in-
D choant diem, alię ab ortu Solis ad alium ortum.
Poterit & breuiùs dici, voce ἑορτῆς ſignificari ini-
tium feſti. Atque hactenus de concordia Euan-
geliſtarum. Cæterùm hoc in primis obſeruan-
dum, quòd Deus Pater voluit Filium ſuum ve-
rum Phaſe, id eſt, agnum tollentẽ peccata mun-
di, in ipſo die Paſchatis Iudæorũ, iuxta Legem
fieri victimam pro peccato, & Sabbatho proxi-
mo quieſcere in ſepulcro, vt ita veritas reſpon-
deret figuræ.

E

SECVNDA.

*Sciens Ieſus quòd veniſſet hora ipſius, vt
tranſiret ex hoc mundo ad Patrem, cùm dile-
xiſſet ſuos, qui erant in mundo, vſque in fi-
nem dilexit eos.*

Hæc præfatur Euangeliſta de dilectione, qua
Chriſtus ſuos complexus eſt, vt & oſtendat Do
minum præſciſſe paſsionis ſuæ tempus, & cauſ-
F ſam exponat, cur mortem oppetere voluerit,
quæ cauſſa erat ſummus erga genus humanum
amor. Dicit ergo: *Sciens quòd veniſſet hora*, ſcilicet
paſsionis ſuæ, decreta à Patre, *vt tranſiret de hoc
mundo ad Patrem:* hoc eſt, vt victa morte reſurge-
ret, atque ita glorioſus victor ad Patrem aſcen-
deret. Vide quæſo quàm pulcrè Euangeliſta ty-
pum veteris Phaſe explicet. Nam vt tranſitus I-
ſrael ex Ægypto vmbra fuit: ita veritas vmbræ
reſpondẽs, eſt tranſitus Filij Dei à morte ad vi-
G tam, è terris ad cœlum. Atque ita apparet, cur
tranſitus nomine vtatur Euangeliſta: nimirum
vt hoc pacto oſtendat quomodo veritas reſpon

A deat figuræ. Deinde ſciendum eſt, ꝙ hîc tranſi-
tus non ad diuinam, ſed ad humanam naturam
referri debeat. Tranſiuit enim corpore ꝑ mor-
tem è terris in cœlos, quo tranſitu veritas hu-
manæ naturæ Chriſti poſt reſurrectionẽ etiam
ſignificatur. Ineptum eſt igitur figmentum &
veterum & recentium Euthychianorum, qui
fingunt corpus Chriſti poſt reſurrectionem, vel
mutatum in diuinam naturam, vel factum eſſe
ἀπερίγραπτον, contra proprietatem veri corporis,
B contra ſymbola, & contra totius ſacræ Scriptu-
ræ conſenſum.

Porrò cùm dicit Euangeliſta, Dominum di-
lexiſſe ſuos vſq; in finem, ſignificat conſtantem
eſſe Chriſti amorem, quo ſuos, id eſt, omnes in
ſe credentes, ſeu Diſcipulos, complectitur. Non
ergo mutatur voluntas Domini diligẽtis, vt ho-
minum inconſtãtium, ſed manet perpetuò con
ſtans & perfecta: vnde nos fiduciam concipia-
mus, quòd & nos, quantumuis imbecilles & in-
C firmos diſcipulos, tamen diligat, & ex dilectio-
ne tueatur & conſeruet.

TERTIA.

2 *Et facta cœna.*

Euangeliſta noſter omittit multa, quæ ab a-
liis Euangeliſtis copioſiùs ſunt perſcripta, quæ
tamen nos, vt ſeries hiſtoriæ eius veſperæ diſtin
ctè intelligatur, ſignificabimus, & ea, quæ ea ve-
ſpera in domo acta ſunt, notabimus. Primùm
D ceremonialis Agnus comeditur. De ritu eden-
di nihil ſcribunt Euangeliſtæ, vt qui notus erat
ex Moſe. Deinde cœna non peracta, ſed inſtru-
cta tantùm, lauat Dominus pedes Diſcipulorũ.
Tum ſedens, cauſſam facti exponit. Deinde diſ-
cumbit, & cœnat cum Diſcipulis. In fine cœnæ
inſtituit Sacramẽtum corporis & ſanguinis ſui.
Poſthæc habetur ſermo ad Diſcipulos ꝓlixior,
& oratio ad Patrem, quæ durant vſque ad me-
dium 17. capitis. Tandem finito hymno, exitur
E è domo in hortum. Quoniam autem Iohannes
omiſit Agnum ceremonialem, & inſtitutionem
Cœnæ, nos pauca de iis huc adiiciemus, priuſ-
quàm Euangeliſtæ noſtri verba declarabimus.

De ceremoniali Agno.

Quia in principio 12. capitis prolixè contuli-
mus vtrumque Phaſe, vetus & nouum, id eſt,
vmbram & veritatem, nolo eadem hîc repetere.
Sed cur Chriſtus voluerit Legi Moſis de cele-
F brando Phaſe ſubeſſe, curq; tempus à Lege pręſ-
ſcriptum, & non à Rabinis traditum ſequi ma-
luerit, breuiter oſtendam.

Cur ergo Chriſtus Legi Moſis de Agno Pha-
ſe mactando & comedendo ſubeſſe voluit? Ma-
gnæ profectò & graues ſunt cauſſæ, quarum pri
ma & præcipua eſt, quã Paulus Galatis ſcribens
ponit, hiſce verbis: *Vbi venit plenitudo temporis, e-
miſit Deus Filium ſuum natum ex muliere, factum ſub
Lege, vt eos, qui ſub Lege erant, redimeret.* In hoc di-
G cto Pauli duo ſunt obſeruanda. Primùm, quòd
Filius Dei ſit Legi ſubiectus, vt illam facto im-
pleat. Alterum, quomodo nos redimat, id quod
idem

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

idem Paulus docet, cùm ait: *Chriſtus nos redemit de maledictione Legis, factus pro nobis maledictum.* Secunda, vt oſtenderet Iudæum ſe eſſe, & circumciſum, ideoq; abhorrentē ab omni ethnica prophanitate, vt q ſocius eſſet Sanctorum Dei. Tertia, vt teſtaretur hoc facto Legem Moſis diuinitùs datam, eſſe boná & ſanctam. Quarta, vt ſuo exemplo alios obedientiam erga Legem Dei doceret. Si enim ipſe Legi ſubeſſe voluit, eiq; obedire, qui erat ſuper Legem: multò magis alij, q ſub Lege ſunt, obedientiam Legi debent. Quinta, vt oſtenderet ſe veracem eſſe in ſuis dictis. Dixerat enim: *Non veni ſoluere Legem, ſed adimplere.* Sexta, vt finem imponeret veteri ceremoniæ, & nouam inſtitueret, duraturam vſq; ad finē mundi. Vt enim vetus Phaſe ſignificabat Chriſtum venturum & mactandum pro peccatis hominum: ita ſacra Chriſti Cœna ſignificat Chriſtũ aduenisse, & peregiſſe victimam ſuam pro peccatis totius mundi.

Cur non Iudæorum traditionem ſecutus eſt Dñs, quod ad tempus comeſtionis Agni Phaſe attinet? Iudæi, vt ſuprà annotauimus, tranſtulerunt Phaſe à ſexta Phaſe Sabbathi in ipſum Sabbathum, publicæ vtilitatis, vt fingebant, gratiâ, ne videlicet tam longo tempore abſtineretur à neceſſariis laboribus. Sed traditio hæc Iudæorum vtut ſpecioſa viſa eſt: iniqua tñ fuit, vt quæ auaritiá cauſſam habuerit. Quid ergo indignius eſſe poterat, q̃ vt Lex Dei cederet auaritiæ hominum? Commendat ergo nobis Dominus ſuo facto regulam, quæ eſt Ezech. 20. *In præceptis meis ambulate, & non in præceptis Patrum veſtrorum.*

Etſi autē traditio illa de transferendo feſtum in Sabbathum, reuera fuit contra mandatum Dei, & tentârunt Deum, qui in hac re ordinationem diuinam auſi ſunt corrigere: tamen ſeruiuit ſapienti Dei prouidentiæ, qui voluit Filium ſuum, verum Phaſe, ipſo die à Lege præſcripto, fieri victimá pro peccato, vt veritas reſponderet figurę. Nam ſi Iudæi Legem ſeruaſſent, religione feſti fuiſſent impediti, & Chriſti paſsionem in aliud tempus diſtuliſſent. Atque ita videmus Deum ſuum opus, etiam per impios ſuę Legis contemptores perficere.

De Cœnæ inſtitutione.

Quoniam alibi à nobis & ſæpe de ſacra Chriſti Cœna ſcriptũ eſt, nolo hîc prolixior eſſe, ſed ſolummodò dicá de Chriſti conſilio, inſtituentis hanc Cœnam, & de legitimo Cœnæ vſu.

Chriſtus veteribus ſacramentis, quibus præter obſignationē gratiæ ipſius aduentus in carnem & mors adumbratur, finem imponens, noua inſtituit ſacramenta, quibus, præter obſignationem gratiæ, ipſe exhibitus eſſe ſignificatur. Atque hoc diſcrimen in vniuerſum tenendum eſt inter ſacramenta vetera & noua. Sunt autem ſacramenta exhibiti Chriſti, Baptiſmus & Cœna Domini. Illo inauguramur corpori Chriſti, & regeneramur: hac alimur noui homines effecti. Vtrumque ſignum gratiæ eſt, & ſignaculum fauoris Dei erga legitimè vtentes. Verùm ſi de

A modo prædicádi quæritur, ex Scriptura diſcendus eſt. Externo ſigno, quod ſacramentum dicitur, tribuit Scriptura nomē rei, quę ſacramento ſignificatur & obſignatur, idque eo conſilio, vt finis & vſus inſtituti ſacramenti intelligatur. Circumciſio Geneſis 17. dicitur fœdus. Verùm ne quis hìc hæreret in re externa, ſeu in opere operato, vt loquuntur, tanquam res externa, ſeu opus operatum per ſe fœdus eſſet: mox Dominus in eodē capite ſe interpretatur & dicit, Circumciſionem ſignum fœderis eſſe. Quoties ergo res diuinitùs ordinata dicitur fœdus, ſciendum eſt, ꝙ perinde ſit, ac ſi diceretur, eſt ſignum fœderis. Verùm quia ſignorum non eadem eſt ratio, Paulus ad Rom. 4. σφραγίδα interpretatur, hoc eſt, ſignum obſignans rem promiſſam, ſeu ſignaculum, quo res promiſſa ex pacto mutuo inter Deum & hominem obſignatur. Vt Circumciſio eſt σφραγὶς iuſticię fidei, hoc eſt, Circumciſio eſt ſignaculũ Dei, quo Deus obſignat credenti iuſticiá. C Hinc catholica regula ſumēda eſt: *Omne ſacramentũ eſt* σφραγὶς, i. ſignaculũ Dei, quo res promiſſa, legitimè ſacramento vtenti, obſignatur. Cùm ergo dicitur, Baptiſmus eſt lauacrum regenerationis, ſenſus eſt: Baptiſmus eſt σφραγὶς, id eſt, obſignaculum, quo Deus teſtatur, legitimè vtentem Baptiſmo, regenerari, eiq; regenerationis gratiam obſignari. Panis eſt corpus Chriſti, vinũ eſt ſanguis Chriſti, ſenſus eſt: Panis eſt obſignaculum corporis Chriſti, tradi- D ti pro nobis. Vinũ eſt obſignaculum ſanguinis Chriſti, effuſi pro multis, id quod expreſsiùs dicitur, cùm Dominus ait: *Hic calix eſt nouum teſtamentum in meo ſanguine:* hoc eſt, Deo ipſo interprete, Hoc vinum eſt ſignum & σφραγὶς noui teſtamenti: videlicet quo Deus obſignat legitimè vtenti ſuum fœdus, de remiſsione peccatorum, propter meritũ effuſi ſanguinis. Et Paulus 1. ad Corinth. 10. dicit, panem eſſe κοινωνίαν corporis Chriſti, & calicem eſſe κοινωνίαν ſanguinis Chri- E ſti: hoc eſt, vt ipſe cõtextus conuincit: Panis eſt ſignum & obſignaculum, quòd legitimè vtens ſacra Chriſti Cœna, iungatur corpori Chriſti & ſanguini Chriſti, idque pane quidem ſacramentaliter, Spiritu verò Chriſti efficaciter, quo Spiritu ſanctiſsimæ Chriſti humanitati iungimur. Quòd autem hæc coniunctio ſit ſpiritualis, quę figuratur ceremoniali manducatione & potatione, modus ipſe copulationis oſtendit. Nam vt Chriſto capiti iungimur, non niſi Chriſti Spi- F ritu: ita etiam inter nos κοινωνοὶ efficimur eodem Spiritu, cuius conſociationis vnus panis ex multis granis conſtans, ſymbolum eſt & teſtimonium. Verùm quia prima & principalis copula fit cum Chriſto capite, rectè fit in noſtris Eccleſiis, quòd etiam ſingulis ægrotantibus & petentibus porrigatur ſacra Chriſti Cœna, vt morituris obſignetur vita æterna, in Chriſto promiſſa. Hæc plana & vera ſunt, extructa ex ſolido verbo Dei. Hinc iam extruamus claram & G perſpicuam definitionem ſacramenti Cœnæ Dominicæ, quæ faciat ad ædificationem conſcientiarum.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Cœna Domini eſt σφραγὶς, id eſt, obſignaculum, quo Filius Dei legitimè vtentibus hac Cœna, obſignat omnia beneficia, quæ nobis meruit ſua obedientia, traditione corporis in mortem, & effuſione ſanguinis ſui. Legitimè vtêtes ſunt, qui fidem in promiſsionem afferunt. Sine enim fide promiſsio nec accipitur, nec obſignatur, iuxta regulam: *Omnis promiſsio fide accipitur.* Hinc ſequitur pactionem duplicem in ſacræ Cœnæ vſu requiri. Vnam à parte Filij Dei, alterá à parte hominis, legitimè vtentis ſacramento. Filius Dei promittit remiſsionem peccatorum legitimè vtenti, cum qua remiſsione omnia beneficia Euangelij coniuncta ſunt: Homo viciſsim fide in promiſsionem recumbit, & obligat ſe ad perſeuerantiam in fide & bona conſcientia. Huius mutuę pactionis & dulciſsimæ fœderis σφραγὶς, hoc eſt, obſignaculum, eſt ſacra Chriſti Cœna, de qua regula in omni ſacraméto obſeruanda, tenenda eſt: *Nihil habet rationem ſacramenti extra vſum diuinitus ordinatum.* qui vſus in actione legitima cernitur, & requirit cogitationem & meditationem, videlicet cur Chriſtus ſit pro nobis mortuus, cur effuderit ſanguinem, & quid requirat ab vtentibus. In hac enim cogitatione ſentitur vis fidei, & intelligitur cur promiſsio Euangelij & fides, qua promiſsio accipitur, manducatio carnis Chriſti & potatio ſanguinis ipſius dicuntur. Nam vt homo fame corporali & ſiti corporali preſſus, mortis periculo proximus eſt, ſed recreatur rurſus, colligit vires & exhilaratur eſu panis & potu vini: ita hominis anima proſtrata & victa fame ſpirituali, & ſiti ſpirituali, vt mortis æternæ periculo ſubiaceat, erigitur rurſus, roboratur & exhilaratur fiducia Chriſti, qui tradidit corpus ſuum, & effudit ſanguinem ſuum pro nobis, in remiſsionem peccatorum. Hæc fides vſu Cœnæ cõfirmatur. Ideò ab Auguſtino rectè dictũ eſt: *Crede & manducaſti.* Ceremonialis enim manducatio, ſpiritualis eſt obſignatio, in legitimè vtentibus ceremonia. Cum hoc principali fine, qui eſt obſignatio gratiæ, plures ſunt coniuncti: vt inſertio legitimè vtentis in corpus Chriſti: conſociatio ſpiritualis communicantium ſimul: obligatio vtentis legitimè ad fidem & bonã conſcientiam: teſtimonium confeſsionis publicum: teſtificatio conſenſionis in tota doctrina & cultu: teſſera ſeiunctionis à caſtris Satanæ, & ab omnibus ſectis alienis à Chriſti vera agnitione.

Hac breui explicatione contenti ſimus, maneamus in Chriſto, vt in nobis maneat, abſtineamus ab inutilibus diſputationibus, quibus hominum animi auocantur à vero Cœnæ vſu, atque ita dulciſsimi huius fœderis, non ſolùm fructum amittunt, verùm etiam ſibi accerſunt iudicium, propter abuſum tanti ſacramenti.

QVARTA.

Cùm Diabolus iam immiſiſſet in cor Iudæ Simonis Iſchariothæ vt eum traderet.

Pridie azymorum pactus eſt Iudas cum Phariſæis de tradendo Domino, ac Magiſtro ſuo. A Huius traditionis & prædictio, & cauſſa, & ſignificatio in primis ſunt tenenda.

Prædictio præceſsit Pſalm. 69. & Pſalm. 109. Quemadmodũ Petrus, Spiritu Sancto plenus, interpretatur Act. 1. Facta eſt autem hæc prædictio, ne quem turbaret euentus cùm fieret, ſed magis in fide confirmarentur homines, videntes euentum reſpondere prædictioni. Neq; ideò putandum eſt, Iudam tradidiſſe Dominũ, quia prædictum fuit: ſed quia traditurus erat, præ-B dictùm fuiſſe. Huius Iudæ typus Doeg Idumæus fuit, qui Dauidem prodidit.

Cauſſa fuit auaritia, quæ cùm cor Iudæ totũ occupaſſet, accedit ſuggeſtio Diaboli, & immiſcet ſe Diabolus cogitationibus Iudæ, atque ita intelligentiam eius peruertit, affectum auari animi commouet, & voluntatem impellit, vt faceret, quod promiſerat: hoc eſt, vt Magiſtrum & Dominum ſuum traderet, accepto precio 30. argenteorum. Vide indignitatem rei. Iudas Ma-C giſtrum Dominum ac nutricium ſuum nõ pluris facit, quàm triginta denarios. Vide quæſo qualem conuiuam hîc Chriſtus habuerit? Venerat Iudas ad conuiuium Chriſti, explorator Paſtoris, inſidiator Saluatoris, venditor Redemtoris: qui tamen tolerabatur à Domino & Magiſtro ſuo. Quid quæſo hîc facit auaritia? lucrũ temporale anteponit ſaluti animæ, gratitudinis erga optimè meritum Dominum & Magiſtrum obliuiſcitur, ſubmittit ſe Satanæ, fidei & pacto-D rum nullam rationem habet: denique facit, vt Iudas ex amico hoſtis fiat, ex Diſcipulo perſecutor, ex Apoſtolo proditor nutricij turpiſsimus. Atque ita videmus veriſsimum dictum eſſe Syracidæ, cap. 31. *Auaritia eſt lignum offendiculi*, id eſt, occaſio ruinæ. Et Paulus 1. Tim. 6. affirmat, auaros incidere in tentationem & laqueum, & in concupiſcentias multas ſtultas & noxias, quæ demergunt homines in exitium & interitum. Radix enim malorum omnium eſt auaritia, cui E addicti quidam aberrârunt à fide, & implicuerunt ſeipſos doloribus multis. Tu autem, ô homo Dei, fuge hæc. Hîc profectò videtur Paulus intueri ipſum Iudam, & vult Timotheum diſcipulum hoc maximo auaritiæ malo à propoſito auocare ab auaritia omnium vitiorum turpiſsimo. Ná tametſi auaritia eſt turpis in omnibus, tamen maximè fœda eſt in Miniſtris Euangelij. Siquidem non ſolùm ipſis nocet, verùm etiam eius malũ ſerpit in auditores propter exemplũ.

F Significatio haud dubiè hæc eſt: Vt Doeg typus fuit Iudæ proditoris: ita Iudas, qui in numero Apoſtolorũ fuit, ſignificat Antichriſtum, qui fingit ſe eſſe Chriſti diſcipulum, ſed eũ prodit in ſuis membris, propter quæſtum. Hoc qui non videt in Papatu fieri, cœcus omnino eſt. Quid enim aliud impedit hodie curſum Euangelij, quàm auaritia Iudæ, hoc eſt, Antichriſti, quem non dubito Papam eſſe, cuius veluti corpus eſt tota Papiſtarum colluuies, quorum & G Deus venter eſt, & propter hunc Deum omnia ſunt illis venalia. Ex quo fit, vt quæ ꝓpria ſunt Chriſti, ſibi ſacrilegè aſcribant. Verùm nos caueamus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ueamus Diaboli inſidias, qui nobis laqueos vitiorum, & potiſsimùm auaritiæ conatur iniicere, vt incautos capiat, & captiuos à caſtris Chriſti abducat, atque trucidet. Ne autem decipiamur à Satana, & propria carne, opus eſt aſsidua precatione, qua precamur præſentiá Chriſti, vt ipſe nos aduerſus hoſtem ſuum tueatur, & ſub ſcuto beneuolentiæ ſuæ cleměter defendat.

QVINTA.

3 *Sciens Ieſus quòd omnia dediſſet illi Pater in manus, & quòd à Deo exiſſet, & ad Deum abiret.*

4 *Surgit è cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cùm accepiſſet linteum, præcinxit ſe.*

5 *Deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes Diſcipulorum ſuorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.*

Deſcripturus Euangeliſta ſummam humiliationem Chriſti, lauantis ſuis ſanctis manibus pedes Diſcipulorum, & extergentis eos linteo. Primùm, vt maior admiratio huius humiliationis animos noſtros capiat, deſcribit eius celſitudinem, potentiam, diuinitatem & victoriam ſuper morte, ac ſi ita diceret Euangeliſta: Ecce, tametſi Ieſus Filius Dei eſt, atque adeò verus & æternus Deus, etſi omnia dederat Pater in manus eius, etſi ad Patrem iam per victoriam ſuper morte & peccato iturus erat: tamen infra omnes homines ſe deiicit & humiliat, flectit genua coram Diſcipulis, lauat eorum pedes, lotos abſtergit linteo. Quid magis admirandum, quàm quòd impuriſsimi proditoris ac furis pedes lauerit? Quo tamen facto minimè motus eſt Iudas, ſed paulò pòſt egreditur, ac Dominũ ſuum & Præceptorem prodit.

Hæc humiliatio Chriſti, lauantis pedes Diſcipulorum, figura fuit imminentis humiliationis Chriſti in ara crucis, in qua ſuo precioſo ſanguine conſcientias peccatorum purgaret. Vt enim Chriſtus ſe deiicit infra ſuos omnes, neque id ſua aliqua cauſſa, ſed vt illorum pedes lauet: ita in paſsione factus eſt omnium nouiſsimus, vermis & nõ homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis, vt ꝑ noſtro peccato ſatisfaciat, quo certi eſſemus, quanquam morientes: tamen peccato per Chriſtum ſublato, nos victuros eſſe.

SEXTA.

6 *Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes?*

Hîc quæritur an lauerit Dominus aliquorũ, aut omnium pedes, priuſquam ad Petrum veniret. Ocioſa ſanè quæſtio eſt: nam potius hîc de ſumma humiliatione Filij Dei cogitandum eſt, quâm de ordine, quo loti ſunt Apoſtolorum pedes, diſputandum. Veruntamen vt curioſis reſpondeamus, hoc videtur ad quæſtionem reſpondendum. Primo loco Euangeliſta exponit Domini factum: videlicet quòd pedes Apoſtolorum lauerit. Deinde de ordine agit.

A Ideò particula illatiua vtitur Euangeliſta, & dicit: *Venit igitur ad Simonem Petrum*. Igitur, ſcilicet quia iam accinxerat ſe ad lauandum Diſcipulorum pedes. Simonis nomen habuit à parentibus, Petri ab euentu. Nam propter confeſsionis conſtantiam dictus eſt Petrus, id eſt, firmus, inſtar rupis, petra enim rupem notat. Sed omiſsis inutilibus, agamus de neceſſariis.

Chriſtus venit ad Petrum, incuruat ſe, & gẽnua flectit coram Petro, vt ipſius pedes lauet. B Hîc in primis admiratione dignum eſt, quod Rex cœli, & Dominus dominantium, verus & æternus Deus adeò ſe humiliet, vt pedes Diſcipulorum, ex itinere ſordidos, lauare voluerit. Sed quid Petrus? Opponit ſe Domino ſuo, contendit cum Magiſtro, & non patitur vt Dominus pedes ſuos lauet. Sed cauſſam huius facti videamus, quam facilè erit ex ſimili Petri facto colligere.

Chriſtus venit in nauem, in qua erat Petrus, C iubet vt ſuo nomine laxet rete in capturam piſcium. Cui cùm Petrus obediret, præter expectationem magnam multitudinem piſcium capit. Vnde colligit Petrus, Chriſtum plus eſſe, quàm vulgarem hominem. Vnde prorumpit in hanc vocem: *Domine exi à me, quia ego homo peccator ſum*. Atque ita etiam hoc loco Petrus duplicem confeſsionem edit. Vnam de propria vilitate: alteram de celſitudine Domini, ac ſi ita diceret: Non decet me Diſcipulum permittere, D qui ſum homo peccator, nec te Dominum ac Magiſtrum, qui ſanctus & abſque peccato es, hoc facere, quod intendis. Non ergo feram vt pedes meos laues. Sed hæc iam ad theſin transferamus. Caro ſentit indignum eſſe facinus maieſtate diuina, quòd ſe deiiciat Chriſtus eò vſque, vt viliſsimum officium faciat. Non poteſt imaginari ratio, Dominum gloriæ eum eſſe, qui ſe eò vſq; deiicit, vt maledictum ſit à Deo factus. Atque ita ratio ſentit, deberi Chriſto reueren- E tiam & gloriam, & nõ decere vt ita ſe infra omnes humiliet. Sed quid Dominus contentioſo Diſcipulo reſpondet.

SEPTIMA.

7 *Reſpondet Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio tu neſcis modò, ſcies autem poſtea.*

His verbis indicat Dominus, myſteriũ quoddam ſubeſſe lotioni pedum Diſcipulorum, qđ F caro non poterat percipere. Arguitur ergo hîc ignorantiæ Petrus, quod eò pertinet, ne quis putet reuerentiam à carnis æſtimatione profectam, Spiritus Sancti opus eſſe: q̃ Spiritus Sanctus tametſi erat in Petro, nondum tamen contra ſcandalum crucis Petrus ſatis confirmatus erat: quod indicat & Lucas, cùm Chriſtus prædiceret paſsionem. Subiicit enim: *Ipſi horum nihil intellexerunt.* Quòd autem Dominus ſubiicit: *Scies autem poſtea*, ſignificat quòd experientia in G Sanctis eos erudiat: videlicet quòd oporteat eos deiici, & per crucem glorificari, exemplo Filij Dei. Item quòd plena diuinarum rerum co-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gnitio, non detur vlli in momento, ſed paulatim tempore inſtilletur, vt maior ipſius amor acriusque diſcendi ſtudium in animis piorũ incendatur, quòque magis magisq; indies in omni cognitione & omni ſenſu proficiant Spiritus Sancti Diſcipuli. Simus ergo dociles, atq; quotidie magis magisque proficiamus, vt tandem aſſequamur plenã ſalutis in Chriſto ſcientiam.

Octava.

8 *Dicit ei Petrus: Nequaquam lauabis pedes meos in æternum.*

Pertinacia Petri indicatur, Dominus & Magiſter venit ad Miniſtrum & Diſcipulum, vt lauet ipſi pedes. Sed Miniſter & Diſcipulus vult ſapientior videri ſuo Domino, ac Magiſtro. Igitur recuſat quod Dominus imperat, & voluntate Domini ac Magiſtri ſui nõ eſt contentus, ſed ei primùm modeſtius reluctatur: deinde verò admonitus, totum ſe Domino ac Magiſtro pertinaciter opponit. Nam negatio repetita οὐ μὴ, emphaſin habet, & quaſi iuramentum in ſe includit, ac ſi diceret Petrus, nullo pacto feram, ſed moriar potiùs, quàm vt tu mihi pedes laues. Habemus ergo hîc exemplum pertinaciæ in retinendis & defendendis opinionibus carnis anticipatis, quod nihil eſt aliud, quàm ſe Deo opponere, & arcere Chriſtum à lotione pedum noſtrorum. Nota phraſin Scripturæ, quòd non in æternum, ſignificet nunquam. Hoc enim in æternum non fit, quod nunquam fit.

Nona.

Reſpondit ei Ieſus: Si non lauero te, non habes partem mecum.

Pertinaciam Diſcipuli retundit Dominus, & ſimul, etſi obſcurè, myſterium lotionis pedum ſubindicat: *Si non*, inquit, *lauero te, non habes partem mecum*. Ergo ſi te lauero, habebis mecum partem. Proinde vt hæc lotio Chriſti externa, eſt ſymbolum lotionis internæ & ſpiritualis per ſanguinem & Spiritum Chriſti: ita permittere ſe lauari à Chriſto, eſt in Chriſtum credere, cuius ſolius ſanguine purgantur conſcientiæ à mortis operibus. Literalis lotio, vt Circumciſio literalis nihil prodeſt, id quod in Iuda cernitur.

Obſeruetur hîc catholica doctrina, quòd nullus poſsit habere partem cum Chriſto in gloria cœleſti, niſi lotus fuerit ab eo à peccati maculis, quia ſcriptum eſt, Apocal. 21. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum.* Hinc concluditur, quòd vt ſolo merito paſsionis Chriſti, quæ hîc lotionis ſymbolo ſignificatur, purgamur à peccatis: ita nemo iuſtificari poſsit, niſi eiuſdem obedientia. Nam ſi quis iuſtificari poſſet propriis operibus, profectò non opus haberet purgatione Chriſti.

Decima.

9 *Dicit ei Simon Petrus: Domine, non pedes meos tantũ, ſed etiam manus & caput.*

Remittit Petrus pertinaciam, audito pericu-
A lo non loti à Chriſto, & offert non ſolùm pedes lauandos, verùm etiam manus & caput. Hîc Petrus renuncians carni & carnali prudentiæ, ſe per fidem Domini volũtati permittit, vt ſecum vtcunque tandem libet, agat. Hinc concluditur quæ ſit vis fidei: videlicet, quòd homines totos voluntati Domini exhibeat, vt ipſe ſecum agat pro ſua voluntate. Sic Dauid ſe Deo ſubmittit, cùm ait: *Si dixerit mihi, non places, præſtò ſum.*

B

Vndecima.

10 *Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauentur, ſed eſt mundus totus.*

Cur Dominus nolit hoc loco caput & manus lauare Petri, aut aliorum Diſcipulorum, rationem reddit: *Qui lotus eſt totus, non indiget niſi lotione pedum.* Tu Petre es totus lotus, atque adeò mundus: ideò non lauabo tibi caput & manus,
C quæ lotione non indigent. Sed quomodo lotus & mundus eſt Petrus, atque alij Diſcipuli? Loti ſunt & mundati internè & externè. Internè Spiritus Sancti gratiâ, & ſanguine Chriſti, mediante fide in Chriſtum, vt inſtrumento. Fide enim beneficium Chriſti applicatur. Hîc inſignis doctrina, & ſumma conſolatio proponitur. Doctrina eſt, quòd quicunque ſunt Diſcipuli Chriſti, à Chriſto loti ſint, atque adeò vt mundi ſint toti. Non ergo indigent alia lotio-
D ne, qui ſunt Chriſti Diſcipuli. Valeant ergo purgationes Phariſaicæ per merita humana. Vnus eſt enim ſanguis Chriſti, vnus eſt Spiritus Chriſti, qui ſufficit omnibus hominibus credentibus, ad purgandas conſcientias illorum ab operibus mortuis. Externè loti ſunt Baptiſmate ſacramentaliter. Eſt enim Baptiſmus internæ lotionis ſignificatio & obſignatio in legitimè vtentibus Baptiſmo. Nam ſi quis non legitimè vtatur Baptiſmo iuxta inſtitutionẽ Domini, is pro-
E fectò non accipit ſalutem, vt loquitur Auguſtinus, ſed iudicium. Sed aliàs de Baptiſmo.

Summa conſolatio eſt, quòd hîc Chriſtus pronunciet lotos & mundos eos, qui nec myſteria Euangelij ſatis intellexerunt, nec plenam fiduciam in Chriſtum habuerunt, ſed multùm turbabantur carnalibus cogitationibus. Etſi enim Chriſtum agnouerũt Magiſtrum, etſi Chriſtum Meſsiam crediderunt, non tamen ipſius magiſterio ſatis edocti erant, nec de vero officio
F Meſsiæ ſatis confirmati. Sic Cornelius aulicus fidem habuit, ſed admodum imbecillem: verùm docilis erat, vt Diſcipuli Domini, ideò & acceptus Deo.

Hinc nos infirmi, imbecilles & rudes, capiamus conſolationẽ, quòd Chriſtus nos non abiiciat propter infirmitatem. Nam ſi ſumus Diſcipuli Chriſti, quantumuis rudes & infirmi fuerimus, placemus & mundi habemur, modò igniculus fidei adfuerit, & ſimus dociles. Quare grati
G ſimus Chriſto, atque indies magis magisque proficiamus in ſchola Chriſti, in omni cognitione, & omni ſenſũ. Nam qui non proficit quotidie

tidie, ingratus eſt Diſcipulus, imò nomine ſolummodò Diſcipulus eſt, & non re.

Sed cur Dominus addit: *Non opus habet niſi pedes lauari?* Reſpicit Dominus ad morem eorum, qui poſtquam balneis exierunt, toti abluti, pedes, quibus terram attingunt, atque ita puluere iterum maculatos lauant. Significatur ergo hoc ſymbolo, quòd tametſi credentes toti mundi ſint, id eſt, iuſti, quoad imputationem: tamen circunferant reliquias peccati, quæ opus habẽt quotidiana ꝑ Chriſtum lotione. Qui enim nos totos lauat, lauat & pedes, & nõ alius quiſpiam. Vnde Auguſtinus: *Quotidie nobis pedes lauat, qui quotidie interpellat pro nobis.* Vanum eſt ergo figmentum eorum, qui putant reliquias peccati, & lapſus ignorantiæ & infirmitatis, ablui ieiuniis noſtris & ſatisfactionibus. Qui enim ſic ſentiunt, nolunt ſuos pedes à Chriſto lauari, ſed à ſeipſis. Quare non habent partem cum eo in cœleſti hæreditate.

At nos aliter Chriſtus docet, cùm nos iubet orare quotidie: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Et Auguſtinus: *Si enim confiteamur, ſicut ſcriptum eſt, noſtra peccata, profectò ille, qui lauit pedes Diſcipulorum ſuorum, fidelis eſt & iuſtus, qui dimittet nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate, id eſt, vſque ad pedes, quos & ipſe ſolus mundet, quibus pedibus conuerſamur in terra.* Caueamus igitur, modò Diſcipuli Domini eſſe velimus, ne rurſus ſordibus vſque ad verticem, qui toti abluti fuimus à Chriſto, repleamur. id qđ illis accidit, q̧ peccatis rurſus cõtra conſcientiam indulgent, in quibus haud dubiè peribunt, niſi de nouo purgentur à Chriſto, quod fit, cùm rurſus redeunt ad illum in vera pœnitentia, quæ ſanè pœnitentia non purgat ipſa per ſe, ſed ad purgatorem nos adducit. Pœnitentia enim eſt occaſio, non cauſſa purgationis. Cùm igitur promittitur pœnitentibus venia, ideò fit, quia pœnitẽtes ad Chriſtum confugiunt, qui ſolus eſt propiciatio pro peccatis totius mundi.

Idem iudicandum eſt de eleemoſyna, quę eſt pœnitentis. Nam hypocritarum eleemoſyna eſt abominatio, quia mens eorum & conſcientia polluta eſt. Deinde q̧a noſtra natura gignit multos errantes affectus, oremus Chriſtum vt eos lauet priuſquam voluntatem ſecum trahant, & nos totos rurſus ad verticem coinquinent. Breuiter, lotus eſt totus, vt non indigeat niſi lotione pedum, qui retinet fidem & bonam conſcientiam. Contrà verò totus immundus eſt, qui conſcientiam vaſtat, & fidei naufragium facit.

DVODECIMA.

Et vos mundi eſtis, ſed non omnes. Sciebat enim quisnam eſſet, qui eum traderet, propterea dixit, non eſtis mundi omnes.

Omnes Diſcipulos Dominus pronunciat mundos, præter Iudam traditorem. Id ideò adiecit Dominus, vt ſignificaret ſe ſcire, quid haberet in animo Iudas, cuius modò pedes lauerat, & quæ agitaret conſilia. Deinde vt Iudas adhuc præmonitus reſipiſceret. Immotum enim decretum Dei eſt: *Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.* Non ergo fato aut decreto Dei coactus Iudas, tradidit Dominum. Poterat enim eum non tradere ſi voluiſſet. Verùm plenus amore pecuniæ, non erat iam capax ſalutaris admonitionis. Quare vt ſuo vitio auarus erat: ita etiam ſua culpa proditor, non aliena. Huius exemplo moniti, primis motibus peccatorum reſiſtamus, ne voluntas tandem victa ſuccumbat.

Deinde & hoc obſeruandum eſt, quòd tametſi Dominus lauit pedes Iudę ſuis ſanctis manibus, tamen manſit Iudas immundus, Domino teſte. Fide enim caruit, per quam interna lotio fiebat. Scriptum eſt enim: *Fide purificantur corda.* non quòd fides per ſe purget, ſed quia apprehendit Chriſtum purgatorem, cuius ſolius ſanguine & ſpiritu purgamur, & ſanctificamur. Idem iudicium eſt de externo Baptiſmo, quo baptizatur adultus. Similiter de Cœna Domini. Hæc enim obſignant fidelibus promiſsionẽ, quæ ſola fide accipitur, non incluſa in aqua Baptiſmi, aut in aliis rebus externis.

SECVNDA PARS.

Poſtquam Dominus lauiſſet pedes Diſcipulorum, conſedit rurſus ad menſam cum Diſcipulis, quibus exponit rationem facti, & hortatur eos ad imitationem, idque cùm ſuo exemplo, tum vtilitate & neceſsitate propoſita. Verùm in medio orationis rurſus Proditoris mentionem facit, & indicat ſic olim prædictum fuiſſe, ne quis nefandi facti turpitudine fractus, vel offenderetur, vel deficeret. Hanc partẽ, vt omnia in noſtros vſus vtilius transferamus, articulis diſtinguam, eoſque ordine declarabo.

PRIMVS.

12 *Poſtquam ergo lauit pedes eorum, accepit veſtimenta ſua, & cùm recubuiſſet, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis.*

Allegoriam depoſiti veſtimẽti, & rurſus poſt lotionem aſſumpti hanc dicere, nõ eſt abſurdũ. Depoſitio veſtium, ſignificat humiliationem Chriſti per mortem, qua ipſe nos purgat, & lauat. Aſſumtio veſtium ſignificat exaltationem poſt humiliationem. Sed allegoria omiſſa, veniamus ad verborum Domini declarationem. Cùm ita Dominus inchoat orationem: *Scitis quid fecerim vobis,* exordiolum eſt, quo illos & attentos facit, & adducit in maiorem facti admirationem, idque in hunc finem, quo reddantur dociliores, magiſque ad imitationem inuitentur. Huic enim rei ſeruit imitationis ſchema.

SECVNDVS.

13 *Vos vocatis me Magiſter & Domine, & bene dicitis. Sum etenim.*

14 *Si ergo ego laui pedes veſtros, Domi-*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nus & Magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes.

Poſtquam Dominus exhibuit imaginẽ deiectiōnis ſuæ, indicauitq; fructum deiectionis: ſcilicet quòd p crucem & glorificetur ipſe, & glorificet alios. Nunc eandem imaginem ad Diſcipulos accommodat, hoc eſt, ad Eccleſiam, vt commendet nobis crucem, & cum cruce officia mutua humiliationis, dilectionis, ac benignitatis. Fundamentum argumenti ſumit Dominus â confeſsione Diſcipulorum & eiuſdẽ approbatione. *Vos*, inquit, *me compellantes, dicitis Magiſter et Domine.* Ergo vt me veſtrum Magiſtrum ac Dominum agnoſcitis, ita vos meos Diſcipulos & Miniſtros fatemini. *In qua re rectè facitis. Nam ſum & Magiſter & Dominus veſter.* Ex meo ergo ore pendere debetis, & mea iuſſa facere, qđ eſt ſincerorum Diſcipulorum & Miniſtrorum munus. Debet ergo Eccleſia doctrinam Chriſti anteponere omnibus doctrinis aliis, & ab eo imperata ſolummodò facere, modò velit de Chriſto Magiſtro ac Domino non futiliter gloriari. Ex quo & hoc ſequitur, quòd contrariam doctrinam & imperata, qualia ſunt Antichriſti, fugere, tanquam ſerpentis ſibilum oporteat. Sed verbis Domini duo loci Scripturæ videntur aduerſari. Vnus q̃ eſt Prouerb. 27. *Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi tui.* Alterum Matth. 23. *Nolite vocari Rabbi,* id eſt, Magiſtri ſuper terram. Reſpondeo: Neuter horum locorum prohibet veritatem dicere ſine arrogantia, ſed ſolummodò humanã ſuperbiam retundit, & veram humilitatem in timore Dei requirit. *Quomodo*, inquit Auguſtinus, *fons negat, quod bibens prædicat? quomodo lux occultat, quod videns indicat?* Hactenus fundamẽtum argumenti: nunc ipſum argumentũ, quod ex fundamento infertur, videamus. *Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus & Magiſter, & vos debetis alij aliorum lauare pedes.* Propoſitionem ponit loco totius argumenti. Aſſumptio probatur ex præſenti facto Chriſti, quã ſpontè concluſio excipit. Argumentum autem præſens ſumptum eſt, ſi vim conſecutionis ſpectes, à minori ad maius. Si Magiſter & Dominus lauit pedes Diſcipulorũ, quod minus videtur, vel Petri iudicio decorum, multò magis Diſcipuli alij aliorũ pedes lauare debent. Hoc enim magis conuenit, & eſt officium magis congruens eiuſdem Magiſtri & Domini Diſcipulis & Miniſtris. Lauare aliorum pedes, eſt ſeſe infra alios abiicere, & aliorum errata ſanare, fouereque concordiam, tolerando iniurias priuatas, quarum depulſio nocet publicæ tranquillitati, & alit diſcordiam.

TERTIVS.

15 *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis.*

Dominus factum ſuum accommodat Diſcipulis, vt illud imitentur. ὑπόδειγμα, inquit, *dedi vobis*, id eſt, præmonſtraui vobis meo facto, quid vos facere oporteat. Eſt enim ὑπόδειγμα factum alicuius ad imitãdum propoſitum, cuius accommodatio ad alios παράδειγμα dicitur: illud Latinis

A exemplar, hoc propriè exemplũ dicitur, quam tamen differentiam ſæpe autores confundunt. Vis accommodationis exempli ex collatione pſonarum non per ſe, ſed reſpectu actionũ dependet, ac ſi diceret: Si ego naturâ Dñs & Magiſter, ſicut ſeruus & diſcipulus inter ſeruos & diſcipulos fui & egi, multò magis vos, q̃ naturâ & conditione ſerui & diſcipuli eſtis mei, debetis ſeruilem veſtram conditionẽ cogitare, & vobis inuicem præſtare officia humilitatis & dilectionis.

B Etſi autem factum Domini in genere poteſt & debet Diſcipulis accommodari: tñ in ſpecie non niſi literaliter poteſt, non autẽ myſticè. Solius enim Chriſti eſt, ſi myſterium ſpectes, lotio totius & partis. Solus ſiquidem nos purgat, & mũdos facit totos. Solus enim pedes lauat, idq; non aqua, ſed ſuo ſanguine ex perfectiſsima dilectione, qua nõ vnum atq; alterum, ſed totum humanum genus complectitur, vt mundi appareamus in conſpectu Dei.

C Quomodo ergo in genere nobis Chriſti factũ accõmodabitur? Dixi ſuprà de ſymbolo lotionis pedum: Qui lauat alterius pedes, ſe infra illũ abiicit, eius ſordes abluit & abſtergit, vt ſit mundus totus. Hæc ſanè ſunt ſummæ humiliationis & dilectionis opera. Hoc ergo Dñi factum nobis in genere ad imitandum propoſitum eſt, vt ſeruiamus alij aliis p charitatẽ in quibuſuis neceſsitatibus. Hinc concluduntur omnia officia dilectionis, quibus poſſumus eſſe vſui alij aliis: D videlicet vt oremus Deũ p fratribus, quo ipſos ſuo Spiritu regat, confirmet in bono, & conſeruet à malo, vt nobis inuicem condonemus incidentia errata, vt alij aliis conſiliis adſimus, vt errantes reuocemus in viam, vt indigẽtes ſubleuemus facultatib⁹ noſtris, vt pia ἐπιεικεία tegamus, & ſanemus alij aliorũ næuos. Breuiter, vt omnia faciamus, quæ ſanctæ ſocietatis ſunt & coniunctionis in Chriſto. Quò ſimul vno corde, & vno ore Deum p Chriſtũ celebremus, piè, honeſtè E & ſanctè in hoc mundo viuentes. Qui autẽ his contraria faciunt, non Chriſtum, ſed hoſtẽ eius Diabolum imitãtur, q̃ & imitationis mercedẽ, ſempiternam confuſionẽ conſequentur, niſi reſipiſcant. Loquor de iis, q̃ ex proæreſi tales ſunt, non de iis, q̃ ex ignorantia & infirmitate labuntur, & lapſi ſtatim ſe fide erigunt, agnoſcentes ſuorum pedum ſordes, quos petũt quotidie ablui p Chriſtum. In multis enim labimur omnes, & Nazianzenus dicit: *Fieri non poſſe, vt quis ſit & F homo, & non peccet.* Et Iohannes: *Si dixerimus, peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus.*

QVARTVS.

16 *Amen, Amen dico vobis, non eſt ſeruus maior Domino ſuo, neque Apoſtolus eſt maior eo, qui miſit eum.*

Repetit Dñs συνέχον, ſeu fundamẽtũ argumẽti: *Nullus*, inq̃t, *ſeruus maior Dño ſuo, et nullus Apoſtolus maior eſt eo, q̃ ſe miſit.* Vos aũt eſtis ſerui mei, vos e-G ſtis Apoſtoli mei: ergo me nõ eſtis maiores, ſed inferiores & minores. Cũ ergo ego me infra vos abieci, vt lauerim pedes veſtros: profectò vos, q̃ me

me eſtis minores, multò magis decet, vt alij aliorum pedes lauetis, vobis inuicem per charitatem ſeruientes, & portantes alij aliorum onera. Hæc repetitio eò pertinet, vt ſciamus quàm ſeriò Dominus requirat à nobis, vt ſuum in tota vita ſequamur exemplum.

QVINTVS.

17 *Si hæc ſcitis, Beati eſtis, ſi feceritis ea.*

Hæc grauiſsima admonitio eſt, quæ eò pertinet, vt non gloriemur de cœleſtium rerum cognitione, niſi ex altera parte, ſenſus in corde, & actio in vita cognitioni reſpondeat. Ideò Paulus coniungit cognitionem, quę rerum optimarun ſcientia conſtat: & ſenſum, quo cognitionis vis in corde & opere ſentitur. Scire proinde qđ verum eſt & rectum non ſufficit, niſi & facias. Imò cognitio, cui non reſpondet actio interior & exterior, obligat ad maiores pœnas, iuxta Domini dictum: *Seruus ſciens voluntatem Domini, & non faciens, vapulapit plagis multis.* Et Iacobus ait: *Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi.* Hinc patet, quàm ſit vana gloriatio eorum, qui gloriantur de Chriſti nomine, & interim viuũt Sardanapalos, Epicuros, Nerones.

Porrò cùm hîc Dominus pronunciat Diſcipulos beatos fore, ſi fecerint quæ ſunt facienda, non loquitur de cauſſa beatitudinis, quæ nõ eſt alia, quàm meritum Chriſti, ſed de qualitate Diſcipulorum Chriſti. Eſt enim perpetuò tenendum diſcrimẽ inter proprium officium Chriſti, & noſtrum obſequium, ne confundamus cauſſas & effectus cum Papiſtis, atque ita tribuamus homini, quod eſt ſolius Mediatoris noſtri Ieſu Chriſti. Solus Chriſtus ſuo ſanguine purgat nos à peccatis. Solus Chriſtus ſua iuſticia imputata iuſtificat nos. Solus Chriſtus ſua interceſsione reconciliat nos Patri. Breuiter: Opus ſaluationis totum non eſt niſi vnius Chriſti. Verùm noſtrũ eſt fide accipere oblata beneficia, & obediẽtia noſtra declarare nos eſſe Chriſti Diſcipulos, ſeiunctos à familia Satanæ. Hinc præterea manifeſtum eſt, quanta ſit eorũ vanitas, qui oppugnant neceſsitatem nouæ obedientiæ. Nam ſi beati ſunt, qui ſciunt & faciunt: certè non ſunt beati, qui ſciunt, & non faciunt. Verùm hoc perpetuò tenendum eſt: Arbor in quocunque loco ceciderit, ibi erit, id eſt, qui in fide Chriſti moritur, ſaluus erit: qui expers fidei hinc diſcedit, manet ſub ira Dei, iuxta illud: *Qui nõ credit in Filium, ira Dei mant ſuper eum.*

SEXTVS.

18 *Non de omnibus vobis dico. Ego noui quos elegerim. Sed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat panem meum, leuauit contra me calcaneum ſuum.*

Iam tertiò proditorem ſuum admonet Dominus. Scripturæ teſtimonium, quod hîc Dominus adducit, ſumptum eſt ex Pſalmo 41. in quo Dauid conqueritur de quodam ſibi familiariſsimo, adeò vt ſit ad regiam ipſius menſam admiſ-

A ſus, qui haud dubiè vnus ex præcipuis conſiliariis Dauidis erat. Hunc conqueritur Dauid, ſibi inſidias ſtruere, & velle opprimere & delere. Sed quid hoc ad Iudam? Vt Dauid typus fuit Chriſti: ita iſte Dauidis familiaris typus erat Iudæ, qui abiit, vt Chriſto inſidias ſtrueret, malumque pararet, atque adeò ipſum opprimeret, & deleret. Nã leuare calcaneũ, eſt abire & ſtruere inſidias: vel, vt Auguſtinus interpretatur, conculcare.

B Porrò Iudas non electus dicitur, quia fuit incredulus, ſicut omnes increduli dicũtur nõ electi. Non ergo hoc ad conſilium Domini referendum eſt, quod hîc de electione dicitur, ſed ad euentum. Stat enim firmũ & immotum hoc principium: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri.*

SEPTIMVS.

19 *Iam nunc dico vobis priuſquam fiat, vt cùm factum fuerit, credatis quòd ego ſim.*

C Cur toties faciat mentionem ſui proditoris exponit, ac ſi diceret: Etſi fruſtrà Iudam toties admoneo, impulſum à Diabolo, & auaritia corruptum: tamen hæc admonitio vobis proderit. Nam cùm videritis euentum reſpondere prædictioni meæ, (euentus enim cũ prædictione congruens, veritatis diuinę obſignaculum eſt) fides veſtra de me magis confirmabitur: videlicet, vt certò ſtatuatis, me eum eſſe, quem me ſæpe eſſe dixeram, hoc eſt, Meſsiam à Patre meo miſſum D in mundum, vt tradar in manus Iudæorũ, proditus à Diſcipulo, & fiam victima pro peccatis mundi. Atq; ita fit ſæpe, cùm vnus carpitur, multi ædificantur: cùm vnus inemendabilis obſurdeſcit ad verbum Dei, multi ſalutarem medicinam indè capiunt.

Pij ergo Miniſtri Euangelij, quos ſciunt vel flagitioſè viuere, vel inemendabiles eſſe nôrunt, admoneant in cœtu publico, ſuppreſſo tamen nomine. Si admoniti non emendantur, fructus E tamen ad auditores pios, qui admonitione cautiores efficiuntur, redit. Nam ſi Chriſtus voluit proditoris ſui nomen ad tempus ſupprimere, quem tamen ſciuit inemendabilem eſſe: multò magis Miniſtros Chriſti decet, ſpe emẽdationis, abſtinere à nominibus eorũ, quos ſciuit impios eſſe & flagitioſos, niſi fortè impietas & flagitia ſint vulgo nota, & multis videntur cedere in ruinam. Tum enim Chriſti præceptũ: *Dic Eccleſiæ:* & exemplum Pauli, qui nominatim excommu- F nicat incœſtum, locum habent. Nam hoc requirit vera charitas, vt maior ratio vnitatis quàm vnius habeatur.

OCTAVVS.

20 *Amen, Amen dico vobis, Qui recipit ſi quem miſero, me recipit. Qui autem me recipit, recipit eum, qui miſit me.*

Hęc aſſeueratio iureiurando confirmata, non ſolùm ad Apoſtolos, quos Dominus tum vole- G bat animare contra ſcandalum crucis, & defectionis, ne cum Iuda proditore perirent: verũ etiam ad omnia tempora vſq; ad finem mund

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

pertinet. Recipere quem mittit Chriſtus, eſt ipſum legatum Chriſti agnoſcere, eius verbum tanquam Chriſti recipere, iuxta verbum credere, ex fide obedire, & in fide atque obedientia in finem vſque perſeuerare. Qui autem hoc facit, nō ſolùm Chriſtum ipſum recipit, verùm etiam Patrem, qui Filium miſit. Hæc igitur gradatio, q̄ recipit miſſum à Filio, recipit Filium, qui recipit Filium, recipit Patrem mittentem. Igitur qui recipit miſſum à Filio, recipit Patrem mittentē, ad conſolandos ſub cruce Apoſtolos, atq; adeò ad omnes Miniſtros Euangelij p̄tinet. Sed quomodo agnoſcitur aliquis à Chriſto miſſus eſſe? Si Chriſtum purè docet, iuxta Scripturam, verum Deum, verum hominē, vnam perſonam, & vnicum mundi Saluatorem eſſe, atq; hunc Chriſtum noſtrum fieri, cùm fide eum apprehendimus. Hîc proinde admoneantur & Miniſtri verbi, & eorum auditores. Miniſtri quidē verbi, vt ſe in omnibus ita gerant, docendo & viuendo, vt Miniſtri Chriſti ex fructibus agnoſcātur: Auditores verò vt Miniſtros, tanquā Chriſti & Patris eius legatos venerentur, eosq; audiant, tanquam ipſum Chriſtum & Deum Patrem, ſicuti ipſe ait: *Qui vos audit, me audit.*

Porrò cùm Arriani ex hoc loco concludunt tres gradus, & in medio Filium collocant, tanq̄ minorem Patre: rectè quidem id facerent, ſi ad diſpenſationis tempus reſpicerent, ſed peruerſè agunt, cùm dictum Domini ad diuerſitatē ſubſtantiæ referūt. Quantum enim ad ſubſtantiam pertinet, ipſe Dn̄s ait: *Ego & Pater vnum ſumus.*

TERTIA PARS.

Huius partis tria ſunt membra.
Primum, de perturbatione & zelo Chriſti.
Secundum, de Iuda proditore.
Tertium, de conſolatione, qua Chriſtus ſe erigit in media perturbatione.

DE PRIMO.

21 Hæc locutus Ieſus, turbatus eſt ſpiritu.

Quieſcēte verbo, perturbatur anima Chriſti, ſuſtinentis perſonam totius generis humani, cogitantis iram Dei, quam placare ſua morte debuit, videntis iamiam ſibi imminere horrendos cruciatus & opprobria, deplorantis cæcitatem cùm Iudæ, tum plurimorū Iudæorum, & eorū certum interitum, præuidentis ingratitudinem maximæ partis orbis terrarum. Tametſi autem hæc omnia iam enumerata, in perturbatione animæ Chriſti concurrunt: tamen potiſsimùm hoc loco horrorem Chriſti animæ incutit, indignitas rei, videlicet q̄ Iudas ad tantam dignitatem euectus, tam fœdè ſuum ordinē maculet, vt ipſum Filium Dei, cuius legatus non ſolùm erat, verùm etiam Patris, qui Filium miſerat, p̄deret. Hic Chriſti zelus Sanctis imitandus eſt, præſertim cùm viderint ſanctiſsimum miniſterium ab illis, vel impia doctrina, vel impura vita, vel deſertione pollui, quibus commiſſum eſt. Quòd autē Euangeliſta nō ſimpliciter dicit, Chriſtus turbatus eſt: ſed, turbatus eſt ſpiritu, id

A eſt, anima, eò pertinet, vt ſignificet, non fuiſſe ſimulatam perturbationem, ſed vehementem & veram, vt quæ animā Chriſti zelo ardentiſsimo inflammauerit propter rei indignitatē. De hac perturbatione animæ Chriſti prædictum fuit ab Eſaia cap. 53. *Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur.*

DE SECVNDO.

Huius mēbri de Iuda proditore, plures ſunt B articuli, quos ordine notabimus.

PRIMVS.

Et teſtificatus eſt, & dixit: Amen, Amen dico vobis, quòd vnus ex vobis prodet me.

Teſtificatus eſt, id eſt, palam & magna cū aſſeueratione eſt locutus, iureiurādo adhibito, tanquam teſtimonio aſſeuerationis. Atque ita hîc pulcrè docet Euangeliſta, cur Chriſtus in aſſeuerationibus ſuis multis vtatur hac forma, vel ſimC plici, vel geminata, Amen, Amen: nimirum vt ſit aſſaueratiōnis ſubiectæ teſtimonium per iuſiurandum in hunc finem, vt auditores de euentu reddantur certiſsimi. Sed videamus præſentem aſſeuerationem Chriſti: *Amen, Amen dico vobis, quòd vnus ex vobis prodet me.* En, rurſus meminit Dn̄s ſui proditoris, iam in peſsimo propoſito à Satana & propria malitia cōfirmati, adeò vt minimè motus ſit, tam miſerabili ſpectaculo perturbati Chriſti. Sed quò magis Chriſtus langueſcit, eò D magis Iudas induratur, id qd̄ accidit ſimiliter in omnib⁹ inimicis Chriſti, vt quò ſit infirmior Chriſtus in ſuis membris, & quò miſerabilior apparet ſtatus corporis ipſius, id eſt, Eccleſię, eò minùs miſereſcant, id quod in Pſalmo etiā prædictum eſt: *Super dolorem vulnerū meorū addiderunt.*

SECVNDVS.

22 Aſpiciebant ergo ad ſe inuicem Diſcipuli, hæſitantes de quo diceret.

E Non dubium eſt, valdè contriſtatos fuiſſe Diſcipulos Domini, nō ſolùm quòd toties meminerit proditionis ſuæ, quæ prodiret ex ordine Apoſtolorum. Verùm etiam quia neſciebāt, quiſnam ille eſſet, ſe mutuò intuebantur, vt vel ex ſignis aliquid colligerent. At Iudas conſcius ſui peſsimi propoſiti, hîc perfricta fronte ſedet inter Apoſtolos, particeps menſæ Domini, qui non ſolùm non flectitur ad miſericordiam, ſed F magis magiſque induratur, & nihilominus ſimulat ſe probum diſcipulum eſſe, non cogitans Dominum videre cogitationes ſuas, & conſilia peſsima. Ad eundem modum impij multi, occulti Eccleſiæ hoſtes, latitant in externa Eccleſiæ ſocietatē, machinantes Chriſto in ſuis membris interitum. Cuius rei exempla hæc ætas nō pauca ſuppeditat.

TERTIVS.

G *23 Erat autem vnus ex Diſcipulis Ieſu, recumbens in ſinu ipſius, nimirum is, quem diligebat Ieſus.*

Diſcipu-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Diſcipulum hunc, cuius hîc Euangeliſta meminit, ipſum Ioannem, ſcriptorem huius Euágelij fuiſſe, nullum eſt dubium; Verùm ita tanq̃ de alio loquitur, ne videatur ſeipſum extollere, ꝙ in tanto fauore apud ſuum magiſtrum fuerit, vt præ aliis ob ſuas virtutes diligeretur. Etſi autem omnes dilexit Chriſtus, vt Saluator communis, tamen hunc Diſcipulum, propter ſingularem haud dubiè virtutis indolem, vt homo dilexit. Pij ergo exẽplo Chriſti omnes homines, & inter eos præcipuè, omnia membra Chriſti diligant. At eos ſingulari beneuolentia complectantur, in quibus maius virtutis decus fulget. Quòd autem hic diſcipulus in ſinu, id eſt ſuper pectus Chriſti recubuerit, ſignum fuit ſingularis amoris, qui coniungit amantem amato.

QVARTVS.

24 Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, quis eſt de quo dicit.

Vt Petrus erat præ alijs feruentioribus affectibus: ita hîc quoq; ſolus, etſi Dominũ ipſum interrogare non audet, curioſius laborat. Nutu ergo dixit, non verbo, vt ſciat quis ſit, qui Dominum ſuum ſit proditurus, idque vt ipſo manifeſtato, alij eſſent extra ſuſpicionem. Porrò quòd diſcipuli non voluerunt coniecturis vllum notare, ſinceri amoris fuit, qui facit vt benè de omnibus iudicemus, priuſquam res ipſa aliter oſtendatur.

QVINTVS.

25 Itaq; cum recumberet ille ſuper pectus Ieſu, dixit ei: Domine quis eſt.

Admonitus Iohannes nutu Petri, qui ſermonis vice fungebatur, & fretus familiaritate, & Præceptoris ſui intimo amore, interrogat & quærit quis ſit ipſius futurus proditor. Neque hoc curioſitatis fuit, ſed charitatis, qua voluit certus fieri, ne de innocente aliquo conciperet ſuſpicionem.

SEXTVS.

26 Reſpondet Ieſus, ille eſt, cui ego intinctam buccellam dedero.

Dominus ad petitionẽ diſcipuli, ſigno ꝓmittit ſe indicaturum proditionis ſuæ autorẽ, qđ ideò facit, vt & alios â ſuſpicione tam nefarij flagitij liberet, & ſe præſcium eſſe futuræ per Iudá proditionis ſignificet: ex quo admirabilis bonitas Redemptoris concluditur, qui tam diu paſſus ſit eum menſæ ſocium habere, quem ſciuit ſe proditurum eſſe. Quis quæsò adeo patiens inuenitur, vt proditoris conſpectum patiatur, nedum ipſum ad menſam, prius lotis à ſe ipſius pedibus, recipiat?

SEPTIMVS.

Et cum intinxiſſet buccellam dedit Iudæ Simonis Iſchariotæ.

Signo monſtrat proditorem ſuum Iudam, quod ſignum dilectionis Chriſti erga Iudam, & coniunctionis ſymbolum fuiſſet, ſi Iudas ſeipſũ à Dño prius non excluſiſſet animo. Culpa ergo Iudæ, quod erat amoris ſignum, fit proditionis

A indiciũ. Atq; ita homines impij ſuopte vicio ſæpe faciũt ſibi indicia culpæ, q̃ ſua natura & ordinatione diuina, fuêre teſtimonia bonitatis Dei. Diuitię epulonis, teſtimonia bonitatis Dei erga ipſum fuere, verũ animus ipſius fecit, vt fierent indicia crudelitatis aduerſus pauperẽ Lazarũ, & occaſiones damnationis ipſius. Atq; ita ſæpè nimia bonarum rerum copia, ingens eſt initium malorum.

OCTAVVS.

B

27 Et poſt buccellam introiuit in eum Sathanas.

An non Satanas antea legitur immiſiſſe in cor Iudę? An nõ Lucas refert, Satanã introijſſe in Iudam, anteq̃ abijt & pactus eſt cũ Iudæis de tradendo Ieſu? Etſi aũt Satanas introiuerat antea in Iudam: tñ nunc dicitur intrare, quia plenius Iudam poſsidet & in eo operatur efficacius. Idẽ de Spiritu S. dicitur: Apoſtoli habuerũt Spiri-
C tũ S. dum Dñs eos mundos pronunciat, dicuntur tñ poſtea Spiritum S. accepiſſe, reſuſcitato Dño. Nam cũ Chriſtus ſufflaret in eos, dixit: *Accipite Spiritum S.* Et rurſus die Pentecoſtes dicũtur accepiſſe Spiritum S. quia tũc magis ſenſerunt Apoſtoli præſentiam & efficaciã Spiritus. Omnes credẽtes habent Spiritum Chriſti, quẽ tamen dicuntur accipere per fidem. Similiter omnes credentes habent Chriſtum in ſe habitantem per fidẽ, & tamen eundem dicuntur ac-
D cipere in legitimo ſacræ cœnæ vſu, propterea ꝙ tum magis ipſius efficacia ſentitur, dum fides confirmatur obſignatione diuina.

Porrò Satanas dicitur in hominem intrare duobus modis. Aliàs enim per obſeſsionem, cũ hominem torquet variis modis, cùm loquitur per os hominis, linguis homini ignotis, & cùm alijs ſignis externis ſe in homine habitare oſtendit, id quod Deus interdum permittit fieri, non tam in pœnam hominis qui obſidetur, quàm
E vt ſit alijs in ſignum, vnde appareat, quantũ malum ſit peccatũ, quod hominẽ ita tyrannidi diaboli ſubijciat. Aliàs per inſpirationem, cùm hominem occultè impellit ad facinora praua, quibus amittitur fides, & Spiritus Sanctus eijcitur. Nam cum Diabolus nouit optimè temperamentum hominis, vnde etiam ſcit ad quæ vicia maximè inclinet, ſemper imminet occaſioni, interdum obijcit ſenſibus occaſiones peccati. Non enim ignorat, ſenſuum organa viciorũ
F eſſe ianuas, ac ſæpiſsimè immiſcet ſe humoribus corporis, & eos humores mouet, adhibitis occultè inſtrumentis idoneis, ſeu venenis, quibꝰ veluti humores fermẽtantur. Hinc cogitatio naſcit̃, tanq̃ diaboli inſpiratio; cogitatio affectũ mouet; affectus magis magisq; accẽditur; accenſus affectus voluntatẽ turbat, & iudicium corrumpit. Voluntas ſi obtemperauerit affectibus & exequit̃ imperata, homo ſeruus peccati fit, & Satanę mancipium; imò tanquam domicilium.
G Hic, ſi diutius imperium obtinuerit in hominem, fit veluti quædam peccandi neceſsitas. Siquidem diuturnior conſuetudo potentior eſt,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quàm natura, vt Philo rectè dixit.

Cùm hominem obſidet Diabolus, vna via, iuxta ſcripturam, expellitur, nimirum ſobria & ardenti inuocatione, quemadmodum ipſe Dñs teſtatur, cũ ait: *Hoc genus Dæmoniorũ nõ eijcitur niſi ieiunio & precatione.* At cũ inſpiratiõe occulta diabol⁹ hominẽ agit, cõuerſione hominis ad Deũ, per fidem in Ieſum Chriſtũ, fugatur, & vera pietate excluditur, vt nõ redeat. Pietas.n. eſt flammæ ſimilis. Vt enim flãma vrit ſubiectam materiam, & illuſtrat vicinum aerem; ita pietas exũrit vicia & prauos affectus, & totam mẽtem replet lumine, qđ lumẽ princeps tenebrarũ fugit.

NONVS.

Dicit igitur ei Ieſus, quod facis fac citò.

Hæc oratio nõ eſt imperãtis, ſed permittẽtis & cõdemnantis inemẽdabilem diſcipulũ, quaſi diceret Dñs: Quod habes in animo Iuda, vt facias, nõ ſolùm nõ impedio, ſed ſponte permitto, poſtq̃ ita tibi viſum ſit, nec locum vllum miſericordiæ erga me præceptorem & Dñm tuum relinquas. Sic Deus permittit ferri ꝑ libidine impios, qui poſt multas admonitiones perſiſtunt inemendabiles. Notetur, ꝙ facere in Scripturis dicatur non ſolum, qui manum applicat operi, verumetiã qui cogitat de opere, & proponit ſe facturum ſi poſsit, idq́; cùm in bono, tum in malo. Mœchus habetur qui alienam cupit, & Abraham perfectus, propter opus quod non perfecit, ſed quod perficere propoſuit, iudicatur.

DECIMVS.

28 Hoc autem nemo intellexit diſcumbentium ad quid dixiſſet ei.

29 Quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas, quòd dixiſſet ei Ieſus, eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum, aut egenis vt aliquid daret.

Hinc apparet, quod Dñs in aurẽ dixerit diſcipulo recũbenti in pect⁹ ſuũ, de ſigno quo agnoſceretur, qui ſe eſſet proditurus, vnde etiã ſolus potuit ex ſigno dato ſcire, ꝙ Iudas is eſſet & nõ alius, de quo toties locutus erat, vt ipſum in viã rectam vocaret. Alij ergo diſcipuli, ex conſueto Dñi more, coniecturas faciunt, ſed alij aliud ſentiunt. Quidam.n. putarunt Dñm iuſsiſſe, vt Iudas emeret neceſſaria ad Feſtum. Quidam, vt eleemoſynam egenis diſtribueret. Vt ergo œconomica cura, & pauperũ ratio ad Iudã pertinebat, ita videmus, Chriſtum ſolitum fuiſſe per Iudã emere, quæ neceſſaria erant ad alendos Apoſtolos, & reliq̃as inter egenos diſtribuiſſe. Hoc ergo Chriſti exẽplum ad oẽs pariter pios pertinet, nempe vt & iuſtam domus ſuæ rationẽ habeant, & egenis aliquid pro ratione facultatum impertiantur. Vult aũt Deus ſemper in mundo egenos eſſe quoſdam, vt & ipſi egeni habeant, quo exerceatur eorum patientia; & diuites habeant, quo ſuam obedientiam Deo approbent, exemplumq́ue Dei imitentur. Ideo Dominus dicit: *Eſtote miſericordes ſicut pater veſter miſericors eſt.*

VNDECIMVS.

30 Cùm ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuò, erat autem nox.

Iudas à Diabolo impulſus, & propria auaritia dementatus, vt Dñm ſuũ proderet, iam tandem egreditur, ſed nocte ad tenebrarũ opus, vt lucẽ prodat. Antea quidem mẽte cõceperat atq; diu fouerat nefariam proditionem, iam parturit eãdem, ſed partus iſte cedit ipſi in pernitiẽ & ſempiternam miſeriam. Huius ergo mali alij cautiores reddantur.

DE TERTIO.

31 Quum ergo exiſſet, dixit Ieſus: Nunc glorificatus eſt Filius hominis, & Deus glorificatus eſt in eo.

32 Si Deus glorificatus eſt in eo, & Deus glorificabit eum in ſemetipſo, & continuò glorificabit eum.

Poſtquã Iudas abijt, prædicere cœpit Dñs paſſionẽ & glorificationẽ ſuã, vt diſcipuli cũ viderent Chriſtũ ſuſpẽdi in crucẽ, non omnino ſcandalo crucis frãgerentur, ſed aliquo modo ſe hac prædictione erigerent. Oratio Dñi obſcura eſt, tanq̃ prophetica. Quare ex euentu petẽda eſt eius interpretatio. Dolori, perturbationi, ignominiæ, proditioni, cruciq́; & morti Chriſti opponitur eiuſdem gloria. Ideò gloria Filij, hoc loco erit liberatio à dolore, per lætitiã cordis, à perturbatione, per robur animi, ab ignominia, per honorem, à proditione cruceq́; & morte, per victoriã & reſurrectionem glorioſam. Huius gloriæ cogitatio, animũ Chriſti erigit, in media lucta, vnde ſummam conſolationem percipit. Senſus ergo eſt: *Nunc glorificatus eſt Filius hominis*, hoc eſt, ego qui ſum Filius hominis, nunc rurſus ſentio cõſolationem, ſuperata hac lucta & hoc dolore, quò conflictatus ſum donec aderat Iudas. Sentio nouum animæ robur, ac lætus ac volẽs obediã Patri, certus de victoria, qua & Pater me glorificabit & ego Patrem, hoc eſt, poſtq̃ ego à Patre cõfirmatus ſum, viciſsim Pater mea obedientia, mea victoria, & mea prædicatione celebrabitur, & propter obedientiã meã, qua ſubeo mortẽ crucis, paulò poſt rurſus me Pater noua gloria in reſurrectione ornabit, idq́; in ſemetipſo, propterea quòd vna ſit gloria Patris & Filij. Atq; ita hîc Dominus, licet obſcurè, loquitur de liberatione ſui à dolore, à perturbatione, ab ignominia & cruce per victoriam ſuper morte, diabolo, inferno, &c. id eſt, per glorioſam reſurrectionẽ, quæ teſtabitur eum iuſtũ & ſanctum eſſe, victorem mortis & donatorẽ vitæ æternę.

Porrò, quod de capite hîc dicitur, etiã ad mẽbra, ſuo quodam modo, referẽdum eſt. Vt enim Chriſti dolorem, ignominiam & crucem, ſecuta eſt glorioſa victoria; ita piorum perſecutionẽ, ignominiam & crucem, breui excipiet gratiſsima liberatio, gloria & vita beata. Nam ſi cum eo patimur, ſicut Paulus loquitur, cum eo etiã regnabimus. Hinc ergo pij petant conſolationẽ ſub cruce, & contra minas tyrannorum, & quæ

uis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

uis iræ Dei ſigna, qualia his annis non pauca in cœlo conſpecta ſunt. Et cogitent vel longiſsimum tempus crucis in hac vita, non habere rationem momenti ad æternitatem, in qua ſancti reportabunt mercedem copioſam ſui laboris & patientiæ, idq́; per Ieſum Chriſtum, cuius corpori per fidem inſerti ſumus.

QVARTA PARS.

Obſcurè admodum indicat paſsionem ſuam iamiam inſtare, quã excipiet glorioſa victoria; Hortatur ad dilectionem mutuam; Petrũ prædicit ter ſe negaturum, antequam gallus canat.

Sunt ergo tria veluti membra huius partis, de qb. ordine agemus, diſtinctis per articulos.

DE PRIMO.

PRIMVS.

33 Filioli.

Hæc compellatio loco exordij eſt concionis ſequẽtis vſq; ad medium capitis 17. Eſt aũt hæc cõpellatio dulciſsima, qua nõ ſolùm Diſcipulorum ſuorũ beneuolentiã captat Dñs à ſuo paterno erga eos affectu: verũetiam, vt attẽtiſsimè q̃ dicturus eſt audiãt, facit. Neq; pertinet hæc cõpellatio ad Apoſtolos tãtum, qui tum aderant, verumetiam ad Diſcipulos Chriſti omnes omnium temporum. Ideò apud Prophetam appellatur Pater futuri ſeculi, cui ibidẽ promittitur ſemen longæuum. An non ſe fratrem noſtrum facit alibi, cùm ait: *Aſcendo ad Deum meum, & Deum veſtrum, ad Patrem meum, & Patrem veſtrum?* Idem & Pater eſt & frater. Pater quidem omnium, creatione; fidelium verò, adoptione. Hos enim ex incorruptibili ſemine verbo ſuo, & Spiritu ſuo Sancto gignit. Frater eſt, quia noſtram naturam aſſumpſit in vnionẽ perſonalem, & eundem Patrem nobiſcũ agnoſcit Deũ. Eſt ergo Deus Pater, noſter Pater; Filius Deus & homo, eſt & Pater & Frater noſter. fieri ergo nõ põt, vt pereamus, qui eundẽ habemus & Patrẽ & Fratrem & Redẽptorem. Hinc fides noſtra in huius mundi ærumnis ſe erigat. Diſcant præterea miniſtri verbi hîc à Chriſto, qũo eos affectos eſſe erga ſuos auditores oporteat. Debẽt enim eos vt filios cõplecti. Hic affectus, ſi non ſimulatè in eis fuerit, erit regula doctrinæ, admonitionis, conſolationis, caſtigationis, atq; adeò omnium partium miniſterij ipſorum, in ædificationem Eccleſiæ Chriſti.

SECVNDVS.

Adhuc pauliſper vobiſcum ſum.

Indicat Dominus his verbis abitum ſuum ad Patrem, per mortem, glorioſam reſurrectionẽ & aſcenſionẽ in cœlos, quaſi dicat: En, hoc die tradar Iudæis, flagellabor, crucifigar, moriar in cruce, ſepeliar, ſed tertia die reſurgam, & poſt reſurrectionem cõuerſabor vobiſcum 40. dies, quibus elapſis in cœlos vobis ſpectantib. aſcendam, vt vobis locum parem. Sed quomodo hoc congruit cum illa promiſsione: *Ero vobiſcum vſq; ad cõſummationẽ ſeculi?* Cyrillus ad hãc quęſtionẽ reſpondet: *Credere oportet fideles, quãuis à nobis corpore abſit, virtute tñ ſua omnia & nos gubernare, adeſ-*

A *ſeq; ſemper ipſum omnib. qui eum diligũt, propterea dicebat: Amen amen dico vobis: Vbicunq; ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Nam queadmodũ, qñ vt homo in terra cõuerſabatur, tunc etiã cœlos implebat, & Angelorũ cõſortia nõ relinquebat: eodẽ nũc modo cũ ſit in cœlis cũ carne, terram tñ replet, & cũ eis eſt, qui eũ diligũt. Obſeruãdum aũt eſt, quia quãuis ſecũdum carnẽ ſolũmodo abiturus erat (adeſt.n. ſemper virtute deitatis, vt diximus) tñ tempore modico cũ diſcipulis ſe futurũ dicebat, aptè ſeipſum nominãs, ne quis in*
B *duos filios diuidere Chriſtum audeat.* Hæc Cyrillus.

Auguſtinus duplicẽ præſentiã Chriſti facit: vnã corporalem, diuinã alterã. Corporalis, ſenſibus mortalib. patet, & ea dupliciter cõſideratr. Nam vt præſentia corporalis Chriſti, vſq; ad paſſionẽ & mortẽ, erat mortalis cõditionis, videlicet qua Chriſtus corporaliter in mortali carne verſatus eſt cũ diſcipulis ſuis: ita poſt reſurrectionẽ infirmitatis humanæ expers eſt p̃ſentia Chriſti corporalis, qua videlicet cõuerſatur cũ
C diſcipulis 40. dies poſt reſurrectionẽ, qua in cœlos aſcẽdit, quáq; inde venturus eſt iudicatũ viuos & mortuos. Diuina p̃ſentia ſenſibus ignota eſt mortalib. de qua dicit, cũ ait: *Ecce ego vobiſcum ſum, vſq; ad cõſummationẽ ſeculi.* Ergo vt idẽ Auguſtin. ait: *Et abijt & hic eſt, & redijt & nos nõ deſeruit. Corpus.n. ſuũ intulit cœlo, Maieſtatẽ nõ abſtulit terræ.* An non ergo verè copulamur humanæ Chriſti naturæ? veriſsimè ſanè, ſed modũ nobis explicat Auguſtinus cũ ait: *Queadmodum ille in nobis hîc,*
D *ſic & nos ibi in illo ſumus.* Sentit igitr Auguſtinus, humanam Chriſti naturam loci ratione à nobis abſentem, ſed nobis tñ copulatam per λόγον.

TERTIVS.

Quæretis me, & ſicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non poteſtis venire, ita & vobis dico nunc.

Cùm inquit: *quæretis me*, ſignificat ſe abiturũ corpore, videlicet per aſcenſionẽ in cœlũ, & hoc
E eſt quod dicit; *Quò ego vado, vos non poteſtis venire*, id eſt, ego aſcendam in cœlum, quò vos nõ poteſtis, ſcil. ſtatim, venire, ſed poſtea venietis abſoluto ſc. militiæ veſtrę curriculo in terra. Sicut dixi Iudæis, ſc. ſuprà cap. 7. vbi ſic ſcriptum eſt: *Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego ero, vos non poteritis venire.* Verba quidẽ Iudæis & diſcipulis dicta, conueniunt, ſed ſenſus omnino diuerſus eſt. Illic enim Dominus minatur Iudæis mortem & damnationem, propter ſuam contuma-
F ciam. Nam non venire, quò Chriſtus venit, eſt ſub morte & damnatione venire. Hic autem conſolatur diſcipulos, qui propter ſuum abitum mœſti erant, ac ſi diceret: etiamſi ſtatim non poteſtis venire, quò ego vado: tamen poſtea venietis. Vt enim ego crucem & mortem paſſus ſum, glorificandus per reſurrectionem & glorioſam aſcenſionem in cœlum: ita & vos, poſt exantlatos labores in terris, eritis mihi ſocij in regno cœleſti. Hoc etiam ad nos pertinet,
G vt huius promiſsionis cogitatione, ſub cruce nos inuictos Chriſti milites exhibeamus.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

De Secvndo.

Primvs.

34 *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos mutuo, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis vos mutuo.*

Redit ad ſignificationem lotionis pedum. Lauit Dominus diſcipulorum ſuorum pedes, in teſtimonium intimi amoris, quo eos eſt complexus. Debẽt igitur diſcipuli Chriſti ſe mutuo lauare pedes, id eſt, intimè ſe mutuo diligere.

Porrò, vt ſciãt diſcipuli Chriſti nõ ſolum exẽplo Magiſtri ſui ſe flecti oportere ad dilectionẽ mutuá, verũetiá neceſsitate obediẽtiæ impelli, ait: *Nouum mandatũ do vobis, vt diligatis vos mutuo.* Quid? Eſtne mádatũ legis diuinæ, vt homo hominẽ diligat? Eſtne lex naturæ impreſſa hominib. de mutua dilectione? Ioánes ſcriptor huius Euágelij, in 2. cap. 1. epiſtolæ ſuæ, docet, quod & vetus & nouũ ſit, idẽ dilectionis mádatũ. Ita. n. ait: *Non mãdatũ nouũ ſcribo vobis, ſed mandatũ vetus ꝙ habuiſtis à principio. Rurſus mãdatũ nouũ ſcribo vobis, quod eſt verũ in ipſo & in vobis.* Hîc Ioánes idem mádatũ, videlicet mutuæ dilectiõis, & vetus & nouũ vocat, ſed diuerſo reſpectu. Nam ſi materiá, hoc eſt ipſam doctriná, ſpectes, vetus eſt, vt quod & naturæ primorũ parentũ impreſsũ ſit, & poſtea lege Dei cõfirmatũ. At ſi formá intuearis, nouũ dicitur, q̃ formá Ioánes exprimit his verbis: *Quod eſt verũ in ipſo, & in vobis,* hoc eſt verè mádatũ nouũ eſt in Chriſto & in vobis; i. eſt nouũ cùm Chriſti reſpectu, tum reſpectu ad vos ipſos. Nam vt Chriſtus noua forma viuẽdi eſt, & viuũ omnis virtutis exẽplar: Ita. n. ipſe ait: *Hoc eſt mandatũ meũ, vt diligatis vos mutuo, ſicut ego dilexi vos:* ita nos ſpiritu ipſius, iam noui homines facti, regi debemus. Ita enim Paulus ait: *Si quis in Chriſto eſt, noua creatura eſt.* Hoc ita eſſe, cõfirmatur αἰτιολογία, q̃ ſuperiorib. verbis ſubiicit Ioánes. *Quia,* inquit, *tenebræ præterierũt, & lux vera iam lucet: qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrẽ ſuũ odit, in tenebris eſt adhuc,* id eſt adhuc vetus homo eſt, vt q Chriſtum lucem veram in ſe habitantem nõ habeat. Breuiter: vetus mandatum eſt veteris hominis, quod fit nouum, cùm innouato corde prædicatur, quia iam aliter intelligitur, & aliter fit, quá intelligebatur aut fiebat ante illuminationem mentis, & innouationem cordis.

Quidam cũ legunt hoc Dñi dictum: *Nouum mandatũ do vobis vt diligatis vos mutuo,* putãt Euangeliũ definiri nouam dilectionis mutuæ legem, ſed falluntur. Non. n. hîc docet Chriſtus, quid Euangeliũ ſit, ſed officiũ ſuorum diſcipulorum (hoc eſt eorum, qui nacti ſunt merito Chriſti remiſsionẽ peccatorũ, & iuſtificati ſunt fide Euágelij, imputata ſc. ipſis obediẽtia) oſtendat eſſe, vt ſe mutuo diligãt. Eſt proinde accuratè diſtinguendum inter proprium Euangelij officiũ, & debitũ eorum obſequium, qui recipiunt beneficia per Euangeliũ oblata. Nam confuſio Euangelij & obſequij, qđ Deo debetur, obruit Chriſti bñficia, hoc eſt, meritũ mortis & obedientię, tollit cõſolationẽ cordis, diſcrimen legis & Euágelij euertit, Phariſaicos errores parit, gratuitá iuſtificationẽ abolet, iuſtificationẽ & ſanctificationẽ confundit, cauſarũ & effectuũ confuſionem inducit. Quare imprimis cauendũ eſt, ne hîc cum Papiſtis & Enthuſiaſtis impingamus, in noſtrum ipſorum certum interitum.

Secvndvs.

35 *In hoc cognoſcent omnes quòd diſcipuli mei ſitis, ſi charitatem habueritis inter vos mutuam.*

Senſus eſt, ego Magiſter veſter, vobis diſcipulis meis & facto cõmendo charitatẽ, & mádato meo vos obligo ad mutuá dilectionẽ. Igitur par eſt, vt vos, cùm mei diſcipuli ſitis, mutuá inter vos habeatis charitatẽ. Hinc ergo homines cognoſcẽt vos eſſe meos diſcipulos, vt qui & me exemplar imitemini, & meo mádato pareatis. Hinc duæ concludũtur hypotheſes. Vna, quod vera charitas ſit nota diſcipulorũ Chriſti. Altera, ꝙ nemo, niſi ſit diſcipulus Chriſti, verá charitatẽ habeat (alioqui enim certa diſcipulorum Chriſti nota nõ eſſet) ſed ſpectrũ tantũ charitatis, & carnalem ſolũmodo affectum, eũq; impurum, vt qui à corde impuro proficiſcatur.

De charitate Chriſtiana erga proximum.

Charitas Chriſtiana, eſt rectiſsima animi affectio, ex afflatu Spiritus Sancti in cordibus piorum concepta, qua Chriſtiani inter ſe iunguntur; ſe mutuo amanter & beneuolè complectuntur: ſibi inuicem & optimè cupiunt, & optimè faciunt; cùm propter mandatum Chriſti & exemplum, tum propter κοινωνίαν illam, qua ſociantur vt membra in vno corpore, ad vnum caput quod eſt Chriſtus.

In hac Chriſtiana charitate, qua ſe mutuo cõplectuntur fideles, ſpectentur.

1. Origo:
2. Neceſsitas:
3. Dignitas:
4. Modus:
5. Gradus:
6. Effectus:
7. Fructus.

De Origine Chriſtianæ charitatis.

Paulus Timotheo ſcribens, prioris Timothei primo, originem charitatis Chriſtianæ indicat his verbis: *Finis legis eſt charitas ex puro corde, conſcientia bona, & fide non ficta.* Cùm hîc poſtremo loco fidem ponit, ſciendum eſt, quod aſcendat Apoſtolus ab effectibus ad cauſam, quia effectus proprij, ſuæ cauſæ certiſsima ſunt indicia, quod eò pertinet, ne quis ſeipſum fidei ſpectro decipiat. fides viua ſtatuit remiſſum eſſe peccatũ propter Mediatorẽ, nõ ſine ingẽti lætitia cordis. Hinc conſcientia ſanatur, & ex mala bona fit, cùm & acquieſcit in fide remiſsionis peccatorum, & abijcit malum propoſitum, & approbat Deo totam ſuam vitam per veram obedientiam. Eadem fide qua conſciẽtia ſanatur & purgatur,

gatur, cor ſimul purificatur. Huc illa dicta:
Sanguis Chriſti purgat conſcientias noſtras ab operibus
mortuis. Item: *Fide purificantur corda.* Ex hac fi-
de non ficta, & conſcientia bona, & corde pu-
ro, manat charitas fraterna, operante Spiritu
Sancto. Quare, nec cauſa, nec pars, nec meri-
tum iuſttiæ, qua ſumus iuſti coram Deo, eſſe
poteſt. Cauſa enim præcedit effectum, & non
ſequitur, id quod hîc admonere volui, vt ordi-
nem cauſarum & effectuum ſtudioſi teneant.
Fides cauſa eſt bonæ cõſcientiæ, ſimiliter & pu-
ri cordis, hoc eſt, iuſtificati fide. Ex his quoni-
am charitas oritur fraterna, ſequitur charita-
tem fraternam non meritum, non cauſam, non
partem, ſed iuſtificationis finem eſſe, vt hîc Pau
lus clariſsimè docet.

Porrò, cùm Apoſtolus dicit charitatem oriri
ex fide nõ ficta, indicat, ꝙ vbi ficta ſit fides, ficta
ſit & charitas: & vbi ſincera ſit fides, ſincera ſit
& charitas: & vt fides ſincera creſcit, ita charitas
etiam incremẽta facit. Cùm ergo mẽs illumina-
tur vero iudicio, per verbũ & Spiritum Sanctũ,
& cor fide purificatur, cogitat immẽſam miſeri-
cordiã Dei erga ſe, guſtat quã ſuauis ſit Dñs ſpe
rãtib. in ipſum, guſtat bonũ Dei verbũ, & donũ
cœleſte, & virtutes futuri ſeculi, incipit magis
magisq; ardere dilectione Dei, qui filio ſuo non
pepercit; inflãmatur admirãda dilectione filij, ꝗ
voluit deriuare in ſe irã patris, ne nos perirem⁹;
accẽditur Spiritu Dei, qui eſt amor ſubſtãtialis,
quo Pater & Filius iungũtur. Hinc vt ſumma lę
titia in corde: ita gratitudo erga Deũ naſcitur,
& promptitudo quædã, & alacritas ad pręſtãdã
illi verã obedientiã: ſtudiũ coniungẽdi ſe illi ve
ro amore, & quoniã Pater & Filius requirũt gra
titudinis erga ſe ſignum & teſtimonium, à con-
uerſis fraternam charitatẽ, parere illis ſtudent
pij, & vtriuſq; mandatũ & exemplum ſibi pro-
ponunt, cogitãtes ſimul ſe & eiuſdem corporis
Chriſti membra eſſe, & cohæredes vitæ æternæ
in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Cum hîc Spi-
ritus Sanctus, qui eſt Spiritus Patris & Filij cõ-
munis, iũngitur cordi humano, ex illa coniun-
ctione efficitur charitas illa ſancta, quã Chriſtia
nã nominamus, quæ quotidiana incremẽta ca-
pit ex cognitione Dei, & alijs pietatis exercitijs.

De neceſsitate charitatis Chriſtianæ.

Cùm charitas Chriſtiana caput ſit obedien-
tiæ erga Deum, eius cauſæ in genere erũt, quæ
obedientiæ ſeu bonorum operum recitari ſo-
lent, videlicet neceſsitas, dignitas, præmium. ve
rùm hoc in loco nos de neceſsitate charitatis
Chriſtianæ dicere ſtatuimus.

Primũ itaq; Chriſtiana charitas omnib. pijs
neceſſaria eſt, vt iuſtũ debitũ: *Nemini,* ait Paulus
Rom. 13. *quicquam debeatis, niſi vt vos mutuo diliga-*
tis. Si ergo debitum eſt mutua charitas, iuſticia
poſtulat vt illud ſoluas.

Sed cur hęc fraterna charitas eſt debitũ? Pri-
mũ propter mandatũ Dei, quo obligãtur homi
nes ad mutuã charitatẽ, iuxta illud: *Dilige proxi-*
mũ tuum ſicut teipſum. & Chriſtus ait: *Nouũ manda-*
tũ do vobis, vt mutuo diligatis. Et Paulus: *Charitatem*
A *fraternitatis diligite.* Qui igit̃ hoc debitũ non ſol-
uit, quãtum quidẽ in ſe eſt, Deo cõtumaciter ſe
opponũt, Redẽptoris ſui præceptũ contẽnunt,
& Spiritui Sancto reſiſtũt, atq; pœnas cõtuma-
ciæ ſibi accerſunt. Deinde debetur mutua cha-
ritas naturali obligatione. Nam natura obligati
ſumus, idq; ordine diuino, ad nos mutuo dili-
gẽdos. Qui hãc naturalem obligationẽ pro ni-
hilo habet, legis naturę contemptor eſt. Tertiò,
obligatio eſt ſpiritualis, quæ eſt ſolummodo
B eorũ, qui vnum corpus conſtituũt, cuius caput
eſt Chriſtus, & vno Spiritu Chriſti reguntur,
cuius Spiritus eſt ſpirare charitatem. Huc per-
tinet ſimilitudo Paulina, de mutua affectione
membrorum eiuſdem corporis inter ſe.

Secũdò, Chriſtiana charitas eſt neceſſaria, vt
vera & germana nota Chriſtianiſmi. Eſt autem
Chriſtianiſmus, nõ ſolũ publica Chriſtianæ reli
gionis ꝓfeſsio, verũetiã, idq; multo rectius, Chri
ſti imitatio, atq; adeò Dei, vt Gregorius Nyſſe-
C nus rectè docet. Iam aũt Chriſtus, quẽ nos imi-
tari neceſſe eſt, modò ipſius Diſcipuli eſſe veli-
mus, cõmẽdat nobis charitatẽ tribus, ſymbolo,
facto, ꝑcepto. Symbolũ eſt lotio pedũ. Lauit. n.
Chriſtus ſuorũ Diſcipulorũ pedes, vt iſta lotio
ſymbolum officiorũ mutuorũ inter Diſcipulos
Chriſti eſſet. More. n. Scripturæ, & vſitata ſynec
doche, particulare factũ ꝓ vniuerſo gñre ponit̃.
Cũ igitur lauare pedes alterius, ſit humanitatis
& dilectionis opus, omnia opera humilitatis &
D dilectionis, ſymbolo lotionis pedũ cõprehẽdun
tur. Factũ Chriſti eſt, quod ipſe oẽs diſcipulos in
finẽ vſq; amauerit, nõ ſolũ beneuolẽdo omnib.
verũetiã multa bñficia ꝑſtando, corripiẽdo errã
tes, cõſolãdo puſillanimes, verũetiã tradẽdo ſei
pſũ in mortẽ ꝓ ipſis, & qđ mirũ eſt, ſuũ ꝓdito
rẽ amauit, fouit, aluit, lauit illi pedes. Hoc nos i-
mitari oportet, mõ germani ei⁹ diſcipuli eſſe &
haberi velimus. Præceptũ Chriſti eſt Ioã. 15. *Hoc*
mãdo vobis, vt diligatis vos inuicẽ. Si ergo nõ mouet
E nos ſymbolũ, nec factũ, nec mãdatũ Chriſti, ver
bis ꝗdẽ, ſed nõ re, diſcipuli Dñi ſumus. Memo-
res igitur ſimus dicti Dñi: *Ex hoc cognoſcent oẽs vos*
meos diſcipulos eſſe, ſi mutuã charitatẽ habueritis. Hinc
iã promptũ eſt cõcludere, cur illa charitas, quã
Chriſtus à nobis reꝗrit, dicat̃ Chriſtiana, videli
cet: cũ quia Chriſtianos decet, qui Chriſtũ ma-
giſtrũ habent exẽplar vitæ, tũ quia Chriſtianos
ſeiungit ab omnib. aliis ſectis mundi & fictis fra
tribus, qui Chriſtum Magiſtrum aut non agno
F ſcunt, aut imitari recuſant.

Tertiò, Chriſtiana charitas neceſſaria eſt, vt na
turalis fidei ꝓprietas & teſtimoniũ Spiritus S.
habitãtis in corde credẽtis. Sumus. n. templum
Spiritus S. modò verè credimus. Si ergo Spiri-
tus S. habitat in diſcipulis Chriſti, certè in illis
ſpirat tales motus ſeu affectus, qualis ipſe eſt.
Quare cùm ſit amor Patris & Filij, non poteſt
non ſpirare amorem Dei & hominum, in qui-
bus habitat. Breuiter, adeò neceſſariò cohæret
G fraterna dilectio cum fide, vt ſublata fraterna di
lectione, fides nulla ſit in corde, niſi ficta. I-
deo à Iohanne dictum eſt: *Qui non diligit, manet*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

in morte. Si in morte manet fide viua vacuus eſt. Fides igitur viua, qua apprehenditur miſericordia Dei, cogitatione quidem à charitate poteſt & debet ſeparari, reipſa verò minimè: tametſi accuratè ab illa diſtinguenda eſt. Similiter vbi non eſt Chriſtiana charitas, ibi nec hominis cor, Spiritus Sancti templum exiſtit. Ideo Iohánes ait: *Si diligimus nos mutuo, Deus in nobis manet.* Proinde, ſi non diligimus nos mutuo, Deus nequaquam in nobis manet. Eodem pertinet & illud: *Deus charitas eſt, & qui in charitate manet, in Deo manet & Deus in eo.* Fruſtra proinde gloriatur de fide & Spiritu Sancto, qui Chriſtianæ charitatis expers eſt.

Quartò, Chriſtiana charitas neceſſaria eſt, neceſsitate cohærentiæ. Ita enim cohæret cum dilectione Dei, vt neutra poſsit conſiſtere ſine altera. Ideo Chriſtus præceptum de dilectione proximi, ſimile dicit præcepto de dilectione Dei. Idcirco Iohannes dicit: *Si quis dixerit diligo Deum & fratrem ſuum odit, mendax eſt: Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere?* Idem concludit Iohannes ab effectu charitatis, cùm ait: *Quicunque habuerit victum mundi huius & viderit fratrem ſuum egentem & clauſerit viſcera ſua ab eo: Quomodo charitas Dei manet in eo?* Proinde qui proximum non diligit, nec Deum diligit. Deinde qui non diligit membra Chriſti, quomodo poteſt Chriſtum ipſum diligere? Sicut ergo odium proximi ſignum eſt & teſtimonium quod Deum non diligas, quod Chriſtum caput non ames: Ita dilectio proximi ſignum & teſtimonium eſt, quòd Deo Patri & Filio ipſius Chriſtò, vinculo Spiritus Sãcti, hoc eſt, vero amore cohæreas.

Quintò, Chriſtiana charitas neceſſaria eſt, neceſsitate conſeruationis ſanctæ fraternitatis, hoc eſt, ſocietatis Sanctorum, qua ſocietate & iuncti Patri filioque ſumus, & inter nos ſociamur. Vtriuſque conſociationis Symbolum eſt vnus panis in ſacra Chriſti cœna. Huc etiam illud pertinet, *Charitas eſt vinculum perfectionis*, videlicet quia incolumitas, integritas, ſocietas & arctiſsima coniunctio membrorum corporis Chriſti, id eſt, Eccleſiæ charitate fit & cõſeruatr.

De dignitate Chriſtianæ charitatis.

Magna dignitas charitatis Chriſtianæ eſt, quòd ea proximè homines ad Deum accedunt, ſocij electorum & caſtiſsimorum Angelorum, qui caſtiſsimo amore Deo iuncti, homines, eoſque præcipuè qui Chriſti membra ſunt, proſequuntur. Hæc charitas ferro ignito ſimilis eſſe prædicatur. Nam vt ferrum ignitum ſimile eſt igni: Ita anima hominis, ignita vera charitate, Deo eſt ſimilis. Vnde illud Bernhardi: *Si Deum diligis, Deus es: Si cœlum diligis, cœlum es: Si terram diligis, terra es.* Hæc charitas nobiliſsima quædam gemma dicitur, qua Chriſti crux pulcherrimè ornatur. Hæc eſt ornamentum templi Spiritus Sancti, quod eſt cor fidelis hominis, eſt pulcherrimum. Hæc odor eſt bonæ fragrantiæ in templo Dei. Nam vt odium veluti fœtor quidam eſt impuriſsimi Spiritus, qui Sanctum Dei Spiri-

A tũ ex corde hominis expellit: Ita charitas Chri-
ſtiana thymiama eſt, Spiritui Sancto in templo
ſuo habitanti, ſuauiſsimum & gratiſsimum, quo
& Angeli & homines ſuauiter recreantur.

Paulus 1. Corinth. 13. excellentiam, & dignita
tem charitatis Chriſtianæ deſcripturus: quatu-
or potiſsimum Argumentis eam extollit, quæ
ordine aſcribemus.

Primum ſumitur à comparatione charitatis
ad alia dona, quibus homines excellere viden-
B tur, & concluditur hoc modo: Quæcunque ſunt
eius naturæ vel conditionis, vt ſuis poſſeſſori-
bus nihil proſint, niſi coniunctam habeant cha
ritatem moderatricẽ, meritò charitati cedunt,
eique poſtponũtur, cuiuſmodi ſunt, genera lin-
guarum, dona prophetandi, myſteriorum diui
norum ſcientia, fides edendorum miraculorũ,
facultatum diſtributio in pauperes, martyrium
pro confeſsione doctrinæ ſuſceptum, hæc igi-
tur merito charitati cedunt & poſtponuntur.
C Iam ſi charitas eminet ſuper ea quę maxima vi-
dentur in mundo, & in omnium ſunt admira-
tione, quis quæsò ſatis dignitatem veræ charita
tis extulerit? Ideo Paulus dicit; *Si linguis homi-
num loquor & Angelorum, charitatem autem non ha-
beam, factus ſum æs reſonans, aut cymbalum tinniens,
& ſi habeam prophetiam & nouerim omnia myſteria
omnemq́ue ſcientiam, & ſi habeam omnem fidem, adeò vt
montes transferam, charitatem autem non habeam, ni-
hil ſum, & ſi inſumam alendis egenis omnes faculta-*
D *tes meas, & ſi tradam corpus meum vt comburar, cha-
ritatem autem non habeam, nihil iuuat.* Qui ergo ſu-
perbit linguarum cognitione, qui tumet maxi-
marum rerum ſcientia, qui myſteriorum inter-
pretationẽ nouit, qui liberalitate in egenos e-
minet, qui multa ſe aduerſa propter fidei Chri
ſtianæ cõfeſsionem paſſum eſſe gloriatur, quid
eſt præter meram vanitatem, niſi hæc condian-
tur Chriſtiana charitate? Sunt quidem hæc ex-
cellentia dona, quæ aliis vſui eſſe poſſunt: Ve-
E rùm illi qui ea poſsident, nihil prorſus iuuant,
ſed magis obſunt, niſi vera charitas adfuerit.
Non igitur mirum eſt, his omnibus ſolam cha-
riratem anteponi ab Apoſtolo.

Secundum Argumentum, ex quo concludit
Apoſtolus excellentiam charitatis, petitur ab
Adiacentibus & effectis charitatis. Meritò di-
gniſsima ea virtus habetur, quæ ſine inuidia,
inſolentia, faſtu, auaritia, ira, &c. omnia patien-
ter fert, benignè agit, delectatur iuſtitia, cõgau-
F det veritati. Breuiter: Omnia fert, omnia cre-
dit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, quæ ferre, cre-
dere, ſperare & ſuſtinere pietas ſuadet. Hæc au-
tem vna charitas facit ſyncera. Hinc illa enco-
mia charitatis apud patres, quod aliâs dicatur
mater virtutum, aliâs radix omnium bonorũ,
aliâs pacis vnda, ros gratiæ, ſemen concordiæ.

Tertium Argumentum, quo excellentia &
dignitas Chriſtianæ charitatis demonſtratur,
petitur à duratione charitatis: Bona diuturnio-
G ra præferenda ſunt minus diuturnis. Charitas
autem eſt magis diuturna, quàm alia quæuis
dona, quibus donantur homines in hac vita.

Nam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Nam charitas nũquã excidit aut aboletur, ſicut alia dona ꝑfuncta ſuo in hac vita miniſterio ceſſabunt & abolebũtur. Proinde charitas iure dignior eſt alijs donis, & excellentior habetur. Aſſumptio Pauli eſt, cuius hæc ſunt verba: *Charitas nunquã excidit ſiue prophetiæ abolebuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue cognitio abolebitur.* Siquidem & docendi & diſcendi finis clauditur intra huius vitæ terminos; in æterna aũt vita Deo conformes erimus, & omnia videbimus in ipſo Deo, vt non ſit opus docendi miniſterio.

Quartum Argumentum Pauli ſumitur à collatione Chriſtianarũ virtutũ inter ſe. Ea virtus, quæ alijs maior eſt, meritò digniſsima & excellentiſsima cenſetur. Nunc autem cũ tres ſint virtutes Eccleſiæ Dei propriæ, quæ Theologicæ vulgò appellantur, ad diſcrimen earũ quas Philoſophia tradit, videlicet Fides, ſpes & charitas. Ita enim Paulus inquit: *Fides, Spes & charitas, ſed maior iſtis charitas:* Meritò proinde & excellẽtior & dignior habet͂. Sed quì fit vt charitas ſit fide maior, qua fide iuſtificamur, renaſcimur, Chriſtus in nobis habitat, ipſa deniq; charitas cócipitur & gñratur? Ideò maior fide & ſpe dicitur charitas, quia vis eius maior eſt inter homines & latius ſe diffundit in vſus humanos. Deinde, quia nunꝗ abolebitur, vt quæ hic inchoata, in æterna vita perficiatur. Superuacanea.n.fides eſt in futura vita, cùm res euidenter apparent. Si enim fides eſt earum rerum quæ ſperantur ὑπόστασις, rebus iam apparentibus, fide non amplius opus eſt. Ita etiam ſpes eſt illic ſuperflua. Spes enim quæ videtur non eſt ſpes. Quod enim videt quis, quomodo ſperat? At illic charitas manebit & conſummabitur, ea conformitate quam cum Deo habebimus. Hic rurſus reuocemus in memoriam. Quòd vt fide iuſtificamur, naſcimur filij Dei: Ita charitas non cauſa, ſed ſignum eſt, quòd iuſtificati ſimus & filij Dei nati.

De modo Chriſtianæ charitatis.

Modus Chriſtianæ charitatis in genere eſt, vt non ficto animo, ſed ſyncero & vero corde nos inuicem diligamus. Nam ſi vera eſt fides & viua, veram charitatem & viuam parit. Scriptura plures modos dilectionis præſcribit. Vnus eſt cùm præcipitur: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Hic modus ergo eſt Chriſtianæ charitatis, vt diligamus proximos noſtros, vt nos ipſos. In hoc modo dilectionis, finis, regula & ratio ſpectanda ſunt.

Finis ex mandato intelligitur, videlicet vt diligamus proximos propter Deum, quod cũ fit, charitas noſtra ſancta eſt.

Regula eſt, *Odite malum & adhærete bono,* in bono igitur & non in malo proximum diligere debemus, ex quo fit vt dilectio noſtra ſit iuſta.

Ratio eſt, vt ipſum proximum non propter noſtram vtilitatem & commodum diligamus, ſed propter ipſius vtilitatem & commodum. Quod cum fit, vera eſt dilectio. Cum igitur modus dilectionis proximi, ſit menſura dilectio-

A nis tui ipſius, & tu teipſum ſanctè & iuſtè, & verè debeas diligere, ſequitur quòd dilectio proximi debeat eſſe ſancta, iuſta, vera.

Alius modus dilectionis eſt, quem ipſe Dominus ſuis commendat diſcipulis, cum ait: *Diligite vos mutuo, ſicut ego dilexi vos.* Hic Chriſtus ſeipſum regulam charitatis Chriſtianæ ſtatuit. Sed quomodo Chriſtus nos diligit? Etſi charitas Chriſti, qua nos diligit, omnem ſenſuum noſtrorum & rationis noſtræ menſuram
B excedit: tamen docendi & conſolandi gratia, ad quatuor particulares modos referri poteſt, qui ſunt: Chriſtus diligit nos gratis, iuſtè, maximè & conſtantiſsimè.

Primum diligit nos gratis: Gratis, hoc eſt, abſque merito noſtro, & nullo beneficio à nobis prouocatus. Quomodo enim beneficijs eorum prouocaretur, qui erant ipſius inimici & mancipia Diaboli, nec vt à nobis accipiat quicquam: bonorum enim noſtrorum non e-
C get, ſed vt nobis donet aliquid. Qui ergo decreuit Chriſtum exemplar charitatis ſibi proponere, non ſuam vtilitatem, ſed proximi ſpectabit, vt charitas ipſius ſit gratuita & non mercenaria. Vnde Paulus Philippen. capite ſecundo: *Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum.* Et Roman. cap. 12. *Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod eſt alterius.*

Deinde, Dominus ſuos iuſtè diligit, diſcernens inter id quod à Deo habent homines: &
D id quod à Diabolo ſuaque culpa, hoc eſt, Chriſtus hominem amat, non vicia hominis, ſed ea carpit, corrigit, emendat: ita nos, modò Chriſtum imitari velimus, diſcernemus inter perſonas & vicia. Perſonas amabimus propter Deum: vitia vel tegemus vel emendabimus charitate. *Charitas enim,* iuxta Salomonem, *operit multitudinem peccatorum.*

Tertiò, ſuos Chriſtus diligit maximè, adeò vt vitam ſuam pro ipſis poſuerit. Iohannes ca-
E pite decimoquinto: *Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Hunc dilectionis modum Iohannes prima Epiſtola, Ioannis tertio, accommodat piis, cùm ait: *In hoc cognouimus charitatem Dei, quòd ipſe animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Hîc habemus & exemplar dilectionis proximi & imitationis modum. Exemplar eſt Chriſtus ipſe, qui poſuit animam ſuam pro nobis. Ita enim Paulus ait: *Commendat Deus*
F *ſuam charitatem erga nos, quòd cum adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus ſit.* Imitationis modus eſt, vt nos, priuſquam ſinamus proximos noſtros perire, pro ipſis pericula vitæ adeamus. Ideo Bernhardus dicit: *Sit fortis & conſtans amor tuus, nec cedens terroribus, nec ſuccumbens laboribus.* Hinc veræ & Chriſtianæ charitatis definitio ſumi poteſt, videlicet: Quòd ſit affectus cordis intimus, quo ita proximum amore complectimur, vt ſalutem ipſius noſtræ præ
G ponamus vitæ.

Denique, Chriſtus conſtantiſsimo amore ſuos diligit. Ita enim Iohannes ait: *Cùm dilexiſ-*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſet ſuos qui erant in mundo, vſque in finem dilexit eos. A Non ergo debet Chriſtiana charitas eſſe inconſtans, & vices fortunæ imitari, hoc eſt, non debet imitari hirundines, quæ tempore æſtiuo & iucundo aduolant, & cum hominibus habitare gaudent: ſed hyeme & aſperiori tempore rurſus auolant. Rectè proinde quidam ex Patribus ait: *Germana charitas ſimilis eſſe debet Carbunculo, qui non minus noctu quàm die rutilat & ſplendet.* Debet ergo vera charitas in proſperitate amicorum gaudere, in aduerſitate condolere, B adiuuare pariter & conſolari. Hanc membrorum συμπάθειαν aliquoties commendat nobis Paulus. Huc pertinet illud Iohannis: *Filioli mei, ne diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.* Hic diſcernit Iohannes inter hypocriticam charitatem, & Chriſtianam. Hypocritæ verbis & lingua ſolummodo charitatem iactant abſque ſyncero dilectionis affectu, & abſque veris officijs charitatis. De hac Hypocritica charitate loquitur Iacobus, cum ait capite ſecun- C do: *Si frater aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis, ite in pace, calefacimini: non dederitis autem illis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit?* Sed piorum charitas ex vero cordis affectu ad opera & officia charitatis, exemplo Chriſti proficiſcitur. Nam plena ratio charitatis veræ & Chriſtianæ, conſiſtit in affectu cordis fide purificati, in linguæ teſtificatione, & in operum exhibitione, iuxta verſiculum: D

Tu fer opem miſeris affectu, munere, verbis.

Horum vnum ſi defuerit modo poſsis, charitas tua languet, vnde fidei languor concluditur.

De Gradibus Chriſtianæ charitatis.

Gradus charitatis Chriſtianæ ſpectentur dupliciter. Primum enim quatenus ipſa charitas in ſe cōſideratur. Deinde reſpectu eorum quos amare iubemur.

Quantum autem ad ipſam charitatem in ſe, vt in homine eſt, attinet, ſciendum eſt, quòd E gradibus variet, ſicuti ipſa fides, ex qua naſcitur, creſcit & augmenta capit. Hæc fides dum concipitur, valde tenera eſt, concepta creſcit & ad perfectionem paulatim progreditur, tametſi ad perfectionem, ſi gradus reſpicis, in hac vita peruenire non poteſt, nihilominus tamen perfecta eſt ſubſtantia, dum in Chriſtum recumbit & ex eo ſolo pendet. Ad eundem modum & charitas ſe habet, vnde Auguſtinus, ſcribens in Catholicam Iohannis, ait: *Charitas cùm fue-* F *rit nata, nutritur: cùm fuerit nutrita, roboratur; cùm fuerit roborata, perficitur.* Quibus verbis ſignificat Auguſtinus, charitatem intus in corde creſcere, & gradus augmenti acquirere maiores, vt ipſe nouus homo creſcit & augeſcit in Chriſto. Monentur ergo pij vt flabellis fidei, inuocationis, gratiarum actionis, aliorumque piorum exercitiorum ſe ipſos excitent, quo & nouus noſter homo magis magiſque adoleſcat, donec ad perfectionem peruenerit, & ipſa cha- G ritas, ex fide nata, nutriatur quotidie, roboretur ac ſummo conatu ad perfectionem tendat.

A Deinde ſpectentur Gradus charitatis Chriſtianæ, reſpectu eorum qui à nobis diligendi ſunt. Loquimur autem de charitate inter homines, cuius Paulus duos gradus facit.

Vnum domeſticorum fidei. Alterum aliorum. Iubet enim Paulus nos eſſe beneficos erga omnes & maximè erga domeſticos fidei. Domeſticos vocat eos, qui ſunt in eadem qua nos familia Domini, cuius character eſt fides, qua & aſſumimur in familiam Domini, & in ea mane- B mus vt filij eiuſdem patrisfamilias. Hos enim & propter Deum, & in Deo, nos diligere oportet. Propter Deum quidem, quia hoc præcipit nobis Deus. Et in Deo, in quo ſunt nobiſcum per fidem. Omnes enim qui credunt, à Deo nati ſunt filij Dei, & in Deo ſunt, & Deus in illis. Vt ergo naturali lege magis eos qui nobis proximè ſunt iuncti, vt qui ſunt in eadem familia nobiſcum: ita Paulus vult nos magis beneficos eſſe erga fratres, qui nobis neceſsitudine ſpirituali C coniuncti ſunt.

Quantum aūt ad eos attinet, qui non ſolum ſpirituali neceſsitudine nobis cōiuncti ſunt, verùm inſuper etiam carnali neceſsitate nobis ſociantur, vt parentes & liberi, mariti & vxores, liberi inter ſe, item cognati, alijq; remotiores, qui ſunt à ſtipite: item qui affinitate iunguntur; ipſa natura docet, quòd eos ſingulos ſuo ordine aliis, id eſt, non coniunctis nobis carnali neceſsitudine, anteponamus. Nam vt Paulus inquit: *Qui* D *domeſticos negligit, infideli deterior eſt.*

Verùm ſi ita accideret, vt parentes, fratres, liberi alijq; cognati & affines eſſent impij ac veræ religionis perſecutores, tum ijs præferendos eſſe pios vel remotiſsimos à naturali neceſsitudine ſtatueret. Nam domeſtici fidei, iuxta Pauli regulá, alienis à familia Dei ſemper p̄ferēdi ſunt.

De inimicis habemus præceptum Domini: *Diligite inimicos veſtros.* Et Paulus ait: *Si eſurit inimicus tuus, ciba eum: ſi ſitit, da illi potum; Hoc enim ſi fe-* E *ceris, carbones ignis coaceruabis in caput eius.*

Sed qūo Chriſti præceptum & Pauli, cōgruunt cum dicto Dauidis Pſal. 16. *In cuius conſpectu malignus contemptus eſt.* Item Pſal. 119. *Nónne odientes te Domine oderam.* Item: *Perfecto odio oderam eos.* Pręterea Chriſtus Luc. 14. ait: *Si quis venit ad me, nec odit patrem ſuum, ac matrem & vxores & liberos, & fratres & ſorores, & amplius quoq; animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Primùm ad hæc omnia dicta & ſimilia in ge- F nere dico, quod odium his in dictis per Metalepſin, ſignificat ſeiunctionem & fugam parentū eorum, qui Chriſti Euangelio aduerſantur & aduerſus ipſum arma capiunt.

Secundò dico, diſcrimē inter inimicos tenendum eſſe, hoc videlicet: Aut tuæ perſonæ ſunt inimici, quauis de cauſa: Aut Eccleſiæ hoſtes, cuius ciuis es: Aut Reipub. in qua viuis Quocunq; horum modorū aliquis inimicus eſt, foue illum, ſi de vita periclitatur, cibo, potu, veſte, &c. Idq; G exemplo Dei Patris, qui ſinit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper vtroſq;. Si tibi inimicus eſt tūa culpa, reconciliare ei, ſi potes;

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tes:ſin minus, relinque Deo cauſam tuã. Si Ec-
cleſiæ Dei hoſtis eſt aliqͣs,ora Deũ,vt vel ipſum
cõuertat:vel ſi reſipiſcere nolit,impediat furorẽ
eius aduerſus ſuam familiã. Deinde ipſe reſiſti-
to ipſius furorib.& precib.& conſilio cũ ciuibus
Eccleſię inito.At ſi Reip.in qua viuis, hoſtis eſt,
& inſurgit contra rempub.armis,iubente magi
ſtratu,arma aduerſus illum capito, non tanquã
contra beſtiam,ſed contra hominem,quem di-
ligere iuberis. tunc enim neceſsitate te eius fu-
rori opponere cogeris. Sic Abraham,ſic Dauid,
& ſic multi alij ſancti feciſſe leguntur,qui tamẽ
in Scripturis propter pietatem laudantur.

Verùm hic obijci poteſt dictum ſapientis,Sa
pient.14.*Deus ex æquo*,id eſt ſimiliter, odit impi-
um & impietatem ipſius. Si ergo Deus non ſo-
lum odit impietatẽ, verũetiam hominẽ, in quo
eſt impietas: profectò nos non debemus eum
diligere, quem odit Deus. Reſpondeo. Deus
odit impietatẽ hominis per ſe. Hominem verò
per accidens,hoc eſt,ratione obſtinatæ cõtuma
ciæ, non ratione naturæ, quam Deus vellet nõ
perire,modò homo reſipiſceret. Ita & nobis lice
bit hominem odiſſe ratione vitij,non naturæ.

Auguſtinus lib.1. de doctrina Chriſtiana cap.
23. ſic ordinat gradus charitatis: *Quatuor*, inqͭ,
*ſunt diligenda. Vnum quod ſupra nos eſt, vt Deus ipſe.
Alterum quod nos ſumus. Tertium, quod eſt iuxta nos,
id eſt, proximus noſter. Quartum, quod eſt infra nos,
quod eſt quicquid ad nos pertinet,hoc eſt,quicquid noſtri
cauſa conditum eſt,ſiue quantum ad loci rationem atti-
net,ſupra nos aut iuxta nos,aut infra nos ſit. De Secun-
do,* inquit, *& quarto, nulla præcepta danda erant,quia
ea inconcuſſa naturæ lege diligimus.*

De effectibus Chriſtianæ charitatis.

Chriſtiana charitas ſimilis eſt fonti, ex quo
multi fluunt riuuli. Fons ipſe cor hominis eſt,
quod primũ dulciſsimo charitatis liquore per-
funditur, & veluti balſamo quodam ſuauiſsi-
mo refocillatur. Riuuli ſunt actiones omnes &
officia charitatis,quibus alij veluti aſperguntur
& reficiuntur.Hinc ergo primùm diſcrimen ef-
fectorum Chriſtianæ charitatis petamus, vt a-
lia Chriſtianæ charitatis effecta hominẽ ipſum
in quo eſt ſolummodo attingant,alia foras pro-
deant in vſus aliorum. Sed primum de priori ge
nere dicamus.

Quantum igitur ad ipſum hominem atti-
net,in quo eſt Chriſtiana charitas, hæc potiſsi-
mum operatur.

Primùm, Chriſtiana charitas eſt conſerua-
trix & cuſtos bonæ conſcientiæ. Nam vt ſcri-
ptum eſt,primæ Corinth. decimotertio: *Chari-
tas non cogitat malum.* Item ad Romanos capite
duodecimo: *Charitas malum non operatur.* Iam ſi
charitas nec cogitat nec operatur malum, opti-
mo iure bonæ conſcientiæ cuſtos & conſerua-
trix prædicatur. Siquidem qui nec cogitat nec
operatur malum, ſemper bonum propoſitum
retinet,ſemper vitia premit, ſemper abſtinet ab
iniuria proximi, & gaudio Spiritus & placatæ
conſcientiæ delectatur. Quantum autem bonũ

A hoc ſit, nemo ſatis oratione explicare poterit.
Verùm ſenſus eius in corde iucundiſsimus eſt,
quo videlicet ſenſu, ſentimus Chriſtum in no-
bis per fidem habitare & viuificare nos Spiri-
tu Sancto.

Deinde, Chriſtiana charitas facit ſuum poſ-
ſeſſorem temperantem,modeſtum,ſobrium,vi-
gilem, quietum,ſine curioſitate, in officio ſedu-
lum,vt omnia tanquam in cõſpectu Dei faciat.

Tertiò,Chriſtiana charitas operatꝰ αὐτάρκειαν,
B hoc eſt,facit,vt qui vera charitate præditus eſt,
ſua ſit ſorte contentus. Nam, vt rectè ait Sene-
ca: *In charitate omnis pauper eſt diues,ſine charitate o-
mnis diues eſt pauper.* Diues enim eſt,non qui plus
habet,ſed qui minus cupit.

Quartò, Chriſtiana charitas operatur patien
tiam in aduerſis, vt ea præditus non frangatur
duris & aſperis, ſpe enim ſe ſuſtinet. Auguſti-
nus: *Omnia ſæua & immania,leuia & penè nulla facit
amor.* Idem: *Nihil durum atqͥ ferreum, quod non amo-
C re vincatur.* Item: *Verus amor non ſentit amaritudi-
nem, ſed dulcedinem,quia ſoror amoris dulcedo: eſt ſicut
ſoror odij, eſt amaritudo.* Qui enim amat,non labo-
rat,id eſt,non ſuccumbit laboribus. Omnis e-
nim labor non amantib. grauis eſt. Solus amor
eſt qui nomen difficultatis erubeſcit. Proſper
congeriem effectorum charitatis, quæ homi-
nem in quo eſt attingunt,colligit,cùm ait: *Si di-
lectionem Deo & proximo exhibeamus de corde puro,
conſcientia bona, & fide non ficta,facilè peccato reſiſti-
D mus, bonis omnibus abundamus, ſeculi blandimenta
contemnimus,& quæ difficilia ſunt & aſpera humanæ
fragilitati cum dilectione ſuperamus.*

Effecta charitatis Chriſtianæ, quæ foris pro-
deunt tanquam ex fonte riuuli, plures ſunt, &
in genere rectè dicitur, quod Chriſtiana chari-
tas mater ſit, & radix omnium virtutum, qui-
bus cum hominibus agendum eſt. Ex hac e-
nim naſcitur vniuerſalis illa iuſtitia, quæ om-
nes particulares virtutes in ſe cõtinere dicitur,
E id quod ex eo manifeſtum eſt, quòd omnes vir-
tutes Decalogi dilectionis lege continentur, te-
ſte Paulo poſt Moſen & Chriſtum. Nos aũt hoc
loco,vt magis ad charitatem flectamur, particu
latim quædam adijciemus, in quibus vis Chri-
ſtianæ charitatis magis conſpicietur.

Primum ergo omnium vera & germana cha-
ritas multos animos,vt Auguſtinus ait, & mul-
ta corda vnum facit,hoc eſt, homines coniun-
git vera & ſancta concordia. Ad hanc vnionem
F & concordiam, etſi plurima inuitant argumen-
ta,tamen præcipua ſunt.

1. Creatio,
2. Redemptio,
3. Gubernatio,
4. Finis,
5. Myſticum corpus, &
6. Structura templi Dei ſpiritualis.

Primum ergo, Creatio primi hominis ad v-
nionem nos vocat. Creauit enim Deus non ſi-
G mul duos homines, Marem & fœminam, vt in
reliquis creaturis fecit: ſed vnum ſolummodo,
& ex eo formauit illi ſociam, & poſtea pronun-

ciauit duos vnum eſſe, quare ſignificat homines conditos eſſe ad vnitatem. Tametſi autem iſta creatio præcipuè ad vnionem coniugalem pertinet: tamen rectè etiam in genere accommodatur vnitati inter homines, cuius effectrix eſt vera & non fucata charitas.

Redéptio eodem nos vocat. Vt enim ſumus ex vno patre creante: ita ex vno patre redimente. Sumus ergo fratres natura & gratia. Matthæi capite vigeſimoquarto: *Vnus eſt pater veſter, vos autem fratres.*

Gubernatio ſimiliter nos ad vnitatem colendam inuitat, de qua Chryſoſtomus in hunc modum: *Præterea domum vnam hunc mundum dedit nobis Deus, vnum nobis accendit ſolem, vnum extendit tectum cœlum, vnam proponit menſam terram, dedit nobis & menſam vnam multò maiorem, & calicem vnũ.*

Finis quoque creati & redempti hominis eodem pertinet, vt de vna terra ſumus: ita ad vnam redibimus, & ad vnam cœleſtem patriam tendimus.

Ratio myſtici corporis ad vnitatem etiam hortatur, ad Romanos capite duodecimo: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* Vt ergo multa mẽbra vnum corpus phyſicũ conſtituunt: ita Chriſtiani oẽs vnũ corpus myſticũ faciunt. Quare vt natura docet vt mẽbra phyſica ſe mutuo iuuáte, & conſentiant in ſeruando corpore ſaluo & incolumi: ita par eſt vt gratia doceat, myſtica membra vnius corporis incolumitatem ſeruare totius corporis, iuuando, compatiendo, &c. Structura templi Dei ſpiritualis ſimiliter vnitatem & coniunctionem poſtulat. Chriſtiani enim ſunt vt lapides viui ſuper eodẽ fundamento extructi. Decet igitur vt vnà in ædificio cemento charitatis iungantur. Ad hanc vnitatem hortatur Paulus Apoſtolus, cùm ait ad Epheſiós 4: *Soliciti ſitis ſeruare vnitatem Spiritus cum omni humilitate & manſuetudine, cum longanimitate, ſuſtinentes inuicem in dilectione & vinculo pacis.* Huc pertinet illud vnitatis & concordiæ encomium, quod eſt in Pſalmo 133. *Ecce quam bonum & quã iucundum habitare fratres in vnum.* Hunc Pſalmũ Philippus pulcherrimè verſib. reddidit, quos aſcribam, vt eos ſtudioſi ediſcant.

Exiguis addit vires concordia rebus,
Et male quaſſatas fulſit, & auget opes:
Vtq́ ſenis celſo manantia vertice Aronis,
Defectos artus balſama larga rigant:
Siue ſatis vt vita redit dum Syrius agros
Torret, ſi gelido rore madeſcat humus.
Sic vbi ſunt æquo ſotiatæ fœdere mentes,
Fidaq́ communis pectora iunxit amor.
Virtutem Deus aſpirat, placidoq́ fauore
Adiuuat, & vitæ cuncta pericla regit.

Deinde, charitas tegit multitudinem peccatorum, vt poſt Salomonem Petrus teſtatur. Salomon ita ait: *Odium excitat rixas & omnia delicta tegit charitas.* Oppoſitio ipſa ſatis conuincit, ꝙ Salomon hîc loquatur non de proprijs delictis coram tribunali Dei, ſed de alienis in humana ſocietate & conuictu. Et Petrus ait: *Ante omnia autem charitatem alij in alios propenſam habentes.*

A *Nam charitas operit multitudinem peccatòrum.* Cur autem charitas tegat multitudinem peccatorũ, ratio eſt: charitas eſt benigna, ideò manſuetè & clementer viuit, nihil ſeuerè, aut rigidè agens, ſed omnia in meliorem partem accipit. Hinc fit quod fratrum errata tegat, non defendendo ſed celando: non approbando, ſed occultando: non augendo, ſed curando: non calumnioſè traducendo, ſed clementer corrigendo.

Tertiò, vt charitas tegit peccata aliorum: ita B virtutum & rectè factorum eſt fautrix, amatrix & prædicatrix, id quod ſignificat Paulus, cùm ait: *Charitas non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, ſed congaudet veritati.* Veritas hic, vt ex antitheſi patet, eſt quę cernitur in vita & moribus, hoc eſt, virtus ipſa & quicquid bonum, iuſtum & laudabile eſt. Ficta autem charitas eſt, quæ prædicat quidem interdum & extollit aliorum virtutes & rectè facta, quæ alioqui celari nõ poſſunt: ſed addit malignè correctionem, qua mox C deformat & deprimit, quẽ prius laudauit. Cùm interim charitas vera tegit vicia, & amplificat virtutes cum quadam voluptate. Nam virtutes aliorum ſuas quodammodo facit, cum ijs delectatur. rectè enim à quodam dicitur: *Quiſquis etiam ipſe habet, cùm amat in altero, quod ipſe non habet.*

Quartò, quoniam charitas eſt beneuola, eſt etiam benefica. Studet ergo benefacere omnibus & benemereri de omnibus quouis officij ge- D nere, ex quo fit vt ſit paciens, minimè inuida, non procax, non ſuperba, aut ambitioſa: non enim quærit quę ſua ſunt, ſed quę ſunt aliorũ. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, quæ cum pietate non pugnát, omnia in meliorem partem interpretatur, & ἐπιείκειαν quærit in ijs, quæ duriora & aſperiora videntur.

Quintò, vertit ſe charitas ad inferiora membra corporis myſtici, id eſt, ad afflictos quouis modo, eorumq́ue miſeretur. Hinc naſcitur mi- E ſericordia, tantopere in ſcriptura commendata, omniumq́; ſanctorum exemplis comprobata, de qua ſubijciemus methodicam inſtructionẽ, quæ poterit in cœtu Chriſtiano vtiliter ꝓponi.

De Miſericordia erga proximum.

De miſericordia erga proximum dicturi, hęc videtur ratio nobis commodiſsima, ſi ordine explicentur hæc quatuor.

Primùm, vnde naſcatur & quid ſit miſericordia.

F Secundùm, quæ nam ſint miſericordię gñra.

Tertiùm, quo modo fieri debeat.

Quartùm, quibus argumentis permoueatur quis ad præſtandam miſericordiam.

De Primo.

Miſericordia hominis erga proximũ duas habet cauſas: vnam in illo, qui miſericordiá præſtat; alteram in eo, cui miſericordia præſtatur.

In eo qui præſtat miſericordiam, cauſa eſt charitas, eaq́ue vel humana tantum, vel Chri- G ſtiana. Illa etiam inter ethnicos locum habet & ab ijs prædicatur. Hæc filiorum Dei tantũ eſt. At in eo cui miſericordia præſtatur, cauſa eſt miſeria

miſeria quæuis ſeu aduerſitas quæ indigna videtur, vel excellentia hominis, vel dignitate filiorum Dei. Vt ergo cor hominis, cùm mouetur miſeria aliena vt doleat: ita charitate impellitur ad iuuandum. Quare vt corde concipitur miſericordia: ita ſermone & opere oſtenditur & exhibetur. Ex his principijs iam extruamus definitionem miſericordiæ.

Miſericordia hominis erga hominẽ, eſt pius affectus, ex charitate fraterna ortus, qua vt cor afficitur aliena miſeria & calamitate, ita voluntas prompta eſt ad ſubleuandum afflictum, modò poſsit. Addo autem, Modò poſsit. Nam ſi facultas non adeſt, voluntas pro facto habenda eſt. Siquidem ex voluntatis promptitudine, non ex muneris quantitate æſtimatur opus apud Deum. Ita enim Paulus ait: *Si prius adſit animus promptus, acceptus eſt pro eo quòd habet aliquis, non pro eo quòd non habet.* hoc eſt, placet Deo iſta alacritas pro facultatum præſentium ratione, vt non opus ſit tenuitatem prætexi à quoquam: quaſi non ſit gratum Deo futurum ipſius opus, niſi par ſit diuitum collationibus. Chriſtus ſimiliter oblationem viduæ, quæ duo ſolummodo minuta dedit, prætulit diuitum magnis donationibus. Huc pertinet Auguſtini dictum: *Si potes dare, da: Si non potes, affabilem te fac: coronat Deus intus bonitatem, vbi non inuenit facultatem.* Lazarus afflictus miſeretur afflicto, ſimiliter & Cornelius facit. Ille affectu & prompta voluntate, hic & affectu & voluntate & opere. Sed vtriuſque miſericordia Deo vt ſacrificium placuit. Illius propter affectum & promptam voluntatem: huius propter opus, quod & affectui & voluntati reſpondet.

Porrò, Conſilium Dei cur voluerit Lazarum varijs moleſtijs & inopia exerceri, & Cornelium ſanum eſſe & abundare diuitijs, vtrumque pium & Deum timentem, hoc eſt: Deus ſapientiſsimus voluit Lazarum patientia, tanquam igni quodam probari, & Cornelium pro miſericordia præſtita, ornari. Atque ita vt Lazaro ceſsit ſua miſeria in gloriam: ita Cornelio ſua miſericordia in coronam. Contra verò diues ille Epulo, qui nulla tangebatur miſericordia erga hulceroſum & mendicum Lazarum, propter contemptum pauperis eſt damnatus. Habuit enim inſtrumenta miſericordiæ, quæ ſibijpſi in laqueos propria culpa conuertit: ita pauperrimus aliquis, ſi frangitur aduerſitate, ſi fremit contra Deum, ſi fidem abijcit deſperabundus, non eſt illius paupertas niſi via quædam ad ſempiternam miſeriam.

DE SECVNDO.

Duo ſunt in vniuerſum genera miſericordię: vnum, quo quilibet ſibi miſericors eſt.

Alterum, quo alieno afficitur malo, eique ſuccurrere promptus eſt.

Quilibet ſibi miſericors dicitur, cùm propria miſeria tangitur, eaque impellitur, vt ad Deum fontem miſericordiæ in vera pœnitentia confugiat. quod cum facit, à ſua liberatur miſeria, in familiam Dei recipitur, ibique pane vitæ æternæ paſcitur. De hac miſericordia loquitur Syracides, cùm ait: *Miſerere animæ tuæ placens Deo.* Hic & præceptum & modum miſericordiæ habes.

Præceptum eſt: *Miſerere animæ tuæ.*

Modus miſericordiæ eſt, *Placere Deo*, quod fit per veram ad Deum conuerſionem. Niſi hæc miſericordia præceſſerit, nihil te iuuerit miſericordia tua erga proximum. Ideo rectè Auguſtinus ait: *Si vis facere eleemoſynam, à te incipe. quomodo enim miſericors eſt alteri, qui crudelis eſt ſibi?*

Miſericordia quæ præſtatur homini ab homine, eſt quam definiuimus, & de qua hic potiſsimum loquimur. Huius genera ſunt duo.

Prius ad corporis proximi, & vitæ conſeruationem.

Poſterius ad animæ proximi ſubleuamen & incolumitatem pertinet. vtriuſque generis plures ſunt modi, quos ordine notabimus & explicabimus.

Modi prioris generis.

Primus modus eſt remiſsio, qua vel pauperi debitum, vel offendenti iniuriam remittimus, ne vel corpus ipſius lædatur, vel vita periclitetur: vtraq; mandato Dei nititur. Pauperi remittendum eſſe debitum, quod ſoluere nequit, miſericordiæ opus eſt adeò neceſſariũ, vt qui hanc miſericordiã non præſtiterit, miſericordia Dei, quæ ſibi decem millia talentorum condonauit, excidat. Matth. 18.

Sed dicat aliquis, Iuſtum ne eſt exigere quod iuſtè debetur? Iuſtum quidem eſt, modò cum charitate fieri poſsit: at ſi non poteſt fieri cum charitate, iniuſtum fit, quod per ſe iuſtum erat. Iuſtum fuit exigere decem millia talentorum à debitore, ſed charitatis opus fuit, ſupplici ſummam totam condonare. quod factum ſi nos imitemur, teſtimonium habemus miſericordiæ diuinæ, qui nobis multo maiora debita remiſit. Sic ergo rem accipe. Pauper obligatur vna lege humana, vt ſoluat tibi quod debet. At tu duabus legibus, videlicet naturę & Dei obligaris, vt pauperi ſupplici cõdones, quod ſine ſuo magno incõmodo ſoluere nequit. Si ergo hoc facere recuſaueris, & legis naturæ tranſgreſſor es, & contumax aduerſus Deum. Quare etſi lege humana liber es à culpa, tamen lege ęterna obligaris ad pœnam.

Offendenti iniuriam remittendam eſſe, ex præcepto conſtat. Ita enim Dominus præcipit: *Remittite, & remittetur vobis.* Cum hac conditione precamur, dicentes: *Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.* Hîc omnium primum ſciẽdum eſt, quòd noſtra remiſſio non ſit cauſa remiſsionis, qua nobis remittit peccata Dominus: ſed teſtimoniũ ſequens, qua conſcientia hominis certificatur de diuina remiſsione. Verùm hîc obſeruandum eſt, quòd is qui offendit, aut petit ſupplex veniam, aut non petit. Si petit veniã, & remiſsio non cedit in maius damnum, remitte illi. Nam ſi in maius dam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

num cedit tūa remiſsio, vel illius qui petit veniam, vel aliorum, compenſatio iuſta offenſæ per ſequeſtros fiat. At ſi non petit veniam, ſed contumaciter pergit offendere, offendentem coram Magiſtratu ſiſte, peteque ferri ſententiam inter te & ipſum qui te læſit, ne malum latius ſerpat.

Secundus modus eſt commodatio ſeu mutuatio, quæ vt lege charitatis præcipitur: ita verbo Dei omnibus pijs commendatur, vt eſt in Pſal. 37. *Tota die miſeretur ac commodat iuſtus & ſemen illius in benedictione erit.* Inter mutuationem Ethnicam & Chriſtianam diſtinguit Dominus cum ait: *Date mutuum nihil inde ſperantes.* hoc eſt, ijs mutuum date à quib. ſimile officium in genere ſaltem non expectatis. Non enim iubet Dominus dare mutuo, vt non ſoluatur mutuum, ſed expectetur ſolutio, alioqui mutuum non eſſet, ſed mera donatio. Sed vult illud gratuitum eſſe; ita, vt tametſi is qui mutuum accepit, non poſsit tibi hoc vel ſimili officij genere recōpenſare. Nam ſi piſcatori do mutuo, vt mihi prę alijs piſces ſuos vel iuſto precio vendat, aliquid pro officio mutuationis expecto, contra præceptum Domini, atq; ita de alijs.

Sed quibusnam mutuo dandum eſt, ſine expectatione ſimilis officij in genere? Iis omnibus quibus debes mutuandi officium, hoc eſt, tenuioribus, qui tamen poſſunt mutuo accepto aliquid lucrari, quò & mutuum ſoluant, & ſe honeſtè ſuſtentent, quales ſunt artifices qui ex manuum labore viuunt. Verùm ſi ditiores ſunt, qui mutuum petunt, non contenti mediocritate ſua, non debes illis mutuandi officium, lege charitatis Chriſtianæ. Quare ſi illis des mutuo, poteris iuxta leges politicas, aliquid pro mutuationis officio petere ſine peccato, modò ſcandalum caueri poſsit.

Tertius Modus eſt mercedis, quæ debetur laboranti, ſolutio, iuxta illud: *Nemini quicquam debeatis.* De hac extat præceptum Leuitici capite decimonono: *Non morabitur apud te opus mercenarij vſque ad mane.* Deuteronom. capite vigeſimo quarto: *Non vim inferes mercenario pauperi & egeno fratri tuo, ſiue aduenæ, qui tecum moratur in terra & intra portas tuas eſt: ſed eadē die reddes ei præmiū laboris ſui, ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, et ex eo ſuſtentat animam ſuam, ne clamet cōtra te ad Dominum, & reputet tibi in peccatum.* In hoc dicto primū obſeruandum eſt duplex mandatum, quorū prius eſt: *Non inferes vim mercenario,* id eſt, non retinebis per vim aut calumniam mercedem mercenario debitam. Eſt enim iuxta Domini dictum; *Mercenarius dignus mercede ſua.* Alterum, non differes ei ſolutionem, ſed ſtatim ſolues ante ſolis occaſum, ne mora ſcilicet, noceat indigenti. Deinde ratio mandati additur quadruplex.

Prima, à conditione mercenarij, videlicet qđ ſit frater, vel fortè aduena, qui ſcilicet charitatis lege tibi coniunctus eſt.

Secunda, quòd merces quæ redditur laboranti, ſit iuſtum debitum, quod ſoluere ipſa iuſtitia poſtulat.

A Tertia, quòd ex eo frater tuus vitam ſuam ſuſtentet: qui ergo illud retinet, homicidij reus ſit.

Quarta, eſt comminatio pœnæ. *Ne,* inquit, *clamet ad Dominum contra te, & reputetur tibi in peccatum.* Hinc Theologi quidam, detentam laborum mercedem peccatum in cœlum clamitans vocarunt, & Tobiæ 4. *Ne moretur apud te merces vllius hominis, qui tibi aliquid operatus eſt, ſed eam ipſi ſtatim redde, et merces mercenarij tui apud te omni-* B *no non remaneat.*

Hîc duo hominū genera grauiſsimè peccāt: videlicet tyranni & auari. Tyranni, qui tota mercede defraudāt homines, cogūtq; laborare gratis, prætextu iuris. Dicūt eos ſuos eſſe ſubditos, ideoq; gratis ſibi deberi eorū labores aiunt, ſed hæc excuſatio corā tribunali iuſti iudicis eos nō iuuerit. Hic prætereo, multos eò deueniſſe crudelitatis, vt nō ſolum mercedē debitam negēt, verumetiā cibum, quo miſerā vitam inter labo- C randum ſuſtentarēt. De horū pœna loquitur Iacob. cap. 5. cum ait: *Ecce merces operariorū qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis clamat, & clamores eorū qui meſſuerāt, in aures Dñi Zebaoth introierūt,* quaſi diceret. Vos magni quidem Dñi haberi vultis, & propterea mercedem pauperū intercipitis; ſed ſcitote multo potentiorē Dñm eſſe in cœlo, ad quē clamāt mercenarij veſtri, intercepta ſibi mercede, qui poteſt potenter potētes punire. Vocat ergo Iacobus Deum D Dñm Zebaoth, in terrorem eorum qui putant pauperes nullum habere tutorem. *Tibi,* inquit Dauid, *derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor.* Quare in libro Iob dicitur: *Non fruſtra audiet Deus omnipotens, ſingulorum cauſas intuebitur.*

Auari, etſi mercedem prorſus non negant laborantibus, tamen fraudem committunt, nunc diminuendo, nunc differendo, nunc adulterando mercedem. Qui diminuit, iniuſtus eſt; qui differt, inhumanus; qui adulterat, & iniuſtus & E inhumanus eſt. Adulteratur autem merces, nūc moneta falſa, nunc permutatione rerū pro debita pecunia, videlicet, cū quis pro pecunia laborauit, & tu illi obtrudis laceras veſtes, aut aliud, quod tibi ipſi vſui eſſe non poteſt.

Quartus modus eſt, ex noſtro aliquid cōferre indigentibus. Huic modo plures ſubiecti ſunt particulares, videlicet, eſurientes paſcere, ſitientibus potūm dare, peregrinos hoſpitio excipere, veſtire nudos, infirmos fouere, captiuis o- F pem ferre. Hæc officia, notæ erunt filiorum Dei in reſurrectione mortuorum, & cum fertur ſententia in extremo iudicio, recenſebuntur à filio Dei iudice viuorum & mortuorum, vt teſtimonia adoptionis, fidei, & timoris Dei. Ita. n. ſcriptū eſt Matt. 25. *Venite bñdicti patris mei, poßidete paratum vobis regnum à conſtitutione mūdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi māducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes erā, et collegiſtis me: nudus erā, & operuiſtis me, Infirmus erā, et viſitaſtis me: in carcere erā, et* G *veniſtis ad me.* Hoc genus officiorū commendatur etiam populo Dei Eſaiæ 58. *Diſſolue vincula impia, ſolue faſciculos graues & deprimentes.* id eſt, o-

nera

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

nera hominibus impoſita grauiſsima, *dimitte con*
fractos liberos; hoc eſt, oppreſſos ſub grauiſsima
ſeruitute libera, *omne iugū diſrumpe, frange eſurienti*
panem tuum, pauperes & vagos introduc in domū tuam,
cùm videris nudū, operi eum, & à carne tua ne abſcondas
te. Verùm hîc quæri poteſt: Cùm multa genera
ſint bonorum operum, quæ Dominus ſua Lege
requirit, cur vnius certi generis tantùm Domi-
nus (vt ex Matthæo iam oſtendimus) in ſenten
tia iudiciaria meminit? Meminit enim ſolius
beneficentię erga proximum. Neque erga quoſ-
uis proximos, ſed erga proximos miſerè affli-
ctos: videlicet eſurientes, ſitientes, nudos, va-
gos, incarceratos, infirmos.

Huius rei duas eſſe cauſas, ſciendum eſt.

Vnam, quia in hoc genere operum magis cer
nitur charitas erga proximum carere omni fu-
co, quæ ſanè charitas, ſancti timoris Dei & viuæ
cordis fiduciæ certiſsimum & infallibile eſt in-
dicium. Eſt proinde hoc genus bonorum ope-
rum luculentum teſtimonium filiorū Dei, qui
hæredes vitæ æternæ ſcripti ſunt.

Alteram, quòd in hoc genere operum mani-
feſtior eſt imitatio Filij Dei, cuius membra hæ-
redes ſunt vitæ æternæ. Nam cùm Filium Dei
hoc operum genere proximè imitantur homi-
nes, haud obſcurè teſtantur ſe verè filios Dei eſ-
ſe per Chriſtum, cuius Spiritu mouentur ad be
neficentiam miſerè afflictis præſtandam. Cùm
igitur & adoptionis noſtræ in Chriſto, & viuæ
fidei, timoriſque Dei teſtimonium ſit perſpi-
cuum hoc genus operum: non mirum eſt Chri-
ſtum eius potiſsimùm memorem fore in ſenten
tia, quam ipſe iuſtus Iudex pronunciabit in die
iudicij.

His tertiam cauſam nō ineptè addiderimus.
Dominus ipſe miſericordiam anteponit ſacrifi-
cio & ceremoniali cultui. Proinde hoc genus o-
perum præcipuè requirit, vt ſciamus cum eo re-
liqua placere, & ſine eo nihil, ſi non præſtetur,
modò poſsit. Nam deficiente facultate præſtan
di, Deus affectum pium & promptam volunta-
tem pro facto reputat.

Modi poſterioris generis.

Miſericordiæ, quæ præſtatur alteri in ipſius
animæ ſubleuamen & incolumitatē conſeruan
dam, modi præcipui ſunt, qui ſequuntur.

Primus, Correctio peccatoris. Huius modi
quatuor gradus facit Dominus, Matthæi capite
decimooctauo.

Primus gradus: *Si peccauerit frater tuus in te*, id
eſt, *te conſcio. Vade, & corripe eum inter te & ipſum*
ſolum. Quòd ſi te audiuerit, lucratus eris fratrem tuum.
Quòd autē in hoc gradu Dominus pręcipiat, vt
correctio hæc fiat inter te & fratrē tuum ſolum:
eò pertinet, vt iſto pacto & ſcandalum vitetur,
& conſulatur famæ fratris tui. Vtrumque ſince-
ræ charitatis opus eſt.

Secundus gradus correctionis fraternæ ſe-
quitur: *Si autē te non audierit, adhibe tecum adhuc v-*
num, vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium con
A *ſiſtat omne verbum.* Hic gradus eò pertinet, vt vel
frater qui peccauerit, plurium voce admoni-
tus reſipiſcat, vel is, qui fruſtrà admonet, ſit ex-
tra periculum, ſi publicè accuſauerit nolentem
ad priuatam admonitionem reſipiſcere.

Tertius gradus ſubiicitur: *Si autem non audi-*
uerit eos, dic Eccleſiæ: hoc eſt, iis, qui nomine to-
tius Eccleſiæ morum cenſores ſelecti ſunt, ſeu
Conſiſtorianis, qui iudicio Eccleſiaſtico præfe-
cti ſunt. Hic gradus eò pertinet, vt tota Eccle-
B ſia ſciat, ſe debere habere rationem ſingulorum
membrorum, vt illis conſulatur, quò totū cor-
pus ſit incolume.

Quartus gradus, qui & poſtremus eſt: *Si au-*
tem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus &
Publicanus: hoc eſt, Sententia Eccleſiæ eiicia-
tur è communione fratrum, vt tandem rubo-
re ſuffuſus reſipiſcat.

Ne quis autem hanc eiectionem è commu-
nione Eccleſiæ contemnat, addit Dominus te-
C ſtificationem de eius effectu, his verbis: *Amen,*
Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſuper terram,
erunt ligata & in cælo: & quæcunque ſolueritis ſuper
terram, erunt ſoluta & in cælo.

An non Paulus Chriſto videtur aduerſari,
cùm ait: *Peccantes coram omnibus argue?* Nequa-
quam aduerſatur Paulus ſuo Magiſtro. Nam a-
liter peccata manifeſta, aliter ſecreta corrigen-
da ſunt, iuxta hanc beati Auguſtini regulam:
Quæ peccantur coram omnibus, coram omnibus corri-
D *pienda ſunt, vt omnes timeant: qui ſecretò peccant in*
te, ſecretò corripe. Nam ſi ſolus noſti, tunc verè ſolùm
in te peccauit. Sed ſi multis audientibus tibi iniuriam fe-
cerit, etiam in illos peccauit, quos teſtes ſuæ iniquitatis fe
cit. Ergo corrigenda ſunt coram omnibus, quæ
peccantur coram omnibus. Ipſa corrigēda ſunt
ſecretius, quæ peccantur ſecretius. Vbi contin-
git malum, ibi moriatur.

Porrò correctio fraterna, qua peccator in
viam reuocatur, nō eſt minus neceſſaria, quàm
E medicina infirmo, & vinculum furioſo. Vt enim
infirmus ſine medicina mortem incurrit, & fu-
rioſus ſine vinculo magis furit, magiſque & ſibi
& aliis nocet: ita peccator, qui non corripitur,
mortem animæ accerſit, iuxta illud Prouerbio-
rum cap. 29. *Qui corripientem ſe dura ceruice contem-*
nit, repentinus ei ſuperueniet interitus. Item: *Qui incre*
pationes odit, morietur.

Verùm Sapiens vult correctionis modum
eſſe iuſtum, cùm ait: *Priuſquam exploraueris, ne*
F *accuſes quemquam: & cùm exploraueris, corripe iuſtè.*
Iuſta autem erit correctio, ſi ſit iuſta cauſa, iu-
ſtus modus, & iuſtus finis: hoc eſt, ſi correctio
proficiſcatur ex fraterna charitate, ſi regatur
ſancta prudentia, ſi temperetur lenitate & be-
nignitate, ſi tendat in ſalutem eius, qui iuſtè
corripitur.

Vt enim peritus Medicus non ſolùm ferrum
habet, quo incîdat vulnus, verùm etiam vn-
guentum, quo vulnus mitiget, & ſemper ali-
G qua dulcia medicinæ admiſcet amaræ, ne æ-
grotus à medicina prorſus abhorreat: ita iu-
ſtus corrector ſpiritu lenitatis aſperitatem corre

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ctionis mitigabit, ne is, qui corripitur, auerſetur correctionem, & obdureſcat in peccatis ſuis. Ideò Paulus ait: *Si quis homo præoccupatus fuerit in aliquo, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi erigite ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* Et Seneca ait: *Vicia animi vt vicia corporis leniter tractanda ſunt.* Teneatur & hîc diui Gregorij regula: *Sit amor non emolliens, ſit rigor non exaſperans, ſit zelus non immoderatè ſeuerus, ſit pietas non plus quàm expedit, parcens.*

Secundus, Inſtructio ignorantium. Eſt autem hæc animi inſtructio multò amplius beneficium, quàm ſuſtentatio corporis. Nam vt anima eſt multò corpore nobilior: ita beneficium, quo anima ſubleuatur, eſt multò vtilius & præſtantius, quàm quod corpori præſtatur. Prouerbiorum octauo: *Doctrinam magis quàm aurum diligite: quia melior eſt ſapientia gemmis, nec vllum bonum maius homini contingere poteſt.* Hæc collatio ſatis oſtendit, quàm magnum beneficium ſit, ignorantes docere, idq́; maximè in vera pietate, cuius caput eſt timor Domini, ex fide Euangelij conceptus.

Verùm is, qui alium docere inſtituit, proponat ſibi Eſdræ exemplum, de quo ita ſcriptum eſt libro primo Eſdræ, capite ſeptimo: *Eſdras parauit cor ſuum, vt inueſtigaret Legem Domini, & faceret, & doceret.* Et de Chriſto dicitur: *Cœpit facere & docere.* Rectè ergo diuus Gregorius, cùm ait: *Tum doctrina cum omni imperio docetur, cùm priùs agatur, quàm dicatur.* Nam doctrinæ fidem ſubtrahit, cùm linguæ conſcientia contradicit. Huc notiſſimus Catonis verſiculus ſpectat:

Turpe eſt Doctori, cùm culpa redarguit ipſum.

Tertius, Conſolatio mœſtorum. Mœſtos enim conſolari, eſt animam veluti proſtratam erigere, & languentem ſanare. Verùm ratio conſolandi non eſt vna, ſed variat pro eorum conditione, qui mœſti ſunt. Quare, vt peritus Medicus pro ratione morborum temperat medicamenta: ita conſolator diligenter cauebit, nè ita ſolatium adhibeat, vt malum fiat magis noxium. Nihil enim periculoſius eſt, quàm mel veneno tinctum ægrotanti porrigere. Cauſa ergo doloris, cui adhibebitur per conſolationem remedium, peritè inueſtigãda eſt, & pro eius conditione agendum: & in primis cauendum eſt, ne noſtra conſolatio ſit deceptoria, qualis eſt medicina eorum, qui foris vulnus claudunt, atque intus ſaniem relinquunt: ſed ſit noſtra conſolatio ſalutaris, vt ipſum cor verè ſanet.

Quartus, Conſilium, quo dubitantibus conſulitur. Eſt autem pij & prudentis, recta conſilia dare. Vtilitas bonorum conſiliorum commendatur nobis Prouerbiorum 11. *Vbi non eſt gubernator, populus corruet: & ibi ſalus, vbi multa conſilia.* Item Prouerb. 2. *Quòd ſi ſapientia tibi cordi fuerit, bonum conſilium te cuſtodiet, & intelligentia conſeruabit, ne deflectas iter ad malos.*

Quintus, Oratio, qua bona precamur iis, quos vel corpore, vel animo laborare nouimus. Hæc & mandatum Dei habet, & promiſſionem.

A Porrò vtrumque genus miſericordiæ, quod præſtatur proximis indigentibus, vocatur vſitatè Eleemoſyna. Eſt enim Eleemoſyna quoduis beneficium, quo alterius miſeria ex noſtro commiſerationis affectu ſubuenitur.

DE TERTIO.

Etſi autem Chriſtiana charitas moderatrix eſſe poteſt miſericordiæ exhibendæ proximo indigenti: tamẽ huc quædam adiiciam, quæ mo-
B dum iuſtum continebũt: qui cùm ſeruatur, eleemoſyna noſtra Deo fit grata.

Primum ergo omnium mundus ſit, cuius eleemoſyna placebit. Ita enim Dnminus ait: *Date eleemoſynam, & omnia erunt munda mundis.* Hæc autem mundicies in vera cõuerſione ad Deum poſita eſt: in qua & corda fide purificantur: & quæ fiunt à purificato corde & bona conſcientia, Deo placent.

Nam quicquid Deo prꝑſtatur, ex dantis men-
C te penſatur. His ita conſtitutis, ante omnia excludenda eſt ab eleemoſyna noſtra hypocriſis, quæ omnia, quæ attingit, fœdat. Ideo Dominus dicit: *Facturus eleemoſynam noli tuba canere ante te, vt faciunt hypocritæ.* Per tubam ſymbolicè ſignificatur, quicq̃d videtur facere ad inanis gloriæ apud homines captationem. Item: *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra.*

Quid? An nõ vtile eſt alios prouocare exemplo? Scriptum eſt enim: *Sic luceat lux veſtra co-*
D *ram hominibus, vt homines videant bona opera veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui eſt in cælis.* Reſpondeo. Prohibitio Domini ſolummodò, vt diximus, excludit hypocriſin multis vſitatam: qui ideò liberaliores ſunt, vt & tegant ſuam tyrannidem erga alios.

Deinde requiritur, vt daturus eleemoſynam, citò det. Prouerb. 3. *Ne dicas amico, & reuertere: cras enim dabo, cùm ſtatim potes dare.* & Seneca: *Quantum moræ addidiſti, tantum gratiæ ſubtraxiſti.* Da er-
E go citò, quia qui citò dat, bis dat. Sed inquies, Moriturus legabo pauperibus largiorem eleemoſynam, antea non: neſcio enim quibus ipſe indigeam. Sic mater Sanctæ Luciæ reſpondere filiæ, hortanti ſe ad præſtandam eleemoſynam, conſueuit. Sed pia filia auarꝑ matri reſpondet: *Quod moriens das mater, ideo das, quia tecum ferre non potes.*

Præterea eleemoſyna pro modo facultatum eſt danda, iuxta regulam Tobiæ capite quarto:
F *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam libenter impartire ſtude.* Nam in beneficiis dandis id requiritur, vt liberalitas & beneficentia facultati reſpondeat, ne ea ſit maior, quàm vt facultates ferre poſsint. Ideò Solomon quoque ait, Prouerbiorum quinto: *Bibe aquam ex tuis fontibus, & tu fontis riuulos bibe. Fontes tui foras deriuentur, & riui effluent in plateas. At tu dominus eſto horum ſolus, & non alieni tecum.* Hoc Solomonis præceptum tria continet.

G Primùm, mandat vt viuamus proprijs laboribus.

Secundò, vult vt liberales ſimus in alios.

Tertiò,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Tertiò, monet vt non temerè omnia profundamus, vt noſipſi tandem egeamus, quod eſt extremæ ſtulticiæ. Verùm ſi his quis obiecerit: Quid proderit mihi, ſi parum dederim, & quid iuuerit alios exigua eleemoſyna? Hæc excuſatio nulla eſt, nec valet coram Deo. Plus enim reſpicit Deus (vt diuus Gregorius loquitur) affectum, quàm cenſum, vt de vidua Dominus ipſe teſtatur.

Poſtremò, eleemoſyna danda eſt beneuolo & hilari animo. Hilarem enim datorem diligit Deus.

DE QVARTO.

Etſi argumenta plurima ſunt, quibus homo ad exhibendam homini miſericordiam permoueri poteſt: tamen nos omnia conabimur ad ſeptem quaſi capita reuocare, quæ ordine proponemus, & declarabimus.

Primum: Mandatum Dei. is enim cùm præcipit, vt diligamus proximum noſtrum vt nos ipſos, vult vt eius neceſsitatibus, tanquam noſtris propriis ſuccurramus. Huic mandato qui nō obtemperat, ſe infra omnes creaturas, etiam viliſsimas abiicit: & ſe prorſus hominis appellatione indignum reddit, cùm ſe alienum ab humanitate facto ipſo declarat.

Secundum: Exempla multiplicia, inter quæ primum occurrit exemplum Dei Patris, qui ex charitate, qua nos complexus eſt homines, Filium dedit pro nobis. Huius exemplum Filius Dei nobis commendat, cùm ait: *Eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter cœleſtis miſericors eſt.*

Deinde occurrit exemplum Filij Dei, qui ex miſericordia adeò noſtri eſt miſertus, vt prò nobis mortem ignominioſam ſubire non recuſauerit. Commendat etiam nobis ſuum exemplum, lotione pedum Diſcipulorum, & iubet, vt ſuum imitemur exemplum: quæ imitatio conſiſtit in omnis generis beneficiorum exhibitione atque largitione.

Tertiò, accedunt exempla Sanctorum omnium temporum, quæ recitare nimis longum foret.

Tertium: Dignitas imitationis Patris & Filij. Si laudabile eſt imitari hominem, cuius pietas & virtus eſt præclara: multò laudabilius eſt Deum imitari, & Deo quodammodo ſimilem fieri, eiusque imaginem referre. Rectè enim dictum eſt: nulla re homines propius ad Deū accedere, quàm beneficentia.

Quartum: Æſtimatio eleemoſynæ coram Deo Patre & Filio eius Ieſu Chriſto. De Patre loquitur Solomon Prouerbiorum vigeſimoprimò: *Facere miſericordiam & iudicium, gratius eſt Domino quàm victima.* Filius ipſe dicit: *Miſericordiam volo, & non ſacrificium.* Verùm in hoc cernitur maximè æſtimatio eleemoſynæ apud Filium Dei, quòd is ſibi collatum affirmet, quod eius nomine detur egenis. ita enim ait: *Quatenus feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Atque ideò dicturus eſt iuſtus Iudex in extremo die ad pios: *Eſuriui, & dediſtis mihi cibum: ſitiui, & dediſtis mihi potum: peregrinus eram, & collegiſtis me: nudus eram, & operuiſtis me: ægrotus eram, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me.* Hæc beneficentiæ noſtrę erga pauperes, præſertim eos, qui Chriſti membra ſunt, æſtimatio, meritò deberet omnes pios, præſertim ditiores, monere ad miſericordiam afflictis præſtandam. Nam ſi Filius Dei reputat ſibi collatum, quod datur in ſinum pauperis: crudelis eſt profectò, qui Chriſtum Dominum noſtrum in ſuis membris inanem dimittit.

Quintum: Vinculum, quo inter ſe copulantur homines, cogitandum eſt. Eſt autem hoc vinculum duplex: videlicet naturæ & gratiæ.

Naturæ quidem, qua omnes ab vno Deo creati ſumus homines ad ipſius imaginem, adeò vt rectè alter alterius caro dicatur. Hoc enim naturæ vinculum qui rumpit, naturæ legem violat, & infra omnes beſtias ſe abiicit, ingratus creatori, & crudelis in propriam carnem.

Gratiæ verò, qua nati ſumus à Deo, & Filij Dei, & fratres inter nos. Hæc fraternitas vt nobis commendatur à Chriſto excitato à mortuis, cùm ait: *Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, ad Deum meum, & Deum veſtrum.* Ita iam teſtemur, cùm ſimul de eodem ſacro pane comedimus, & de eodem ſacro calice bibimus.

Sextum: Neceſsitas, de qua in Epiſtola prima Iohannis, capite quinto: *Qui habet ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem neceſſitatem habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?* Vt ergo noſtra liberalitas in fratres eſt teſtimonium, quòd Deum ipſum diligamus: quem ſi non diligimus, nec fidem in ipſum habemus. Eſt enim fides Spiritus Sancti opus in nobis, quo agitantur omnes verè fideles. Hîc quoque cogitentur & animaduertantur pœnæ tenacitatis, quæ ſunt multæ, inter quas hæ ſunt præcipuæ.

Prima, Ira Dei. Ideò Syracides ait: *Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram.*

Secunda, Maledictio. *Maledicentis,* ait Sapiēs, *tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio eius: exaudiet autem eum, qui fecit illum.*

Tertia, Repulſa in noſtris neceſsitatibus. Vnde Prouerbiorum vigeſimoprimo dicitur: *Qui obdurat aures ſuas ad deprecationem pauperis, ipſe clamabit, & non exaudietur.*

Quarta, Spoliatio donorum Dei, facultatum ſurreptio. Scriptum eſt enim: Non habenti auferetur ab eo quod habet. Is autem non habere dicitur, qui donis diuinitùs acceptis, & facultatibus in gloriam Dei & ſubleuationem miſerorum non rectè vtitur.

Quinta, Mendicitas liberorum, aut flagitioſiſsima eorum vita, qui omni egeſtate & quauis alia miſeria multò grauior eſt.

Sexta, Confuſio in conſpectu omnium aliarum creaturarum in die iudicij. Ita enim ſcriptum eſt: *Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam.*

Septimum, Vtilitas & fructus. *Qui ad illum redit, qui miſericordem ſe afflictis exhibet, fœneratur Do*

mino, ait Solomon, *q miſeretur pauperis.* Quicquid A enim pauperi datur propter Deum, eſt & donũ & lucrum. Donum quidem, quia datur ſine ſpe compenſationis: lucrum verò, quia Dominus promiſit cumulatiſsimam remunerationem ꝓ exiguis officiis, quæ in pauperes conferuntur. Non enim aquæ frigidæ hauſtus nomine Dei datus caret mercede ſua. Ideò non immeritò Solomon ait: *Beneficentia ornat hominem.* Verùm quò magis incitemur ad beneficentiam indigentibus fratribus exhibendam, placet particulatim B recenſere præcipuos beneficentię fructus & vtilitates, quæ redeunt ad eum, qui liberalis eſt erga egenos.

Primùm ergo beneficus & liberalis erga egenos fratres diuinitùs conſeruatur, ne ruat in grauia ſcelera. Ita enim Syracides ait: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccato.*

Deinde iram placat, id eſt, Deus facit, vt potentes reddantur placidi erga liberales in pauperes, vt deponant quam conceperant in eos iram. C Hoc vult Solomon, cùm ait Prouerb. 21. *Munus abſconditum extinguit iram, donum in ſinu pauperis indignationem maximam.*

Tertiò, Liberali erga egenos augentur bona temporalia, iuxta Chriſti promiſsionem: *Date, & dabitur vobis.* Prouerb. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores ſunt: alij capiant non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.*

Quartò, Impetrat à Deo beneficus erga pauperes, quæ petit, modò ſalutaria ſint. Vnde Syracides D 29. capite: *Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.* Hoc intelligendum eſt non de merito eleemoſynæ, ſed bonitate Dei promittẽtis: nam in ſolo Chriſti nomine precantes exaudiuntur.

Quintò, Beneficentia à periculo liberat, iuxta Pſal. 41. *Beatus eſt qui intelligit ſuper egenũ & pauperem, in die malo liberabit eum Dominus.*

Sextò, Liberalis erga egenos benedicitur à Domino. Vnde illud Solomonis, Prouerb. 22. E *Liberali oculo benedicetur, qui dat de pane ſuo egenti.*

Septimò, Chriſtus ipſe pronunciat beatos miſericordes, cùm ait: *Beati miſericordes, quoniam miſericordiam conſequentur.*

De fructibus Chriſtianæ charitatis.

Quoniam ea, quæ ſparſim dicta ſunt de fructibus operum charitatis, pertinent ad ipſam radicem, nolo hìc multis de fructibus Chriſtianæ charitatis dicere. Sed hoc ſolummodò dictum F Iohannis velim omnibus notiſsimum eſſe: *Deus charitas eſt, & qui in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo.* Ratio huius dicti hæc eſt: Charitatis Chriſtianæ affectus, modò purus ſit, aliunde proficiſci nequit, quàm ex diuino Spiritu, ſeu Spiritu fidei, ex quo fit vt certiſsimum indicium ſocietatis Dei & hominis & mutuæ inhabitationis ſit ſincera charitas. Quàm autem hic fructus ſit magnus ſinceræ charitatis, nemo ſatis verbis expreſſerit. Hinc Bernhardus: *Deus* G *charitas eſt, quid precioſius? & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, quid iucundius?*

Oremus itaque cum Eccleſia Dei, ipſum Spiritum Sanctum corde & ore, dicentes:

Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpetim.
Amen.

DE TERTIO MEMBRO.

PRIMVS.

36 ***Dicit ei Simon Petrus: Domine quò vadis?***

Quia paulò antea dixerat Dominus, *Quò ego vado, vos non poteſtis venire*: Petrus ſolicitus pro Domino, interrogat ipſum, quónam vadat, tanquam ſequi paratus. Verùm Petri fuiſſet de dilectionis mandato cogitare, & nõ curioſè quærere quicquam extra verbum. Nos igitur meminerimus, verbum ipſum regulam debere eſſe ſcientiæ ſalutis, item actionum noſtrarum, atque adeò totius vitæ, relinquentes ea diuinæ prouidentiæ, quæ ipſe Deus voluit nobis eſſe abſcondita: non tamen hoc ita accipi velim, vt patrocinari videar eis, qui præ ignauia ea, quæ ex Scripturis ſcire poſſent, ignorant, atque ideò ſuperbè traducũt eos, qui ex Scripturarum collatione veritatem eruunt, & in lucem producunt, in gloriam Dei & Eccleſiæ inſtructionem.

SECVNDVS.

Reſpondit Ieſus, Quò ego vado, non potes me modò ſequi, ſequeris autem poſtea.

Curioſitatem Diſcipuli boni conſulit Dominus, & ſimul ſignificat obſcurè, quid tandem Petro ſit futurum, vbi longo tempore Apoſtolatus munere fuerit perfunctus: nimirũ ꝙ propter Euangelij confeſsionem & doctrinam debeat mortem pati, atque ita Chriſtum ſequi per mortem in gloriam, id quod clariùs ei prædixit poſt reſurrectionem, vt infrà habetur, capite vigeſimo primo.

TERTIVS.

37 ***Dicit ei Petrus: Domine, quare non poſſum te ſequi modò: Animam meam pro te ponam.***

Petrus intelligens ex turbatione animę Chriſti aliquod magnum periculum ſignificari per ipſius abitum, ideò interrogat, & ait: *Quare non poſſum te modò ſequi?* ac ſi diceret: Nihil tã arduum eſſe poterit, quin illud pro te feram, priuſquam in periculum ſinam te venire: Imò ſi res poſtulauerit, mortem pro te oppetam. Petrus hìc nimium præſumit de ſuis viribus, non intelligens fragilitatem carnis, quæ naturâ ſuâ mortem abhorret. Vtrumque ergo donum Dei eſt, videlicet in Chriſtum credere, & pro Chriſto pati, neq; ſemper hæc duo coniunguntur. Quare à Chriſto petendum eſt, vt qui dedit nobis, vt in illum crederemus, det etiam vt pro illo patiamur, ſi neceſsitas confeſsionis hoc poſtulauerit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Ita enim Paulus ſcribit Theſſalonicenſibus: *Vobis donatum eſt, vt non ſolùm in Chriſtum credatis, verùm etiam vt pro illo patiamini.* Nos igitur humiliemur coram Domino noſtro, petamus fidei incrementa, abiiciaus fiduciam carnis, imploremus Spiritus Sancti aſsiſtētiam, ſi quando perſecutionum procellæ nos attigerint. Ipſe enim ſolus eſt robur & victoria noſtra. Ideò ſcriptum eſt: *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra.*

QVARTVS.

38 *Reſpondit ei Ieſus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi, Non cantabit gallus, donec ter me neges.*

Præſumptionem Petri Dominus taxat, quare docet, nihil fidendum eſſe propriis viribus. Relicti nobis nihil valemus: puluis enim ſu-
A mus. Teſtificatio Domini per geminatam iurationem eò pertinet, vt ſciamus Chriſtum præuidiſſe euentum, hoc eſt, prænouiſſe vtrumque: videlicet & ſe tradendum eſſe in manus Iudæorum eadem nocte ante gallicinium, & Petrum præ metu abnegaturum eſſe ſuum Dominum & Magiſtrum. Hinc ergo diuinitas Chriſti concluditur, qua omnia vt præſentia vidit.

Verùm hîc fortè aliquis obiiciet: Chriſtus prædixit, quòd Petrus ſe eſſet negaturus: ergo
B Petrus neceſsitate prædictionis Chriſtum negauit. Ad hanc obiectionem Cyrillus reſpondit eruditè hoc modo: *Nemo putet proter verba Chriſti defeciſſe Petrum, atque negaſſe. Nullam enim vim inde Petrus paſſus eſt.* Sed qui futura vt præſentia videt, quod futurum erat, Diſcipulo prædixit.

CAPVT XIIII.

SVMMA CAP. XIIII.

HVIVS decimiquarti capitis ſcopus, eſt conſolatio & inſtructio Diſcipulorum Chriſti. Conſolatur quidem Dominus Diſcipulos, ne deſpondeant animum, propter ignominioſiſsimam crucem, quæ ipſi imminebat, quam crucem eſſe abitum ad Patrem dicit, vnde redibit, & Diſcipulos ſuos aſſumet, vt ſint in gloria cum ipſo. Inſtruit verò eoſdem ad munus Apoſtolicum, quo vt rectè fungantur, opus eſt fide, dilectione, patientia, robore Spiritus Sancti: ideò de his agit ſubinde, idq́ planè paternè, & ſuauiſsimè ſe accommodans Diſcipulorum captui.

ORDO ET PARTES CAPITIS XIIII.

Quatuor huius capitis conſtituamus partes, quò melius omnia in noſtros vſus transferamus. Sunt autem hæ partes.

Prima: Conſolatio Diſcipulorum, qui animis turbabantur, propter abitum Chriſti, & propter crucem iam imminentem.

Secunda: Interrogatio Thomæ & Philippi, cum reſponſis Domini, in quibus Dominus quid de ſe & Patre ſentiendum ſit, docet.

Tertia: de fide, eiusq; virtute, de dilectione & eius fructu diſſeritur.

Quarta: Diſcrimen inter mundum & Diſcipulos Chriſti, inter patrem mundi, & Chriſti Patrem, cui additur doctrina de Spiritu Sancto atque eius officio in Eccleſia. Harum omnium partium vnus ſcopus eſt: nimirum vt in Chriſto rectè agnito acquieſcamus per fidem, dilectionem, & patientiam.

C

EXEGESIS CAPITIS DECIMIQVARTI CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PARS PRIMA.

D IN prima parte, vt diximus, erigit Dominus animos Diſcipulorum ſuorum deiectos, propter abitum ipſius ab illis. Sunt autem duo membra huius partis. Quorum prius Conſolationem, poſterius Promiſsionem continet: quæ eſt conſolationis fundamentum. Membra autem hæc noſtro more, articulis diſtinguemus.

DE PRIMO.

PRIMVS.

E 1 *Ne turbetur cor veſtrum.*

Propoſitio eſt conſolationis. Diſcipuli Domini mœſti erant, & turbati animis, propter mentionem abitus Magiſtri ſui à ſe, vnde metuebant exilia & vitæ pericula, ablato è medio Magiſtro ſuo. Hæc turbatio mirum in modum eo aucta eſt, quòd dixerit, adhibito iuramento, Petrum eadem iſta nocte ter ſe negaturum eſſe. Eo enim dicto magnitudinem periculorum
F Dominus veluti ante oculos Diſcipulorum poſuit.

Vide hîc quāta ſit infirmitas etiā in Sanctis, qui mundi à Chriſto pronunciabātur. Timent exilia, metuunt vitæ ſuæ: ita nemo eſt adeò fortis, quin audita fama de perſecutione Eccleſiæ, percellatur animo, ac ſibi metuat, adeò infirma eſt caro noſtra. Sed nihilne remedij eſt contra huiuſmodi carnis infirmitatē? Audiamus quid ipſe Medicus dicat.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

SECVNDVS.

Creditis in Deum, & in me credite.

Ratio eſt propoſitionis conſolatoriæ, quaſi diceret Dominus: Sola fides eſt victoria, in quouis periculorũ genere: ſi ergo creditis, futurum eſt, vt in quouis periculo perſiſtatis inuicti. Nemo veſtrûm eſt, qui non dicat ſe in Deum credere: quòd ſi ita eſt, credite etiam in me, ita fiet vt verè demum in Deum credatis, nec vllis tempeſtatum procellis deiiciamini. Ex his verbis Domini ſumpſit Iohannes dictum, quod eſt 1. Iohannis 5. *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra. Quis eſt qui vicit mundum, niſi qui credit, quòd Ieſus eſt Filius Dei.* Hoc dictum Iohannis & de noticia & de fiducia accipiendum eſt. Fiducia enim ſine noticia eſſe non poteſt. Quare cùm fidei fit mentio, & noticia & fiducia comprehendenda eſt. Illa Chriſtum ſtatuimus eſſe victorem mortis, hac in illum firmiter recumbimus, cuius virtute nos in omnibus tentationibus & periculis perſiſtimus inuicti. Huius ergo fidei vox eſt in Pſal. 27. *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?* Vbi ergo caro præ infirmitate vacillat, innitemur Chriſto, in quo ſolo omnem difficultatem ſuperabimus, vt pulcherrimè in exemplo Dauidis conſpicitur, Pſal. 42. in quo bis hæc verba repetit: *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi.* Porrò cùm Scriptura dicit, Ierem. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum.* Item Pſal. 146. *Nolite confidere in Principibus, in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.* Et Chriſtus hoc loco ait, qui eſt ipſa veritas: *Creditis in Deum, & in me credite.* manifeſtè teſtatur, ſe non ſolùm hominem, verùm etiam eundem Deum cum Patre: & neminem poſſe in Patrem credere, niſi ſimul in Filiũ credat. Nam vna eademq; fides eſt, qua in Patrem & in Filium creditur. In Patrem quidem, qui ex dilectione dedit Filium: in Filium verò, qui deriuauit in ſe iram Patris, & ſatisfecit ꝓ peccatis noſtris. Spiritus Sanctus hîc non excluditur, cùm ſit vnum cum Patre & Filio. Turcæ ergo & Iudæi dicentes ſe in Deũ credere, cùm tamen Filium non agnoſcunt, falluntur & aberrãt à vero Deo, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Chriſtiani ſoli veram fidem habent, modò ſint, qui dicantur, hoc eſt, ſi reuera Chriſtiani ſint, & reſpondeãt promiſsioni in Baptiſmo factæ. Nam cùm baptizamur in nomen Patris, profitemur nos in vnum Deum credere, qui eſt Pater, qui dedit Filium, & Filius, q̃ pro nobis paſſus eſt, & Spiritus Sanctus, q̃ nos regenerat, & ſanctificat.

TERTIVS.

2 In Domo Patris mei manſiones multæ ſunt, ſin minus dixiſſem vobis: Vado paraturus vobis locum.

Hoc dictum Domini allegoricum, multis cogitationibus Diſcipulorum reſpondet, quas ignorare non potuit, qui ſecreta cordium intue-
A tur. Mœſti itaq; propter diſceſſum Magiſtri ſui, & propter periculum imminens, ita cogitant Diſcipuli abſque omni dubio: Si ipſe diſcedit à nobis ad Patrem, fruiturus cœleſti gloria & beatitudine, quid de nobis futurum eſt? Num hîc in perpetuo exilio errabimus? num exponemur hîc perpetuis ærumnis & miſeriis? an vagabimur incertis ſedibus, migrantes de loco in locum? num ſolus ſeparatus à nobis fruatur lætitia & gloria cœleſti? Cur nos ſibi non adiungit,
B vt ſimul cum eo ad Patrem eamus, quemadmodum hîc ſimul viximus, vero amore coniuncti. His & huiuſmodi cogitationibus occurrit Dominus, cùm ait: *In Domo Patris mei,* id eſt, in Regno glorioſo Patris mei, in quo eſt perpetua vita, lætitia & gloria, ſunt manſiones multæ, hoc eſt, Domus Patris mei non eſt anguſta, ſed plurimùm capax, adeò vt vobis & omnibus meis Diſcipulis ſufficiat: quò cùm ventum fuerit, ibi perpetuò manendum erit. Ideò enim manſio-
C nes vocat, vt cœleſtem habitationem opponat his terrenis migrationibꝰ & exiliis in hac ærumnoſa vita.

Sin minus, id eſt, niſi ita eſſet vt dico: nempe, niſi in Domo Patris mei non mihi vni, ſed etiam vobis pateret locus, nollē vos hac vana ſpe deludere, ſed ingenuè vobis id dixiſſem. Quòd autem vos modò mecum non aſſumam, cauſſa eſt, quòd præeam paraturus vobis locum. Parat autem Chriſtus ſuis locum, merito mortis ſuæ, glo-
D rioſa reſurrectione & aſcenſione in cœlum. Habemus ſenſum huius loci, quo nos conſolemur in omnibus ærumnis & anguſtiis huius vitæ. Etiamſi enim hîc toleranda erunt exilia, magnæ ærumnæ & neces: tamē in cœlo vitam, læticiam & gloriam ſempiternam, cum vniuerſa Eccleſia habebimus. Hac ergo ſpe in omnibus afflictionibus nos erigamus. Porrò, qui ex verbis Domini colligunt, diſtinctos eſſe honoris gradus in Regno cœleſti pro meritorum varietate, hallu-
E cinantur. Non enim idem eſt dicere, eſſe multas manſiones in cœlo, & diſtinctos pro meritis honoris gradus. Nam multæ manſiones non ſunt variæ & diſpares habitationes, quales ſunt in aulis Regum, & traduntur hoſpitibus ſecundùm dignitatis gradus: ſed multæ dicuntur eiuſdem gloriæ cœleſtis manſiones, quia vnum Regnum cœleſte pluribus ſufficit, & plurium eſt capax. Ideò Cyrillus rectè ait: *Multas dicit, capacitatem cœli oſtendens.* Neq; tamen negamus in Regno cœ-
F leſti diſparem gloriam fore Sanctorum, ſed ex hoc loco illud concludi nego.

DE SECVNDO.

PRIMVS.

3 Et ſi abiero, & parauero vobis locum, rurſus veniam & aſſumam vos ad me, vt vbi ſum ego, & vos ſitis.

Hæc promiſsio eſt fundamẽtum conſolatio-
G nis præcedentis, cuius hic eſt ſenſus: Poſtquam victa morte abiero, & aſcẽdero in cœlum, *rurſus,* id eſt, in extremo die reuertar, & vos cum tota

Eccleſia

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Eccleſia, reſuſcitatis corporibus, aſſumá in Regnum cœleſte, vt illic mecum ſitis in omnem æternitatem. Habemus ergo hîc teſtimonium de reſurrectione mortuorum, de extremo iudicio, de gloria cœleſtis beatitudinis, quá ſolus Chriſtus nobis merito mortis ſuæ parauit. Verùm quomodo hoc dictum congruit cum illa promiſsione Domini: *Ecce ero vobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi.* Auguſtinus reſpondet hiſce verbis: *Secundùm præſentiam maieſtatis ſemper habemus Chriſtum: ſecundùm præſentiam carnis rectè dictum eſt Diſcipulis, Me autem ſemper non habebitis.* Idem: *Secundùm maieſtatem ſuam, ſecundùm prouidentiam & inuiſibilem gratiam impletur quod ab eo dictum eſt: Ecce ero vobiſcum vſque ad conſummationem ſeculi: ſecundùm carnem verò, quam verbum aſſumpſit, non ſemper habebitis vobiſcum.*

SECVNDVS.

4 Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis.

Hoc eſt, quòd mea mors non ſit corruptio, nec interitus, ſed tranſitus ad Patrem ſcitis, & quòd ego ſim via, quâ ſolâ venitur ad Patrem, ſimiliter ſcitis. Significat igitur Dominus his verbis, & meritum mortis ſuæ, & quòd non pateat via vlli homini ad gloriam cœleſtem, niſi per ſe ſolum.

SECVNDA PARS.

Huius partis duo ſunt membra: quorũ prius continet Thomæ obiectionem de loco & via, cum reſponſo Domini. Poſterius habet petitionem Philippi, petentis à Domino, vt ſibi & aliis Diſcipulis monſtret Patrem: cui Dominus reſpondẽs, affirmat eum Patrem videre, qui videt Filium.

DE PRIMO.

PRIMVS.

5 Dicit ei Thomas: Domine, neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?

Thomas diſcendi cupidus opponit ſe Magiſtro ſuo, non vt eius verbis deroget, ſed vt quod perfectè non ſciuit, diſceret. Dicit ergo ſe ignorare quod ſcit, negat ſe viam ſcire, qui in via eſt: negat ſe ſcire quò vadat Dominus, cùm tamen idem ſequatur. Sed quomodo hęc ſimul ſtabũt? Reſpondeo: Obſcurè & implicitè ſciebat Thomas, quod clarè expliciteque non ſciebat. Perſuaſum erat Thomæ & aliis Diſcipulis, quòd Ieſus eſſet promiſſus Meſsias, qui ſuis daturus erat vitam æternam, iuxta confeſsionem Petri: *Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quòd tu es Chriſtus Filius Dei.*

Thomas igitur & alij in Chriſtum crediderunt, quos ipſe paulò antea pronunciat mundos eſſe: quod nõ feciſſet, niſi crediſſent. Corda enim fide purificantur. Iam ſi ſciuerunt Chriſtum eſſe donatorẽ vitæ æternæ, & crediderunt in eum, profectò ſciuerunt quò abiturus erat Chriſtus, & erant in via per fidem. Nam Chriſtus, in quem crediderunt, ipſa via eſt, atq; ideò Chriſti dictum veriſsimum eſt: videlicet, *Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis.* Verùm quia Diſcipuli Chriſti modum abitus Chriſti & rationem ignorarunt, verè etiã Thomas & ſuo & aliorum nomine dicit: *Neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?* Etſi autem Chriſtus ſæpe prædixerat Diſcipulis, & modum abitus ſui, & rationem: tamen viſus eſt illis tanquam in parabolis loqui. Dixerat, idque ſæpius, ſe tradendum in manus Iudæorum, illudendum, flagellandum, crucifigendum, occidendum, & ſimul affirmabat, tertio die ſe proditurum viuum è ſepulcro, atque ita iturum per glorioſam aſcenſionem ad Patrem, daturũ Diſcipulis Spiritum Sanctum, & tandem excitaturũ mortuos, & donaturum aliis vitam æternam, aliis ſupplicia nunquam finienda. Hæc dixerat Dominus ſæpè, ſed Diſcipuli non poterant ea ſatis aſſequi præ carnis infirmitate.

Hinc facilè intelligitur, quomodo Thomas & alij ignorabant, quod ſciebant. Ignorabant in circunſtantiis ſuis, ſeu in ſpecie: ſciebant obſcurè, ſeu in genere: ſic & nos multa ſcimus obſcurè & generatim, quæ in ſuis circunſtantiis ignoramus. Scimus hanc carnem debere reſurgere in extremo die, ſed modum, quomodo ipſi pulueres ſæpius mutati coëant rurſus in corpora, quæ in extremo die excitabuntur, non ſcimus, niſi in genere: videlicet quòd id futurum ſit per eam potentiam, qua poteſt Dominus omnia ſibi ſubiicere. Scimus etiam animas Sanctorum mortuis corporibus in Paradiſum recipi, ibiq; beatas eſſe: ſed circunſtantias loci & modi ignoramus. Auguſtinus de Dominico corpore loquens, ita ſcribit: *Vbi & quomodo ſit in cœlo Dominicum corpus curioſiſsimum & ſuperuacaneum eſt quærere, tantummodò in cœlo eſſe credendum eſt. Non eſt enim noſtræ fragilitatis cælorum ſecreta diſcutere, ſed eſt noſtræ fidei de Dominici corporis dignitate ſublimia & honeſta ſapere.* Ita ergo in ſumma ſentiendum eſt, quòd multa ſciuntur obſcurè & implicitè, quæ non ſciuntur clarè & explicitè, ſi circunſtantias reſpicimus. Proinde noſtrum erit, quotidie in ſchola Chriſti proficere, & non ideò deficere, q̃a omnia vno tempore exhaurire nequeamus. Statuamus verbum Dei eſſe normam ſalutaris cognitionis, quæ hîc, vt Paulus teſtatur, eſt imperfecta. *Videmus,* inquit, *nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc ego cognoſcã, ſicut & cognitus ſum.* Item 1. Cor. 8. *Si quis nunc ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum ſcire.*

SECVNDVS.

6 Dicit ei Ieſus: Ego ſum via, & veritas, & vita.

Hoc Domini reſponſum continet ſummam beneficiorum Meſsiæ, & eſt interpretatio promiſsionis factæ Adamo poſt lapſum. In Adamo aberrauimus à via, in Adamo amiſimus lucem, & incidimus in denſiſsimas tenebras: in Adamo mortui ſumus, & damnati. Promiſsio prima remedium proponit contra hæc mala: *Semen mu-*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

lieris conteret caput ſerpentis: hoc eſt, via recta du- A
cet homines ad vitam æternam, abolito regno
Diaboli: pellet tenebras, adducta luce in mun-
dum, & adferet iuſticiam & vitam perpetuam.
Auguſtinus breuiſsima paraphraſi illuſtrat hoc
Domini dictum, cùm ait: *Ambulare vis? Ego ſum
via: falli non vis? ego ſum veritas: mori non vis? ego
ſum vita. Hoc dicit Saluator tuus: Non eſt quò eas, niſi
ad me: Non eſt quâ eas, niſi per me.* Hactenus Augu-
ſtinus. Sed quid de Auguſtino dicimus, ipſe Do
minus ſuorum verborum interpres eſt, & tro- B
pum, qui eſt in his verbis, explicat: ſed obſcu-
ritas aliqua venit ex interpellationib. Diſcipulo
rum. Sed nos, diſperſa interpretationis mem-
bra colligamus hoc modo: Cur Chriſtus eſt
via? Reſpondet ipſe: *Quia nemo venit ad Patrem,
niſi per me.* Cur Chriſtus eſt veritas? Reſpondet:
*Quia ſi cognouiſſetis me, Patrem meum vtique cognouiſ-
ſetis.* Cur Chriſtus eſt vita? Reſpondet: *Quia ego
viuo, & vos viuetis propter me*. Hoc ergo dicto ſi-
gnificatur, quòd Chriſtus ſolus ſit initium, me- C
dium, & conſummatio noſtrę ſalutis. Eſt autem
in primis obſeruanda emphaſis in nomine *Ego.
Ego*, inquit, *ſum*, id eſt, ego ſolus, & non alius, nec
habeo σύζυγον aliquem mihi adiunctum: ſolus
ego ſum Filius Dei, miſſus vt ſim Dux, Doctor,
Defenſor, & Liberator Eccleſiæ, victis hoſtibus
humani generis, peccato, morte, inferno, Diabo
lo. Hæc in genere ſunt dicta, quomodo Chriſtus
ſit nobis & via, & veritas, & vita. Iam in ſpecie
modos ex Scripturis colligemus, quo conſtet D
clarius & diſtinctius, quomodo Chriſtus ſit via,
& veritas, & vita.

Quomodo ergo Chriſtus eſt via? Tribus mo
dis: videlicet doctrina, merito, & exemplo.

Doctrina, quia docet nos ſcientiam ſalutis,
iuxta illud Iohannis: *Deum nemo vidit vnquam: Fi
lius qui eſt in ſinu Patris enarrabit nobis.* Paulus Epi
ſtola prima ad Corinthios, capite primo: *Factus
eſt nobis ſapientia à Deo.* Hic enim æternus Dei Fi-
lius ſemper adfuit Eccleſiæ, & Spiritu ſuo per E
Prophetas, vt Petrus teſtatur de ſe ipſo, inſtru-
xit. Proinde qui in doctrina Chriſti manet, in
via ſalutis manet: qui à doctrina Chriſti aberrat,
in viam gehennæ incurrit. Sit igitur ſummum
noſtrum ſtudium, ſinceritatem doctrinæ Euan-
gelij diſcere, amplecti & tueri, poſthabitis om-
nibus periculis vitæ & fortunarum. Sciamus ve
racem eſſe, qui dixit: *Qui perdiderit animam ſuam
propter me & Euangelium, ſaluum faciam eum.*

Secundò, Chriſtus eſt via merito. Huius e- F
nim ſolius meritis ſaluamur: ſiquidem ipſe ſo-
lus obedientia crucis, à peccatis nos purgat, &
obedientia Legis purgatos iuſtificat. Nam ipſe
ſuam obedientiam, qua Legem impleuit nobis
credentibus gratis imputat, vt iuſti cenſeamur
coram Deo, ac ſi nos ipſi Legē impleuiſſemus.
Atque hoc eſt, quod Paulus ait: *Chriſtus eſt finis
Legis, in iuſticiam omni credenti*: hoc eſt, omnis qui
credit, habet ſummum illud, quod Lex requirit,
nempe iuſticiá, à Chriſto quidem præſtitá, ſed G
lſibi ex gratia imputatá, id quod Apoſtous per
collationē copioſè explicat in Epiſtola ad Ro-
manos, capite quinto: vbi ſummam ſententiæ
his complectitur verbis: *Sicut per inobedientiam v-
nius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita per obe
dientiam vnius multi conſtituentur iuſti.* Et Auguſti-
nus præclarè in eandem ſententiam loquitur:
*Delicta noſtra ſua delicta fecit, vt ſuam iuſticiam no-
ſtram iuſticiam faceret*. Huius meriti Chriſti verè
fiunt participes, qui ipſius membra efficiuntur,
& ipſius corpori myſtico inſeruntur: hoc eſt,
qui ſua peccata agnoſcunt & deplorant, & con-
fugiunt in vera conuerſione ad miſericordiam
Dei in Chriſto propoſitam, quá miſericordiam
Euágelium promiſcuè offert omnibus creden-
tibus. Nam vt credēs excipiatur à peccatis, me-
rito ſacrificij Chriſti: ita donatur iuſticia, impu-
tata ipſi obedientia Chriſti, & acceptatur gratis
ad vitam æternam propter Chriſtum: hoc eſt, vt
vno verbo dicam, iuſtificatur. Nihil enim aliud
eſt iuſtificatio, quàm credentis hominis abſo-
lutio à peccato, imputatio iuſticię Chriſti, & ac-
ceptatio ad vitam æternam, propter Chriſtum.
Quicunque autem huic Chriſti merito ſuum
aſſuit, tanquam iuſtificationis vel partem, vel
cauſſam, vel complementum, à via ſalutis defle-
ctit, iuxta illud Pauli in Epiſtola ad Romanos,
capite decimo: *Ignorantes iuſticiam Dei, & ſuā quæ-
rentes ſtatuere, iuſticiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Proinde
maneamus in via meriti Chriſti, vt veniamus ad
Patrem, & promiſſam beatitudinē, ne cum in-
credulis Iudæis & impiis Papiſtis, iuſticia & ſa-
lute excidamus.

Tertiò, Chriſtus eſt via exemplo. Ita enim i-
pſe ait: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum feci
vobis & vos faciatis.* Item: *Diligite vos inuicem, ſicut
ego dilexi vos.* Item: *Ego ſum lux mundi, qui ſequitur
me, non ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ.*
Sequitur autem Chriſtum, qui & doctriná Chri
ſti amplectitur, & merito ipſius nititur, exem-
plum eius tanquá normam vitæ ſibi proponit.
Doctrina proinde mentem illuminat Chriſtus,
vt Patrem videamus. Merito iuſtificat, vt iuſti
corá Patre cenſeamur. Exemplo vitæ normam
pręſcribit, vt viuamus vt decet filios Dei viuere.
Hinc concluditur, ꝙ Chriſtus iuſtiſsimè vnica
via ſalutis & beatitudinis dici mereatur.

Quomodo Chriſtus eſt veritas? Tribus mo-
dis: videlicet completione prophetiarum, con-
ſtantia promiſſorum, & verę libertatis donatio-
ne. Primùm enim in Chriſto omnia Propheta-
rum vaticinia & figuræ veteris Teſtamenti com
pleta ſunt, iuxta illud Iohannis: *Lex per Moſen da
ta eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*:
hoc eſt, quę Moſes figuris adumbrauit, Chriſtus
veritate compleuit. Cùm gratia & veritas oppo-
nuntur Legi Moſis, Lex Moſis accipitur & pro
maledictione Legis, & pro promiſsionibus de
Meſsia venturo, figuris & typis. Quatenus pro
maledictione accipitur Lex Moſis, opponitur
ei gratia: quatenus pro promiſsionibus de ven
turo Meſsia, item pro figuris & typis accipitur,
opponitur ei veritas. Proinde cùm Iohánes ait,
Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt: ſenſus
hic eſt, quòd Deus ſit placatus ꝑ Filium, in quo
completæ

completæ ſunt omnes promiſsiones de ventu-
ro Meſsia factæ, omnes ſimiliter figuræ & typi,
quibus Chriſtus in veteri Teſtamẽto adumbra-
tus eſt. Hinc principium illud fidei Chriſtianæ
dependet, quod Auguſtinus nobis commẽdat,
hiſce verbis: *Firmitas fidei in eo eſt, quia omnia quæ e-
uenerunt in Chriſto, prædicta ſunt.* Chriſtus ipſe ait
Iohan.5. *Si credideritis Moſi, crederetis certè & mihi:
de me enim ille ſcripſit.* Nobiles Theſſalonicenſes
viri & mulieres audientes Paulum triduum de
Chriſto prædicantem, conferunt Moſen & Pro-
phetas cum iis, quę euenerunt in Chriſto, & ex-
plorarunt an res ita ſe haberet. Actor.17. Hanc
collationem prophetiarum cum iis, quæ euene-
runt in Chriſto, commẽdat piis Petrus, cùm ait:
*Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui bene-
facitis, attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo
loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus
veſtris,* 2.Pet.1. Deinde Chriſtus eſt veritas, con-
ſtantia promiſſorũ. Conſtanter enim ſuas pro-
miſsiones ſeruat. Promiſit ſe affuturum Eccle-
ſiæ ſuæ. Hanc promiſsionẽ complet, cùm ſuam
præſentiam teſtatur mirabili Eccleſiæ conſer-
uatione, in tot furoribus Diabolorum & homi-
num. Promiſit fore, vt portæ inferorum non
ſint præualiturę aduerſus Eccleſiam. Hanc pro-
miſsionem conſtanter ſeruat, etiamſi ſæpè mul-
ti ex ciuibus Eccleſiæ, à tyrannis trucidantur,
quod etiam ipſa veritas prædixit fore. Promiſit
ſe excitaturum mortuos, & donaturũ piis ſem-
piternam vitam & beatitudinem, & condem-
naturum impios ad æterna ſupplicia. Hác pro-
miſsionem opinione hominum citiùs comple-
bit. Nam qui fuit verax in omnibus aliis, non
poterit eſſe mendax in hoc, quod eſt præcipuũ.

Tertiò, Chriſtus eſt veritas, veræ libertatis
donatione. Huc illud Dominicum dictum, Io-
hannis cap.8. pertinet: *Si vos manſeritis in ſermone
meo, cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos:*
hoc eſt, ex ſeruis peccati vos liberos Dei filios
faciet, vt peccatum amplius in vos nullum ius
habeat. Ideò in eodem loco ſubiicitur: *Si Filius
vos liberauerit, verè liberi eritis.* Liberat autem Fi-
lius, cùm hominem ſuo Spiritu donat, iuxta il-
lud: *Vbi Spiritus Dei, ibi libertas.*

Quomodo Chriſtus eſt vita? Efficiẽdo in no-
bis vitam, deſtructa morte, & ira Dei placata.
Hoc fit ſimiliter tribus modis: videlicet regene-
rando, ſanctificando, & glorificando.

Primùm, Chriſtus eſt vita regenerando, quia
per Spiritum ſuum nos regenerat in nouos ho-
mines. Nam cùm credimus, naſcimur Filij Dei
arcano quodam afflatu, & operatione Spiritus
Chriſti, iuxta illud Iohannis cap.1. *Dedit ἐξουσίαν,
vt filij Dei fierent, qui credunt in nomen eius.* ἐξουσία hoc
in loco non tam poteſtatem, quàm dignitatem
ſignificat. Quare Nonnus rectiſsimè reddidit οὐ-
ρανίην τιμὴν, id eſt, cœleſtem honorẽ, ſeu dignita-
tem. Quomodo autem hæc noua & ſpiritualis
natiuitas fiat, pulcherrima ſimilitudine Chri-
ſtus ipſe declarat, Iohannis cap.3. in colloquio
cum Nicodemo: *Ventus,* inquit, *quò vult ſpirat, &
ſonum eius audis, ſed neſcis vnde veniat, & quò vadat.*

A Ita eſt omnis, qui genitus eſt è Spiritu: hoc eſt,
vt venti ratio non percipitur, niſi ex ſpiratione
& ſono: ita regeneratio noſtra fit occulto mo-
do, cùm credimus: ſed percipitur ex vi & effe-
ctu Spiritus Sancti, in homine regenito. Huius
nouæ regenerationis efficax ſymbolum eſt
Baptiſmus.

Secundò, Chriſtus eſt vita noſtra ſanctifican-
do. Nam regeniti indies magis magiſque virtu-
te mortis & reſurrectionis Chriſti mortifican-
B tur carne, & viuificantur Spiritu. Sic enim do-
cet Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos, cap.6.
cùm ait: *An ignoratis, quòd quicunque baptizati ſu-
mus in Ieſum Chriſtum, in mortem eius baptizati ſu-
mus. Conſepulti igitur cum eo ſumus per Baptiſmum in
mortem, vt quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex
mortuis in gloriam Patris, ſic & nos in nouitate vitæ
ambulemus.* Quòd igitur mortificatur in nobis
caro, virtute fit mortis. Quòd viuificatur ſpiri-
tus, efficacia fit reſurrectionis Chriſti. Hæc mor-
C tificatio & viuificatio partes ſunt ſanctificatio-
nis, quæ eſt finis iuſtificationis in hac vita, & ad
quam nos vocatos eſſe teſtatur Apoſtolus. Hæc
ſanctificatio, id eſt, ſeparatio hominis à propha-
nitate gentium, per mortificationem carnis, &
coniunctio eiuſdem cum Deo ꝑ viuificationem
Spiritus, eſt renouatio, ſeu reparatio imaginis
Dei in homine.

Tertiò, Chriſtus dicitur vita glorificando.
Nam ſua potentia nos excitabit, & excitatos or-
D nabit immortalitatis gloria. Siquidem vtrum-
que Chriſti beneficium proprium eſt: videlicet
excitatio mortuorum, & donatio æternæ vitæ,
beatitudinis, in qua ipſi Chriſto conformes eri-
mus in omnem æternitatem. Hæc conformi-
tas Eccleſiæ cum Chriſto capite, eſt coniunctio
& vnio ipſius cum Deo, & perfecta hominis vi-
ta & beatitudo, atque adeò finis hominis, ad
quem & primùm conditus eſt, & deinde redem-
ptus. Nam ſi finis hominis eſt, quòd perfectum
E & beatum reddit hominem totum, ita vt nihil
ei deſit, nihil deficiat, & ea de cauſa nominatur
finis, quia ad vltimum & perfectiſsimum perti-
net: profectò ſtatus hominis perfectiſsimus in
æterna vita, erit illa cum Chriſto conformitas,
in qua homo acquieſcet in omni æternitate bea-
tus, nihil præterea vnquam appetens. Cùm in
hunc finem Deus miſerit Filium ſuum in mun-
dum, vult abſque omni dubio omnem homi-
nem hunc finem aſſequi, iuxta illud: *Deus vult
F omnes homines ſaluos fieri.* Et quoniam vult finem
Deus, vult etiam media ad finem. Ideò Paulus
ſuperioribus verbis addit: *Deus vult omnes ad a-
gnitionem veritatis venire.* Nam ſine hoc medio
nemo fidem aſſequi poteſt.

Atque ita videmus, quàm aptè Dominus pri
mam promiſsionem interpretatur, & clarè ſi-
gnificat, ſe illud promiſſum ſemen eſſe, qui vi-
cta morte, & placata ira Dei ꝑ victimam ſuam,
recta via nos ducit ad vitam beatam, modò illi
G manum porrexerimus, & firma fidu-
cia in illum recubue-
rimus.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

TERTIVS.

Nemo venit ad Patrem, niſi per me.

Ratio eſt ſentētiæ præcedentis: *Nemo*, inquit, *venit ad Patrem, niſi per me*. Ergo ego ſolus ſum via, veritas & vita. Nemo proinde vel per ſacrificia Leuitica (vt Phariſæi putabant) quæ Chriſti ſacrificium adumbrabant, vt vmbræ veritatem. Nemo per iuſticiam Legis (vt hypocritæ autumant) quam ſolus Chriſtus habet, vt ita dicam, formaliter, & in ſe credentibus, eam verè imputat. Nemo propter merita aut dignitatem maiorum liberatur à peccato, morte, inferno. Nemo iuſtificatur, donatur vita æterna, & habet acceſſum ad Patrem, niſi per ſolum Filium. Meritò proinde ſolus Filius eſt via ad Patrem, vt qui ſolus habeat viam vitæ, id eſt, perfectam obedientiam Legis. Solus Filius eſt veritas, vt qui compleuerit ſolus, quicquid adumbrauit Lex, & inuolutum ſub variis figuris & typis habuit. Solus Filius eſt vita, vt qui victa morte aperiat cœlum, & donet credentes vita æterna.

Obſeruetur proinde hoc Domini dictum, & confirmentur animi noſtri hoc dicto, aduerſus omnis generis tentationes. Vocat enim Dominus omnes ad ſe: offert omnibus ſe. Si igitur peccatum habes, ipſe hoſtia eſt pro peccato. Si iuſticiam nō habes, ipſe iuſtus eſt, iuſtificans impium, q. ſe ad ipſum p fidem conuertit. Si mortis metus te angit, ipſe vita tua eſt, modò in ipſum credis. Ita enim ſcriptū eſt: *Qui credit in Filiū, habet vitam æternā. Qui autem non credit Filio, ira Dei manet ſuper eum*. Nemo ſentit quàm dulcis ſit hæc Chriſti concio, niſi qui peccati molem ſentit, niſi qui conſcientia ſcelerum perturbatus, deſperare iam incipit, niſi qui metu comminationum diuinarum proſtratus, ſentit quodammodo dolores inferni. Hic verè ſentit, quàm dulcis ſit hæc Chriſti concio. Nam huius cogitatione erigitur aduerſus omnes tentationes & terrores, concipit fiduciam, ꝙ Chriſtus ſit via, per quam de peccati regno perducitur ad Patrem, fretus non ſua, ſed Chriſti iuſticia, qui eſt finis Legis, in iuſticiam omni credenti.

QVARTVS.

7 *Si cognouiſſetis me, & Patrem meum vtique cognouiſſetis.*

Hoc dicto Dominus ſignificat voluntatem Patris ſui: videlicet, quòd velit ſaluare homines, cerni in Filio. Quicquid enim Filius agit, teſtimonium eſt de Patris voluntate erga homines. Filius inuitat omnes ad ſe, & omnibus promiſcuè ſalutem promittit, & vitam. Ergo voluntas Patris eſt, vt ad Filium veniamus, & in eo ſaluemur. Nam etſi nemo vidit vnquā Deum, tamen vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, reuelat nobis Patris voluntatem.

QVINTVS.

Et nunc cognoſcitis eum, & vidiſtis eum.

Concluſio eſt argumenti, cuius aſſumptio omiſſa eſt hoc loco. Verùm argumentum integrum ſic formabitur: Si cognouiſſetis me, & Patrem meū vtique cognouiſſetis. Sed me cognouiſtis, & vidiſtis. Igitur & Patrem cognouiſtis, & vidiſtis. Sed quomodo hoc dictū congruit cum eo: *Nemo Deum vidit vnquam*. & cum eo: *Non quòd Patrem viderit quiſquam, niſi is, qui eſt à Deo, hic videt Patrem*. Reſpondeo: Dominus hîc loquitur de cognitione & viſione non eſſentiæ diuinæ, ſed voluntatis diuinæ, idq́ue in genere, & implicitè, non in ſpecie & explicitè.

DE SECVNDO.

PRIMVS.

8 *Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.*

Quòd Philippus videtur ignorare, ꝙ Chriſtus affirmat eum ſcire, non eſt repugnantia. Nam & norunt Diſcipuli, & nō norunt Deum. Norunt obſcurè & in genere: non norunt clarè in omnibus circunſtantiis, nec explicitè. Philippus contentus eſſe debuit verbo & teſtimoniis verbo additis. Sed non eſt contentus ſimplici verbo, nec teſtimoniis verbo additis: hoc eſt, miraculis: ſed pergit aliis mediis Patrem inquirere. Ita ratio humana cùm non poteſt credere, aliis modis reddi certior vult: ſed fides verbo contenta eſt, hæret in verbo, nec alia ſigna quærit, q̃ quæ ipſi Deo viſum eſt proponere.

SECVNDVS.

9 *Dicit ei Ieſus: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me: Philippe, qui vidit me, vidit Patrem. Quomodo igitur tu dicis, oſtende nobis Patrem?*

Taxatur à Magiſtro ignorantia Diſcipuli. Argumentum ſic concluditur: Qui vidit me, videt Patrem: Tu me iam longo tempore vidiſti: Ergo Patrē meū vidiſti. Stultè ergo petis vt oſtendam tibi Patrem. Iam partes argumenti videamus. *Tanto tempore vobiſcum ſum*: i. tanto tempore vos doceo, & nondum nouiſtis me, id eſt, nondum ſcitis Patrem velle per me cognoſci. Meum verbum eſſe potentiam Patris, in quo ſolo Pater velit cognoſci. Eſt enim hoc mandatum Patris de me, hunc audite. *Qui videt me, videt & Patrem*: id eſt, cùm Pater velit innoteſcere per me, noli quærere aliam cognoſcēdi viam, ſed meo verbo crede, quòd ego is ſum, qui ſiſtam vos Patri. Crede ergo te per me venturum ad Patrem. Dum cognoſces Patrem, experieris fide potentiam & miſericordiam Patris, ſenties Patrem conſolantem & viuificantem. Breuiter, intelliges voluntatem Patris eſſe, vt credentes in me ſaluentur. Huc illud pertinet: *Hæc eſt voluntas Patris, qui miſit me, vt omnis qui credit in Filium, habeat vitam æternam.*

Porrò Filij viſio duplex: Vna ſalutaris, altera inanis & inutilis.

Salutaris viſio Filij Dei, mentis eſt, idq́ue vel ſolius, vt cùm Abraham dicitur vidiſſe Dominum,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

num,& gauiſus eſſe. De hoc viſionis genere loquitur Dominus, Iohannis capite vigeſimo: *Beati qui non viderunt, & crediderunt:* vel mentis & corporis ſimul, qualis fuit Diſcipulorum Chriſti, & Sanctorum multorum, qui Dominum verſantē hîc in terra & viderunt corporeis oculis,& viderunt mente: hoc eſt, habuêre eius certam noticiam cum fiducia viua in ipſum.

Inanis & inutilis viſio Filij Dei eſt, qualis fuit hoſtium Chriſti, qui eum corporeis oculis viderunt, ſine vera noticia, & viua fiducia. Eſt quoque inanis viſio Filij Dei, ipſum in verbo videre ſine fiducia cordis, qualis eſt omnium hypocritarum, & aliorum viuentium ſine pœnitentia.

TERTIVS.

10 ***Non credis quòd ego in Patre ſum, & Pater in me eſt?***

Rationem reddit cur cognito Filio, cognoſcatur & Pater: nempe quia Filius in Patre eſt, & Pater in Filio, propterea quòd verbum, quo cognoſcitur Filius, eſt potentia & Filij & Patris, iuxta dictum Iohannis capite quinto: *Quæcunque Pater facit, Filius pariter facit.* Item: *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.* Proinde cùm cognoſcitur Filius in ſuo verbo, neceſſe eſt eodem & Patrem cognoſci. Etſi autem Dominus hîc non loquitur de eſſentia diuina ſimpliciter, ſed de virtute, qua nobis Pater per Filium manifeſtatur: tamen rectè à virtute colligitur eſſentia. Cui enim tribuitur proprium, quod vni ſoli eſſentiæ conuenit, huic eſſentiam quoque tribui neceſſe eſt. Cùm ergo vna eademque eſt virtus Patris & Filij, eſt quoque vna eademque deitas Patris & Filij.

Obſeruetur ergo hoc teſtimonium inter alia de deitate vna, eademque numero Patris & Filij, à quibus excludi nequit Spiritus Sanctus.

Summam ergo ſententiæ teneamus hoc modo: Pater dicitur eſſe in Filio, quia in Filio habitat plena deitas, & virtutem ſuam exerit. Filius viciſsim dicitur eſſe in Patre, quia Filius diuina virtute oſtendit ſe eſſe vnum cum Patre. Græci Theologi vocârunt περιχώρησιν hác mutuam continentiam, qua tres perſonæ Trinitatis vna in alia viciſsim continentur, myſterio, cineri & pulueri inſcrutabili.

QVARTVS.

Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor. Pater autem in me manens ipſe facit opera.

Iam clariùs exponit Dominus, quomodo cognoſcit & videt Patrem, qui cognoſcit & videt Filium: videlicet in verbo & in teſtimonio. De priori ſic ait: *Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor:* quaſi diceret, Non eſt quòd cum incredulis Iudæis exiſtimetis me, vt hominē vanum mea ſomnia vobis inculcare: ſed mea verba ſunt Patris verba, quæ ipſius iuſſu, vt fidelis legatus loquor, vt ex ipſis cognoſcatis ipſius erga vos voluntatem, qua omnes per me Filium & Mediatorem vult ſaluos fieri, modò in ipſum iuxta verbum credere non recuſauerint. Nam verbum meum, quod & Patris eſt verbum, auditum & creditum, eſt potentia in ſalutem. Ideò Paulus ait: *Euangelium eſt potentia Dei in ſalutem omni credenti.* Nos proinde quibus ſalus eſt cordi, amplectamur hoc Chriſti verbum, & iuxta illud credamus Patrem nobis eſſe propitium, in Filio Mediatore.

Quomodo Pater manet in Chriſto, exponit Hilarius hoc modo: *Pater manet in Chriſto, quia Chriſtus Filius eſt virtute, diuinitate, ſubſtantia, generatione. Opera teſtantur, poteſtates loquuntur, per progeniem in Filio Patrē eſſe, & per legitimè originis ſubſtantiam Filium in Patre eſſe. Pater videtur in Filio, & videtur non per inuiſibilis nobis naturæ contemplationem, ſed per operum admirationem. Filij enim opera, opera Patris ſunt, non imbecillo ad ea efficienda Filio, nec diuerſa virtute naturæ: ſed in Filio efficiente quicquid ipſe, à quo ipſe eſt genitus, efficiat. Atque ideò per id, quod in maieſtate operum Filius contemplabilis eſt, Pater quoque videtur in Filio.*

De poſteriori in hunc modum loquitur: *Pater autem in me manens, ipſe facit opera:* hoc eſt, opera, quę ego facio, ſunt teſtimonia de Patre. Cùm hîc Filius Dei Patri tribuat opera, non ſe excludit, vt qui vnum ſit cum Patre, etſi alius ſit à Patre: ſed diſcernit inter mittentem & miſſum, & non diſtinguit inter opera Patris & Filij. Ita enim alibi ait: *Opera quæ dedit mihi Pater, vt ea perficerem, ipſa inquam opera, quæ ego facio, teſtantur de me, quòd Pater me miſerit.* Et clariùs adhuc Iohannis cap. 5. *Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat: ita Filius quos vult viuificat.* Hîc ergo obſeruetur, quòd quoties Pater dicitur quicquam dediſſe Filio, quod ad œconomiam humiliationis pertineat, & reſpectu naturæ aſſumptæ dicatur, quēadum ex illo Domini dicto promptum eſt intelligere: *Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quatenus filius hominis eſt.*

QVINTVS.

11 ***Credite mihi, quòd ego in Patre ſum, & Pater in me. Sin minus, propter opera ipſa credite mihi.***

Hæc ad declarationem reſponſi Philippo dati pertinent: *Philippe, qui me videt, Patrem videt.* Quare? *Quia ego in Patre, & Pater in me.* Huius ſui reſponſi fidem poſtulat, cùm hîc ait: *Credite mihi quòd ego ſum in Patre, & Pater in me:* ſcilicet inſeparabili naturę, voluntatis, virtutis, & operationis conſortio. Hæc ſi crederetis, non diceretis: *Oſtende nobis Patrem*, ſed verba mea vt verba Patris acciperetis, iiſq; contenti eſſetis. Quicquid enim ego loquor, ex illius animo loquor: quicquid facio, ex illius ſententia facio. Teſtantur proinde facta mea de Patris voluntate. Quare ſi mihi non creditis, credite operibus, quæ teſtantur de Patre. Nam mea opera & Patris ſunt opera, & teſtimonia de Patris voluntate.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

TERTIA PARS.

Huius partis duo ſunt membra. Primũ, quanta ſit vis futura fidei in Chriſtum in Apoſtolis Domini. Secundum, dilectionis Chriſti præconium cum promiſsione Spiritus paracleti, & vitæ obtinendæ in Chriſto.

Membra noſtro more articulis diſtinguem⁹.

DE PRIMO.

PRIMVS.

12 *Amen, Amen dico vobis, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe facit, & maiora his faciet.*

Ampliſsima hæc promiſsio ad conſolandos Diſcipulos Chriſti, qui propter abitum ipſius mœſti erãt, pertinet. Teſtificatio duplicata Chriſti, opponitur diffidentiæ Diſcipulorum, quæ ex carnis infirmitate oriebatur. quaſi diceret: Scio quàm imbecillis ſit veſtra fides, ſcio quàm triſtes ſitis propter meum abitũ, ſcio quòd deſperetis de veſtris viribus, me à vobis diſcedente: ſed verè dico vobis, & iuramento affirmo, futurum quod vobis promitto. Promiſsio hęc eſt, *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe facit.* Hæc promiſsio propriè ad ipſos Apoſtolos pertinet, quibus promittit Chriſtus, quòd poſt ſuum abitum ſint docturi Euangelium, miracula edituri in confirmationem Euangelij, multos adducturi in regnum Chriſti, per ſuam prædicationem. Sed quid eſt quod addit: *Et maiora his faciet.* Num aliquis poteſt opera maiora facere, quàm Chriſtus fecit? Si ad opera Legis reſpicimus, nullus vnquam maiora opera fecit, quàm Chriſtus, imò ſolus Chriſtus ſuis operibus Legem impleuit. Si opera expiationis & ſaluationis conſideramus, ſolus Chriſtus hæc & potuit, & debuit facere. Quid ergo? Reliqua ſunt opera miraculorum & doctrinæ, de quibus Chriſtus hîc ſolummodò loquitur. Diſcipuli ergo Domini maiora facient miracula, quàm Dominus fecit? An ſublimiorem doctrinam adferent, quàm Dominus attulit? Maiora intellige, non naturâ, ſed numero & efficacia. Maiora, non virtute Diſcipulorum, ſed virtute Magiſtri, in illis efficacis.

Chriſtus paucos ſanauit corporaliter, paucos excitauit mortuos. Diſcipuli autem Domini, eius tamen virtute, plures ſanabant corporaliter, & plures excitabant mortuos, atq; adeò plura ediderunt miracula in confirmationem Euangelij. Chriſtus triennium docuit Euangelium intra limites Paleſtinæ. Apoſtoli Euangelium prædicãrunt longo tempore, nõ apud Iudæos tantũ, ſed etiam apud Gentes. In omnem ſiquidem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ, verba eorum. Euangelium enim prædicatum per Apoſtolos, in pluribus efficax fuit, vt Dei potentia, in ſalutem omni credenti. Atque ita nos videmus, quomodo euentus reſponderit promiſsioni Chriſti: *Maiora his facient.* Hinc & nos fidem noſtram confirmemus.

A

SECVNDVS.

Quia ego vado ad Patrem meum.

Cauſſam reddit, cur Apoſtoli facturi ſint maiora opera, quàm ipſe Chriſtus fecit, dum in mortali carne conuerſabatur cum Apoſtolis. *Quia*, inquit, *vado ad Patrem.* Vt hanc rationem rectiùs intelligamus, ſciendum eſt, quòd plures ſint gradus abitus Chriſti ad Patrem.

Primus eſt mors ipſa, qua redemptum eſt genus humanum.

B

Secũdus eſt reſurrectio, quę & victor eſt antiqui ſerpentis, & vitam nobis acquiſiuit.

Tertius eſt aſcẽſio in cœlum, qua nobis viam parauit.

Quartus eſt ſeſsio ad dexteram Patris, ſeu regnum in quo regnat vnà cum Patre.

Senſus ergo huius rationis eſt: Poſtquã morte redemero genus humanũ, & reſuſcitatus fuero, & aſſumptus in cœlum, regnaturus vnà cum

C

Patre: adero vobis, ero opitulator & effector, ita vt doctrina veſtra & miraculis plurimas gentes in regnum meum adducatis, nõ veſtra virtute, ſed mea, qui in vobis volo eſſe efficax per meum Spiritum.

Sed quomodo vadit, qui vbique eſt? quomodo ad Patrem, qui nuſquam abeſt? Carne vadit ad Patrem in cœlum, vbi eſt thronus maieſtatis eius, iuxta illud Act. 7. *Cœlum mihi thronus eſt.* Et ad Hebr. 1. *Sedet ad dexterã maieſtatis in excelſis.* Sed

D

de hac re ſuprà à nobis copioſiùs dictum eſt.

TERTIVS.

13 *Et quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio.*

Hoc Domini dictum quinque continet. Primùm, vnde tanta vis ſit in Apoſtolis, vt maiora opera faciant, quàm Chriſtus fecit, cùm hîc in carne verſatus eſt. Secundùm, quando operari poſſunt Apoſtoli. Tertiò, Chriſtus ſe naturâ

E

Deum eſſe affirmat. Quartò, veræ inuocationis modus præſcribitur. Quintò, quis ſit finis operum Apoſtolicorum indicatur. De hiſce quinque aliquid, ſed breuiſsimè, dicemus.

Vnde tanta vis in Apoſtolis, vt maiora opera faciant? Ego, inquit, faciam. Non ergo ſua virtute maiora opera faciẽt Apoſtoli, ſed Chriſti, qui in ſuo verbo vult eſſe efficax, & adeſſe miniſterio, & diuinis teſtimoniis cõfirmare doctrinam, vt multi colligantur in regnum Chriſti.

F

Quando operari poſſunt Apoſtoli? Dum inuocant. Vt enim inuocatio eſt teſtimonium, ꝙ Apoſtoli Chriſtum agnoſcant effectorẽ operũ: ita eadem impetrant quicquid petierint in gloriam Dei. Vnde Petrus Act. 3. dicit claudo: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Omnia igitur ſigna, quæ fecerũt Apoſtoli, ipſe faciebat, inuocatus, & manus Domini erat cum illis.

Quomodo Chriſtus hoc loco aſſeritur naturâ eſſe Deus? Dicit ſe facturum eſſe quicquid pe-

G

tunt Apoſtoli. Affirmat ergo ſe exaudire precantes, & corda hominũ introſpicere, vt teſtãtur etiã Apoſtoli Act. 1. vbi in hũc modũ Chriſtũ inuocant:

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

uocant: *Tu Domine καρδιογνῶστα omnium*, id eſt, qui corda noſti omnium: & effector es omnium liberationum, quæ nobis diuinitùs donantur. Hæc ſunt abſque omni dubio naturæ omnipotentis, diuinæ & creatricis. Sic & ſuprà dixit capite quinto: *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.* Item: *Quæ Pater facit, hæc & Filius ſimiliter facit.* His teſtimonijs muniamus nos aduerſus furores Arrianorum, & Seruetianorum, qui cum hunc honorem non tribuunt Chriſto, Patrem negant, iuxta illud: *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui miſit illum.*

Veræ inuocationis modus indicatur, cùm ait: *Quicquid petieritis in nomine meo*, id eſt, me agnito Mediatore, per quem & Pater meus agnoſcitur, & propter quem preces Eccleſiæ exaudiuntur. Quicunq; ergo hunc Mediatorē non agnoſcunt, rectè inuocare Deum non poſſunt.

Finis operum Apoſtolicorum additur: *Vt*, inquit, *glorificetur Pater in Filio*, hoc eſt, vt prædicetur potentia, ſapientia, iuſticia & miſericordia, quas virtutes oſtendit in eo, quod dederit Filium. Huc ergo pertinet totum miniſterium verbi, vt Deo Patri tribuatur gloria, qui Filium dedit, qui ſua victima placaret iram, adduceret iuſticiam, & vitam æternam, victis morte, inferno, Diabolo.

QVARTVS.

14 *Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam.*

Idem repetit, vt diſcipuli id fortius animis imprimant. Eſt enim ſumma conſolatio Eccleſiæ, quòd habeat Mediatorem omnipotentē, & volentem afflictos exaudire, modò in vera fide ipſum inuocent, & ea precentur, quæ ad gloriā Dei, & ad ipſorum ſalutem pertinent. Modum & tempus exauditionis voluntati Mediatoris relinquamus.

DE SECVNDO.

PRIMVS.

15 *Si diligitis me, mandata mea ſeruate.*

Dominus promiſſurus ſuis Spiritum Sanctum: Primùm docet, quibus detur Spiritus S. Deinde quid ſit, poſtea quid efficiat. Cùm Dominus hîc ait: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate*, quibus detur Spiritus S. oſtendit, argumentò ſumpto à neceſſariò coniunctis. Qui enim aliū verè amat, eum animo complectitur, conatur ſe illi adiungere, optimè illi vult, voluntati ipſius obſequitur, imperata facit, & cauet ea ſummo ſtudio, quæ dilecto ſunt ingrata & aduerſantur. Quicunq; ergo Chriſtum verè diligit, Chriſtū animo complectitur, ſe Chriſto viua fide adiungit, optimè Chriſto vult, Chriſti voluntati ſe ſubmittit, mandata Chriſti ſeruat, & cauet ſummo ſtudio quæ Chriſto, quem diligit, ingrata ſunt, & aduerſantur, hoc eſt opera Diaboli. Sed quid eſt facere mandata Dei? Hîc inprimis tenendum eſt, quòd hæc concio nō ſit Moſis, ſed Chriſti. Proinde nō eſt legis, ſed Euágelij. Si eſt cōcio Euágelij, ſeruare mádata Chriſti, nihil aliud eſt, quá amplecti Euangeliū Chriſti, pœni-
A tentiá agere iuxta vocē Euágelij, confiteri Chriſtum coram mūdo, fide viua & dilectione adhærere Chriſto, ex fide ſeruire Deo in iuſticia & ſanctitate vera, mutuá dilectionē habere, & per patientiá in timore Dei expectare promiſſam in Chriſto hæreditatē. Habemus ergo hîc verá definitionē diſcipulorū Chriſti, hoc eſt, Eccleſiæ; nimirum quòd Eccleſia ſit cœtus hominum diligens Chriſtū, & mādata eius ſeruans, hoc eſt, amplectēs Euangeliū Chriſti, pœniten-
B tiá agens iuxta vocē Euangelij, fide adhærens Chriſto, & ex fide præſtans Deo obedientiam, &c. Hoc ipſum ſuprà alijs verbis dictū eſt: *Oues meæ vocē meā audiunt.* Cum his cōgruit etiá Eſaię vaticiniū cap. 59. *Veniet ad Sion Redēptor, & his qui redeūt ab iniqtate in Iacob dicit Dn̄s, hoc eſt fœdus meū cum eis, dicit Dn̄s: Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, nec de ore ſeminis tui ab hoc tempore in ſempiternum.* Eſt ꝓinde Eccleſia cœtus viſibilis, in quo ſonat vox
C Euangelij. Tametſi autem in eo cœtu multa ſunt membra mortua: tamen non dubitandum eſt illic veram & ſanctam Eccleſiam eſſe, vbi ſonat vox Euangelij incorrupta.

SECVNDVS.

16 *Et ego rogabo Patrē, & aliū paracletū dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternū:*

17 *Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non vidit eum, nec no-*
D *uit eum. Vos autem cognoſcitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit.*

Paulò antea dixit, idq; bis: *Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam.* Hîc autem dicit, ſe rogaturum Patrem vt ipſe faciat. Hęc minimè pugnát, modò rectè diſtinguantur. Promittit ſe facturū vt Deus, qui poteſt quicquid vult, & vult quicquid promiſit. Dicit ſe rogaturum Patrem vt Mediator. Nam vt Pater vult oēs ſaluos fieri: ita exaudit Mediatorē interpellantem pro omni-
E bus. Vterq; ergo vult & facit. Pater quidē, quia Pater eſt Chriſti natura, noſter adoptione: Filius verò, quia Mediator eſt, qui dedit ſeipſum ἀντίλυτρον pro omnibus.

Porrò quia hæc Pericopa plura continet, eá in ſuas partes retexam, quo melius omnia in noſtros vſus transferamus. Primùm ergo docemur hîc, quòd Chriſtus non ſit ita perfunctus ſuo munere, quin adhuc fungatur ſacerdotio. Nam cùm tria ſunt præcipua munera ſacerdo-
F tis Chriſti, videlicet offerre, docere, & orare: accuratè diſtinguenda ſunt, vt ſciatur quatenus Chriſtus adhuc fungatur ſacerdotio, pręſertim cū Scriptura p̄dicat illum eſſe ſacerdotē. Quantum aūt ad oblationē attinet, ſciēdum eſt, quòd per propriū ſanguinē introiuit ſemel in ſancta, æterna redēptione inuēta. Heb. 9. Itē: *Chriſtꝰ ſemel oblatus eſt, ad multorū exaudiēda peccata.* Eſt ergo Chriſtꝰ ita perfunctus oblatiōis officio, vt nō ampliꝰ ſe offerat ꝓ pecatis. Vna. n. oblatiōe pfe-
G cit in ꝑpetuū ſanctificádos. Vanum proinde eſt cōmētum Papiſtarū, qui gloriant̃ ſe Chriſtū offerre in ſuis Miſsis, pro viuis & mortuis.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Docuit, docet, & docebit perpetuò in Eccleſia, non in carne, vt triennium fecit, ſed in Spiritu, quo & locutus eſt in Noe & in alijs ſanctis Dei Prophetis, vt Petrus teſtatur. Et hodie loquitur in pijs doctoribus Eccleſiæ, ſemper eandem vocem Euangelij ſonans, quæ eſt prædicatio pœnitentiæ, & remiſsionis peccatorum in nomine Chriſti.

Orauit pro nobis in horto, ſudans grumos ſanguineos, & hodie in cœlo vultui Patris apparet pro nobis. Rom. 8. *Qui eſt ad dexteram Dei interpellans pro nobis.* Item ad Heb. 9. *Semper viuens vt interpellet pro nobis.* Huc pertinet illud Iohan. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.*

Secundò, docemur hîc quomodo Chriſtus ſit regnaturus in Eccleſia. Putabãt Apoſtoli, ſicuti ex actis Apoſtolicis apparet, Chriſtũ reſtituturũ eſſe regnũ Iſrael carnale. Verũ Chriſtus hîc cõtra docet, & affirmat ſe regnaturũ in fidelib. per Spiritũ S. quẽ hîc dicit Patrẽ daturum eſſe Eccleſię. hic Spiritus S. ſemper aderit Eccleſię paracletus, hoc eſt, aduocatus, cõſolator, hortator. Hęc enim tria proprijſsimè ſignificat Gręca vox παράκλητος. Eſt proinde Spiritus S. habitãs in cordib. piorũ, qui ideò tẽplum Spiritus S. dicũtur: aduocatus in tẽtationib. conſolator in afflictionib. hortator in laborib. Hic quia idem numero in ſingulorum piorum cordib. habitat, natura Deus eſt vnus cum Patre, & Filio. Nam vt rectè Athanaſius ait: *Solius diuinæ naturæ eſt, eſſe vbique præſentem.*

Porrò cùm Chriſtus hîc dicit: *Et alium paracletum dabit,* ſignificat plures eſſe paracletos. nam ſeipſum etiam paracletum affirmat, & diſtinguit inter ſe, & Spiritum S. paracletũ. Chriſtus eſt paracletus, id eſt, aduocatus apud Patrem, merito ſcilicet ſuæ oblationis & interceſsionis. Spiritus Sanctus eſt paracletus in nobis, nos conſolans, animans, confirmans, ducens in omnem veritatem.

Præterea diſcernuntur hîc clarè tres perſonę trinitatis. Pater eſt alius à filio, & Spiritus S. eſt alius à Patre & Filio. Igitur tres diſtinctæ hypoſtaſes ſeu perſonæ ſunt.

Tertiò, cùm Chriſtus addit: *Vt maneat vobiſcum in æternum,* docet ſemper Spiritum S. adfuturum Eccleſiæ. Nam Chriſtus ſemper regit ſuam Eccleſiam verbo ſuo & Spiritu Sancto. Etſi autẽ viſibiliter donabatur in primitiua Eccleſia Spiritus Sanctus, vt eſſet aſpectabile teſtimonium, & obſignaculum veritatis Euangelij: tamen non minus hodie datur fidelibus, q̃tum, & ſi inuiſibiliter, quo ſancti ſe obſignatos eſſe ſentiunt, dum conſolatur, animat & confirmat eos. Eſt etiam teſtimonium habitantis in corde Spiritus Sancti fiducia, qua conſcientia territa concipit gaudium audito verbo remiſſionis peccatorum, atq; ideò ab Apoſtolo non timoris, ſed adoptionis Spiritus dicitur.

Quartò, dicitur Spiritus Sanctus hîc à Chriſto, *Spiritus veritatis,* non tam ꝙ in ſeſe verax ſit,

A vtpote æternus Deus, quã ab effectu, videlicet quia & docet veritatẽ, & facit veraces. Docet veritatem, non afferens nouam doctrinam, vt Papiſtæ putant, qui oẽs ſuas nugas ad magiſteriũ Spiritus Sancti referunt, non inſpirans Enthuſiaſmos ſine verbo, vt Anabaptiſtæ ſomniãt; ſed docet doctrinam Propheticam & Apoſtolicã, hoc eſt Euãgelium de remiſsione peccatorũ in nomine Chriſti, dum mentes & corda hominũ flectit ad audiendum, aſſentiendum & creden-

B dum, facit veraces, quia caro non nouit peccatum ſuum, ideò ſuas intentiones, ſua opera iuſtificat, ſimulat ſe credere, cũ nõ credat; ſimulat timorẽ Dei, cùm tamen contemnat Deũ: ſimulat ſe quærere gloriam Dei, cùm tamen ſuam quærit. Itaq; omnes humanæ iuſticiæ ſunt mera mendacia. Verùm Spiritus Sanctus vbi illuxerit corda, eam hypocriſin reuelat, & efficit timorem ac fidem in corde. Atq; ideò de eo dicitur 1. Corinth. 2. *Nos verò non Spiritum mundi acce-*

C *pimus, ſed Spiritum qui eſt ex Deo, vt ſciamus quæ nobis à Deo donata ſunt.* Et 2. Cor. 1. *Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſtũ, & qui vnxit nos Deus eſt, deditq; arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris.* Propter hãc cauſam Iohannes 1. Iohan. 2. Vocat Spiritum Sanctum, vnctionem veracem, & docentem de omnibus. Atque ideò Eccleſia piè precatur in hunc modum:

Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atque Filium,
D *Te vtrinſque Spiritum,*
Credamus omni tempore.

Quartò, addit Chriſtus: *Quem mundus non poteſt accipere, quia non vidit eum nec nouit eum.* Diſtinguit hîc Dominus inter veram Eccleſiam & falſam, quam hic mundi nomine notat. Mundus ergo hoc loco ſignificat omnes homines non renatos per Spiritum Sanctum. Vera Eccleſia accipit Spiritum Sanctũ; Mundus, id eſt falſa Eccleſia, non accipit Spiritum Sanctum, quia reſi-

E ſtit verbo Euangelij.

Sed quid eſt non videre, & noſſe Spiritum Sanctum? Eſt opera ipſius non mẽte intelligere, & in corde ſentire, id eſt non credere Euangelio, non timere Deum, non diligere Deũ, non inuocare Deum, non prædicare Dei potentiã, ſapientiam, iuſticiam & miſericordiam. Nam opera Spiritus Sancti ſunt credere voci Euangelij, timere & diligere Deũ, eum inuocare. Cur autem credentibus detur Spiritus S. docet Pau-

F lus ad Galat. 4. cum ait: *Vbi venit plenitudo temporis, emiſit Deus Filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum acciperemus. Quoniam autem eſtis filij, emiſit Deus Spiritum Filij in corda veſtra clamantem, Abba Pater.*

Quinto loco additur: *Vos autem cognouiſtis eũ, quia apud vos manet, & in vobis erit.* Cognoſcebãt diſcipuli Spiritum Sanctum, tum quidem obſcurè, attamen eo adeò præditi erant, vt nequi-

G rẽt à Chriſto auelli. Cõfirmarat enim eos ita in Chriſtum, vt animis ab eo ſeiungi non potuerint: poſtea verò clarius, reſuſcitato Domino à

mor-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mortuis. At omnium clariſsimè in die Pente
coſtes, & ſi indies magis magisq; dona Dei in
illis creuerunt. Cùm dicit: *Et in vobis erit*, ꝓmiſ-
ſio eſt de perpetuitate mãſionis Spiritus Sancti
in Eccleſia. Nunquam enim Spiritus S. deſerit
Eccleſiam, ſed in ea habitando cognoſcendum
ſe præbet, qui alioqui manet in ſe incomprehen
ſibilis. In effectibus ergo videtur & cognoſcitur
Spiritus Sanctus, non in eſſentia.

TERTIVS.

18 Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.

Occurrit Dominus tacitè obiectioni diſci-
pulorum. Obiectio aũt huiuſmodi eſt: Tu pro-
mittis quidem Spiritum paracletum, Spiritum
veritatis: ſed hoc nos torquet, quòd tu ſis à no-
bis abiturus vt dicis, neſcimus quid de te futu-
rũ ſit, an perpetuò à nobis ſis abfuturus, nobis
deſtitutis tuo auxilio & præſentia. Reſpõſio ad
hanc obiectionem eſt: *Non relinquam vos orpha-
nos*, id eſt, non deſtituemini mea præſentia & au
xilio, diſcedam pauliſper per mortem, ſed reſu-
ſcitatus, iterum ad vos veniã, & adero vobis pa-
ter, patronus, defenſor, adiutor, & ero vobiſcũ
vſq; ad conſummationẽ ſeculi. Hac promiſsione
& nos conſolemur, quando videmur deſtituti
omni humano auxilio. Nam hîc perpetua Eccle
ſiæ conditio, quantum ad externam ſpeciem at
tinet, deſcribitur. Eccleſia enim videtur deſerta,
atq; ideò à potentibus & ſapientibus mũdi con
temnitur, attamen Chriſtus ſemper aderit Ec-
cleſiæ tutor, defenſor, adiutor. Pſalm. 27. cuius
principium eſt: *Dominus eſt lux mea*, luculentus
commentarius eſſe poterit in hoc Domini di-
ctum, vbi & oſtenditur quid quilibet pius in pe
riculis huius vitæ facere debeat, cùm ait: *Doce me
Domine viam tuam, & dirige me in ſemita recta pro-
pter inimicos meos, ne tradideris me in animas turbulan
tium me, quoniam inſurrexerunt aduerſum me teſtes i-
niqui, & locuti ſunt aduerſum me mendacia.* Hoc ſi ve
ro corde precatus fueris, non carebis auxilio tu
toris tui Chriſti. Ipſe enim orphanorum tutor,
ſuo Spiritu te confortabit.

QVARTVS.

19 Adhuc modicum & mundus me non videt, vos autem videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis.

Admonet rurſus Dominus diſcipulos ſuos
de ſua morte & reſurrectione. *Adhuc modicũ*, hoc
eſt, reſtat exiguum tempus traditionis meæ, in
manus Iudæorũ, mortis & ſepulturæ. *Et mundus
me*, ſc. reſuſcitatũ à mortuis, *non videt*. Enallage
Hebraica eſt, pro non videbit, hoc eſt, reſuſcita-
tus à mortuis, manifeſtabo me vobis, & nõ mun
do, hoc eſt, incredulis Iudæis hoſtibus meis, qui
iam mihi mortem machinantur. Rationẽ ſub-
iungit: *Quia ego viuo*. i. viuus de ſepulchro prodi-
bo, victor mortis, inferni, diaboli: *Et vos viuetis*. i.
vera vita vos donabo. Eſt enim fructus reſurre-
A ctionis Chriſti, vita æterna, omnium qui in ipſũ
crediderint. Hi enim ſocietatem ſalutarem cum
Chriſto habẽt. Docet proinde Dñs hoc loco, vn
de petamus cõſolationẽ in huius vitæ afflictio-
nib. nimirũ à fiducia promiſſæ vitæ in Chriſto
Ieſu. Ideò Paulus animaturus diſcipulũ Timo-
theũ, aduerſus huius mũdi ęrũnas, ait: *Memor e-
ſto Ieſum Chriſtũ reſurrexiſſe à mortuis.* Vult enim
Paulus, quemadmodum Dominus hoc loco, vt
cùm cruce premimur in hoc mundo, nõ hæreat
B cogitatio noſtra in præſenti cruce, ſed ſe in cœ-
lũ attollat, vbi Chriſtus glorioſus victor ſedet.
Eſt proinde reſurrectio Chriſti, veluti commu-
ne pharmacum, aduerſus omnia dura, quæ in
hoc mũdo pijs accidere poſſunt. Vt enim ille
victor ſuarum afflictionum, iam gloria potitur
æterna, ita & quotquot eum in cruce ſequũtur,
glorioſè, idq; breui, ab omnib. malis liberabun
tur. Atque hoc eſt, quod Paulus alibi ait: *Si ſimul
cum eo patimur, cum eo etiam glorificamur.* Verùm
C hoc cauendum eſt, ne ob noſtram culpam pa-
tiamur, quemadmodum Petrus monet.

QVINTVS.

20 In illo die vos cognoſcetis quòd ego ſum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

Quòd diſcipuli Domini ſint cõſecuturi per-
fectiorem cognitionem de Patre & Filio poſt
reſurrectionem ſuã, Dominus hîc monet, quo
D eos conſolatur, qui mœſti erant, propter ipſius
abitum. *In illo die*: ſcilicet, qñ videbitis me reſuſci
tatum ex mortuis, victis hoſtibus meis, morte,
inferno, peccato, Diabolo: vos diſcipuli mei co
gnoſcetis me verè eſſe promiſſum Meſsiam &
Filium Dei, qui omnia nutu & voluntate Pa-
tris agam. Nam Chriſtum eſſe in Patre, eſt eum
Patri inſeparabili naturæ, volũtatis, virtutis &
operationis conſortio, cõiunctum eſſe. Et quã-
tum ad humanam naturam attinet, Patris nu-
E tu & Spiritu viuere & agere. *Et vos in me*, hoc eſt,
vos nutu & Spiritu meo viuetis, toti à me pen-
dẽtes. Sic ſancti Dei homines, qui viuã in Chri-
ſtum collocãt fiduciã, Spiritu Chriſti ducũtur,
viuunt & agũt. Hinc ergo quiſq; intelligere po-
terit, verè ne diſcipulus Chriſti ſit, ſiue nõ. Hinc
eſt quòd Paulus ait: *Qui Spiritu Dei ducuntur, hi
ſunt filij Dei.* Item: *Ipſe Spiritus teſtatur cum Spiritu
noſtro, quòd ſimus Filij Dei.* Operatio aũt Spiritus
Chriſti in homine, eſt efficax cognitio miſericor
F diæ Dei in Chriſto, fiducia Chriſti, mortificatio
carnis, viuificatio ſpirit9, certificatio hęreditatis
noſtrę in Chriſto, inuocatio, timor, dilectio, pa
tiẽtia, aliæq; virtutes q̃ ſunt vera indicia Spirit9
Chriſti, habitantis in fidelibus. *Et ego in vobis*, ſc.
ſum. Chriſtus enim habitat in fidelib. per fidẽ,
vt Paulus ait ad Epheſ. 3. *Chriſtus habitat per fidẽ
in cordib. veſtris.* Atq; ita videmus, quòd Chriſti
vera cognitio, non ſit ocioſa contemplatio, ſed
efficax ſenſus in corde, vnde exiſtũt motus cor-
G dis congruentes cum lege & voluntate Dei,
qui motus infallibile ſunt indicium, quòd Spi-
ritu Chriſti ducamur.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Obſeruerur præterea hîc dulciſsima connexio, ſeu ſocietas Patris & Filij, & Eccleſiæ, ex qua ſumpſiſſe videtur Iohannes, in prima ſua Epiſtola capite primo, definitionem Eccleſiæ, cùm eam definit *κοινωνίαν* Sanctorum cum Patre, & cum Filio, & inter ſe ipſos. Nam vt Spiritu Chriſti iunguntur & Patri & Filio: ita etiam eodem ſpiritu inter ſe iunguntur fideles.

SEXTVS.

21 *Qui habet præcepta mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me.*

Suprâ dixit: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate.* Hîc autem definit quid nam ſit diligere Chriſtum. Diſcipuli putabant diligere Chriſtum eſſe, velle habere Chriſtum ſemper præſenté corpore. Sed Chriſtus aliter definit, nempe quòd diligere Chriſtũ ſit, eius præcepta habere & ſeruare. Diligit ergo Chriſtũ, q habet & tenet mẽte, ſeu intelligit ꝑcepta Chriſti, hoc eſt, Euágeliũ de gratuita miſericordia Dei in Chriſto, & ſeruat ea, hoc eſt, nitit promiſsione Euágelij, fide recũbit in Chriſtum mortuũ, paſſum, & reſuſcitatũ, retinet boná conſcientiá, profitetur ac propagat Euangeliũ, quantũ in ſe eſt. Vide quę ſuprà annotauimus in hæc verba: *Si diligitis me, mãdata mea ſeruate.* Hîc ſi antitheſin inſtituas, apparebit illuſtre diſcrimen inter verá & falsá Eccleſiam, inter verè pios & hypocritas, inter viua Chriſti membra & mortua. Vera Chriſti Eccleſia habet & ſeruat mandata Chriſti, id eſt, intelligit & amplectitur Euangelium, & fide nititur promiſsione Euangelij. Falſa Eccleſia nomen Euangelij retinet, quod neque intelligit, neque ſeruat, ſed perſequitur potius & collocat notá Eccleſiæ in externis laruis, quæ non ſunt Euangelium, ſed Euangelij deformatio. Qui tales ſunt, ſciamus eſſe anathemata coram Deo, iuxta illud Pauli: *Qui aliud Euangelium prædicat, ſit anathema,* id eſt, extremum & ſummum maledictum, non minus quâm diabolus fugiendum. Verè pij ſeruantes mandata Chriſti, id eſt, amplectentes Euágelium Chriſti, diligunt illum, adhærendo illi fide & bona conſcientia. Hypocritæ fingunt ſe iuſtos, non fide promiſsionis Euangelij, ſed ſuis traditionibus, quas anteferunt Euangelio. Viua Chriſti membra viuunt ex fide promiſsionis, & fructus edunt Euangelio dignos, hoc eſt, ſeruiunt Deo in iuſticia & ſanctitate vera. At mortua membra, externa profeſsione Euágelij contẽti ſunt, eaq; ſuperbiunt. Sed Chriſtus dicit: *Beati qui audiunt & cuſtodiunt.* Auguſtinus igitur benè in hunc locũ ſcribit, modô rectè intelligatur. Sic enim ait: *Qui habet in memoria & ſeruat in vita; qui habet in ſermonibus, & ſeruat in operibus; qui habet audiendo, & ſeruat faciendo: aut qui habet faciendo, & ſeruat perſeuerando, ipſe eſt q diligit me. Opere eſt demonſtrãda dilectio, ne ſit infrugifera nominis appellatio.* Hîc rurſus moneo, ꝑpetuò retinendum eſſe diſcrimẽ inter beneficiũ Euangelij proprium, & officium renatorũ debitum, ne cum Papiſtis cõfundamus legem & Euangeliũ, aut transformemus Euangelium in legem.

SEPTIMVS.

Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum,

Quem fructum percipiant diſcipuli, atque adeò fideles omnes, ex eo quòd Euangeliũ Chriſti amplectantur, exponit; nimirum, quòd maiorem progreſſum facturi ſint in pietatis curſu. Indies enim magis magiſq; proficiant in fide & in vera Chriſti cognitione. Verùm ne quis ex his verbis colligat, dilectionem noſtram præcedere dilectionem Patris & Filij, tanquam cauſam ſeu meritum, contra Paulum, qui dicit ad Rom. cap. quinto: *Cùm adhuc inimici eſſemus, reconciliati ſumus.* Contraq; Iohannem, dicentẽ: *Non quòd priores dilexerimus eum, ſed ipſe nos prior dilexit,* tenendi ſunt gradus dilectionis, qua Deus nos homines diligat.

Primus gradus eſt, quo Deus totũ genus humanum diligit in Adamo ante lapſum. Huius dilectionis indicium fuit, quòd Deus Adamum condiderit ad imaginem & ſimilitudinem ſuá; inſpirauerit in faciem eius ſpiraculum vitæ; collocauerit illum in Paradiſo, vbi omnibus rebus optimis abundabat; fecerit illum principem reliquarum creaturarum: dederit illi remediũ aduerſus mortem, arborem vitæ. An non hæc ſummi amoris Dei maxima fuerunt indicia? Si primi noſtri parentes non fuiſſent lapſi, eadem fuiſſet totius poſteritatis gloria. Amoré igitur, quo Deus eſt complexus humanum genus ante lapſum, anteuertit hominis dilectionem, vt qui non habuerit cauſam in homine, ſed in ſola bonitate Dei.

Secundus gradus dilectionis, quo Deus homines diligit, eſt, quo Adamũ lapſum & nos in Adamo lapſos cõplectitur. Etſi aũt lapſi ſumus & amiſimus imaginẽ Dei, multis vicijs & defectibus deformati: tñ Deus nos adhuc vt ſuam creaturá diligit, & ſi corpus multis malis obnoxiũ eſt, & anima caligine ſumma obruitur, & cõtaminata eſt multis modis: tñ & ſubſtãtia animę & ſubſtãtia corporis, bonæ Dei creaturæ ſunt. Vicia aũt hominis lapſum ſecuta, nec ſubſtãtia ſunt, nec creatura Dei, ſed malum acceſſorium, quo deformatus eſt totus homo. Deus igit nos lapſos amat vt ſuá creaturam. Hic amor facit, vt Deus nõ ſolum ſuſtẽtet humanũ genus in hac vita, foueat & cõſeruet, verũetiá vt Filium dederit in morté pro nobis adhuc peccatorib. Ita.n. Chriſtus & Paulus docẽt, & euẽtus cõprobat. An nõ Chriſtus ita ait: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Et Paulus Romanorum capite quinto: *Commendat Deus ſuam charitatem erga nos, ꝙ cùm adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus ſit.* Euẽtus exponit ab Euágeliſtis, multiſq; miraculis cõfirmat. Hîc ratio humana mirũ in modũ offendit, atq; ita ſe ſapiẽtię Dei opponit: cũ Deus ex dilectione miſert⁹ ſit humani gñris, potuit ne, cũ ſit omnipotẽs, alio mõ ſuccurrere miſeriæ humanæ, ꝗ ignominioſiſsima filij morte? Potuit ne quos adeò dilexit dánare? Præſertim cũ homines in hunc finem

con-

cōdiderit, vt eſſent immortales & beati? Reſpōdeo. Cùm Deus ſit optimus, debuit ipſius potētia & miſericordia eſſe iuſta, neutra aūt fuiſſet iuſta, niſi peccatum Adæ, quo offenſum erat infinitū bonum, iuſtis pœnis fuiſſet punitū. Nunc aūt iuſticia Dei requirebat, vt aut æternùm periret homo, aut fieret compenſatio offenſæ, qua ſatisfieret iuſticiæ diuinæ, vt miſericordiæ ex dilectione profectæ locus foret. Inuenit ergo ſapientia Dei conſilium, quo iuſticiæ, potentiæ, & miſericordiæ ſatisfactū ſit, vt prædicetur potētiſsimus, ſapiētiſsimus, miſericordiſsimus, & iuſtiſsimus in oēm æternitatem. Hoc conſilium fecit, vt Deus mitteret Filium propriū in mundum, vt fieret homo, & factus homo ſolueret λύτρον pro gñre humano, ꝙ nulla pura creatura facere potuit. Sed de hoc myſterio aliàs copioſiꝰ.

Tertius gradus dilectionis, quo Deus nos diligit, eſt in Chriſto Dño fundatus. Ita enim ipſe Pater dicit: *Hic eſt meus Filius dilectus, per quem placatus ſum.* Item Paulus ait, nos dilectos eſſe in dilecto. Hic gradus dilectionis ſuperiores multū ſuperat. Non enim iam nos diligit tantū vt creaturá, ſed vt filios, quos adoptauit in vnigenito. Hanc dilectionem obſignat in cordibus fideliū Spiritus S. vt Paulus ait: *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum S. qui datus eſt nobis.* hoc eſt, Spiritus S. confirmat in nobis dilectionem Dei erga nos. Si igitur dilexit nos peccatores, multo magis diligit iuſtificatos, ad Roman. 5. Hæc Dei dilectio iuxta incrementa fidei magis magisq́; ſentitur in cordibus noſtris, & propter hunc euentum promittit Dominus hoc loco: *Et diligetur à Patre meo, & ego diligam eum*, hoc eſt, ſentiet ſe verè à Patre & à me diligi. Loquitur ergo Dominus de fructu profectus in Chriſti cognitione & fide.

Quartus gradus dilectionis Dei erga nos, erit in æterna vita, in qua Dñs nos diliget perfectè, ſanctos & cōformes Filio ſuo in omnem æternitatem. Hæc dilectio quia ſuperat omnem rationem & ſenſum, non eſt tam docenda, quàm expetenda. Quare toto pectore aſpiremus eò, vbi ſunt repoſiti theſauri bonorum, quæ Deus parauit diligentibus ſe.

Porrò quòd addit Dominus: *Et manifeſtabo ei me ipſum*, duplicem habet ſenſum. Nam & ad viſionem corporalem, qua viſuri erant diſcipuli Dñm poſt reſurrectionem, quemadmodum Nonnus interpretatur, & ad manifeſtationem ſpiritualem, qua omnes fideles in Chriſti vera noticia proficiant, referri poteſt. Nam vt fides ſumit incremēta: ita clarior Chriſti noticia cordibus illuceſcit.

QVARTA PARS.

Hæc pars, vt ſuprà monuimus, cōtinet diſcrimen inter Chriſti diſcipulos & mundum. Promittit Spiritum paracletum doctorē; diſcernit inter pacem Chriſti & pacem mundi; ſolatur mœſtos diſcipulos, propter abitum Chriſti: prędicit iam iā inſtare mortē Chriſti, q̃ ſpontè ſubiturus erat, patri obediens. Nos docendi cauſa, huius partis duo cōſtituamus mēbra. Quorum primū diſcrimen continet verę Eccleſiæ & mūdi. Secundum habet conſolationem diſcipulorum, cum ſuis rationibus. Hæc membra noſtro more articulis diſtinguemus.

DE PRIMO.

PRIMVS.

22 Dicit ei Iudas non ille Iſchariotes: Quid factum eſt, quòd manifeſtaturus es teipſum nobis & non mundo?

Iudas interrogat de eo quod iam audiuerat. Chriſtus enim diſertè & expreſsè dixerat: *Qui diligit me, ei manifeſtabo me ipſum:* ſcilicet reſuſcitatum à mortuis. Ex quo promptū Iudę erat intelligere, ꝙ ideò Dñs ſe mundo nō eſſet manifeſtaturus, quia ſe non diligeret, nec mādata eius ſeruaret. Hæc proinde interrogatio ſatis oſtendit, quàm fuerint adhuc rudes diſcipuli Dñi, quorum tamen ruditatem Dominus boni conſulit. Non enim abijcit eos tāquam non idoneos ad diſcendum, ſed eadem ſæpius eis inculcat, vt aliquid tandem hæreat. Huius exemplum imitari, fuerit piorum doctorum Eccleſiæ.

SECVNDVS.

23 Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.

Ad interrogationem Iudæ reſpondit Dominus, diſcernens inter eos, quibus ſe manifeſtabit reſuſcitatus à mortuis; & mundum, cui ſe non manifeſtabit. *Si quis*, inquit, *diligit me, ſermonem meū ſeruabit.* quaſi diceret: Ex ſermone meo eſt noticia mei. Iam autem quia cognitio præcedit dilectionem, & non dilectio cognitionem, neceſſe eſt vt qui diliget Chriſtum, ſermonem eius ſeruet. Nam vt dilectio Chriſti ex noticia eius concipitur, ex fiducia naſcitur, ex ſenſu Spiritus Sancti habitantis in corde creſcit, roboratur cumulo beneficiorum: ita cernitur in obedientia erga ipſum. Quare firmiſsima cōſecutio eſt à fide ad dilectionem, & à dilectione, ad fidē. Rurſus à negata fide ad remotionē dilectionis, & cōtra. Qui enim credit, diligit; & qui diligit, credit. Itē qui non credit, non diligit: & qui non diligit, non credit, nec ſeruat mandata eius. Hæc pulcherrima parabola pingunt Luc. cap. 7. vbi Dominus proponit duos debitores, quorum vnus debebat creditori cuidam quingentos denarios, alter verò eidem quinquaginta. Hi cùm non eſſent ſoluendo, creditor vtriq; condonauit. Hìc quęrit Dominur à Simone hoſpite, vter horum duorum plus diligat creditorem. Reſpondit Simon; *exiſtimo quod is cui plus cōdonatum eſt*, cui Dominus ait: *rectè iudicaſti.* Huc accommodat peccatricis factum, à quo dilectionem eius ſummam concludit, inquiens: *Remiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum. Cui autem paululum remittitur, paululum diligit. & dixit ad mulierem: Remiſſa ſunt tibi peccata.* Item: *Fi*

des tua te ſeruauit. Hîc ab vltimo ad primū aſcenditur, ab opere ad dilectionem, à dilectione ad remiſsionem peccatorum, à remiſsione peccatorum ad fidem, quæ eſt noticia & fiducia Chriſti. In quocunq; ergo eſt noticia & fiducia Chriſti, is habet remiſsionem peccatorum, is diligit, is operatur ex dilectione, atque ita operando ſeruat ſermonem Chriſti. Huc dictum Pauli pertinet: *Fides operatur per charitatem*. hoc eſt, Qui credit, diligit, & ex dilectione operatur .i. ſeruat mandata Chriſti, ſeu ſermonē Chriſti.

Porrò hæc locutio: Seruare mandata Dei, accipitur dupliciter, videlicet extra Chriſtum, & in Chriſto. Extra Chriſtum ſeruare mandata Dei, eſt perfectè implere operibus mādata Dei, quo modo nullus in hac vita ſeruauit aut ſeruabit mandata Dei (excipio vnum Chriſtum) id quod multis demonſtrationibus Paulus ad Rom. & Gal oſtendit. De hoc modo ſeruandi mandata Dei, loquitur Dominus adoleſcenti, Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Adoleſcens enim ille in Chriſtum non credidit. Quare extra Chriſtum erat, & obedientia eius non niſi perfecta placere potuit. In Chriſto ſeruare mandata Dei, eſt ſtudere & conari vt ea facias, quo modo peccatrix illa, cuius modò meminimus, & omnes pij ſeruant mandata Dei. Nam primum omnium habent remiſsionem peccatorū & obedientiam legis, à Chriſto quidem præſtitam, ſed ſibi imputatam: ex quo fit, vt non ſint ſub lege, ſed ſub gratia. Deinde fides ipſa ex dilectione operatur, ſtudetque totam vitam ſuam Deo approbare. Quem autem fructum percipiat, qui diligit Chriſtum, & ſermonem eius ſeruat, exponit Dominus cum addit: *Et Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Quanta autem hæc gloria Eccleſiæ ſit, nemo ſatis explicare poteſt. Primum ait: *Pater meus diligit eum*, id eſt, qui diligit me, & ſeruat ſermonem meum, ſentiet indies ſe efficacius à Patre meo diligi, idque per Spiritum Sanctum, qui obſignat cordibus noſtris dilectionem patris. Diligit ergo Pater diligentem Filium, & ſeruantem ſermonem eius, vt iá nouum hominē factum, hoc eſt, vt Filium qui in Chriſto, cuius membrum exiſtit, eſt adoptatus. Hunc enim honorem tribuit Pater credentibus in Filium, vt Filij Dei ſint & vocētur. Antea eramus hoſtes & alienati à familia Dei, & ſubiecti Diabolo. Nunc autem domeſtici Dei & conciues ſanctorum in Chriſto ſumus. *Ad eū, inquit, veniemus.* Quomodo venient, qui vbiq; præſentes ſunt, & nunquam abſunt? Hoc dictum Domini etiam ad noſtrum ſenſum, quo donorum Spiritus incrementa in nobis ſentimus, pertinet. Nam veniunt ad nos, dum tracti venimus ad eos, non pedibus, ſed affectibus: veniūt donando, nos venimus capiendo: veniūt ſubueniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo: vt ſit nobis eorum non extranea viſio, ſed interna quę ſola ſalutaris eſt. Non enim hæc viſio ocioſa contemplatio, ſed actuoſa poſſeſsio eſt. *Et manſionem a-*

A *pud eum faciemus*, hoc eſt, tota trinitas eligit eum, qui Chriſtum diligit, & ſermonem eius ſeruat, in templum. Nam cum Pater & Filius nominantur, non poteſt excludi Spiritus Sanctus. Nam ſuprà Dominus de Spiritu Sancto dixit: *Rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum.* Item: *Vos cognoſcetis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit.* Hic monentur fideles, vt & cogitent quantum decus ſit eſſe templum Trinitatis, & caueant ne polluāt B hoc ſanctæ Trinitatis templum. De vtraque loquitur Paulus 1. Corinth. 3. *An neſcitis quod tēplum Dei eſtis vos, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violat, hunc perdet Deus. Nam templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.*

Porrò, quidam ex hoc loco eliciunt perniciosum dogma. Trinitas, inquiunt, manſionem facit in eo qui diligit Chriſtum, & ſeruat ſermonē eius: & ipſe Dominus de Spiritu Sancto ſuprà dixit: *Dabit vobis paracletum, vt maneat vobiſcum in* C *æternum.* Ergo, inquiunt, qui ſemel credidit & accepit Spiritum Sanctum, non poteſt amittere fidem & Spiritum Sanctum, quicquid fecerit. Quaſi fides poſsit ſtare cum mala conſcientia, & Spiritum Sanctum non expelleret iterata contumacia. An non Dominus ipſe dicit: *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit?* Item: *Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint.* Et author epiſtolæ ad Heb. cap. 3. *Chriſti facti ſumus participes, ſi initium fiduciæ eius firmum retinuerimus* D *vſque ad finem.* Quid clarius eſſe poterit, quàm illud dictum ad Coloſ. 1. *Et vos qui eratis aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis, nunc reconciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem, vt exhiberet vos ſanctos & immaculatos, & irreprehenſibiles coram ſe. Si modò permanetis in fide fundati & firmi, & non dimouemini à ſpe Euangelij.* Hîc Paulus manifeſtè loquitur de credentibus & reconciliatis, quibus promittit ſalutarem exitum, cum hac conditione, ſi permanent in fide, ſi non dimouen- E tur à ſpe Euangelij. Ex hoc dicto euidenter concluditur, homines credentes & reconciliatos poſſe contumaciter relabi in priores ſordes, & excidere gratia reconciliationis. Paulus quoque 1. Corinth. 9. de ſeipſo loquens: *Subigo, ait, corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne quo modo fiat, vt cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.* An non hic Paulus manifeſtè indicat, hominē poſſe laſciuia carnis ita ab incepto curſu abigi, vt efficiatur reprobus? Huius defectionis exempla F recitat Paulus, cùm ait: *Milita honeſtam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam: quam quidam poſtquam repulerunt, circa fidem naufragium fecerunt, in quorum numero eſt Hymenæus & Alexander.* Præterea plurima Scripturæ dicta, de peccato in Spiritum Sanctum, quòd non eſſet niſi inanis vox, ſi nulli poſſent fidem amittere, poſtquā ſemel crediderūt. Hiſce ergo clariſsimis Scripturæ teſtimonijs muniamus mentes noſtras, aduerſus perniciosum dogma eorum, qui ſtatuūt G hominem, qui ſemel fidem conceperit & donatus fuerit Spiritu Sancto, non poſſe fidem abijcere, & amittere rurſus Spiritum Sanctū. Nam

cùm

cùm ſit vna tantum cuiuſlibet rei veritas, fieri non poteſt, vt eius contradictioni ſit locus, ſine iniuria Spiritus Sancti, qui Scripturæ author eſt. Sciamus ergo, Euangelium non ſolùm proponere nobis Catholicum remedium aduerſus peccatum, mortem, & damnationem; verumetiam requirit à nobis duplicem conditionem, antecedentem videlicet & conſequentem. Antecedens conditio eſt conuerſionis ſeu pœnitentiæ, quam prędicat Euangelium. Nam niſi quis conuerſus fuerit, manet ſub lege damnante, iuxta illud: *Niſi pœnitentiam egeritis, vos omnes ſimiliter peribitis.* Conſequens conditio, eſt perſeuerantiæ in fide, & bona conſcientia.

TERTIVS.

24 Qui non diligit me, ſermonem meum non ſeruat.

Suprà dixit; *Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit.* Iam inde infert remotionem contrarij, ne quis ſpectro fidei ſeipſum decipiat. Non eſt enim vera fides, quæ dilectionem non habet comitem. quaſi diceret Dominus: Qui me non diligit, id eſt, qui me non agnoſcit Meſsiam, Saluatorem, & ſe mihi non viua fide, quæ dilectionē erga me operatur, adiungit, is non ſermonem meum ſeruat, id eſt, non amplectitur Euangelium, nec agit pœnitentiam, iuxta vocē Euangelij. Ex prioris dicti antitheſi & hoc ſequitur: Et Pater meus non diliget eum, nec ad eum veniemus, nec apud ipſum manſionē faciemus. Nam qui Chriſtum non diligit, nec Patrem diligit. Quare Pater ipſum relinquit ſub legis maledictione, vt qui ſit templum Sathanæ, & hoſtis Filij Dei. Hæc ἀντιθέτων collatio proponit nobis & iram, & miſericordiam, item & miſeriam ſempiternam & beatitudinem perpetuam, vt ſi nobis ſalus curę fuerit, potiora eligamus.

QVARTVS.

Et ſermo quem auditis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me Patris.

Prolepſis eſt. Occurrit enim prauis multitudinis hoſtium Chriſti, qui ſapientię laudem ſibi vendicabant, iudicijs: ne videlicet diſcipuli Chriſti, cùm videant ſuum Magiſtrum tradi in manus hoſtium, vacillent & hoſtibus ſe adiungant, propter multitudinem & authoritatem eorum, qui in mundo excellere videntur. Sæpè enim fit, vt id quod plures probent, habeatur verius. quaſi dicat: Tametſi mundus iudicat meam doctrinam, à me tanquam nudo homine confictam eſſe: tamen ita non eſt. Nam Patris mei eſt, qui me miſit in mundum, vt eam traderem. Quid? An non antea dicebat, ſermonem ſuum eſſe, quem hîc negat ſuum eſſe? Sermo Chriſti & eſt ipſius & eſt Patris: & rurſus; Sermo Chriſti non eſt ipſius, ſed eſt Patris. Ipſius eſt & Patris, quatenus ipſe ęterna Patris ſapientia eſt, vnum cum Patre, atque ideò fons eſt omnis ſapientiæ, cuius Spiritu afflati, locuti ſunt Prophetæ Dei, qui fuerunt ab initio, quemadmodum Petrus teſtatur. Non eſt ipſius

A ſermo, ſed Patris, reſpectu humanæ naturæ, quã ſolam mundus in Chriſto agnouit. Deinde nõ eſt ipſius, vt priuati hominis, ſed vt legati, quem Deus in mundum miſerat, vt tradat, quod illi à Patre mittente iniunctum eſt. Hæc nullo modo rectè dicerentur, ſi realis facta eſſet communicatio idiomatum in abſtractis. Nam realis cõmunicatio in abſtractis mutat naturas, vt diuina natura ſit humana, & rurſus humana ſit diuina, quod falſiſsimum eſt. In concretis autem,
B realis fit idiomatum communicatio, ex qua cõcluditur perſonæ vnitas & actionum æſtimatio. Nam quod prædicatur, reuera ineſt ſubiecto, vt Deus eſt paſſus. Hic homo Ieſus eſt conditor cœli & terræ. Nam in his locutionibus, perſona ſubiectum eſt, qui Deus & homo eſt vna perſona. Sed de hac re aliàs à nobis dictũ eſt.

QVINTVS.

25 Hæc locutus ſum vobis, apud vos manẽs.
C *26 Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæ dixi vobis.*

Diſcipuli Chriſti, propter Magiſtri ſui diſceſſum triſtes, minus dociles erant. Officit enim memoriæ, triſticia & metus. Ne ergo deſpondeant animum, quòd minus profecerint in ſchola Chriſti, quàm par erat, conſolatur eos promiſ-
D ſione Spiritus Sancti, qui illis futurus erat paracletus, ſanctificator & doctor. Hunc dicit Patrē miſſurum in ſuo nomine, hoc eſt, donaturum omnes, qui Filium agnouerint, Spiritu Sancto: idq; non ob merita propria, ſed propter Filium & eius merita. Quia enim in Chriſto diligimur, accipimus & per ipſum & propter ipſum Spiritum Sanctum, qui nos adoptione filios facit. Quid autem faciet hîc Spiritus Sanctus, donatus agnoſcentibus Chriſtum, iam attigimus. E-
E rit enim illis paracletus, ſanctificator, doctor. Primùm ego erit paracletus: id eſt, aduocatus, conſolator, hortator. Aduocatus in tentationibus, conſolator in afflictionibus, hortator in laboribus. Deinde erit ſanctificator. Per illum enim regeneramur, & regenerati ſanctificamur, vt in nouitate vitæ ambulemus. Tertiò, erit doctor. Docebit enim diſcipulos, hoc eſt, Chriſtũ agnoſcentes, omnia, quæ Chriſtus antea ore docuerat. Habemus ſententiam verborum Domi-
F ni, nunc eruamus doctrinas, quæ hîc ſe offerũt.

Prima eſt, duplex manſio Chriſti apud diſcipulos, ex ſuperiori promiſsione, videlicet: *Veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus*, & & ex hoc loco: *Hæc locutus ſum vobis, apud vos manens*, colligit. Vnde Auguſtinus: *Alia eſt illa manſio, quam promiſit futuram: alia verò hæc, quam præſentem eſſe teſtatur. Illa ſpiritualis eſt, atque intrinſecus mentibus redditur; hæc corporalis, forinſecus oculis atq; auribus exhibetur.* Cyrillus autem ſic: *Manet deita-*
G *te, diſceſſit humanitate.*

Secunda, eſt diſtinctio trium perſonarum in vna eſſentia diuina. Diſtinctè enim hîc ponitur

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

& diſcernuntur tres perſonæ, Pater & Filius & Spiritus Sanctus.

Tertia, Gubernatio Eccleſiæ ſpiritualis, communis eſt Patri & Filio, & Spiritui Sancto, de qua re ſuprà dictum eſt.

Quarta, miniſterium Euangelij conſiſtit in doctrina Euangelij, cui ancillantur ſacramēta, ceremoniæ & diſciplina. Hæc doctrina Euangelij duobus modis traditur, foris & intus: foris quidem, vocali verbo miniſtrorum Eccleſię. Sicut enim Chriſtus ore docuit: ita vult ſuos miniſtros ore docere: *Ite*, inquit, *in mundum vniuerſum, & docete.* Intus verò Spiritu Sancto. Ideo Euangelium à Paulo dicitur miniſterium Spiritus, & potentia Dei ad ſalutem omni credenti. Hæc ergo duo ſemper coniungēda ſunt, vox Euangelij ſonans per miniſtros, & operatio Spiritus Sancti efficacis in cordibus ad prędicationem Euangelij. Spiritus Sanctus enim perſuadet cordibus de veritate Euangelij, eaq; in eadem veritate confirmat. Huc illud Gregorij dictum pertinet: *Niſi idem Spiritus cordi adſit audientis, ocioſus eſt ſermo doctoris.*

Porrò, hoc Domini dicto: *Spiritus Sanctus docebit vos omnia*, Papiſtæ, Origeniſtæ, & Anabaptiſtæ, ad ſtabiliendos ſuos errores, abutuntur. Papiſtæ longam plurimorum errorum telam exordiuntur ex hoc dicto: *Spiritus docebit vos omnia.* Nam quicquid ceremoniarum, ſuperſtitionum, & cultuum comminiſcuntur, doctrinam Spiritus Sancti eſſe dicunt. quod ſatis probari hoc dicto: *Spiritus Sanctus docebit vos omnia*, putāt. Hinc idolum miſſaticum, longè abominabilius ſtatua, quam Antiochus in templo Dei collocarat. Hinc purgatorium, theſaurus monachorũ: hinc inuocatio ſanctorum mortuorum, quá Epiphanius ἀρχαίαν πλάνην nominat: hinc ſanctorũ ſuffragia, adoratio ſtatuarum, vota monaſtica, cœlibatus ſacerdotum, delectus ciborum ſuperſtitioſus, & aliæ plurimæ cæremoniæ; quarum non paucæ manifeſtè pugnant cum mandato Dei, cuius generis ſunt quas recitauimus. Nonnullæ etſi per ſe ſunt adiaphoræ, opinione tamen neceſſitatis & cultus contaminātur, quibus opponendum eſt hoc Domini dictũ Matt. 15. *Fruſtra me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum.* Sed negant Papiſtæ eſſe mandata hominum, & clamant Spiritum Sanctum eorum authorem eſſe, quia hîc ſcriptum eſt: *Spiritus Sanctus docebit vos omnia.* Sed cur Chriſtum interpretem ſuorum verborum tam ſacrilegè reijciunt Papiſtæ? An non is ſe interpretatur cum addit. *Et ſuggeret vobis omnia quæ dixi vobis.* Docebit ergo Spiritus Sanctus ſuggerendo Apoſtolis omnia, quæ Dominus illis locutus fuerat, conuerſatus cum illis corporaliter in terra. Quod factum eſt viſibiliter die Pentecoſtes cùm acceperunt Spiritum Sanctum, doctorem veritatis, & ſubmonitorem omnium, quæ antea audiuerāt à Chriſto, quorum ſummá reliquerunt nobis Euangeliſtę & Apoſtoli in ſuis ſanctiſsimis monumētis. Spiritus ergo qui docet Papiſtas nouos cultus, nō eſt Spiritus veritatis, ſed ſeductiōis. Ita enim Paul. ait, 1. Tim. 4. *Spiritus diſertè dicit: Quòd in poſtremis temporibus diſcedant quidam à fide attendentes ſpiritibus ſeductorijs, & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquētium mendacium, prohibentium nuptias, iubentium abſtinere à cibis.*

Origeniſtæ ex hac ipſa tela ſuas anagogas & allegorias ordiuntur, quib. omnia quæ in Scripturis ſunt, polluunt, dum nullam volunt retinere ſententiam, quam ipſa grammatica ſuppeditat. Etſi autem fatendum eſt, multa eſſe anagogica & allegorica in Scripturis: tamen omnia inuoluere allegorijs, eſt Euangelium abolere, & verbum Dei prorſus euertere. Quare hæc regula de allegorijs teneatur: Nulla allegoria recipiatur, niſi perſpicuis Scripturæ teſtimonijs comprobari poteſt. Nam verbum Dei clarũ & perſpicuum, debet eſſe allegoriarum & fundamentum, & probatio.

Anabaptiſtę ſimiliter ex hoc dicto: *Spiritus docebit vos omnia*, ſuos Enthuſiaſmos extruunt. Verùm nos ſcimus diſtinguendum eſſe inter Apoſtolos, & alios Eccleſiæ ſiue doctores, ſiue auditores. Chriſtus hoc loco loquitur de Apoſtolis potiſsimum, qui Chriſtum ore docentem audiuerant vltra triennium. His promittit Spiritum Sanctum, qui ipſos docebit omnia, quæ ipſe eos antea voce docuerat. Alij omnes & doctores & auditores in Eccleſia debent obedire mandato Patris, qui ita de Filio loquitur: *Hunc audite.* Audimus autem Filium, quando vel ipſi legimus, & piè meditamur verbum Dei, vel alios in ſcholis & Eccleſijs docentes audimus. *Qui vos*, inquit, *audit, me audit.*

SEXTVS.

27 Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.

Quia diſcipuli Domini non dubitarunt ſibi magna pericula imminere poſt abitum Magiſtri ſui, vnde non parum turbabantur: hîc Dominus eos conſolatur, & opponit periculis quę in mundo experturi erant, pacem longè iucundiſsimam: nempe ſuam pacem, & non mundi. Nam alibi dicit: *In mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem.* Ad hanc Chriſti promiſsionem reſpicit Paulus ſemper initio ſuarum Epiſtolarũ, optans ijs quibus ſcribit gratiam & pacē à Deo Patre, & à Dño noſtro Ieſu Chriſto. Eſt aũt hæc pax non externa, ſed interna, quæ duo cōplectitur; videlicet cauſam & effectum. Nam & cauſa & effectus hîc vno pacis nomine ſignificatur. Cùm cauſa ſignificatur, rectè definitur hoc modo: Pax Dei Patris, & Filij ipſius Ieſu Chriſti cũ homine, eſt mutuus conſenſus Dei & hominis. Dei quidem, offerentis propter Chriſti nomen gratiam & reconciliationem: Hominis verò, oblatam gratiam & reconciliationem accipientis fide, ac promittentis in poſterum obedientiam atq; gratitudinē. Huius pacis cauſa eſt dilectio Dei Patris, qui miſertus humanæ miſeriæ, dedit Filiũ, qui victima factus eſt, vt iratũ Patrem facta iuſta offenſæ compēſatione placaret, atq;

ita

ita nos Patri recóciliaret. De hoc meritò loquitur Paulus ad Epheſ. 2. *Vos qui olim eratis procul, nunc propinqui facti eſtis per ſanguinem Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra.* Huius pacis efficimur participes fide iuſtificati, iuxta illud Pauli ad Rom. 5. *Iuſtificati fide, pacem habemus cum Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.* Finis huius pacis vltimus & principalis eſt, vt iuncti Deo in omnem æternitatem, ipſius bonitatem cum ſanctis Angelis, & omnibus Dei electis prædicemus beati. Neq; hanc pacem interrumpit diſciplina, quà Deus pacis, ſuos confœderatos in officio cótinet. Ideò enim caſtigat Dñs, ne obliti huius pacis, denuò nos in caſtra hoſtis Dei Sathanæ recipiamus, vaſtata conſcientia & amiſſa fide. Teneatur ergo hæc regula: *Caſtigat Deus omnem filium quem recipit.* Item: *Iudicium à domo Dei incipit.* Hanc pacem habet & nouit ſola Eccleſia, hanc pacem prædicat Euangelium, eamq; omnibus promiſcuè offert. Eſt enim Euangelium propriè huius pacis præconium. Quàm autem dulcis ſit hęc pax & magnoperè expetenda, tunc primùm ſentiemus, quando cogitamus magnitudiné iræ Dei propter peccatum, quando maledictionem cómeritam reuocamus in memoriam, quádo meditamur tyránidem diaboli, & ſocietatem cum ipſo, atque ſupplicia æterna, quòd peccatis noſtris debebantur. Nam hæc pax non ſolùm nos liberat ab irà Dei, à maledictione commerita, à tyrannide diaboli, à ſocietate dæmonum & ſupplicijs æternis: verumetiam cum ea ſimul habemus placatum Patrem, benedictionem, ſocietatem cum Deo, & ſanctis eius, ſalutem, vitam æternam cum perpetuæ beatitudinis poſſeſsione, in qua erit pacis perfectio. Proinde vt in hac pace permaneamus, ante omnia conandum eſt: quæ obtinetur in vera conuerſione, retinet̃ fide, ac bona cóſciétia cóſeruatur.

Deinde complectitur etiam pacis vocabulú, in hac Chriſti promiſsione, effectũ pacis, qui & ipſe pax dicitur, & definitur tráquillitas cordis hominis reconciliati cũ Deo, qua fit, vt non turbetur comminationib. Legis, nec frangatur aduerſis, ſed certò expectet, iuxta promiſsioné diuinam, liberationem glorioſam ab omnib. quæ in hac vita moleſta ſunt. Hæc oritur à fide recóciliationis noſtri cum Deo ſeu pacis, quam habemus cum Deo per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, Rom. 5. Fouetur ſpe, quæ non confundit: conſeruatur bona conſcientia, ſpei nutrice dulciſsima, cum qua coniungo omnia pietatis exercitia, timorem Dei, inuocationem, gratiarum actionem, & diligentiam in officio. De hac pace loquitur Paulus, cùm ait Phil. 4. *Pax Dei ſuperans omnem ſenſum & cogitationem, cuſtodiat corda veſtra.* Cùm igitur fides ſtatuit Deum eſſe propitium propter Mediatorem; cum ſpes certò expectat liberationẽ, & vitá æterná; cum bona conſciétia, cuſtos fidei, & nutrix ſpei, hæc bona tuet̃, teſtimoniũ reddẽte cordib. noſtris Spiritu S. verè hęc pax & tráquillitas cordis ſentitur, cum qua vera libertas coniuncta eſt.

Sed obijciat aliquis, cũ ſcriptum ſit, neminẽ
A eſſe ſine peccato, & iuſtũ ſepties in die cadere: quõ poteſt hæc tráquillitas retineri? Reſpódeo: Etſi in Sanctis ſunt reliquiæ peccati originis, caligo, dubitationes, carnalis ſecuritas, errátes flámę vitioſorũ affectuũ, & ignorátiæ vel omiſsiones non affectatę, quibus Sancti repugnant Spiritui fidei: tñ in retinentibus fidem & bonam cóſcientiá, manet hęc tráquillitas, quia nõ ſunt in ijs corruptelę fundamẽti, nec volentes & ſcientes ruũt contra Deũ, sed quotidie precantur
B iuxta Dñi præceptum: *Dimitte nobis peccata noſtra,* cófugiẽtes ad propiciatoriũ Ieſum Chriſtũ, iuxta illud Iohannis: *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris.*

Porrò ex vtraq; pace, videlicet reconciliationis cũ Deo, & tráquillitatis cordis hominis reconciliati, naſcitur pax fraterna, qua verè pij ſe coniungũt in Dño, cuius Spiritu viuũt & agũt, non ſecus atq; membra eiuſdem corporis, quæ
C viuũt & agũt eodẽ Spiritu. Vnde fit vt mutuò & proſperis & aduerſis afficiantur. Ad hác hortatur Chriſtus Marci 9. cũ ait: *Habete in vobis ipſis ſalem, & pacem habete inter vos mutuam.* Et Paulus ſimiliter cũ ait, Epheſ. 4. *Hortor vos ego vinctus in Dño, vt dignè ambuletis in vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum tolerãtia ſufferentes vos inuicem in dilectione, ſoliciti ſeruarę vnitatem Spiritus in vinculo pacis.* Hic Paulus in fidelibus requirit 4, veluti fulcra pacis frater
D næ, videlicet humilitatem, quæ nec de ſe nec de ſuis donis arroganter ſentit: Manſuetudinem, quæ ſe ab ira temperat: tolerantiam, quæ iniuriæ cedit: & mutuam per dilectionem condonationem, quæ veluti proles eſt ſuperiorũ. His fulcris nititur fraterna cócordia, quæ pacis vinculo conſeruat̃. Vt enim vinculum ea quæ diſſoluta ſunt ligat & vnit, & ligata cóſeruat: ſic pax vnitatẽ facit, & factá tuetur, atq; confirmat. Huc pertinet dictum Auguſtini: *Sicut humanus*
E *Spiritus nũquam viuificat membra, niſi vnita fuerint: ita Spiritus Sanctus nunquam viuificat membra Eccleſiæ, niſi fuerint vnita per pacem.* Neq; hanc pacẽ violat diuerſitas opinionum in Paulo & Barnaba, in Paulo & Petro, in Auguſtino & Hieronymo, in Luthero & Philippo, quia illa diuerſitas non diſſuit charitatem, qua ſe complectuntur mutuo, nec diſcedit à fundamento, hoc eſt, articulis fidei. Verũ cũ diuerſitati opinionũ etiá extra fundamentũ, accedit cõtentionis libido,
F quæ oritur à φιλαυτία, ex quib. tanquá infeliciſsimis parentib. infelices proles naſcuntur, arrogantia, furor, proteruia, moroſitas, &c. rumpitur vinculum pacis. Vnde fit vt homines contentioſi conſcientiam vaſtent, & fidem prorſus amittant, fiantque infidelibus deteriores. Hęc ſi quidam cogitarent, minus moleſti eſſent ijs, qui in ſe nihil peccarunt.

Poſſet hic quæri. Nunquid pax cum ijs, qui ſunt extra Eccleſiam, expetenda ſit. Ad quam
G quæſtionem Paulus reſpondet ad Rom. 12. *Si fieri poteſt, quantũ in vobis eſt, cum omnib. hominib. pacẽ habete.* Cùm dicit, *quantũ fieri poteſt*, reſtrictio eſt,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

quaſi dicat, quatenus fieri poteſt ſalua pietate: ex quo ſequitur, nõ rectè facere eos, qui fœdera ineunt cum hoſte Chriſtiani nominis Turca. Nam Turca abſq; omni dubio hunc finem ſibi propoſitum habet, vt poſsit liberius Eccleſiam Dei inuadere, & Chriſti nomen abolere.

Porrò cũ Chriſtus hîc inter ſuam pacem & mundi diſtinguit, inquiens: *Non quõ mundus dat pacem, ego do vobis.* Poſtulat hic locus, vt aliquid etiam dicamus de mundi pace, quæ eſt in gñre iuxta Auguſtini ſententiam, hominũ cõcordia. Hęc cõcordia, quia & ordinata & inordinata eſſe poterit, duplex erit pax mũdi: videlicet ordinata, & inordinata. Illa ordinẽ naturæ ſeruat, in imperando & obediẽdo; hæc ordinẽ naturæ ꝑuertit, quare nec pacis nomine propriè meret̃: tametſi propter aliquam ſimilitudinẽ pacis nomen retinet. Eſt aũt naturę ordo, vt digniora & ſuperiora imperent minus dignis & inferiorib. in hũc finem, vt incolumis ſit naturæ ſtatus. Ordo ergo hic ſuũ cuiq; locũ & officium attribuit, vt conſtituatur veluti quædam harmonia grata plurimarũ chordarum, conſonantia conſtans.

Ordinata pax, triplex eſt: videlicet Domeſticorum, Ciuium & Sociorum.

Ordinata pax Domeſticorũ, eſt ordinata imperãdi, atq; obediẽdi cõcordia Domeſticorũ, vt Mariti & vxoris, Parentũ & liberorũ, Dominorũ & ſeruorũ, Magiſtrorum, & diſcipulorũ. Hîc cũ digniores imperãt honeſta, vtiliaq; cũ honeſtate coniũcta, & inferiores obediunt, ordinata pax eſt domeſticorũ. Huius vtilitas maxima eſt. Nam & domos, & familias cõſeruat, & miniſtrat vtiles perſonas rebuſpub. & Eccleſiæ. Hæc pax domeſtica, ſi tẽperetur fide & inuocatione Dei, placet Deo, & eſt illi gratiſsimus cultus. Verũ ſi peruertitur imperãdi atq; obediẽdi ordo, nihil triſtius inueniri põt. Adam maritus fuit, Eua vxor; cũ Eua cõtra ordinẽ naturæ imperare cœpit viro, atq; ille mulieris imperio paruit, quid mali eſt ſecutũ? Similiter ſi ille qui imperare debet, iuxta naturæ ordinem legẽ imperij ſui flectit ad tyrannidem, à fine naturæ diſcedit, & pacem domeſticam indigniſsimè turbat, adeò vt nõ amplius homo, ſed belua habeatur. Ideò Syracides cap. 4. ait: *Noli eſſe Leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, & opprimens ſubiectos tibi.*

Ordinata pax Ciuium, eſt ordinata imperandi atq; obediendi concordia ciuium, hoc eſt, omnium, qui vni imperio ſubiecti ſunt, ſiue illud ſit Monarchicon, ſiue Ariſtocraticon, ſiue Democraticon, ſiue alterius formæ. Sũt enim multæ imperandi formæ, inter quas iure locum primũ occupat Monarchia, præſertim ſi fuerit mixta Ariſtocratia. Tunc enim non facilè in tyrannidem degenerat. Hîc ſi gubernator paternum animum induit erga ſubditos, & ſubditi viciſſim tanquam filij ſe gerunt, ad facienda imperata, quæ piè & honeſtè præcipiuntur, ordinata pax eſt ciuium. Verùm ſi in tyrannidem degenerauerit, huius generis quæuis imperandi forma, pax q̃dẽ durat ad tẽpus, ſed inordinata. Ex quo fit vt eiuſmodi imperãdi ratio nõ ſit futura

A diuturna. Nullum. n. violentũ perpetuũ, quẽadmodum pulchrè docet Seneca, in Tragœdia cui titulus eſt Thieſtes, vbi Atreus tyrannus & ſeruus eius colloquũtur in hunc modum. Atreus: *Maximum hoc regni bonũ eſt, ꝙ facta Dñi cogitur populus ſui, quã ferre tã laudare.* Seruus. *Quos cogit metus laudare, eoſdẽ reddit inimicos metus. At qui fauoris gloriam veri petit, animo magis, quàm voce laudari velit.* Atreus. *Laus vera & humili ſæpè contigit viro, nõ niſi potenti falſa, quòd nolint velint.* Seruus. *Rex velit*
B *honeſta, nemo non eadem volet.* Atreus. *Vbicũq; tantum honeſta dominanti licet, precario regnatur.* Seruus. *Vbi non eſt pudor, nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides, inſtabile regnum eſt.* Atreus. *Sanctitas, pietas, fides, priuata bona ſunt, quà iuuat eant reges.* Hîc videmus pulchrè deſcribi & tyrannũ, & bonum gubernatorem. In Atreo enim tyrannus pingitur: Seruus ſanctũ & pium gubernatorem format, cuius ſententiam approbat chorus, cũ ait: *Nulla vis maior pietate vera eſt.*

C Ordinata pax Sociorum eſt, cũ iuxta honeſta fœdera abſtinent ſocij à mutua iniuria, feruntq; ſibi mutuo opem aduerſus communes hoſtes. Hæc volebam breuiſsimè de mundi pace aſcribere: Iuriſconſultorũ eſt ea diſtinctius, & perfectius explicare.

DE SECVNDO.

Hoc membrum continet conſolationem diſcipulorum Domini, cum ſuis rationibus, qui mœſti erant propter magiſtri ſui abitum. In hu-
D ius membri declaratione ideò breuiores erimus, quia pleraq; ab initio huius capitis explicata ſunt fuſius.

PRIMVS.

Ne turbetur cor veſtrum, neq; formidet.

Repetitio eſt propoſitionis principalis huius capitis. Vide igitur quæ ſuprà in initio huius capitis annotauimus.

SECVNDVS.

E 28 *Audiſtis quòd ego dixi vobis, vado & veniam ad vos.*

Cauſam turbationis & maximi mœroris diſcipulorũ ponit, vt eã inuertat, quaſi diceret; dixi vobis ꝙ ſim abiturus à vobis ad breue admodũ tempus, ſc. per paſsionẽ, morté, & ſepulturá. Verùm nõ dixi me perpetuò à vobis abfuturũ, ſed citò rediturũ ad vos, ſc. perglorioſam meam reſurrectionẽ, & triũphum ſuper morte, peccato, diabolo, inferno. Hæc res vos ideò turbat, &
F metũ incutit, quia carnaliter ſapitis, & me carnaliter diligitis, nondũ intelligẽtes myſteriũ paſſionis meæ, nec cogitantes me, hac via in gloriá Patris ingreſſurum eſſe. Atq; ita videmus, quòd caro non capiat, quæ ſunt Spiritus Dei.

TERTIVS.

Si diligeretis me, gauderetis vtique quòd dixi vobis, vado ad Patrem.

Hæc inuerſio eſt argumenti mœroris diſci-
G pulorum Chriſti. Qui diligit alium, is profectò vult benè dilecto, non inuidet ipſius commodis & honorib. ſed potius gaudet ipſũ honore

&

& gloria vel maxima decorari. Iam ego ibo ad Patrem meum, qui me glorificaturus eſt victorem peccati, mortis, diaboli, inferni. Si ergo me verè diligeretis, ſicut videri vultis, nõ perturbaremini meo abitu, ſed potius gauderetis, cũ abitus meus ſummam gloriam ſit mihi allaturus.

QVARTVS.

Quia Pater maior me eſt.

Ratio eſt conſecutionis inuerſi argumẽti diſcipulorum: *Si diligeretis me, gauderetis quòd vado ad Patrem.* Quare gauderetis? quia Pater maior me eſt, hoc eſt, quia Pater eſt glorificaturus me, quem ego glorifico, factus illi obediens vſq; ad mortem. Hęc ꝑinde gloria ſequitur morté, quę gloria manifeſtabitur diſcipulis per Spiritum Sanctum. Hoc Domini dictum: *Pater maior me eſt*, non ad naturam diuinam referendum eſt ſimpliciter, vt Arriani mentiti ſunt, ſed ad conditionem præſentem, ac ſi diceret Dominus: Quanquam me videatis crucifigi, & extenuari; tamen Pater me glorificabit, qui me humiliato maior eſt. Atque ita hoc dictum accipiendum eſſe, Spiritus Sanctus per Paulum docet, ad Philip. 2. cùm ait: *Qui cùm eſſet in forma Dei, non duxit rapinam æqualem eſſe Deo, ſed ipſe ſe inaniuit forma ſerui ſumpta, in ſimilitudine hominum factus, & habitu compertus vt homo, humiliauit ſeipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter etiam Deus ipſum exaltauit, & donauit illi nomẽ, quod eſt ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu ſe flectat, cæleſtium, terreſtrium, & inferorum, omnisq; lingua confiteatur, quòd Dominus ſit Chriſtus Ieſus, ad gloriam Dei Patris.* Atq; ita videmus, quòd Spiritus Sanctus per Paulum præſens Domini dictum luculentiſsimè explicet, vt non indigeamus homine interprete.

Porrò hoc Domini dictum refutat manifeſtè eos, qui docent communicationem idiomatum, eſſe Phyſicam idiomatum trãſmutationẽ, quæ fieri nullo modo poteſt, niſi naturæ ſimul trãſmutẽtur. Iam aũt cùm poſt vnionẽ naturarũ, eorũ quæ vnita ſunt, diuerſitas diſcerni poteſt, non eſt facta confuſio, ſed inconfuſa vnio. Nam ſi facta eſſet confuſio ex duabus naturis vnitis, tertia eſſet producta, quæ nec humana nec diuina eſſet, ſed vna compoſita ex vtraque. Quare vnio naturarum in Chriſto, cùm non confundit naturas, nec naturarum idiomata eſſentialia confundet, ſed facit nomina communia propter vnionẽ perſonalem. Nam propter vnionẽ hanc cõmunia perſonæ euaſerunt, quæ ſunt propria naturarum. Idem enim Chriſtus propter vnionẽ, & filius hominis, & Filius Dei: item, & Filius Dauidis, & Dominus Dauidis dicitur, attamen nominum permutatio non facit naturarum confuſionem, ſed tantum vnionem naturarũ, non cõfuſarũ docet. Dictũ ergo Symboli Athanaſiani: *Quemadmodum caro & anima rationalis vnus eſt homo: ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus*; rectè accipiendum eſt hoc modo. Quẽadmodũ caro, & anima rationalis, vnus eſt homo, id eſt, vna perſona: ita Deus & homo, vnus eſt Chriſtus, id eſt, vna perſona, & non quemadmodum caro, & anima rationalis vnam naturam humanam conſtituit: ita deitas & humanitas vnam naturam conſtituunt.

QVINTVS.

29 *Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cùm factum fuerit credatis.*

Cur hæc Dominus toties de ſuo abitu, & reditu inculcet oſtendit, nimirũ vt cũ diſcipuli viderint euentum reſpondere prædictioni, magis in fide confirmentur. Nulla enim euidẽtior demonſtratio eſt veritatis, quàm cũ eà quæ de futuris prædicta ſunt, infallibiliter eueniãt. Hinc Auguſtinus principium fidei Chriſtianorum deprompſit, inquiens: *Firmitas fidei noſtræ in eo conſiſtit, quòd omnia quæ prædicta ſunt de Meſsia, in Ieſu Mariæ Filio completa ſint.*

SEXTVS.

30 *Poſthac non multa loquar vobiſcum.*

His verbis ſignificat Dominus, iamiam tempus adeſſe quo tradatur in manus Iudæorũ, crucifigatur & interficiatur. *Poſthac*, ſcilicet ante mortem meam, *non multum loquar vobiſcum.* Rationem ſubijcit.

SEPTIMVS.

Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.

Hoc eſt: Satanas paulò poſt, per ſuos miniſtros, Iudam, & ſatellites pontificũ veniet, & me captiuũ abducet, mortiq; tradet, non quidẽ nolentem, ſed ſpontè me offerentem in victimam pro peccato. Nullam enim in me poteſtatẽ habet princeps huius mundi. Notetur proinde hîc diſcrimen inter omnes alios homines mundi, & Chriſtum. Princeps mundi, id eſt, diabolus, habet imperium in mundum, hoc eſt, in omnes homines propter peccatum. Nam peccando ipſius imperio ſe ſubiecerunt primi noſtri parentes. Hic princeps mundi, in Chriſtum nihil habet poteſtatis. Quare Chriſtus ſolus expers peccati eſt, cùm alij omnes ſub imperio Satanæ detineantur, propter peccatum, atq; adeò ſerui ſint Satanę atque peccati. Ita enim veritas ipſa dicit: *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Nequaquam igitur Satanas eſt princeps mundi, iure poſſeſsionis, ſed iure peccati, quo homines ſeipſos ſubiecerunt Satanæ, ſub quo tantiſper manent, donec fide Chriſto inſerantur. Tunc enim liberãtur à iure peccati, ſicut Chriſtus teſtatur: *Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* hoc eſt, diabolus nihil amplius iuris in vos habebit. Eſt ergo hæc prærogatiua Chriſti ac omnium membrorum eius, quòd princeps huius mundi nihil habeat poteſtatis in eos. Venit enim Chriſtus, vt deſtruat regnum Satanæ, iuxta primam promiſsionem.

OCTAVVS.

31 *Sed vt cognoſcat mundus, quòd diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.*

Antipophora eſt. Huic enim obiectioni re-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſpondet Dñs. Si princeps huius mũdi nihil habet in te, quî fit, ꝙ te occidat. Reſpondet Chriſtus, ꝙ permittat principi mũdi in ſe poteſtatẽ, vt ſe occidat, q̃a diligit Patrẽ. iam aũt quia diligit Patrẽ, Patris mãdatum facere ſatagit. Mandatum aũt Patris eſt, vt moriatur pro peccato, tollatq́; ſua victima peccatũ mundi. Non eſt ergo Satanæ potẽtia, ꝙ Chriſtus moritur, ſed voluntas Patris, qui peccatũ morte filij deleri voluit. Ad eundem modum, nec mundus nec Satanas habet poteſtatẽ occidendi, vel minimum membrum Chriſti, ſed voluntas Patris, vt qui ſunt in Filio dilecti, fiant oẽs conformes ipſi in cruce, Rom. 8. Alij quidem hoc, alij verò iſto mo-A do. Nam hęc cõformitas Chriſti in cruce, nõ eſt vniformis. Baptiſta Decollatus eſt, noſter Euangeliſta inter manus dulciſsimorum diſcipulorum quietè mortuus eſt, attamen vterque erat Chriſto conformis in cruce.

NONVS.

Surgite, eamus hinc.

Hoc Chriſti dictum teſtimonium eſt, quòd Chriſtus ſe ſponte in mortem tradiderit. Iam B enim properat in hortum, vbi ſcit ſe prodendum ab ingrato diſcipulo. Verùm in itinere de officio ſuo, & de Eccleſia adhuc concionatur, ſtipatus diſcipulis.

CAPVT XV.

SVMMA CAP. XV.

Idem ſcopus eſt huius capitis, qui ſuperioris & ſequentis, videlicet inſtructio & conſolatio diſcipulorum Chriſti. Inſtruit enim Dominus diſcipulos ſuos, & de ſua in fidelibus efficacia, & de officio fidelium, quod eſt in Chriſto manere per fidem, & ex fide diligere. Et quoniam inſtabat maxima perſecutio, eius cauſas Dominus exponit, vt diſcipulos erigat, ne frangantur animis, perſecutionum procellis iactati.

ORDO ET PARTES CAPITIS XV.

Tres huius capitis conſtituamus partes, quę ad ſcopum, quem indicauimus, referuntur, eumq́; concludunt.

Prima eſt pulcherrima pictura, qua Eccleſia pingitur, & Chriſti efficacia in Eccleſia demonſtratur. Comparat enim ſe Chriſtus viti, patrem agricolæ, membra Eccleſiæ palmitibus.

Secunda eſt exhortatio ad dilectionem mutuam, quæ eſt germanus fructus palmitum vitis Chriſti.

Tertia, eſt conſolatio aduerſus ſcandalum crucis.

EXEGESIS CAPITIS DECIMIQVINTI CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PARS PRIMA.

IN prima parte, vt diximus, agitur de efficacia Chriſti in Eccleſia, quã depingit pulcherrima parabola. Miſcẽtur aũt in hac parte promiſſiones, adhortationes, comminationes, quæ omnia eò pertinẽt, vt nos inſeramur Chriſto per fidem, & in illo maA neamus, quo fructum copioſum feramus, tanquam fœcundi palmites.

Huius partis duo ſunt membra.

Primũ expoſitio parabolę, qua Eccleſia pingit.

Secũdum, magnitudo dilectionis, qua Chriſtus ſuos diſcipulos complectitur; ab ijs ſimul requirens, vt maneant in ſua dilectione, cuius notã apponit obſeruationẽ mandatorũ Chriſti. Mẽbra noſtro more articulis diſtinguemus.

DE PRIMO.

PRIMVS.

B 1 *Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt.*

Hîc imago veræ Eccleſiæ proponitur, quæ ſumpta eſt ex cap. 5. Eſaiæ, vbi Eccleſia, vinea Dñi Zebaoth dicitur. Vt autẽ hanc Parabolam C ad noſtros vſus vtilius accommodemus, plura in ea ſpectanda ſunt, videlicet forma arboris externa, vis interna, qua rami viuificantur & fructificant, inſitio ſurculorum, purgatio, vinitor, fructus præſtantia, ſarmentorum reſectio, & combuſtio.

Primo loco Chriſtus ſe viti confert, quæ ſi formam arboris ſpectes, eſt arbor horrida & debilis: ſic Chriſti forma, dum ſuſtinuit varias miſerias in hac vita, & crucem, fuit triſtis, quẽadmodum Eſaias cap. 53. teſtatur, cùm ait: *Non forD ma ei atq; decor.* Item: *Deſpectus & reiectus inter homines, vir dolorum, peritus infirmitatis, quaſi abſcondimus faciem ab eo, & nihil reputauimus eum.* Etſi autem vitis, ſi externam formam reſpicis, debilis apparet: tamen ſi vim internam conſideras, pſtantiſsima arbor eſt. Saluberrimum enim liquorem gignit, quo & recreantur, & confortantur, & exhilarantur homines: ſic Chriſtus, etſi iuxta externam formam tempore crucis videbatur imbecillis, tamen gignit præſtantiſE ſimum fructum. Ei enim inſerti fide, naſcuntur Filij Dei. Hic quidem ſocij Chriſti in cruce, ibi vero in gloria futuri, iuxta promiſsionem, conſortes: *Si patimur cum eo, ſimul etiam cum eo regnabimus.* Emphaſis obſeruetur in epitheto. Non enim dicit ſimpliciter; Ego ſum vitis; ſed, *ego ſum vitis vera.* Num igitur per proprietatem

Chriſtus vitis eſt, & non per ſimilitudinē? Omnino per ſimilitudinem. Sed ideò veram ſe nominat vitem, vt ſignificet ſe viti proferenti fructus ſimilem eſſe, & ſeparet ſe ab ea, quæ expectata vt faceret vuas, & fecit labruſcas, Eſaiæ 5.

Comparatur ergo Chriſtus veræ viti, & non ſylueſtri & ſterili, quia verè eſt efficax, vt qui per ſe gignat palmites, animet, vegetet & fœcundet. Hinc fideles primùm diſcant, Chriſtum in ſe potentem & efficacem eſſe, ex quo ceu palmites nati & viuificati ſunt. Hæc efficacia Chriſti ſignificatur etiam capitis metaphora. Scriptura enim Chriſtum caput vocat, propterea quòd omnia impleat ſua virtute, & augmētet corpus, Epheſ. cap. 1. Vt enim caput naturale animalis ſenſum, motum, & vitam quaſi diſtillat in totū corpus, & in omnia corporis membra: ita Chriſtus, corpus Eccleſiæ reductum ad caput, & agglutinatum ſuo Spiritu animat, & in ſingulis membris motus congruentes cum voluntate Dei ciet. Ipſius igitur Spiritu animati, & manemus in corpore, & fructum proferimus Deo gratum. Hoc Chriſti beneficiū maximū, vocatur à Paulo ἀνακεφαλαίωσις, i. reductio & agglutinatio ad caput.

Et Pater meus agricola eſt. Hîc diſcernit inter Patrem, & ſe in carne manifeſtatum & Mediatorem factum inter Deum & homines. Hunc Pater agricola plantauit, dum ipſum verbū ſuum carnem fecit, vt idem eſſet Deus verus & verus homo. Huic certè qui inſitus eſt, vt viuit vitam Dei: ita pro ſua vocatione fructum afferat neceſſe eſt ſalutarem. Inſeritur autē huic viti, quiſquis ex prædicatione Euangelij fidem in Chriſtum conceperit. Nam inſitionis huius instrumenta ſunt, prædicatio Euangelij, & fides, quæ concipitur per Spiritum Sanctum ex prædicatione Euangelij. Nam qui credit, participatione Spiritus Sancti, per quem Saluatori coniungitur, naturæ ipſius communicat, 1. Corinth. 6. *Qui Domino adhæret, vnus Spiritus eſt cū eo.* 1. Ioh. 4. *In hoc cognoſcimus, quòd in eo ſumus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.*

Porrò Stoici & Arriani ex his Chriſti verbis malè detortis, ſibi ipſis venenum ſugunt. Illi enim conantur ex dicto Chriſti particularē gratiam ſtabilire: ſed refutantur promiſſionibus vniuerſalibus, & conditione ſalutis in Chriſto promiſſæ. Quare hîc longiorem iſtius erroris refutationem non inſtituam. Hi autem ex hoc loco demonſtrare conantur Patrem & Filium eſſe diuerſæ naturæ, quia agricola & vitis ſunt diuerſę naturæ. Nec hi ſunt digni refutatione. Nō enim hîc loquitur propriè Dominus, ſed figuratè, vt ſimilitudine hac oſtendat opus ſaluationis eſſe totius Trinitatis opus: interim tamen vitis Chriſtus, reſpectu naturę aſſumptę, & palmites eiuſdem naturæ ſunt. Quomodo autem inſeramur humanæ naturæ Chriſti, infrà exponemus.

SECVNDVS.

2 ***Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit.***

Officia boni agricolæ, ſeu vinitoris enumerat. Ac primo loco minatur hypocritis pœnam; qui iactant ſe palmites eſſe, & non ſunt. Inſerti ſunt quidem in Chriſtum per Baptiſma, ſed literaliter tantùm. Legem enim Baptiſmi non ſeruant. Quare mirū non eſt, eos nullum fructum bonum proferre. Hos dicit tollendos eſſe de vite, id eſt, de corpore Chriſti, & de ſocietate Sanctorum, extra quam Satanas dominatur, & habet ſibi obnoxios omnes, qui non ſunt Chriſti.

TERTIVS.

Et omnem qui fert fructum purgat, vt fructum copioſiorem ferat.

Hæc promiſſio opponitur ſuperiori comminationi. Vt enim Pater agricola omnem palmitem, non ferentem fructum tollit, & in ignem abiicit, vt inutilem: ita palmitem ferentem fructum expurgat: ſcilicet putando & reſecando per diſciplinam malos affectus, & prauas actiones, tanquā luxuriantes ramos, ne fructum impediant. Deinde clauiculis conſolationis eundem erigit, & ad firmum palum, videlicet Chriſtum, alligat, ne tempeſtate tentationū & perſecutionum in terrā deiiciatur, ac in labruſcam degeneret: ſed erectus copioſiorem fructum ferat, videlicet ex fide dilectionem Dei, timorem Dei, inuocationem, gratiarum actionem, patientiam, dilectionem proximi: breuiter, obedientiam erga Deum.

QVARTVS.

3 *Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.*

Quos à Patre agricola dixit purgari, iam mūdos eſſe pronunciat, propter ſermonem, quem illis locutus erat, vt ſe quoque agricolam eſſe oſtendat. Cùm autem dicit, Diſcipulos mundos eſſe propter ſermonem, neceſſe eſt, vt accipiatur de ſermone non prolato & audito tantùm, multò minus pro non intellecto, alioqui Phariſæi mundi fuiſſent, qui ſæpius audiuerunt Chriſti ſermonē, ſed de credito ſermone. Nam fide, quæ eſt ex auditu verbi, purificantur corda.

Hîc diſcernendæ ſunt locutiones, in quibus purgandi actus diuerſis attribuatur. Purgat Pater, purgat Filius, purgat Spiritus Sanctus, purgat ſermo Chriſti, purgat fides, purgat ſanguis Chriſti, purgat Baptiſmus, purgat ſeipſum fidelis quilibet.

De Patre ſuprà audiuimus, quomodo videlicet purget, vt copioſiorem fructum adferant palmites. Is enim purgat, vt autor purgationis. De hoc in Ezechiele ſic ſcribitur: *Mundabo eos, & erunt mihi populus; & ego ero illis Deus, & ſeruus meus Dauid ſuper eos.*

De Filio plurima ſunt dicta. ipſe enim ita de ſeipſo teſtatur: *Sanctifico me ipſum pro illis, vt & illi ſancti ſint.* Eſt ergo Chriſtus effector purgationis, obtemperās Patri, idq; merito & efficacia.

De Spiritu Sancto notum eſt: videlicet quòd tertia perſona Trinitatis dicatur Spiritus Sanctus, propterea quòd regeneret, viuificet, & ſanctificet credentes: creando nouos motus in

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ipſis congruentes cum ſuo nomine.

Purgat ſermo, hoc eſt, Euangelium, vt inſtrumentum, quo purgationis meritum offertur. Nam ſiue ſcribitur, ſiue legitur, ſiue auditur ſermo, nō purgat niſi accipientem, hoc eſt, credentem ſermoni. Magorum eſt tribuere ſermoni pronunciato efficaciam tantū, quia pronunciatur etiam ſine fide audiētis. Paulus affirmat ſanctificari creaturas per verbum Dei, quod ita accipiendum eſt: Creaturę ſanctificantur per verbum Dei, ſcilicet docens creaturarum vſum licitum eſſe piis: dum videlicet illis vtuntur cum gratiarum actione, in gloriam Dei, ad vſus diuinitùs ordinatos. Quando enim ſanctificatur in hunc modum creatura, ſeiungitur à prophano vſu, & applicatur vſui diuinitùs ordinato.

Purgat ſanguis Chriſti, 1. Iohan. 1. *Sanguis Chriſti emundat nos ab omni iniquitate.* Effuſio enim ſanguinis Chriſti in ara crucis, eſt peccatorum expiatio in iis, qui credunt in Chriſtum. Nam effuſione ſanguinis Filius Dei ſatisfecit iuſticiæ diuinæ, quæ requirebat iuſtam compenſationem pro offenſa Dei. Vide Epiſtolam ad Hebræos.

Purgat fides, vt inſtrumētum applicans, ſeu recipiēs purgationē oblatam per Euangelium. Non ergo ſua virtute purgat, ſed purgādi actus illi tribuitur vt inſtrumentum, iuxta illud: *Fide purificans corda.*

Purgat Baptiſmus, vt Paulus ad Epheſios ait. Auguſtinus enarrans locū Euangeliſtæ, in quo modò verſamur, quæſtionem proponit, quam & doctiſsimè ſoluit. Hæc ſunt autem Auguſtini verba: *Quare non ait, mundi eſtis propter Baptiſmum, quo loti eſtis. Sed ait, propter verbum, quod locutus ſum vobis, niſi quia & in aqua verbū mundat: detrahe verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum, etiam ipſum tanquam viſibile verbum. Nam & hoc vtique dixerat, quando pedes Diſcipulorum lauit. Qui lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Vnde iſta tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo: ſcilicet, cui credit, qui baptizatur, non quia dicitur, ſed quia creditur: ſcilicet ab eo, qui baptizatur.*

Fidelis ſeipſum purgat, 1. Iohan. 3. *Qui habet hāc ſpem in eo purificat ſeipſum, ſicut ille purus eſt.* Auguſtinus hoc ita exponit: *Purificat te, non de te, ſed de illo, qui venit, vt habitet in te: tamen quia agis tibi aliquid voluntate, ideò & tibi aliquid tributum eſt.* Atque ita videmus, ꝙ tametſi pluribus tribuatur purgandi actio, modi tamen ſint diuerſiſsimi.

Porrò antitheſis dicti Domini non eſt prætereunda. Mundi ſunt, qui credūt ſermoni Chriſti: Ergo immundi ſunt omnes, qui ſermonem Chriſti non audiunt, nec credunt.

QVINTVS.

4 *Manete in me & ego in vobis.*

Ex generali doctrina infert exhortationem ad præſentes auditores, hoc eſt, ad Diſcipulos ſuos, cui annectit promiſsionē. Exhortatio eſt, *Manete in me:* ac ſi diceret, Eſtis quidem modò in me vt palmites admodum fragiles. Veſtra enim fides vacillat, & magis adhuc vacillabit, quando

A rapiar ad ſupplicium crucis: ſed nolite frangi
cruce mea, ſed manete in me conſtanter. Ero e-
nim victor mortis. Promiſsio verò, *Et ego in vobis*
manebo: tantiſper ſcilicet vos in me manſeritis.
Eſt enim promiſsio conditionalis, quę conditio
infrà aliquoties expreſsè ponitur.

Sed quomodo manemus in Chriſto, & quo-
modo Chriſtus in nobis manet? Donec retine-
mus fidem & bonam conſcientiam, & nos ma-
nemus in Chriſto, & Chriſtus manet in nobis.
B At amiſſa fide, nec nos in Chriſto manemus, nec
Chriſtus in nobis. Fide enim Chriſtum appre-
hendimus, retinemus, & poſsidemus, vt in no-
bis maneat.

Verùm hîc quæritur, quomodo Chriſtus ſe
nobis communicet? Reſpondeo: Chriſtus ſe no
bis communicat tribus modis: videlicet merito,
perſona & efficacia.

Meritum Chriſti primum locum obtinet, de
quo Paulus ad Rom. 3. *Quem conſtituit Deus propi-*
C *ciatorem per fidem in ipſius ſanguine.* 1. Tim. 2. *Dedit*
ſeipſum ἀντίλυτρον pro omnibus, &c. Hoc meritum
Chriſti vtriuſque naturæ Chriſti eſt. Etſi enim
omnes actiones redemptionis, ſunt perſonæ, at-
que ideò infiniti precij & valoris: tamē quędam
ſunt vtriuſque naturæ communes: quædā pro-
priæ alterius. Chriſtus ſecundùm vtramque na-
turam vult præſtare Patri obedientiam, Rom. 5.
Per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi: & ſe-
cundùm vtramq; naturam inuocat Patrem, &
D impetrat nobis gratiam, ſemper viuens, vt inter-
cedat pro nobis. Quædam ſunt proprię alterius
naturæ, vt λόγου quidem admiranda humiliatio.
Philip. 2. *Qui in forma Dei exiſtens, non rapinam duxit*
æqualitatem cum Deo, ſed ſeipſum exinaniuit, formam
ſerui aſſumens, ſimilis hominibus factus, & geſtu inuen
tus vt homo, humiliauit ſeipſum, &c. humanæ verò
naturę, paſsio. Ita enim Petrus ait: *Chriſtus paſſus*
eſt in carne. Et ad Epheſ. 1. *In quo habemus redemptio-*
nem per ſanguinem ipſius.

E Perſonæ Chriſti communicatio fit etiam ſe-
cundum vtramq; naturam, qualis eſt capitis &
membrorum, vitis & palmitum: ſeruatis tamen
naturarū diſcriminibus. Non enim tantū Chri-
ſtus in nobis habitat per diuinitatem, verùm e-
tiam nos naturæ humanę Chriſti inſerimur: ſed
mediáte, Spiritu Chriſti, vt Iohānes docet, cùm
ait, 1. Ioh. 3. *In hoc cognoſcimus, quòd in ipſo manemus,*
& ipſe in nobis, ex Spiritu quem dedit nobis. Spiritus
igitur Chriſti, ſeu diuinitas, eſt copula, qua toti
F Chriſto copulamur, ſecundùm vtramque natu-
ram. Quæ enim vni tertio cohærent, inter ſe co-
hærent. Etſi ergo loci ratione, humana Chriſti
natura à nobis abeſt: tamen ratione copulatio-
nis per vnum & eundem Spiritum Chriſti, no-
bis adeſt, eiq; arctiſsimè copulamur. atque hoc
eſt, quod Auguſtinus doctiſsimè ait de verbis
Domini, ſermone 51. *Quemadmodum Chriſtus in no-*
bis hîc, ſic & nos ibi in illo ſumus. Hæc ſententia Au-
guſtini loquitur de Spiritu Chriſti, in quo &
G Chriſtus in nobis hîc habitat, & quo nos ibi, id
eſt, in cœlo, humanę naturę Chriſti copulamur:
ita vt Chriſtus caput, & nos mēbra, vnus Chri-

ſtus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſtus ſimus. Ad Gal. 3. *Omnes vos vnus eſtis in Chriſto.* Copulationem hanc Chriſti & Eccleſiæ Paulus ad Epheſ. 5. magnũ myſterium vocat, cuius quędam imago eſt maritus & vxor, vno amoris ſpiritu copulati, vt ſint vna caro. Huius myſterij & arcanæ copulationis ſymbola, ſunt Baptiſmus & Cœna Domini. De Baptiſmo habes 1. Cor. 12. *In vno Spiritu nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus.* & ad Gal. *Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* De Cœna loquitur Paulus, cũ ait: *Panis cui benedicimus, nónne cõmunicatio corporis Chriſti eſt? calix cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?*

Tertiò, Chriſtus ſe nobis communicat efficacia. Eſt enim in credentibus efficax ad multa facienda, quæ Deo grata ſunt, & hominibus ſalutaria. Breuiter, omnis q credit, habet Chriſtum in ſe habitantem & efficacem, & eſt caro de carne Chriſti, & os de oſsibus eius. Viuit enim ipſius Spiritu, & operatur.

SEXTVS.

Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic & vos, niſi in me manſeritis.

5 *Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.*

Ratio exhortationis ab vtili ſumpta. Omnes enim ratione vtilitatis & boni mouētur, & quò maior eſt vtilitas & maius bonum, eò magis & voluntas inclinatur ad conſenſum, & conatus excitatur ad obtinendum bonum, quod proponitur. Etſi autem argumentum hîc propoſitum clarius eſt & apertius, q̃ vt egeat longiori declaratione, præſertim cùm ſuprà oſtenſum eſt, qua ratione Chriſtus dicatur vitis vera, & Diſcipuli eius palmites, quisque ſit verus palmitum fructus: hîc tamen ideò collationis vis obſeruanda eſt, vt clariùs intelligatur, & magis ametur Mediatoris noſtri beneficium. Vt ergo palmites in vite ſunt, viti nihil conferētes, ſed inde accipientes vnde viuant, & vitis in palmitibus eſt, vt vitale alimentum ſubminiſtret eis, non ſumat ab eis: ita fideles in Chriſto ſunt, Chriſto nihil conferentes, ſed ab eo accipientes vnde viuant: & Chriſtus in fidelibus eſt, vt Spiritum vitæ ſubminiſtret eis, non autem ſumat ab eis. Qui Chriſtus vt vitis non eſſet, niſi homo eſſet: ita vitam palmitibus non præberet, niſi etiam Deus eſſet. Hic enim nos per gratiam Spiritus, quaſi per aquam irrigat & nutrit, vt poſsimus pietatis fructus edere.

Porrò etſi voluntaria eſt noſtri cum Chriſto conglutinatio, vt ait Cyrillus: tamen non ſolius voluntatis eſt fructificatio. Nam qui exiſtimat ſe ferre fructum à ſemetipſo, in vite nõ eſt. Qui in vite non eſt, in Chriſto non eſt. Qui in Chriſto non eſt, Chriſtianus non eſt, ſed potiùs putridus ramus ex putrida arbore, cui fructus ſimilis eſt, iuxta dictum Domini: *Putrida arbor fert putridos fructus.*

SEPTIMVS.

Nam ſine me nihil poteſtis facere.

Hæc αἰτιολογία non debet extendi vltra periſtaſin præſentis colloquij Chriſti & Diſcipulorum. Proinde cũ hîc ſolummodò agitur de fructu palmitum vitis veræ, quæ eſt Chriſtus: manifeſtum eſt hanc vniuerſalem reſtringendam eſſe ad certum genus operum, nempe ad opera cultus. Veriſsimum eſt enim nulla opera Deò placere vt cultũ, niſi quæ fiunt à iuſtificatis fide, hoc eſt, ab iis, qui ſunt viui palmites, generoſæ huius vitis Ieſu Chriſti. Cæterùm qui ex hoc loco concludunt, liberum arbitrium nullum eſſe, falluntur. Hîc enim Dominus non negat libertatem voluntatis, ſed facultatem præſtandi ea, quæ imperantur: imò Chriſtus his verbis vult, vt libero arbitrio & ſpontè ſe ei ſubmittamus, eum audiamus, ab ipſo diſcamus, in eum credamus, & per fidem in eo maneamus, vt poſsimus fructum ferre. Nam vt ſine ipſo tanquam aridi & inutiles rami ſumus: ita non niſi ex illo quicquam boni præſtare poſſumus.

OCTAVVS.

6 *Niſi quis in me manſerit, eiectus eſt foras, ſicut palmes, & exaruit, & colligũt eum, & in ignem coniiciunt, & ardent.*

Comminatio eſt pœnæ eorum, qui à Chriſto deficiunt. Et eſt hic ſenſus: Quemadmodum palmes reſectus à vite moritur, areſcit, eiicitur extra vineam, & tandem cum aliis inutilibus ſarmentis coniicitur in ignem, & comburitur: ita hypocritæ in Eccleſia, & qui deficiunt à fide, moriuntur, areſcunt, eiiciuntur extra ſocietatem Sanctorum, & tandem in ignem æternum cum omnibus impiis terræ coniicientur, vt in perpetuis flammis ardeant. *Dupliciter,* ait Cyrillus, *ad manendum ſecum Chriſtus nos inducit, partim cupiditate gloriæ, quam fructuoſi palmites conſequentur: partim formidine ignis, cui tradentur qui ab eo ſe ſeparant.* Hiſce argumentis ſuaſoriis nulla poterant magis efficacia inueniri.

Præterita pro futuris ponuntur, more Prophetico: Eiectus eſt, pro eiicietur: Exaruit, pro areſcet, iuxta regulam: Prædictiones de futuris ſæpè vt præteritæ narrantur, propter certitudinem euentuum.

Porrò cùm Chriſtus dicit: *Niſi quis in me manſerit*, manifeſtè indicat, quòd homines qui credunt, & habēt Spiritum Sanctum, poſsint excidere gratia, abiicere fidem, & amittere Spiritum Sanctum, contra quorundam dogma, qui docent eos, qui ſemel crediderunt, nunquam poſſe amittere fidem, & damnari. Quòd ſi ita eſſet, Scriptura non requireret duplicem conditionem ſalutis: videlicet fidei, qua obtinetur: & perſeuerantię, qua retinetur. Vide quæ ſuprà annotauimus in quarto capite, in hæc verba:

Quiſquis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

NONVS.

7 Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quicquid volueritis petetis, & fiet vobis.

Alia ratio exhortationis à fructu manſionis in Chriſto petita. Eſt enim magnus & glorioſus fructus manſionis in Chriſto, impetrare quicquid volueris. Illi ergo ſoli & rectè inuocant, & petita impetrant, qui in Chriſto manent, & in quibus verba Chriſti manēt. Hi enim in Chriſto à Patre dilecti ſunt, & ꝓpter Chriſtum Mediatorem impetrant quæ volunt. Verùm hìc duo altiùs expendenda ſunt. Primùm, quid ſit verba Chriſti in homine manere: deinde, quę ſit regula petendarum.

Verba Chriſti in homine manere, non eſt hominem ea memoria ſolummodò tenere, qđ habent hypocritæ commune cũ Diabolis. Sed eſt ea & tenere mente, & iuxta ea credere corde, vitam moresq́; iuxta ea formare, & in iis perſeuerare vſq; ad finē. In quo enim ſic manét Chriſti verba, is viuus palmes in vite Chriſto habetur, viuum Chriſti membrum cenſetur, atque adeò templum Spiritus Sancti prædicatur.

Regula petendorũ eſt Dei voluntas. Piorum enim eſt ſtatuere voluntatem Dei eſſe regulam omnium eorũ, quę & velint, & agant: iuxta precandi formulam, quá Dominus ſuis Diſcipulis tradidit: *Fiat voluntas tua.* Et Iohannes dicit: *Si quid petieritis ſecundùm voluntatem eius, audiet vos.* Nunc autem verba Chriſti manentia in nobis, faciunt vt noſtra voluntas ſubmittat ſe voluntati Chriſti: vnde fit, ꝙ manẽtes in Chriſto non poſsint velle, niſi quod Chriſto gratum ſit, & ſibi ſalutare. Ex hac regula ſequitur, primùm, ꝙ nihil ſit petendum pugnás cum verbis Chriſti, & alienum à ſalute. Secundò, quòd bona æterna & temporalia ſint petenda, ſed diſsimiliter, ꝓpter diſsimiles promiſsiones. Nam vt promiſſio gratiæ eſt vniuerſalis, iuxta illud: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri:* ita bona æterna petenda ſunt abſq; omni cōditione. Temporalia autem bona ſunt petenda cũ conditione: videlicet nō impeditæ gloriæ Dei, aut noſtrę ſalutis. Voluntas enim piorum parata eſſe debet ad obedientiam, ſtatuetq́; Deum vt patrē optimum daturum ea, quæ ipſe nouerit ſalutaria eſſe, iuxta illud Bernhardi: *Vnum è duobus ſperare indubitanter poſſumus: quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis nouerit eſſe vtilius.*

DECIMVS.

8 In hoc glorificatus eſt Pater meus, vt fructum copioſum afferatis, & efficiamini mei Diſcipuli.

Alia ratio exhortationis à fructu omniũ maximo, ꝗ eſt gloria Dei. Nam eſſe palmitē in vite, qui eſt Chriſtus, fructum ferre, multiplicari & augeri numerũ Diſcipulorum Chriſti, facit ad gloriam Dei augendam, tum in cœlo, tũ in terra. Etſi autem hoc Dñi dictum rectè accommodari poteſt in genere omnibus fidelibus homi-

A nibus: tamen potiſsimùm ad Apoſtolos referendum eſt, qui poſt acceptum Spiritum Sanctum in die Pentecoſtes ſparſerunt ſemina Euangelij, & collegerunt Eccleſiam ex Iudęis & Gentibus, glorificantē Deum pro dato Filio. Notetur hìc phraſis Hébraica, qua ſæpe præteritum pro præſenti ponitur. Glorificatus eſt pro glorificatur, quod ad quoduis tempus ſe extendit.

DE SECVNDO.

PRIMVS.

B *9 Sicut dilexit me Pater: ita & ego dilexi vos.*

Vt Diſcipulos animet ad ſtrenuè faciendum officium, ſuum erga eos amorē indicat. Naturâ enim omnes obſequuntur iis, à quibus ſe diligi ſtatuunt. Similitudo dilectionis Patris erga Filium, & Filij erga Diſcipulos, ſeu Eccleſiá, accipienda eſt iuxta loci periſtaſin, hoc modo: Sicut Pater diligit Filium, vt caput Eccleſiæ: ita Filius C Eccleſiam tanquá corpus ſuum diligit. Vt enim caput Filij in aſſumpta carne, eſt Pater: ita caput Eccleſiæ, eſt Chriſtus Deus & homo. *Nō ergo,* ait Auguſtinus, *æqualitatem naturæ oſtendit noſtræ & ſuæ, ſicut eſt Patris & ipſius: ſed gratiam, qua Mediator eſt Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus.*

Hìc proponitur Eccleſiæ ſumma conſolatio: videlicet ꝙ Pater eam diligat, & Filius ſimiliter. Omnibus ergo tentationibus opponamus hũc Patris & Filij amorem. Nam ſi Pater in Filio nos D diligit, profectò curã noſtri gerit, nec ſinet nos ab hoſtibus ita opprimi, vt ſalute excidamus in Chriſto promiſſa. Si permittit nos cruce premi, Patris optimi eſt caſtigatio, ꝗ flagellat omnem filium, quem recipit. Si patitur nos à tyrannis crudeliſsimè interfici, ipſe eſt vita noſtra, ꝗ nos reſuſcitatos ornabit perpetua gloria. Non enim poſſunt vanæ eſſe promiſsiones eius, qui mentiri neſcit, & poteſt præſtare quicquid promiſit. Sit ergo hæc aſſeueratio Chriſti nobis ſemper E in conſpectu, quam ſtatuamus eſſe veriſsimam, cuius vſus tum demũ ſentietur, cùm preſsi cruce ſentiamus diuinas conſolationes contra omnem expectationem carnis.

SECVNDVS.

10 Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: ſicut & ego præcepta Patris mei ſeruaui, & maneo in eius dilectione.

F Dominus dixit ſe amare Diſcipulos ſuos, nũc aũt ſignum apponit, ex quo intelligere poſsint, an maneant in dilectione & gratia Chriſti, néc-ne, idq́; per comparationem facit. Ego, inquit, maneo in dilectione Patris mei, qua ſcilicet Pater me diligit, quia ſeruaui præcepta ipſius, obediens illi vſq; ad mortē, quæ nũc mihi imminet. Vos ſimili modo manebitis in dilectionę mea, qua vos diligo, ſi præcepta mea ſeruaueritis, id eſt, ex hoc ſcietis, quòd in dilectione mea, qua G vos diligo, manetis, ſi mea pręcepta ſeruatis. Nō ergo vt nos diligat priùs, ipſius præcepta ſeruamus: ſed niſi nos diligat, præcepta ipſius

ſeruare

ſeruare non poſſumus. Præcepta autem Chriſti ſunt, in ipſum credere, ipſum diligere, in ipſo manere, eum confiteri, pericula pro confeſsione doctrinæ ipſius exemplo adire, proximum diligere, &c. De his enim rebus hęc Chriſti iam iam rapiendi ad ſupplicium crucis oratio intelligenda eſt.

Obſeruetur ergo hîc certiſsimum ſignum, ex quo quilibet ſcire poterit, an ſit in dilectione & gratia Chriſti, nécne. Hoc autē ſignum eſt, obſeruatio præceptorum Chriſti, ſicut ipſe claris verbis hîc indicat. Obſeruatio enim præceptorum Chriſti, non poteſt magis abeſſe à dilectione Chriſti, quæ ex fide concipitur, quàm calor ab igni, & claritas à Sole. Verùm hîc perpetuò tenendū eſt, quòd ſtudium & conatus, retinentium fidem, & bonam conſcientiam, reputentur pro facto: & obſeruatio præceptorum, accipienda ſit ſecundùm partes, non autem ſecundùm gradus partium, qualis erit in futura vita, hîc autem impoſsibilis.

TERTIVS.

11 *Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meū in vobis maneat, & gaudium veſtrum impleatur.*

Finem totius orationis ſuæ apponit Dominus, qui eſt, vt gaudium Chriſti in Diſcipulis maneat, & gaudium Diſcipulorum impleatur. Quoniam autem omne gaudium tale eſt, quale eſt ipſius obiectum, permagnum eſſe diſcrimen inter mundi & Chriſti, Eccleſiæque gaudium neceſſe eſt. Mundus gaudet vel ex alieno malo, & dicitur Græcis ἐπιχαιρεκακία, vel ex opinione boni præſentis. Verùm quia bonum hoc inſtabile, & incertum eſt, & de eo conceptum gaudium inconſtans & vanum. De mundi ergo gaudiis rectè Martialis ait:

Gaudia non remanent, ſed fugitiua volant.

Gaudium Chriſti, eſt lætitia in corde concepta ex eo, quòd ſuis Diſcipulis æternam ſalutem & beatitudinem ſuo ſanguine acquiſiuerit: victis peccato, Diabolo, morte & inferno in gloriam Patris ſui. Gaudium Eccleſiæ, eſt lætitia in animis piorum, cùm ex præſentium bonorum adeptione, tum ex promiſſorum certa expectatione concepta. Proinde vt præſentia bona, quę poſsidet Eccleſia, ſunt multa, magna & certa: ita & præſens Eccleſiæ gaudium eſt multiplex, magnum, & certum. Gaudet enim Eccleſia, quòd ſit à iure peccati, Legis & mortis, & à captiuitate Diaboli liberata. Gaudet ex conſortio Chriſti, habitantis in cordibus piorum per fidem. *Gaudete*, inquit Paulus, *ſemper in Domino.* Gaudet, quòd per eandem fidem habeat acceſſum ad Deum, Deū inuocat, & exauditur. Gaudet propter verbum Dei, quod ipſi commendatum eſt, vnde Dauid: *Teſtimonia tua gaudium meum.* Gaudet, quòd Deum rectè timeat & colat. vnde Syracides: *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium.* Gaudet ex ſocietate, quam habet cum omnibus Sanctis & Angelis bonis. Gaudet quoque Eccleſia in cruce, qua redditur conformis imaginis Filij Dei, vnde & ſpem concipit futuræ gloriæ. Breuiter, Eccleſia gaudet, quòd ſit familia Dei, templū Dei, & peculium, qua gloria nulla maior eſſe poteſt. Hæc bona præſentia opponamus omnibus aduerſis & ærumnis huius mundi, expectantes promiſſa illa bona in gloria beatitudinis, vbi conformes erimus Chriſto, & animabus & corporibus, in omnem æternitatem. Atque ob hanc cauſſam Dominus aditurus mortis ſuppliciū, meminit hîc huius gaudij, vt Diſcipuli in perſecutionibus imminentibus ſtatuant ſe à Patre & Filio non deſertum iri, vt non abiiciant confeſsionem, vt conſtanter omnia perferant in Apoſtolatu ſuo, propter coronā ipſis in cœlis repoſitam. Huius gaudij cogitatione cùm Prophetæ & Apoſtoli, tum omnes Martyres ſe ſuſtentârunt, vt omnia pericula, cruciatus, & opprobria contempſerint. Quorum exemplo & nos admoniti, pro veritate Euangelij pericula, ſi res ita poſtulauerit, adeamus.

SECVNDA PARS.

In hac parte, vt ſuprà indicauimus, agit Dominus de mutua Diſcipulorum dilectione, quę eſt germanus fructus fidei, & vera nota Diſcipulorum Chriſti. Hanc partem ſolummodò articulis diſtinguamus.

PRIMVS.

12 *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis vos inuicem, ſicut dilexi vos.*

Redit Dominus ad exhortationem ad mutuam dilectionem, quam propoſuit ſuprà capite 13. lotis Diſcipulorum pedibus. Verùm quia capite 13. in hæc verba: *In hoc cognoſcent homines, quòd mei Diſcipuli ſitis, ſi charitatem habueritis inter vos mutuam:* copioſiſsimè de Chriſtiana charitate dixi, nolo eadem hîc prolixius repetere. Sed hoc ſolummodò admoneo, Dominum ideò toties inculcare præceptum dilectionis, vt ſciamus eam vel ſolam, certiſsimam filiorum Dei notam eſſe.

SECVNDVS.

13 *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt quis animam ſuam ponat pro amicis ſuis.*

Argumentum intimæ dilectionis hîc Dominus ꝓponit, vt Apoſtolos animet aduerſus imminentia pericula, quæ tanta futura erant, vt in propaganda doctrina Euangelij, pro fratribus adducendis ad Chriſtum, mortem eſſent appetituri, ſicut & factum eſt. Quòd autē Chriſtus de hac re loquatur, oſtendunt quæ paulò pòſt ſequuntur de mundi odio. Argumentum hoc modo formabitur. Cùm quis animam ſuam ponit pro amicis ſuis, ſummum dilectionis mutuæ ſpecimen edit. Vos igitur ſi pro amicis veſtris adducendis ad me animas veſtras poſueritis, intimæ dilectionis erga eos ſpecimen præbueritis. Iohānes, 1. Ioh. 3. coniungit exemplar, & imitationis modum, cùm ait: *Per hoc cognouimus*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

charitatem, quòd ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus animas pro fratribus ponere. Abſolutiſsimum ergo exemplar charitatis eſt Chriſtus, qui animam ſuam pro nobis redimendis poſuit. De quo Paulus ad Rom. 5. *Chriſtus, cùm adhuc eſſemus infirmi, ſuo tempore pro impijs mortuus eſt. Enimuerò vix pro iuſto quiſquam moritur. Nam pro bono forſitan aliquis mori ſuſtinet. Commendat igitur ſuam charitatem erga nos Deus, quòd cùm adhuc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Imitatio exemplaris erit laudabilis, ſi & nos ex dilectione animas noſtras pro fratribus poſuerimus. Et Petrus 1. Petri 2. in eandem ſententiam ait: *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, relinquens nobis exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.* Verùm, vt dixi, hoc nõ referendum eſt ad quemuis caſum, ſed ſolummodò vbi agitur ſalus animarum. Nicodemus non debuit animam ſuam ponere pro latrone liberando à crucis ſupplicio: nec Chriſtus obtulit ſe in mortem pro adultera, quam mortem debebat legibus ciuilibus. Nec pius Iudex animam ponet pro veneficis & furibus; ſed eos ſecundùm leges, citra perſonarum acceptionem puniet.

Quid ſi quis iniuſtè rapitur ad ſupplicium, quid tùm faciendum erit? Hîc facies pro liberando proximo inſonte quantũ poteris, non autem requirit dilectionis lex, vt ipſum liberes, & te in locum eius ſubſtituas, atque pro eo vitam ponas. Tum enim proximum plus quàm teipſum diligeres, & plus præſtares quàm regula, quæ eſt Matthæi capite 7. exigit: *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Iam nemo ex charitate vult vt alius pœnas ſibi debitas luat; quod profectò eſſet non amare, ſed odiſſe proximum. Exemplar proinde Chriſti rectè accommodandum eſt. Chriſtus dilexit nos, & ex dilectione mortuus eſt pro nobis, vt nos poſsimus regnare cũ Chriſto. Igitur & nos debemus diligere amicos: hoc eſt, eos qui poſſunt fieri ex inimicis amici, vt poſsint nobiſcum cũ Chriſto regnare. Hoc ipſum ſentit Cyrillus, ſcribens in hunc ipſum locum: *Quòd ſi oues & agnos Chriſti paſcere nihil aliud eſt, quàm ipſum diligere, patet quòd omnis perſecutio, omneq́ periculum pro prædicatione veritatis ſubeundum ſit.*

TERTIVS.

14 Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæcunque præcipio vobis.

Hæc Domini aſſeueratio expreſſam promiſſionem & tacitam comminationem habet. Promiſsio eſt cõditionalis, *Vos amici mei eſtis:* hoc eſt, ego vos diligo, & vos me diligitis, ſi feceritis quę præcipio vobis. Eſt ſiquidem amor amicorum reciprocus, & deſinit amicitia, amore ab altera parte extincto. Saul & Dauid amici erant, donec vterque alterum amauit: ſed ſuccedente odio aduerſus Dauidem, in Saule amicitia extinguebatur, tametſi amor in Dauide erga Saulem remanſit, qui fuit beneuolentiæ. Benè enim voluit Dauid Sauli, etſi hoſti ſuo. Sic pij bene volunt hoſtibus ſuis, eosque amant propter mandatum Dei, tametſi pro amore reportant peſsi-

A mam gratiam: hoc eſt, odium & perſecutionem. Comminatio tacita ex conditione expreſſa concluditur hoc modo: Amici eſtis mei, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Igitur ſi non feceritis, quæ præcipio vobis, non eſtis amici mei. Si non mei amici, nec Patris mei eſtis. Hæretis igitur in peccatis veſtris, & eſtis ſub iure Legis & tyrannide Diaboli. Quare nihil miſerius, nihil triſtius.

Quanti ergo æſtimãda ſit amicitia cum Chriſto, ex eius fructibus cognoſcitur. De hoc amico
B omnium veriſsimè dici poteſt illud Syracidæ: *Amicus fidus medicina animæ.* Hic locus docet, quòd obedientia noua, etſi diſtincta eſt à fide iuſtificationis, nunquam tamen ab ea ſeparari poſsit. Nam ſpiritus, fidei germanus eſt fructus. Qualis autem hæc obedientia eſſe debeat, ſuprà diximus. Quam Dominus ipſe concludit ſub dilectionis præcepto.

QVARTVS.

C *15 Non amplius vos dicam ſeruos, quia ſeruus neſcit quid facit Dominus eius: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.*

Probat Dominus ab effectu, ſeu proprio veræ amicitiæ, ſe eſſe Diſcipulorum ſuorum amicum. Verus amicus omnia ſecreta ſui pectoris aperit amico, & nihil, quod ad eius commodum pertinet, eum celat. Ego igitur cùm omnia my-
D ſteria ſalutis, quæ audiui à Patre meo, vobis notã feci; ſatis declaro me veſtrum amicum eſſe. Quid? An non Paulus dicit ſe ſeruũ Chriſti eſſe? An non pij omnes Chriſto ſubiecti ſunt, & ab eo imperata faciũt, quòd profectò ſeruorum eſt? Pij ſunt & ſerui Chriſti, & non ſerui. Serui quidem ſunt, quia ei ſubiecti ſunt, & obtemperant, non timore, ſed charitate. Quare ſimul etiam amici eſſe poſſunt, & ſunt, propter mutuum amorem & beneuolentiam. Non ſerui, ſci-
E licet qui ſubiecti ſunt, & obtemperant, non charitate, ſed timore. Auguſtinus autem ſic: *Sicut ſunt duo timores, qui faciunt duo genera timentium: ſic duæ ſunt ſeruitutes, quæ faciunt duo genera ſeruorum. Filiorũ igitur timor facit ſeruos bonos & amicos: ſeruorum timor facit ſeruos malos & inimicos, qui neſciunt quid faciat Dominus eorum.*

QVINTVS.

16 Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos,
F *& conſtitui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat.*

Vnde incœperit amicitia inter Chriſtum & Diſcipulos eius, & quò tendat, exponit. Ego, inquit, dilexi vos, & ex dilectione elegi vos in Apoſtolos, vt paſsim per orbem eatis, & prædicetis Euangelium, & colligatis per prædicationem veſtram Eccleſiam ex Iudęis & Gentibus in gloriam Patris mei. Nam aſſumptus in cœlum, ar-
G mabo vos Spiritu Sancto, cuius præſidio freti, potentes ac ſapientes huius mundi eripiatis è regno Diaboli, & introducatis in familiam Patris

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tris mei. De hac igitur electione ad Apoſtolatum, accipienda ſunt hæc Domini verba. Eſt autem duplex electio. Vna ad certa officia in Eccleſia viſibili, qualis fuit Prophetarum & Apoſtolorum. Altera communis, qua electi dicuntur in Chriſto omnes, qui credunt Euangelio. Conſolatione pleniſsimum eſt, quod addit: *Et fructus veſter maneat*. Nam hoc dicto ſignificat Dominus & Eccleſiam ſemper manſuram in mundo inuictam, vel inuitis portis inferorum: & miniſterium verbi in Apoſtolorum ſucceſſoribus fore efficax. Hoc ergo dicto erigamus animos noſtros, cùm audimus mundi tyrannos in hoc totos incumbere, vt prorſus Eccleſiam deleant. Sed is qui dixit: *Et fructus veſter maneat*, potentior eſt omnibus tyrānis & Sophiſtis huius mundi. Verùm quemadmodum ipſe Dominus in perſona ſua perſecutionē & crucem perpeſſus eſt, & tandē glorioſam nactus eſt victoriam: ita idem Chriſtus in membris ſuis: hoc eſt, in fidelibus patietur. ideò Paulus de ſe ait, Coloſ. 1: *Adimpleo ea, quæ deſunt paſsionibus Chriſti in carne mea*. Sed perſecutionis iſtius erit lætus exitus. Nam crux iter eſt ad gloriam.

SEXTVS.

Vt quicquid petieritis à Patre in nominē meo, det vobis.

Occurrit infirmitati & tacitę obiectioni Apoſtolorum. Tu dicis nos ituros, & fructum allaturos per prædicationem noſtram. Sed qui ſumus nos reſpectu potētum & ſapientum huius mundi, qui omnes nobis aduerſantur. Huic obiectioni reſpondet Dominus, ac ſi in hunc modum diceret: Fateor vos infirmos eſſe & impotentes, ſi ad veſtras vires proprias reſpexeritis: verùm ſi potentiam Patris mei cogitetis, eritis mundo multò potentiores. Hunc ergo ſi inuocaueritis, mea interceſsione freti, dabit vobis quicquid petieritis. Hîc aliquis non immeritò obiecerit: Cùm gloria Patris cœleſtis agitur, ſiquidem fructus Apoſtolorum cedit in gloriam Patris, cur non dat, non inuocatus? Ideò inuocari vult & dare inuocantibus ſalutaria, vt ſciamus non humanum opus eſſe colligere Eccleſiam, ſed diuinū planè. Sciant ergo Miniſtri Euangelij ſe in vanū laborare, niſi Deus ſimul operetur. Inuocent proinde Deum, vt ipſorum labor non ſit inanis, ſed cedat in gloriam Dei & multorum ſalutem.

SEPTIMVS.

17 *Hæc præcipio vobis, vt diligatis vos mutuò.*

Ex abundantia cordis os loquitur. Ex corde Chriſti pleno dilectione erga homines, manant dilectionis riuuli, hoc eſt, frequentes exhortationes ad mutuam dilectionem, ſine qua nihil ſumus. Hanc dilectionem tum demum habebimus, ſi rectè cognouerimus Euangelium, ac iuxta illud crediderimus, & has duas virtutes Chriſti humilitatem & patientiam imitati fuerimus. Ideò Paulus ſcribens Coloſſenſibus, ait:

A *Gratias agimus Deo & Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſemper pro vobis orantes, poſtquam audiuimus fidem veſtram, quæ eſt in Ieſu Chriſto, & dilectionem, quæ eſt in omnes Sanctos propter ſpem repoſitam vobis in cœlis*. Hîc Paulus ſignificat veram fidem, dilectionem erga Sanctos & ſpem glorię coniunctà eſſe, quorū poſtremum incitamentum ad priora eſſe debet.

TERTIA PARS.

B In hac parte Dominus prædicit Apoſtolis externam perſecutionem, eoſque ſuo exemplo ad fortiter ferendam perſecutionem hortatur. Deinde exaggerat ſcelus Iudæorum perſequentium Chriſtum. Poſtea meminit Spiritus paracleti, qui de ſe teſtimonium feret. Hanc igitur partē in tria diſtinguamus membra: Quorum primum continet conſolationem aduerſus odium mundi, eiuſque odij cauſſas. Secundum, habet exaggerationem ſceleris Iudæorum ho- C ſtium Chriſti & Eccleſiæ. Tertium eſt de teſtimonio, quod Spiritus Sanctus & Apoſtoli ipſi ferent de Chriſto. Horum omnium vnus ſcopus eſt, vt Apoſtoli retineant confeſsionem inuicto animo, ferant perſecutionem, erigentes ſe ſpe gloriæ promiſſæ.

DE PRIMO.

PRIMVS.

D 18 *Si mundus vos odit, ſcitis quòd me priuſquam vos odio habuerit.*

Propoſitio eſt conſolationis, qua Dominus conſolatur Apoſtolos aduerſus externam perſecutionem, quam potiſsimùm à perfidis Iudæis perpeſſuri erant: & opponitur hæc propoſitio metui Apoſtolorum, quem conceperant propter abitum Chriſti, & miniſterium difficillimum prædicandi Euangelij inter tot hoſtes. *Si mundus*, inquit, *vos odit*, conſolamini vos meo E exemplo, qui veſter & Dominus & Magiſter ſum. Lectio Græca eſt ambigua; poteſt enim & ſic reddi: Si mundus vos odit, ſcitote ꝙ me primùm veſtrum, id eſt, Dominum veſtrum odio habuerit: ſed parum refert. Nam argumenti vis eadem eſt, hæc videlicet: Chriſtus patienter tulit perſecutionem & crucem ab ingratis Iudæis, ſpe gloriæ ſibi propoſitæ. Igitur Apoſtoli non debēt frangi animis propter præſentes & imminentes perſecutiones: ſed ſpe coronæ ſibi pro- F poſitæ ſe erigere; iuxta regulā: Si vnà patimur, vnà etiam glorificabimur.

Sed quænam eſt cauſſa odij mundi aduerſus Chriſtum & Apoſtolos eius? Communis eſt cauſſa, quam ipſe Dominus explicat ſuprà, Iohannis capite ſeptimo: *Me odit mundus, quia ego teſtimonium perhibeo de ipſo, quòd opera eius mala ſunt*. Cauſſam & conſolationē coniungit Dominus Matthæi capite quinto: *Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint* G *omnia mala aduerſus vos (mentientes) propter me. Gaudete in illa die, & exultate, quia merces veſtra copioſa eſt in cœlis*. Hinc nos catholicam doctrinam pe-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A tamus. Miniſtri Euangelij etiamſi ſciant ſe pro officio bene præſtito malam gratiam reportare: tamen propter mandatum Chriſti, propter charitatem erga proximum, propter officium quod requirit imitationem Chriſti, non deſinent docere & hortari homines, vt multi conuertantur & ſaluentur, quo gloria Dei prædicetur & annuncietur à plurimis..

SECVNDVS.

B 19 *Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuũ eſſet diligeret. Sed quia de mundo non eſtis, ſed ſelegi vos è mundo, propterea odit vos mundus.*

Ratio odij mundi aduerſus Apoſtolos exponitur, ſumpta à remotione cauſſæ dilectionis. Habemus autem hîc integrum ſyllogiſmum hypotheticum: Si de mundo eſſetis, mundus vos diligereret; ſed vos non eſtis de mundo. Ergo mundus vos non diligit, ſed odit. C Aſſumptioni apponit rationem. Sed ego ſelegi vos de mundo, ſcilicet inſtruens vos, donans vos Spiritu fidei, conſtituens vos Apoſtolos, vt fructum afferatis in gloriam Dei.

Mundus hoc loco potiſsimùm notat populum Iudaicum, ſapientem quæ ſunt mundi, & non quæ ſunt Dei. Cùm autem dicit, *Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum eſſet diligeret:* non ſentit quod mundani homines, ſeu non renati, ſe ſincerè diligant, cùm ſinguli quærant quæ ſua D ſunt: ſed diligere hîc per metalepſin ponitur, vt ſit ſenſus: Mundus vos tanquam partem ſui ferret & nõ perſequeretur, ſicut Iudæi ex odio vos propter me perſequentur. Princeps enim huius mundi, hoc eſt, impiorum in mundo, nempe Satanas, hoſtis eſt Chriſti principis Eccleſię. Quare fieri non poteſt, vt conueniat inter mundum & Eccleſiam.

TERTIVS.

E 20 *Mementote ſermonis, quem ego dixi vobis: Non eſt ſeruus maior Domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt.*

Propoſuit Dominus ſuum exemplum, nunc rationem imitationis addit, reuocans eis in memoriam, quod antea illis dixerat, dum pedes eorum lauiſſet. F Argumentum autem ſic concluditur: Seruus nõ poteſt conqueri, ſi ipſius conditio non ſit melior quàm Domini ſui. Si ergo me Dominum veſtrum perſecuti ſunt, & verbum meum ſpreuerunt, profectò vos non poteſtis conqueri, ſi ſimili modo vos perſequentur, & veſtrum ſermonem contemnent. Si ergo ſermonem meum ſeruabunt, & veſtrũ ſeruabunt. Sed nõ meum ſermonem ſeruabunt: Ergo neque veſtrum ſeruabunt. Loquitur Dominus, vt diximus, de Iudæis hoſtibus ſuis, G & ſimul ſignificat fore, vt maxima pars Iudæorum Apoſtolis ſe ſit oppoſitura, eoſque perſecutura, donec eos de medio ſuſtulerit. Hîc ergo obſeruetur cauſſa reiectionis Iudæorum non eſſe fatum Stoicum, ſed contumaciam eorum, vt Paulus clarè docet in Epiſtola ad Romanos, capitibus 9. 10. & 11.

QVARTVS.

21 *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia non nouerunt eum, qui miſit me.*

Cauſſam cur Iudæi ſint perſecuturi Apoſtolos exponit. Hæc facient vobis, id eſt, odio habebunt vos, perſequentur vos, & doctrinam veſtram contemnent, quia nõ nouerunt Patrem, qui miſit me. Ignorantia ergo affectata & cæcitas in Iudęis, cauſſæ fuêre cur Iudæi perſecuturi erant Apoſtolos. Hujus ignorantiæ & cæcitatis cauſſæ fuêre anticipatæ opiniones, longo tempore confirmatę de Moſe, de Lege, de ſacrificiis, de Meſsia. Nihil enim magis impedit docilitaté, quàm perſuaſio erroris, tempore confirmata, & autoritate eorum fulcita, qui ſapientia excellere videntur. Etſi igitur Iudæi oraculis Prophetarum, miraculis Chriſti, vita & doctrina eiuſdem ſatis erudiri poterant de Ieſu, quòd eſſet promiſſus Meſsias: tamen ſomnium de humano imperio impediuit eos, quò minùs illi crederent. Idem malum omnibus ætatibus impediuit Euangelij curſum. Citiùs Æthiopem candidum reddideris, quàm hypocritam ad Euangelij lucem adducas. Ideò Chriſtus dicit: *Qui male agit, odit lucem*, Iohan. 3. Item: *Peccatores & meretrices præcedent vos in regnum Dei.*

DE SECVNDO.

PRIMVS.

22 *Si nõ veniſſem & locutus illis fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem non habent, quod prætexant peccato ſuo.*

Exaggeratio ſceleris Iudæorum eſt, argumento à cauſſa peccati ſumpto. Propoſitio & concluſio expreſſè ponuntur. Aſſumptio ex poſitis intelligitur. Argumentum integrum hoc eſt: *Si non veniſſem & locutus illis fuiſſem, peccatum non haberent.* Iam autem veni, & locutus ſum illis. Igitur peccatum habent. Argumentum integrum, etſi admodum puerile, poſui, vt quomodo peccatum hîc accipiatur certius eruamus.

Primùm ergo, quia Scriptura dicit omnes peccaſſe, & reos eſſe, non poteſt peccatum hoc loco pro genere accipi. Quare neceſſe eſt illud ad certam ſpeciem reſtringi, iuxta loci periſtaſin. Nam cùm Dominus dicit: *Si non veniſſem, & locutus illis fuiſſem*, ſatis indicat de quonam peccato loquatur. Manifeſtè enim his verbis exprobrat Dominus incredulis Iudęis aduentum ſuum, & prædicationem, ſicuti poſtea miracula, quibus ſatis conuinci poterant Iudæi de veritate doctrinæ Chriſti, & officio eius. Videtur ergo Dominus loqui de peccato contumaciæ, quod ita Iudæorũ mentes excœcauerat, & corda in-

da indurauerat, vt nec Chriſtum ipſum, nec doctrinam ipſius reciperent. Huius contumaciæ & incredulitatis reſpectu reliqua peccata, etſi damnationem iuſtam merentur, quaſi nulla eſſe videntur.

Etſi autem hæc interpretatio & reſtrictio peccati ad certam ſpeciem commoda eſt: tamen ex concluſione argumēti Dominus videtur aliud voluiſſe. Nam cùm dicit eos non habere πρόφασιν de peccato, hoc eſt, rationem, qua ſe nō eſſe reos peccati conuincant: videtur Dominus loqui ex opinione Iudæorum, ſicut ſæpe facit, qui Lege & ſacrificiis putabāt ſe iuſtos coram Deo, quam πρόφασιν Dominus ſuo aduentu & prædicatione eis ademit.

Quòd autem quidam ex verbis Domini concludunt neminem damnari, qui ex ſola ignorantia peccat, ineptius eſt quàm vt refutatione egeat, cùm omnes homines ſint naturâ filij iræ, vtpote lapſi & damnati in Adamo, communi omnium noſtrorum Patre, tanquam in communi maſſa humanæ naturæ. Et Dauid ait: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.*

SECVNDVS.

23 *Qui me odit, is & Patrem meum odit.*

Alia exaggeratio ſceleris Iudæorum perſequentium Chriſtum. Et ponitur propoſitio loco totius argumenti: *Qui me odit, is & Patrē meum odit.* Iudæi me oderunt: Igitur & Patrem meum oderunt. Ratio maioris duplex eſt. Vna, quòd Pater & Filius vnum ſunt, ſi naturam diuinam ſpectes. Altera, quòd Filius in aſſumta natura ſit legatus Patris. Nunc autem cùm iniuria quę fit legato, pertinet ad eum, qui legatum miſit, fit vt odium, quo Chriſtum legatū perſequuntur Iudęi, in Patrem legantem quoq; redundet.

Sed quare Iudæi oderunt Chriſtum? Quia exiſtimabant eū ſuæ nocere exiſtimationi, dum detraheret illis laruā iuſticiæ & ſanctitatis, qua tumebant, cùm tamen reuera ſalutem ipſorum quæreret. Eandem fortunam hodie experiuntur fideles Euangelij Miniſtri. Quare & ipſis hoc Domini dictum rectè accommodabitur. Qui Miniſtros Euangelij oderunt, Chriſti legatos: hi quoque Chriſtum odio habent. Dicit enim ipſe: *Qui vos ſpernit, me ſpernit: qui vos audit, me audit.* Prætextum ergo ſui peccati deponant, hypocritæ & tyranni, qui Chriſtum in ſuis legatis perſequuntur.

TERTIVS.

24 *Si opera non feciſſem inter eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & oderunt, non ſolùm me, verùm etiam Patrem meum.*

Exaggerat adhuc ſcelus Iudæorum, exprobrans eis miracula, hoc eſt, diuina teſtimonia, quibus & legationem ſuam confirmauit, & doctrinam ſuam diuinam eſſe demonſtrauit. Ita e-

A nim ipſe Dominus ait, Iohannis capite quinto: *Opera quæ ego facio, teſtificantur de me, quòd Pater me miſerit.* Hanc demonſtrationem etſi viderunt Iudæi, tamen non ſolùm nō receperunt ipſum, vt diuinitùs miſſum legatum: ſed inſuper etiam contempſerunt, oderunt & ipſum & eum, qui ipſum miſerat, Patrem.

De miraculis Chriſti ſæpe ſuprà dictum eſt, potiſsimùm in ſecundo, quinto & decimo capitibus. Suprà quoque oſtendimus, cur dicatur
B Patrem videre, qui vidit Filium: & quid ad illud dictum; *Deum nemo vidit vnquam,* reſpondendum ſit. Summa huc redit: Qui videt me, videt Patrem, hoc eſt, videmus Patrem non in eſſentia, ſed in declaratione voluntatis. In Filio enim reuelauit nobis voluntatem ſuam, de ſalute eorum, qui Filium fide receperint.

Obſeruetur hoc loco, quòd nō recipere Chriſtum, ſit & ipſum & Patrem odiſſe, quo ſcelere nullum nec immanius, nec deteſtabilius cogi-
C tari poteſt. Peccatum quomodo hîc accipi debeat, ex ſuperioribus patet. Non enim habere peccatum hoc loco, eſt nihil habere, quod prætexant Iudęi peccato ſuo, quin iure ſint damnabiles ob contumaciam aduerſus Chriſtum Dominum, qui ſuis diuinis operibus, & ſe diuinitùs miſſum oſtendit, & doctrinam ſuam diuinam eſſe confirmauit. Ideò alibi dicit: *Si mihi non creditis, credite operibus meis.* Etſi autem quidam ex Iudæis peccato blaſphemiæ erant obnoxij: ta-
D men hîc Dominus de eo peccato non loquitur ſolummodò, ſed latiùs accipitur: quia multi ex Iudæis, qui Chriſtum perſequebantur, poſtea conuerſi ſunt. Non enim fruſtrà oraſſe Dominum putandum eſt: *Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt,* Lucæ 23.

QVARTVS.

25 *Sed hoc accidit, vt impleretur ſermo, qui in Lege eorum ſcriptus eſt: Odio habue-*
E *runt me gratis.*

Obiectioni Diſcipulorum Dominus reſpondet, qui poterant ſic obiicere: Meſsias eſt promiſſus Iudæis, vt ſit ipſorum Rex & Dominus: Nunc autem Iudæi ipſum non recipiunt, ſed oderunt, & perſequuntur. Igitur meritò dubitare poſſunt, an tu ſis Meſsias. Reſpondit Dominus, eſſe vnum inter alia teſtimonia de Meſsia, quòd ipſum odio perſequerentur, ad quos erat
F miſſus, idq; ex Pſalmo 35. confirmat. Habemus quis ſit ſenſus verborum Euangeliſtæ. Quòd autem quidam ex hoc loco inferunt, neceſſariò peccaſſe Iudæos, quia ſic prędictum erat, falſum eſt. Prædictio enim hæc prophetica non eſt vlla cauſſa euētus, id eſt, contumaciæ Iudæorum: ſed ſolummodò indicatio, quæ ideò infallibilis eſt: quoniam Deus infallibiliter præſciuit euentum, quo reſpectu neceſſaria fuit prædictionis impletio. Vide quæ ſuprà annotauimus capite
G duodecimo, in hæc verba: *Vt ſermo Eſaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit.* Ibi enim copioſiùs hanc tractaui quæſtionem.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Sed quid eſt quod ait: *Odio habuerunt me gratis*. Gratis, excluſiua particula eſt, id eſt, ſine cauſſa & merito meo, & præter omnẽ culpam meam. Etſi autem Dauid in eo Pſalmo de ſe loquitur: tamen ſimul vaticinatur de Chriſto, cuius ipſe typus erat. Quæ enim typo tribuuntur, rectè veritati accommodantur.

DE TERTIO.

PRIMVS.

26 *Cùm autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.*

Promiſsione hac erigit Diſcipulos, ne fracti crucis ſcandalo, confeſsionem abiiciant, videntes ipſum in patibulum crucis ſuſpendi. Vult ergo, vt cùm videant ſe capi & crucifigi, cogitent de hac promiſsione, & ea ſe ſuſtentent. Sic nos in aduerſis promiſſa bona cogitemus, eorumq́; cogitatione nos in perſecutionum fluctibus erigamus. Cur autem Spiritus Sanctus dicatur Paracletus, & Spiritus veritatis, dictum eſt ſuprà capite decimoquarto, in hæc verba: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.*

Quòd autem dicit Dominus hunc Spiritum à Patre mittendum, & à Patre ꝓcedere, eò pertinet, vt ſciamus Spiritum Sanctum nihil noui allaturum, ſed eadem docturum, quæ ipſe Filius, qui & venit à Patre, & miſſus eſt à Patre in A mundum, docuit. Quomodo autem Spiritu hic procedat à Patre & Filio, fruſtrà inquirimus. Hoc enim & ſenſuum noſtrorum & rationis noſtræ menſuram excedit: ſed hoc firmiter tenendum eſt, quòd vt hîc diſtinguuntur perſonæ, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: ita ſint reuera diſtinctæ, etſi vna trium eſt eſſentia numero. Quare & vnum Deum, & nõ tres Deos eſſe credendum eſt.

Ille, inquit, *teſtimonium perhibebit de me*. Hoc B adimpletum eſt primùm die quinquageſima à reſurrectione, quando Apoſtoli donati ſunt viſibiliter Spiritu Sancto. Deinde cùm Apoſtoli Spiritus Sancti impulſu animoſè prædicarunt Chriſtum in mundo, eiuſque Euangelium miraculis diuinis confirmauerunt. Tum etiam in ſucceſſoribus Apoſtolorum vſq; ad finem mundi idem Paracletus in cordibus piorum perhibebit teſtimonium de Chriſto, & multos excitabit Doctores, qui ſincerè doctrinam Chriſti C hominibus annunciabunt.

SECVNDVS.

27 *Sed & vos teſtamini, quia à principio mecum eſtis.*

Officium Miniſtrorum Chriſti eſt, de Chriſto teſtimonium perhibere, quod profectò aliunde fieri non debet, quàm ex ipſius doctrina. Non ergo Chriſti teſtes ſunt Papiſtæ, qui peruertunt, ſeu potiùs abolent Euangelium Chriſti.

CAPVT XVI.

SVMMA CAP. XVI.

CVR odij mundi & perſecutionis Diſcipulorum toties meminerit Dominus, exponit oſtẽdens quanta pericula propter ſe ſint experturi poſt ſuum ab eis diſceſſum: in quibus tamen periculis Spiritus Sanctus aderit ipſis aduocatus. Qui cùm venerit, vt mundo accuſator contumaciæ aduerſus Deum: ita Diſcipulis Domini Doctor veritatis erit. Hinc rurſus, licèt obſcurius, de morte ſua & victoria ſuper morte agit, monens quòd vt illa mœrorem, ita hæc gaudium Diſcipulis ſit allatura.

Huc addit conſolationem ex Patris ſui fauore, quo Apoſtolos ſuos ſit perſecuturus, adeò vt ſint impetraturi quicquid ab eo petierint. Præterea admonet Apoſtolos & diſperſionis eorum, ſe à Iudæis capto, & victoriæ ſuæ ſuper mundo, vnde iubet eos bono eſſe animo.

ORDO ET PARTES CAPITIS XVI.

Etſi autem ſubinde eadem inculcantur, (vt in paternis monitionibus & conſolationibus fieri conſueuit) in hoc capite, vt D non facilè in partes diſtinctas diuidi poſſit: tamen docendi gratiâ nos hoc caput in quatuor partes diſtribuemus, quæ ſunt.

Prima, armat Diſcipulos Domini aduerſus ſcandalum crucis & perſecutionis, in qua Spiritus Sanctus aderit ipſis aduocatus.

Secunda, habet expoſitionem officij Spiritus Sancti, qui vt arguit mundum de peccato, de iuſticia, & de iudicio: ita Diſcipu- E los Domini ducet in omnem veritatem.

Tertia, obſcurè repetit admonitionem de morte & reſurrectione Domini: quarum illa Diſcipulis triſticiam, hæc læticiam adferet.

Quarta, habet commendationẽ fauoris Patris Chriſti erga Diſcipulos eius, qui etſi tantus eſt, vt Pater ex amore ſit ipſis daturus quicquid ab eo petierint: non tamen im- F pediet, quin capto Magiſtro, Diſcipuli diſpergantur, & deficiant. Nam vt in Chriſto pacem, ita in mundo afflictionem habebant. Huius afflictionis exitus ideò lætus erit, quia Dominus ex mortuis reſur

get

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

get. Atque hanc ob cauſſam in fine clauſulam apponit: *Confidite, ego vici mundum.*

EXEGESIS CAPITIS DECIMISEXTI CVM OBSERVATIONE Doctrinarum.

PARS PRIMA.

IN hac parte, vt diximus, eſt prædictio perſecutionis Apoſtolorum, cuius duo ſunt membra.

Primùm, de ipſa perſecutione, eiusque modis.

Secundum, de abitu Chriſti ad Patrem, & eius abitus vtilitate, quę eſt miſsio Spiritus Sancti, qui Diſcipulis in perſecutione aderit aduocatus. Membra noſtro more diſtinguemus articulis.

PRIMVS.

1 *Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.*

Cur toties odij mundi & perſecutionis Diſcipulorum meminerit Dominus, exponitur, vt cùm euentus reſponderit prædictioni, non deficiant à Chriſto, perſecutionum ſcandalo victi. Præuiſa enim tela, vt dicitur, minus feriunt. Vult ergo Dominus vt Diſcipuli præſentibus & imminentibus perſecutionibus, quibus Magiſtro ſuo efficiuntur ſimiles, opponat promiſſam gloriam, idque ipſius exemplo, qui intuens gloriam, quæ crucem exciperet, mundi odium cõtempſit. Vtrumque exemplum Chriſti & Apoſtolorum proponatur piis omnibus, vt in præſentibus ærumnis conſolentur ſe, ſpe glorioſæ liberationis. Sciamus ergo regulam vniuerſalem eſſe: *Omnes q̃ volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patientur.* Item: *Si vnà patimur, vnà etiam regnabimus.*

Hic locus monet, vt aliquid de ſcandalis dicamus. σκάνδαλον nomen, à verbis σκάζω, claudico, ſiue cado, & ἅλωμι, capio, compoſitum videtur, & eſt propriè tigillum in inſtrumentis, quibus capiuntur feræ: & inſtrumentum totum feris ex inſidiis poſitum: in quod cùm feræ ex improuiſo inciderint, cadunt, & capiuntur. Hinc ad genus transfertur, vt ſcandalum dicatur quoduis obſtaculum, quod ita eunti obſtat, vt ei occaſionem impingendi aut cadendi præbeat; vt vadum in mari naui fit ſcandalum, cùm in illud nauis impingit. Saxum de rupe delapſum in viam, aut lignum, euntibus fit ſcandalum: vel cùm viam claudit, ne pateat in viam aditus, vel euntes in via impedit, quò minùs inoffenſo curſu in ea pergant.

Hinc Eccleſia vocabulum transfert ad quoduis dictum, factum, exemplum, ſignum, σχῆμα, quod hominem quouis modo impedit, quò minùs vel viam Domini ingrediatur, vel ingreſſus viam Domini impediatur, vt non in ea progrediatur, ſed offenſus, vel claudicet, vel cadat, atque deficiat.

Crux Chriſti ſcandalum fuit Iudæis, vt non ingrederentur viam Domini. Ita enim Paulus ait: *Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Græcis verò ſtultitiam*: atque ideò Chriſtus dicitur in Scripturis petra ſcandali. Impediuit enim ignominia crucis Iudæos, quò minùs crederent.

Doctrina Chriſti ſcandalum fuit multis ex Diſcipulis Chriſti, Iohannis capite ſexto, vt in via, in quam ingreſsi erant, caderent, ac planè à Chriſto deficerent. Atque his duobus modis accipitur ſcandalum in Eccleſia, vt vnum ſit eorum, qui extra Eccleſiam ſunt, alterum infirmorum in Eccleſia. Vtrumque rurſus diſtinguitur, vt aliud ſit ſcandalum datum, aliud acceptum.

Datum ſcandalum dicitur, quod is qui peccat, ſuo dicto vel facto dat alij, ſiue is cui datur offendit, ſiue non. Cùm Dominus Matthæi capite decimoſexto prædiceret Diſcipulis ſuis de paſsione & morte ſua, Petrus cœpit illum increpare, dicens: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* Cui Dominus: *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt.* Hìc Petrus quidem ſuo dicto dat ſcandalum, ſed Dominus non accipit datum: non enim ex eo claudicat, aut cadit.

Scandalum datũ triplex eſt. Primum, quod & grauiſsimum, eſt cùm quis facto aut dicto in ſe malo, dat alteri occaſionem, vel pertinaciæ in errore, vel lapſus in errorem: vnde fit, vt is, qui audit dictum, aut videt factum: vel viam Domini non ingrediatur, ſed confirmetur in ſua pertinacia: vel poſtquam ingreſſus eſt viam Domini, impediatur, quò minùs inoffenſo curſu in ea pergat. Ex quo fit, vt duplicis ſceleris ſit reus, qui huiuſmodi dat ſcandalum: videlicet proprij & alieni.

Multi, qui Chriſtiani cenſeri volunt, ſuis prauis moribus, dictis & factis dant ſcandalum externis, vt doctrinam Euangelij contemnant, eique aduerſentur, magisq́; confirmentur in ſua impietate. Paulus hortatur ſeruos conuerſos ad obedientiam præſtandam ſuis dominis carnalibus non conuerſis, ne nomen Dei & doctrina blaſphemetur.

Auaritia impuritasq́ue vitæ quorundam Miniſtrorum verbi, laicis, quos vocant, dat ſcandalum, vt illorum exempla imitantes, cadant cum illis, & damnentur, niſi ante mortem reſipiſcát. De hoc genere ſcãdali loquitur Dominus, cùm ait: *Væ mundo à ſcandalis.* Item: *Neceſſe eſt vt veniant ſcandala, ſed væ homini, per quem ſcandalum venit.* Cùm Dominus ait: *Væ homini per quem ſcandalum venit*, ſatis declarat de quo genere neceſsitatis loquatur. Nam malitiam voluntariam hominum cauſſam ſcandalorum eſſe, haud obſcurè indicat. Matthæi cap. 18. *Qui ſcandalizauerit vnum ex puſillis iſtis, qui in me credunt: expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius, & demergatur in profundum maris.* Eſt autem de hoc ſcandali genere ſciendum, quòd tametſi peccatum mortale ſit, vt quod meritum æternæ mortis inferat;

tamen multò grauius eſt, cûm aliquis malum facit ideò, vt alios ſecum in ruinam ſuo exemplo pertrahat, quàm cùm quis ideò tantûm peccat, vt ſuæ voluntati ſatisfaciat, non vt alios ſecum in ruinam trahat.

Aggrauatur & hoc ſcandali genus ex perſonarum æſtimatione. Grauius enim ſcandalum dat Scholaſticus ſcortator, quàm nauta: Doctor Euangelij, quàm auditor: Rex, quàm ruſticus, &c.

Secundum genus dati ſcandali eſt, cùm quis vſu intempeſtiuo rerum mediarum, infirmis prębet occaſionem ruinæ. Res medias voco eas, quæ à Chryſoſtomo adiaphora dicuntur, quod nomen iam vſitatum eſt in Eccleſia. Qui autem hoc modo offendit infirmos, legem charitatis fraternæ violat, quare & fidem amittit. Ideò Paulus dicit: *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.* Peccatum huius ſcandali Paulus exaggerat, cùm ita ſcribit Corinthiis, in Epiſtola prima ad Corinthios, capite octauo: *Videte ne fortè hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam; in Chriſtum peccatis.*

Eſt autem obſeruandum, quòd hoc genus ſcandali ſolummodo propter infirmos vitandũ ſit, non autem propter pertinaces Eccleſiæ hoſtes. Ideò Bernhardus rectè ait: *Non omnia ſcandala ſunt æqua lance pendenda. Aliter namq; accipienda ſunt puſillorum, aliter Phariſæorum ſcandala. De his dicit Dominus: Sinite eos, quia cæci ſunt, duces cæcorum. Illorum quippe ſcandalum de ignorantia, horum de malitia deſcendit. Illi ſcandalizantur, quia veritatem neſciunt: hi, quia oderunt.*

Tertium genus dati ſcandali eſt, cùm quis dicto factóue in ſe non malo, ſed habente ſpeciem mali, aliis præbet occaſionem de ſe malè ſuſpicandi, atq; ita eos offendit contra charitatis regulam. Non eſt malum in ſe, aurum, argentum, gemmas, aut precioſas veſtes geſtare, ſed hoc facere, præter ordinis & dignitatis decorum, ſpeciem mali habet. Quotidie ornatum incedere præſertim ignobilem, præbet aliis occaſionem impudicitiæ, vnde offenduntur. Miniſtrum eccleſiæ veſte militari incedere, quia præter decorum eſt, offendit. Scholaſticum tanquam ſponſum ornatum in plateis obambulare, ſuſpicionem piis præbet, quòd ſit inſidiator pudicitiæ virginum, aut etiam adulter. Qui ſæpè conuerſatur cum impiis, iudicatur à vulgo & is impius; vnde ſcandalizantur, qui hoc vel vident vel audiunt. Ideò Paulus ait 1. Theſſ. 5. *Ab omni ſpecie mali abſtinete.*

Quod dictum & ad doctrinam & ad mores rectè accommodabitur. Verùm hic una exceptio tenenda eſt. Miniſter Euangelij ſæpè cum improbis & ſuſpectis perſonis cogitur conuerſari, edere & bibere, vt ſuo conſilio & doctrina eos ad pietatem adducat. Qui autem hoc facit, non dat ſcandalum, (facit enim officium, quod negligere impietas eſt:) ſed im-
A periti & ignari conſilij ipſius, inde ſibi ſcandalum ſumunt: vt Phariſęi ſcandalizati ſunt, quòd Chriſtus conuerſatus ſit cum publicanis & peccatoribus, & dicunt: *Hic publicanorum & peccatorum amicus eſt.* Simon, Lucæ capite ſeptimo, ſcandalizatur, quòd Chriſtus permittat peccatricem ſuos pedes lachrymis rigare, & capillis abſtergere.

Acceptum ſcandalum eſt, quod quis ſibi accipit, vel ex aliorum rectè dictis factiſque, vel
B ex ceremoniis non impiis, vſu longo & autoritate approbatis, vel ex aliis rebus quibuſcunque in ſe non malis.

Hoc quoque ſcandalum triplex eſt. nam aliud eſt hominum extra Eccleſiam: aliud hypocritarum in externo cœtu Eccleſiæ: aliud piorum, ſed infirmorum in Eccleſia.

Mundi ſapientes accipiunt ſibi ſcandalum, vnde & pertinaciores redduntur in ſua impietate: primùm ab externa & infirma Eccleſiæ
C ſpecie: deinde ex abſurditate doctrinæ Eccleſiæ: tum ex mole ærumnarum, quæ comitantur profeſſionem Euangelij: præterea ex paucitate credentium. Item ex potentia, ſplendore, & amplitudinę imperij hoſtium Chriſti, quibus Cicero motus, Eccleſiam preſſam cruce contempſit, cuius hæc ſunt verba in Oratione pro Lucio Flacco: *Sua cuique ciuitati religio eſt, noſtra nobis. Stantibus Ieroſolymis, pacatiſq; Iudæis: tamen iſtorum religio ſacrorum à ſplendore huius imperij,*
D *grauitate nominis noſtri, maiorum inſtitutis abhorrebat. Nunc verò hoc magis, quòd illa gens, quid de imperio ſentiret, oſtendit armis. Quàm chara dijs immortalibus eſſet, docuit, quòd eſt victa, quòd elocata, &c.* Horum ſcandalum forti & inuicto animo contemnendum eſt, præſertim cũ ſciamus hęc olim prædicta eſſe, & Dominum clarè dixiſſe Iohannis capite decimo octauo: *Regnum meum non eſt de hoc mundo. ſi ex mundo eſſet regnum meũ, miniſtri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis. nunc autem*
E *regnum meum non eſt hinc.*

Hypocritæ qui ſunt mortua Eccleſiæ membra, ſana Euangelij doctrina, & reprehenſione corruptelarum doctrinę offenduntur. Matthæi cap. decimoquinto, Dominus traditiones Phariſæorum pugnantes cum puritate doctrinę cœleſtis reprehendit, vnde offenſi fremunt aduerſus Chriſtum: quod audientes Diſcipuli, referunt ad Magiſtrum ſuum, & dicunt: *Domine, ſcis quòd Phariſæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt.* At
F ille reſpondens ait: *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos, cæci ſunt, duces cæcorum.* Hoc ergo Phariſaico ſcandalo pij moueri non debent, ſed ſinant Phariſæos ferri pro ſua libidine.

Infirmi in Eccleſia, imò etiam qui ſunt præcipua Eccleſiæ lumina, accipiunt non raròſcandalum à florente impiorum fortuna, & proſpero eorum ſucceſſu, vt Dauid ipſe, vt eſt in Pſalmo ſeptuageſimotertio. ita enim ait: *Mei pedes*
G *penè moti ſunt: quia zelo ardebam ſuper inimicos, pacem eorũ videns, in miſeria hominũ nõ ſunt, & cũ hominibus non affliguntur, operti ſunt violentia tanquã veſte, &c.*

Et

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Et paulo pôſt addit: *Ergo fruſtra mũdaui cor meum,* A *& laui in innocentia manus meas.* Sed quid hîc infirmi facient? Hoc idem Dauid præclarè in eodem pſalmo docet: *Cogitabam*, inquit, *vt ſcirem hoc, ſed difficile erat in oculis meis: donec veni in ſanctuarium Dei, & animaduerterim in nouißima eorum.* Hîc Dauid duo requirit in infirmis, qui offenduntur proſperitate impiorum. Primùm uult eos introire in ſanctuarium Dei. Deinde iubet eos in nouiſsima impiorum animaduertere. Sanctuarium Dei eſt eccleſia, cui com- B mendata eſt ſapientia arcana de conſilio & voluntate Dei, qui ſuos in hac vita vult cruci ſubeſſe, vt adſpirent ad gloriam ſibi propoſitam. Hæc igitur ſapientia infirmos erudire poteſt, modò dociles ſe præbuerint, vt facile contemta proſperitate impiorum credant inuiſibilia; ſperent promiſſa, amẽt Deum, atq; illi fide & amore iuncti, dicant cum pſalmiſta: *Mihi adhærere Deo bonum eſt, poſui in Deum ſpem meam, vt annunciem omnia opera eius.* Qui apud Prophetam C dicit: *Montes mouebuntur, & colles contremiſcent; Miſericordia autem mea non recedet à te, nec fœdus pacis meæ mouebitur, dicit miſerator tuus Dominus.* Animaduertere in nouiſsima impiorum, eſt conferre finem triſtiſsimum impiorum cum lætiſsima piorum cataſtrophe. Vt enim impij morte hanc vitam commutantes, rapientur ad æternos cruciatus & opprobria ſempiterna: ita pij in media morte ſentientes præſentiam Dei, ducatu Angelorum ex præſentis vitæ miſeriis mi- D grant in æternam vitam. Hæc cùm pij, vt decet, cogitant, deſinunt zelari in malignantibus, inuidereque iniquitatem facientibus. Sperant enim in Domino, & faciunt bonum, ſcientes hęreditatem ſuam repoſitam eſſe in cœlo.

Porrò ex verbis Domini Matth. 5. & Marci 9. *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum: Si manus tua dextra ſcandalizat te, abſcinde eam. Si pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum;* Catholica regula de vitandis omnis generis ſcandalis ſumẽ- E da eſt: videlicet, quòd nihil in mundo tam nobile, tam cõiunctum, tam charum, tam pulcrum, tam iucundum & ſpecioſum eſſe debet, quin ei renunciemus potius, quàm inde occaſionem lapſus ſumamus, id eſt, quàm ſinamus nos eò abduci à recto pietatis curſu. Vt autem Dominus perſuadeat nobis omne huiuſmodi ſcandalum cauendum eſſe, collationem facit præſentis incommodi, & æternæ pœnæ. Priuari re expetita in hac vita, quæ breuiſsima eſt, multò to- F lerabilius erit, quàm ea obtenta, cõiici in ignem inextinguibilem. Senſus ergo verborum Domini eſt: Quicquid illud eſt, quod ita diligis, vt pro dextro oculo, ſiue pro dextra manu, ſeu pro dextro pede illud habeas, ſi ſcãdalizat te, id eſt, ſi tibi eſt impedimento in via Domini, illi planè renuncia. Melius eſt enim eius vſu ad breue tẽpus carere, quàm coniici propter eius abuſum in ignem inextinguibilem. Vult proinde Dominus, vt leuatis in cœlum mentibus, perga- G mus recta in uia Domini inoffenſi, donec curriculum huius vitæ feliciter abſoluerimus.

Porrò non eſt planè otioſa quæſtio, qua quæritur: Num ueritas aliquando omitti poſſit, propter vitandum ſcandalum. Ad huius quæſtionis determinationem, adducunt primùm regulam iuris: *Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm ueritas relinquitur.* Deinde dictum Ieronymi: *Dimittendum eſt propter ſcandalum, omne quod prætermitti poteſt ſalua triplici veritate; ſcilicet vitæ, doctrinæ & iuſticiæ.* De veritate vitæ, nullam admittendam eſſe exceptionem dicunt: tamen à ſpecie hypocriſeos abſtinendum eſt. Non enim ipſa hypocriſis tantũ, verumetiam ſpecies hypocriſis vitanda eſt, vt mala. Semper ergo fideles abſque ſpecie hypocriſeos piè, honeſtè, & iuſtè viuant, etiamſi totus mundus cum Cain offendatur. De veritate doctrinæ tres regulæ teneantur, quarum prima eſt: Falſitas nũquam docenda eſt. Qui enim falſa ſciens & volens docet, diabolo & non Chriſto ſeruit. Secunda: Veritas ad ſalutem neceſſaria, nunquam eſt omittenda. Quicũq; enim neceſſariam doctrinam ad ſalutem omittit, ſacrilegium committit, ſaluti hominum inuidet, & ſeipſum miſerrimè condemnat. Tertia: Veritas ad ſalutem non neceſſaria, ſi ſcandalum rudium multitudini, & infirmorũ parit, ſi plus deſtruit quàm ædificat, ſi certamina in Eccleſia turbantia concordiam excitat, & ſi bona conſcientia taceri poteſt, maximè ſi non interrogaris (interrogatus enim ſi fueris, neceſſaria erit veritatis confeſsio) non tamẽ negari vnquam debet, multo minus in gratiam hominum oppugnari. Nam qui oppugnat agnitam veritatem, Chriſtum abnegat, & fit reus blaſphemiæ in Spiritum ſanctum. Hîc ergo prudentia ſerpentum locum habet, qua plaga in corpore aliquando accipitur, vt caput illæſum maneat. De veritate iuſticiæ ſolam ἐπιείκειαν, qua lex ad cauſſam flectitur, excipiunt. Hæc de ſcandalis adiicere volui, vt nos admoniti, non ſolum vitemus omne genus ſcandalum, quo nos vel alij impediantur in recto ſalutis curſu: verumetiam vt exẽplum Apoſtolorum, cum quibus Dominus hîc loquitur, intueamur, nobiſq; accommodemus, ſi quando religionis cauſſa nobis periclitandum erit, ut nec aduerſa, nec proſpera in via Domini nos impediant. Nam quod Dominus ſuis apoſtolis hîc prædixit, noſtris quoque temporibus non immeritò accommodabitur.

SECVNDVS.

2 *Alienos à ſynagogis facient vos.*

Suprà meminit Dominus odij, quo mundus & ſe & ſuos diſcipulos erat perſecuturus: nunc eius odij effecta exponit, ac primùm ait: *Alienos à ſynagogis facient vos*, id eſt, mundus abreptus veternoſis opinionibus de Moſe, de lege, de Meſsia, de iuſticia, deque merito vitæ æternæ, vos propter me, & meam doctrinam tanto odio perſequetur, vt ne ſacro quidem cœtui, docentium & diſcentium legem Dei, ferat uos intereſſe: ſed tanquã indignos humana ſocietate, arcebunt vos de ſynagogis ſuis, nec

amicitiam, nec fœdera vobiſcum colentes, id-
que non ſine maximo nominis mei opprobrio,
& doctrinæ contemtu, ne ſpolientur vana illa
gloria, qua tument. Suprâ duodecimo capite,
de principib. Iudæorum dictum eſt, quòd mul-
ti principes Iudæorum crediderunt in eum:
ſed propter metum Iudæorum, ne expelleren
tur de ſynagogis, non audebant confiteri e-
um. Dilexerunt enim gloriam hominum ma-
gis, quàm gloriam Dei. Eſt autem Synagoga,
& conuentus ipſe, & locus in quo conuenitur
docendi diſcendique cauſa. Apoſtoli poſtea Ec
cleſiam vocarũt, vt iſto nomine cœtum creden-
tium diſtinguerent à cœtu Iudæorũ, perſequen
tium Chriſtum.

Porrò hæc excluſio à Synagoga, iudicio
mundi, omnium maxima fuit pœna. Quid e-
nim triſtius homini pio accidere poſsit, quàm
excludi ab eo cœtu & loco, in quo doceri & di-
ſci verbum Dei oportet. Verùm iudicio Spiri-
tus & veræ fidei, magna gloria eſt propter Chri
ſtum eiusque veritatem excludi à cœtu mali-
gnantium, & hoſtium Chriſti, qui cœtus in
Apocalypſi Synagoga Sathanæ dicitur. Debe-
mus ergo hîc diſtinguere inter excluſionem,
(quam excommunicationẽ vſitatè vocamus)
ſalutarem, & damnabilem. Salutaris excom-
municatio eſt excludi à cœtu hoſtium Chriſti,
propter confeſsionem Chriſti, de qua Domi-
nus hîc agit. Damnabilis excommunicatio eſt
excludi ab externo cœtu Eccleſiæ Chriſti, vel
propter manifeſta ſcelera, vel propter hæreti-
cam doctrinam pugnantem cum fundamento,
vel, propter ſchiſma aliquod, quo concordia
violatur: idq; in eum finem, vt vel errans emen
detur, vel contumax in aliorum exemplum, ſo-
cietate bonorum priuetur.

Cæterùm poſtquam hæc in genere diximus,
particulatim aliquid dicendum erit, tum de
communione, tum de excommunicatione, quę
illi ex aduerſo reſpondet. Quemadmodum au-
tem duplex eſt communio: ita duplex erit ex-
communicatio, quæ illi aduerſatur.

Communio duplex eſt, interna & externa.
Interna ſpiritualis eſt, vt quæ oculis non cerna-
tur, ſed fide teneatur, & diuiditur in communi-
onem perſonarum & rerum. Perſonarum com
munio eſt, qua plures perſonæ arctiſsima &
ſanctiſsima ſocietate iunguntur. Hanc habent
ſancti; Primũ cum Patre & Filio & Spiritu San-
cto, quæ fide fit: deinde inter ſeſe, & coaleſcit
Spiritu Chriſti, & mutua charitate fouetur.
Communio rerum eſt; primùm, quá omnes ſan
cti eorundem bonorum Spiritualium in hac vi
ta ſunt participes. Huius generis ſunt quæ Pau-
lus recitat ad Epheſios capite quarto: *Vnum cor-
pus, Vnus Spiritus, Vna Spes vocationis, Vnus Do-
minus, Vna fides, Vnum Baptiſma, Vnus Deus, &
Pater omnium, qui eſt ſuper omnia, & per omnia, &
in omnibus nobis.* Hinc fit quòd preces Chriſtia-
næ ſint communes. De his bonis, quorum par
ticipes ſunt verè pij in hac vita, loquitur Pe-
trus, cùm ait poſterioris, primo: *Maxima ſunt*

A *nobis & precioſa donata promiſſa, vt per hæc fieretis
diuinæ conſortes naturæ, vbi refugeritis à corruptio-
ne, quæ in mundo eſt concupiſcentiæ.* Deinde, qua
conſortes futuri ſunt æternæ vitæ, conformita-
tis cum Deo, & nunquam finiendæ fœlicita-
tis. Hæc communio perſonarum, cum qua re-
rum communio coniuncta eſt, dicitur Eccleſia
in ſymbolo Apoſtolico; quæ quia non ſecũdùm
potiorem ſui partem videtur oculis, creditur:
qua ſanè re nihil amabilius, nihil melius, nihil
B glorioſius cogitari poteſt. Quid enim quæſo
conferri poterit cum ſocietate illa, quam homo
habet cum Deo Patre & Filio & Spiritu San-
cto? præterea cum omnibus electis Dei Angelis
& hominibus? Quid ſuauius participatione tan
torum bonorum, tum in hac vita, tum in futu-
ra? Huius communionis internæ & ſpiritualis
ſignum, teſtimonium, & obſignaculum, eſt ce-
remonialis communio.

Porrò huic internæ & ſpirituali communio-
C ni perſonarum & rerum, ex aduerſo reſpondet
triſtiſsima excommunicatio interna & ſpiritua
lis, quæ eſt reſectio inutilium, & non fructifi-
cantium palmitum in Chriſto vera vite. Hoc
modo ſuapte culpa reſecãtur omnes à vite, qui
vaſtata conſcientia naufragium fidei faciunt,
quo ſanè naufragio nihil nec triſtius, nec per-
nicioſius cogitari poteſt. Non enim hîc pericli-
tantur bona corporis, aut fortunæ, vt in nau-
fragio corporali, ſed bona animæ. Siquidem a-
D nima ipſa fluctibus peccatorũ abripitur in ſem
piternum interitum, ſeparata à Deo vera vite,
niſi rurſus per pœnitentiam fiat inſertio in ve-
ram vitem.

Hoc genere excommunicationis ſæpè exclu
ſi ſunt à communione ſanctorum, qui primi &
ſummi in Eccleſia cẽſentur, vt qui columnæ Ec
cleſiæ habeantur, quales fuerunt Scribæ & Pha
riſæi, qui excõmunicabant eos qui adhærebant
Chriſto, & de quib. Dñs ait: *Alienos à Synagogis vos
E facient.* His adiunguntur oẽs hypocritæ, quales
ſunt hodie põtifices, cardinales, abbates, mona-
chi, &c. Hi enim gloriãt ſe eſſe Eccleſiã Chriſti,
atq; ideò omnes, qui ſe tales non agnoſcunt, ful
mine excommunicationis feriunt, & Chriſtum
in ſuis membris crudeliſsimè perſequuntur. V-
tinam his iure non annumerarentur, qui purá
Euangelij doctrinam profeſsi, prætextu religio
nis & pij zeli omnia turbant, cùm propter opi-
niones ſemel conceptas etiam extra fundamen
F tum omnia ſurſum & deorſum ferri malunt,
quàm vt tantillum de ſua exiſtimatione diſce-
dant. Plures enim faciunt popularem auram &
conſtantiæ laudem, quàm Dei gloriam, quorũ
nomina & Deus nouit, & ſuo tẽpore ſuperbiam
eorum confundet.

Porrò hoc loco prætereundum non eſt,
quòd quatuor hominum genera inueniantur,
qui de hac interna & ſpirituali excommunica
tione, ſeu abſciſsione à myſtico Chriſti corpore
G non rectè iudicant.

Inter hos primi occurrunt, qui negant fie-
ri poſſe, vt qui ſemel crediderunt & acceperunt
donum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

donum Spiritus Sancti, rurſus fidem amittāt, & A
excutiāt Spiritum Sanctum. Horum ſententia
ſi vera eſt, non eſt metuēda ſpiritualis illa & in-
terna ſeparatio à cōmunione ſanctorum: quam
ſeparationē, internam excōmunicationem vo-
camus. Verùm horū dogma falſiſsimum eſſe, ſu
prâ aliquoties multis ſcripturæ teſtimonijs o-
ſtendimus. Si fieri non poſſet defectio à cōmu-
nione ſanctorū interna, fruſtra Dñs præmone-
ret diſcipulos, dicens: *Vigilate & orate, ne intretis*
in tentationem. Et Paulus ſine ratione diceret: *Qui* B
ſtat, videat ne cadat. Idem parū cautè affirmaret,
quoſdam vaſtaſſe conſcientiam, & naufragium
fidei feciſſe. Prçterea abſq; cauſa cōmendaretur
nobis conditio perſeuerantiæ, vt in illo: *Qui per-*
ſeuerauerit vſq; ad finem, hic ſaluus erit. Item: *Parti-*
cipes facti ſumus Chriſti, ſi fiduciam conceptam vſq; ad
finem firmam tenuerimus. His teſtimonijs confir-
mati, ſimus vigilātiores, ne noſtra culpa excida
mus gratia: ſed retineamus fidē & bonā cōſcien
tiam, quç certiſsima indicia ſunt communionis C
noſtri ſpiritualis cum Chriſto & electis Dei.

Secundò, hîc peccant Donatiſtæ, & illorū ſi-
miles, Anabaptiſtç, qui ſemel lapſis poſt Baptiſ-
mum, negant reditū ad gratiam, qua rurſus ſo-
cij fiant ſanctorum. Horum error refutatur, &
mandato Dei, vocantis ſemper omnes peccato-
res ad pœnitentiā; & vniuerſali promiſsione ve-
niæ propoſitæ reſipiſcentib. & multis exemplis
illuſtribus, quale eſt Petri & aliorū multorum,
qui poſt lapſum reuerſi ſunt & recepti in grati- D
am. Authores ergo huius dogmatis abolent E-
uangelium de gratia Dei vniuerſali, qua omnes
promiſcuè inuitantur ad pœnitentiam.

Tertio loco eos numero, qui in contrariam
partem peccant, qui gratiam lapſis non negant,
vt Donatiſtæ, ſed tamen nimium indulgēt pec-
catoribus, nimiſq; faciles ſunt ad recipiendos,
ſine manifeſtis reſipiſcentiæ ſignis, eos, qui ſub-
inde inſtar porcorum, volutabro peccatorum
ſe inuoluunt. Hi cùm verbulo vix promittunt E
emendationem, ſine veris reſipiſcentiæ ſignis
abſoluti à peccatis, & recepti, iterum in commu
nionem ſanctorum pronunciantur, & admittū-
tur ad ſacram Chriſti cœnam in teſtimonium
communionis internæ. Qui ita indulgent homi
nibus, faciunt vt inſtar canum citiùs ad propriū
vomitum redeāt, & fiant in peccatis ſuis obſti-
naciores. Hinc miſeri homines conſuetudine
peccandi neceſsitatem quandam ſibi paulatim
acquirunt, vt cùm tandem reuocare gradum & F
reſipiſcere velint, conſuetudine quodammodo
in naturam mutata, non poſsint. Manent igitur
ſegregati à communione ſpirituali, etiamſi in
externam communionem recipiantur. Accidit
enim illis quod Paulus de deliciante vidua af-
firmat: *Mulier quæ in delicijs viuit, viuens mortua*
eſt. Optarem igitur, vt ſçpiùs populo inculcare-
tur, quàm pernicioſa ſit ficta pœnitentia, quàm
periculoſa ſit dilatio pœnitentiæ, & quàm raro
vera ſit ſera pœnitentia, præſertim cùm pecca- G
tor vicinus morti, amplius peccare non poſsit.

Quarto loco colloco eos, qui hodie ſe Spi-
rituales vocant, vulgò Libertini dicti. Hi e-
nim exiſtimant, ſe ſimul eſſe poſſe in commu-
nione ſanctorum, & in ſocietate dæmoniorum
& porcorum. Nam cùm docent, nihil nocere
poſſe carni ſeruire ad perpetrandas concupi-
ſcentias eius, modò ſtatuant ſe iſtud facien-
do non peccare. His furta, homicidia, adulte-
ria, & alia carnis opera committere, non eſt
peccatum, niſi quis ea faciendo exiſtimet ſe
peccare. Atque hunc dicunt de nouo cum Eua
guſtare de pomo. Horum error cùm manifeſtè
pugnet cum fine iuſtificationis, & ſit blaſphe-
mus in Filium Dei, qui mortuus eſt pro pecca-
tis noſtris, vt nos corpus peccati mortificemus,
indignus eſt refutatione.

Externa communio, eſt ſocietas externa &
viſibilis, profitentium Euangelium Chriſti,
ſeu articulos fidei, & vtentium ſacramentis
diuinitùs ordinatis. Hæc externa communio,
ſi illi acceſſerit interna, cui deſtinatur, valde
amabilis & expetenda eſt. At ſi illa caret, nihil
planè iuuat, ſed cedit in maiorem damnatio-
nem, iuxta illud: *Seruus ſciens voluntatem Domi-*
ni ſui, & non faciens, vapulabit plagis multis. Hæc
externa ſocietas ſeu viſibilis Eccleſia, colligitur
verbo; collecta regitur, alitur, conſeruatur ver
bo, ſacramentis, ceremonijs, diſciplina; quæ
omnia docentium pia concordia firmiora &
gratiora reddūtur, vt eſt in Pſalmo cēteſimo tri-
geſimo tertio. De hac communione & ſocieta-
te externa Eccleſiæ loquitur Dauid, cùm ait
octuageſimo nono Pſalmo: *Elegi abiectus eſſe in*
domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis
impiorum. Item: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mi-*
hi, in domum Domini ibimus. Item: *Lætabor ego ſuper*
eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Item: *Vnam*
petijà Domino, & hanc requiram, vt habitem in domo
Domini omnib. diebus vitæ meæ. Huius rei cauſam
alibi reddit, cùm ait: *Beati qui habitant in domo*
tua. Quàm autem chara hæc ſocietas Deo ſit, ex
eo apparet, quòd & illam appellet Deus dile-
ctam animā ſuam, Ieremiæ capite duodecimo:
Dedi dilectam animam meam in manus inimicorū eius:
& dederit filium ſuum pro ea, iuxta illud: *Com-*
mendat Deus charitatem ſuam erga nos, quòd cùm ad-
huc eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus ſit.
Hæc cùm ita ſint, piæ mentis erit, & cogitan-
tis de ſua ſalute, quærere quæ ſit vera Eccleſia,
vt huic ſe adiungat, vt huius cœtus & gregis
Chriſti puſilli pars ſit.

Sunt autem veriſsimæ & infallibiles notæ
veræ Eccleſiæ, pura Euangelij doctrina; admi-
niſtratio Sacramentorum integra, iuxta inſti-
ſtitutionem CHRISTI: obedientia à multis
præſtita Euangelio; Confeſsio, Patientia, & cæ-
tera. In hoc igitur cœtu certum tenes locum, ſi
verā doctrinā Euāgelij amplecteris, ſi legitimè
vteris ſacramētis, ſi confiteris, & pijs morib. or-
nas profeſsionē Euāgelij. Si talem te ſentis eſſe,
teſtimonium habes, quòd ſis viuū membrū in
corpore Chriſti: at qui deliteſcit in hoc cœtu
ſine pœnitentia, ſine viua fide, & ſine fructibus
fidei, is membrum mortuum eſt, & veluti pal-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A mes de vite abſciſſus, qui reſeruatur igni inextinguibili.

Porrò quia Eccleſia cruci in hoc mundo eſt ſubiecta, opponenda ſunt cruci: Primum conſilium Dei & prouidentia, qua Deus vult conformes fieri filio, quos olim decreuit glorificare. Deinde gloria Eccleſiæ, quæ eſt multiplex, videlicet inhabitatio Dei, poſſeſsio verbi Dei, exauditio diuina, perpetua conſeruatio, diuinæ liberationes, vaticinia & miracula Prophetica, B virtutes magnæ in multis ſanctis, & tàdem hæreditas vitæ æternæ.

Huic communioni externæ opponitur excommunicatio externa, quæ eſt è communione Eccleſiæ viſibilis ſeparatio per legitimam ſenatus Eccleſiaſtici ſententiam. Requiritur autem ad legitimam ſententiam excommunicationis, perſonæ offendentis noticia, facti vel confeſsio vel conuictio, admonitio per paſtorem, accuſatio offendentis in Conſiſtorio Eccleſiaſtico per Paſtorem. Hic peccator aut re- C ſipiſcit & petit veniam, aut manet pertinax in ſua malitia. Si reſipiſcit, recipiendus eſt in gratiam, ſine excommunicatione externa. Non eſt enim è communione externa ſeparandus, qui iam per pœnitentiam poſt offenſam Chriſto & ſanctis ſe adiunxit.

Verùm ſi Eccleſia facto, quod eſt vel crimen in moribus, vel ſchiſma, vel hæreſis. (Nam βιωτικὰ foro ciuili ſubijciuntur) eſt offenſa, veniam petet reus publicè, ſed per Paſtorem. At ſi re- D us manet pertinax in malitia ſua, authoritati Eccleſiæ per Paſtorem eſt è communione externa ſeparandus, nec admittendus ad ſacram Chriſti cœnam, priuſquam veris ſignis ſeriam reſipiſcentiam demonſtrauerit, & inſuper ſupplex deprecatus fuerit culpam. Deprecatio autem culpæ, primùm fiet apud paſtorem; deinde in publico Eccleſiæ cœtu, vbi etiam fiet abſolutio pædagogica, quam publicam appellamus. Olim imponebant ijs qui publicè recipie- E bantur in gratiam certa exercitia, vt ieiunia, erogationes eleemoſynarum, & alias quas vocabant ἀκούσεις καὶ ἐπιτίμια: & quoniam his ſatisfiebat Eccleſiæ offenſæ, vocabantur ſatisfactiones, quas auaritia Romani Pontificis in quæſtum cõuertit. Hinc natæ ſunt indulgentiæ Papales, p̄ quas numerata pecunia, redimebãtur τὰ ἐπιτίμια, deinde latius Monachi indulgẽtias extenderunt, in contumeliam Filij Dei.

F Sed quid ſi aliquis clàm commiſerit ſcelus enorme, vt homicidium, aut aliud damnum intulerit cum multorum offenſione & iniuria, quomodo cum illo agendum erit? Hic quia ignotus eſt, excommunicari per diſciplinam Eccleſiæ non poteſt. Verùm Paſtor nomine totius Eccleſiæ, publicè accuſabit factum, & conqueretur, quòd huiuſmodi ſcelerati homines delitescant in externa ſocietate Eccleſiæ: poſtea grauiter ſignificabit, quòd tales ipſo fa- G cto ſe excluſerint à Chriſto, & adiunxerint ſe diabolo hoſti Chriſti, cum quo etiam damnabuntur, niſi conuertantur per ſeriam pœnitentiam, & compenſent damnum aut iniuriam, ſi fieri poſsit.

Porrò fines excommunicationis externæ tres ſunt proprij.

Primus, incolumitas corporis Eccleſiæ.

Secundus, correctio lapſi fratris.

Tertius, gloria Dei. De quibus legatur Enchiridion. Hi fines ſimul conſiderati, prudentem Euangelij miniſtrum facilè docebunt, quando tempeſtiua erit excommunicatio, & q̃n non.

TERTIVS.

Et venit hora, vt quiſquis interfecerit vos, videatur cultum præſtare Deo.

Quanta ſit futura perſecutio diſcipulorum Chriſti, & ſucceſſorum eorundem, ſigno oſtendit, nempe quòd occiſio diſcipulorum Chriſti atque adeò Chriſtiani cuiuſuis, habeatur vulgò cultus Dei, & ſacrificium Deo gratiſsimum. Eſt autem hic verborum Domini ſenſus. Mundus iudicabit vos blaſphemos in Deum, ideò perſequetur vos vt blaſphemos. Nam blaſphemos è medio tollere, vt Deus glorificetur, eſt cultus diuinitùs mandatus. Scriptum eſt enim Leuitici capite vigeſimoquarto: *Homo qui blaſphemauerit nomen Domini, morte morietur.* Igitur interficientes vos, iudicabuntur blaſphemos è medio tollere, & propterea cultum Deo offerre. Illuſtre exemplum huius generis perſecutionis, vt alia taceam, in Paulo habemus, Actorum capite nono. Is enim zelo paternarum traditionum & Legis Moſaicæ, impetratis literis à principibus ſacerdotum, ſpirans minas & cædem in diſcipulos Domini, profectus eſt Damaſcum, vt viros & mulieres Chriſtianæ religioni addictos, vinctos perduceret Ieroſolymam, cuius fama adeò percrebuit inter omnes pios & impios, vt Ananias admonitus à Domino, vt imponeret Paulo iam conuerſo manus, quo viſum reciperet, reſponderit: *Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis Ieruſalem, & hic habet poteſtatem à principibus ſacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum.* Epiſtola prima ad Timotheum capite primo ipſe de ſe teſtatur & ait: *Prius eram blaſphemus, perſecutor, & violentus.* Et ad Galatas capite primo: *Audiuiſtis aliquando conuerſationem meam in Iudaiſmo, & ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, & eam vaſtabam, & proficiebam in Iudaiſmo ſuper multos coæquales in genere meo, cùm vehementiori ſtudio tenerer traditionum paternarum.* Ex his dictis promptum eſt intelligere, quo & ipſe Paulus ſit niſus fundamento, quòd perſecutus ſit nomen Chriſti, & alij Iudæi, qui ſimili modo nomẽ Chriſti perſequebãtur, hoc videlicet; gloriæ Dei intereſt è medio tollere blaſphemos in Deũ. Iſti apoſtatæ à Lege Moſis & paternis traditiõib. adhærẽtes nouæ doctrinæ ſeductoris Ieſu, ſunt blaſphemi in Deũ. Igitur gloriæ Dei intereſt, iſtos apoſtatas è medio tollere. Hinc Paulus, ſicut & alij Iudæi, cõcludebat ſe ſacrificiũ Deo offerre, vaſtãdo Eccleſiã Chriſti. Verũ poſtq̃ Paulus miraculosè eſt cõuerſus, & libera-

tus

tus ab errore Iudaico, & doctus eſt veritatem per reuelationem Ieſu Chriſti, mutauit iudicium. Apoſtolos enim non amplius apoſtatas, & blaſphemos iudicauit, ſed Dei nuncios, & teſtes veritatis de Ieſu Chriſto. Econtra verò ſeipſum fuiſſe blaſphemum, perſecutorem, & violentum aſſerit, etſi ignorans hæc fecerit. Ignorantia enim non excuſat à toto, ſed à tanto. Sic multi hodie ſimili furore perſequuntur Eccleſiam, putantes ex errore, pios doctores blaſphemos eſſe. Iam videmus quid reſpondendum ſit ad argumẽtum, quo Paulus ante conuerſionẽ, & alij Iudęi perſequentes Eccleſiam, nitebátur. Propoſitio quidem vera eſt, ſed aſſumptio falſiſſima. Non enim Apoſtoli ſunt blaſphemi, ſed teſtes veritatis, qua Deus glorificatur.

Porrò hic locus monet, vt aliquid adijciamus de diſcrimine inter verum Dei cultum, & erroneum: quorum ille ſalutaris, hic pernicioſus eſt. Vt autem rationem veri cultus Dei teneamus, accuratè diſpiciendum eſt, quid illum neceſſariò præcedat; quodnam ſit eius initium; in quibus rebus conſiſtat: & quæ nam ſit eius propria definitio.

Præcedit cultum Dei verum neceſſariò ſcientia ſalutis de remiſsione peccatorum, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. Hæc ſcientia ſalutis de remiſsione peccatorum, fundatur in vera Chriſti notitia, qui iuxta Paulum, ſeipſum ἀντίλυτρον fecit pro omnibus. Et Euangeliſta noſter ait: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Sine hac ſcientia omnium hominum opera ſunt βδελύγματα corá Deo. Quare ad omne opus bonum ſunt reprobi, tantũ abeſt vt Deum verè colant.

Quod nam eſt veri cultus Dei principium? Conuerſio ad Deum, quæ fit per fidem in Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri Hanc conuerſionem mandat Deus. & eam ſeriò ab omnibus requirit: ſicuti ſæpiſsimè in ſcriptis Propheticis indicatur. *Viuo ego,* inquit, *nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.* In hac conuerſione homo primùm agnoſcit, idq́; ſimul & ſuæ faciei confuſionem, & iuſticiam Dei iuſtè punientis. Deinde prędicat miſericordiam Dei, volentis hominem in gratiam recipere propter Chriſtum, & ſimul Deo tribuit gloriam ſapientiæ, potentiæ, iuſticiæ & miſericordiæ, & gloriatur in Deo per Ieſum Chriſtum, atque adeò vt palmes in vite Chriſto fructum fert copioſum in gloriam Dei.

In quibus rebus conſiſtit verus Dei cultus? In ſanctitate & iuſticia vera. Ideò enim conuerſi recipimur in gratiam, vt ſeruiamus Deo in ſanctitate & iuſticia omnibus diebus vitæ noſtræ. Sanctitas eſt ipſa vitæ innocentia, qua ſeparamur à prophanitate mũdi, & adiungimur Deo per IESVM Chriſtum, oblati in hoſtiam placentem Deo. Iuſticia, qua reddimus & Deo & homini, quæ debemus. Debiti autem huius regula eſt ſolum verbum Dei. Hoc enim præſcribit, & quid Deo, & quid homini iuſtè debeamus.

Ex his, quod quarto loco poſuimus, concludamus, nempe definitionem cultus Dei, videlicet: quòd cultus Dei ſit obedientia, quæ Deo præſtatur iuxta eius volunratem. Voluntas autem Dei quæ ſit, ſolum verbum Dei definit. Hanc definitionem diſtinctiꝰ explicamus, cùm dicimus: Cultus Dei eſt quodlibet opus mandatum à Deo, factũ ex fide, in gloriam Dei principaliter. Materia ergo cultus Dei, eſt opus diuinitùs mandatum. Efficiens fides. Forma, eſt ipſum opus ex fide fieri. Nam quicquid non fit ex fide, eſt peccatum, tantum abeſt vt ſit cultus. Finis verò eſt gloria Dei, hoc eſt vt homo Deo gloriam tribuat, & ei ſe mente & corpore ſubijciat. Hic cultus & internus & externus eſt: ſed vterq; ſpiritualis dicitur à cauſa, quæ eſt Spiritus fidei, ſeu regenerationis. Ex his promptiſsimum eſt colligere, quàm procul abfuerint Iudæi, perſecutores diſcipulorum Chriſti, à vero Dei cultu. Primum enim fuerunt ſecuri, hypocritæ, quorum corda non erant capacia ſcientiæ ſalutis de remiſsione peccatorum per vnum Ieſum Chriſtum. Fieri enim non poteſt, vt hypocriſis & vera ſalutis ſcientia, in vno eodemq́; corde ſimul locum habeant. Siquidem hypocriſis omnem aditum ad ſalutem hominibus intercludit. Iam vbi non eſt ſcientia ſalutis de remiſsione peccatorum, non poteſt fieri conuerſio. Nam ignoratur, & vnde initium ſumat, & quomodo fiat, & quò pertineat. Adhæc vbi non fit cõuerſio, illic nec inchoari quidem cultus Dei poteſt, nedum præſtari. Quare nec Paulus ante cognitam ſcientiam ſalutis, & ante conuerſionẽ, etſi ingẽti zelo ardebat, nec alij Iudæi, cultum Deo præſtare poterant, etſi vulgò putabantur, ſacrificia cultus Deo præſtare, quando perſequebantur & occidebant Chriſtũ in ſuis mẽbris. Vulgus enim hominũ nõ ex veris cauſis, ſed ex euẽtu iudicat. Iudicat abiectos eſſe à Deo, qui in hoc mundo abiecti & afflicti videntur.

Porrò non eſt difficilè, ex antitheſi veri cultus Dei, concludere quid ſit erroneus cultus & ſuperſtitioſus dicendus: videlicet quòd erroneus cultus ſit & ſuperſtitioſus, quando diſceditur à regula cultus Dei, & ab obedientia erga Deum expreſſa, ſiue id fiat bona intentione, ſiue authoritate hominum, ſiue perſuaſione qualibet. Eccleſia enim eſt alligata verbo Dei, iuxta illud: *Ad legem & teſtimonium.* Item: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Ab hoc verbo qui diſcedit, regulam cultus diuini contemnit, nec poteſt quicquam facere iuxta voluntatem Dei, quantumuis opus ipſius in oculis hominum, vel maximè ſplendeat. Ideò Paulus vult Philippenſes lucere in mundo tanquam luminaria, ſermonem vitæ prætendentes. Sed rem paucis exemplis declaremus. Deus mandat eleemoſynam: ſed quia Phariſæus illam non præſtat iuxta voluntatem Dei, non eſt cultus Dei verus, ſed ſuperſtitioſus & erroneus. Monachus celebrat Miſſam: ſed quia hoc opus non habet mandatum Dei, eſt & ra-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tione materiæ & formæ, atque adeò finis, ſu-
perſtitio fœda, & idololatria damnanda. In-
uocatio ſanctorum tribuit Angelis, & homini-
bus diuinum cultum; ſed quia inuocatio eſt
proprius cultus Dei, idololatræ ſunt omnes
qui ſanctos inuocant.

Porrò quia ſuperſtitionum genera ſunt plu-
ra, huc nonnulla de generibus ſuperſtitionum
adijciemus. Eſt autem duplex ſuperſtitio: qua-
rum vna religioſa, altera magica dici poteſt. Vt
B vtraque communem habet defectionem à ve-
ro Deo, cuius defectionis finis eſt ſempiter-
nus interitus: ita cauſſa & origo vtriuſque eſt,
ingratitudo & contumacia in Deum, cùm vi-
delicet homines non ponunt fiduciam in vno
vero & æterno Deo, qui ſolus & ſaluare & per-
dere poteſt. Vt autem clarius de vtroque gene-
re dicamus, ordiamur à definitionibus, primũ
de religioſa ſuperſtitione dicturi.

Superſtitio religioſa, quæ ſemper habet co-
C mites ſuperbiam & hypocriſin, vt vera religio
timorem & humilitatem, eſt βιβηλότης, & propha
nitas habens ſibi coniunctum contemptũ & fe-
rociam, rectè definiri poteſt hoc modo. Super-
ſtitio religioſa eſt, & quicquid homines ſuo ar-
bitrio inſtituunt religionis & cultus cauſa ſine
verbo Dei; & cùm cultibus diuinis & ritibus
bene & vtiliter ordinatis, homines affingunt
opiniones vanas in verum finem non intenti;
& cùm creaturis cultum diuinum exhibent.
D Hæc ſuperſtitio religioſa dicitur, non à vera re-
ligione, à qua alieniſsima eſt: ſed à fine & ſco-
po, quem homines ſibi præfigunt. Semper enim
ſuperſtitioſi religionis fuco ſua inuenta & nu-
gas pingunt.

In definitione quam poſuimus, quatuor mo
di religioſæ ſuperſtitionis ſe offerunt. Nam la-
tiſsimè hæc peſtis ſerpit, vt mala herba.

Primus modus eſt, quem Paulus ad Coloſ-
ſenſes 2. ἐθελοθρησκείαν, id eſt, voluntarium cul-
E tum nominat, vt cùm homines non verbo Dei
edocti, ſed voluntatis arbitrio obſecuti, religio-
nes inſtituunt; vt cùm Papa inſtituit Miſſas
pro viuis & mortuis; cùm Monachatum ſupra
Baptiſmum extollit, & perfectionis titulo or-
nat. Breuiter; quicquid à Papis cultus gratia
inſtitutum eſt, huic primo modo ſuperſtitio-
nis ſubijcitur, cui ſemper opponamus authori-
tatem Dei, dicentis: *Fruſtra me colunt, docentes præ-
cepta & doctrinas hominum.* Item Ierem. 20. *In præ-
F ceptis meis ambulate, & non in præceptis Patrum ve-
ſtrorum.* Vt autem Prophetæ ab hoc ſuperſtiti-
onis modo abſterrerent homines, nunc eam va
nitatem, nunc mẽdacium, nunc ſcortationem,
nunc inſaniam & ſtulticiam nominant.

Vanitas dicitur eo quòd fruſtra ſuſcipitur, &
Deo ſummè diſplicet, ex quo fit, vt & impia &
nefanda coram Deo habeatur. Prouocat enim
iram Dei, vt pœnas ſumat de ſuperſtitioſis, vt
eſt, 3. Regum 16.

G Mendacium, quia mentitur cultum Dei eſſe,
quod non eſt. De hoc mendacij genere loqui-
tur Ieremias cap. 16. cùm ait: *Verè mendacium poſ-*
A *ſederunt Patres veſtri, vanitatem quæ eis non profuit.*

Fornicatio dicitur ad deſignandam eius fœ-
ditatem. Nam ſicut nihil pluris æſtimat Deus,
quàm nominis ſui verum cultum, quo illi con-
iungimur, & quaſi coniugali quodam amore ſo
ciamur: ita nihil magis diſplicet, quàm ſuper-
ſtitio, qua homines quaſi diuortium cum Deo
faciunt. De hac fornicatione loquitur Oſeas ca-
pite quarto: *Fornicati ſunt à Deo ſuo.* Et 1. Paralipo
menon 2. *Fornicati ſunt poſt Deos populorum.* Iudi-
B cum 8. *Fornicati ſunt cum Baalim.* Legatur totum
cap. 16. Ezechielis.

Inſania quoq; & ſtulticia nominatur ſuper-
ſtitio. Nam qui eam ſectantur, veluti mente mo
ta faciunt, quæ recta ratio improbat, & interea
maximè ſibi ſapere videntur: de quibus Paulus
ad Roman. 1. Hæc omnia, videlicet vanitatem,
mendacium, ſcortationem, inſaniam & ſtulti-
tiam ſuperſtitionis, Scriptura vno βδελύγματος,
id eſt, abominationis vocabulo complectitur.
C Vocat enim Scriptura in locis pluribus ſuper-
ſtitionem abominationem, vt Ezechielis capite
decimo ſexto: *Fili hominis notas fac Ieruſalem abomi
nationes ſuas.* Huius appellationis ratio eſt, quia
Deus ſuperſtitionem propter fœditatem & tur
pitudinem non ſolum auerſatur, tanquam nau
ſeam ſibi mouentem: verumetiam extremè exe
cratur, tanquam fœtorem turpiſsimum, & rem
indigniſsimam aſpectu, quam omnes meritò a-
uerſantur & fugiunt. Nam vt abominabile eſt
D homini, quod eum ita offendit, vt illud cũ nau-
ſea auerſetur & deteſtetur: ita quæuis ſuperſti-
tio Deo inuiſa eſt & abominabilis. Sint ergo
homines quantum velint ſapientes, teneant pri
mum in Eccleſia locum, ſalutentur ſucceſſores
Apoſtolorum, vocentur etiam, ſi libet, Apoſto-
lici: tamen ſuperſtitio eſt quicquid cultus & re-
ligionis gratia ſuo arbitrio præter verbum Dei
inſtituunt. Nam ſi Paulus, Apoſtolus & Do-
ctor gentium, dicit ſe non auſum eſſe loqui q[illegible]-
E quam, quod non fecerit Chriſtus per ipſum, in
obedientiam gentium, ſermone & opere; mul-
to minus alijs tribuendum eſt, vt quid liceat i-
pſis inſtituere cultus gratia in Eccleſia, præter
& contra verbum Dei. Sed quid multis? Do-
minus ipſe & Magiſter noſter, iubet vt cauea-
mus nobis à falſis Prophetis, & mandat, vt oues
ſuæ vocem ſuam audiant, & ſe ſequantur, & fu-
giant eos, qui vocem Chriſti non adferunt.

Secundus modus religioſæ ſuperſtitionis
F eſt, colere quidem Deum iuxta expreſſum man
datum, ſed non ſecundùm ſententiam manda-
ti. Sententia mandati eſt, vt Deus colatur eo
modo, quo vult coli. Hic modus, quem requi-
rit ſententia mandati, nunc errore, nunc hypo-
criſi vitiatur, vt quod facis ex mandato, ſuper-
ſtitione polluas, adeò vt Deus tuum opus non
agnoſcat à ſe imperatum. Poteſt autem hoc con
tingere & in ijs, quæ ſunt per ſe cultus Dei: &
in ritibus diuinitùs ordinatis, qui ſunt non per
G ſe cultus, ſed propter aliud. Cultus Dei per ſe,
eſt inuocatio. Hæc enim & mandatum Dei ha
bet, & opus dilectionis Dei, & facilè primũ lo-
cum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cum inter opera cultus occupat. Hoc quātumuis prçclarum opus, polluitur nunc errore, nūc hypocriſi. Error eſt, cùm legitimus inuocationis modus ignoratur, quē Dn̄s definit, cùm ait: *Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & Veritate.* Spiritu quidem, id eſt ex fide, cuius effector eſt Spiritus Sanctus. In veritate verò, hoc eſt, in nomine Chriſti, ſeu propter meritum Chriſti. Qui ergo inuocant ore ſine Spiritu, polluunt nomen Dei, adeoq; cultum Dei in ſuperſtitionem abominabilem conuertunt. Hypocriſis quæ inuocationem metitur, vel certis precandi formulis, vel numero precū, à vero modo inuocationis aberrat, nec præſtat Deo cultum, ſed eum potius per ſuperſtitionem contumelia afficit. Prætereo illos qui putāt recitationē nudā Pſalmorū, vel aliarū precum, opus inuocationis eſſe. Eleemoſyna habet expreſſum Dei mādatū, quæ Eleemoſyna à Phariſęo prçſtita, ſuperſtitio vana erat: à Cornelio verò aulico, cultus Deo gratiſsimus. Vnde hoc accidit? Phariſæus ſuam Eleemoſynam errore & hypocriſi polluit. Errore, quia à vero fine aberrauit, & nō motus eſt vera cauſa: Hypocriſi verò, quia opere operato, id eſt, merito eleemoſynæ tumebat. Cain & Abel obtulerunt Deo ſacrificia, quæ fuerunt ipſis diuinitùs mandata. Nam ſacrificia illorū habuiſſe mandatum Dei, hinc patet: Sacrificium Abel placuit Deo. Scriptum eſt enim: *Reſpexit Dominus ad Abel & ad munera eius.* Nunc autem abſq; fide nihil placet Deo: fides autem vera nulla eſt ſine verbo. Sequitur igitur utrumq; Abelem & Cainum verbum inſtituentis Dei, & promittentis habuiſſe. Nam fide vberiorem hoſtiā obtulit Abel, quàm Cain. Cain autē cuius cor impurum erat, hunc cultum Dei polluit & errore & hypocriſi. Nam & quid ſignificabat illius oblatio ignorabat, & merito operis nitebat. Illud erroris, hoc hypocriſeos erat. At Abel contrà & ſciebat quid ſignificabat ſua oblatio, & nitebatur non merito operis ſui, ſed eius merito, quē adumbrabat ipſius ſacrificium. Oblatio igitur Cain ſuperſtitioſa fuit, Abelis verò cultus Deo gratus. Iudæi habebant mandatū Dei de ſacrificijs. Verùm quia multi ſacrificarunt non iuxta ſententiam mandati, ſed polluerunt opus ſuū & errore & hypocriſi: Deus affirmat ſe nihil vnquam de iſtis ſacrificijs præcepiſſe. Sacra Chriſti cœna diuinitùs inſtituta eſt, quæ cùm celebratur iuxta voluntatem inſtituentis, ſacrificiū εὐχαριστικὸν eſt, & cultus Deo gratus. Sed multi hanc cœnam errore & hypocriſi contaminát. Errore, dum opus ipſum per ſe meritorium eſſe remiſsionis peccatorum exiſtimant: Hypocriſi, cùm homines accedūt ſacram cœnam propter fines non diuinitùs ordinatos, qui plures ſunt quàm numerari poſſunt. Si ergo nobis animus eſt cauere ſuperſtitionem in operibus cultus, & ritib. diuinitùs ordinatis, faciamus quæ Deus mandat ex puro corde, conſcientia bona, & fide non ficta. Ex his enim tribus Paulus vult opera cultus manare.

Tertius modus religioſæ ſuperſtitionis eſt,

A cùm ceremonijs humana autoritate ordinatis, boni ordinis & decori cauſa. (Nam ceremonias impias, ἀσύμους, ineptas, & hiſtrionicas prætereo) abutuntur hypocritæ, & eas ſibi in ſuperſtitionis inſtrumenta conuertunt. Baſilius Cæſarçæ, & Ambroſius Mediolani ordinarunt ἀντιψαλμῳδίας, hoc eſt, vt Pſalmi ita canerentur, vt Choraules alternatim & κατὰ στοίχους in Choris oppoſitis, ſibi mutuo quaſi reſponderent, quo labor canentium alternata opera ſubleuaretur. B Inſtitutum non reprehendo, ſed ſuperſtitionē inde natam, vt abominabilem damno. Inſtitutum abſque omni dubio eò pertinebat, vt Pſalmi ſæpiùs decantati & repetiti, fierent familiariores, eorumq; vſus magis conſpiceretur, ac animis infigeretur. Certum eſt enim ea quæ ſæpius retractantur, altius memoriæ imprimi, & apertius uſum ſui exhibere. Ex quo factum eſt, vt crebra recitatio & decantatio Pſalmorum, attentis fuerit veluti flabellum, quo animi pie-C tas eſt excitata. Quando intra hos fines manēt ψαλμῳδίαι, culpandæ non ſunt, ſed vt vtilia exercitia, corporalia tamen, retineri poſſunt. Verùm qui intra hos fines non manēt, ſed cultum Dei in Pſalmorum decantatione ponūt (qui cultus non ſolum ipſis cantillantib. verūetiam alijs applicari poſsit) horribili ſuperſtitione peccát, nō ſolùm cultum Dei metientes ſuo arbitrio, verū etiam turpē quæſtum faciētes, dum fumū auro commutant. Inſtitutū ergo patrum, quamdiu D manet intra ſuos fines, reprehendi non debet. Abuſus autem, quem error & hypocriſis inuexit, tanquam prophanatio nominis diuini, execrandus eſt. Ieiunia in Eccleſia, pio maiorū conſilio, certis anni temporib. ordinata ſunt, in hūc finē, vt homines caſtigatis corporib. ieiunio, incitarētur magis ad diſcēda & meditāda diuina, ad ardentius precandum. Ieiunia intra hos limites incluſa, etſi cultus Dei non ſunt per ſe, tamē vtilia exercitia ſunt, pietati ac excitando vero E cultui Dei ſeruiētia. Sed, proh dolor, paulatim venit in obliuionē pium maiorum conſiliū, ſucceſsit error, quem hypocriſis auxit. Siquidem opinio neceſsitatis, cultus, iuſticiæ, meriti, laudabile maiorum inuentum, conuertit in abominabilem ſuperſtitionem, quam, vt in veteri teſtamēto inſectati ſunt Prophetç Dei: ita Chriſtus Matthæi capite ſexto repudiat. Et quoniam tantus error fuit, vt facile corrigi non potuerit, Reformatores doctrinæ Euangelij ſta-F ta illa ieiunia prorſus aboleuerunt, hortantes homines ad piam ſobrietatem. Exempla plura huius generis ſuperſtitionis omitto. Hoc in vniuerſum de humanis traditionibus teneatur, quòd non ſint cultus Dei per ſe: deinde, quòd ſint libera exercitia, quæ retineri poſſunt, donec in abuſum non rapiantur. Nam ſi rapiuntur in abuſum, melius eſt eas prorſus abolere, quàm vt fiant laquei, quibus rudes & infirmi capiantur.

G Quartus modus religioſæ ſuperſtitionis, eſt cultus idolorum, qui dicitur Græcè λατρολατρεία, quam Auguſtinus vertit honorem & cul-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tum dæmoniorum, quo ante Chriſti aduentum totus mundus plenus erat, vt Dauid teſtatur cùm ait: *Omnes dij populorum dæmonia: Dominus autem cœlos fecit.* Dæmonium autem & ipſum dæmonem, & idolum in honorem dæmonis erectum ſignificat, vt δεισιδαιμονία ſit propriè & dæmonum metus, & idolorum in ipſorum honorem erectorum cultura. Verùm poſtea vocabulum latius ſe extendit, vt omnis cultus diuinus, qui tribuitur creaturæ cuiuis, dicatur δεισιδαιμονία: & idolum ſit cuiuis homini id omne, cui tribuit aliquam efficaciam diuinã, abſque naturalibus cauſis & ordinatione Dei.

Porrò ſuperſtitionis huius quo creatura loco creatoris colitur, plura ſunt genera, quæ homines ſuperſtitioſi vafris cõmentis defendunt.

Primum genus huius ſuperſtitionis, eſt cultus brutorum, qualis fuit non ſolum Aegyptiorum, verumetiam multarum aliarum Gentium, adeoque totius orbis terrarum ante aduentum Chriſti, cuius ſuperſtitionis meminit Paulus ad Romanos capite primo. Hæc etſi craſsiſſima ſuperſtitio fuit, plauſibili tamen nitebatur fundamento. Vulgò enim perſuaſum erat à ſtultis quibuſdam philoſophis, totum mundum vnum Deum eſſe, idque non ratione corporeæ molis, ſed propter animam ipſius mundi, quam Deum eſſe credebant.

Nam Deum nihil aliud eſſe, quàm animam mundi, edocti à ſuis philoſophis, ſtatuebant. Vide Auguſtinum de Ciuitate Dei, libro ſeptimo, capite ſexto. Hoc iacto fundamento, ratiocinabantur, toti mundo, & ſingulis eius partibus; videlicet terræ, aquæ, aeri, igni, brutis animantibus, arboribus, cœleſtibus corporibus, Planetis & Stellis, Soli, Lunæ & alijs, diuinum honorem exhibendum eſſe. Hinc eſt quòd maneat adhuc hæc ſuperſtitio, vt fertur, apud Ruthenos: qui etſi Chriſtiani videri volunt, tamen manè cum primum ſurrexerint, quod primum occurrit oculis adorant, ſiue fuerit arbor, ſiue beſtia, ſiue alia quæuis res. Verùm hæc ſuperſtitio facilè refutatur, monſtrata fundamenti, quo nituntur, vanitate. Non eſt enim mundus Deus, ſed mundus creatus eſt à Deo, vt ipſe ſuum creatorem ſolum colat, qui ſua prouidentia mundum ſapientiſsimè gubernat. Creatio ergo mundi, ſtultam philoſophorum opinionem, quæ tam nefandæ ſuperſtitionis cauſa fuit, facilè refutat.

Caueamus igitur ne vel ſimulatè, vel ex animo defendamus philoſophicas opiniones, quæ religioni ſanæ aduerſantur, & pugnant cum primis principijs fidei noſtræ: ſed potius agamus Deo gratias, qui ex immenſa ſua bonitate per lucem ſui verbi, eduxit nos è tenebris iſtis, ad claram ſui notitiam in CHRISTO IESV.

Secundum genus cultus creaturarum, eſt Angelorum & hominum mortuorum, quam ſemper fuiſſe in mundo Epiphanius teſtatur, cùm eam ἀρχαίαν πλάνην nominat. Vt enim Ethnici dæmonas quos vocát, & eos homines quo-

A rum geſta præclara erant, & merita erga genus humanum maxima, poſt mortem in numerum deorum retulerunt, eisque diuinum honorem exhibuerunt: ita Chriſtiani loco demonum Angelos bonos colunt, maximo errore; & eos homines, quorum pietas erat conſpicua, poſt mortem in ſanctorum numerum referebant, eosq; tanquam Deos honorabant, eodem planè Spiritu decepti, quo olim gentes ignaræ Dei. Inter hos mortuos ſanctos, primũ locum Virgini matri tribuêre, quam cultu, quem ipſi vocant B ὑπερδουλίαν colunt Papiſtæ. Alijs autem locũ tribuebant infra Beatam virginem, & ſingulæ nationes ſuos patronos alijs prætulerunt, vt Franciſcani Franciſcum, Benedictini Benedictũ, Scholaſtici Catharinam & Nicolaum. Conſilium Sathanæ, qui huncidololatricum cultum inuexit in mundum, abſque omni dubio hoc fuit, vt iſto pacto vnius Mediatoris noſtri IESV CHRISTI gloriam imminueret, vt ignominia afficeret C demortuos ſanctos, vt denique ſocios haberet olim damnationis eos, quos in hanc idololatriam pertraxerit. Ideò Chryſoſtomus ait, in quintum caput Iohannis, homilia trigeſimoſecundo: *Adorare creaturæ eſt, adorari non creaturæ, ſed Domini eſt.* Epiphanius ſcribit: ἐν κυρισύσει ὑμῶν ἡ ἀρχαία πλάνη, καταλιμπάνειν τὸν ζῶντα, καὶ προσκυνῶν τὰ ὑπ' αὐτοῦ γεγονότα. Auguſtinus ſcribens Maximo, ait: *Scias à Chriſtianis Catholicis nullum coli mortuorum, nihil denique vt numen adorari, quod ſit factum* D *& conditum à Deo; ſed vnum ipſum Deum, qui fecit & condidit omnia.* Alibi Auguſtinus hoc dilemmate mortuorum cultum euertit: *Homines qui hinc per mortem diſceſſerunt, aut piè vixerunt aut non. Si vixerunt piè, omnem cultum illi ſoli tribui volunt, quem ipſi coluerunt in terra. Si non vixerunt piè, non ſunt colendi vbicunque ſunt.* Scripturæ quas Papiſtæ torquent, ad ſtabiliendam mortuorũ inuocationem, nihil prorſus concludũt, donec ſteterit hoc noſtræ religionis axioma. Matth. 4. *Do*E*minum Deum tuum adorabis, & illum ſolum coles.* Ex hoc axiomate concludit Chriſtus, diabolũ non eſſe colendũ, qa non eſt Deus, ſed creatura. Nulla igitur ex ſententia Chriſti creatura colenda, ſiue ſit Angelus, ſiue homo. Quid ergo ſanctis honoris exhibendum eſt? Auguſtinus clarè reſpondet: *Honorandi ſunt ſancti imitatione, non autem colendi adoratione.*

Tertiũ genus cultus creaturarũ, eſt adoratio panis ſacri, nũc monſtrati, intordũ repoſiti, qñq; F circũgeſtati. Monſtratur in Miſſa Papiſtica, vt à circũſtantib. adoretur. Reponitur in monſtrantiã, vt vocant, accenſis corã eo candelis colitur. Circũgeſtatur in proceſsionib. vt vocant, vt publicè ab omnib. adoretur. Hæc adoratio panis, ſeu ἀρτολατρία, cũ ſit deſtituta prorſus mandato Dei, cũ non habeat promiſsionem vllam, cũ pugnet cũ ordinatione Chriſti, cũ aduerſatur principio huic: *Dñm Deum tuũ adorabis, & illũ ſolum coles,* planè impia, Ethnica & ſacrilega eſt, tametſi G põtifices in ea prã vt aiũt & puppim diuini cult⁹ collocãt. qđ ſanè mirũ nõ eſt, cũ hęc maximè ordinis Eccleſiaſtici dignitatem erigat, potentiam

tiam augeat, & opes. Quamobrem maxima ſeui-
tia eam defendunt. Hæc impietas cùm ſit mani-
feſtiſsima, ab omnibus reformatæ doctrinæ do-
ctoribus exploſa eſt & damnata, vt quæ non diſ-
ſentiat, quantum ad prophanitatem attinet, ab
idolo quod Antiochus in templo Ieroſolymita-
no in contumeliam Dei Iudæorum collocauit:
& eſt hæc adoratio panis, præcipuum fulcrum
regni Antichriſti, cuius typus erat Antiochus:
vide Daniel. 11. Miracula quibus Papiſtæ co-
nantur cultum ſui idoli ſtabilire, ſunt præſti-
giæ diabolicæ, quibus hoſtis humani generis
conatur homines abducere ab vnico noſtro
Saluatore Ieſu Chriſto.

Quartum genus cultus creaturarũ, eſt ado-
ratio ligni, repræſentantis figura lignũ, in quo
Dominus crucifixus erat; quæ ſanè adoratio, ta-
metſi plures habeat patronos, præſertim in re-
gno Pontificio: tamen planè impia eſt & exe-
cranda. Non enim lignum in quo ipſe pepen-
dit Dominus, multò minus illud quod repræ-
ſentat effigiem, eſt adorandum: ſed is qui in
ligno pependit, & mortuus eſt ibi pro peccatis
noſtris. Hunc non in ligno deformatum, ſed
in cordibus incluſum adorabimus. Dicitur
quidem Diabolus ſigno crucis fugari, ſed ſic fu-
gatur, vt aſperſione luſtralis aquæ, hoc eſt, ſi-
mulat ſe fugere, cùm propius accedit, homi-
nesq; pronos ad idololatriam dolo capit. Non
eſt enim putandum, quôd diabolus pellatur
paleſtricis verberibus, quibus aer fruſtra feri-
tur, ſed viua in crucifixum fide, & ex fide, ar-
denti inuocatione. Ideò Chriſtus ait: *Hoc genus
dæmoniorum non eijcitur niſi ieiunio & inuocatione.*
Sed dices: Conſtantino magno dubitanti, an
exercitum duceret, accerſitus à Romanis, con-
tra tyrannum Maxentium, monſtratum eſt ſi-
gnum crucis, quo diuinitùs confirmatus eſt.
Dictum eſt enim ei à Domino: ἐν τούτῳ νίκα, *in hoc
vince*, Proinde ſigni crucis videtur eſſe aliqua
efficacitas, eaque diuina. Reſpondeo. Cùm
Dominus dicit: *In hoc vince*, non mandat ad-
orationem crucis, nec tribuit ſigno crucis ali-
quam efficacitatem, ſed ſolummodo promittit
victoriam contra tyrannum Maxentium, quæ
non in monſtrata figura crucis, ſed in crucifixo
poſita erat. Proinde ſignum crucis monſtra-
tum Conſtantino, externum teſtimonium e-
rat, quo Dominus illum certum reddidit de vi-
ctoria aduerſus tyrannum, & non cauſſa victo-
riæ. Nam hoc dictum immotum eſt: *Hæc eſt vi-
ctoria, quæ vincit mundum, fides veſtra.* Neque ta-
men fides à ſe habet, quod ſit victoria mũdi, ſed
ab illo, quem apprehendit Ieſum Chriſtum, qui
ſolus victor mundi eſt, id eſt regni diaboli.

Licét ne ergo, inquies, pio homini ſe ſigno
crucis ſignare? Licét ne figuram crucis ſculptá
aut pictam habere? Licet quidem, modò ſuper-
ſtitio abſit. Licet, ſi vt ſymbolo, quod te de Chri
ſti uictoria admoneat, figura crucis vtaris. Li-
cet, ſi crucem illam loco teſſeræ Chriſtiani mili-
tis habeas, qua teſtaris te & profiteris hoſtem
diaboli eſſe, membrorum & operum eius. Qua-
A re minimè improbo ſignũ crucis imprimi fron-
ti & pectori infantis dum baptizatur, modò id
fiat ſolummodo in ſignum nouæ iſtius naugu
rationis, in qua baptizatus, Chriſto crucifixo
dat nomen, & ſe ſub eius vexillo militaturum
contra Satanam & opera eius promittit. Li-
cet, ſi illud crucis ſignum vt doctrinæ quod-
dam memoriale ob oculos ponas; Si vt μνημό-
συνον hiſtoriæ habeas: Si veluti triumphale ſi-
gnum illud erigas. Contra autem non licet, vt
B crucem erigas coram qua te proſternas, adora-
turus. Nam hoc apertè pugnat cum primo prę-
cepto, & cum orationis forma à Domino præ-
ſcripta. Non licet, vt ſignatæ cruci uirtutem ali-
quam contra morbos aut diabolum tribuas. Nã
cuicunq; rei tribuitur vis aliqua abſque natura-
libus cauſsis & ordinatione Dei, ea fit idolum
homini, & ſuperſtitio Deo abominabilis. Iaco-
bitæ qui, vt fertur, inurunt ſignum crucis caute-
rio baptizandis, deplorandi ſunt potius quàm
C refutandi. Monachi qui appellantur Crucigeri,
Iacobitis cautiores, vt parcant cuti, exteriori
pallio figuram crucis aſſuunt, religionis ergo,
& gloriantur quòd crucem Chriſti portent. At
in Turcia, qui crucem in pileis geſtant, in ſi-
gnum profeſsionis Chriſtianiſmi, ſine opinione
ſuperſtitioſa, non ſunt culpãdi. Nam ſi crucem
geſtare deſinerent, putarentur religioni Chri-
ſtianæ renunciaſſe, ſicuti multi afflictionibus &
ſcandalis fracti, quotidie in Turcia faciunt. Hîc
D quæri poteſt, quid de lege Valentis & Theodo-
ſij Imperatorum ſentiendum ſit, quæ lex extat
in codice, hiſce verbis: *Cùm ſit nobis cura diligens
per omnia ſuperni numinis religionem tueri, ſignũ Sal-
uatoris Chriſti nemini licere vel in ſolo, uel in ſilice, vel
in marmoribus humi poſitis, inſculpere uel pingere. Et
quocunq; loco reperitur tolli, grauiſsima pœna mulctãdo
eum, qui contrarium ſtatutis noſtris tentauerit, ſpeciali-
ter imperamus.* Hactenus legis verba recenſui-
mus. Iam ſi in figura crucis nullum eſt numen,
E nulla efficacitas, nulla vis plus quàm in aliis fi-
guris, puta hominis, ſerpẽtis, bouis, &c. videtur
illa lex nulla niti ratione, quæ vna cum autori-
tate requiritur in condendis legibus. Reſpon-
deo. Lex illa pia & probanda eſt, vetans calcari
pedibus ſignum crucis, non quòd vis & effica-
cia aliqua ſit in ea figura, ſed propter ſignifica-
tionem, quæ nobis ſacroſancta haberi debet, vt
interim taceam, gratum ſpectaculum eſſe dia-
bolis, videre Chriſtianos pedibus calcare illud
F ſignum, quod repręſentat eam crucem, in qua
Dominus ſalutem noſtram operatus eſt. Velim
igitur pios Euangelij miniſtros monere popu-
lum, ne hoc ſignum pedibus calcandum ſubii-
ciat. Et optarem, vt magiſtratus noſter Theodo
ſij optimi imperatoris exemplum imitaretur,
& legibus & pœnis prohiberet hanc propha-
nationem, à qua mens pij hominis, vel ſine ad-
monitione abhorret. Vtrumque igitur extre-
mum fugiendum eſt, adoratio ſigni crucis, &
G contemptus.

Quintum genus cultus creaturarum, eſt ſta-
tuarum & imaginum ſanctorum veneratio, quę

quia altiores radices egit in multorum animis, explicanda eſt diſtinctius, quo ipſius abominatio manifeſtior fiat. Dicam igitur primùm de inuentione imaginum & ſtatuarũ apud homines alienos ab Eccleſia Dei, de imaginũ cultu & veneratione, & de illorum, qui ſimulachra coluerunt miſeria.

Deinde exponam quæ fuerit imaginum apud Chriſtianos occaſio, quomodo auctæ ſint, quantũ pro illis ſit pugnatũ, quomodo temporis progreſſu creuerit ſuperſtitio. Poſtremò q̃d pius de imaginib. ſtatuere debeat.

In libro Sapientiæ, capite decimoquarto inuentio ſimulachrorum apud ignaros veri Dei, deſcribitur hiſce verbis: *Hominum ambitione ſimulachra inuenta ſunt. Nam acerbo luctu filij præmaturè erepti, mœrens Pater effictа imagine, iam antea mortuum hominem, nunc vt Deum colere cœpit, atque ſubditis ſuis ſacra ceremoniasq; tradidit. Deinde progreſſu temporis, inualeſcens impia conſuetudo, pro lege ſeruata eſt, mandatisq; tyrannorum effectum eſt, vt ſculptæ imagines religioſè colerentur, & quos præſentes ipſi homines honorare non poterant, vt procul habitantes, eorum remotam faciem, quam effinxiſſent, illuſtrem imaginem honorandi regis effecerunt, vt abſentem tanquam præſentem ſtudioſè obſeruarent.* Hucuſque Sapiens.

Fulgentius autem hanc hiſtoriam inuentorum ſimulachrorũ ex Diophane, antiquiſsimo antiquitatum ſcriptore, altius repetit. Dicit enim apud Ægyptios fuiſſe quendam virũ, familia ſubſtantiaq; locupletem, nomine Cyrophanem. Hic vnicũ filium ineffabili vltra quam paternitas exigebat affectu proſequebatur, quẽ mors præueniens, è viuis abſtulit, vnde ad ſedandam triſtitiam imaginem filij fingi curauit, vt ſaltem filij ſimilitudo triſticiam leuaret; cui vniuerſa familia in adulationem Domini aut coronas plectere, aut flores inferre, aut thura incendere conſueuit ſimulachro, & tandem ad illud tanquam ad aſylum ſontes confugere, qua ſi veniam petentes merebantur, & hos honores ſimulachro potius timore, quàm amore offerre cœperunt: de quibus Petronius:

Primus in orbe Deos, fecit ineſſe timor:

Deos intelligens, ſimulachra hominum, quos vt Deos colebãt. Auguſtinus quid de inuẽtione imaginũ ſentiat, ipſe explicat, cõtra Fauſtũ Manichæum ſcribens, his verbis: *Non mirum eſt, ſi præuaricatores Angeli, quorum duo maxima vitia ſunt, ſuperbia atque fallacia, per hunc aerem volitantes, quod vni vero D. o deberi nouerant, hoc ſibi à ſuis ſculptoribus exigerent: à quibus dij putari voluerunt, dante ſibi locum vanitate cordis humani, maximo cum ex deſiderio mortuorum conſtituerentur imagines, vnde ſimulachrorum exortus eſt, & maiori adulatione diuini honoris deferentur, tanquam in cœlum receptis, pro quibus ſe in terris dæmonia colenda ſupponerent, & ſibi ſacrificari à deceptis & perditis flagitarent.* Hactenus Auguſtinus. Hoc ipſum indicat Sapiens in eodem capite, cùm ait: *Initium ſcortationis excogitatio ſimulachrorum eſt, atq; eorundem inuentio vitæ corruptela.* Facta ſunt enim ſimulachra in creaturæ

A Dei abominationem, in ſcandala animabus hominum, & in laqueũ pedibus inſipientiũ. Nam eò res admodũ citò perducta eſt, non ſolũ vt orbis terrarũ ſit repletus idolis; verũetiã vt diabolus nactus occaſionẽ, ex idolis multis reſponſa dederit, quare & in ipſis diuinus cultus eſt illi exhibitus. Non igit̃ mirũ eſt Prophetas Dei adeò vehemẽter inuectos eſſe in ſimulachra gẽtiũ, vt & artifices ſimulachrorũ maledictos pronũcient, & eos qui ſimulachra adorãt. Eſaiæ 41.
B Baruch 6, & in multis alijs locis. Dauid Pſalm. 97. ait: *Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, et qui gloriantur in ſimulachris ſuis.* Et Pſal. 114. *Simulachra eorum ſunt argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, ſed non loquuntur; oculos habent, & non vident. Aures habent, ſed non audiunt: nares habent, ſed non odorant; manus habent, ſed non palpant; pedes habent, ſed non ambulant; non meditantur in pectore ſuo. Similes illis erunt qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Hinc apparet quòd nulla maior
C miſeria cogitari poſsit, quàm Ethnicorũ, qui colunt idola: quorum alij cogitarunt ipſas ſtatuas eſſe Deos, alij alligarunt Deum ad certas ſtatuas & cultus: alij tribuerunt diuinam potentiam hominibus mortuis, quorũ ſtatuas coluerunt. Solus Numa ſecundus Romanorũ Rex, cũ templa Romæ, & ceremonias varias inſtitueret, ſimulachrum nullum in eis poſuit; vnde centum & ſexaginta annis in templis Romæ nullum extitiſſe ſimulachrum ſcribitur, teſti-
D bus Cyrillo & Euſebio. Hactenus diximus ſatis de inuentione ſimulachrorum apud prophanas gentes, de progreſſu & propagatione cultus ſimulachrorum, de abominatione idolorũ, & de miſeria eorum, qui idola coluerunt. Nunc ad Chriſtianos veniamus.

Circa annum Domini 180. priuatim Maſſalina ſocia Carpocratis, imagines Ieſu, Pauli, Homeri, Pythagoræ & aliorum, coluit adorando, incenſoq; ponendo: ſed pauci id, efficientibus
E pijs Eccleſiæ doctoribus, exemplum ſunt imitati. Quod ex eo apparet, quòd Lactantius qui vixit poſtea, hoc eſt, circa annum Domini 330. ſcripſerit: *Non eſt dubium quin religio nulla ſit, vbicunq; ſimulachrum eſt.* Nec poſtea, vſq; ad annum ferè Domini 400. imaginum vſus fuit in templo, ex quo intelligere promptum eſt, quòd donec fuerit purior religio, ſimulachrorum vſus nullus in Eccleſia fuerit. Verùm circa hæc ipſa tempora cœpit imaginũ vſus in templis Chri-
F ſtianorum, cui rei occaſionem præbuit Pontius Paulinus Nolanus Epiſcopus. Is enim cũ quotannis vnà cum populo natalem celebrabat diui Felicis, quo die ſplendidè epulari ſolebãt, parietes templi picturis ex veteri Teſtamento deſumptis, ornandos curauit, vt accumbentes in communi menſa, ſpectandis illis occupati, temperantius conuiuium exigerent. Hinc in alias Eccleſias pingendi imagines conſuetudo deriuata eſt, quam tamen pij doctores Eccleſiæ im-
G probarũt. Nam cùm in Antiochia imagines ſanctorũ in templa inuexiſſent, conſilio piorũ doctorũ ſunt rurſus euerſæ, ſed mox ab hypocritis reſti-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

reſtitutę, atq; ita paulatim in totum Chriſtianũ orbem, imaginũ & ſimulachrorũ vſus eſt inuectus. Conſilium Paulini in ſe non fuit malũ, ſed euentus peſsimus: ex quo intelligi poteſt, quàm periculoſum ſit ſapientiæ humanæ fidere, & aliquid præter verbum Dei in Eccleſia Chriſti inſtituere. Rarò enim exitus expectationi reſpondet, vt in hoc Paulini exemplo videre eſt. Nam hac leui occaſione data, cumulata ſunt idola, creuit ſuperſtitio, & magna in Eccleſia certamina, ſchiſmata & ſcãdala ſecuta ſunt, donec Antichriſtus Romanus Pontifex, imaginũ Patronus, obtinuit victoriam. Auctæ ſunt enim imagines in Eccleſia, nemine ferè publicè reclamante, ab anno Domini ferè 400, vſq; ad annũ 718, quo tempore Philippicus à Iohanne Monacho edoctus, delere cœpit imagines. Mox Leo imperator exemplum Philippici ſecutus, curauit concilium fieri Bizantij, inuito Pontifice Romano, in quo concilio fuere 330. Epiſcopi, qui communibus ſuffragijs ſtatuunt idola è templis tollenda, & imagines comburendas. Sed quid hîc Papa Gregorius eius nominis ſecundus? Concilium Romæ celebrat, præſentibus Italiæ Prælatis: in quo ſtatuitur imagines ſumma veneratione, & multo maiori cultu, quàm antea factum eſt, obſeruandas eſſe, contrariumq; ſentientes damnandos, adeò quòd Imperatori id facere recuſanti, ſacris interdixerit, ſubditos imperatoris propter ablatas imagines, in apertam rebellionem perduxerit, totam Hiſperiam, Emiliam, Liguriam, Italiam & multas alias terras, ab eius obedientia abduxerit, & vectigalia illi ſolui prohibuerit. Conſtantinus eius nominis Quintus, Leoni patri ſuccedens, Italica Synodo permotus, omnes Græciæ doctos conuocat; in quo conuentu antiſtites trecenti triginta definiuerunt, non licere Deo, per Chriſtum fidentibus vlla neque creatoris, neque creaturarum ad cultum habere idola vel ſimulachra: quin potius ob ſcandala, omnia ſimul eſſe tollenda. Quare Imperator Patrem imitatus, reſidua combuſſit, & ornamenta ſimulachrorum fiſco aſcripſit. Definitionem Concilij Paulo pontifici Romano ſcribit, vt & ipſe imagines tollat, propereque tollat, præcipit; ſed fruſtra, Pontifice in Pipinum regem conſpirante, & Imperatorem vna cum concilio excommunicante. Mortuo autem Conſtantino quinto, ſuccedit in eius locum filius Leo Quartus, qui ſibi matrimonio iunxit Irænam, ex qua & filium ſuſtulit Conſtantinum ſextum. Huic Irænæ, Leo præmatura morte præuentus, reliquit imperium. Hęc igitur Irena, Leone marito mortuo, & Conſtantino patris Leonis ſucceſſore adhuc puero, Pontificis Theodori precibus expugnata, apud Nicæam Synodum tercentum, & quinquaginta Epiſcoporum conuocat, in qua præſentibus Romanis, decretum eſt, vt Romanæ Eccleſiæ ritu ſimulachra in Græcia haberētur, vtq; Conſtantinopolitana Synodus, quæ contrarium definierat, crederetur erronea. Verùm Conſtantinus ſextus adultus, indignitate rei motus, non ſolum matri Irænæ abrogat imperium: verumetiam omnia ea deijcit, confringit, exurit, quæ Iræne mater conſtruxerat. Sed quid accidit pio Principi? Romanus Pontifex iterum conuocat concilium, ſimulachra defendit. Iræne autem impia fœmina, filium Conſtantinum per inſidias capit, oculis priuat, carceribus demandat. Neque dubium eſt, hanc fœminam artibus Papæ, & auxilio inſtructam fuiſſe, ad tantum facinus perpetrandum, alioqui στοργὴ materna eam à tanto facinore auocaſſet.

Nicephorus Regnum Conſtantini adeptus, & fœdere cum Carolo Magno inito, omnes ſtatuas Irænę comminuit, quem morem deinde omnes Conſtantinopolitani Imperatores obſeruaſſe leguntur; præter vnum Theodorum Laſcharem, qui in Lugdunenſi Concilio ad partes Romani pontificis declinauit. Quapropter à Conſtantinopolitanis, dignitate, vrbe & Regno exutus eſt. Sed quid multis? Romanus Pontifex orbem terrarũ propter defenſionem idolorum commouit, Monarchiam diſsipauit, proditionum & defectionum multarum author fuit; ſchiſmata fecit, potentiam Chriſtianorum Imperatorum fregit, vt damnatam verbo Dei idololatriam tueretur, non tam ſolicitus pro imaginibus, quàm pro ſuo regno, ſupra omnia mundi imperia ſtabiliendo. Acceptam proinde Romano Pontifici feramus ruinam imperij, & Eccleſiarum Orientis, & inuectam omnis generis idololatriã in Eccleſias Occidentales. Qui hinc non intelligit, Romanum Pontificem ipſum Antichriſtum eſſe, parum profectò intelligit, præſertim cùm omnia ipſius facta cum prædictionibus Prophetarum & Apoſtolorum de Antichriſto congruunt.

Iam reliquum eſt vt dicamus quid pius tutò ſequi poſsit. Tametſi autem tutiſsimum iudicarem cum Luthero, nullas planè imagines aut ſimulachra in templis habere, propter periculum quod inde metuendum eſt: tamen cùm id obtineri non poſsit, prudenter agendum eſt vt rectè formetur iudicium piorum de imaginibus & ſtatuis in templis Chriſtianorum.

Formabitur autem iudicium rectè hoc modo. Diſcernendum eſt ante omnia inter vſum non impium imaginum, & ſuperſtitioſum. Vſus non impius in veteri Teſtamento, fuit partim typicus, vt Cherubim, Serpens Æneus: partim politicus, vt imaginum in moneta: partim ornatus gratia adhibitus, qualis fuit in templo Salomonis varia rerum expreſsio. Hic triplex vſus, donec manſit intra ſuos limites, nequaquam improbandus erat. Verùm cùm Rex Ezechias videret populum ad ſuperſtitionem Ægyptiacam pronum, Serpentem Æneum adorare, eum rectè deſtruxit, abſque dubio à Prophetis Dei admonitus. Si factum Ezechiæ rectè laudatur, qui typum Chriſti propter ab-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

uſum ſuſtulit: multo magis laudandi ſunt, qui hiſtoricas & politicas imagines propter abuſum abolent. Nam ſi hoc licuit in ſerpente, qui iuſſu Dei erectus erat, multo magis licebit in iis, quæ humana ſolummodò nitunť autoritate.

Vſus imaginum ferendus in nouo Teſtamẽto, ſimiliter triplex eſſe poterit, hiſtoricus, politicus, & ornatus cauſa adhibitus. Hîc tametſi culpari non poteſt in ſe, donec manſerit intra ſuos limites, quia cum nullo verbo Dei pugnat; tamen propter periculum, quod inde metui poterit, præſtaret quàm pauciſsimas imagines in templis Chriſtianorum habere.

Etſi autem Paulini factum in ſe malum non fuit (nam & animus inſtituentis pius erat, & finis bonus, vt ſuprà oſtendimus) tamen occaſio erat plurimorum malorum in Eccleſia.

Quamobrem Conſtantinopolitani Imperatores, & Epiſcopi Græciæ ferè omnes, metuentes ſimile periculum, oppoſuerunt ſe Romano Epiſcopo, nullas prorſus imagines, aut ſimulachra ferentes in templis Chriſtianorum. Nam piorum eſt, non ſolùm mala præſentia cauere; verumetiam occaſionibus occurrere, ne malum tempore ſerpat. Diabolus enim nullam occaſionem negligit.

Quid? An non prohibitiones imaginum ſunt vniuerſales? An non hæc vox Dei eſt; *Non facies tibi ſculptile, neque vllam ſimilitudinem eorum quæ ſunt in cœlo deſuper, & quæ ſunt in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra?* Omnis præceptionis & prohibitionis finis, aut eſt alicubi expreſſus, aut non eſt expreſſus. Si nullibi eſt expreſſus finis, ratio & finis præceptionis & prohibitionis ſit voluntas Dei. Prohibitio illa, qua vetitum eſt primis parentibus ne de fructu certæ arboris comederent, finem non habuit adiunctum, quare ratio & finis erat ipſa voluntas Dei. At ſi alicubi finis eſt expreſſus, ipſe finis erit cauſſa, propter quam aliquid vel præceptum vel prohibitum eſt. Atque ideò finis ſemper præceptioni & prohibitioni aptandus eſt. Nam extra illum ſe non extendit mandatum, quia cauſſa ceſſat. Idcircò ſi quando aliquid fit, quod non pugnat cum fine præceptionis aut prohibitionis, nequaquam præceptum aut prohibitum exiſtimandum eſt. Prohibitum eſt in vniuerſum, ſi verba ſpectes, ne vllam ſimilitudinem faciamus: ſed quis finis eſt iſtius prohibitionis? Ne colas ſimilitudinem illam. Hic finis cauſſa eſt prohibitionis, qui ſemper aptandus eſt prohibitioni, vbicũq; legitur, etiamſi vbique non expreſsè ponitur.

Nunc autem hiſtoricæ imagines, typicæ & politicæ, non pugnant per ſe cum fine prohibitionis, id eſt cauſſa. Quare nequaquam ſub vniuerſali interdicto continentur. Adhæc ſi prohibitio accipienda eſſet ὅλως, nunquam Dominus ipſe mandaſſet ſerpentis ſimilitudinem in deſerto erigi, nec Cherubim ſuper propitiatorium poni. Hæc regula etiam locum habet in politicis legibus, & eſt cauſſa ἐπιεικείας, qua mitigatur τὸ ἀκριβοδίκαιον. His ita demonſtratis, ſequitur nec omnem vſum imaginum in Eccleſia damnandum eſſe: nec rectè facere eos, qui ſine diſcrimine, non habita ratione pacis publicæ, omnes imagines in templis abradi volunt, & ſimulachra confringi.

Porrò cùm iam ſatis conſtat, nec ſanctos, nec eorum imagines colendas eſſe, etiamſi eas pingi non ſit prohibitum, modò ob fines fiat, quos ſuprà enumerauimus: adhuc tres quæſtiones diluendæ ſunt, videlicet: Num liceat ipſum Deum vlla imagine exprimere? An poſtquam Filius Dei aſſumpſit humanam naturá, pingatur ſeu ſculpatur licitè, an non? Nunquid adoratio imaginis & archetypi, vt Papiſtæ volunt, ſit eadem nec ne? De his tribus quęſtionibus inter multos non conuenit.

Quantum ad primam quæſtionem attinet, num fas ſit ipſum Deum vlla imagine exprimere. Reſpondeo. Deus eſt inuiſibilis: Igitur nulla figura viſibili pingi aut ſculpi poteſt. Deus eſt immenſus: Igitur figuris finitis imago eius non clauditur. Deus eſt ſpiritualis eſſentia: Igitur corporali forma nec poteſt nec debet effigiari. Quicunque enim hoc facit, diuinæ maieſtati iniuriam facit. Addo quòd Deus non velit vlla re externa repræſentari. Ita enim Moſes ait: *Vocem verborum eius audiſtis, formam penitùs nullam vidiſtis.* Deinde planè inutile eſt, velle Deum ipſum vllo modo exprimere, quémadmodum Athanaſius pulchrè, contrà gentes ſcribens, concludit hoc modo.

Dicant quæſo, inquit, *quo pacto per ſimulachra noſcatur Deus? An per circumpoſitam illis materiam? An per inductam materiæ formam? Si ob materiam, quæ iam formæ neceßitas? Vt non prius etiam, quàm illa pingeretur, per omnem prorſus materiam apparuerit Deus, cùm omnia teſtentur gloriam eius? Porrò ſi ſuperducta effigies diuinæ cognitionis cauſſa eſt, quid iam pictura cæteraque materia opus eſt? Ac non magis per ipſa vera animalia, quorum formæ ſimulachra ſunt, Deus cognoſcitur? Nam clarius profectò Dei gloria innoteſceret, ſi per animalia rationabilia, & irrationabilia, quàm per inanimata & immobilia manifeſtaretur. Cùm ergo, intelligendi Dei gratia ſculpitis aut pingitis imagines, rem profectò minimè dignam facitis.* Hactenus Athanaſius.

Viderint ergo quid faciant, qui Deum Patrem barbatum, & canum ſenem depingunt; qui profectò non excuſantur dicto Danielis; qui dixit ſe vidiſſe antiquuum die rum ſedentem, &c. Danielis capite ſeptimo. Nam ideò ſic vocatur Deus, quòd ſit æternus. Neque viſio illa Danielis ſculpta aut picta cenſenda eſt, ſed talis in ſomno eſt oblata.

Secunda quęſtio eſt, an poſtquam Filius Dei aſſumpſit humanam naturá, & factus eſt verus & viſibilis homo, liceat illum ſculpere aut pingere? Reſpondeo: verũ quidem eſſe, ꝙ ſecũdùm formá ſerui, hoc eſt vt homo pingi & ſculpi poſſit. Nat⁹ eſt. n. ex Beata virgine, verſatus eſt cum hominib. operatus eſt miracula, paſſus, crucifix⁹

mortuus,

mortuus, ſepultus. Deinde aſcendit in cœlum, A quæ omnia, ſicut ſecundùm veritatem geſta ſunt, ita etiá viſa ab hominibus, & ſcripta ſunt. Qua ratione facilè intelligimus, quomodo infigurabilis iam figuretur: quomodo inuiſibilis olim, factus ſit viſibilis.

Conſequitur igitur iam pingi & ſculpi Chriſtum poſſe. Sed adhuc quæritur, an liceat. Certè ſi vlla occaſio daretur idololatriæ, præſtaret non pingi, ſi caueri poteſt, ne ſub prætextu pietatis irrepat ſuperſtitio, toleretur imago Chriſti: quæ certè ſi aliud commodi non habet, mo- B net non eſſe humanam naturam Chriſti ita deificatam, vt ampliùs non ſit vera & circumſcripta Chriſti humanitas, quemadmodum Eutyches olim, & Caſparus Stencfeldius noſtra ætate docuerunt.

Reſtat tertia quæſtio, num adoratio imaginis referatur ad archetypum, necne. Papiſtis placet, vt eadem ſit adoratio imaginis, & rei, quę repręſentatur imagine. Imaginis, inquiunt, C honor ad exemplaris transfertur honorem. Igitur cultus, qui imaginibus crucifixi & aliorum Sanctorum tribuitur, ipſi Chriſto & Sanctis exhibetur. Hanc ſuam ratiocinationem concludunt his verſibus:

Nam Deus eſt, quod imago docet, ſed non Deus ipſa:
Hanc videas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Hanc putridam rationem mutuati ſunt Papiſtę à Damaſceno, qui in hunc modum libro quarto Orthodoxæ fidei, capite decimoſeptimo ſcri- D bit: *Quia nonnulli nobis exprobrant, quòd adoramus & veneramur Saluatoris noſtri, & Reginæ noſtræ Deiparæ imaginem, inſuper & reliquorum Sanctorum & famulorum Chriſti: audiant quòd à principio Deus hominem ad ſuam imaginem fecerit. Huius igitur gratiâ inuicem adoramus, niſi quatenus ad imaginem Dei facti ſumus. Nam, vt inquit diuiloquus & magnus in diuinis Baſilius: Imaginis honor ad exemplaris transfertur honorem.*

Reſpondeo ad rationem Damaſceni: Nulla E imago poteſt ſculpi, Chriſti aut alicuius Sancti, ſecundùm eam partem, quæ eſt imago Dei. Non enim homo eſt imago Dei ſecundùm externa liniamenta, ſed ſecundùm animam, quatenus in ea lucet iuſticia & ſanctitas vera. Deinde quia imaginum adoratio nec mandatū, nec promiſsionem habet, addo quòd etiam à Gentibus prophanis accepta, eſt planè inutilis, & damnatur illo dicto: *Fruſtra me colunt mandatis hominum.* Tertiò, ex diametro pugnat cum man- F dato Dei, quod eſt Exodi capite vigeſimo, Deuteronomij capite quarto, Pſalmo nonageſimoſexto. Ideò probo dictum Clementis, qui ſcribit, antiquum ſerpentem per nonnullos verba huiuſmodi proferre: Nos ad honorem inuiſibilis Dei, imagines viſibiles adoramus.

Monachi, quò videantur acutiores, & non fruſtrà in palæſtra Ariſtotelis ſudaſſe, in hunc modum, ſi diis placet, concludunt. Idem eſt mo- G tus, quo quis fertur in imaginem rei, & in ipſam rem. Igitur eadé eſt veneratio, qua veneramur imaginem, & rem cuius eſt imago.

Reſpondeo. Monachi ſuis ratiocinationibus & ſeipſos & alios fallunt. Volunt videri ſapientes, cùm ſtulti ſint, & vani deprehendantur in ſuis dialogiſmis. Verùm pius contrà facit, quærit eum adorationis modum, quē verbum Dei ſibi commendat: nō quem ratio ſtulta ſine verbo Dei fingit, Ethnicorum more. Filius Dei, quem ſolum Magiſtrum ſalutis agnoſcimus, negat Patrem ſuum coli velle niſi ſpiritu & veritate, Iohannis capite quarto, quemadmodum ſuprà oſtendimus. Hoc modo contenti ſimus, relinquentes Papiſtis ſua idola.

Sextum genus cultus creaturarum, eſt veneratio reliquiarum, quas vocant, Sanctorum: vt ſunt veſtes, corpora, & partes corporum. Huius ſuperſtitionis fundamentum hoc iaciunt Papiſtæ: Nos adoramus reliquias Sanctorum, vt eum, cuius Martyres adoramus, honoremus, vt honor ſeruorum redundet in Dominum. Verùm hoc fundamentum valdè debile eſt, cùm deſtituatur firmitudine, quam ex verbo Dei habere deberet. Quare illud contemnamus, ac ſciamus hunc vnum honorem debere reliquiis Sanctorum tribui, vt terræ, de qua ſumptæ ſunt, mandentur, donec iuſtus Iudex mandauerit, vt rurſus de terra prodeant. Taceo quòd ſacrilegij genus ſit mortuorum corpora effodere, in partes ſecare, ad varia loca deferre, & vendere: quod ſanè vel Phocylides, Poeta ethnicus, damnârit, qui iubet ne mortuorum reliquias effodiamus: *Quia ſperamus*, inquit, *mortuos rurſus in lucem prodituros.*

Quàm variæ ſuperſtitiones circa reliquias Sanctorum excogitatæ ſint propter quæſtum, longum eſſet recenſere. Quidam particulas ad colla ſuſpendunt, religionis cauſſa. Nonnunquam in proceſsionibus Papiſticis oſtendūtur, vt à populo adorentur: interdum aqua, qua oſſa Sanctorum lota ſunt, datur cōtra certos morbos. Hæc & plura alia aucupia Pontificij excogitârunt, quæ quoniam manifeſtè impia ſunt, reliquias mortuorū Papiſtis relinquamus. De ſuperſtitione magica edidimus peculiarem tractatum, quare de ea huc plura non adiiciemus.

QVARTVS.

3 Et hæc facient vobis, quia non nouerūt Patrem, neque me.

Indicatio cauſſæ eſt, cur Iudæi Apoſtolos, & cur tyranni & Sophiſtæ Eccleſiam Chriſti ſemper perſequuntur. Eſt autem voluntaria & affectata ignorantiæ cauſſa, quòd nec Patrem, nec Filium nouerint Iudæi. Hi quidem exiſtimant ſe ſapere, & ſapienter facere, dum Chriſtum & eius membra ad mortem vſque perſequuntur: ſed miſerrimè deſipiunt, & ſtultis ſuis ratiocinationibus ſe aduerſus Deum, atq; eius conſilium armant in propriam perniciē & ſempiternum probrum. Si Scripturas in conſilium adhibuiſſent, & probè inter ſe contuliſſent, & Patrem & Filium nouiſſent. Hæ enim teſtantur, Patrem ex amore miſiſſe Filium, vt genus hu-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

manum ab æterno liberaret interitu, iuxta pri-
mam promiſsionem ſępius in Scripturis & ver-
bis claris, & typis illuſtribus, & figuris multi-
plicibus repetitá: de quibus quia ſingulare ſcri-
ptum edidi, cui titulus eſt, Demonſtratio, &c.
nolo hîc prolixior eſſe. Hoc tantùm addo, quòd
hæc Chriſti verba: *Hæc facient vobis, quia non no-
uerunt Patrem, neque me:* & conſolationem in per-
perſecutione, & commonefactionem de perſe-
cutoribus Eccleſiæ, contineant.

Conſolatio hæc eſt: Iudæi vos perſequen-
tur, quia ignorant Patrem & me. Igitur cauſſa
veſtra bona eſt, & illorum mala. Si autem ve-
ſtra cauſſa bona eſt, nolite dubitare, quin lætus
futurus ſit exitus perſecutionis veſtræ. Hoc ,pin
de ſit vobis ſatis. Hac cogitatione animos ve-
ſtros ſub cruce erigite.

Commonefactio eſt, quòd omnes qui perſe-
quuntur Eccleſiam, etſi ſibi ſapere videntur: ta-
men reuera deſipiant, olim ſuæ perſecutionis
mercedem, æternum exitium reportaturi. Si er-
go nobis aliquid aduerſi propter confeſsionem
Chriſti acciderit, veniet nobis in mentem di-
ctum Pauli, quo ipſe Philippenſes conſolatur,
capite primo: *Vno pariter animo decertate per fidem
Euangelij, nec in vlla re terreamini ab ijs, qui ſe oppo-
nunt: quod illis quidem eſt exitij ἔνδειξις, vobis verò ſa-
lutis, idq́ à Deo.* Solemur igitur nos communi
Eccleſiæ Chriſti ſorte, ac certiſsima liberatione
in Chriſto Ieſu, iuxta regulam Pauli: *Si cum illo
patimur, cum illo etiam regnabimus.* Non quòd no-
ſtra afflictiò ſit regni cauſſa, ſed via regni, idq́ue
ex ſapientiſsimo conſilio optimi Patris, qui vult
conformes fieri Filio in cruce, quos ſtatuit olim
glorificare. Statuit autem glorificare omnes,
qui in Filium crediderint, & in fide vſque ad fi-
nem perſeuerauerint, iuxta promiſsionem Do-
mini ac Magiſtri noſtri: *Qui perſeuerauerit vſque ad
finem, ſaluus erit.*

QVINTVS.

4 *Sed hæc locutus ſum vobis, vt cùm ve-
nerit hora illa, memineritis eorum, quæ ego di
xerim vobis.*

Etſi Dominus ſciuit Diſcipulos ſuos, vt iam
erant turbati & mœſti propter crucem, de qua
toties dixerat, non ſatis capere quæ dixerat: ta-
men hæc inculcat propter fructum, quem inde
percepturi erant, cùm viderent prædictioni re-
ſpondere euentum. Nam duplicem fructum in-
de percipient. Vnum, quòd inde colligant Ma-
giſtrum ſuum præſcium fuiſſe futurarũ & ſua-
rum & Eccleſiæ afflictionum. Alterum, quòd
inde concipiant fore, vt promiſſa gloria crucem
ſit ſecutura. Si enim prædixit crucem, & eue-
nit, haud dubiè etiam eueniet bonũ, quod præ-
dicendo promiſerat.

Hoc argumento haud dubiè conſolabantur
ſe Diſcipuli, & triduo illo, quo Dominus cru-
ci affixus eſt, & mortuus eſt, & iacuit in ſepul-
cro, & poſtea in miniſterio Apoſtolatus ſui, in
quo experti ſunt, quàm vera fuerit hæc Chriſti
A prædictio. Horum exemplo & nos colligamus
fructùm ex prædictionibus Chriſti, Propheta-
rum & Apoſtolorum. Pleraque quæ prædixe-
rant de perſecutione Eccleſiæ, partim euene-
runt, partim quotidie eueniunt. Ergo haud du-
biè euenient etiam, quę de gloria Eccleſiæ præ-
dixerat, quæ omnia concluſa ſunt ex dicto illo
Moſis, Geneſis capite tertio: *Inimicitias ponam in-
ter te & mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen eius,
ipſum conteret caput tuum, & tu conteres ei calcaneum.*
B Vt enim Chriſtus caput ſeminis mulieris vicit
ſerpentem: ita pij, qui ſunt membra ſeminis mu-
lieris, tandem ſuperabunt & Diabolum, & ſe-
men eius.

Modum victoriæ exprimit Iohannes, cùm
ait: *Hæc eſt victoria, quæ vicit mundum, fides veſtra.*
Firma igitur ſpe promiſſam victoriam in Chri-
ſto Ieſu capite noſtro expectemus, nihil moran-
tes carnis vanas argutias.

C SEXTVS.

*Hæc autem vobis ab initio non dixi, quòd
vobiſcum eram.*

Cur Dominus anteà ſuos Diſcipulos non
præmonuerit de perſecutione, quam erant ha-
bituri propter nomen ſuum, exponit. Cùm
præſens vobiſcum eram, carnali præſentia mea
vos confirmaui: quare non opus erat, vt vos
præmonerem de futura veſtri perſecutione. At
D nunc quia carne à vobis abero, præmoneo vos,
ne cùm venerit perſecutio, animũ deſpondea-
tis, tanquam eſſetis orphani & deſerti. Nam ta-
metſi à vobis ſubtraham carnẽ hanc viſibilem,
Spiritu tamen ſemper vobis adero.

Sed quomodo hæc congruunt cum narra-
tione aliorum Euangeliſtarum, qui teſtantur
Chriſtum ante Cœnam & de ſua & de Diſcipu-
lorum perſecutione prædixiſſe? Vna vocula, *ab
initio*, quæſtionem ſoluit. *Non dixi vobis hæc ab
E initio:* hoc eſt, ſtatim poſtquam vos mihi adiun-
xi Diſcipulos, ſed priùs vobis veluti elementa
quædam ſecuturæ perfectioris inſtructionis
tradidi.

Vel hoc modo ſolui poteſt quæſtio: Etſi an-
tea Dominus prædixit de perſecutione Diſci-
pulorum in genere, non tamen expreſsis cir-
cunſtantiis, quas hîc ponit. Ideô diuus Chryſo-
ſtomus ait: *Prædixit quidem antea, quòd flagella pa-
terentur Diſcipuli, non autem quòd mors eorum reputa-
F retur, vt Dei cultura.* Auguſtinus hæc verba refert
ad promiſsionẽ de Paracleto. quaſi dicat: Non
antea dixi vobis de Paracleto, ipſemet enim a-
deram vobis Paracletus.

DE SECVNDO.

PRIMVS.

5 *Et nunc vado ad eum, qui miſit me, &
nemo ex vobis interrogat me, quò vadis?*

G Præmonet Chriſtus Diſcipulos ſuos de ſuo
ad Patrem abitu, idque non interrogatus, vt
certiſsimum ſit Diſcipulis, quòd ad Patrem, qui
miſit

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

miſit illum, vadat. Hîc plures circunſtantiæ conſiderandæ ſe offerũt, quas breuiter aſcribemus.

Sunt autem hæ: prima, quis mittit: ſecunda, quis mittitur: tertia, quò mittitur: quarta, quomodo mittitur: quinta, ad quid mittitur: ſexta, quâ itur ad Patrẽ: ſeptima, quô venit ad Patrẽ: octaua, quid apud Patrem facit.

Quis mittit? Pater cœleſtis, amãs hominum, cupienſq́; perditis ſuccurrere. Fuit ergo amor Dei erga genus humanum cauſſa miſsionis, Iohannis cap. 3.

Quis mittitur? Filius æternus, æterni Patris, obtemperans Patri, & ſitiens ſalutem humani generis, mittitur.

Quò mittitur? In mundum ad homines peccato immundos, vt qui à Deo proditoriè defecerant ad ipſius hoſtem Diabolum.

Quomodo mittitur? Aſſumendo formam ſerui in vnionem perſonalem, eò quòd conceptus ſit in vtero Virginis ex Spiritu Sancto, natus ex Virgine verus Deus, & verus homo vna perſona. Nam manſit quod erat, & aſſumpſit quod non erat.

Ad quid mittitur? Vt ſit nobis à Deo ſapientia, iuſticia, ſanctificatio, & redemptio, 1. ad Corinthios, capite primo. Attulit enim verbum Patris, continens veram ſapientiam. Factus eſt obediens erga Patrem, cuius obedientia noſtra eſt iuſticia. Sanctificatus Patri nos ſanctificat: & victor peccati, mortis, inferni, Diaboli, noſter eſt Redemptor.

Quâ itur ad Patrem? Obedientiâ crucis, morte, ſepulturâ, reſurrectione & aſcenſione.

Quò venit ad Patrem? In cœlum, vbi eſt thronus maieſtatis diuinę. Tametſi enim Filius nunquam abeſt à Patre, nec Pater à Filio. Eſt enim Pater in Filio, & Filius in Patre, vt qui ſunt vnius & eiuſdem numero eſſentiæ. Ex quo fit, vt Pater & Filius vnus ſit Deus, qui nuſquam abeſt: tamen carne, quam aſſumpſit, aſcendit ſurſum in cœlùm, & ſupra omnes cœlos, vbi eſt thronus maieſtatis. Illic enim ſedet ad dexteram Patris, quemadmodum Scriptura teſtatur. Neque tamen à nobis abeſt, ſed ſemper Eccleſię ſuæ, iuxta promiſsionem, quæ eſt Matthæi 28. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi*, veriſsimè adeſt.

Adéſtne, inquies, & abeſt ſimul? Audi Auguſtinum hanc ἀντιλογίαν ex Scripturis ſoluentem, qui ita tractatu 50. in Iohannem, ait: *Secundùm præſentiam maieſtatis ſemper habemus Chriſtum, ſecundùm præſentiam carnis rectè dictum eſt Diſcipulis: Me autem ſemper non habebitis*. Et alibi: *Chriſto diſcedente corporaliter, non ſolùm Spiritus Sanctus, ſed & Pater & Filius illis affuit ſpiritualiter.* Cyrillus: *Nullus ambigit, cùm in cœlos aſcenderit, quamuis virtute Spiritus ſemper affuerit, præſentia tamẽ carnis abfuiſſe.*

Quid facit apud Patrem? Interpellat pro nobis, mittit ſuum Sanctum Spiritum in nos, dat dona hominibus, eoſque ſibi copulat & corporaliter & ſpiritualiter.

Pleraque harum circunſtantiarum continentur in dicto Domini ad Nicodemum, Iohannis A capite tertio: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum, nõ pereat, ſed habeat vitã æternam.* Vide quæ in iſtum locum Iohannis ſuprà annotauimus.

SECVNDVS.

6 *Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum.*

Etſi abitus Chriſti ad Patrem ſalutaris fuit B Diſcipulis: tamen eis ſummam triſtitiam attulit, cùm propter amorem quo illum præſentem proſecuti ſunt, tum propter ſolatium, quod ex præſentis doctrina & conuerſatione habebant. Verùm quia hic amor, etſi laudabilis & honeſtus erat: tamen quia non regebatur vero iudicio ad normam verbi, erat corrigendus. Ideò ſubiicitur:

TERTIVS.

C 7 *Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.*

Correctio erroris Diſcipulorum. Opponit enim vtilitatem abitus ſui ad Patrem triſtitiæ Diſcipulorum, eiq́ue mederi conatur promiſsione Spiritus Paracleti, quem ad eos miſſurum ſe promittit. Poteſt autem argumentum hoc modo concludi. Vtiliora ſunt anteponenda minùs D vtilibus. Vtilior vobis erit Paracletus, quem mittam vobis, quàm mea præſentia carnalis, ſcilicet peracto munere, ꝓpter quod miſſus ſum. Ergo Paracletus qui ad vos mittetur, præferendus eſt meæ carnali præſentiæ. Proinde non oportet vos adeò triſtes eſſe propter meum abitum, nec anteponere meam carnalem præſentiam Paracleto, quem ad vos mittam vbi abiero. Sed quomodo venit ad Diſcipulos Spiritus, qui nuſquam nõ adeſt? Venit non eſſentia, qua E vbique adeſt, idem Deus cum Patre & Filio: ſed virtute & efficacia, item viſibili forma, de qua hîc potiſsimùm loquitur. Vt ergo Filius Dei dicitur venire, non eſſentia diuinitatis, ſed aſſumptione carnis, qua etiam abire dicitur, & redire: ita Spiritus Sanctus dum viſibiliter apparet, venire dicitur. Quòd autem de efficacia loquatur Dominus, oſtendit epitheton. Nam Paracletus dicitur propter efficaciam ſuam in Diſcipulis. F Cur autem Spiritus Sanctus dicatur Paracletus, vide quæ ſuprà annotauimus capite decimoquarto, in hæc verba: *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.*

SECVNDA PARS.

Hæc ſecunda pars, vt ſuprà monuimus, expoſitionem officij Spiritus Sancti, & in mundo, & in Eccleſia cõtinet. Mundum arguet, Eccleſiam docebit. Huius igitur partis duo ſunt membra. Primum de Spiritus Sancti officio in mundo. G Secundum de Spiritus Sancti officio in Eccleſia. Vt enim contumaces cõuincit de errore: ita obſequentes ducet in omnem veritatem.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

DE PRIMO.

PRIMVS.

8 *Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, de iuſticia, & de iudicio.*

Cùm Dominus dicit: *Et cùm venerit ille*, ſignificatur modus quidam venturi Spiritus Sancti, hominibus antea incognitus: videlicet quòd viſibili forma ſit apparituruſ mundo. Nam alioqui nuſquam non adeſt, etſi inuiſibiliter. B Loquitur ergo Dñs abſq; omni dubio de eo aduentu Spiritus Sancti, qui contigit quinquageſimo die à reſurrectione Domini, qui dies Pentecoſte à numero dierum dicitur. Hic autem Spiritus ſic adueniens, arguet mundum, ſcilicet per miniſterium Petri, aliorumque Apoſtolorum, quod miniſterium ſua miraculoſa apparitione à Deo eſſe demonſtrauit, ſedens ſuper ſingulos Apoſtolorum.

C Miraculoſa ergo apparitio Spiritus Sancti ſuper Apoſtolos, & efficacia eiuſdem in illis, vt loquerentur variis linguis, & opponerent ſe toti mundo, loco euidentiſsimæ demonſtrationis eſt, qua mundus (id eſt, Iudæi, Pilatus & Herodes) conuincitur, etſi conuictus non credit totus. Sed qua de re arguet mundum? *Arguet*, inquit, *mundum de peccato, & de iuſticia, & de iudicio*: hoc eſt, conuincet contra mundum, peccatum eſſe quod mundus non iudicet eſſe peccatum; D & conuincet contra mundum, iuſticiam eſſe, quam mundus nõ iudicat eſſe iuſticiam; & conuincet cõtra mundum iudicium eſſe, quod mundus non iudicat eſſe iudicium. Hæc interpretatio grammatica optimè cum euentu congruit, quæ deſcribitur Actorum capite ſecundo. Quare illam aliis generalioribus interpretationibus antepono, etſi eas vtiles eſſe ſuo loco non nego.

SECVNDVS.

E 9 *De peccato quidem, quòd non credunt in me.*

10 *De iuſticia verò, quòd ad Patrem vado, & ampliùs non videbitis me.*

11 *De iudicio autem, quòd Princeps huius mundi iam iudicatus eſt.*

Expoſitio eſt. Exponit enim & declarat qđ nam ſit illud peccatum, & quænam iuſticia, & quodnam iudicium, de quibus Spiritus Sanctus quinquageſimo à reſurrectione Domini F die arguet mundum. Verùm hæc quia paulò obſcuriora ſunt, vt ſolent prędictiones eſſe, ſimpliciſsimè ea per collationem euentus cũ prædictionibus declaremus. Continent enim illuſtrem explicationem primę promiſsionis de ſemine mulieris contrituro caput ſerpentis, hoc eſt, deſtructuro opera Diaboli, vt Iohannes interpretatur, 1. Iohan. cap. 3. Senſus enim horum verborum abſque omni dubio hic eſt: Spiritus G Sanctus quinquageſimo à reſurrectione Domini die, conuincet aduerſus mundum, quòd Ieſus Mariæ filius ſit Chriſtus, ſeu Meſsias olim A promiſſus, & quòd ſit iuſtus, & quôd ſit victor Diaboli. Hæc enim tria complectitur præſens pericopa, qua declaratur prima promiſsio, de quibus ſigillatim dicemus.

De peccato quidem, quòd non credunt in me: hoc eſt, Spiritus Sanctus aduerſus mundum teſtabitur & conuincet peccatum eſſe, non credere Ieſum eſſe Meſsiam olim promiſſum, & viua fiducia in illum non recumbere, à quo ſolo ſalus eſt expectanda. Poſuit enim Dominus conſe- B quens pro antecedente & conſequente ſimul. Antecedit enim, ſtatuere Ieſum eſſe Meſsiam: ſequitur in illum credere, quæ duo coniuncta requiruntur ad ſalutem. Peccatum igitur mundi, hoc eſt, Iudæorum, qui Chriſtum occiderũt, eſt contumaciæ, qua ſuperbè opponunt ſe Deo Patri, qui miſit eis Filium, vt eum Meſsiam agnoſcerent, in eum crederent, & in eo ſaluarentur. Ita enim Spiritus Sanctus per os Petri Iudæos reos huius peccati peragit, Actorum capi- C te ſecundo: *Viri Iſraelitæ*, inquit, *audite verba hæc, Ieſum Nazarenum, virum demonſtratum à Deo erga vos, virtutibus & prodigiis & ſignis, quæ fecit per illum Deus in medio veſtri, ſicut vos ſcitis, hunc definito conſilio & præſcientia Dei expoſitum, cùm accepiſſetis per manus iniquorum, crucifixum interemiſtis.* Huius proinde contumaciæ, qua Chriſtum non agnoſcerent à Patre miſſum, vt in eum crederẽt, reos peragit Iudæos Spiritus Sanctus.

Putabant quidem illi ſe bonum opus facere, D dum ſe Ieſu opponerent, damnarent, crucifigerent. Nam illum cum iniquis, iuxta vaticinium, reputabant, iudicantes eum ſeditioſum aduerſus hierarchiam Moſaicam, & blaſphemum aduerſus Deum. Sed huius erroris ita eos conuincit Spiritus Sanctus die Pentecoſtes, quòd vno die vltra tria millia reſipuerint, & agnito ſuo peccato, Baptiſmum in remiſsionem peccatorum accceperint. Hac vera & genuina ſententia verborum Domini cõſtituta, nihil vetat dictum E ad theſin transferre, hoc eſt, ad generalem doctrinam de officio Spiritus Sancti, qui ſemper arguit mundum de peccato ꝑ miniſterium verbi, commendatum Eccleſiæ.

De iuſticia verò, quòd ad Patrem vado, & non ampliùs videbitis me: hoc eſt, Spiritus Sanctus aduerſus mundi peruerſum iudicium conuincet, quòd verè ſit iuſticia, quam mundus non putat eſſe iuſticiam. Mundus autem non putat iuſticiam eſſe obedientiam Chriſti, qua ipſe non ſo- F lùm Legem impleuit perfectè: verùm etiam qua erat obediens Patri vſque ad mortem crucis, vt in ſe credentibus ſit iuſticia, qua iuſtificentur coram Deo. Spiritus Sanctus igitur eos de hoc errore conuincet, & Chriſtum verè iuſtum eſſe, & iuſtificatorem in ſe credentium, oſtendet.

Fuit ergo duplex in hac re Iudæorum error. Vnus, quòd Chriſtum iniuſtum & ſe iuſtos putârunt. Alter, quòd propriam iuſticiam ſtabi- G lientes, noluerunt ſubiici iuſticiæ Dei, vt iuſtificarentur ex fide Ieſu Chriſti. Sed quomodo hoc conuincet Spiritus Sanctus, & quomodo demonſtrabit

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

demonſtrabit Chriſtum eſſe iuſtum? Certiſsimo ſigno, videlicet ex eo, quòd Ieſus abierit ad Patrem, hoc eſt, quòd victa morte reſurrexerit, & ad Patrem quadrageſimo die à reſurrectione aſcenderit. Hæc enim reſurrectio & aſcenſio ad Patrem, argumentũ eſt iuſticiæ Chriſti, quemadmodum Spiritus Sanctus ore Petri clariſsimè Scripturis demonſtrauit, Actorum capite ſecundo: *Quem Deus*, inquit, *ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſsibile erat teneri illum ab ea*. Rationem ſubiungit ex Pſalmo decimoſexto: *Nec dabis Sanctum tuum videre corruptionẽ.* Hanc prophetiam conuincit Spiritus Sanctus completam eſſe in Ieſu, ex quo liquidò apparet, illum ſanctum & iuſtum eſſe, contra ſententiam Iudæorum, qui illum tanquam iniuſtum condemnarunt, ipſi iniuſtiſsimi, vt qui collocarent maximam iuſticiæ partem in eo, quòd Ieſum crucifigerent.

Concluditur præſens argumentum breuius in hunc modum: Sanctus in ſe, id eſt, perfectè iuſtus non corrumpitur & putreſcit in ſepulchro (quia corruptio & putredo eſt pœna peccati.) Igitur qui nõ corrumpitur & putreſcit, eſt ſanctus, & perfectè iuſtus. Proinde Chriſtus, qui anteuertit putredinẽ reſurrectione ſua glorioſa, ſanctus & perfectè iuſtus eſt. Hanc doctrinam hodie quoque, & vſque ad vltimum diem, Spiritus Sanctus in verbo reuelat, probatque ſolum Chriſtum iuſtum eſſe. 1. Iohan. cap. 2. *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantùm, ſed pro totius mundi.* Ex hac doctrina ſequitur, quòd nullius hominis iuſticia, niſi ſolius Ieſu Chriſti conſiſtat coram tribunali Dei.

Proinde nemo Legis operibus, nemo meritis ſuis iuſtificatur coram Deo. Sed hæc doctrina aliàs latiùs explicatur. Sed quid eſt quod addit: *Et ampliùs non videbitis me*. An non poſtea Chriſtum viderunt Apoſtoli? Reſpondet diuus Auguſtinus per diſtinctionem: *Non videbitis me humilem, ſed excelſum: non videbitis mortalem, ſed ſempiternum: non videbitis iudicandum, ſed iudicaturum.*

De iudicio autem, quia Princeps huius mundi iudicatus eſt: hoc eſt, Spiritus Sanctus contra Iudæos, iniquè iudicantes, conuincet iudicium eſſe, quod illi negant eſſe iudicium. Negant autem victoriam Chriſti ſuper Sathanam, quem ſua glorioſa reſurrectione ſuperauit, eſſe iudicium. Sed eorum errorẽ refutabit Spiritus Sanctus quinquageſimo à reſurrectionis Domini die. Nam cùm regnum Satanæ potiſsimùm eſt ſub morte tenere captiuos, & Chriſtus reſurgendo vicit mortem, id quod Spiritus Sanctus conuicit: ſatis manifeſtum eſt Diabolum iudicatũ à Chriſto: hoc eſt, victum eſſe.

Obſeruetur ergo in vocabulo iudicij metalepſis Hebraica. Fit autem hoc modo nominis tranſmutatio: Iudicium propriè eſt ſententia Iudicis, qua is vel condemnat aliquem, vel iuſtificat. Condemnat quidem, pronunciando reum peccati: Iuſtificat verò, abſoluendo à peccati reatu. Proinde vt iudicatus victus: ita iuſtificatus victor habetur. Cùm ergo Diabolus hic dicitur iudicatus à Chriſto, ſignificatur quòd is quidem victus, Chriſtus verò victor ſit. Hinc facile eſt videre, quomodo vocabulum iudicij per metalepſin tranſmutetur, vt ſignificet nunc victoriam, nunc ἥττημα. Porrò huius victoriæ meminit rurſus Chriſtus in fine huius capitis, cùm ait: *Confidite, ego vici mundum*. Hinc etiam deſumpſit Iohannes hoc dictum: *Hæc eſt victoria, quæ vicit mundum, fides veſtra.*

Porrò de hoc iudicio, ſeu victoria Chriſti ſuper Diabolo, loquitur Spiritus Sanctus per os Petri, prophetiam Dauidis conferens cum euentu: *Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea.* Eſt enim hæc oratio victoris Chriſti Domini noſtri.

Cæterùm iudicium mundi, hoc eſt, Iudæorum, qui interfecerunt Chriſtum, eſt, quòd Chriſtus mortuus, reuera eſſet iudicatus, & teneretur verè victus ſub mortis imperio. Sed reſurrectio Chriſti, de qua teſtatur Spiritus Sanctus, vanitatem Iudæorum coarguit. Hactenus diximus de ſententia præſentis prophetię Chriſti, quam ſententiam ex collatione euẽtus cum prophetia extruximus. Alij dictum Domini ad perpetuum Spiritus Sancti officium in Eccleſia referunt. Nam vt vſus miraculi, videlicet apparitio viſibilis Spiritus Sancti, perpetuus eſt in Eccleſia: ita etiam ea coniunctio, qua Spiritus Sanctus conuicit mundum de peccato, & de iuſticia, & de iudicio, perpetuum teſtimonium erit contra mundum, qui Chriſto aduerſatur. Contra mundum dico, quia Spiritus Sanctus non arguit Eccleſiam de hoc peccato: quia Eccleſia credit Ieſum eſſe Meſsiam. nec de iuſticia, quia Eccleſia ſtatuit Ieſum eſſe iuſtum, & iuſtificantem credentes. nec de iudicio, quia Eccleſia nouit, & in ſe ſentit Ieſum eſſe victorem peccati, mortis, inferni, Diaboli, iuxta vocem eius: *Confidite, ego vici mundum*. Item Apocalypſis capite tertio: *Ego vici & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Quòd ergo Ieſus ſit Meſsias, quòd ſit iuſtus, quòd ſit victor Diaboli, materia Euangelij eſt: id quod Euangeliſta noſter infrà indicat, cùm ait, capite vigeſimo: *Hæc ſunt ſcripta, vt credatis, quòd Ieſus ſit Chriſtus Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius*. Habere autẽ vitam, eſt eſſe iuſtum & victorẽ mundi, in Chriſto iuſto & victore mundi.

Porrò qui ex hac Chriſti prophetia, de officio Spiritus Sancti, arguentis mundum de peccato, quòd non credant in Chriſtum, probare nituntur, quòd Euangelij ſit prædicare & annunciare pœnitentiam, hoc eſt, (vt illi quidem loquuntur) arguere peccatum, viderint ipſi quàm firmo nitantur fundamento. Certè parum conuenire videtur cum concione Petri in Actis Apoſtolorum, capite ſecundo, vbi Spiritus Sanctus complet prophetiam Domini, & conuincit Iudæos de peccato contumaciæ aduerſus Deum voce Legis. Nam poſtquam Iudæi conuicti ſunt de peccato, compunguntur

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

corde, propterea quòd contumaciter ſe oppo-
ſuerint Deo, & quòd Chriſtum innocentem à
Deo miſſum occiderint. Sic cõpuncti & dubij
quid faciant, vtpote deſperationi vicini, dicunt
Petro & aliis Apoſtolis: *Quid faciemus viri fratres?*
Hæc omnia fuiſſe τῆς μεταμελείας, hoc eſt, diſplicen
tiæ facti, (quæ facti diſplicentia & dolor ob cul-
pam, fuit paraſceue ad μετάνοιαν, quam nos voca-
mus pœnitentiam; ad quam inuitat vox Euan-
gelij) indicat reſponſum Petri. Nam conuictis à
Spiritu Sancto, & compunctis corde, dixit: με-
τανοεῖτε, id eſt, agite pœnitentiam, ſeu conuerti-
mini ad Deum. Quòd autem hanc μετάνοιαν, ſeu
pœnitentiam, ſiue conuerſionem vult fieri per
fidem in Ieſum Chriſtum, oſtendit clariſsimè,
cùm addit: *Et baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in no
mine Ieſu Chriſti, in remiſsionẽ peccatorum veſtrorum:*
hoc eſt, in teſtimonium, quòd Deus vobis pœ-
nitentibus & conuertentibus vos per fidem in
Ieſum Chriſtum remittat peccata veſtra. Hinc
manifeſtè apparet, quòd conuictio illa, qua Spi-
ritus Sanctus conuincit hominem de peccato,
non ſit prædicatio pœnitentiæ, quæ in Scriptu-
ra appellatur μετάνοια, id eſt, conuerſio cordis ad
Deum per fidem in Ieſum Chriſtum: ſed para-
ſceue quædam, eaque neceſſaria, qua ſternitur
via voce Legis ad prædicationem pœnitentiæ,
quæ eſt Euangelij propria. Verùm quia neceſ-
ſariò pœnitentiam; quæ eſt ſalutaris conuerſio
hominum, præcedit diſplicẽtia facti, ſeu contri-
tio, & ſequitur nouitas vitæ, quidam ſynecdo-
chικῶς pœnitentiæ vocabulum accipiunt, ac tres
eius partes faciunt: contritionem videlicet, fi-
dem & nouitatem vitæ. Quarum prima propriè
eſt pars antecedens. Secunda, formalis: per eam
enim fit conuerſio. Tertia conſequẽs. Sed tunc,
vt dixi, accipiunt vocabulum pœnitentiæ figu-
ratè, & non propriè. Nam propriè conttitio eſt
paraſceue ad ſalutarem pœnitentiam. Nouitas
vitæ effectus eſt neceſſarius. Ipſa autem μετάνοια
propriè loquendo, fit per ſolam fidem in Ieſum
Chriſtum, quemadmodum concio Petri abſq;
omni errore euincit.

DE SECVNDO.

Suprà dixi, hoc ſecundum membrum conti-
nere officium Spiritus Sancti in Eccefia, quæ
credit Ieſum eſſe Meſsiam, nouit iuſtum, expe-
ritur victorem peccati, mortis, inferni, Diaboli.
Membrũ articulis noſtro more diſtinguemus.

PRIMVS.

12 *Adhuc multa habeo quæ dicam vobis:
ſed non poteſtis portare modò.*

Dominus præmoniturus Diſcipulos de Spi-
ritu Sancto, ducturo eos in omnem veritatem,
cauſſam reddit, cur ipſe modò per ſe non doceat
eos, pleneq; inſtruat. Cauſſam autem hanc eſſe
ait, quòd adhuc minus idonei ſint ad capienda
ea myſteria, quorum, dato Spiritu Sancto, erũt
capaces. Etſi enim antea ſalutis conſequendæ
habebant cognitionem: tamen ea cognitio fuit

A tanquam lac, quæ poſtea facta eſt ſolidus cibus.
Idem enim Chriſtus crucifixus & lac eſt ſugen-
tibus, & proficientibus ſolidus cibus, vtriſque
in ſalutem. Ideò Paulus ait ſe nihil ſcire præter
Chriſtum, eumque crucifixum. Quare & ſapien
tiam Dei definit eſſe prædicationem de Chriſto
crucifixo credentibus in ſalutem.

Quid? Potuitne Chriſtus ſtatim dare Spiri-
tum Sanctum, quo per ipſum in momento ple-
niſsimè Diſcipuli de omnibus myſteriis infor-
B marentur? Potuit quidem, ſed non voluit. Cur
non voluit? Vt omnia ordine iuxta decretum
diuinum fierent. Quicquid enim quis facere po
teſt, tum demum, ſi ſapit, id facit, quando fieri
expedit. Sicut ergo voluit ſuam mortem & im-
becillitatem carnis precedere gloriam & poten
tiam regni ſui, etſi aliter facere potuiſſet: ſic vo-
luit in Diſcipulis tentationes, infirmitates, pa-
uores & elementarem veluti doctrinam præce-
dere victoriam, robur animi, læticiam & abſolu-
C tam ac claram myſteriorum Dei cognitionem.
Ad eundẽ modum hodie nemo fit repentè my-
ſteriorum Dei peritiſsimus, ſed paulatim profi-
cimus, acri ſtudio & ardenti inuocatione Dei.
Nemo ergo ſegneſcat in ſchola Chriſti, nec de-
ſperet, ſi omnia myſteria ſtatim non perceperit:
ſed potiùs oret, laboret, legat, audiat, quò profi-
ciat magis. Non expectet Enthuſiaſmos cum
Stenckfeldianis & Anabaptiſtis: ſed ex Chriſti
mandato & conſilio Scripturas ſcrutetur, eaſq;
D interroget. Sic enim Dauid ait: *Teſtimonia tua
Domine, viri conſiliarij mei.* Item: *Lucerna pedibus
meis verbum tuũ, & lumen ſemitis meis.* Ideò Eſaias
quoque mittit ad Legem & teſtimonium. Eſt e-
nim Lex (id eſt, doctrina cœleſtis, tradita in Mo
ſe, Prophetis & Apoſtolicis ſcriptis) & teſtifica-
tio diuinæ erga nos voluntatis, & norma benè
beateque viuendi.

Porrò verbis Domini, vt olim ante Papatum
hæretici: ita Papiſtæ ad ſuos errores ſtabilien-
E dos abuſi ſunt. Hæretici, vt Nicolaitæ, Liberti-
ni, Gnoſtici, & alij multi abſurdiſsimas ſuas opi
niones, indignas ſanè quæ nominentur, obtru-
dentes Eccleſiæ, defenderunt ſe hoc dicto Do-
mini: *Non poteſtis portare modò:* affirmãtes ea, quæ
ex impuro ſpiritu hauſerunt, eſſe ſuggeſtiones
Spiritus Sancti, de quibus Dominus præmo-
nuerat. Papiſtæ ſuas ceremonias & traditiones
eodem tuentur argumento. Gnoſticis, aliiſq;
eius generis hæreticis hoc ſit reſponſum: Spiri-
F tus Sanctus non poteſt eſſe contrarius Chriſto,
cùm ſit eius ſpiritus, & ab eo accipiat, quæ do-
ceat. Quicquid ergo pugnat cum concionibus
Chriſti, cum ſcriptis Euangeliſtarum & Apoſto
lorum, non poteſt iſtis foliis tegi. Papiſtas refu-
tat textus, cùm ait: *Sed non poteſtis portare modò.*
Quid facilius, quæſo, portatu eſt ceremoniis?
Deinde cùm regnum Chriſti ſit ſpirituale, non
eſt putandum quòd Chriſtus de ceremoniis ſit
locutus. Sed quid opus eſt multis? Chriſtus hîc
G loquitur de Diſcipulis præſentibus, & eorũ ple-
niori inſtructione, quam contigiſſe ipſo die pen
tecoſtes, nemo pius dubitare poteſt. Adhæc cũ
Paulus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Paulus dicit: *Regnum Dei non eſt eſca & potus.* Et
rurſus: *Anathema ſit, qui docuerit aliud Euangelium.*
ſequitur ꝙ Dominus nec de ceremoniis, nec de
nouo doctrinæ genere hîc agat. Simus ergo con
tenti Scripturis, & ſuſpectos habeamus omnes
quorumcunq; Enthuſiaſmos, ac firmiſsimè ſta-
tuamus, quòd quicquid ex ſe ipſis proferunt hò
mines quicunq;, nihil aliud ſit quàm corrupte-
la verbi.

SECVNDVS.

13 *Cùm autem venerit ille, qui eſt Spiri-
tus veritatis, introducet vos in omnem veri-
tatem.*

Hanc promiſsionē ideò ſæpius inculcat Do-
minus, vt cùm completa fuerit, non amplius flu
ctuent Diſcipuli opinionibus: ſed & firmiſsimè
perſuadeant ſibi, quòd Ieſus ſit à Patre miſſus,
vt in ipſum viuâ fiduciâ recumbant, quo ſaluen-
tur, vt quæ coram mundo hoc, veritatis Spiritu
roborati, teſtimonia perhibeant de Chriſto. Etſi
autem ſuprà capite decimoquarto diximus, cur
Spiritus Sanctus dicatur Spiritus veritatis: ta-
men hîc paulò diſtinctius idem repetemus. Poſ-
ſunt autem quinque cauſſæ numerari, cur Spi-
ritus Sanctus, Spiritus veritatis cognominetur.

Prima, quia ipſe in ſe verax eſt.
Secunda, quia teſtimoniū perhibet veritati.
Tertia, quia docet veritatem.
Quarta, quia facit veraces.
Quinta, quia veraciter eſt efficax in Sanctis.

In ſe verax eſt, quia Pater & Filius & Spiritus
Sanctus vna eſſentialis veritas eſt, vt vna boni-
tas. Quicquid ergo ab eo eſt, veritas eſt & vera
bonitas.

Teſtimonium perhibet veritati, vt ſuprà di-
ctum eſt capite decimoquinto: *Cùm venerit Pa-
racletus ille Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, ille
teſtimonium perhibebit de me.* Perhibet etiam hic
Spiritus teſtimonium aduerſus mendaciū mun
di, negantis Ieſum eſſe Meſsiam, iuſtum & vi-
ctorem Diaboli. Opponitur proinde hic Spiri-
tus veritatis ſpiritui erroris, id eſt, & Diaboli,
qui primos noſtros parentes ſeduxit: & mundi,
in quo Diabolus ipſe efficax eſt.

Docet veritatem, vt hîc dicitur, ὁδηγήσει, id eſt,
deducet vt dux itineris in omnem veritatem, id
eſt, plenam cognitionē eorum, quæ ſalutis ſunt,
hoc eſt, in noticiam Dei, & voluntatis ipſius er-
ga homines, in noticiam veri cultus Dei.

Veraces facit, vt homines ad Deum ꝑ fidem
conuerſi, veritatis ſint ſtudioſi, fugiantque men
dacia vt venena Diaboli.

Veraciter eſt efficax in Sanctis: quomodo au-
tem efficax ſit, docent & appellationes, quas tri-
buit ei Scriptura & ſymbola, quibus viſibiliter
demonſtratus eſt Spiritus Sanctus in nouo Te-
ſtamento.

De Appellationibus.

In enumeratione appellationum, quæ tri-
buuntur Spiritui Sancto, ordinem operatio-
num Spiritus Sancti in Eccleſia, quantum fieri
A poteſt, ſeruabimus: quarum hæ ſunt præcipuæ,
ex quibus cæteræ intelliguntur.

Prima. Dicitur Spiritus arguens. Eſt enim ef-
ficax Spiritus Sanctus in voce Legis, ad incu-
tiendum terrorē, & omnibus peccatoribus pro-
miſcuè, vt conuertātur: & hoſtibus Chriſti con
tumacibus in ſpecie, vt condemnentur, ſi reſipi-
ſcere nolunt. Huius operationis reſpectu Pau-
lus Spiritum Sanctum vocat Spiritum ſeruitu-
tis: *Non accepiſtis,* inquit Rom. 8. *Spiritum ſeruitutis*
B *rurſus in timorē.* De hac operatione Spiritus San-
cti loquitur Eſaias, cùm ait: *Spiritu labiorum ſuo-
rum interficiet impium.* Huc & illud pertinet: *Spiri-
tus arguet mundum de peccato.* Quòd ergo prædica-
tio Legis ſit efficax ad mortificandum, opus Spi
ritus Dei eſt.

Secunda. Dicitur Spiritus gratiæ, ſcilicet fi-
dei, regenerationis, adoptionis, & libertatis. Hęc
enim quatuor cohærent inſeparabiliter. Zacha-
riæ 12. *Effundam ſuper Ieruſalem Spiritum gratiæ.* Di-
C citur autem Spiritus gratiæ, quia Spiritus San-
ctus ad prędicationem Euangelij penetrat in a-
nimos auditorum, & inſtillat ipſis ſenſum gra-
tiæ: vnde & viua fides concipitur, & arcana ope-
ratione Spiritus regeneratur homo credens, &
efficitur Filius Dei, liber à morte, damnatione,
& à tyrannide Diaboli. Spiritus fidei meminit
Paulus 2. Cor. 4. *Habentes eundē Spiritum fidei.* Spi-
ritus regenerationis meminit ad Tit. 3. *Saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiri-*
D *tus Sancti.* De Spiritu adoptionis loquitur idem
Paulus Rom. 8. *Accepiſtis Spiritum adoptionis, in quo
clamamus Abba Pater.* Cum hac adoptione vera
libertas coniuncta eſt: *Vbi Spiritus Dn̄i, ibi libertas.*

Tertia. Dicitur Spiritus ſanctificationis, hoc
eſt, mortificationis carnis, & viuificationis Spi-
ritus in iuſtificatis. Paulus Rom. 8. *Si Spiritus e-
ius, qui excitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis, qui
excitauit Chriſtum à mortuis, viuificabit etiam morta-
lia veſtra corpora per inhabitantem eius Spiritum in vo*
E *bis.* Item: *Si Spiritu actiones carnis mortificaueritis, vi-
uetis.* Hæc ſanctificatio, quæ fit ꝑ Spiritum San-
ctum, pendet ex merito mortis & reſurrectionis
Domini. Ad Rom. 6.

Quarta. Dicitur Spiritus ſapientiæ. Paulus
ad Epheſios, cap. 1. *Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti
Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ in agnitione
ipſius.* Et Paulus ſuos Philippenſes monet, vt ma
gis magisque abundent in omni cognitione &
ſenſu. Eſaias cap. 11. prædicat hunc Spiritum eſſe
F ſapientiæ & intelligētiæ, & conſilij, quæ ita iux-
ta Patrum ſententiam diſtinguuntur. Sapien-
tia ſita eſt in cognitione & dilectione ſummi bo
ni. Intelligentia eſt donum myſteria Scripturæ
eruendi & explicandi, vt Danieli data eſt intel-
ligentia viſionum. Et Dauid hàc precatur, cùm
ait: *Da mihi intellectum, & ſcrutabor Legem tuam, &
cuſtodiam illam in toto corde meo.* Conſilium eſt, quo
nos poſſumus in rebus perplexis expedire. Sciē
tiam hoc loco collocant in conuerſatione & re-
G rum adminiſtratione.

Quinta. Dicitur Spiritus timoris, ſcilicet ſan-
cti, Eſaiæ 11. Naſcitur autem hic timor ex fide,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

operante Spiritu Sancto. Hic facit vt imperata à Deo promptiſsimè faciamus, & vt diligentiſſimè vetita caueamus. Breuiter, hic timor eſt purus colendi Deum affectus promptiſsimus, iuxta illud Dauidis: *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.*

Sexta. Spiritus roboris, ſeu fortitudinis dicitur, Eſaiæ 11. & Pſal. 51. ita enim ait: *Spiritu principali confirma me.* Spiritus ergo Sanctus nos verè fortes & inuictos reddit, vt nec illecebris vllis molles efficiamur, nec aduerſis deiiciamur, nec proſperis efferamur. In his enim ſita eſt vera animi fortitudo.

Septima. Dicitur Spiritus precum. Zachariæ cap. 12. *Effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem Spiritum gratiæ & precum.* Spiritus Sanctus, Spiritus precum dicitur, quia facit, vt cùm cruce premimur, & videmur ſuccumbere in lucta, confugiamus ad Deum, eumque inuocemus. Ideò alibi dicitur ad Rom. 8. *Spiritus pro ſanctis interpellat gemitibus inenarrabilibus.* Et Paulus ad Gal. 4. *Quoniam eſtis filij, miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra, clamantem Abba Pater.*

Octaua. Spiritus Paracletus cognominatur, hoc eſt, vt antea declarauimus, aduocatus, conſolator, hortator. Aduocatus in tentationibus, Conſolator in afflictionibus, Hortator in laboribus. Huius vis in ardenti inuocatione Dei ſentitur maximè. tum enim teſtimonium dat ſpiritui noſtro de fauore, quo Pater nos in Filio complectitur.

Nona. Dicitur Spiritus amoris. Vnde Paulus: *Fructus Spiritus eſt charitas.* Cum hac coniungitur gaudium, pax, veritas, benignitas, bonitas, manſuetudo, temperantia. ad Gal. 5. & 1. Ioh. 4. dicitur: *Deus charitas eſt, & qui in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo.* Nam vt agens naturale id intendit, vt id in quod agat, ſibi ſimile reddat. Cùm ergo Spiritus Sanctus ſit amor Patris & Filij, facit vt & nos Patri & Filio & Spiritui Sancto vero amore iungamur, & vt nos ipſi, alij alios ſincero proſequamur amore. Bernhardus inquit: *Deus charitas eſt, quid precioſius? & qui manet in charitate, in Deo manet, quid ſecurius? & Deus in eo, quid iucundius?*

Decima. Spiritus arrhabonis. ad Epheſ. 1. *In Chriſto credẽtes, obſignati eſtis Spiritu promiſſionis Sancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, in redemptionẽ, in laudem gloriæ Dei.* 1. Cor. 1. *Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus eſt, qui etiam obſignabit nos, deditq́; arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris.* Eſt autem arrhabo & pacti ſymbolum, & pignus datum in certitudinem rei promiſſæ. Arrhabo ergo hæreditatis noſtrę eſt pignus in certitudinem hæreditatis nobis donatum.

De Symbolis.

Spiritus Sanctus duobus modis miſſus fuiſſe legitur: videlicet, inuiſibiliter & viſibiliter. Inuiſibiliter quidem, cùm mentibus hominum, ſeriò conuertentium ſe ad Deum, inhabitet, cuius præſentia & inhabitatio ex operationibus, quas enumeraui, cognoſcitur. Viſibiliter verò, cùm

A aliquo ſigno externo eius præſentia efficax demonſtratur. Vocatur autem huiuſmodi ſignum externum ideò ſymbolum, quia comparatione, ſiue ſimilitudine quadam docet qualis ſit actio Spiritus Sancti in hominibus. Symbolorum igitur proprietates accommodandæ ſunt Spiritui Sancto, vt quid efficiat in nobis, ex ſimilitudine actionum intelligatur. Occurrunt autem in nouo Teſtamento quinque ſymbola, quibus ſenſibiliter præſentia Spiritus Sancti demonſtrata eſt, quæ ordine proponamus & B declaremus.

Primum eſt columba. Spiritus Sanctus enim ſuper Chriſtum baptizatum apparuit in ſpecie columbæ. Nam vt columba animal ſimplex eſt, pacificum, manſuetum, felle carẽs, & mundum: ita Spiritus Sancti operatio eſt, quòd homines fideles, in quibus habitat, ſint ſimplices, pacifici, manſueti, ſine violẽtia & inuidia, puritati & innocentiæ ſtudentes.

C Secundum eſt lucida nubes in transfiguratione Domini. Matth. cap. 17. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eum.* Hanc lucidam nubem ſymbolum fuiſſe Spiritus Sancti, nõ eſt dubium. Nã vt in baptiſmo Domini, ſic & in transfiguratione, myſterium Trinitatis oſtenditur. Ratio ſymboli hæc eſt: Vt nubes eleuatur è terra, & pluuiam generat, & refrigerium præſtat laborantibus: ita Spiritus Sanctus hominũ corda ſurſum leuat, rigat gratiâ, & reficit.

D Tertium eſt flatus. Iohan. 20. *Inſufflauit in eos, & dixit: Accipite Spiritum Sanctum.* Nam vt flatus agilis eſt, velociter mouetur, & eſt neceſſarius ad vitam conſeruandam: ita Spiritus Sanctus facit homines agiles ad obediendum Deo, & eorum vitam conſeruat, ne deficiant.

Quartum ignis. Act. 2. *Sedit ſupra ſingulos eorum tanquam ignis.* Nam ſicut ignis purgat, mollit, cõſolidat, illuminat, inflammat, calefacit: ſic Spiritus Sanctus hominem, in quo eſt, purgat, dum E à vitiis eum abſtinere facit: mollit, dum ex corde lapideo carneum, id eſt, molle, vt Lex Dei in eo ſcribi poſsit, facit: conſolidat, dum fortes reddit aduerſus tentationes & crucem: illuminat, dum mentem vera Dei noticia illuſtrat: inflammat & calefacit, dum hominis ſpiritum inflammat vera dilectione Dei & proximi.

Quintum lingua, Actorum capite ſecundo. Nam vt lingua loquitur verba, quæ auribus capiuntur: ita Spiritus Sanctus in corde loquitur, F cùm eſt efficax in prædicatione Euãgelij. Quòd autem diſpartitæ linguæ apparuerũt, ſignificabatur, quòd per omnes linguas nationum Chriſtus eſſet prædicandus, in quibus Spiritus Sanctus futurus erit efficax.

Eſt & hoc notatu dignum, quòd Spiritus Sanctus nuſquam conferatur terrę: ſed reliquis elementis, igni, aquæ, aeri: homines autem terræ comparãtur. Vt enim terra manet ſterilis & infœcunda, ſine calore, vapore & motu: ita hoG mines ſine Spiritu Sancto calefaciente, rigante, agitante planè ſteriles & infœcundi manent.

TERTIVS.

Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audierit loquetur, & quæ futura ſunt annunciabit vobis.

His verbis ſignificat Dominus, quòd Patris & Filij & Spiritus Sancti vnum ſit verbum, & vna voluntas. Filius vt Patris legatus, à Patre accepit verbum, & reuelauit hominibus verbo voluntatem Patris Spiritus Sanctus idem verbũ à Patre & Filio audit, & accipit, quia mittitur à Patre & Filio, vt Diſcipulos Domini in omnẽ veritatem ducat. Patres in hunc modũ explicant: Non loquetur à ſemetipſo, id eſt, non loquetur ſine me, & ſine meo Patriſq; arbitrio: quia non ex ſe eſt, ſed ex Patre & me procedens vtriuſque Spiritus. Auguſtinus autem in hunc modum: *Quia non eſt à ſemetipſo, ſed ab illo, à quo procedit, à quo illi eſt eſſentia, ab illo ſcientia: ab illo igitur audientia, quod nihil aliud eſt, quàm ſcientia.* Quod autẽ addit, *Et quæ futura ſunt, annunciabit vobis*: accipiendum eſt in genere de duobus regnis neceſſariis Antichriſti & Chriſti, eorumque adminiſtratione & diſsidiis.

QVARTVS.

14 Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Exponit Dominus quid loquatur Spiritus Sanctus, quibus, & in quem finem. Quid loquetur? Quod à Chriſto acceperit, hoc eſt, verbum Chriſti, quod eſt Euangelium. Non ergo addet Spiritus Sanctus, vel philoſophica, qualia obtrudunt Eccleſiæ Sophiſtæ, vel ceremonialia, vel pugnantia cum concionibus Chriſti, literis mandatis.

Quibus loquetur? *Annunciabit vobis*, inquit, non quidem externa voce, ſed interna inſpiratione, vnde θεοδίδακτοι dicti ſunt Apoſtoli. Nos autem quæ ab illis tradita ſunt, ordinato diuinitùs modo percipiemus, id eſt, per vocale miniſterium Eccleſiæ, acre ſtudium, & ardentem inuocationem. Nihil ergo patrocinatur hic locus Anabaptiſtis, qui fingunt ſe reuelationibus diuinis, non vocali miniſterio, inſtitui in iis, quæ ad ſalutem pertinent.

In quem finem loquetur? Vt glorificet Chriſtum. Hęc Chriſti gloria in quatuor potiſsimùm ſita eſt: videlicet, in vera cognitione Chriſti: in vero ipſius cultu: in victoria ipſius ſuper morte & Diabolo: in ſaluatione plurimorũ, id eſt, omnium credentium Euangelio.

Notetur hîc quod Euangelij miniſterium in Scholis & in Templis deſtinetur glorię Chriſti propagandæ & celebrandæ inter homines.

QVINTVS.

15 Omnia quæ habet Pater mea ſunt, propterea dixi, quòd de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Verbo quod allaturus eſt Spiritus Sanctus, autoritatem conciliat ex eo, quòd ſit & ſuum & **A** Patris verbum. Pater ergo & Filius & Spiritus Sanctus idem Euangelium docent. Quicquid proinde pugnat cum verbo Chriſti ab Euangeliſtis & Apoſtolis tradito, nec Patri, nec Filio, nec Spiritui Sancto tribuendum eſt. Cùm ergo idem ſit verbũ & Patris & Filij & Spiritus Sancti, eadem erit & voluntas: videlicet quòd omnes, qui crediderint, ſaluentur in vno Chriſto. Viderint Papiſtæ quo fundamẽto hîc nitantur, venditiones Miſſarum, nundinationes indul- **B** gentiarum, inuocationes mortuorum, purgatorium, & aliæ huiuſmodi nugæ, quæ manifeſtè cum Euangelio Chriſti pugnant.

TERTIA PARS.

Sententiam huius partis in argumento capitis indicauimus: videlicet quòd Chriſtus præmoneat Diſcipulos ſuos de ſua morte & reſurrectione: quarum illa triſticiam, hæc læticiam Diſcipulis erat allatura. Etſi autem Chriſti oratio **C** Diſcipulis fuit admodum obſcura, & planè ænigmatica, nobis tamen clariſsima eſt, vt qui habeamus euentum interpretem. Quare breuiores erimus in exegeſi.

PRIMVS.

16 Puſillum & non videtis me, & iterum puſillum et videbitis me, quia vado ad Patrẽ.

Poſtquam erexit animos Diſcipulorum promiſsione Spiritus, rurſus eos præmonet de cru- **D** ce ſua, vt crucis tempore cogitent de conſolatione ſecutura per reſurrectionem, & per Spiritum conſolatorem. Senſus autẽ verborum Domini hic eſt: Paulò pòſt futurum eſt, vt tradar Iudæis, condemnar, crucifigar, moriar, ſepeliar, quo tempore, hoc eſt, triduo diſperſi me non videbitis: ſed iterum breue tempus erit, hoc eſt, 40. dierum, in quo me rurſus videbitis, videlicet reſuſcitatum à mortuis. Exacto autem illo breui tempore, vobis intuentibus, ad Patrem **E** meum aſcendam, triumphator ſuper peccato, morte, inferno, Diabolo. Sed cur, inquies, obſcurè dixit, quod clarè dicere poterat? Cur non potiùs ſilet, quàm ea inculcat Diſcipulis, quæ Diſcipuli intelligere nequibant? clarè nõ dicit, ne nimia triſticia abſorbeantur, & præ deſperatione deficiant. Inculcat ſæpius vt ſint memores dictorum, donec euentus interpres eis ſenſum aperuerit, idque vt fides eorum tum magis confirmetur. Ita enim ipſe Dominus ſuprà, cùm ad- **F** huc in domo, vbi cœnatus eſſet, ait: *Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cùm factum fuerit, credatis.* Prædictio enim futurorum tum demum homines confirmat, cùm vident euentum prædictioni reſpondere.

Porrò quia id, quod accidit Diſcipulis Domini, adumbrat quod in Eccleſia futurum erat, in hunc modum nobis hæc Chriſti concio accommodabitur. Puſillum abeſſe à nobis videtur Dominus, dum nos ſine conſolatione relinquit lu- **G** ctantes cum cruce. Deinde videtur rurſus, quando per Euangelium nos conſolatur, & ſui Spiritus præſentiam in precibus noſtris teſtatur. Su-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

prà ſæpe admonui, quomodo Chriſtus à nobis diſcedit, & nihilominus apud nos manet, iuxta ſuam promiſsionem: *Ecce ero vobiſcum vſque ad conſummationẽ ſeculi.* Abeſt enim carne, quam in cœlum ſubuexit, adeſt verbo & Spiritu. Nam verbum Dei & gratia Spiritus Sancti ſunt ſpeculum, in quo Chriſtus vult cõſpici, donec redeat iudicatum viuos & mortuos. Ita enim Cyrillus, ſcribens in hunc ipſum locum, ait: *Poſt paßionem in cœlum aſcendens, Spiritum emiſit. Non enim conuerſari cum Apoſtolis carne poterat, cùm ad Patrem aſcenderit.* Et paulò pôſt: *Etſi abeſt corpore Patri pro nobis apparens, ac à dextris eius ſedet: habitat tamen in Sanctis per Spiritum, neque patitur, vt dixit, illos orphanos eſſe.*

SECVNDVS.

17 Dixerunt ergo quidam ex Diſcipulis eius inter ſe, quid eſt hoc, quod dicit nobis puſillum & non videtis me, & rurſus puſillum & videbitis me? & quia vado ad Patrem.

18 Dicebant ergo, quid eſt hoc, quod dicit puſillum? Neſcimus quid loquatur.

Laudandum quidem eſt in Diſcipulis Domini, quòd ingenuè fateantur ſuam ignorantiam. Vitium eſt enim ſimulare te intelligere, quod non intelligis: id quod multis vſu venit, qui ſua ſimulatione præcludunt ſibi viam ad veram ſcientiam. Contrà verò culpandum eſt in Diſcipulis, quòd toties admoniti, non ſolùm typis, figuris & ænigmatibus, verùm etiam clariſſimis verbis de morte & reſurrectione Domini. Quid enim clarius eſt dicto illo Domini apud Matthæum, capite 17. *Filius hominis tradendus eſt in manus hominum, & occident eum, & tertio die reſurget.* Quî fit ergo quòd Diſcipuli Domini hæc non intelligant? Duæ ſunt huius rei cauſſæ. Vna, quòd opinio anticipata non facilè euellitur. Fuit autem opinio Diſcipulorum Chriſti, quòd Chriſti regnum futurũ eſſet humanum, in quo ipſe Chriſtus vt ſummus Monarcha emineret, Diſcipuli autem ab eo proximi eſſent futuri. Hanc fuiſſe vulgi opinionem & Diſcipulorum Domini, mater filiorum Zebedæi ſatis declarauit, quando petiit, vt alter filiorum ſuorum ſederet Chriſto à dextris, alter à ſiniſtris. Monemur ergo hac Diſcipulorum Chriſti erronea opinione, vt nos ſubiiciamus totos verbo Dei, cui omnes opiniones humanas cedere oportet. Altera cauſſa eſt caligo in toto humano genere, quò fit, vt nemo poſsit quæ Dei ſunt percipere, niſi doctorem habeat Spiritum Sanctum. Sic enim Paulus ait: *Animalis homo nõ percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei.* Admoniti ergo de communi caligine, imploremus Chriſtum, vt ipſe ſuo Spiritu in veritatẽ ſpiritualem nos ducat. Quòd autem ſine huius Spiritus ductu nihil proficiamus, oſtendit Dauid, cùm ita precatur: *Deduc me in veritate tua, & doce me quia tu es Deus ſalutis meæ.*

TERTIVS.

19 Cognouit ergo Ieſus quòd vellent ipſum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quòd dixi: Puſillum & non videtis me, & iterum puſillum & videbitis me.

Quia Chriſtus non ſolùm homo erat, verùm etiam Deus, potuit vt Deus videre cogitationes Diſcipulorum ſuorum, & vt homo ſapiens & prudens ex ſignis externis colligere quid inter ſe agitarent Diſcipuli.

QVARTVS.

20 Amen, Amen dico vobis, plorabitis & lamentabimini vos: mundus autem gaudebit. Vos mærore afficiemini: ſed mæror veſter vertetur in gaudium.

Quia Diſcipuli non poterant ſibi perſuadere, quòd Ieſus eſſet moriturus, qui tot ſignis oſtenderat ſe Meſsiam promiſſum eſſe: iuramento quod dixerat de morte ſua, ſepultura & reſurrectione, confirmat. De hac formula iurationis, vide quæ ſuprà notauimus.

Ploratu Diſcipulorum ſignificatur mors & ſepultura Chriſti. Nam cùm Chriſtus capitur, crucifigitur, moritur, ſepelitur, plorabunt Diſcipuli, quòd ſuum amiſerint Magiſtrum. Gaudio mundi ſignificatur triumphus Iudæorum occidentium Chriſtum. Nam occiſo & ſepulto Domino, Pontifices & Phariſæi cum turba, quæ illis adhærebat (qui hîc per mundum deſignantur) putabant ſe tandem ſuperaſſe ſuum aduerſarium Chriſtum, ex qua re tanquã triumphabant. Sed cùm Chriſtus ſubiungit, *Sed mæror veſter vertetur in gaudium:* ſignificat ſe ex morte reſurrecturum. Vnde rurſus Diſcipuli gaudium concipient, mundus autem mœrorem. Hîc notetur, quòd vt mundi gaudium excipit luctus ſempiternus: ita Eccleſiæ luctum excipit gaudium nunquam finiendum. Locus de cruce Eccleſiæ ſuprà aliquoties eſt declaratus.

QVARTVS.

21 Mulier dum parit, dolorem habet, quia venit hora eius. Cùm autem pepererit puerum, iam non meminit anxietatis, propterea quòd gaudeat puerum natum eſſe in mundum.

22 Et vos igitur nunc quidem mærorem habetis: ſed iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.

Similitudine aptiſsima declarat quod antea dixit de ploratu & gaudio Diſcipulorum. Ploratus quidem ex morte: gaudium verò ex reſurrectione Domini conficitur. Confert autem hîc Dominus Diſcipulos ſuos mulieri parturienti, & poſt partum gaudenti ex nato infante in mundum. Vt enim mulier dum parturit, grauiſsimos dolores ſentit, quos tamen fortiùs fert,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

fert propter ſperatã prolem: verùm poſtquam puerum natum vidit, tantũ percipit gaudium, quòd doloris, quem antea ſenſit grauiſsimi prorſus immemor reddatur: ita Diſcipuli Domini, mortuo & ſepulto ſuo Magiſtro, graues in animo dolores ſentiunt, tanquam parturientes, quos cogitatione promiſſæ reſurrectionis ferunt, ita vt non prorſus ſuccumbant. Verùm mox eo reſuſcitato à mortuis, ac viſo, præ gaudio præteriti doloris obliuiſcentur. Atque hoc eſt quod ſubiungit: *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum*, quòd me à mortuis excitatum videbitis.

Hæc ſimilitudo aptè accõmodatur: primùm ſingulis membris in Eccleſia: deinde toti Eccleſiæ. Cùm ſingulis accommodatur, eam in quinque partes retexere licebit.

Prima: Quilibet homo dum audit verbum Dei, & illud in corde concipit, ſemen Dei concipit. Eſt enim verbum Dei incorruptibile illud ſemen, vnde filij Deo naſcuntur.

Secunda: Quilibet ferre vterum dicitur ſpiritualiter, cùm retinet verbum, fidem, bonam conſcientiam & confeſsionem.

Tertia: Parturit, quando propter confeſsionem, crucem in mundo ferre cogitur, ac crucis in medio ſpe ſua damna leuat.

Quarta: Parit, dum liberatur à cruce, & fructum confeſsionis videt præſentiam & defenſionem diuinam.

Quinta: Gaudet victoriæ corona accepta, adeò vt præſentis vitæ afflictiones pro nihilo habeat, Rom. 8.

Eccleſiæ autem toti hoc modo accommodari poteſt. Sicut mulier triſtatur, dum parturit, vbi autem pepererit, lętatur, quia videt puerum natum eſſe in mundum: ita Eccleſia, dum in hac vita affligitur, parturit, dolorem mitigans, ſpe liberationis, dum in fine liberata fuerit, lætatur, & pleno gaudio perfunditur, quia vidit populum fidelium natum eſſe in regno Chriſti, liberatum ab omnibus calamitatibus, & ornatum immortalitatis gloria.

SEXTVS.

Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Hoc dicto duo ſignificat Dominus. Primùm, quòd non ſit ampliùs à Iudæis interficiendus, aut ab vllis aliis, ſed æternum victurus, vt Paulus ait: *Chriſtus ſemel mortuus eſt, & amplius non moritur*. Deinde, quòd gaudium Diſcipulorum Chriſti ſit futurum ſolidum & perpetuum, in hac quidem vita in conſcientia. Nam in Chriſto ſemper pacem & gaudium habent, qui eius ſunt. Siquidem regnũ ipſius eſt iuſticia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. In futura verò vita, quando fruentur perpetua conuerſatione cum Chriſto, conformes ipſi in omnem æternitatem. Notetur ergo hîc, vnde ſit verum gaudium: nempe à noticia & fiducia Chriſti paſsi & reſuſcitati, quod quidem hîc inchoat, ſed in æterna vita conſummabitur.

SEPTIMVS.

23 *Et in illo die me non interrogabitis quicquam.*

Hoc ad præſens argumentum ſolummodò referendum eſt: vt ſit ſenſus: Me à mortuo reſuſcitato non interrogabitis quid ſit puſillum, & non videtis me, & iterum puſillum & videbitis me, quia vado ad Patrẽ. Nam euentus meorum verborum optimus erit interpres.

QVARTA PARS.

In hac poſtrema capitis parte commẽdat Dominus Diſcipulis ſuis fauorem Patris ſui, quo ipſe eos complectitur propter ſe: qui fauor etſi maximus eſt, non tamen impediet ordinem diuinum, quin in mundo afflictionem habeant, quam lætiſsimus exitus excipiet. Huius partis duo conſtituamus membra. Primum eſt promiſsio exauditionis eorum, quæ petuntur à Patre. Secundum eſt præmonitio de abitu ſuo ad Patrem, & victoria ſuper aduerſarium mundũ.

DE PRIMO.

PRIMVS.

Amen, Amen dico vobis, quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Hæc in Diſcipulorum conſolationem à Domino dicũtur. Diſcipuli mœſti propter abitum ſui Magiſtri, ne deſponderẽt animum, tanquam omni auxilio deſtituti: amorem Patris ſui, quo eos ſuo nomine complectitur, tantum eſſe indicat, vt quicquid petierint in nomine ſuo, ſint impetraturi à Patre. Quoniam autem hęc promiſſio pertinet ad totam Eccleſiam, diſtinctiùs nobis explicanda eſt. Sunt enim quatuor in ea ordine excutienda: videlicet iuramentum, vniuerſalis particula, petendi modus, & exauditio, ſeu promiſsionis completio.

Iuramentum eſt, *Amen, Amen dico vobis*. Hîc primùm de iuramento, (quod eſt aſſeueratio alicuius, facta cum inuocatione Dei, in qua ſicut petitur, vt Deus ſit dictorum teſtis: ita iurans, ſi fallit, obligat ſe ad pœnam, iuxta comminationem diuinam: videlicet, *Non habebit inſontẽ Deus, quiſquis nomen eius in vanum vſurpauerit.*) licito & illicito admonendi ſumus.

Vt autem vanitatis iuramentum, verbo Dei damnatum, eſt illicitum. (Eo enim prophanatur nomen Dei, cõtra ſecundum præceptum:) ita neceſsitatis iuramentum verbo Dei nobis commendatur, cùm ad gloriam Dei, qui teſtis adhibetur, pertineat. Voco autem vanitatis iuramentum, quando ex mala conſuetudine quauis de cauſſa, quouis modo, & quouis tempore iuratur. Ab hac iurandi vanitate dehortatur Sapiens, cùm ait: *Iuramento ne conſuefacias os tuum, nec ad conſuetudinem nomen Sancti ſæpe adhibeas.*

De pœna idem admonet, cùm ait: *Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non diſcedet plaga de domo eius.* De hac ipſa iurandi vanitate loquitur Dominus Matthæi capite quinto, eam affirmãs

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ex malo eſſe, vt quæ ſit temerarius abuſus nominis diuini. *Ego*, inquit, *dico vobis: Ne iuretis omnino*. Hoc Domini dictum non, vt quidam exiſtimant, legitimum iuramentum damnat (Quî enim fieri poteſt, vt Filius vel aboleat Legem Patris, vel eam corrigat) Sed opponendum eſt errori Iudæorum, & corruptelæ Legis diuinæ. Quia enim Lex dicit, *Redde Deo iuramenta tua*: Iudæi hoc dictum ſic accipiebant, ac ſi Lex iuberet quauis de cauſſa, quouis modo, & quouis tempore iurare. Hanc corruptelam corrigit Dominus, cùm ait: *Ne iuretis omnino*. Quare hoc dictum non vltrà extendi debet. At, inquies, Dominus addit clarè & perſpicuè: *Sit veſter ſermo etiam etiam, & non non: quod his additur, ex malo eſt.* Proinde videtur Dominus omne iuramentum tollere. Reſpondeo: Dictum Domini non eſt extra ſuam periſtaſin rapiendum. Nam Chriſtus hoc dicto non vult aliud, quàm vt extra neceſsitatem in communi ſermone ſimpliciter affirmemus, quæ vera eſſe nouimus, & falſa negemus ſine iuramento. Nam ſi hìc extra neceſsitatem iuramentum addimus, abutimur nomine Dei, qui abuſus eſt ex malo, atque ideò grauiſsimum peccatum: nec aliter locus Iacobi accipiendus eſt.

Neceſsitatis iuramentum appello, quando in re ardua (in qua agitur vel gloria Dei, vel fama noſtra, vel ſalus proximi, vel controuerſiarum finis) Deum teſtem producimus in ipſius gloriam, vt veritati ſit locus, quam Deus amat, & cuius defenſione glorificatur, obligantes nos ſimul ad pœná ſi fallimus. Hoc iuramẽti genus, quia habet & præceptum Deuteron. cap. 6. *Per nomen illius iurabis*. Et Exodi capite 22. cùm controuertitur de re depoſita, ſed ablata: præcipit Dominus, vt apud quem res depoſita erat, ſe iuramento purget: & promiſsionem Pſalmo 15. *Quis habitabit in tabernaculo tuo?* Hìc inter alia ponitur: *Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.* Et Pſalmo 63. *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*: & laudabilia exẽpla, vt Dei Patris paſsim apud Prophetas, Filij Dei hoc loco & alibi ſæpe. Pauli ad Romanos capite 1. & 2. ad Corinth. cap. 1. & aliorum Sanctorum, nullo modo vt impium & illicitum eſt improbandum, ſed potiùs vt verus Dei cultus eſt agnoſcendum.

Diximus de iuramento in genere: nunc ad formam, qua hîc vtitur Dominus, veniamus: *Amen, Amen dico vobis.* Iohannes noſter ſuprà cap. 13. cauſſam reddit, cur Chriſtus vtatur particula Amen, cûm ait: *Teſtificatus eſt, & dixit, Amen, Amen.* Eſt ergo Amen aſſeuerationis ſubiectæ teſtimonium per iuramẽtum. Quare Baſilius rectè docet, in aſſeuerationibus adhiberi & præponi particulam Amen εἰς βεβαίωσιν τῶν ῥηθησομένων καὶ πληροφορίαν τῶν ἀκουόντων: id eſt, in confirmationem dicendorum & in certitudinem audientium. Cûm ergo hîc Chriſtus dicit, *Amen, Amen*, ſciamus confirmationem eſſe promiſsionis ſubiectæ, qua nulla poterit eſſe maior. Nam Filius Dei, qui eſt ipſa veritas, veritatem ſiſtit coram tribunali Dei, eamque Deo obligat, &

A veluti oppignorat, cum hac conditione, vt ipſa pereat, ſi ipſe mentiendo fallit. Statuamus proinde hanc promiſsionem immotam eſſe. Quî enim fieri poteſt, vt ipſa veritas fallat. Hinc confirmetur fides noſtra inter precandum.

Vniuerſalis particula, *quicunque*, quomodo ſit reſtringenda, loci periſtaſis ſatis declarat. Pater eſt, à quo eſt petendum. Filij Dei & Diſcipuli Chriſti ſunt, quibus petentibus ſit promiſſio. Saluator eſt, in cuius nomine petere oportet. B Primùm ergo ſi Pater eſt, à quo eſt petendum, profectò nihil ab eo petere oportet, quod paterna στοργὴ merito dare recuſauerit. Nullus enim pater venena dat filiis, vel maximè petentibus. Sic enim Dominus ipſe docet, Lucæ capite vndecimo: *Quis ex vobis pater, à quo ſi filius petierit panem, lapidem dabit illi? aut ſi piſcem, num pro piſce dabit illi ſerpentem? aut ſi petierit ouum, num porrigit ſcorpium? Si ergo vos cùm ſitis mali, noſtis bona dona dare filiis veſtris, quantò magis Pater veſter cœle-* C *ſtis dabit Spiritum Sanctum petentibus.* Hinc concludimus, nec inutilia, nec inepta, nec noxia à Deo Patre eſſe petenda. Deinde ſi Filij Dei ſunt, item Diſcipuli & fratres Chriſti, quibus facta eſt promiſsio: debet profectò reuerentia Filiorum erga Patrem, & Diſcipulorum erga Magiſtrum cauere, ne quid petát, quod filios tanti Patris non deceat, quod dignitate adoptionis ſit indignũ, quod in filiorum dedecus vergat, denique qđ non deceat Magiſtrum dare Diſcipulis. Præ- D terea ſi petendum eſt in nomine Ieſu, id eſt, Saluatoris, nihil ſanè quod ſaluti noſtræ aduerſatur, petendum erit.

Hinc liquet, quomodo particula Vniuerſalis hoc loco reſtringẽda ſit, quemadmodum Euangeliſta noſter hanc reſtringit, Epiſt. 1. Iohannis capite quinto, cùm ait: *Hæc eſt fiducia, quam habemus erga Deum, quòd ſi quid petierimus ſecundùm voluntatem eius, audit nos.* Ex his manifeſtum eſt, ea ſolummodò, de quibus voluntas Dei Patris be- E nignifsimi nobis conſtat petenda eſſe, qualia ſunt, quæ gloriam Dei concernunt, quæ ad noſtram ſalutem faciunt, idque non ex carnis noſtræ iudicio, ſed ex ſapientiſsima optimi Patris ſententia. Nam cùm quædam ſunt bona, quibus & bene & malè vti poſſumus: quędam, quibus non poſſumus, niſi bene vti. Hæc abſolutè & ſine conditione petenda ſunt.

Eſt enim ſalutis vniuerſalis promiſsio. Illa cum conditione ſcilicet, ſi nobis ſalutaria ex ſen- F tentia optimi Patris iudicantur. Nam vt Auguſtinus ait: *Quid vtile eſt ægroto, magis ſcit medicus, quàm ægrotus.* Breuiter, forma precandi Diſcipulis à Domino præſcripta, luculentam rerum petendarum periocham continet.

Petendi modus tertio loco ſequitur, qui eſt, petere à Patre in nomine Chriſti. Debet ergo fides, quæ ex agnitione Chriſti naſcitur, in omnî petitione prælucere. Eâ enim ſolâ acceſſum habemus ad Patrem. Vt autẽ hic petendi modus G melius intelligatur, duo ſunt nbis hoc loco explicanda, quibus fulcris nitatur fides piè precantis: & quid ea efficiat inter precandum.

Quibus

Quibus fulcris nitatur fides? Quatuor; quê-
admodum ex Chriſti verbis colligere promptũ
eſt. Horum primum eſt promiſsio ipſa in ſe con
ſiderata. Hanc enim fides intuetur, & ea ad pe-
tendum erigitur. Nam ſtatuit eum qui promi-
ſit, nec velle, nec poſſe fallere. ad Romanos, ca-
pite quarto. Secundum eſt cogitatio paternæ
ſtorgæ, qua nos tenerrimè in Chriſto diligit. In
Chriſto enim dilecto ſum⁹ & nos dilecti. Epheſ.
1. Hanc cum fides cogitat, ſpem magnam conci-
pit vt exaudiatur. Tertium eſt meritũ Chriſti,
quod eſt infinitum, & maximè dignum pro-
pter quod exaudiamur. Hoc facit vt omnê car-
nis fiduciam abijciamus, ac in ſola Chriſti in-
terceſsione acquieſcamus. Quartum eſt Chri-
ſti iuramentũ, qui nunquã contra ſuũ iuramen
tum facit, imò citius cœlum & terra peribunt,
quàm ipſius iuramentum vanum deprehenda-
tur. His addat̃ exauditionis finis, qui eſt gloria
Patris & Filij. Sic enim Dominus ſuprà ait: *Quic
quid petieritis in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur
Pater in Filio.* Precantis ergo fides ſi nititur hiſce
fulcris, nullo modo hæſitare poterit.

Fides ſic fulcita, quid efficit inter precan-
dum? Primùm; Fides ipſa dirigit orationem
in vnum Deum, cùm quia Deum omnis boni
fontem nouit, iuxta illud Iacobi capite primo:
*Omnis donatio & omne donum perfectum eſt, à Patre
luminum deſcendens deſuper:* tum quia nouit ſolius
Dei cultũ eſſe inuocationẽ. Solus ſiquidẽ is eſt
inuocãdus, in quẽ eſt credendum. Ita. n. Paulus
docet: *Quõ inuocabũt in quẽ non crediderunt?* Iam aũt
cùm non liceat in vllam creaturam credere: ita
enim ſcriptum eſt Ieremiæ capite decimoſepti-
mo: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit
carnem brachium ſuum; & à Domino recedit cor eius:*
Sequitur quòd ſolus Deus, in quem ſolum eſt
credendum, ſit inuocandus. Vani ergo ſunt o-
mnes & maledicti, q̃ creaturas quaſuis inuocãt.

Secundò; Fides facit, vt precaturus proſter-
nat ſe nudum coram Deo, vt qui nihil meriti
aut dignitatis in ſe habeat quare exaudiatur. I-
deò Syracides ait: *Oratio humiliantis ſe, penetrat
nubes.* Item Petrus: *Deus ſuperbis reſiſtit, humili-
bus dat gratiam.*

Tertiò; Fides facit, vt precaturus ſolo mé-
rito, dignitate, & interceſsione Mediatoris no-
ſtri vnici Ieſu Chriſti nitatur, ideò ait: *Quæcunq;
petieritis Patrem in nomine meo,* vt qui ſeipſum de-
derit ἀντίλυτρον pro peccatis noſtris.

Notandum eſt in primis, quòd Dominus nõ
dicit ſimpliciter ꝓpter me, ſed in nomine meo.
Nomen enim relationem habet ad verbum, &
teſtimonium. Quorum illud quid de Chriſto
ſentiendum ſit docet: hoc doctrinam in exem-
plis veluti pingit. Vtrumque vt Spiritus Chri-
ſti in cordibus piorum confirmat: ita ſacramen
ta Baptiſmus, & Cœna Domini foris ſignifi-
cant, teſtantur, obſignant. Cùm ergo Dominus
hîc dicit in nomine meo, agnitionem & fiduci-
am ſui iuxta verbum & teſtimonium de ſe com
plectitur, ac ſi diceret; Quicquid petieritis in no
mine meo, id eſt, in agnitiõe & fiducia mei, meo

A merito & interceſsione freti, atq; omni carnis
fiducia amputata, in me ſolo gloriantes Salua-
tore. Hic ergo petendi modus non ſolum con-
ſolatur nos aduerſus diffidentiam & indignita-
tem noſtram; verumetiam ſeparat Chriſtianam
inuocationẽ à Turcica, Mahometica, atq; adeò
omnium prophanarum Gentium inuocatione;
qui Chriſtum ignorãt. Si ergo ſentimus noſtrã
indignitatem, non turbet nos, nec ab inuocati-
one nos deterreat: quia non noſtra, ſed Chriſti
B dignitate fides nitit̃, cui Pater nihil negare põt.

Quartò; Fides puras manus leuat. Vt enim
manus organum eſt actionum: ita puritas ma-
nuum ſymbolum eſt ſtudij innocentiæ & cor-
dis, abijcientis peccandi propoſitum, & eligen-
tis pia & grata Deo. Hoc velle Paulum 1. Tim.
2. dubium non eſt, cùm ait: *Volo viros orare in om-
ni loco, ſuſtollentes manus puras,* id eſt, non pollutas
malo propoſito. Hîc Paulus abſque omni du-
bio reſpexit ad Pſalmum decimumquartum, v-
C bi dicitur: *Dirigatur oratio mea ſicut thymiama in
conſpectu tuo. Eleuatio manuum mearum ſit ſicut ſacri-
ficium veſpertinum.* Item ad Pſal. 26. *Lauabo in in-
nocentia manus meas, & circumdabo altare tuum Dñe.*
Vt enim contaminatæ manus quicquid attin-
gunt, polluunt: ita cor impurum propoſito pec
candi, & mala conſcientia, orationem inqui-
nat, & fœtore ſuo quaſi inficit. Vt ergo oratio
ſit grata ac Deo placeat, fides, qua manus cor-
dis purificantur, neceſſaria eſt. Corde purifica-
D to, accẽditur ſtudium totam vitam Deo appro-
bandi. Atq; ideò Eſaias ait: *Cùm multiplicaueritis
orationem, non exaudiam. Manus enim veſtræ ſangui-
ne plenæ ſunt. Lauámini igitur, mundi eſtote, auferte
malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſci-
te agere peruersè, diſcite benè facere, quærite iudiciũ, ſub
uenite oppreſſo, iudicate pupillo, & defendite viduam.*
Nemo ergo putet ſe poſſe & orare, & habere ꝓ-
poſitum peccandi. Atq; hinc eſt quòd plurimo-
rum hominum preces ſint irritæ, quemadmo-
E dum Iacobus teſtatur, cùm ait: *Petitis & non ac-
cipitis, eo quòd malè petitis.* Et ſubiungit conſilium
ſuum: *Emundate manus peccatrices, & purificate cor-
da.* Huc pertinet etiam Salomonis dictum Pro-
uerb. 28. *Qui recuſat legem audire, ipſius precatio eſt
abominatio.*

Quintò; Fides prudenter petit. Circumfert e-
nim animum, & diligẽter conſiderat quæ publi
cè, quæ priuatim, quæ internè, quæ externè,
quæ corporaliter, quæ ſpiritualiter proſunt,
F vel obſunt. Illa precatur, hæc deprecatur; &
quia ſemper ſe ſubmittit voluntati Dei, alia
cum conditione, alia ſine conditione petit, de
qua re ſuprà diximus.

Sextò; Fides Deo relinq̃t & modũ & tẽp⁹ ex
audiẽdi. Non. n. vno tantũ modo exaudit Deus.
Nam interdũ exaudit, dũ minimè exaudire vi-
det̃. Aliàs. n. interioris hominis tantũ, aliàs exte
rioris etiã rationem habet. Interioris hominis ra
tionem tantum habet, quando non ad votum
G carnis exaudit, ſed prout vtile eſt ſpiritui, cum
videlicet Spiritu ſuo intus cor confortat, vt ad-
uerſis non cedat. Hoc modo exaudiuit Stepha-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

num,& infinitos martyres omnibus temporib. Exterioris hominis etiam rationem habet, quãdo non ſolum intus animum confortat, ne malis ſuccumbat: verumetiã foris auxilium præſtat. Hoc modo exaudiuit tres viros, quos ſeruauit illæſos in medijs flammis. Hoc modo ſeruauit Danielem in lacu leonum. Hoc modo ſæpè Dauidem liberauit, & omnes ſancti quotidiè talia auxilia experiuntur. Huiuſmodi exempla Deus edit, quia vult manifeſta teſtimonia extare de ſua præſentia in Eccleſia. Vnde ſcriptũ eſt Numerorum capite decimoquarto: *Vt audiant Aegyptij, quòd tu Domine ſis in hoc populo.* Et Dauid dimicaturus cum Goliath, primo Regum decimoſeptimo capite ait: *Vt ſciat omnis terra, quòd eſt Dominus Deus in Iſrael.* Eſaiæ trigeſimo ſeptimo capite: *Salua nos de manu Sennacherib, vt ſciant omnia regna terræ, quòd tu es Dominus ſolus.* Pſalm. 86. *Fac mecum ſignum ad bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me.*

De tẽpore hoc vnum ſciendũ eſt, quòd Deo ſapiẽti tempus exaudiẽdi relinquendũ ſit, qui aliàs tardiꝰ, aliàs citiùs exaudit, prout expedire ſuæ gloriæ, & noſtrę vtilitati videtur. Imitemur ergo hîc ſanctiſsimæ fœminæ Iudith exẽplum, quæ reprehendit Oſiam, quòd tempus quinq; dierum præſcripſerit Deo, intra quos ſi non exaudiret Deus, ſtatueret ciuitatem tradere in manus Aſſyriorum.

Quarto loco ſequitur promiſsionis completio: *Et dabit vobis.* Certiſsimè ergo ſtatuendũ eſt, quòd ſemper Deus exaudiat preces ex fide viua profectas. Nam aut dat id quod petitur, aut quod eſt multò vtilius. Paulus vt eſt 2. Cor. 12. dicit ſe ter, id eſt, ſæpè rogaſſe Dñm, vt abſcederet nũcius Satanæ, quo ſignificatur moles ſpiritualium tentationum, ſed audit à Dño: *Sufficit tibi gratia mea.* Hinc regulam extruamus: Quod gratiæ Dei ſit, ſi piè precantes Deus ſtatim non exaudit ad votum. Nam Dñs aliquid quod melius eſt, hoc eſt, robur Spiritus dat piè precantib. vt ea quæ premunt, cedant pijs in bonum, iuxta dictum Pauli: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ.* Atq; hactenus de præſenti promiſsione dictũ ſit. Alibi integra methodus Chriſtianæ orationis explicatur. Hic coronidis loco Ambroſij & Auguſtini dicta adijcio, vt quanta ſit dignitas piè precationis cogitetur. Ambroſij hoc dictum eſt: *Quando oras, cum Deo loqueris; quando legis, ipſum audis.* Auguſtinus autem ſic: *Quando legis, Deus tibi loquitur; quando oras, tu Deo loqueris.*

SECVNDVS.

24 Hactenus non petiſtis quicquam in nomine meo, petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.

Promiſsioni mandatum ſubiungit, vt magis diſcipulorum fidem excitet. Cur aũt hactenus non petierant quicquam in nomine Chriſti, ratio eſt, quia vt parum ſpiritualia intelligebant: ita petere ea non poterant. Gaudium plenum opponitur mundi gaudio, quod nec plenum, nec verum eſt; ſed vt plurimũm vanum. At Chriſti gaudium, id eſt, quod ex cognitione, fiducia, ſpirituali fruitione Chriſti, & ex impetrandi à Patre quæ volumus facilitate percipitur, verum & ſolidum atque adeò plenum eſt & perfectum, in hac quidem peregrinatione. At in futura vita quale ſit futurum gaudium, ex perpetua conſuetudine Dei & beatorum, nemo cogitare, nedum deſcribere poteſt. Ad illud ergo aſpiremus, retinentes fidem, & bonam conſcientiam.

TERTIVS.

25 Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis, veniet hora cùm non amplius per prouerbia loquar vobis, ſed apertè de Patre annunciabo vobis.

In prouerbijs, ſeu per prouerbia loqui hoc loco, cùm opponitur apertè & manifeſtè loqui, non poteſt aliud ſignificare, quàm obſcurè & rectè loqui. παροιμία ſeu prouerbium, dictum eſt ſententioſum, ſermone tritum, vt via trita pedibus ambulantium, ſeu dictum in omnium ore veluti obambulans. Hoc quia nunc apertum, nunc obſcurum eſt, hîc pro obſcurè dicto ſolummodo accipitur. Vſitatũ eſt enim Hebræis nomen ſpeciei ſæpè pro genere, quod eſt prima pars in definitione ſpeciei vſurpari. Etſi autem Dominus multa de ſuo officio, de Patris voluntate, de fide, de dilectione, de morte, & ſepultura, & reſurrectione ſua dixerat ſatis apertè: tamen diſcipulis obſcura videbantur & tecta, donec Spiritu Sancto ſunt donati diſcipuli, & ab eo docti, id quod cõtigit 50. die à reſurrectione Domini. Ad eundem modum multi hodie audiunt Euangelium, ſed ſine fructu. Eſt enim illis obſcurum & tectum, quia nec credunt, nec Spiritum Chriſti implorant, ſine quo externa miniſterij vox euaneſcit in auras. Nos igitur ſeriò cogitantes de noſtra ſalute, demus operam vt quotidie magis magisq; proficiamus in omni cognitione, & ſenſu. Quod tum demum fiet, ſi ardentibus precibus Patrem in nomine Chriſti inuocauerimus.

QVARTVS.

26 In illo die, in nomine meo petetis.

Senſus eſt. Cùm me videritis reſuſcitatum ex mortuis, petetis in nomine meo. Nam reſurrectio teſtabitur de meo verbo, de authoritate & de officio, quòd ſim conſtitutus à Patre Mediator Dei & hominum, cuius merito precantes Patrem, exaudientur. Inſuper etiam dabitur viſibiliter Spiritus Sanctus, qui plenius erudiet vos, vt certificemini quòd propter me exaudiendi ſitis.

QVINTVS.

Et non dico vobis, quòd ego rogaturus ſim Patrem pro vobis.

27 Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis & credidiſtis, quòd ab eo exierim.

Cùm

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Cùm Chriſtus hîc dicit ſe nõ rogaturum patrẽ pro diſcipulis, non negat ſe ſemper intercedere pro ſanctis, donec plenè conſummentur; ſed modos interceſsionis diſtinguit. Sũt enim duo modi interceſsionis Chriſti pro hominib. quorum prior eſt inimicis impetrare fauorẽ patris, de quo Chriſtus hîc non loquitur. Quaſi diceret; quia reconciliati patri meo eſtis, non eſt quòd eius fauorem vobis impetrem. Intimè enim vos diligit. Hoc ita eſſe, patet ex ſubiecta ratione: *Quia*, inquit, *vos me amaſtis & credidiſtis quòd à Deo exiuerim*, ſeu miſſus ſim. Hîc quærit Auguſtinus in hunc modum: *Nunquid ideò amat ille, quia nos amamus? An potius quia ille amat, nos amamus? Hoc ipſe Euangeliſta in Epiſtola ſua dicit: Nos diligamus, quia ipſe prior dilexit nos. Amat ergo nos pater, quia nos amamus, cùm à Patre & Filio accipimus, vt & Patrem amemus & Filium.* Hîc rectè ex contrario ſenſu colligitur: Si amantes Filiũ Pater exaudit, eorum qui non amant, orationes non ſuſcipiet. Poſterior eſt pro reconciliatis intercedere, vt in recto curſu perſeuerent, donec conſummentur.

Poteſt etiam ſic exponi dictum Domini; non quòd ego ſcilicet ſolus rogaturus ſim Patrem. Nam & vos Pater exaudiet, quia me amatis, & in me creditis.

DE SECVNDO.

In hoc membro, veluti in epilogo, repetit Dominus quod ſępè in hac longa oratione inculcauit de ſuo abitu ad Patrem, per mortẽ, reſurrectionem, & aſcenſionem in cœlum: item de victoria ſuper mundo, qui ſibi aduerſatur.

PRIMVS.

28 Exiui à Patre, & veni in mundum.

Hæc narratio breuis quidem eſt, ſi verba ſpectes; ſed ampliſsima, ſi conſilium Dei, & amorẽ eius erga genus humanum cõſideres. Modum quomodo venerit in mundum, in 1. capite, his verbis expreſsit Euangeliſta: *Verbum caro factum eſt.* Huius cauſa & finis exprimitur Ioan. ca. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum nõ pereat, ſed habeat vitam æternam.* Finis etiam à Iohanne ponitur, cùm ait: *Chriſtus apparuit, vt deſtruat opera diaboli.* Exiuit ergo à Patre, qui ſemper in Patre eſt, & Pater in illo, non vt diſcedens à Patre, ſed vt miſſus à Patre. Venit in mundum aſſumens in ſe humanã naturam in vnionem perſonalem, & homo factus, vt nos homines perditos redimeret. In hoc Dei admirando facto lucet maieſtas diuina, quæ maximas virtutes Dei, ſummã ſapientiam, omnipotentiam, ſummam iuſticiã, & ineffabilem miſericordiam declarat.

SECVNDVS.

Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

Rurſus admonet Dominus diſcipulos ſuos de ſuo ad Patrem abitu. Relinquo mundum nõ abſentia maieſtatis: ſed abſentia carnis, qua ad Patrem aſcendam. De præſentia maieſtatis
A perpetua in Eccleſia, loquitur ipſe Dominus Matthæi capite vigeſimooctauo: *Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi.* Hîc Auguſtinus quærit; *quomodo verum eſt, quod Chriſtus abeat, & nihilominus apud nos maneat;* & reſpondit: *Et abijt & hîc eſt, & redijt & nos non deſeruit. Corpus enim ſuum intulit cœlo, Maieſtatem non abſtulit mundo.* Item: *Secundum præſentiam maieſtatis ſemper habemus Chriſtum; ſecundùm præſentiam carnis rectè dictum eſt diſcipulis: Me autem non ſemper habebitis.*
B Ad eundem modum Cyprianus: *Etſi corporis ſui præſentiam hinc ſubduxerit, Maieſtate tamen diuinitatis ſemper adeſt, ſicut ipſe à diſcipulis abiturus pollicetur: Ero vobiſcum vſq; ad conſummationẽ ſeculi. Tunc enim, id eſt, in conſummatione ſeculi in carne redibit iudicaturus viuos & mortuos, iuxta omnium electorum conſtantem confeſsionem.* Hinc manifeſtè cõcluditur, cõmunicationẽ idiomatũ vnitatẽ quidem perſonę ſtatuere; ſed relinquere naturarũ diſcrimina & proprietates. Idem exiuit à Patre & re-
C liqt mũdum: Ergo vna perſona eſt Deus & homo: ſed à Patre exiuit ſecundũ diuinam naturã, & reliquit mundum ſecundũ humanam naturam. Ergo vna perſona eſt in duabus diſtinctis naturis ſubſiſtens. Auguſtinus hunc locum ſic interpretatur: *Exijt de Patre, qui de Patre eſt, & venit in mundum, quia mundo ſuum corpus oſtendit, quod de virgine aſſumpſit. Reliquit mundum corporali diſceſsione, perrexit ad Patrem hominis aſcenſione, nec mundum deſeruit præſentiæ gubernatione.* Cùm ergo
D reliquit locum ſecundũ carnem, & venit ad aliũ locum in eadem carne, rectè Naziázenus dicit; *Chriſtum incircumſcriptum Spiritu, circumſcriptum verò carne.* Et Tertullianus: *Circumſcribitur loco per naturam carnis ſuæ, & loco non capitur per naturam diuinitatis ſuæ.* Theodoretus; *Corpus Chriſti glorificatum habet, quam prius habuit circumſcriptionem.* Galatinus: *Etſi humanitate ad Patrem ierit, in forma tamen, qua Patri eſt æqualis, nunquam à fidelibus ſuis diſcedit.*

E

TERTIVS.

29 Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc apertè loqueris, nec prouerbium vllum dicis.

30 Nunc ſcimus quòd ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget, per hoc credimus quòd à Deo exijſti.

Ex eo quòd Chriſtus dixerat quod diſcipuli apud ſe tacitè cogitabant, rapiuntur diſcipuli
F in admirationẽ eius adeò, vt ex eo quod occulta cordium eorum viderit, ratiocinantur eum verè à Deo exijſſe, & eſſe à Deo in mundum miſſum. Verùm hæc diſcipulorum fides admodum languida fuit vſq; ad tẽpus reſurrectionis.

QVARTVS.

31 Reſpondit eis Ieſus: Modò creditis.

Ironia eſt, quaſi diceret; Modò cũ nondũ videtis & ſentitis mala, quæ vobis impendent creditis: verùm credere in ipſis ærumnis, dum ego
G cruci affigor, & vos diſpergimini propter me tanquam oues ſine paſtore, hoc opus hic labor

eſt. Hodie ſimiliter non pauci, cùm ex doctoribus Eccleſiæ, tum ex auditoribus, præ ſe ferunt magnum fidei robur, & conſtantiam : inſultant Turcis, Papiſtis, magna vocis contentione; ſed quàm frigidi efficiãtur, cùm hoſtes illorum ceruicibus imminent, res ipſa docet. Vt enim hîc credunt diſcipuli, ſed capto Chriſto fugiunt : ita fit vt omnibus temporibus, quãdo confeſsio eſt libera & extra periculum, plurimi ſunt qui de fide gloriantur. Verùm cùm habeat adiunctum præſens periculum fortunarum & vitæ, in admodum anguſtum redigitur verè credentium numerus, pluribus propter pericula deficientibus, quorum fides Matthæi 13. & Marci 4. πρόσκαιρος, id eſt, ad tempus durans, dicitur, quam Auguſtinus confert manui non viuæ, ſed aridæ. Opus eſt ergo vt tempore pacis ita firmemus animos noſtros vera cognitione verbi, & oratione ardenti, vt fidei robur inuictum conſiſtat. Sicut.n. dies creſcit per horas, teſte Bernhardo: ſic fides magis magiſq; augetur per illuminationem diuinæ gratiæ, ne in perſecutione confeſsionem abijciamus. Sit ergo dictum Domini omnium animis infixum; *Quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo qui in cœlis eſt: & quemcunque puduerit mei, & me eius pudebit coram patre meo.*

QVINTVS.

Ecce veniet hora & iam venit, vt diſpergamini vnuſquiſq; in propria, & me ſolum relinquatis, & tamen non ſum ſolus, quia pater mecum eſt.

Quia diſcipuli Domini dicebant ſe credere, Chriſtus quàm ſit illorum fides imbecilla ex euentu oſtendit. quaſi dicat: Iam iam tradar à Iuda proditore in manus peccatorum, captiuus abducar, illudar, flagellabor, crucifigar, occidar in patibulum ſuſpenſus, pontificibus, & ſacerdotibus cum ſenioribus populi me condemnãtibus: tunc tũc inquam, apparebit qualis veſtra

A ſit fides, qui modò dicitis vos credere. Quod autem addit, *Et tamen non ſum ſolus, quia pater mecum eſt:* eò pertinet, vt admoneantur diſcipuli de voluntate patris, qui ſic voluit Chriſtum pati, vt pater in filio, & filius in patre glorificaret.

SEXTVS.

33 Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis.

Finem omnium quæ hactenus coram diſci-
B pulis dixerat imponit: videlicet vt in Chriſto pacem habeant, quæ non eſt carnis, ſed Spiritꝰ, non externa, ſed interna; videlicet reconciliatio cum patre & tranquillitas conſcientiæ. Hanc pacem non ſenſerunt diſcipuli tempore paſsionis Chriſti, ſed poſt reſurrectionem, accepto Spiritu Sancto. Sed de hac pace ſupra dictũ eſt.

SEPTIMVS.

C *In mundo afflictionem habebitis. Sed confidite, ego vici mundum.*

Ne diſcipuli ſomniarent pacem carnalem, præmonet eos de afflictionibus quas perpeſſuri ſunt in mundo, hortatur eos ad conſtantiam, vt ſint bono animo in medio afflictionum, & afflictionibus opponit victoriam ſuam, quæ in ipſius glorioſa reſurrectione cernitur. Hac enim oſtendit mortem eſſe deuictam, peccatum debellatum, infernum ſpoliatum, principem mundi diabolum cum ſuis membris proſtratum.
D Quemadmodum Spiritus Sanctus die 50. à reſurrectione Domini teſtatus eſt, arguens mundum de peccato, de iuſticia, & de iudicio. Simus igitur præmoniti de afflictionibus Eccleſiæ in hoc mundo, bono ſimus animo. Noſtra enim liberatio glorioſa, in victoria Chriſti ſuper peccato, morte, inferno, diabolo, repoſita eſt. Atq; hoc eſt, quod Euangeliſta noſter vult, cùm in prima Epiſtola ſua ait: *Hæc eſt victoria quæ vicit mundum, fides veſtra.*

CAPVT XVII.

PRAEFATIO IN CAPVT XVII.

POſtquam Filius Dei manifeſtatus in carne, & conſtitutus à Patre Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, primam officij ſui partem abſoluiſſet, hoc eſt, prompſiſſet myſterium Euangelij ex ſinu Patris, veramq; ſalutis conſequendæ viam hominibus monſtraſſet: ſecundam, quæ eſt precari pro ſe & Eccleſia, in hoc decimo ſeptimo capite aggreditur: mox tertiam, quæ eſt ſacrificium offerre, non pro ſuis, ſed pro populi peccatis, abſoluturus. Atque hæ tres partes officij Sacerdotis Chriſti, vna benedictionis voce à Moſe notantur, cùm ait: *Benedicentur in ſemine tuo omnes nationes terræ.* Porrò hæ tres officij Sacerdotis Chriſti partes, adumbratæ ſunt in Leuitico ſacerdotio. Vt enim ſacerdotes Leuitici docebant, orabant, offerebant: ita Chriſtus, qui nactus eſt ſacerdotium ἀπαράβατον, docet, orat, offert; non vmbraticé, ſed verè; non in figura, ſed in veritate; non vt ſucceſſorẽ habiturus, ſed vt manſurus ſacerdos in perpetuum; hoc eſt, Doctor, Precator, Sacrificator, quemadmodum Epiſtola ad Hebræos, cum tota teſtatur Scriptura. Hæc breuiter præfati, ad enarrationem huius capitis accedamus.

SVMMA

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

SVMMA CAP. XVII.

Chriſtus iamiam tradendus in manus hoſtium, preces ardentiſsimas ad Patrem fundit, petit glorificari à Patre; orat pro diſcipulis; poſtulat ſuum ſacrificium gratum Patri fore, & intercedit pro hominibus crediturus vſq; ad extremum diem.

ORDO ET PARTES CAPITIS XVII.

Quatuor huius capitis ſtatuamus partes. B

Prima, petitio qua ſe Filius à Patre glorificari petit.

Secunda, eſt oratio pro diſcipulis.

Tertia, Oblatio Chriſti in ſacrificiũ propiciatorium.

Quarta, eſt interceſsio pro Eccleſia omnium temporum vſque ad conſummationem ſeculi.

EXEGESIS CAPITIS DECIMISEPTIMI CVM OBSERVAtione Doctrinarum.

QVoniam aũt multa ſunt in hoc capite, quę p̃bét hęreticis occaſionẽ detrudẽdi Chriſtũ de throno maieſtatis ſuæ, quaſi patri ęqualis nõ eſſet, nec eiuſdẽ eſſentiæ cũ Patre, D & Spiritu S. pauca hîc in limine enarrationis huius capitis de modis loquẽdi, de Chriſto vſitatis in ſcripturis, adijcere placuit; qui ſi obſeruentur, facilè hæreticorũ inſidias cauebimus.

Sunt autem quatuor modi loquẽdi de Chriſto paſsim in ſcripturis occurrentes.

Primus. Aliqñ loquitur Scriptura de Chriſto reſpectu deitatis indefinitè, vt cũ Ieremias ait: *Hoc eſt nomẽ quo vocabũt eũ, Iehoua iuſticia noſtra.* Et cùm Paulus prædicat ipſum eſſe Deum bñ- E dictũ in ſecula. Et 1. Iohã. 5. de Chriſto ſcribens; *Hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Hoc modo idẽ eſt cum Patre Chriſtus Deus, etſi à Patre diſtincta perſona, ei tamen per omnia æqualis.

Secundus. Aliquando ſcriptura reſpectu humanitatis tantum de Chriſto loquitur, vt cùm dicitur defatigatus eſſe ex itinere., eſurijſſe, dormiuiſſe, fleuiſſe. Hoc modo minor eſt Patre, vt creatura creatore.

Tertius. Scriptura aliqñ loquitur de Chriſto F reſpectu Patris ſimpliciter, quo reſpectu Patri æqualis eſt, vt qui eiuſdem eſſentiæ, gloriæ, virtutis, potẽtiæ & Maieſtatis cum Patre. Philip. 2. *Qui cum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt, ſe æqualem eſſe Deo.*

Quartus. Aliqñ Scriptura loquitur de Chriſto reſpectu Patris nõ ſimpliciter, ſed ratione officij Mediatoris in aſsũpta humana natura: quo reſpectu ẽt Patre minor dicitur, vt qui Patri ſupplex ſit. Nam quatenus eſt Deus manifeſtatꝰ in G carne, & Mediator Dei & hominũ, mediũ quoddã inter Deũ & homines obtinet. Atq; hoc eſt A quod Paulus docet ad Philip. 2. *Semetipſum exinaniuit formam ſerui aſſumens.* Ad hunc quartum modum pleraq; in hoc capite referenda ſunt.

PRIMA PARS.

In hac prima parte, q̃ petitionẽ eſſe dixi, Dñs pręcipuè orat pro ſe ipſo, exponit quid in mundo fecerit; ſummã Euãgelij repetit, & admiſcet preces pro Eccleſia. Petitionis aũt ſumma hæc eſt: Petit ſe à præſenti periculo liberari, & victo- B rẽ fieri in hoc certamine à ſe ſuſcepto cõtra peccatũ, mortem, infernum, diabolum. Etſi aũt certus erat Dñs de victoria ſuper hoſtib. ſuis, ſicut in fine proximi capitis dixit: *Confidite ego vici mũdum*, vbi præterito pro futuro vſus eſt, propter certitudinem euentus: tamen quia pati debuit in carne, quieſcente verbo, verè dolores animi grauiſsimos habuit, idque propter grauiſsimas cauſas, quæ ſunt. Prima, ſciuit ſe ſuſtinere perſonam omnium hominum, & reum eſſe pecca- C torum omnium hominum, atq; ideò premi horrenda ira Dei. Secunda, cogitauit cruciatus, lacerationes corporis & opprobria, quæ iam impendebant. Neq; enim à naturalibus affectib. quæ ſine peccato eſſe poſſunt, alienus erat. Tertia, vidit ingratitudinem non ſolum populi Iudaici, quem Deus ſuum peculium nominat: verumetiam maximæ partis totius orbis terrarum. Quarta, venit illi in mentem iudicium damnationis & æternæ maledictionis in omnes D qui Mediatoris beneficia non agnoſcunt; ſed contemnunt & derident in ſui certiſsimam perniciem. Veruntamen ſub hac mole afflictionũ corporis, dolorum animi & opprobriorum, erexit ſe rurſus cogitatione mox ſecuturæ gloriæ, quam victis hoſtibus erat conſecuturus. Hæc igitur cogitatio fecit, vt ſpontè ſe offerret hoſti capiendum, illudendum, crucifigendum, & cętera. Exemplum hoc omnibus pijs proponatur, & cum affliguntur propter veritatem, non E abijciant confeſsionem; ſed promiſsione ſecuturæ gloriæ ſe erigant, ne calamitatibus & perſecutionibus fracti, à Deo deficiant. ſemper ergo memores ſimus dicti Domini: *In mundo afflictionem habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.*

1 Hæc locutus eſt Ieſus, & leuauit oculos ſuos in cœlum, & dixit.

Tranſitio, qua à doctrina conuertit ſe Domi- F nus ad preces, ſuis relinquens exemplum, vt doctrinæ preces, & precibus doctrinam admiſceant. Ita enim fiet, vt mutuis ſtent auxilijs doctrina & preces, quib. Eccleſia Dei in hoc mundo ædificatur.

Porrò hîc tria ſunt nobis excutienda. Quid ſibi velit eleuatio oculorum, quid cœlum, quid vox precantis. Nam cùm hæc ſcripta ſint in noſtram doctrinam & admonitionem, videlicet vt nos diſcipuli Chriſtum magiſtrum imitemur, G non ſunt nobis tanquam ocioſa prætereunda.

Quid ergo ſibi vult eleuatio oculorũ? Eleuatio oculorũ externũ ſymbolum eſt eleuationis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

animæ à creaturis omnibus & idolis ad Deum viuum & verum, qui ſe patefecit in verbo & illuſtrib. teſtimonijs. Symbolū hoc ſæpè in Pſalmis repetitur, vt Pſalmo centeſimo vigeſimo tertio: *Ad te leuaui oculos meos; qui habitas in cœlis.* Itē Pſal. 121. *Leuaui oculos meos ad montes, vnde venit auxiliū meū.* Et Ioſaphat 2. Paralip. 20. *Cū ignoramus quid agēdum ſit, hoc ſolum nobis reſtat, vt oculos noſtros ad te dirigamus.* Res ſignificata, Pſalm. 25. ab eodem Dauide exponitur, qui ait: *Ad te leuaui animam meam.* Ratio autem ſymboli hæc eſt, quod oculi ſint affectuum & indices & moderatores. Verùm oculus animę, antequam eleuari poſsit ad Deum, eſt & illuſtrandus & purgandus. Illuſtrandus quidem vera de Deo notitia & eius voluntate; purgandus verò viua fiducia in Chriſtum. Hinc cōficitur quòd vera inuocatio Dei, ſit eleuatio cordis ad Deum, aliquid à Deo petentis. Vera ergo inuocatio, non eſt clamor vocis, ſed cordis eleuantis ſe ab his rebus caducis ad Deum. Eodem pertinet ſymbolum eleuationis manuum, de quo nuper diximus. Verùm vt ſymbolum re ſignificata vacuum, nihil iuuat, ſed magis nocet: ita nec oculorum, nec manuum eleuatio valet quicquam, niſi cor vnà leuetur. Ideò Ieremias ait Threnorum 3. *Leuemus corda noſtra cum manibus noſtris ad Deum in cœlos.* Sit ergo conſenſus cordis, geſtus & vocis, vt vera fiat inuocatio, cui facta eſt promiſsio iuxta dictum Pſal. 145. *Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in veritate.* Etſi autem Dominus tam propè adeſt in ſingulis creaturis penè, vt manibus contrectari poſsit Actorum capite 17. tamen propius adeſt cognoſcentibus & inuocantibus ipſum. In illorum enim pectoribus, tāquam in templo habitat, repreſſurus diabolū & ſeruaturus ſanctos. Ideò Paulus ait: *Nolite ſoliciti eſſe, quia Dominus propè eſt,* ſcilicet inuocantibus eum in veritate, id eſt, ſine errore, ſine idololatria, ſine hypocriſi, in agnitione & fiducia filij, iuxta promiſsionem Chriſti: *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Nos igitur precaturi, cum Domino noſtro Ieſu Magiſtro noſtro leuemus non ſolum manus & oculos, quod eſt hypocritarum; ſed multo magis corda noſtra, vt Deus nos exaudiat. Quod ſanè tum demū faciemus, vbi intellexerimus, in quibus verſamur periculis. Ex his ſatis patet, quòd vera inuocatio non ſit decantatio, neſcio quorum pſalmorum interdum non intellectorum, nec conductitia & mercenaria opera eorum, qui pro pecunia cantillationibus mercedem exigunt.

Cur Dominus leuat oculos in cœlum ad Patrē, cum Pater ſit vbiq;? Deus dicitur eſſe in cœlo, quia ibi maximè relucet ipſius gloria, ibiq; thronus maieſtatis eius eſt. Significat. n. cœlum hoc loco magnificū illud palatiū Dei, omnibus cœlis viſibilib. ſuperius, quod à Paulo vocatur tertiū cœlum 2. Cor. 12. & lux inacceſſa, q̄ Deus inhabitat, 1. Tim. 6. Secundò, Dn̄s leuat oculos in cœlū, vt doceat nobis illic paratā eſſe noſtræ beatitudinis ſedem, illicq; noſtrá veram patriá eſſe, in qua cū Chriſto regnabimus. Ideò Paulus ait Philip. 3. πολίτευμα *noſtrū eſt in cœlis, vnde etiā Saluatorē expectamus Dn̄m Ieſum Chriſtū, qui etiā transfigurabit corpus noſtrū humile, vt conforme fiat ſuo corpori glorioſo, idq; ea virtute qua poteſt ſibi omnia ſubijcere.* Cùm ergo precamur, dicentes, *Pater noſter qui es in cœlis:* monemur, vt eò aſpiremus, atque illic animis noſtris verſemur, quemadmodum Paulus hortatur ſuos Coloſſ. cap. 3. cū ait: *Si reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.*

Cur requiritur vox in oratione ad Deum, cū oratio, vt diximus, ſit propriè eleuatio mentis ad Deum, & Deus intimos cordium noſtrorū affectus introſpiciat? Huius rei multæ ſunt cauſæ, quas breuiter notabimus. Prima, mādatum Chriſti Luc. 11. *Cùm oratis, dicite Pater noſter, &c.* Secunda, exēplum Chriſti in multis locis apud Euāgeliſtas, & in hoc capite potiſsimū. Tertia, vt cordis deuotio magis voce excitetͬ. Quarta, vt mētis cogitatio certis reb. & nominatis ſit intēta. Quinta, vt ſancta voluptas cordis, corpori quodāmodo miſceatur. Sexta, vt ſit teſtimoniū cōfeſsionis noſtrę. Septima, q̄a totus homo Dei eſt, totus debet Deo ſeruire. Ideò Paulus ait, 1. Cor. 6. *Glorificate Deū corpore et ſpiritu veſtro.* Octaua, vt alij noſtro inuitētur exēplo, ad celebrandū Deum nobiſcū. Auguſtinus aūt ad quæſtionē hanc ſic breuius reſpondet: *Quāuis inuiſibilis voluntas orātis Deo ſit nota, nec vllis indigeat indicijs, vt ei animus pādatur humanus, qui locutionē cordis cognoſcit: tn̄ homo vocib. & mēbris ſui corporis vtitur, vt ſic orādo affectus hominis humilior, deuotior, feruētior, creſcat.* Cùm Paulus requirit preces ſine interniſsione, non reqrit Battologiā Phariſaicam, q̄ damnat Chriſtus Matt. 6. ſed requirit perpetuā piarum mentiū eleuationē ad Deū. Quare Auguſtinus rectè diſtinguit, cùm ait: *Aliud eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus.* Illum non requirit Paulus, in quo tamen hypocritæ præcipuū cultum Dei collocant, hunc perpetuum poſtulat.

PRIMVS.

Pater, venit hora, glorifica filium tuum, vt & filius tuus glorificet te.

Hic quatuor ſunt excutiēda, videlicet cōpellatio, notatio tēporis, petitio, & petitionis finis.

Cōpellatio vna vocula *Pater* abſoluitͬ, cuius quāta vis ſit, natura ipſa quodammodo nos docet, etſi eſt corruptiſsima. Tametſi. n. natura, vt dixi, corruptiſsima eſt: tamē in multis nō peſsimis, quædā veluti flāmula mutuæ ſtorgæ inter Patrē & Filiū relicta eſt; tāta videlicet, vt Pater pro Filio, & Filius pro Patre nō dubitet vel extrema adire pericula. Quid quæſo facturi, ſi homo in ſua integritate perſtitiſſet? Verū hæc flāmula mutui amoris inter parentes & liberos, ideò in natura relicta eſt, vt aliquo modo cogitetur, quātus ſit amor Patris cœleſtis, & filij inter ſe quorū eſſentia nō eſt multiplicata, vt in hominib. ſed vna manet numero, ſicuti fuit ab omni æternitate. Quare amorem illum mutuum æterni

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

terni Patris & coæterni cōſubſtantialiſq; Filij, A neceſſe eſt eſſe ineffabilem, & omnē menſuram excedere. De hac relatione patris æterni & filij coæterni Dei patris, extat teſtimoniū. Ita enim pater ait: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Mediator ergo noſter Deus & homo, verè eſt filius Dei ſecundùm utramq; naturam ratione vnionis, propriè tamen deitatis reſpectu: quia λόγος eſt ante ſecula à patre agnitus. λόγος enim caro factus dicitur, quia carnem induit, vt qui æternus erat Deus, idem homo quoq; mor- B talis eſſet: vt naturis duabus in vnam perſonam vnitis, ille per quē eramus creati, idem eſſet & Redemptor noſter. Sed quid, inquies, ex mutuo illo amore patris & filij commodi ad nos venit? Plurimum ſanè. Tria enim ad nos hinc veniunt cōmoda: videlicet adoptio, dilectio, hæreditas.

Adoptio, quòd credentes in filium Dei, cenſeantur & ſint Filij Dei, iuxta illud: *Dedit hanc dignitatem credentibus in nomen eius, vt Filij Dei ſint.* Et Paulus Gal. 4. *Miſit Deus Filium ſuum, vt adoptio-* C *nem reciperemus.* Nam cùm mēbra efficimur vnigeniti filij, ius filiorum accipimus.

De dilectione, quæ ex adoptionis gratia manat, loquitur Paulus ad Epheſ. 1. *Nos ſumus dilecti in dilecto.* Hæc dilectio fundata in mutuo amore patris & Filij, tanta eſt, vt nihil nos ſeparare poſſit à dilectione patris, qui nos tenerrimè tanquā in ſinu fouet. Etſi autem multæ ſordes in nobis ſunt: tamen optimus pater eas boni cōſulit, modò nos ipſi purgandos ſubmittimus. D

Hæreditas quoq; nobis accidit ex eo, quòd filij ſimus dilecti in dilecto. *Nam ſi filij ſumus*, vt Paulus loquitur, *ſumus etiam hæredes.* Hæc bona complectitur Dominus reſuſcitatus à mortuis, cùm ait: *Aſcendo ad Deum meum & ad Deū veſtrum, & ad patrem meum & patrem veſtrum.*

Verùm hîc quatuor nobis obſtrepunt, videlicet fidei imbecillitas, indignitas, ſententia legis, & multiplices in hac vita calamitates.

Fidei imbecillitas magna eſt, id quod vel ſan- E ctiſsimi homines teſtantur. Nemo enim vnquā fuit ſanctorum, qui non deplorauit imbecillitatem & infirmitatem fidei ſuæ. Verùm hanc habent conſolationem, quòd legant Chriſtum nō abieciſſe diſcipulos ſuos, quòd ipſorum fides fuerit modica: ſed quòd magis eos fouerit, vt fides in ipſis creſceret, & quotidiana incrementa ſumeret. Nam ſi non creſcit quotidie, decreſcere eam neceſſe eſt. Non eſt. n. fides ocioſa quies. Verùm an quis viuam & ſalutarē fidem habeat, F ſcire poteſt ex conſcientiæ teſtimonio. Indignitas quoq; maxima eſt, id quod fatentur omnes, exceptis hypocritis. Verùm huic indignitati medetur dignitas & meritū Filij Dei, cuius participes ſunt omnes credentes: ideò filius Dei iubet nos non ob noſtram dignitatē & meritum, ſed propter ſuam dignitatem & meritum, optima quæq; ſperare à liberaliſsimo patre. Atq; his omnia, vel duriſsima & triſtiſsima, cooperant in bonū. Ex quo fit, vt mala conſilia hoſtiū eccleſię, G in cōtrarios fines ab optimo patre cōuertātur, & in capita eorū, qui eccleſię inſidiātur, redeant.

Sententia legis terret, vt quæ maledictū pronunciat omnem qui non fecerit, quæ lex requirit. Verùm huic ſimiliter opponendum eſt meritum filij, qui nos liberauit à iure legis, dum ipſe pro nobis legem impleuit, nobiſq; perfectam legis iuſticiam à ſe præſtitam imputat, vt legi iā optimè ſatisfactum ſit, iuxta illud Pauli: *Finis legis eſt Chriſtus, in iuſticiam omni credenti.* hoc eſt, omnis qui credit, habet id quod lex finaliter requirit, nempè iuſticiam. Credenti enim obedientia Chriſti imputatur, vt ſit eius iuſticia. Ideò Paulus ait: *Eū qui nō peccauit, fecit peccatū, vt nos fieremus iuſticia Dei in ipſo.* Huc pertinet illud Auguſtini: *Noſtra delicta ſua delicta fecit, vt ſuā iuſticiā noſtrā iuſtitiā faceret.* Cùm ergo ſatisfactū eſt legi, adeò vt nō ſimus ſub lege, ſed ſub gratia, nō eſt qđ nos terreat ſententia legis. Verùm interim & hoc diligenter tenendum eſt, quòd finis iuſticiæ, nobis à Chriſto imputatæ, non debeat aut poſsit ſeparari à fide iuſtificante, qui finis eſt nouitas vitæ, ſeu mortificatio & viuificatio, quemadmodum Paulus docet ad Rom. 6.

Multiplices in hac vita calamitates piorum (id eſt, eorum, qui in viua fiducia filij, ſunt ad Deum conuerſi) non ſunt iræ, ſed adoptionis certiſsima ſigna. Quis eſt enim pater, qui nō flagellat filium, vt illum in obedientia contineat? Et Paulus affirmat, Sanctos ideò in hac vita variis calamitatibus caſtigari, vt conformes reddātur imagini filij eius in cruce, vt ſuo tempore etiam gloriæ cœleſtis efficiantur participes. Ita enim ait: *Si vnà patimur, vnà etiam regnabimus.*

Si quis particularitatis ſomnio perturbatur, opponat ei vniuerſalem gratiæ promiſsionem, iuxta illud: *Nolo mortem peccatorum, ſed vt conuertatur & viuat.*

Cùm igitur hanc dulciſsimam compellationem, *Pater*, qua filius Dei patrem hoc loco compellat, cogitamus; eam ad nos etiam pertinere, qui ſumus filij in filio, dilecti in dilecto, & hæredes in hærede Ieſu Chriſto, ſtatuamus.

Notatio temporis eſt. *Et Venit hora*, id eſt, articulus temporis, quo ex conſilio tuo, ô pater tradar Iudæis illudendus & crucifigendus, vt poſtea à mortuis excitatus, gloriam conſequar ſempiternam, ſalutemque omnibus in me credentibus adferam. De hoc temporis articulo Petrus ſcribit in hunc modum: *Scrutati ſunt Prophetæ, in quem aut cuiuſq; temporis articulum ſignificaret, qui in ipſis erat Spiritus Chriſti, prius ſignificans venturas in Chriſtum afflictiones, & quæ ſecutæ erant glorias, quibus reuelatum eſt, quòd non ſibi ipſis, ſed vobis adminiſtrabant hæc, quæ nunc annunciata ſunt vobis.* Tempus ergo paſsionis Domini non fatis aut aſtris alligatum erat, ſed decreto Dei, qui ſtatuit huius temporis articulum certum. *Poſtquam*, inquit Paulus, *venit plenitudo temporis, emiſit Deus filium ſuum factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret.* Hic pauca de temporum collatione, & promiſsionum diuinarum certitudine annotanda ſunt. Quemadmodum ab edita prima promiſsione de Meſsia, vſq; ad completionem eius, multa interuenerunt ſecula, vt

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

iſto pacto patrum fides exploraretur: ita à promiſsione aduentus Domini ad iudicium, longum interponitur tempus.

Verùm vt tempus vel longiſsimum non abſtulit primum aduentum: ita nec vlla temporis longitudo ſecundum intercipiet aduẽtum.

Pia ergo mens ſic apud ſe ratiocinetur. Vt promiſſus Meſsias ſtatim ab initio poſt conditos primos homines, tandem poſt longum interuallum aduenit, & impleta eſt promiſsio: ſic promiſſus eſt ſecundus aduentus. Quare verè promiſsio implebitur.

Qui enim non fefellit in primo, nec in ſecundo fallet. Eſt enim ipſiſsima veritas. Sed an breui ſit aduenturus, vel dilaturus ſuum aduentum in longum tempus, hoc ipſius ſapienti prouidentiæ relinquatur: apud quem vna dies veluti mille anni, & mille anni tanquam vnus dies. Leuemus ergo corda noſtra in cœlum, & certò expectemus inde Saluatorem Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, nihil diſputantes de tempore, ſed ſecuri de certitudine.

Petitio eſt: *Glorifica filium tuum.* Qui gloriam expetit, gradus ad gloriam non recuſabit, vel difficillimos. CHRISTVS ergo cùm petat ſe glorificari, non recuſat crucem, per quam ad gloriam ipſi conſcendendum erat.

Cùm ergo hîc dicit, *Glorifica Filium tuum*, ſenſus eſt: O Pater in paſsione & morte, quę ſunt gradus ad gloriam, me conſerua, reſurrectione me extolle, aſcenſione & ſeſsione ad dexteram Patris exalta me ſuper omnes creaturas, miſsione Spiritus teſtare de mea victoria ſuper peccato, morte, diabolo, inferno.

Deinde in vniuerſo mundo per prædicationem Euágeiij me fac magnificum & illuſtrem, vt omnes cognoſcant me eſſe tuum Filium, qui vitam & in meipſo habeam, & alijs omnibus qui eam apud me quærunt, largiri poſsim. Atque ita hæc petitio generalis eſt, in qua continentur petitiones omnes ſequentes, vſque ad finem capitis.

Finis petitionis eſt, *Vt & Filius tuus glorificet te:* hoc eſt, vt hominibus de te prædicet per ſuos diſcipulos & eorum ſucceſſores vſque ad finem mundi, & eis nomen tuum & voluntatem patefaciat. Hic finis impulſiua cauſa eſt glorificationis Chriſti per Patrem.

Proinde hic locus nos admoneat, quónam pertineat prædicatio Euangelij, nempe vt per illud glorificetur Deus in Filio, quem dedit vt mundi Saluator eſſet. Statuamus ergo hanc Chriſti precationem efficacem eſſe in mundo, vſque ad extremum diem, adeò vt diabolus & omnia eius membra, vtvt tumultuantur, non poſsint abolere gloriam Chriſti, & eius Eccleſiam, quæ vel in medijs perſecutionib. triũphat.

SECVNDVS.

2 ***Sicuti dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt quotquot dediſti ei, det eis vitam æternam.***

A Modum glorificationis, qua petit ſe glorificari à Patre, exponit. Senſus eſt: Sicut dediſti filio tuo poteſtatem omnis carnis, id eſt, in omnes homines: ita glorifica eum, vt iuxta poteſtatem ſibi datam det eis vitam æternam, ſcilicet quotquot eum receperint. Hæc proinde ſumma & Patris & Filij gloria eſt, quòd Chriſtus in ſe credentibus det vitam æternam, idq; ea poteſtate, quam habet à Patre ſibi donatam. De hac poteſtate excitatus à mortuis, & amandaturus diſci-B pulos ſuos in omnem terram ad prædicandum Euágelium, loquitur. Ita enim ait: *Mihi data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra. Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filij & Spiritus Sancti.* Et addit hanc dulciſsimam promiſsionem: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Huius poteſtatis finis eſt dare omnibus vitam æternam, qui in ipſum crediderint. Hîc in primis notandum eſt, quòd cùm Dominus dicit, poteſta-C tem ſibi omnis carnis datam eſſe, particularitatem Stoicam, & prærogatiuam Iudaicam euertat. Ideò enim omnem carnem pro omni homine poſuit, vt ſciamus beneficium redemptionis non contractũ eſſe, vel ad certas mundi ætates, vel ad certos homines alijs excluſis. Eádem ob cauſam alibi ponitur omnis creatura, pro omnibus hominibus. Quantum igitur ad conſilium Dei & volũtatem Mediatoris attinet, beneficiũ vniuerſale eſt: quod tamen fit particulare, eorũ D hominum vitio, qui vocem Euangelij contemnunt, in quos Filius Dei ſuam iudiciariam poteſtatẽ olim exercebit. Præterea cùm Chriſtus dicit ſibi datam eſſe poteſtatem in omnem carnem, & dandi ſuis vitam æternam: ſatis indicat, quòd nõ ſit tantũ homo, verũetiá verus Deus. Nulla enim creatura poteſt mortẽ vincere, mortuos excitare, & dare excitatis vitam æternam. Hanc proinde Chriſti poteſtatẽ, quę ſolius Dei eſt, opponamus primũ peccato, morti, inferno E & diabolo, in viua fiducia Filij Dei omnipotentis. Deinde eandem poteſtatẽ opponamus omnibus hæreticis veteribus & nouis, qui Chriſtũ de throno Maieſtatis ſuæ detrudere moliũtur. Nam ſi eadẽ poteſtas eſt Chriſti, quæ Patris eſt, eadem ſanè eſt maieſtas & deitas laudanda in ſeculum. Sed fortè aliquis obijciet. Si data eſt illi poteſtas, aliquando eá non habuit. Si eam ſemper non habuit, profectò ex ea non probabitur ipſius deitas. Reſp. Deus apud Eſaiam 42. dicit: F *Ego Iehoua, hoc nomen meum, gloriam meam alteri non dabo.* At nunc dat Chriſto hanc gloriam. Proinde Chriſtus nõ eſt alter à Deo, etſi alter eſt à Patre. Deinde dico, ea potẽtia quam habuit Filius, eandem cum Patre & Spiritu Sancto ab omni æternitate non eſt illi data, ſi vel deitatem Chriſti per ſe, vel relationem ad Patrem ſimpliciter ſpectas. Verùm ſi Filium Dei, vt eſt manifeſtatus in carne, & conſtitutus Mediator inter Deum & homines, rectè dicitur quòd ei ſit data G à Patre poteſtas. Hoc ergo reſpectu Domin⁹ hic dicit, ſibi datam eſſe poteſtatem omnis carnis: id eſt, omnium hominũ, nõ reſpectu Patris ſimpliciter,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

pliciter cui eſt æqualis gloria & poteſtate, nec A
reſpectu deitatis, in quam nec æqualitas nec inæqualitas cadit, cùm ſit ſimpliciſsima & vna numero.

TERTIVS.

3 *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Petiit Dominus ſe à patre glorificari, vt pa- B
trem viciſsim glorificet. Dixit ſibi poteſtatem datam eſſe à patre in omnem carnem, ad dãdam hominibus ſibi datis vitam æternam: nunc exponit & quomodo pater & filius alter alterum glorificet, & qui nam ſint illi, qui dantur filio à patre, & quomodo iidem uitæ æternæ fiant participes, hoc eſt, quomodo homines in peccatis ſuis mortui vitam æternam victa morte conſequantur ex dono & patris & filij. Hæc enim omnia fieri per prædicationem Euange- C
lij, quæ homines deducit in efficacem cognitionem Dei veri mediatoris Ieſu Chriſti, affirmat. Hæc luce clarius docent non ſolùm, quænam ſit gloria patris & filij, verumetiam vitam æternam gratuitum donum eſſe: & promiſsionem vitæ æternæ eſſe conditionalem, vt quæ pendeat ex conditione efficacis cognitionis veri Dei, & mediatoris Ieſu Chriſti.

Verùm priuſquam ſentẽtiam verborum Do-
mini diſtinctius explicabo, venenum quo hanc D
Euangelicam margaritam inficiunt Arriani abſtergam, quo nobis purius reddatur, & dulcius ſapiat hoc Domini dictum. Etſi autem Auguſtini ſententiam non repudio, tamen quia videtur mihi violenta, non eam opponam Arrianis. Sic enim ait Auguſtinus: *Ordo verborum eſt vt te & quem miſiſti Ieſum Chriſtum cognoſcant verum Deum. Conſequenter enim & Spiritus Sanctus intelligitur, quia Spiritus eſt patris & filij, tanquam charitas ſubſtantialis & conſubſtantialis amborum. Quoniam E
non duo dij pater & filius, nec tres dij pater & filius & Spiritus ſanctus, ſed ipſa trinitas vnus ſolus verus Deus.* Hæc Auguſtinus. Quæ tametſi piè & orthodoxè dicuntur per ſe: tamen ſimplicior videtur ſententia verborum Domini, ſicuti poſtea videbimus. Nos ergo vt explicatius ſententiam Domini declaremus, pro fundamento cõtra Arrianos ſumamus, quod in principio huius capitis dixi, videlicet quòd Chriſtus in hoc capite præcipuè loquatur de ſe, reſpectu humilia- F
tionis, qua ipſe Dei filius verus Deus humiliatus ſit in carne, factus mediator Dei & hominum, quaſi collocatus in medio gradu inter Deum & homines, quos ipſe copulat. Etſi autem Chriſtus eſt Mediator, quatenus eſt Deus in carne manifeſtatus, ideoq; ſecundùm utramque naturam, humanæ tamen naturæ ratione & propriè tribuitur perſonæ ſacerdotis officium. Nam vt carnem ſuam offerens victimam, G
ſacerdotis officio functus eſt in carne: ita intercedens pro nobis, humanitatis reſpectus potiſſimum habetur. Ideò Paulus ait: *Vnus mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus.* Perſona ergo agens, Dei filius eſt, quæ nunc ſecundùm hanc, nunc illam naturam agit. Hoc fundamento iacto, facilè refellitur Arrianorum argumentum. Filius, inquiunt, vocat patrem ſolum verum deum: Ergo nec filius nec Spiritus ſanctus eſt verus Deus. Hæc conſecutio falſa eſt, quia pugnat cum fundamento & cum totius ſcripturæ conſenſu. Sic ergo dictum Domini ex ſcriptura declarandum eſt: Solum particula non excludit à deitate Filium & Spiritum ſanctum, cùm ſit patris & filij & Spiritus ſancti vna eſſentia. In patre ergo eſt filius, & pater in filio, & in vtroq; ſpiritus ſanctus, ubicunque deitatis fit mentio. Nam quia in vno Deo tres perſonæ ſunt, ideò pater eſt Deus, & filius eſt idẽ Deus, & Spiritus ſanctus eſt idem Deus. Siquidem eſſentia tota eſt in ſingulis perſonis perfecta. Nec epitheton Veri, filium à deitate vera excludit, cùm nomen Dei eſſentiam illam communem deſignat, quæ complectitur tres perſonas. Sed excludit Chriſtus vtraque particula à deitate vera, omnia fictitia numina, quæ gentes pro diis habebant, expectantes ab eis vitam & beatitudinem, quæ dare ſolius veri Dei eſt, qui eſt pater, & filius & Spiritus ſanctus. Deinde, ſi excluderet epithetõ veri, filium à vera deitate: profectò Euangeliſta noſter qui hæc ſcribit, non alibi diceret, de filio loquens (alludens abſque omni dubio ad Domini verba quæ hìc ſcribuntur) *Sumus in vero in filio eius Ieſu Chriſto. Hic eſt verus Deus & vita æterna.* Philippus autem vt omnia puriſsimè, ita etiam hîc ſapientiſsimè reſpondet, inquiens: *Diſcernit hoc dictum officium perſonæ miſſæ, quæ eſt Deus & homo à diuinitate mittente, in qua tres perſonæ intelligendæ ſunt.* Hæc ſunt breuiter dicta de argumento Arrianorum, nunc penitius introſpiciamus Domini dictum. *Hæc*, inquit, *eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Conſtructio horum verborum hæc eſt. Hæc eſt autem vita æterna, vt coguoſcant te ſcilicet mittentem ſolum verum Deum eſſe, & vt cognoſcant Ieſum eſſe Chriſtum quem miſiſti. Vt enim Ieſus hîc perſonæ nomen eſt: ita Chriſtus officij. Sic exponit poſterius membrum Euangeliſta noſter infrà cap. 20. inquiẽs: *Hæc ſcripta ſunt vt intelligatis quòd Ieſus ſit Chriſtus filius Dei, & vt credentes vitam habeatis per nomen eius.* Monſtratur ergo nobis hoc loco, quòd via qua venitur in vitam æternam, ſit cognitio veri Dei, & cognitio Ieſu qui eſt Chriſtus ille quem pater miſit, vt eſſet mediator inter Deum & homines. Hæc duplex cognitio aliunde haberi nequit, quàm ex uerbo Euangelij. Vt ergo quotquot in hac vita hanc cognitionem habent, vitæ æternæ ſunt hæredes: ita qui eam non habent, aut non conſequuntur ante mortem, manent ſub mortis iure. Qui enim non credit, ira Dei manet ſuper eum. Hìc plura ordine ſunt conſideranda.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Primùm, quid ſibi velit cognitionis vocabulum.

Deinde, cuius rei requiratur cognitio, & vndè petatur.

Tertiò, quid pariat cognitio hęc in fideli anima: quiſq; ſit hujus cognitionis fructus & vſus.

Cognitionis vocabulum more ſcripturę tria complectitur; videlicet ipſam noticiam nudá, affectum quem requirit noticia, & effectum vtriuſq;. Nam noticia ſine affectu & effectu prorſus inutilis eſt ei, qui eá habet, vt theſaurus magnus ſine vſu & fructu poſsidentis.

Ipſa notitia eſt firma perſuaſio de re, quæ perſuaſio nititur demonſtratione ex verbo Dei & teſtimonijs ex verbo petitis. Hæc in mente reſidet, quæ meditatione augetur & confirmatur.

Affectus requirit fiduciam, quę eſt in corde. Hac ſtatuit homo verè ſibi collatum iri, quod mens docta verbo Dei intelligit. Eſt enim hic affectus veluti ſenſus in corde eius perſuaſionis, quæ eſt in mente.

Effectus vtriuſq; eſt prompta obediētia mētis, cordis & voluntatis erga Deum. Hæc tria etſi diſtinguūtur & habent quæque ſuas actiones proprias & peculiares: tamen adeò neceſſariò cohærent, vt nullum eorum ſine alijs rectê conſiſtere queat.

Cuius rei requiritur cognitio? Veri Dei & Ieſu qui eſt miſſus à Patre, vt ſit Chriſtus noſter. Hæc duplex cognitio ita neceſſaria eſt, vt ſine ea nemo ſalutem conſequi poſsit. Verùm priuſquam ad cognitionem Dei & Mediatoris ſalutarem homo venire poſsit, & poſtea acceptam retinere, neceſſe eſt vt homo ſeipſum rectè cognoſcat.

Vt autem homo ſeipſum rectè cognoſcat, cogitare debet qualis concipiatur & naſcatur, qualis ſit natus, tum qualis ſit renatus in ſe.

Qualis concipitur & naſcitur homo? Concipitur & naſcitur in peccatis. Pſalmo quinquageſimoprimo. Item filius iræ ad Epheſios ſecundo, hoc eſt, reus natura, obnoxius morti & damnationi æternæ, propter peccatum, quo contaminata eſt natura & rea in omnibus poſteris Adæ. Natura dico, quia ex gratia fœderis eſt, quod Deus natura reos ex miſericordia in gratiam recipiat, quibus ſcilicet facta eſt promiſsio, qui ſemen Abrahæ cenſentur. De hac qualitate hominis vide ad Romanos caput quintum.

Qualis eſt homo natus? Homo nat⁹ ſine regenerationis gratia manet ſub ira, manet captiuus ſub diabolo, manet ſub mortis ꝑpetuo iure. Ex quo fit vt nihil quicquá boni facere poſsit, quo Deus honore afficiatur & colatur. Siquidem & mens ipſius eſt polluta, & conſcientia contaminata. Vnde à Paulo pronunciatur abominabilis, & ad omne bonum opus reprobus: ad Titum 2. Ratio huius petitur Rom. 3. à remotione cauſarum, quæ requiruntur ad boni operis effectionem, quæ ſunt, rectum iudicium, voluntas alacris & prompta, & vires ad efficiendum idoneæ.

A Ita enim Paulus poſt Dauidem ait: *Non eſt intelligens.* (Hic mentis ſanum iudicium negatur homini non renato:) *Non eſt requirens Deum* (hîc voluntatis alacritas, & promptitudo adimitur:) *Simul inutiles facti ſunt* (hîc vires idoneę ad efficiendum aliquid Deo gratum homini non renato negantur.) Hinc Paulus concludit hoc modo: *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.*

Cæterùm hîc ſciendum eſt opus bonum dici
B duplici reſpectu: videlicet vſus in hac vita, & cultus corá Deo. Reſpectu vſus in hac vita multa faciunt etiam non renati, quæ bona ſunt vſu, qualia politicæ leges requirunt, qualiaq; fiunt à multis heroicis hominibus. Reſpectu cultus coram Deo, non eſt vſq; ad vnum (de non renatis loquor) qui faciat bonum.

Qualis eſt homo renatus in ſe? Hîc Auguſtini verbis reſpondeo. *Proni,* inquit, *ſumus ad malum, et ſi miſericordia Dei non teneret nos, in omne vi-*
C *tium poſſemus cadere, nec inde ſurgere, niſi miſericordia Dei ſubſequeretur, quæ nos ſubleuaret. Hoc benè cognoſcebat Propheta Dauid cùm dicebat: Domine miſericordia tua ante oculos meos, quo me cuſtodiat, & miſericordia tua ſubſequetur me, quæ me erigat. Hanc cognitionem ſui habuit Abraham cùm diceret: Puluis & cinis ſum. Reuera enim puluis eſt homo. Sicut enim puluis ex quacunque parte venti impellitur, & in aliam deijcitur, & ibi remanet; ſic homo in omne vitium cadere poteſt, nec adijciet vt reſurgat, niſi miſericordia*
D *Dei ei ſubueniat. Cinis etiam eſt homo: quia ſicut cinis non profert germen ex ſe, nec ſuſceptum ſemen germinat; ſic homo nec bonum facere, nec in aliquo bono perſeuerare ſine gratia Dei poteſt.* Hactenus Auguſtinus. Huc pertinet Pauli dictum Philip. 2. *Deus is eſt eſt, qui efficit in vobis, vt & velitis & efficiatis, pro gratuita ſua beneuolentia.* Et ad Philip. 1. *Qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vſque in diem iudicij.* Et alibi de ſe ait idem Paulus: *Gratia Dei ſum id, quod ſum.* Breuiter, qualis ſit homo renatus in
E hac vita, Paulus ſeipſum exemplum ſtatuens, oſtendit ad Roman. cap. 7.

Verùm ne qui renati ſunt, remittant manus, & fiant ſegniores, quia ſua natura ſunt infirmiores, quàm vt poſsint quæ volunt facere: Paulus hortatur Theſſal. ne extinguant Spiritum, id eſt, ne facem Spiritus Sancti, qua accēduntur corda eorum ad verū Dei timorem & ſanctitatem, ſua negligentia & incuria extinguant; ſed dent operam potius, vt accendatur
F magis iuxta mandatum Chriſti: *Vigilate & orate.* His ita explicatis de cognitione hominis, videamus nunc qualis Dei & Mediatoris cognitio ſit neceſſaria.

Vera & ſalutaris cognitio veri Dei, & Mediatoris noſtri IESV CHRISTI, aliunde haberi non poteſt, quàm ex ipſius verbo, & teſtimoniis verbo additis.

Oportet enim omnino de Deo quærere ex
G eius verbo, & de Deo loqui per eius verbū. Verbū igit̃ Dei ſolum monſtrat nobis vnū Deum, tres perſonas diſtinguit, & voluntatem eius

erga

erga homines patefacit. Hoc verbum confirmant A teſtimonia patefactionis, vt in baptiſmo Chriſti, & in transfiguratione eiuſdem. Hoc verbo & teſtimonijs contenti ſimus, firmiterque ijs credamus, etiamſi nec ſenſus, nec ratio myſterium illud magnum percipiat. Bernhardus piè ait: *Sacramentum hoc magnum eſt, & quidem venerandum, non ſcrutandum, quomodo pluralitas in vnitate, aut ipſa vnitas in pluralitate. Scrutari hoc temeritas eſt, credere pietas, noſſe verò vita æterna. Nam*, vt Cyprianus ait: *Videri non poteſt, viſu clarior eſt; nec* B *comprehendi, tactu purior eſt; nec æſtimari, ſenſu maior eſt; & ideò ſic Deum dignè æſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus.* Et Nazianzenus ait: *Noſtra cognitio Dei eſt*, μεγάλου φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα. De vnitate diuinæ eſſentiæ, & trinitate perſonarum ſuprà dictum eſt in 4. & 5. capitibus.

Voluntas Dei erga nos ſimiliter verbo & teſtimonijs nobis patefacta eſt, de qua voluntate rectè inſtrui ſalutis noſtrę intereſt. Huius volũtatis Dei modi duo ſunt. Nam eſt voluntas Dei C antecedens, & voluntas Dei conſequens. Illa paterna: hæc iudiciaria eſt. In antecedente Dei voluntate erga nos, conſideretur quid nobis nõ velit, quid nobis velit, & quid à nobis velit.

Quid nobis non vult? Reſpondet ipſe ſuo verbo: *Nolo mortem peccatoris.* Et Petrus ait: *Non vult vllos perire.*

Quid nobis vult? Reſpondet Paulus: *Deus vult omnes homines ſaluos fieri.*

Quid à nobis vult? vt cõuertamur ad ipſum, D & viuamus ſecundum ipſius voluntatem.

Conſequens Dei voluntas, iuſta iudicis ſententia eſt, quę conſequitur hominum facta, hoc eſt, pœnitentiam & impœnitentiam. Nam vt omnes qui agunt pœnitentiam & conuertũtur, vult ſaluos fieri: ita impœnitentes omnes iuſto ſuo iudicio vult perire. Huius voluntatis Dei, vt locupletiſsimus teſtis eſt Filius Dei, quem ex dilectione in mundum miſit: ita eandem plurima confirmant exempla, cùm veteris, tum no- E ui Teſtamenti.

Mediatoris ſalutaris cognitio in duobus conſiſtit, videlicet in noticia & fiducia. Noticia in quatuor ſita eſt, iuxta doctrinam ſymboli; videlicet quòd ſit verus Deus, qui poteſt quicquid vult: Quòd ſit verus homo, qui nobis ſocietate naturæ iunctus eſt, quare & amat nos, & vult nobis benè: Quòd ſit vna perſona verus Deus, & verus homo, cuius omnia opera ſunt immenſa, & infiniti precij: Quòd ſit nobis miſ- F ſus, vt ſit noſter Rex, Sacerdos, propitiator, redemptor, iuxta verbum promiſsionis, & plurima teſtimonia.

Fiducia ſeu fides, quæ ex noticia dependet, vt Paulus ait: *Fides ex auditu*, eſt propriè motus in corde, qui facit vt in promiſsione gratiæ acquieſcamus, nihil dubitãtes, quin Deus ſit præſtiturus quod in Chriſto promiſerat. Roman. capite quarto. Et quia hæc fides ex noticia naſcitur, ſolemus ſimpliciſsimè fidem definire G hoc modo: Fides eſt noticia, & fiducia promiſſæ miſericordiæ propter Chriſtum.

Quid parit hæc cognitio Dei veri, & Mediatoris in fideli anima, quis eſt eius fructus & vſus? Hæc cognitio in fideli anima parit iuſticiã, pacem & gaudium in Spiritu Sancto. Roman. capite 14. Et fiducia remiſsionis peccatorum, & adoptionis in Chriſto Ieſu, per quem habemus acceſſum ad Patrem: hoc gaudium, & hæc pax eſt reconciliatio cum Deo, & bona conſcientia, quæ eſt fidei cuſtos. Secundò, parit victoriam ſuper peccato, morte, inferno, diabolo. Tertiò, parit nouam obedientiam, & acre ſtudium ad commendandam Deo totam ſuam vitam, iuxta ipſius voluntatem. Quartò, parit patientiam ſub cruce, adeò vt pia anima de cruce glorietur, ad Rom. 5. tantum abeſt vt ſub cruce deficiat. Quintò, parit conſtantem confeſsionẽ in perſecutione, quemadmodum infinita Martyrum exempla teſtantur. Sextò, parit ὑπόστασιν, id eſt, ſpem certiſsimæ victoriæ, & in lucta aduerſus mundum, carnem, diabolum & in agone mortis. Hanc ſalutarẽ cognitionẽ veri Dei, & Mediatoris noſtri Ieſu Chriſti, tandem excipiet beata immortalitas. Hæc illuſtrentur collatione contrariorum effectuum, ignorantiæ Dei & Mediatoris.

QVARTVS.

4 Ego te glorificaui ſuper terram, opus conſummaui quod dediſti mihi vt facerem.

5 Et nunc glorifica me tu Pater apud temetipſum, gloria quam habui apud te, priuſquam hic mundus exiſteret.

Repetit propoſitionem precationis, ſed inuerſo ordine. Supra enim dixit: *Glorifica Filium vt Filius te glorificet.* Nunc autem dicit: Filius glorificauit te, vt tu illum viciſsim glorifices. Hæc ordinis inuerſio docet, quòd & Pater & Filius ſimul glorificentur. Quando enim Filius glorificat Patrem, vt Pater glorificet Filium, tunc ſimul Pater glorificat Filium, vt Filius Patrem glorificet. Simul ergo glorificantur Pater & Filius obedientia Filij, & prædicatione Euangelij. Hæc ſumma ſententiæ eſt, iam ſingula perpendantur.

Primùm ergo dicit: *Ego glorificaui te ſuper terrã.* Hoc loco Filius diſcernit inter gloriam Patris quã habet in cœlis, & gloriam Patris ſuper terram. Gloria Patris quam habet in cœlis, non augetur aut minuitur. Perpetuas enim laudes ipſi canũt caſtiſsimi Spiritus in cœlo. Verùm poſtquam homo lapſus eſt in peccatum, deſciuit à laudib. Dei, diabolo ſubiectus, cùm tamen conditus erat, vt vnà cum Angelis in cœlo Deũ glorificaret: venit Filius Dei in mundum, vt repararet imaginem Dei in homine, quo homo reparata in ſe imagine Dei, rurſus Deum cum Angelis glorificaret, vtriſq; ſub vnum caput redactis. Glorificat ergo Filius Patrem, vt homines in terra, liberati à captiuitate diaboli, poſsint cum caſtiſsimis Angelis in cœlo glorificare Patrẽ, qui adeò dilexit mundum, vt Filium daret, qui fieret victima, qua redimeretur genus humanum.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Atque hoc eſt, quod Filius hic dicit, *Ego glorificaui te ſuper terram*: ſcilicet obedientia ſub lege, & ſub cruce, doctrina cœleſti, miraculis & collectione Eccleſiæ, quæ te ſimul glorificat. Nos pinde qui membra Chriſti eſſe gloriamur, monemur exemplo filij, vt & nos pro noſtro modulo, per omnem vitam glorificemus patrem mente, obedientia & prædicatione bonitatis ipſius.

Deinde cùm addit; *Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt facerem*, exponit quomodo glorificauerit patrem ſuper terram, videlicet perficiendo opus, ad quod miſſus erat. Fuit autem miſſus vt verbũ è ſinu patris proferret, quo teſtaretur de voluntate patris erga homine; vt fieret victima pro genere humano, qua iuſta ira Dei placaretur; vt intercederet apud patrẽ pro hominibus. Breuiter, vt fieret propitiator & redemptor. Sed quomodo congruit quod ait: *Conſummaui opus, quod dediſti mihi vt facerem*, cùm difficillima pars adhuc reſtabat, nempe oblatio Chriſti in ara crucis? Ideò ſic loquitur Dominus, vel quia reſpectu promptitudinis animi conſummatum erat opus, vel quia præteritum eſſe dicit, quod iamiam erat futurum, idque prophetico more propter euentus certitudinẽ.

Tertiò ſubiungit: *Et nunc glorifica me apud temetipſum ea gloria, quam habui apud te, priuſquam hic mundus exiſteret.* Auguſtinus hîc admonet, quoſdam hoc dictum ita intellexiſſe, tanquam humana natura, quæ ſuſcepta eſt à verbo, couertetetur in verbum, & homo mutaretur in Deum. Imò, ſi diligentius quod opinati ſunt cogitemus, homo periret in Deo. Hæc Auguſtinus. Sed Chriſtus non petit humanam naturam cõuerti in diuinam, ſed vt ipſius diuina maieſtas refulgeat in humana natura, quam aſſumpſerat, id quod iam fit à tempore aſcenſionis eius, cùm ſedeat ad dexteram Patris in throno Maieſtatis in excelſis. Sed verba Domini adhuc diſtinctius introſpiciamus. Tria enim hic facit Dominus.

Primùm petit, vt poſt ſuperatam mortem, glorioſa aſcenſione in cœlum, & ſeſsione ad dexteram Patris glorificetur, dum exerat ſuam diuinam potentiam in gubernanda Eccleſia in hoc mundo. Quod autem hæ preces filij Dei ſint exauditæ, vel hic dies teſtatur, & extremus dies coram omnibus creaturis teſtabitur, quando videlicet omne genu cœleſtium, terreſtrium & infernorum ſe flectat ad nomen Chriſti. Deinde Chriſtus de perſona ſua loquens, reſpectu diuinæ naturæ, diſtinguit inter ſe & creaturas. Nam ſi fuit antequam mundus exiſteret, vtique non eſt creatura. Si non creatura, veriſsimè Deus eſt æternus. Solus enim Deus creatura non eſt. Tertiò, diſcernit inter ſe & Patrem. Ergo Filius eſt diſtincta perſona à Patre. Hæc pulcherrimè congruunt cum initio huius Euangelij: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipſum facta ſunt.* Notetur igitur diligenter hic locus de vera deitate filij, & de diſtinctione perſonæ filij, à perſona Patris.

QVINTVS.

6 *Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos mihi dediſti de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuum ſeruauerunt.*

Dixit Dominus ſe opus cõſummaſſe, nũc partem eius operis exponit, quæ eſt manifeſtatio nominis paterni ſuper terram. Hîc ordine plura ſunt expendenda. Primùm, quid nomine patris ſignificetur.

Secundò, quomodo per filium patris nomen manifeſtatur.

Tertiò, Quibúsnam filius nomen patris manifeſtabit.

Quartò, quid illi viciſsim fecerũt, quibus nomen patris à filio manifeſtatum eſt.

DE PRIMO.

Cùm Chriſtus nomen patris pro ipſo patre ponit, mittit nos ad verbum, quod teſtatur de patre, & ad teſtimonia quibus cõprobatur verbi veritas. Nomen enim Dei in ſcriptura non tam appellatio eſt qua Deus nominatur, quàm quicquid verè de eo dicitur, & prædicatur in ſcriptura & teſtimoniis, id eſt, factis ipſius comprobatur. Pſalm. 86. dicitur: *Glorificabunt nomen tuũ, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus*, Et paulò pòſt: *Glorificabo nomen tuum, quia miſericordia tua magna eſt ſuper me.* Et infrà: *Et tu Domine Deus miſerator & miſericors, tardus ad irã, & multæ miſericordiæ & verax.* Ita videmus Dauidem per nomen Dei intelligere quicquid verè de Deo dicitur & prædicatur in ſcripturis & teſtimoniis, id eſt, factis ipſius cõprobatur. Cùm ergo Chriſtus pronunciat patrem nos amare, charos habere qui in filium credimus, tueri velle, ſanctificare, iuſtificare, ſaluare, liberare à morte æterna, & dare omnibus in filium credentibus vitam æternam, nomen patris prædicat. Hæc enim omnia, & quicquid dignè de patre dicitur, nomine patris ſignificatur. Nomen ergo patris relationem ad verbum & teſtimonia de patris uoluntate & beneficiis notat.

DE SECVNDO.

Filius patrem manifeſtauit doctrina, miraculis, factis, exemplo vitæ. Doctrina, qua docuit ſe à patre miſſum, docuit voluntatem patris, docuit viam ſeu verum acceſſum ad patrem. Miraculis, quæ ipſe patris opera vocat, oſtendit patrem promtiſsimum eſſe ad iuuandum omnes, qui ad filium confugerint. Factis, cùm omnes recipiat confugientes ad ſe in vera fiducia, abſque diſcrimine perſonarum, nationum, fortunarum & conditionum. Diuitem Zachęum confugientem ad gratiam, recepit. Pauperem Lazarum ſimili fauore complexus eſt: Hypocritam Nicodemum, ſed reſipiſcentem non ſpreuit, nec Magdalenam peccatricem aſpernatus eſt. Iairum virum honeſtum recipit, & ſceleratum Latronum ex eadem patris beneuolentia fouet. Breuiter, factis ſuis oſtendit filius,

lius, quòd pater abſque diſcrimine vult in gratiam omnes reſipiſcentes recipere. Sola enim fides eſt, quæ omnes pares facit, & omnia diſcrimina tollit. Exemplo vitæ Filius Dei ad Patrem nos ducit, & manifeſtat nobis, quales requirat filios: *Diſcite*, inquit, *à me, quia mitis ſum, & humilis corde.*

De Tertio.

Quibus manifeſtauit nomen Patris? Reſpondet ipſe: *Manifeſtaui nomē tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo.* Loquitur autē potiſsimùm de Diſcipulis, quos pleniùs inſtruxerat de voluntate Patris, vt eſſent cuſtodes doctrinæ ſibi traditæ. Tametſi autē publicè & palàm locutus erat Filius in mundo de Patre: tamen quia mundus doctrinam illius non recepit, ſed aſpernatus eſt: non loquitur Dominus de mundo, ſed tantùm de iis, qui dati erant ſibi à Patre. Dicuntur autem à Patre dari Filio, qui tracti à Patre veniunt ad Filium, ipſum audiunt, ei credunt, & ſe illi committunt.

De Qvarto.

Quid fecerunt vicisſim, quibus Filius manifeſtauit nomē Patris ſui? *Sermonem*, inquit, *tuum ſeruauerunt.* Seruare ſermonem Patris hoc loco dicuntur, non qui vel perfectè intelligunt, vel opere implent. (Diſcipuli enim Domini eò perfectionis nondum perueenerant, vt ſermonem Domini intelligerent perfectè, tantùm abeſt vt opere implerent:) ſed qui fide recipiunt doctrinam, fideliter retinent, ſtudent proficere, bona conſcientia profitentur & propagant, hi dicuntur ſermonem Patris ſeruare.

Atque hæc obſeruatio ſermonum Patris Euangelica dicitur, quæ plurimùm differt à legali obſeruatione. Nam vt Euangelica obſeruatio in prompta voluntate, ſtudio & conatu poſita eſt, quæ tametſi non eſt perfecta gradibus: placet tamen, quia perſonæ ſunt reconciliatæ: ita legalis obſeruatio obedientia eſt perfecta, nō ſolum partibus, verumetiam gradibus, qualem nemo à lapſu primorum parentum habuit, præter vnum Ieſum Chriſtum, cuius obedientia nos cenſemur iuſti, cùm in ipſum credimus, iuxta dictum Pauli: *Chriſtus eſt finis legis in iuſticiam omni credenti.* Hoc ergo diſcrimen diligenter obſeruetur inter obſeruationem mandatorum Dei Euangelicam, & legalem. Illam omnes pij præſtant: hanc nulli mortaliū. Vide quæ ſuprà annotauimus Ioh. 14.

Sextvs.

7 ***Nunc cognouerunt quòd omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt, quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt & cognouerunt verè quòd à te exiui, & crediderunt quòd tu me miſiſti.***

Dixit datos ſibi à patre ſeruaſſe ſermonem patris. Iam definit quid ſit ſeruare ſermonem patris, videlicet agnoſcere opera filij eſſe à patre, verba filij eſſe verba patris, filium verè à patre miſſum eſſe, hunc accipere & credere in eùm, iuxta verba quæ pater dedit filio, vt ille viciſsim daret, ſibi à patre datis. Ex his poſſumus ordinem ſalutis conſequendæ extruere, in hunc modum: Omnium primum poſt agnitam iram Dei & miſeriam in qua nati ſumus, certò perſuaſum nobis eſſe oportet, quòd Ieſus ſit filius Dei à patre miſſus in mundum, vt mundus ſaluetur per ipſum. Nemo enim vnquam, quàm ſit ſuauis Dominus, guſtabit, niſi prius iræ Dei & miſeriæ propriæ amaritudinem guſtauerit.

Secundò, verbum Euangelij accipiendum eſt, eique fides adhibenda, videlicet quòd ſit verbum patris, filio datum, vt illud mundo annunciet.

Tertiò, ex Euangelio patris cognitio petitur. In filio enim tanquam in imagine proponitur qualis ſit pater, & quomodo ſit erga homines affectus. Non enim aliunde ſciri poteſt pater, quàm ex ipſius imagine, qui eſt filius eius. Atque ita patris & filij cognitio coniuncta eſt.

Quartò, ex cognitione patris & filij naſcitur viua fiducia in corde, qua ſtatuitur remiſſum eſſe peccatum. Nam cùm ex Euangelio ſcimus patrem non velle mortem peccatoris, ſed conuerſionem vt viuat, idque ex mera dilectione, qua dedit filium vt nos redimeret, & ſcimus filium eſſe victimam, qui dedit ſeipſum λύτρον pro peccatis mundi: Et audimus dulciſsimam vocem filij in Euangelio: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos:* Et videmus neminem tam enormem peccatorem fuiſſe, quin inuenerit gratiam, modò confugit ad propitiatorium: concipitur in nobis viua fiducia cordis, qua acquieſcimus in uerbo promiſsionis gratuitæ miſericordiæ propter Chriſtum. Hac fiducia iuſtificati, reconciliati ſumus patri, iuxta vocem Euangelij.

Quintò, ex fiducia naſcitur gratitudo erga Deum, prædicatio bonitatis & miſericordiæ Dei, amor & timor Dei. Breuiter, vera pietas, quæ vna eſt fundamentum, principium, dux & gubernatrix omnium virtutum.

Sextò, ex pietate erga Deum naſcitur ſtudium innocentiæ, amor iuſticiæ, fraterna charitas, in vocatione diligentia, patientia ſub cruce. Breuiter, exercitium pietatis omnis generis.

Qui hunc ordinem tenet, & in hoc perſeuerat vſque ad finem, beatus pronunciatur in ſcripturis. Non eſt enim ſatis incœpiſſe bene, ſed oportet bene progredi, indies proficere, donec ad metam ventum fuerit. Ideò autor Epiſtolæ ad Hebræos ait: *Participes facti eſtis ſalutis, ſi fiduciam conceptam vſque ad finem firmam tenueritis.* Meminerimus ergo nos in via eſſe, in qua ſi defecerimus, procul dubio ſalute excidemus.

Secvnda Pars.

Hanc partem ſuprà diximus continere pre-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cationem Domini pro Diſcipulis ſuis, vt Pater eos ſanctificet, & tueatur verſantes in mundo à malo, quo maneant conſtantes in doctrina, quá acceperant.

PRIMVS.

9 *Ego pro eis rogo, nō pro mundo rogo: ſed pro iis, quos dediſti mihi, quia tui ſunt.*

Propoſitio eſt precationis Domini pro Diſcipulis ſuis, & ratio propoſitionis, quibus interſeritur triſtiſsima excluſio mundi à precatione Chriſti.

Propoſitio eſt, *Oro pro iis*, pro iis, inquam, *quos dediſti mihi*: hoc eſt, pro iis, qui me receperunt, crediderunt me à te miſſum, & ſeruauerunt ſermonem tuum. Dari Filio à Patre ſuprà diximus, omnes eos, quotquot tracti à Patre veniunt ad Filium.

Ratio petitionis eſt, *Quia tui ſunt*. Quid? An non omnia Dei ſunt, qui eſt creator omnium & ſuſtentator? Si ius poſſeſsionis ſpectes, verè omnia Dei ſunt, eique ſubiecta. At ſi ius adoptionis conſideres, illi ſoli dicūtur Patris eſſe, quos adoptionis dignitate donauit, in quorum numero ſunt, qui credunt in nomē Filij Dei, amplectuntur & profitentur Euangelium. Hinc pij conſolentur ſe in medio luporum, hoc eſt, tyrannorum, ſophiſtarum & hypocritarum. Nam ſi ſunt Patris peculium, profectò vel eos tuebitur aduerſus mundi ſæuitiam, vel aſsiſtet illis ſuâ gratiâ in afflictionibus, vt cùm ſuccumbere videantur mundo, glorioſi victores corā Deo efficiantur. Deinde hæc precatio Chriſti pro Diſcipulis & Eccleſia, monet quòd nemo ſit tam firmus in fide, vt conſiſtere & perſeuerare poſsit in pietatis curſu, niſi diuinitùs ſuſtētetur. Ideò Pſalmus ait: *A Domino greſſus hominis dirigetur, & cùm ceciderit, nō collidetur, quia Dominus ſupponit manū ſuam.* Item: *Salus iuſtorum à Domino, & protector eorum in tempore tribulationis, adiuuabit eos, & liberabit eos ab impijs, & ſaluabit eos, quia ſperauerunt in eo.* Ardentibus igitur precibus, piiſq; votis confugiamus ad Patrem, qui bonus & propitius eſt, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus ſe, petentes ab eo, vt nos in pietatis curſu confirmet, ne deficiamus. Cum his cōgruit votum Pauli 2. ad Theſ. 2. *Ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus & Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, conſoletur corda veſtra, & confirmet vos in omni ſermone & opere bono.* Hîc Paulus vult nos tria ſimul cogitare: videlicet acceſſum nobis patēre ad Deum fide Chriſti: potentiam Dei, qua ipſe poteſt nos ſuſtentare: & paternum affectum, quo nos vt filios in dilecto complectitur.

Excluſio mundi à precatione Chriſti, quæ interſeritur, triſtiſsima hæc eſt: *Non pro mundo rogo.* Quid quæſo hoc eſt? Excluditne Chriſtus à ſua precatione, hoc eſt, à ſalute, mundū, ꝑpter quem venit, vt ipſum ſaluaret? Nōnne ipſe alibi dicit: *Veni in mundum ſaluare quod perierat.* Periítne queſo totus mundus. Eſtne Chriſtus ille Agnus Dei, qui tollit peccatum MVNDI? Annon Patris & Filij vna voluntas? Iam autem Pater dicit: *Nolo mortem peccatoris, ſed vt cōuertatur, & viuat.* Nōnne tu ipſe, dulciſsime mundi Redemptor, clamas, & dicis: *Venite ad me OMNES qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos?* Quid Paulus, Domini Apoſtolus, q magna aſſeueratione ait: *Fidelis ſermo, & omni acceptatione dignus, quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere?* Eſtne Scriptura quæ dicit: *Nulla perſonarum acceptio eſt apud Deum?* Annon tu ipſe Iohannes, q hæc ſcribis, de Domino meo alicubi ais: *Si peccauerimus, aduocatum habemus apud Deum Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantùm, ſed pro totius mundi.* Petrus, qui etiam hanc Domini precationem audiuit, nōnne clarè pronunciat hæc verba: *Deus eſt longanimis, nolens VLLOS perire, ſed OMNES ad pœnitentiam recipere.* Et rurſus Paulus ait: *Hoc bonum & acceptum eſt coram Seruatore noſtro Deo, quia OMNES homines vult ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, & vnus Mediator Dei & hominum, homo Ieſus Chriſtus, qui dedit ſemetipſum ἀντίλυτρον pro omnibus.* Cùm hanc Scripturam obſignauit Deus, de vniuerſali gratia, de volūtate Patris volentis omnes ſaluos fieri, de liberaliſsimi Filij bonitate inuitātis omnes ad gratiam, de λύτρῳ ſufficiēti pro omnibus: quid eſt quod ſuauiſsimus noſter Redemptor hic excludit mundum à ſua precatione? *Non pro mundo*, inquit, *oro.* Nam excludere mundū à ſua precatione, quid eſt aliud, quàm relinquere mundum ſub maledictione & æternæ iræ ſubiectum, qua quidem re nulla maior miſeria mundo accidere poteſt. Quidam hîc cum Zenonis familia confugiunt ad Parcarum tabulas: ſed iſti conantur ſoluere Scripturam, quæ æternùm ſolui non poteſt. Pater enim illam ſanctificauit, Iohan. 10. Quæ profectò ſolueretur, ſi veritas teſtimoniorū de vniuerſali gratia, quæ adduximus, negaretur. Quid ergo dicemus? Audiamus Scripturam, quæ ſui ipſius optimus eſt interpres. Cùm Filius dicit, *Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret:* non eſt dubium hîc mundi nomine omnes homines, q ſunt in mundo, intelligi. At cùm dicit hoc loco, *Non pro mundo rogo:* mundus abſque omni dubio accipitur ex circunſtantia contextus, vt ſuprà Iohan. 16. *Vos plorabitis & flebitis, Mundus autem gaudebit:* vbi per mundum intelligit eos, qui obturabant aures ſuas ad veritatem Dei, de quibus ait Dominus Iohan. 15. *Si non veniſſem, & locutus illis fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Intelligit ergo Dominus per mundum, contumaces aduerſus Chriſtum, & ſimul culpā, mundi perditionis ipſius cauſſam haud obſcurè ſignificat. Iohannes, qui hanc precationem Chriſti literis mandauit, alludens ad hāc Chriſti precationem, alibi ait: *Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roges.* Hoc peccatum abſque omni dubio eorum eſt, quos Dominus hoc loco mundi nomine deſignat, qd' ipſe blaſphemiam in Spiritum Sanctum, quę nec in hac, nec in futura vita remittetur, alibi nominat. Non eſt ergo mirū, quòd

quod Chriſtus non orat pro mundo, hoc eſt A proiis hominibus in mundo, quorum peccatum non remittitur. Matthæi duodecimo: *Omne peccatum & omnis blaſphemia remittitur hominibus. Spiritus autem blaſphemia nunquam remittitur, neque in hoc neque in futuro ſeculo.* Quid? Superat ne ergo peccatum gratiam, contra dictum Pauli, qui ait: *Gratiam Dei ſuperabundare ſuper peccatum.* Abſit. Dictum Pauli ſtabit immotum in omnem æternitatem. Nullum enim peccatum irremiſsibile eſt ſua ſubſtantia. Quare B nec blaſphemia in Spiritum ſanctum, ſed circumſtantia certa peccatum in Spiritum Sanctum irremiſsibile dicitur. Sed age, ne quis hic impingat, inquiramus, prælucente nobis ſcriptura, quæ nam ſit ratio huius peccati, quod Chriſtus pronunciat irremiſsibile. Primùm ergo definitionem peccati in Spiritum Sanctum, cuius rei peraguntur Phariſæi, trademus. Deinde partes definitionis ex ſcriptura interpretabimur.

Peccatum in Spiritum ſanctum, ſeu blaſphemia Spiritus, ſeu peccatum ad mortem. (Hæc enim tria nomina vnius rei ſunt,) non eſt tranſgreſsio Decalogi vlla, nec vniuerſalis, nec particularis, nec eſt contemtus, aut perſecutio aut blaſphemia Chriſti aut Euangelij, ex ignorantia cœca & incredulitate: Sed eſt voluntaria obſtinatio ex mera malicia aduerſus Chriſtum, qui ex prophetijs, doctrina, & miraculis cognoſci poterat eſſe promiſſus Meſsias, oppu- D gnatio Euangelij, per Spiritum Sanctum teſtificantem, perſecutio violenta Chriſti & eccleſiæ, & finalis abiectio hoſtiæ Chriſti, quę ſola eſt peccati expiatrix.

In hac definitione duo ſunt, negatio & affirmatio. Negatio indicat, quid non ſit: Affirmatio docet quid ſit peccatum in Spiritum Sanctum. Negationis duæ ſunt partes. Vna, quod peccatum in Spiritum Sanctum non ſit tranſgreſsio legis moralis ſeu peccati, quod ſic de- E monſtratur. prima Iohannis quinto ſcribitur: *Omnis* ἀδικία eſt ἁμαρτία, *ſed non ad mortem.* Matthæi duodecimo: *Omnis* ἁμαρτία *remittetur hominibus.* Item 1. Iohannis ſecundo: *Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum, ſed pro totius mundi.* Iam autem prima Iohãnis tertio: ἁμαρτία definit̃ ἀνομία ἁμαρτία, inq̃t, eſt ἀνομία, i. legis trãſgreſsio. Nã q̃cq̃d vel eſt in nobis, vel fit à nobis, non congruens ad regu- F lam legis, ἀνομία dicitur. Præterea impijſsimus in Deum, & iniuſtiſsimus erga homines, veniam peccatorum eſt conſecutus. Hæc ſcripturæ dicta cum exẽplo Manaſsis, qualia ſunt plurima in ſcriptura, concludunt euidenter, quòd peccatum in Spiritum Sanctum non ſit lapſus morum, nec vniuerſalis nec particularis, nec voluntarius, nec ex ignorantia, tametſi ſinguli lapſus contra Decalogum per ſe mereantur mortem. Altera pars negationis eſt, quòd peccatum G in Spiritum Sanctum non ſit contemtus & perſecutio Chriſti & eccleſiæ, ex ignorantia cæca & incredulitate. Hoc probatur ſimiliter & dictis & exemplis ſcripturæ. Chriſtus dicit Matth. 12. *Quiſquis locutus fuerit aduerſus filium hominis, remittetur ei,* ſcilicet ſi pœnitentiam egerit. 1. Timoth. 1. *Prius eram blaſphemus & perſecutor & violentus, ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.* Hoc Domini dictum & hoc Apoſtoli exemplum, cùm non ſit προσωποληψία apud Deum, ſatis confirmant quòd peccatum in Spiritum Sanctum, non ſit contemtus Chriſti aut Euangelij, nec perſecutio Eccleſiæ ex ignorantia cœca & incredulitate.

Affirmationis quatuor partes ſunt, quæ in Phariſæis, quibus Dominus hoc peccatum obijcit, conſpiciuntur. Matthæi 12. Marci 3. Illi enim primùm erant prophetijs, doctrina Chriſti, & miraculis eiuſdem conuicti de veritate Dei, vnde ſcire poterant Ieſum eſſe Meſsiam olim promiſſum, & iam exhibitum: niſi malitia ſua mentes proprias faſcinaſſent. Deinde, non poterant ignorare Spiritus Sancti virtute fieri diuina Chriſti opera, quæ tamen ex malitia tribuebant immundo Spiritui, interea ſuos filios, qui ſimilia edebant miracula, defendentes, vt qui Spiritu Sancto armati ederent miracula. Tertiò, ſcientes & volentes verbum Euangelij odio habebant, eique rabiosè ſua obſtinatione ſe oppoſuerunt, oppugnantes Chriſto & eius verbo, ſophiſtica & hypocriſi, extremè contemta hoſtia Chriſti.

Porrò qui diligentius ſcripturas ſcrutatur, inueniet duos peccati in Spiritũ Sanctum modos: quorum vnus Phariſæorum eſt, qui ex malicia, reclamãte conſcientia, volentes obturabãt aures, ne ſapientiam Dei cognoſcerent: de quo modò iam diximus. Alter modus peccati in Spiritum Sanctum, eſt apoſtatarum, qui vlterius procedit. Eſt enim eorum, qui doctrinam Chriſti cognouerant & receperant, & qui illuminati & confirmati erant per Spiritum Sanctum: ſed poſtea volentes & ſcientes renunciant Chriſto & eius Euangelio. De hoc poſteriori modo loquitur autor Epiſtolæ ad Hebræos capite 6. *Impoſsibile eſt eos, qui ſemel erant illuminati, guſtauerũtq; etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti, guſtaueruntq; nihilominus bonum Dei verbum, virtutesq; ſeculi venturi, & prolapſi ſunt,* (ſcilicet renunciantes Chriſto & eius Euangelio) *rurſus renouari ad pœnitentiam, vt qui rurſus ſibi ipſis filium Dei crucifigant & ludibrio exponant.* Item ad Hebr. 10. *Voluntariè peccantibus,* hoc eſt, deficientibus à Chriſto, poſt acceptam noticiam veritatis: *iam non relinquitur pro peccatis hoſtia.*

Ex his definitionem peccati in Spiritum Sanctum, quod eſt apoſtatarum, quod Paulus 2. ad Theſſal. 2. apoſtaſian nominat, petamus. Peccatum in Spiritũ Sanctum, ſeu peccatum apoſtaſias, eſt defectio volũtaria, qua quis rectè doctus de Chriſto ſaluatore, & illuminatus, confirmatusq; per Spiritũ Sanctũ, & verè in Chriſtũ crediderit, & fide ſuauitatẽ Euangelij, & æternã ſalutẽ ꝓmiſsã guſtauerit: deſciſcit à Chriſto duce, ita vt ei prorſus renũciet, eum ludibrio exponat,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

eius hoſtiá pro peccatis peractam finaliter abijciat, & ex odio perſequatur eccleſiá, id eſt Chriſtum in ſuis membris.

Hoc peccatum graphicè depingitur in Iuliano, quem Apoſtatam vocant. Hic enim rectè inſtitutus erat in religione Chriſtiana, cognouit veritatem Euangelij, quam & publicè profeſſus eſt Baptiſmo ſuſcepto: ſed poſtea ſuaſu quorundam malè philoſophantium, Libanij, Iamblici & aliorum, defecit à Chriſto, fit hoſtis Chriſti, & perſecutor Eccleſiæ, ſacrificat idolis gentium, conaturque totis viribus abolere religionem Chriſtianam. Diligenter autem notáda eſt circumſtantia certa, propter quam hoc peccatum dicitur irremiſsibile, quæ exprimitur ad Hebræos 10. *Non eſt alia hoſtia reliqua pro peccato*. Quomodo enim is peccator renouari per pœnitentiam poterit, qui pœnitentiæ fundamentum abiecit Chriſtum Ieſum? Renouatio enim fieri non poteſt, niſi per fidem in Ieſum Chriſtum. Deinde peccator, qui per Chriſti hoſtiam ſaluari non vult, vbi inueniet aliam hoſtiam, per quam ſaluabitur? Vide quæ ſupra notauimus in fine 3. capitis.

Ex his facilè colligitur reſponſio ad argumentum, quod ſumitur ex verbis Pauli 1. Corinth. 2. & 1. Timoth. 1. Paulus quia ignorans perſecutus eſt Chriſtum, veniam eſt conſecutus. Cur ergo peccatum Iudæorum perſequentiũ Chriſtum, eſt irremiſsibile, cùm & illi ex ignorantia in Chriſtum peccarunt. Ita enim Paulus loquitur: *Si cognouiſſent*, ſcilicet ſapientiam Dei, *nequaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Reſpondeo. Duplex eſt ignorantia. Vna eſt ex cœcitate: altera ex malicia. Ignorantia ex cœcitate eſt, quando homo non rectius edoctus, inconſiderato zelo impellitur ad aliquod ſcelus perpetrandum, vt Paulus dum Chriſtum perſequitur. Iudicium enim Pauli ante conuerſionem errore deprauatum erat: voluntas autem zelo legis inconſiderato & indocto abripiebatur. Ignorantia ex malicia eſt, quando homo rectius edoctus, reclamante conſcientia, furore quodam ruit contra Deum, obſtruit ſibi aures, ne audiat & cognoſcat Euangelium. Huiuſmodi ignorantia fuit Phariſæorum, qui hîc mundi nomine intelliguntur, cùm Dominus ait: *Pro mundo non oro*, hoc eſt pro hoſtibus meis: qui tametſi prophetijs (doctrina mea congruente per omnia cum prophetiis) miraculis, & Spiritus Sancti teſtimonijs, conuicti erant de veritate Dei, videlicet quòd ſim à patre miſſus, vt mea hoſtia pro peccato ſatisfaciam iuſticiæ Dei: tamen me perſequuntur ex mero odio: mea opera aſcribunt Beelzebub: meam hoſtiam extremè contemnunt, propriis ſacrificiis & meritis freti. Neque hac impietate contenti ſunt, ſed inſuper etiam contra me (qui eos ſæpè inuitaui ad pœnitentiam, ſæpè eorum cæcitatem deploraui, volens eos congregare ſicut gallina congregat pullos ſuos, ſed fruſtra) iam conſpirant, ſatellites cum Iuda emittunt, vt me captum ignominioſiſsima morte condem-

A nent. Quare eos ô pater tuo relinquo iudicio, & pro illis non rogo, ſed potius contra illos. Tu ergo effunde iram tuam ſuper eos, & furor iræ tuæ comprehendat eos, fiat habitatio eorum deſerta, & in tabernaculis eorum non ſit, qui inhabitet: quoniam quem tu percuſsiſti, perſecuti ſunt, & de dolore vulneratorum tuorum iactitát, oppone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non veniant ad iuſticiam tuam; deleantur de libro viuentium, & cum iu-
B ſtis non ſcribantur: Pſál. 69.

Si hanc interpretationem præſentis loci recipimus, quam ipſa circumſtantia loci parit, non hinc cum quibuſdam particularem gratiam, ſed potius timorem Dei, acre pietatis ſtudium extruemus. Metuamus igitur iram Dei aduerſus contemtores Euangelij, & blaſphemos in Chriſtum, caueamuſque ne paulatim de vno peccato in aliud prolabamur, donec tandem amiſſa gratia, in iſtud horribile peccatum
C blaſphemię cum blaſphemis Iudęis incidamus. Si enim Deus non pepercit ramis naturalibus, quanto minus parcet inſititijs.

SECVNDVS.

10 *Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & glorificatus ſum in illis.*

Ne quis ex iis, quæ Dominus dixerat de officio ſuo, & datis ſibi à patre diſcipulis, infer-
D ret inæqualitatem patris & filij in natura, hoc addit de patris & filij æquali omnium rerum poſſeſsione. Epiphanius hoc ita breuiter explicat: *Quid verò eſt? Ea quæ patris ſunt, niſi quod Deus eſt pater: Deus ego ſum, vita eſt pater: vita ego ſum, omnia quæ patris mei ſunt, ea ſunt mea.*

Et glorificatus ſum in illis: hoc eſt, gloria mea per illa, quæ mihi & tibi communia ſunt, manifeſtata eſt mundo. Nam & doctrina mea, & opera mea, tua doctrina & opera ſunt, iuxta il-
E lud: *Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.* Vel glorificatus ſum in illis, poteſt referri ad diſcipulos, vt ſit ſenſus: Illi quos dediſti mihi, meum & tuum ſermonem amplectuntur, & circumferent apud omnes homines: hos mei ſermonis cuſtodes à te ſeruari peto, hos eſſe meos & tuos affirmo, vt omnia alia. Hinc conſolentur ſe omnes pij, & præcipuè præcones Euangelij, cùm affliguntur propter confeſsionem, modò ritè fungantur commiſſo mu-
F nere. Nam Deus pater vnà cum filio, eorum miniſterio glorificantur in mundo: imò non ſolum miniſterio, verumetiam cruce & perſecutione. Dum Iohannes Baptiſta mõſtrat Chriſtum, prædicat illum eſſe agnum tollentem peccatum mundi, glorificatur & pater & filius: dum decollatur, ſimiliter glorificatur & pater & filius. Sic Petrus, Paulus atque alij Apoſtoli, eorumque ſucceſſores & docendo & viuendo & moriendo glorificant patrem & Filium.
G Horum exemplo & nos fortiter feramus, ſi quid pro Chriſti nomine ferendum erit.

TERTIVS

TERTIVS.

11 Et iam nõ ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio.

Ratio precationis Chriſti pro diſcipulis ſuis, cuius ſenſus eſt. Quia iam mihi mundus hic relinquendus eſt, vt non diutius carnali mea præſentia, quæ illis ſolatio erat, frui poſsint diſcipuli mei, remanſuri in mundo poſt meum abitum: peto vt tu eos conſerues. Ideò autem Dominus ſe in mundo, id eſt in terra, non eſſe dicit, quia iam erat abiturus ad patrem, relicto mundo.

QVARTVS.

Pater Sancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos.

Repetit precationem pro diſcipulis, cui duæ inſeruntur rationes. Prima à cauſſa: altera à fine ſumta. Cauſſa indicatur, cùm ait: *Pater ſancte*. Eſt autem pater ſanctus & in ſe, & in omnibus operibus ſuis. Credentes ergo, id eſt diſcipulos Domini ſanctificat, ſeparatos à prophanitate mundi, tuetur & defendit. Cùm ergo filius hîc ait, *Pater ſancte*: rogat vt quæ ſuæ naturæ propria ſunt faciat, hoc eſt ſanctificet ſuos diſcipulos. Finis eſt duplex: prior eſt nomen patris. *Serua*, inquit, *eos in nomine tuo*, id eſt propter nomen tuum, vt tua bonitas, ſeu miſericordia, veritas promiſsionum, & gloria cognoſcatur & prædicetur inter homines. Huius nominis Dei celebratio, eſt finis cùm conditi humani generis, tum poſtea redemti per filium. Huc ergo omnia noſtra ſtudia, omnia vota & actiones dirigamus, vt gloriam Dei illuſtremus. Deinde obſeruetur quòd gloriæ nominis Dei interſit, ſeruare & tueri diſcipulos Chriſti, id eſt miniſtros Euangelij. Poſterior finis eſt, *Vt ſint vnum ſicut & nos*: id eſt, vt quemadmodum nos vno Spiritu iuncti vnum ſumus: ita illi eodem Spiritu & nobis & ſibi mutuo iuncti vnum ſint. Voluntaria enim vnio ſanctorum, eſt imago vnionis naturalis patris & filij. Spiritus autem quo iungimur patri & filio, vnitatem fidei parit. Vnitas fidei parit charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis: hoc eſt, quo incolumitas eccleſiæ conſeruatur. De hac vnione ſcribitur Actorum quarto: *Erat credentium cor vnum, & animus vnus.* Et Paulus prima ad Corinthios vndecimo capite: *Corpus vnũ & Spiritus vnus. Nam etſi multi ſumus, vnum tamen corpus in Chriſto ſumus.* Rupto igitur hoc vinculo, luxatur corpus Chriſti myſticum, & multa membra miſerabiliter à capite Chriſto reſecantur. Hinc ergo moniti, cogitemus quàm ſit neceſſarium tueri vnitatem fidei & mutuæ charitatis. Nam vt in Pſalmo eſt: Deus promiſit benedictionem & vitam vſq; in ſeculum concordibus. Hinc ex antitheſi ſequitur, diſcordes manere ſub maledictione & morte.

QVINTVS.

12 Cùm eſſem cum eis in mundo, ego ſeruabam eos in nomine tuo: Quos dediſti mihi ego cuſtodiui, & nemo ex eis perijt, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleretur.

Exponit quid ipſe fecerit diſcipulis ſibi à patre datis, dum apud eos viſibiliter verſaretur in mundo. Ego, inquit, ſeruaui & cuſtodiui eos propter nomen tuum ô pater: æquum eſt ergo vt tu viciſsim propter idem tuum nomen eos poſt meum abitum ſerues & cuſtodias. Quomodo autem intelligendum ſit, Iudam filium illum perditũ perijſſe, vt ſcriptura impleretur, ex ijs quæ annotauimus in 12. caput, facilè intelligitur. Non enim perijt Iudas neceſsitate prædictionis: ſed ideò prędixit ſcriptura, quia Deus præuidit Iudæ malitiam, quæ erat illi futura cauſſa perditionis. Scriptura cuius hîc meminit, proponitur in Doeg Idumæo, qui typum Iudæ geſsit, Pſalm. 109.

SEXTVS.

13 Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis.

14. Ego tradidi eis ſermonem tuum, & mũdus eos odio habuit, quia non ſunt ex mũdo, ſicuti ego non ſum ex mundo.

Repetit ſuperiora, ſicut fieri ſolet in ardentibus precibus, in quibus affectus piè precantium dominantur: ex quo fit vt eadem ſæpius iterentur. Sunt autem tria præcipua in hac pericopa. Primum, cur Chriſtus locutus ſit ſuis diſcipulis. Secundum, de odio, quo mundus Chriſtum perſequitur. Tertium, de odij huius cauſſa. Primùm, Chriſtus locutus eſt ſuis diſcipulis, vt gaudium ipſorum ſit plenum. De quo gaudio vide quæ notauimus ſuprà capite decimoquinto & decimoſexto. De odio quo mundus perſequitur Chriſtum & diſcipulos eius: item de eius odij cauſſa, ſuprà in 15. ſatis dictũ eſt.

SEPTIMVS.

15 Non rogo vt tollas eos è mundo, ſed vt ſerues à malo.

16. De mundo non, ſunt ſicut & ego non ſum de mundo.

Vtut mundus furit aduerſus Chriſtum & eius Euangelium: tamen ipſe Chriſtus vult manere eccleſiam in mundo, & in ea vult conſeruari doctores & propagatores Euangelij. quod eſt ſupra modum admirandum beneficium erga mundum adeò ingratum. In hac ergo re apparet φιλανθρωπία & benignitas ſaluatoris noſtri Dei. Deinde acceptum feramus oportet huic Chriſti precationi, quòd mundus vtut rabioſè furit, non poſsit delere Euangelij miniſterium. In primitiua Eccleſia totus mundus cum omnibus diabolis oppoſuit ſe Apoſtolis Domini, & volebat eos funditus perdere: tamen vel inuitis portis inferorum, curſum ſuum abſoluerunt, ſparſo Euangelio per orbem terrarum.

Hinc

Hincnos petamus conſolationem in noſtris
perſecutionibus,ſtatuentes firmiter quòd mun
dus non poſsit nobis quicquam nocere, priuſ-
quam Deus hoc viderit ceſſurum in ſuam glo-
riam,& in ſanctorum ſuorum ſalutem. Præter-
ea hic obſeruemus diſcrimen inter eccleſiam &
alias ſectas. Eccleſia non eſt de mundo,ſed nata
ex incorruptibili ſemine verbo Dei, conuerſa-
tionem in cœlis habet: aliæ ſectæ ſunt de mun-
do. Nam quæ mundi ſunt ſapiunt, mundana
quærunt,& in iis finem bonorum ponunt.

OCTAVVS.

17 *Sanctifica eos in veritate tua. Sermo
tuus veritas eſt.*

Dixit Dominus diſcipulos ſuos eſſe de mun-
do. Iam hac precatione oſtendit, quomodo de
mundo exemti ſint, vt non amplius de mundo
eſſe dicantur. *Sanctifica*,inquit, *eos*: id eſt,ſepara
eos à profano mundo, vt verè ſint ſancti. Quo-
modo autem id faciat exponit, cùm addit: *In ve-
ritate tua*, id eſt, ſermone tuo. Eſt enim verbum
Euangelij inſtrumentum,quo pater ſeparat ho
mines de mũdo, & eos verbo credentes in ſuam
familiam ſanctificatos recipit. Dicitur autem
verbum Dei veritas, cùm propter infallibilem
veritatem, quæ per verbum manifeſtatur; tum
propter irreuocabilem promiſsionum diuina-
rum & comminationum certitudinem. Fieri e-
nim non poteſt, vt qui ipſa veritas eſt,fallat, vt
qui omnipotens eſt, non præſtet quod promi-
ſerat. Quibus autem hæc veritas ſit ſalutaris, o-
ſtendit Dauid, cùm ait: *Vniuerſæ viæ Domini mi-
ſericordia & veritas cuſtodientibus teſtamentum eius
& teſtimonia eius.* Sciamus autem hanc precatio-
nem perpetuam vocem eſſe filij Dei, qua filius
Dei apud patrem pro eccleſia precatur. Deinde
ex hac precationis forma definitionem Eccleſię
extruere poſſumus, videlicet quòd Eccleſia ſit
cœtus hominũ,ſegregatus ſermone Dei de mun
do,vt Chriſto ſe adiungat fide,eiq; obediat.

NONVS.

18 *Sicut tu me miſiſti in mũdum, ita &
ego miſi eos in mundum.*

Hoc ſolummodo ad officium docendi refe-
rendum eſt,vnde plures hypotheſes concludan
tur. Prima, Apoſtoli & eorum ſucceſſores non
aliud verbum docebunt, quàm quod Chriſtus
accepit à patre,& tradidit diſcipulis. Secunda,
quod ſit eadẽ verbi autoritas à quocunq; docea
tur. *Qui*, inquit, *vos audit, me audit.* Tertia, quòd
eadem ſit vis verbi. Eſt enim alijs odor vitæ ad
vitam, alijs odor mortis ad mortem. Quarta,
quòd ſimilis pœna maneat contemtores verbi
prædicati à Chriſto,Apoſtolis,& eorum ſucceſ-
ſoribus. Quinta, quòd qui contemnunt pre-
cones verbi,Chriſtum ipſum contemnant: qui
honorant,Chriſtum honorent. Sexta,Pręcones
verbi nõ aliam expectent gratitudinem à mun-
do,quàm Chriſto exhibita eſt. Verſantur enim
vt oues in medio luporum, ſed ſe conſolentur
A promiſsione coronæ ſibi à iuſto iudice repo ſitę.
Septima,pręcones verbi, miniſtri Euágelij, per-
ſonam Chriſti ſuſtinent. Studeant ergo fideli-
tęr in timore Dei officium facere.

TERTIA PARS.

Hæc pars ad quam tota ſcriptura refertur, v-
nico verſu abſoluitur. Cùr enim Chriſtus vene
rit in mundum, & quid peculiare fecerit expo-
nit: nimirũ quòd ipſe ſacerdos ſanctus, ſeipſum
B ſanctam victimam Deo obtulerit,ad ſanctifican
dos eos omnes, qui ſe ſacerdotem & mediato-
rem agnouerint.

19 *Et pro eis ego ſanctifico meipſum, vt
ſint & ipſi ſanctificati in veritate.*

Quatuor hîc diſcernenda ſunt. Filius orat pa
trem,vt ſanctificet diſcipulos ſuos: Filius verbo
tribuit ſanctificandi vim, cùm ait: *In veritate tua.*
Idem filius dicit ſe ſanctificare ſemetipſum, vt i-
C pſi ſint ſanctificati. Et Spiritus Sanctus dicitur
Spiritus ſanctificator. Ergo pater ſanctificat, fi-
lius ſanctificat, Spiritus ſanctificat, & verbum
ſanctificat. Etſi autem vna ſanctificatio eſt, ta-
men inter hos modos permagnũ eſt diſcrimen.
Pater enim ſanctificat vt autor: miſit enim is fi-
lium. Filius ſanctificat vt effector. Merito enim
ſuo, efficacia & communicatione ſui, ſanctificat.
Spiritus Sanctus ſanctificat, vt renouator. Cor
enim mundum, id eſt, ſanctum creat in creden-
D tibus. Verbum ſanctificat vt inſtrumentum ex-
hibens. Hoc autem loco de ea ſanctificatione a-
gitur, quæ fit per filium, quam vt intelligamus
perfectius, dicendum erit nobis: primùm quo-
modo ſacerdotium Chriſti differat à Leuitico.
Secũdò, quomodo filius ſanctificat ſemetipſum
pro hominibus. Tertiò, qua ratione homines
huius ſanctificationis fiant conſortes. Poſtre-
mò, quid viciſsim debeant homines Chriſto
ſanctificatori.

E Quomodo diſtinguitur ſacerdotium Chriſti
à Leuitico? Ex verbis Domini quinq; diſcrimi-
na colligemus. Primum; Dominus clariſsimè
inter ſe & Leuitas diſcernit, cùm ait: *In veritate.*
Leuitæ enim typici erant ſacerdotes: Chriſtus
autem verus ſacerdos, quem typi adumbrabát.
Secundum, diſcernit etiam Dominus inter vi-
ctimas Leuitarum & ſuam. Illi pecora: hic ſei-
pſum offert. Tertium, diſcernit etiam Dominus
inter effecta Leuiticorum ſacerdotum & Chri-
F ſti. Leuitę ſanctificabant externè & ceremonia-
liter: Chriſtus autem ſanctificauit internè &
ſpiritualiter. Quartum, diſcernit etiam Domi-
nus inter durationem ſanctificationis Leuiticæ
& ſuæ. Illa ad tempus durabat: hæc manet in
æternum. *Vt ſint*, inquit, id eſt, maneant *ſanctifi-
cati.* Vna enim ſanctificatione ſui, id eſt, oblatio-
ne, cõſummauit omnes ſanctificandos in æter-
num. Quintum, Leuitæ & pro ſe & pro aliis of-
ferebant: Chriſtus autem pro alijs tantum, non
G pro ſe. Mundus enim erat ab omni peccato.

Quomodo filius ſanctificat ſeipſum? *Ego*, in-
quit, *ſanctifico meipſum pro eis, vt ſint & ipſi ſanctifi-*

catis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cati, hoc eſt, egò ſacerdos æternus conſtitutus à patre, ſegregatus ab hominibus, non quidem natura, qua illis coniunctum eſſe me oportuit: ſed puritate, integritate, & excellentia coniunctus Deo vera deitate, perfecto amore & obedientia, meipſum offero patri in ara crucis, per Spiritum æternum in verè ſanctam & expiatricem hoſtiam pro peccatis mundi, vt ſim ſponſor noui fœderis inter Deum & homines per ſanguinem meum: hoc eſt, vt merito meæ ſolius victimæ, id eſt, traditi corporis & effuſi ſanguinis, expiem peccata eorum, qui in me crediderint, placem iram patris, ac liberem eos, ſeparatos à prophanitate mundi, à iure peccati, mortis, inferni, diaboli: quo iuncti Deo per viuam fidem, ſe quoque offerant in ſanctam hoſtiam placentem Deo: vt ita ſanctificati & reconciliati Deo, vitam conſequantur æternam, prædicaturi miſericordiam & veritatem Dei, in omnem æternitatem. In hunc modum breue hoc Domini dictum. *Sanctifico meipſum pro ijs vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate:* exponendum eſſe docent prophetię, typi, multa Chriſti & Apoſtolorùm dicta, & præcipuè epiſtola ad Hebræos, vbi omnes circumſtantiæ prolixè explicantur, quēadmodum in primo capite in hæc Iohannis Baptiſtæ verba, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi:* oſtendimus. Ex quibus liquet, quòd paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit ſacrificium propitiatotium, quo filius Dei ſeipſum obtulit æterno patri, vt expiaret peccata mundi. Plenam vide definitionē cum circūſtantiis ſuprà cap. 1.

Quomodò homines huius ſanctificationis, id eſt, ſacrificij Chriſti, atque adeò huius noui fœderis fiunt participes? Hoc nouū fœdus ſancitum ſanguine Chriſti, verbo Euangelij offertur tanquam manu Dei: fide accipitur, vt manu hominis: Spiritu Sancto in corde credentis ſcribitur, tanquam digito Dei: Sacramentis vt ſigillis Dei obſignatur. Vide quæſo quàm ſecuros nos reddit Dominus de promiſsione ſua. Ex his intelligi poteſt, quare ſacerdos noſter Chriſtus dicatur ἔγγυος, id eſt, ſponſor noui fœderis. Eſt enim ἔγγυος propriè qui aliquid ſpondet manu data. Nam vt is promittit ſe propitium fore homini credenti, & veluti data manu, (Manus enim loco, ſunt verbum & Sacramenta) ſe obligat: ita homo fide accipit, ac veluti data manu obligat ſe ad fidem & obedientiam. Porrò fœderis huius forma, Ieremiæ vigeſimoprimo, & ad Hebræos octauo deſcribitur, his verbis: *Ero ipſis Deus, & ipſi erunt mihi populus*, ſcilicet per fidem mihi ſubiecti, *& ero propitius iniquitatibus eorum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius.* Huc reſpexit Dominus in cœna, cùm diceret: *Hic calix eſt nouum teſtamentum in meo ſanguine.*

Hoc beneficium Mediatoris ſeu ſacerdotis noſtri Chriſti, tū demū cū ſumma voluptate cogitabimus, quando gradus miſeriæ humanæ recolimus, qui ſunt plures. Primus, deploranda ſeparatio hominis à Deo per peccatum. Eſaiæ quinquageſimonono capite: *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & Deum veſtrum.*

Secundus, eſt ſocietas ſeu coniunctio hominis cum Diabolo hoſte Dei mendaci & homicida, & ſubiici ipſius legibus, quæ ſunt mortis & damnationis.

Tertius, quòd homo factus ſit domiciliū Diaboli, referens imaginē eius, in quo eſt efficax & operatur omnem turpitudinem.

Quartus, eſt moles calamitatū ſpiritualium & corporalium, quibus ſubijcitur genus humanum: vt ſunt tentationes multiplices, morbi varij & tragici caſus, quibus obnoxium eſt genus humanum.

Quintus, eſt conſcientia ſcelerum. Hæc enim magis torquet animum, quàm vllus carnifex corpus torquere poteſt.

Sextus, eſt mors ipſa cum deſperatione coniuncta, quæ ignorantib. Chriſtū eſt miſerrima, & triſtiſsimus aditus ad æternā maledictionē.

Septimnus & poſtremus, eſt ſempiternū opprobrium, perpetuus cruciatus in conſcientia, in anima & in corpore, ſocietas cum immundis Spiritibus, in obſcuris flammis, id eſt in tenebris obſcurioribus extra omnem lucem Dei, & ſpem veniæ. Quicunq; huius miſeriæ amaritudinem cogitauerit, is intelligit quàm ſuauis ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & quàm beatus ſit omnis qui confidit in eo. Sed de his copioſius uide quæ in Pſalm. 84. notauimus.

Quid viciſsim præſtabunt homines, qui huius ſacrificij Chriſti efficiuntur participes? Perpetuam debent & in hac vita & in futura gratitudinem. In hac vita, ſententia, voluntate, fide, confeſsione, obedientia, ſeiungant ſe ab hoſtibus Chriſti, adiungant ſe Deo per Ieſum Chriſtum, offerant ſe hoſtiam rationalem & placentem Deo per Ieſum Chriſtum, ac Deum veris culribus colant, iuxta illud: *Afferte Domino gloriam nominis eius.* In futura verò vita Chriſto conformes effecti, & Deo, perfectiſsimo amore iuncti, perpetuis laudibus cum angelis Dei in cœlo, hoc redemtionis beneficium prædicabunt ſancti.

QVARTA PARS.

In hac parte Dominus orat pro tota Eccleſia vſque ad finem mundi, vt omnes fiant participes fœderis ipſius, & ſint vnum, vt in eis lux doctrinæ permaneat, vt tandem gloria & vita æterna cum Chriſto donentur.

PRIMVS.

20 Neq; pro ijs autem rogo tantum, ſed & pro ijs qui credituri ſunt per ſermonem eorum in me.

21 Vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat mundus quòd tu me miſeris.

Pro diſcipulis orauit Dominus hactenus, nunc autem & orat pro tota eccleſia vſq; ad extremum diem, & de applicatione ſuæ orationis & ſacrificij agit. Et ponit duo applicationis inſtrumenta: videlicet verbū Apoſtolorū, i. prędi-

catio nem Euangelij: & fidem in iis qui Euangelium audiūt. Si ergo amplecteris Euangelium, & viua fide recumbis in Chriſtum orantem pro te, & ſanctificantem ſe pro te: ſcito Chriſti precationem & ſacrificiū ad te pertinere; pro quibus beneficiis perpetuæ ſunt gratiæ reddendæ. Quamuis ergo gratia Dei, ſi conſilium Dei ſpectes vt precium ſolutum, ſit vniuerſalis, vt quæ offeratur omnibus: tamen illi ſoli fiunt gratiæ conſortes, qui Euangelium credunt eſſe veritatem Dei, & iuxta Euangelij uocem credunt in Chriſtum.

Porrò finis qui huc additur, de quo ſupra etiam dictum eſt, diligenter obſeruandus eſt, & in eo ordo conſiderandus. Ordo autem hic eſt, ut primûm vnum ſimus in patre & in filio, qui vnum ſunt. Hoc fit, quando per fidem efficimur membra Chriſti, & illi ſpiritu vno adhęremus. Deinde vnum etiam inter nos efficimur, hoc eſt concordes in doctrina & vinculo mutuæ charitatis copulati. Quid autem cōmodi ſequatur ex hac vnitate, indicat cùm ſubiungit: *Vt credat mundus quòd tu me miſeris*; hoc eſt, quando mundus videt conſenſum in doctrina, & concordiá inter docentes & diſcentes, agnoſcit quòd Ieſus uerè ſit à patre miſſus, vt ſit mundi ſaluator, vnde plurimi fidem concipiunt, & fiunt vnum nobiſcum. Hinc patet quàm grauiter peccent, qui diſtractiones faciunt in eccleſia hæreſi, ſchiſmate, opinionum varietate. Nam cùm iſta vident, qui nondum crediderūt, offenduntur adeò, vt doctrinam Euangelij fabuloſam eſſe cenſeant. Diſcordiarum ergo autores metuant iudicium Dei, aut maturè reſipiſcant. Auguſtinus proinde rectè monet, dicens: *Teneamus vnitatem fratres, quia præter vnitatē, etiā q facit miracula, nihil eſt.*

SECVNDVS.

22\. *Ego gloriam quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.*

23 *Ego in eis, & tu in me, vt ſint conſummati in vnum, & vt cognoſcat mundus quòd tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.*

Vſum verbi quod dederat diſcipulis, exponit. *Gloriam*, inquit, *quam tu dediſti mihi, dedi eis*, hoc eſt, verbum, quod verbum eſt lumen, quo illuminati lucis cœleſtis, id eſt, gloriæ, hoc eſt veræ ſapientiæ, iuſticiæ & ſalutis fiūt perticipes. Nam cùm ex verbo fidē qua iuſtificantur, concipiūt, ſimul ex fide naſcitur Charitas, qua in vnum coaleſcunt fideles. Sicut ergo pater & filius vnum ſunt non ſolùm natura, verùm etiam affectu ſeu vero amore: ita fideles iūcti capiti Chriſto, membra ipſius efficiuntur, eius ſpiritu capiti copulati. Nam vt Paulus inquit: *Sumus membra corporis eius, ex carne eius & oſſibus eius*, quòd appellat Apoſtolus magnum myſterium, adumbratum in primo coniugio. Deinde etiam affectu ſeu vero amore, & conſenſu voluntatum vnum ſunt. Huc illud Hylarij pertinet: *Nos habemus cum Chriſto maiorem coniunctionem, nimirum per*

A *carnem eius & ſanguinem, quàm ſit conſenſus & volūtatis.* Vnde autem cognoſcatur hæc vnio, habes 1. Ioh. 3. & 4. *In hoc cognoſcimus, q in ipſo manemus & ipſe in nobis, videlicet ex ſpiritu quē dedit nobis.*

Quòd autem addit Dominus; *Vt ſint conſummati in vnum*, ſignificat credentes magis magisq; vnum fieri. Vnio enim hæc non ſtatim perficitur, ſed habet ſuos gradus, id quod Paulus indicat, cùm ait: *Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput noſtrum, ex quo totum corpus compactum & connexum* B *eſt.* Hic rurſus obſeruetur vnionis noſtræ ordo. Primum, quia Chriſtus eſt per fidem in diſcipulis, fiunt vnum cum Chriſto, vt membra eiuſdē capitis. Deinde, quia pater eſt in Chriſto, fiunt vnum cum patre & filio, eodem vtriuſq; ſpiritu copulati. Deinde, quia diſcipuli ſunt ſimul in patre & filio, fiunt etiam vnum inter ſeſe. Atq; hæc eſt ἀνακεφαλαίωσιν ea, de qua Paulus loquitur, Eph. 1. Finis additur, quem & ſupra addidit, videlicet vt mundus diſcipul[illegible] in vnitate & cō- C cordia conuictus, cognoſcat Ieſum eſſe à patre miſſum, & uerbum quod prædicant diſcipuli, verè verbum Dei eſſe. Eodem pertinet, quod de dilectione ſubiungit.

TERTIVS.

24\. *Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant gloriam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.*

D Dixit Dominus de gloria, quam diſcipulis in hac vita morantib. dederat, quæ eſt, vt breuiſſimè repetam, verbum Dei, in quo efficax eſt Spiritus ſanctus ad illuminandas mentes, & conſolanda corda credentium, dum ſtatuunt ſe eſſe adoptatos in Chriſto, qua ſanè adoptione maior gloria in hac vita eſſe nequit. Iam de gloria immortalitatis agit, ad quam tanquam ad finem vltimum cętera referuntur. Petit enim Do- E minus hîc, vt pater ſuos donet perpetuo cōſortio ſecum in beata vita, vt videant conſortes regni, gloriam filij ſedentis ad dexteram patris in excelſis. *Quem maiorem honorem*, ait Auguſtinus, *accipere poteſt adoptatus, quàm vt ſit vbi eſt vnicus: nō æqualis factus diuinitati, ſed conſociatus æternitati?* De hac gloria ſupra cap. 12. dictum eſt. *Si quis mihi miniſtrauerit, honorabit eum pater.* Hunc honorem ſeu gloriam Paulus vocat coronam iuſticię, hoc eſt, immortalitatis, cùm vna regnabunt cum F Chriſto, qui hîc vnà cū Chriſto paſſi ſunt. Hanc ergo gloriam opponamus præſenti ignominiæ, opprobriis, & quibuſuis afflictionibus. Aeterna enim gloria abundè compenſabit huius vitæ ignominiam.

Petitionis ratio ſubiicitur, cùm ait: *Quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.* Quantum valeat hæc ratio, etſi nemo ſatis explicauit, tamen fides ipſa aliquo modo dulcedinem eius guſtat. Pater diligit filium ab omni æternitate incorru- G ptè & perfectiſſimè, adeò vt nec Angeli, nec homines magnitudinem huius dilectionis cogitare poſſint. Nunc autem qui alium incor-

ruptè

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ruptè diligit, cum ſumma alacritate facit, quæ grata ſunt diligenti ſe. Cùm ergo gratiſsimum ſit filio, vt pater ſe diligẽs, donet ſempiterna gloria diſcipulos ſuos, id eſt omnes in ſe credentes: fieri non poteſt, quin pater ſit facturus quæ petit filius, præſertim cùm pater ipſe dicat: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo ſum placatus.* Huc reſpexit Paulus, cùm diceret: *Nos ſumus dilecti in dilecto.* Hæc proinde dilectio ſit ancora noſtræ fiducię in omnibus tentationum & afflictionum huius vitæ procellis.

B

QVARTVS.

25 *Pater iuſte, mundus te non cognouit. Ego autẽ te cognoui, & hi cognouerunt quòd tu me miſeris.*

Compellatio hęc duplicem rationem eorum quæ ſequuntur continet. Prior eſt, *Pater.* Quia pater eſt, vera ſtorga complectitur filium & eos, quos filius charos habet. Habet autem charos omnes qui credunt, quòd pater miſerit filium. Verùm hæc noticia non nuda intelligenda eſt, ſed talis cogitanda, qualem requirit vera cognitio, videlicet quæ habeat coniunctam fiduciam ſecundùm cognitionis modum. Nam qui ſic cognoſcunt filium, cognoſcunt & patrem, & à patre amantur propter filium & in filio. filij enim membra ſunt. Poſterior, *iuſte.* Nam qui iuſtus eſt, & promiſsionem & comminationem compleuit. Promiſsionem quidem, vt cognoſcentes ſe & credentes in eum quem miſit pater, liberet, ſaluet, & gloria æterna donet. Pro his enim filius λύτρον perſoluit. Comminationem verò, quando mundum contumacem & non cognoſcentem Meſsiam, ſubijciet æternis pœnis.

QVINTVS.

26 *Et notum feci eis nomen tuum, & no-*

A *tum faciam, vt dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.*

Repetit qđ ſuperius dixerat, videlicet, quòd manifeſtauerit diſcipulis ſuis nomen patris: hoc eſt, paternum amorem, bonitatem, clemẽtiam, beneficentiam, miſericordiam, aliasque virtutes, quæ in verbo Dei nominantur, & factis Dei comprobantur. Sed hoc in primis notandum eſt, quod dicit: *Et notum faciam,* ſcilicet externo

B verbi miniſterio, & interno Spiritus afflatu. Significatur enim hoc verbo, quòd nemo ita poſſit proficere in ſchola Chriſti, quin opus habeat quotidianis incremẽtis, vt magis proficiat. Sunt enim fontes Iſraelis inexhauſti. Finem noticiæ addit: *Vt dilectio,* inquit, *qua dilexiſti me in ipſis ſit, & ego in ipſis:* hoc eſt, vt & verè in cordibus ſuis ſentiant dilectionem illam, qua tu pater & me diligis, & diſcipulos meos propter me, & fiducia eius dilectionis ſtatuant, ſe à te ô pater exaudi-

C ri, ſaluari & donari gloria ſempiterna. Quotieſcunq; igitur cogitamus patrem diligere filium, cogitemus & nos eadem dilectione diligi. Nam nos vt membra filij, perfectiſsimo amore complectitur.

Te igitur pater ſancte, iuſte, miſericors, potens, qui filium tuum perfectiſsimo amore complecteris, propitius eſto peccatis noſtris, ℘ quibus dilectus tuus filius λύτρον ſoluit, ſanctifica nos vt vnum ſimus tecum, & cum filio tuo di-

D lecto, & inter nos Spiritu tuo Sancto & ſyncera charitate copulati, tua potẽtia nos adiuua propter gloriam nominis tui, & per & propter eundẽ tuũ filiũ dilectũ tandem immortalitatis gloria iuxta tuam promiſsionem dona. Cui tecum & Spiritui Sancto, ſoli ęterno Deo, ſit honor, virtus & imperium, in omnem æternitatem.

AMEN.

CAPVT XVIII.

SVMMA CAP. XVIII.

CHRISTVS Dominus à Iuda proditur, capitur, ducitur primùm in domum Annæ, deinde in domum Caiphæ: tum in prætorium, in quibus locis exanimatur, ridetur, percutitur, vt ipſe prædixit fore, Matth. 20. Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabũt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandũ & crucifigendũ.

ORDO ET PARTES CAPITIS XVIII.

Quia quatuor in locis quid actum ſit cum Chriſto, in hoc capite narratur, quatuor partes pro locorum varietate huius capitis conſtituamus.

Prima, expoſitio eorum quæ in horto acta ſunt, vbi Dominus proditur, capitur & abducitur captiuus.

E Secunda, ducitur Dominus primùm ad Annam pontificis ſocerum, qui mox eum ad Caipham ſummum pontificẽ mittit, nec quicquã amplius geſtũ eſt in domo Annæ.

Tertia, ducitur Dominus in domum Caiphæ, vbi examinat᷑ de doctrina & diſcipulis. In hac domo Petrus ter Dominũ negauit.

Quarta, Narratio accuſationis Ieſu coram Pilato iudice, & colloquij Chriſti & Pilati.

F

EXEGESIS CAPITIS DECIMIOCTAVI CVM OBSERVAtione Doctrinarum.

OMISSIS aliorum Euangeliſtarum narrationibus, ea ſolummodo declarare ſtatuimus, quæ à Iohanne noſtro narrantur. In hiſtoriæ autẽ declaratione, prædictiones, cauſſas, doctrinas & ſignificationes notabi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mus. Nam, vt collatio hiſtoriæ ad prædictiones fidem confirmat, & cauſſarum notatio peccati grauitatem ob oculos ponit: ita doctrinæ iudicium formant, moresq; regũt, & ſignificationes futurorũ in eccleſia animos noſtros aduerſus ſcandala munient. Nam omnia quæ euenerunt in capite, ſuo modo corpori eius myſtico euenient. Vult enim Deus eos qui in Chriſtum credunt, fieri conformes imaginis Chriſti in cruce, vt ſuo tempore gloriæ quoq; ſint futuri conſortes. *Si vnà*, inquit Paulus, *patimur, vnà etiam regnabimus.*

PRIMA PARS.

Hac in parte narratur Domini ingreſſus in hortum: Iudæ aduentus cum cohorte armata & miniſtris ſacerdotũ ad capiendum Ieſum, armatorũ militũ proſtratio ad vocẽ Chriſti: Petri audax facinus & eius reprehenſio: comprehenſio Ieſu & eiuſdem abductio. Hanc partem articulis tantum diſtinguemus.

PRIMVS.

1 *Hæc cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans correntẽ cedron, vbi erat hortus, in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius.*

Dominus properans ad voluntariam mortem, pro genere humano ſubeundam, tranſit torrentem cedron, & in hortum ingreditur, vbi ſolitus erat precari noctu, non quidem vt fugeret ſupplicium, ſed vt ſe oratione ad ſupplicium præpararet Adiunxit autem ſibi diſcipulos, vt
D eſſent teſtes eorum quæ agerentur. Cùm autem Iohannes dicit, *Hæc cùm dixiſſet egreſſus eſt:* ſenſus eſt, Dominus hanc orationem habuit ad patrem ante ingreſſum in hortum. Inter quam tamen orationem, & ingreſſum in hortũ, longam habuit concionem ad diſcipulos, quæ deſcribitur ab alijs Euangeliſtis, Matthæo, Marco, & Luca, in qua concione nõ tam ſpectandus eſt ordo dictorum, quàm rerum pondera.

E Prædictionis vice typus fungitur. Dauid enim typus Chriſti, oppreſſus ingenti dolore & luctu, & declinans Abſolonis filij inſidias, tranſit per torrentem Cedron. 2. Reg. 15. Quo tranſitu adumbrabat hunc Chriſti tranſitum, qui ad longè difficilius certamen egreditur.

Cauſſa fugientis Dauidis & tranſeuntis Chriſti, per torrentem Cedron, qui torrens fluebat inter montem Zion & montem Oliuarum verſus orientem, diuerſa fuit. Dauid enim fugit, vt
F diximus, metu filij Abſolonis: Chriſtus autem cedron tranſit, vt in hortum iuxta villam Gethzemani intraret, ibi precaretur, prępararet ſe ad certamen cõtra diabolum & membra eius, vtq; in horto caperetur, & lueret quod primus Adam in horto deliciarum peccauerat. Ita enim pulchrè Albinus ait: *In horto deliciarum, id eſt in Paradiſo primus humani generis peccauit, & inde eiectus eſt in hanc vallem lachrymarũ: Ideò Chriſtus ſecundus Adam ſe in horto comprehendi voluit, vt peccatũ, quod in horto paradiſi primus homo cõmiſit, deleret.* Et Cy-
G rillus ait in eandem ſententiã: *Hortus erat paradiſi locum deſignans. Ad priſtinum enim omnia recurrere o-*
A *portebat: & vt in paradiſo malorum initiũ factum eſt, ſic in horto Chriſti paſſio incipit, per quam à malis liberati in priſtinum ſtatum reſtituti ſumus.*

Doctrina hinc petatur, vt exemplo Chriſti in periculis quæramus noſtris precibus locũ idoneum, & confugiamus ad nomẽ Domini, quod turrim fortiſsimam pronunciat eſſe Salomon, ad quam confugiet iuſtus & ſaluabitur.

Significatur abſq; omni dubio hoc loco qualis ſit futurus ſtatus eccleſiæ ante iudicium, vi-
B delicet adeò miſerabilis, vt qui velit Deum rectè colere & inuocare, neceſſe habeat quærere ſibi locum ſemotum à turba, in quo poſsit ſeiunctus ab eo cœtu, qui titulum eccleſiæ ſibi vendicat, precari, & pietatem exercere, id quod claris verbis pręd ixit Dominus, Lucę decimooctauo: *Cùm venturus eſt filius hominis, num reperturus eſt fidem ſuper terram?* An non euentus in Papatu & in multis locis vbi antea prædicatum eſt nomen Chriſti, huic ſignificationi reſpondet?
C Qui ergo Deum ſtatuit verè colere, præparet ſe exemplo Chriſti aduerſus plurima pericula & ſcandala, quibus preces piorum non parum impediuntur.

Porrò non eſt prætereundum, quôd quidam hoc, quod diximus de torrente Cedron, aliter accipiant. Retinent enim propriam ſignificationem verborum, quæ in textu ponũtur. Nam textus ipſe in omnibus exemplaribus non habet τοῦ κεδρῶν, vt κεδρῶν ſit nomen proprium loci,
D ſed τῶν κέδρων, id eſt, Cedrorum. Putant enim cedros arbores in ripa fluminis fuiſſe conſitas, etſi aliunde translatas. Sic Nonnus doctiſsimus paraphraſtes Iohannis ſentit. Addit enim Epitheton εὐπρέμνων, id eſt, habentium pulchras frondes. Et multi alij idem ſentiunt, inter quos eſt Lyranus diligentiſsimus ſcriptor. Hanc ſententiam, quam ipſe textus ſuppeditat, ſi ſequamur, nõ erit inepta ſignificatio, quæ in hunc modum accõmodari poteſt. Hortus Chriſti, id eſt
E Eccleſia, conſitus eſt cedris, hoc eſt pijs, qui ſunt ueluti cedri in eccleſia Chriſti. Chriſtus enim ipſe apud Ezechielem cap. 17. cedrus magna dicitur, vnde alię cedri propagantur, inſiti fide in magnam illam cedrum. Huc referri poteſt illud Dauidis: *Iuſtus vt palma florebit, & ſicut cedrus Libani multiplicatur.* Naturam enim Cedrorum imitantur pij. Vt enim cedri arbores ſuo odore, vt ſcribitur, fugant venenata animalia, & non ſentiunt cariem, nec putreſcunt: ſic verè pij vene-
F num impiorum fugant, & à peccatis corruptionis ſeu putrefactionis abſtinent. Etſi autem hæc eſt concinna allegoriæ accõmodatio: tamẽ multi viri docti non dubitant textum corrigere, & ponere pro τῶν κέδρων, τοῦ κεδρῶν. Sed ego potius dixero torrentem illum, ſeu vallem binominem fuiſſe, quàm vt notam falſi textui, in omnibus exemplaribus conſentienti, inuram: cùm nõ inſolens ſit, vnam rem ſæpiſsimè in ſcripturis pluribus nominibus deſignari.

G

SECVNDVS.

2 *Sciebat autem & Iudas, qui tradebat illum,*

illum, locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.

Apparet ex collatione Euangeliſtarum, ꝙ Iudas inſtructos milites & miſſos cum ipſo ad capiendum Ieſum pręceſſerit paululũ, vt ſigno proderet magiſtrũ ſuum, & mox ſe receperit ad ſceleratos ſuos ſocios. quo facto Dominus ipſe obuiam iuit ijs qui venerant ad ſe capiendum.

Porrò in hoc Iuda videmus quid auaritia & ambitio exitiales iſtæ beſtiæ faciãt. Primũ enim excæcãt hæ beſtiæ mentes hominũ, & corda indurant, vt nec intelligere, quid ſibi ſit vtile poſſint, nec animaduertere quantis malis ſe inuoluãt. Iudas.n. hic ex auaritia & ambitione ita excœcatus fuit, vt maluerit eſſe diſcipulus diaboli, quàm Apoſtolus Chriſti: vt maluerit eſſe filius perditionis, quàm vas electionis, vt cõuerteret ſacrilegè ſignũ amoris in ſignũ proditionis. Oſculo enim, vt promiſerat, Dominũ ſuum & magiſtrũ prodidit miſer. *Quemcunq;,* inquit, *oſculatus fuero, ipſe eſt, eũ tenete, et abducite cautè.* Hic Iudas auar⁹ & ambitioſus, vt Dominũ & magiſtrũ ſuum prodat, venit cũ faculis & laternis, ne Ieſus latere poſsit: venit cum armis, ne quis ſibi reſiſteret: venit aſſumta ſibi cohorte à Pilato præſide, vt turba metu publicę poteſtatis nihil auderet: venit adiunctis ſibi miniſtris ſacerdotum, ne zelo legis aliquis ipſum defenderet: venit nocte, vt ſine ſtrepitu caperetur. Breuiter, nihil nõ fecit, vt ingratiſsimus diſcipulus & miniſter optimè de ſe meritũ magiſtrũ & Dominũ perderet.

Sed quid mitiſsimus Ieſus hic facit? Proditorem non fugit, nec oſculum impuro ori proditoris negat. Accepto enim oſculo à proditore, ait: *Amice ad quid venis? Oſculo filium hominis prodis?* Oſculum quod eſt ſignum pacis, tu proditionis facis. Signum quidem amicitiæ agnoſco, etſi tu inimicum animum ſub amicitiæ ſymbolo tegis. Ecce quàm admiranda benignitas Domini eſt, dulci ſermone, & occulta correctione eũ emendare, qui ſe prodere voluit. Hinc Bernhardus meritò exclamat, dicens: *O cor durius omni adamante Iuda maledicte, quomodo auſus fuiſti ore polluto labia melliflua magiſtri tui tangere?* Sed Iudas facinore ſuo digniſsimas pœnas luit. Deſperat enim de venia, laqueo ſibi vitam adimit, ira Dei opprimitur in omnem æternitatẽ. Hæc ſint breuiter de facto & exitu Iudæ dicta. Iam prædictiones, cauſſas, doctrinas & ſignificationes videamus.

Proditio facta per Iudá, & prædicta eſt à ſanctis Dei prophetis, & typis quibuſdam ſignata. Pſal. 55. Dauid in perſona Chriſti ſic Iudã proditorem alloquitur: *Tu verò homo, collega meus, dux meus & notus meus, qui ſimul inter nos dulce capiebamus conſilium, in domo Dei ambulauimus ſimul*, ſcilicet locutus es cõtra me, & me ꝑdidiſti. Et Pſal. 41. *Etiam homo pacis meæ, in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Typus Iudæ fuit proditor Dauidis, Doeg Idumæus paſtor Saulis. 1. Reg. 22. contra quem precatur Dauid in perſona Chriſti Pſal. 109. Oſculum, quo Iudas Dominum prodidit, figuratum

A fuit oſculo Ioab. 2. Regum. 20. Nam vt Ioab doloſè dixit ad Amaſam: Salue mi frater, & tenens manu dextra mentum, quaſi oſculans interfecit eum: ita Iudas ſuum Dominum & magiſtrum oſculo prodidit.

Cauſſa quidem proditionis in Iuda ſuprà eſt indicata, quæ fuit auaritia & ambitio: in Deo verò cauſſa fuit iuſticia, qui iſto pacto voluit punire in Mediatore, qui perſonam noſtram ſuſtinuit, turpiſsimã illam proditionem primorum
B parentum, à Deo, qui illos recens creauerat, & ſua imagine ornauerat, deficientium ad diabolum hoſtem Dei. Ita enim Dominus ipſe Pſal. 63. fatetur, ſe perſoluiſſe debitum alienũ. Quare & peccata hominum ſua vocat.

Doctrinæ & admonitiones plures ſe hîc offerũt. Prima: Iudas collega aerearum poteſtatum, & ſocius Balaam, ſuo malo docet nos, vitandam eſſe auaritiam & ambitionem, quæ ſunt viæ ad ſempiternam miſeriam. Cautiores ergo ſimus,
C eius damno admoniti. Secunda: Idem ſuo facto monet, cauendas eſſe domeſticas inſidias, ne ſinamus nos blanditijs & oſculis fraudulentis eorum, qui amici haberi volunt, decipi. Meminerimus ergo dicti Salomonis, qui ait: *Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta odientis oſcula.* Tertia, patientia Chriſti à proprio diſcipulo traditi monet, vt forti animo iniuriá feramus, ſi tale aliquid nobis euenerit; nos magiſtri noſtri exemplo erigamus, Deo iuſto iudici relinquen-
D tes vindictam. Quarta, Quòd Dominus oſculũ Iudæ non renuit, ideò factum eſt, vt doceremur inimicos omnes, eosq; quos ſciremus deſeuientes in nos, eſſe diligendos. Nam Dominus, qui ſuis pręcipit Luc. 6. *Diligite,* inquiens, *inimicos veſtros, benefacite iis, qui vos deuouent, & orate pro iis qui infeſtant vos,* hîc ſe exemplum ſtatuit.

Verùm vt dilectio, qua Chriſtus dilexit Iudá, non impediuit iuſticiam: ita noſtra dilectio iuſta eſſe debet. Semp cupiamus inimicos redire
E ad ſanam mentẽ, ne pereant: cùm neceſsitas poſtulat, eos foueamus cibo, potu, &c. pro modo facultatũ noſtrarũ, memores quòd eiuſdẽ naturæ conſortes ſimus, & ꝙ filius Dei mandauerit nobis, vt exemplũ patris cœleſtis imitemur, q facit Solem ſuũ oriri ſupra bonos & malos. His rectè cõſideratis, facilis erit ad hanc quæſtionẽ: An liceat imprecari mala hoſtibus? reſpõſio. Chriſtus benè cupiuit inimico ſuo Iudæ, & eũ fouit triennium. Verùm qa inſanabilis erat, imprecatur illi
F interitũ, vt eſt in Pſal. 109. ita nos primũ precemur à Deo, vt cõuertat hoſtes eccleſiæ, & reprimat eorũ impia cõſilia, exẽplo Dauidis, qui ait: *Infatua conſiliũ Achitophel.* Deinde in perſonis diſcrimẽ eſt: Sanabiles optemus cõuerti, inſanabiles petamus deleri, vt in Pſalmo eodẽ dicitur: *Dilexit maledictionẽ, et veniet ei.* Quinta, ex more Chriſti & diſcipulorũ eius, oſculantiũ ſe mutuo, diſcim⁹ Chriſtũ primùm, deinde nos inuicẽ ſpiritualiter oſculari. Quòd Chriſtũ oſculari nos opor-
G teat, Pſal. 2. docet, vbi pater ita mãdat omnib. hominibus: *Oſculamini filiũ,* hoc eſt agnoſcite filium regẽ veſtrũ eſſe, illũ audite, illi copulamini fide,

amore & obediẽtia. Diuus Bernhardus docet, A
ꝙ oporteat nos & pedes, & manus, & os domini
oſculari. Pedes Domini oſculamur, quádo ſup-
plices proſternimus nos corá ipſo, agnoſcentes
peccata noſtra, & petentes veniá ab eo q̃ noſtrá
naturá ſibi aſſumſit, vt victima pro peccatis no-
ſtris fieret. Peccatrix, vt eſt Luc. 7. lachrymis ſuis
verá teſtatur pœnitentiá, oſculatur pedes Do-
mini. Hoc oſculũ ſymbolũ eſt ſpiritualis oſcu-
li, quo nos in vera agnitione peccati ſpirituali-
ter oſculamur pedes Ieſu, ſupplices cũ peccatri- B
ce ab eo petentes peccatorũ noſtrorũ veniá. Ma
nus Domini oſculamur, cùm fide accipimus ab
eo remiſsioné peccatorum, iuſticiá, Spiritũ San
ctum, adoptionem. Vt enim porrectio dexteræ
ad oſculandũ firmũ fœderis & conciliationis ſi-
gnũ habetur: ita promiſsio Chriſti eſt veluti ma
nus Chriſti dextera, quá manũ tum demũ oſcu-
lari dicimur, cũ eam fide accipimus, ac in ea dul-
ciſsimè acquieſcimus. Os Chriſti oſculamur,
quádo eius verbũ corde ſyncero amplectimur, C
vero amore illi iungimur, illum ſolum noſtrum
ſponſum agnoſcimus, qui tenerrimè nos diligit,
oſculatur & fouet. De hoc oſculo mutuo Chri-
ſti ſponſi & eccleſię Salomon loquitur, cùm ait
Cantic. 1. *Oſculetur me oſculos oris ſui, quia gratiores
ſunt amores tui vino.* Oſculetur ſcil. ſponſus meus
Chriſtus, intimo amore me cõplectés, mihi pec-
cata remittens, ornans me ſua iuſticia, & dans
vitam æterná. Huius ſpiritualis oſculi pulcher-
rimum ſymbolum proponitur Luc. 15. vbi pater D
prodigum filium reſipiſcentem, & petentẽ ve-
niam, oſculatur. Ita enim textus habet: *Cùm ad-
huc longè abeſſet, videt eum pater ipſius, ac miſericordia
motus eſt, & accurrens incidit in collũ eius, & oſculatus
eſt eum.* Vt hic pater typus eſt Chriſti: ita prodi-
gus ille filius, eſt cuiuſuis peccatoris reſipiſcen-
tis. Vt enim hic filium reuertentem lætus am-
plectitur, & oſculatur: ita Chriſtus quemlibet
peccatorem reſipiſcentem lætus amplectitur &
oſculatur, adeò vt iam non exprobret illi culpá, E
etſi maxima erat, ſed eũ Spiritu lenitatis ſanet.

Significatum fuit facto Iudæ, quid olim euen
turum erat in eccleſia. Vt enim Iudas vnus è nu
mero Apoſtolorum in ſummo ordine & loco in
hierarchia eccleſiæ cõſtitutus, propter ambitio-
nem & auaritiam defecit à Chriſto, & adiunxit
ſe hoſtibus Chriſti: ita multi in eccleſia in ſum-
mum dignitatis gradum euecti, omnibus tẽpo-
ribus inueniuntur, qui aut prorſus ad hoſtes ec
cleſię deficiunt, aut colludunt cum aduerſarijs, F
vt ſuæ ambitioni & auaritiæ ſatisfaciant. Quis
eſt qui nõ obſeruat huius proditionis exempla
triſtiſsima in Papatu? Multi Chriſtum quidem
oſculantur, dum ipſius nomen prætendunt, ſed
ipſum ſacrilegè produnt, dum ob lucrũ doctri-
nam ipſius vel abolent, vel corrumpũt. Huc ex-
empla omnium hæreticorum pertinent. Sed
quid dico de Papatu? An non multi rectè edo-
cti in ſchola Vvitebergenſi & alibi, turpiter pro-
pter auaritiam & ambitionem deficiunt à vera G
eccleſia ad hoſtes, in quorum numero ſcelera-
tus Staphilus erat.

TERTIVS.

3 *Iudas ergo cùm accepiſſet cohortem, &
à Põtificibus & Phariſæis miniſtros, venit il-
luc cum laternis, facibus & armis.*

Iudas egreſſus vrbem cum cohorte præſidis
& miniſtris ſacerdotum, pręcedit nonnihil tur-
bam: & poſtquam oſculatus eſt Chriſtum, redit
ad turbam armatam, haud dubiè ſolicitans &
mandans, vt mandata Pontificum & Phariſæo-
rum exequerentur, caperentq; Ieſum, quẽ præ-
ſentem eſſe monſtrabat.

Prædictio facti præſidis & pontificum in ge-
nere habetur in Pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes, &
populi meditati ſunt inania.*

Cauſſam ſui facti habuere pontifices prætex-
tum defendendæ religionis, quam tamen ſacri-
legè impugnabãt: ſuaue Chriſti iugum, vt idem
Pſalmus teſtatur, recuſantes. Nam cùm Domi-
nus Phariſæorum corruptelas, hypocriſin, aua-
ritiam & ambitionem damnat, ipſi ſe pelle oui-
na tegunt, & interim vt lupi rapaces feruntur in
Chriſtum innocentem.

Docemur ergo hîc quales ſint artes hypocri-
tarũ, & præmonemur de periculis, in quib. ver-
ſatur eccleſia, & uſq; ad finẽ mundi verſabitur.

QVARTVS.

4 *Ieſus itaq; ſciẽs omnia, quæ vẽtura erãt
ſuper ſe, proceſsit, ac dixit eis: Quem quæritis?*
5 *Reſponderũt ei, Ieſum Nazarenum. Di-
cit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & Iudas,
qui prodebat eum, cum ipſis.*
6 *Vt ergo dixit eis, Ego ſum, abierunt re-
trorſum, & ceciderunt in terram.*
7 *Iterum ergo interrogauit eos: Quem
quæritis? Illi autẽ dixerũt: Ieſum Nazarenũ.*
8 *Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quòd ego
ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.*
9 *Vt compleretur ſermo quẽ dixerat: Ex
iis quos dediſti mihi, non perdidi quenquam.*

Hæc pericopa quatuor argumenta continet,
ex quibus clariſsimè concluditur, quòd Chri-
ſtus voluntariè ſe in manus hoſtium tradiderit
illudendum & occidendum, iuxta vaticinium:
Oblatus eſt, quia voluit.

Primum: Etſi Dominus ſciuit ſe capiendum
ab hoſtibus: tamen procedit eis obuiam. Ergo
ſponte ſua ſe ad mortem offert.

Secundũ: interrogat Chriſtus armatos quẽ-
nam quærant, qui cùm reſpondiſſent Ieſum Na
zarenum, palàm reſpondit ſe eum eſſe, quem
quærebant. Iam ſi ſua ſponte ſe nõ obtuliſſet ad
mortem: vel negaſſet ſe eum eſſe quem quære-
bant, vel ſaltem diſsimulaſſet tacendo.

Tertium: Cùm ad vocem Chriſti, *Ego ſum*: Iu-
das & alij qui cum illo erant, abeunt retrorſum
& cadunt in terram, tanquam mortui, quos ite-
rum diuina ſua potentia erigens: euidentiſsimè
oſtendit quòd non inuitus, ſed volens ſe ad mor
tem obtulerit. Nam ſi noluiſſet, permiſiſſet eos
iacere

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

iacere vt erãt proſtrati, & interea ſibi fuga conſuluiſſet. Verùm quia manſit in eodem loco, & proſtratos erigit, & rurſus interrogat quẽ nam quærant, & reſpondit vt antea, *Ego ſum.*

Quartum: cùm mandat diuina autoritate, vt qui ad ſe capiendum venerãt, ſinant diſcipulos qui ſibi aſtabãt, abire liberè, & illi obtemperãt: clariſsimè docet, ꝙ voluntariam paſsionẽ accedat, quemadmodum Paulus ait: *Fuit obediẽs vſq; ad mortem crucis.* Ex hac promptiſsima voluntate Chriſti ad ſubeundam mortẽ pro gñre humano, fit eius paſsio & mors ſacrificium propitiatorium, ac opus Deo longè gratiſsimũ, quo nullum ipſi gratius vnquam fuit, nec erit.

Typus Chriſti, voce proſternentis armatam turbam, præceſsit in Sangar Iud. 3. in Samſone Iud. 15. in Dauide 2. Reg. 23. Vt enim Sangar vomere vno ſexcentos occidit Philiſtæos, & proſtra uit in terrá: ſic Chriſtus vomere verbi ſui; *Ego ſum*, proſtrauit & deiecit oẽs, qui cõtra ſe venerãt. Verùm ne hîc magicá virtutem putemus fuiſſe in verbis Chriſti, tenẽda eſt hęc regula. Sępè tribuit̃ inſtrumẽto effectus, qui eſt proprius eius, qui inſtrumento vtit̃. Vt Samſon mille viros qui venerãt ad ſe capiẽdum, mádibula aſini occidit: ita Chriſtus fortiſsim⁹ noſter Samſon, verbo ex humanitatis ſuæ ore prolato, proſtrauit armatam manum hoſtium, qui ad ſe capiendum venerãt. Vt Dauid, quaſi tenerrimus ligni vermiculus, impetu vno octingẽtos interfecit: ſic Chriſtus proſtrauit oẽm Iudæorum & gentium exercitum ad ſe capiendum miſſum. Verùm Chriſtus quos potentia proſtrauit, eoſdem miſericordia erexit, vt doceret ſe non fugere mortem, quam debuit pro humano genere redimendo ab æterna morte ſubire.

Cauſas facti Chriſti, voce proſterneptis aduerſarios, iam expoſuimus.

Doctrinæ hæ ſunt præcipuæ. Prima: Quòd vires humanæ nihil poſsint aduerſum Chriſtũ & eius membra, niſi diuinitùs permittatur. Secunda: quòd Deus reprimat conatus hoſtium, quandocunq; illi viſum fuerit. Tertia: Quòd vis verbi ſit potens & ad occidendum & ad viuificandum, non quia dicitur aut profertur, ſed quia creditur, vel non creditur.

Significationes ſequuntur. Prima: Caſus cohortis & miniſtrorum ſacerdotum, ſignum fuit futuri gentis Iudaicæ caſus. Secunda: Idem caſus imago ruinæ fuit omnium, qui Chriſto aduerſantur, quibus omnino terribilis caſus imminet. Tertia: Quòd ante extremum diem illi qui volunt haberi columnæ Eccleſię Dei, ſed falsò, proſternantur voce Euangelij, qui nihiminus perſequentur, capient & occident Chriſtum in ſuis membris. Hanc ſignificationem Paulus accommodat ad regnum pontificium 2. Theſſal. 2. *Reuelabitur*, inquit, *iniquus ille quem Dominus deſtruet ſpiritu oris ſui, & abolebit illuſtri aduentu ſuo.* Primùm enim deſtruet Antichriſtũ ſpiritu oris ſui, hoc eſt, voce Euangelij, per pios Euangelij miniſtros prolata, deteget errores Antichriſti, minuet ipſius potentiam, multos reuocabit ab ipſius imperio, ſicuti hic dies docet. Deinde in extremo die, cùm ipſe Dñs ad iudicandũ venerit, prorſus regnũ Antichriſti abolebit, & ſuos ornabit beata immortalitate & gloria ſempiterna. Huc illud Auguſtini pertinet: *Quid iudicaturus faciet, cùm iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?*

QVINTVS.

10 Simon ergo Petrus, cùm haberet gladium, eduxit eum, & percuſsit Pontificis ſeruũ, & abſcidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen ſeruo Malchus.

11 Dicit ergo Ieſus Petro: Immitte gladium tuum in vaginam, An non bibam calicem, quem dedit mihi Pater?

Hæc pericopa duo habet. Primũ, audax Petri facinus. Secũdum reprehẽſionẽ Petri, & reprehẽſionis rationẽ. Tertiũ addit Lucas, videlicet ſanationẽ auriculæ, q̃ abſciderat Petr⁹ Malcho. Facinus Petri in hũc modũ deſcribit̃: *Eduxit gladium quem habebat, & percuſsit ſeruum pontificis, & abſcidit auriculam eius dextram.* Vt autem ſeruus ille põtificis voluit primus manus inijcere Chriſto ad eum comprehendendum, vt gratiam iniret apud herum ſuum, quem mortem Chriſti ſitire nouit: ita Petrus vt exhiberet ſpecimen ſuę audaciæ & amoris erga Magiſtrum ſuum, & vt declararet facto, quod antea promiſerat, dicendo: *Domine tecum paratus ſum & in carcerem & ad mortem proficiſci.* Lucas 22. *Eduxit gladium, & auriculam pontificis ſeruo abſcidit.*

Hoc facinus Petri Dominus 4. rationibus reprehendit, vt eſt colligere ex collatione Euangeliſtarum. Quarum prima eſt: *Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit.* Secunda: *An putas quod non poſsim nunc precari patrem, & exhibebit mihi plures, quàm duodecim legiones Angelorum?* Tertia: *An non bibam calicem, quem dedit mihi pater?* Quarta: *Quomodo implerentur ſcripturæ, quæ ſic oportere fieri prænunciarunt.* quaſi diceret Dominus: Vide Petre quid agis? Si te reſpicis, temerè facis contra vocationem tuam. Si me intueris, præter neceſſitatem agis. Si Patrem meum reſpicis, contra ipſius voluntatem interis. Si ſcripturas reſpicis, eas ſoluere conaris. De his rationibus ordine agemus, & quæſtiones quæ inde ſe offerunt decidemus.

DE PRIMA.

Prima reprehenſionis Petri ratio his verbis continetur. *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Hæc ratio pendet ab ordine iuſticiæ diuinæ, cuius regula hæc eſt: *Per quæ quis peccat, per hæc & punitur.* Sapient. 11. Vnde Geneſ. 9. ſcribitur: *Qui effuderit ſanguinẽ humanũ, per hominẽ fundetur & ſanguis eius.* Ex hac ergo regula in hũc modum Dñs colligit: Per quæ quis peccat, ꝑ hæc & punieť: Ergo oẽs q peccãt gladio, gladio puniẽtur. Peccant aũt gladio, q accipiunt gladiũ, eoq; vtuntur cõtra vocationem. Quid aũt ſit accipere gladiũ, pulcrè explicat Auguſtin. his verbis: *Ille gladiũ accipit, qui nulla ſupiori ac legitima poteſta*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

*te, vel iubente, vel cõcedente, in ſanguinẽ alicuius ſe ar-
mat.* Seu vt Philippus noſter ait: *Accipere gladium
dicũtur, qui non datũ à lege aut à magiſtratu ſeditioſè ra
piũt.* His addo, ꝙ etiã legitimus magiſtratus ac-
cipere gladium dicit̃, quando eum vel contra
innocentes ſtringit, vel prauo aliquo affectu e-
ius legitimum vſum corrumpit. In hunc proin-
de modum contra Petrum cõcluditur: Omnis
qui accipit gladiũ, gladio peribit. Tu Petre ac-
cipis gladiũ: ergo gladio peribis, vt qui temerè
tibi ſumis gladium, qui nõ eſt tibi datus à legi-
bus aut à legitimo magiſtratu. Hic plures ſe of-
ferunt quæſtiones explicandę. Prima: An Pe-
trus acceperit gladium. Secunda: Liceátne vim
vi repellere. Tertia: Num regnum Chriſti gla-
dio propagari ſit licitum. Quarta: Quis ſit legi-
timus vſus gladij in Eccleſia.

Quantum ad primam quæſtionẽ, an Petrus
Gladiũ acceperit, attinet: in hũc modum obiici
poterit, An nõ licuit tueri eũ, cui vis iniuſta offe
rebat̃? Nónne opus charitatis eſt tueri alterũ,
ꝑſertim ſi innocẽs ſit? Eſt'ne officium pij mini-
ſtri & diſcipuli ſuum Dñm ac Magiſtrum tue-
ri? Reſp. Circũſtantię faciunt vt res eadem gñre
nunc licita ſit, nunc illicita, ſed excuſabilis: nũc
planè illicita, & inexcuſabilis. Latro impetũ in
aliquẽ faciẽs, licitè ab eo qui inuadit̃ interfici-
tur, quia hîc nõ relinqtur locus ordinariæ de-
fenſioni. Maritus aliquis interficit adulterum ἐν
αὐτοφώρῳ, ꝙ ei nõ licuit: ſed excuſatur iuſto zelo.
Petrus inuadentẽ Dñm ſuum & magiſtrum ꝑ-
cutiens gladio, peccat propter circumſtantias
certas, quæ ab Euangeliſtis exponuntur. Nam
Chriſtus dominus & Magiſter Petri, noluit de-
fendi gladio. Sæpè prædixit ſe tradendum Iu-
dæis, illudendum, & crucifigendum: Sæpè ſi-
gnificauit ſe non inuitum, ſed promptiſsima vo
luntate mortem ſubiturum. Hoc quia ignorare
non potuit Petrus, ſeditioſè vſurpat gladium,
atque ideo à Domino dicitur accepiſſe gladi-
um, non ſibi conceſſum à legibus.

De ſecunda quæſtione: An liceat vim vi re-
pellere: ita ſentiendum eſt. Priuata vindicta, &
neceſſaria defenſio differunt cauſis & finib. Vin
dictę cã, eſt cupiditas nocẽdi in animo irritati:
finis, vltio de inimico. Iam quia & cã & finis pu-
gnãt cum lege dilectionis, & quinto præcepto,
omnino illicita eſt priuata vindicta, vt eſt ad Ro
man. 12. *Non vindicãtes voſmetipſos.* Et Syracides
ait cap. 28. *Cupidum vindictæ vltio manet à Dño, &
peccata eius ſedulò conſeruabit.* Neceſſariæ defenſio-
nis cauſa eſt, nõ cupiditas nocẽdi, ſed defenden
dæ propriæ vitæ iuſta voluntas. Finis aũt eſt, vt
cohibeat in ſe inuadẽtem, & declinet iniuſtam
violentiam. Hæc defenſio qua in hunc modum
vis vi repellitur, donec non tranſgrediatur limi
tes inculpatæ tutelæ, licita eſt & neceſſaria: ma-
nans ex lege naturæ, omnibus animantibus in-
dita. Quare etiã iuris diuini eſſe rectè cenſetur.
Non ergo qui ad iſtum modum vim vi repellit,
accipere gladium dicitur: quia ius naturæ, qd'
eſt ius diuinum, cõcedit gladium ad arcendam
vim iniuſtam, quando videlicet locus non eſt

A ordinariæ & legitimæ poteſtati. Quid? Annon
Chriſtus vnicus noſter Magiſter dicit: *Ego dico
vobis, ne reſiſtatis malo. Sed ſi quis te percuſſerit in dex
teram maxillam, obuerte ei & alteram.* Reſpondeo.
Chriſtus iſtis verbis corrigit corruptelam legis
diuinæ, de lege talionis. Lex talionis mandata
erat populo Dei: ſed hanc volebant priuati eti-
am ſine legitimo iudicio exercere, quem erro-
rem Dñs iſtis verbis corrigit. Deinde ſciẽdum
eſt, ꝙ ſit duplex reſiſtẽdi modus: videlicet lici-
B tus, & illicitus. Licitus eſt, cũ innoxiè arcemus
iniurias, deflectẽtes ab iniuſta violentia, nõ cu-
pidi vindictę. Illicitus aũt, cùm retaliare iniuriá
nitimur, quod Deus nõ vult. Ideò Petrus man-
dat, ne malum pro malo reddamus. Et Paulus
iubet potius vincere malum bono, quàm vt ma
leficiis certemus. Sed Dominus ait, inquiẽs: *Ob-
uerte illi & alteram.* Hoc dictum non intelligen-
dum eſt de externo geſtu, ſed comparatiuè ac-
cipiendum eſt, hoc modo: Obuerte illi alteram,
C potius ſcilicet, quàm vt teipſum vlciſcaris.

Tertia quæſtio, num regnum Chriſti armis
propagare ſit licitum, paulò difficilior eſt. Ma-
gni. n. autores hic inter ſe diſſentiunt. Sunt. n. q
negãt, & ſunt q affirmãt licitũ eſſe. Ego aũt hîc
diſcernẽdum iudico inter propagationẽ & de-
fenſionẽ. Propagationẽ regni Chriſti Deus vult
fieri per miniſtros verbi nõ ferro, ſed verbo, iux
ta mãdatum Chriſti: *Ite prædicate Euangeliũ omni
creaturæ.* Et Paulus dicit: *Arma noſtra carnalia non
D ſunt.* Et Dñs ipſe hoc loco teſtatur ſuo facto, mi-
niſterium Euangelij non eſſe poteſtatẽ gladij.
Etſi aũt voce Euãgelij Deus vult propagari re-
gnum filij ſui: tñ quia magiſtratus eſt cuſtos v-
triuſque tabulæ, debet magiſtratus impios cul-
tus, & blaſphemiam nominis diuini gladio pro-
hibere, & in locum impiorum doctorum ſin-
ceros conſtituere. Ideô Monarchæ poſſunt &
debent, ſi quas regiones ſibi ſubiecerint, gladio
ꝓhibere externá profeſsionem cultuũ idolola-
E tricorum, & cogere ſubditos ad externam pro-
feſsionem veræ religionis. Vt Ottho imperator
ante annos circiter ſexcẽtos & quinquaginta
maiores noſtros ad externá fidei confeſsionem
cõpulit, abolitis idololatricis cultib. Nam ſi pa-
ter familiæ vnius hoc debet, multò magis debe-
bit, qui vult dici & haberi pater patrię. Verùm ſi
impius fuerit magiſtratus, & velit ſubditos co-
gere ad colẽda idola, ſequãtur ſubditi regulá A-
poſtolorũ: *Magis oportet Deo obedire q̃ homini.* Imi-
F tẽtur exẽplũ Danielis & ſociorũ eius, q nolue-
rũt ſtatuá Nabogodonoſor regis adorare, ſed po
tius mortẽ oppetere, q̃ impio decreto obedire.

Quantum aũt ad defenſionẽ Eccleſię attinet,
hoc tenẽdum eſt, qd' Deus nõ velit priuatos ſu
mere arma contra legitimũ magiſtratũ, religio-
nis defendẽdæ gratia. Verùm quãtum ad eos at
tinet, q ſunt proximi à ſummo magiſtratu, po-
pulares magiſtratus dicti, quales olim fuerunt
Ephori apud Lacedæmones: Dęmarchæ apud
G Athenienſes, & apud Romanos Tribuni ple-
bis, hodie ſeptemuiri Electores in Romano im
perio, Senatores in regno ſupremi, & Regibus
proxi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

proximi,aliter iudicãdum eſt. Hi enim ſunt or-
dinati à Deo. Primùm vt ſint cuſtodes primæ
& ſecundæ tabulæ, vt maneat veræ doctrinæ
profeſsio,vtq; ſeruetur honeſta diſciplina.Dein
de,vt moderentur & refrenent, ſi res poſtulat,
Monarcharũ libidinem, molientium aliq̃d ſiue
cõtra leges,ſiue aduerſus religionẽ veram. Tũc
enim poſſunt & debent primũ conſilijs, quan-
tum quidem fieri poteſt,ſe opponere tyrannis,
& ſua ſapientia illorum ſtultos conatus impedi
re. Verũ ſi conſilijs ſanis nihil effecerint, ſed ma
gis fortè tyrãnorum animos irritauerint, debẽt
& armis tueri pios ſubditos, qui veram religio-
nẽ amplexi ſunt,& idola tollere, & veram reli-
gionem reſtituere; quod ſi non fecerint,fraudu
lenter faciunt opus Dñi. Tametſi ergo Eccleſia
non propagatur armis carnalib. propriè: tñ ex-
terna vis,quæ fit cõtra religionẽ à tyrannis,pòt
& debet per magiſtratũ,q̃ eſt medius inter ſum
mum caput & ſubditos,conſiliis & armis repri-
mi. Hoc & natura dictat, & ratio officij popula-
ris magiſtratus poſtulat,& multa exempla ſan-
ctorum comprobant. Habeant ergo populares
magiſtratus in conſpectu dictum Domini: *Red-
dite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.*

Quartæ quæſtioni p̃bet occaſionẽ furor Ana
baptiſtarũ. Sunt.n. Anabaptiſtæ quidã, qui con
tẽdunt Chriſtianis nõ licere magiſtratũ gerere,
nec eſſe vllum vſum gladij in Chriſtiana repu-
blica. Vtrũq; falſiſsimũ eſt. Nam & Chriſtianis
magiſtratũ gerere licet, & maximè eſt neceſſa-
rius vſus gladij in Eccleſia. Nã ſi Chriſtianis ma
giſtratu fungi nõ licet, q̃d dicemus de Abraha-
mo, Moſe, Ioſua, Dauide, Ezechia, Ioſia, Ioſeph,
Daniele, &c. viris ſanctiſsimis. Si dixerint eos
Chriſtianos nõ fuiſſe, impudẽtiſsimè mẽtiunt͂.
Nam ſi Chriſtian⁹ eſt, qui oẽm ſpem & fiduciã
in Chriſtũ collocat, nemo pòt negare ſanctiſsi-
mos illos viros Chriſtianos fuiſſe, re q̃dẽ ipſa,&
ſi nomẽ Chriſtianiſmi illorũ ętate in vſu nõ fue
rit. Nec dubitandũ eſt ſanctos iſtos viros ſpe &
votis in cœlis verſatos eſſe, dũ in hiſce terris po-
pulum gubernabãt. Supra modũ friuolum eſt,
quod de perfectione Chriſtiana garriunt Ana-
baptiſtæ. Concedimus, inquiunt, gladiũ eſſe or-
dinatũ à Deo, ſed extra perfectionẽ Chriſtianã.
Reſpondeo. Perfectionis Chriſtianæ, ſi mores
ſpectas, duplex eſt modus. Vnus in hac vita; al-
ter in futura vita, de qua hoc loco nobis dicẽdũ
nõ eſt. In hac vita p̃fectio Chriſtiana eſt in qua-
uis vocatiõe volũtatẽ Dei ſuę anteponere. Neq;
enim alia lex p̃fectionis nobis Chriſtianis eſt, p-
poſita, q̃ fuit veterib. Nam vnica lex Dei & no-
bis & veterib. norma vitæ eſt propoſita. Quare
vocationes, quę fuere laudabiles in veteri popu
lo, nõ poſſunt Deo diſplicere apud Chriſtianos.

Adhæc Dñs ipſe tantum honoris tribuit ma-
giſtratui, vt qui eo funguntur, Deos nominet:
non quidem perſonarum reſpectu, ſed propter
officij dignitatem. Et Paulus fidelis Chriſti ſer-
uus, eos qui in eminentia ſunt conſtituti, mini-
ſtros Dei, à Deo ipſo ordinatos appellat.

Quod aũt dicunt phanatici iſti, vſum gladij

A nullũ eſſe in Eccleſia, propterea q̃ excõmunica
tio ſit extrema pœna in Eccleſia, ſine morte cor
porali. Reſp. Miniſter Euãgelij & magiſtratus ci
uilis ordinati ſunt à Deo, vt regãt Eccleſiã diſci
plina, ſed vterq; ſuo modo. Miniſtro enim Euã-
gelij extrema pœna eſt excõmunicatio, ad q̃ his
gradib. deſcẽdit; videlicet doctrina, admonitio-
ne, correptione mitiori, obiurgatione ſeueriori:
& ſi his gradib. nihil efficitur, reſtat extrema pœ
na excõmunicatio, ſi peccatũ eſt in morib. A-
B nathematiſmus aũt, ſi hæreticus admonitus, &
graui Eccleſiæ iudicio damnatus, nõ reſipiſcit.
At magiſtratui ciuili extrema pœna exercetur
gladio. Dicit enim Paulus, gladium magiſtratui
eſſe à Deo datum, vt conſeruentur boni, mali
puniantur. Argumenta quæ huic veræ ſenten-
tiæ obijciunt Anabaptiſtæ, leuiora ſunt, quàm
vt egeant refutatione. Quare ea prætereo.

Sunt rurſus alij qui in contrarium ſtatuunt.
Exiſtimant enim in Eccleſia, vt nunc eſt con-
C ſtituta, nullum eſſe vſum excommunicationis.
Dicunt enim magiſtratum Chriſtianum eſſe,
qualis nõ fuit tempore Pauli, cuius eſt in quoſ-
uis reos animaduertere. Addunt populum non
eſſe diſtinctum in plures ſectas, vt tẽpore Apo-
ſtolorum: ſed omnes eſſe baptizatos, & omnes
de Chriſtiano nomine gaudere. Reſp. Illa quæ
adferunt, nec Chriſti mandatum, quod ad Ec-
cleſiam omnium temporum pertinet, tollunt.
Eſt autem hoc Chriſti mandatum. Matth. 18. *Si*
D *peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eũ inter te
& ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus es fratrẽ tuum:
Sin autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum,
vel duos: vt in ore duorum vel trium teſtium conſiſtat
omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Si
autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi velut Ethnicus
& publicanus.* Nec miniſterium Euangelij & po-
liticã gubernationẽ confundunt. Longè enim
aliud eſt cõſulere cõſcientijs miſerorum homi-
num, q̃ publicã tranquillitatem in humana ſo-
E cietate ſpectare. Deinde etiãſi facinoroſi extra
viſibilem Eccleſiam eijci non poſſunt: tamen
excommunicati arceantur à familiari conuictu
piorum, ab officijs Eccleſiaſticis & politicis, ab
vſu cœnæ Dominicæ, & à religioſa ſepultura, vt
hoc damno admoniti & confuſi reſipiſcant tan
dem, & rurſus per publicam pœnitentiam reci-
piantur in Eccleſiam. Externa enim excommu
nicatio, ſi iuſta fuerit, teſtimonium eſt internæ
excommunicationis, qua homines ſcelerati ex-
F cluduntur à κοινωνίᾳ ſanctorum ſpirituali. At ſi
iniuſta fuerit excõmunicatio, plus prodeſt piis,
quàm nocet. Quem enim Deus recepit in ſuam
familiam, hunc fruſtra homo excludit.

De Secunda.

Secunda reprehẽſionis Petri ratio eſt: *An pu-
tas Petre quòd nõ poſsim nũc precari Patrẽ, et exhibebit
plures q̃ duodecim legiones Angelorũ?* An nõ igit͂ q̃d
facis, temerè facis, & p̃ter neceſsitatẽ? Vos eſtis
G vndecim. Iudas.n. ex diſcipulo aduerſarius eſt
factus. Sed q̃d veſtrę vires, qui homines imbel-
les eſtis, ad potẽtiã 12. legionũ Angelorũ, immò
q̃d veſtræ vires cõiunctæ, aduerſus potentiam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

vnius Angeli. An non vnus Angelus in caſtris
Aſſyriorum percuſsit vna nocte centum octo-
ginta quinq; millia hoſtium armatorum, quid
quæſo facerent 12. legiones Angelorum?

Num ex hoc dicto Domini ſequitur media
diuinitùs ordinata, quib. pericula à noſtris capi
tib. auertere poſſumus, ſpernēda eſſe? An debet
paterfamil. ſciens ſinere fures perfodere parie-
tes, & auferre ſubſtantiam ſuam, relinquens cu
ram Angelis? Nunquid rex inuadentes hoſtes
permittet vagari quò volunt, & deprædari om-
nia? Nequaquam. Ius enim naturæ, ius diuinū
& leges ciuiles, congruentes cum Decalogo,
concedunt, imò imperant neceſſariam defen-
ſionem. Debet igitur & paterfamiliâs & Rex, &
quilibet in ſuo periculo mediis diuinitùs ordi-
natis in vera Dei inuocatiōe vti, ad depellēdos
fures & latrones. Neq; his aduerſat̃ Chriſti exē-
plū. Venerat. n. nunc plenitudo tēporis, quo vi-
ctima Chriſtus fieret pro humano gñre. Quare
nec humanis nec Angelicis p̄ſidiis vti voluit, ad
vitandā mortē, q̃ ſubire ex patris voluntate vo-
luit pro humano gñre. Verū ſi periculū incide-
rit tale, vnde nō poſſumus mediis ordinatis iu-
ſtè euadere, Deo cõmendemꝰ nos, vitāq; noſtrā
in vera inuocatione & patiētia, certò ſtatuētes
quòd ſine ſapiētiſsimo cōſilio & volūtate opti-
mi patris, nec diaboli, nec homines poſsint pilū
de capite noſtro tollere. In mediis ergo ꝑiculis
pius cum Iob dicat: *Etiāſi me occiderit, in ipſum ſpe
rabo.* Qui. n. ſperat, iuxta ꝓmiſsionē diuinā, vel
in media morte beatus eſt. Scriptum eſt enim:
Spes non confundit. Item: *Beati oēs qui cōfidunt in eo.*

De Tertia.

Tertia reprehenſionis Petri ratio hæc eſt: *An
non bibā calicem, quē dedit mihi Pater,* ſc. vt bibā? An
tu vis patris mei volūtatē impedire? Pater vult
vt capiar & moriar, tu aūt nō vis me capi & mo
ri. Etſi ergo zelus tuus humanus eſt, malus tñ
eſt. Aduerſatur. n. non ſolum Deo, ſed propriæ
tuæ ſaluti. Quieſce ergo Petre, & ꝑmitte volun-
tatē patris mei fieri. Calix in ſcripturis in gñre
ſignificat, quicq̃d vel boni vel mali Deus homi
ni admenſus eſt: hoc eſt, certa bonorū vel malo
rū portio, quam Deus cuilibet deſtinauit. Calix
ergo Chriſti hoc loco eſt, vt ſuſtineat iram Dei,
& patiatur mortem, quam ex decreto patris ſu-
ſtinere debuit pro genere humano. Metaphora
autem ſumpta eſt à ritu antiquorum, quo per
conuiuij moderatores, ſua cuique vini portio,
quam ebiberent, ſtatuebatur.

De Qvarta.

Quarta reprehenſionis Petri ratio eſt in his
verbis: *Quō impleretur ſcripturæ,* ſc. quæ prædicūt,
quòd ſic oportet fieri? hoc eſt, ſi ego te me defenden
te nō caperer, paterer & crucifigerer, ſcriptura
nō impleretur, q̃ impleri neceſſe eſt. Tu ergo cū
me defendere conaris, ſcripturæ te opponis, &
armas te aduerſus Deū ſcripturæ authorē. Hìc
primùm quædam ſcripturæ teſtimonia produ-
cemus. Deinde huius neceſsitatis cauſas attin-
gemus. Tum quantum interſit inter voluntatē

A Dei, volentis filij mortem, & Iudæorum idem
volentium, indicabimus.

Teſtimonia ſcripturę de paſsiōe Dñi, ex mul
tis hæc pauca hoc in loco obſeruētur. Pſal. 22. to
tus de paſsione & reſurrectione Dñi cōcionat̃.
Sed quia poſtea aliquoties ex hoc Pſalmo addu
cemus teſtimonia, nūc eius verba omitto. Eſai-
as omniū clariſsimè cap. 53. ait: *Quis credidit audi-
tui noſtro* (.i. rumori & famæ ſparſæ à nobis de
Chriſto:) *Et brachium Dñi cui reuelatū eſt? Et aſcen-
B det ſicut virgultū corā eo, & ſicut radix de terra ſitiēti,
& non eſt ei ſpecies neq; decor, & vidimus eū & nō erat
aſpectus, & deſiderauimus eū, deſpectū & nouiſsimum
virorū, virum dolorū & ſcientē infirmitatem, & quaſi
abſconditus vultus eius & deſpectus, nec reputauimus
eū. Verè languores noſtros ipſe tulit, dolores noſtros ipſe
portauit, & nos reputauimus eū tanq̃ leproſum & per-
cuſſum à Deo & humiliatum. Ipſe aūt vulneratus eſt
propter iniq̃tates noſtras, & propter ſcelera noſtra. Di-
ſciplina pacis noſtræ ſuper eū, & liuore eius ſanati ſu-
C mus. Oēs nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viam
ſuā declinauit, & Dñs poſuit in eo iniquitates omniū no-
ſtrū.* Hucuſq; Eſaias. Zachariæ 12. *Videbunt in quē
transfixerūt.* Hęc Chriſti paſsio & mors multis a-
liis ſcripturis prædicitur, quæ ſcripturæ oēs ma
nant tanquā ex vno fonte, videlicet promiſsio-
ne facta primis noſtris parentib. poſt lapſū: *Se-
mē mulieris conteret caput ſerpētis, & ipſe mordebit cal
caneum eius.* Huc ſacrificia omnia Moſaica perti-
nēt. Huc typi plurimi & figuræ, inter quas illa
D de ſerpēte æneo ſuſpēſo ſuper ligno in primis il
luſtris eſt, quam ipſe Dominus ſibi accommo-
dat Iohan. 3. *Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſer
to, ſic oportet filium hominis exaltari, &c.*

Neceſsitas, cuius Dñs hic meminit, nō eſt ab-
ſoluta, ſc. ab omni cauſa: ſed eſt ex hypotheſi, vi-
delicet cauſarū, ꝓpter quas cauſas ſcripturæ &
datæ ſunt primū, & deinde cōpletæ. Vt aūt has
cauſas iuſto ordine inq̃ramus, hoc tanq̃ funda-
mentū iaciat̃. In vno Adamo tanq̃ in maſſa hu-
E mani gñris cōmuni, oēs ab eo nati ſecūdùm cō-
munē naſcentiū legem, lapſi ſumus, nō ſecus at-
que omnia mēbra cū capite ſuo labūtur. Hoc la-
pſu excidimus fine ad quē conditi eramus, hoc
eſt ad geſtandā imaginē Dei, ad p̄dicandam glo
riā Dei, & ad æternā beatitudinē. Si ergo redē-
pti nō fuiſſemus; Primū ſapientiæ diuinæ dero-
gatū fuiſſet. Qui. n. verè ſapit, nec temerè quicq̃
facit, nec ſine opis defraudat̃. Deinde, ſi Deus
reliquiſſet hominē in lapſu, & nō ſuccurriſſet ei,
F nō ſolū de miſericordia eius fuiſſet actū, verūe-
tiā diabolus ſe Deo potentiorē gloriatus fuiſſet.
Ad hæc, ſi potētia ſua ſola fuiſſet vſus Dñs ad li-
berandū genus humanū ſine omni cōpenſatio
ne iniuriæ, potens quidem viſus fuiſſet, ſed iniu
ſtus. Iuſticia enim exigit proportionē pœnæ ad
culpā, & iuſtam cōpenſationē iniuriæ. Vt igitur
Deus agnoſcatur & p̄dicetur, & verè ſit ſummè
ſapiens, ſummè miſericors, ſummè potens, &
ſummè iuſtus: dedit filiū, qui homo natus eſt,
G vt & pro culpa & pœna humani generis ſatisfa
ceret iuſticiæ Dei, & reſtitueret bonū amiſſum
per lapſum primorū parentū. Neutrum potuiſ-

ſet.

ſet, niſi verus Deus fuiſſet; neutrũ debuiſſet, niſi verus homo fuiſſet. Vt enim vnus homo peccato ſuo alios reos fecit: ita reqrebat iuſticia Dei, vt vnius de humano genere pœnam lueret pro reliquis. Ita enim Paulus ait: *Sicut inobedientia vnius multi conſtituti ſunt peccatores: ita vnius obedientia multi cõſtituti ſunt iuſti.* Neutrum meruiſſet iuſtè ſua morte, niſi Deus & homo vna fuiſſet pſona. Nam æſtimatio & preciũ paſsionis & mortis inde eſt, quòd paſsio & mors illa ſit hominis, qui eſt Deus. Ex hac ergo hypotheſi cauſarum eſt illa neceſsitas paſsionis & mortis Domini, propter quam ſcripturæ ſunt traditæ primùm, & tandem completæ. Hanc neceſsitatem, ſi vt decet, religiosè cogitauerimus, facilè occurremus rationibus ſapientum huius mundi, & erigemus nos aduerſus tentationes multas, quas caro & ſanguis ſæpè hominibus, præſertim ſecuris, obijciunt.

Porrò quantũ interſit inter voluntatẽ Dei, volentis filij mortẽ, & voluntatẽ Iudęorũ, eádem mortẽ volentiũ, ex cauſis & finib. iudicádũ eſt. Cauſæ.n. efficiẽtes & finales actionib. qualitatẽ nũc vitij, nũc virtutis induũt, idq́; nõ ſolum qñ actiones ſunt mediæ, verũetiam qñ imperantur à Deo. Ideò Auguſtinus ait: *Non officijs, ſed cauſis efficientibus & finalibus diſcernũtur virtutes à vitiis.* Cùm ergo voluntas nunc impellitur praua concupiſcentia carnis, & tendit in malum finẽ; nũc regitur opinione vaga, & tendit ad bonum, opinione tale: nũc proprio impetu ſine ratione fertur ὡς βυλητὸν, id eſt, id quod volumus: nunc ratione docta gubernatur, & rectà tendit in bonũ & laudabilem finẽ: non eſt mirũ pro hac diuerſitate cauſarum efficientium & finalium, voluntatis bonitatem & malitiam ſpectari, atq; adeò actiones ipſas quas eligit voluntas. Cùm ergo ex verbis Domini obijcitur: Cùm neceſſe fuerit ſcripturas, quæ prædixerunt mortem Filij Dei, impleri, non videntur peccaſſe Iudæi, quorum voluntas congruit cum ſcripturis, atq; adeò cũ voluntate & patris & filij. Volunt Iudęi, vult pater, vult filius mortem; ſed cauſæ efficientes & finales ſunt maximè diſsimiles. Iudas enim praua carnis cõcupiſcẽtia, qua pecuniá appetebat, impellebatᷣ vt Dominum proderet in gratiam Pontificum. Turba clamans crucifige, ſeducta à ſacerdotibus opinione erronea, in gratiam magnatum, regebatur. Summi ſacerdotes, ſcribæ & Phariſęi, ꝓprio impetu ſiue opinione ferebátur, vt exiſtimationi & dignitati ſuæ cõſulerẽt. At Deus Pater vera ratione, hoc eſt, dilectione humani gñris motus, vt ꝙ perierat, morte filij redimeretᷣ, filij mortẽ voluit. Filius aũt amore patris & amore gñris humani mori voluit: vt & patrẽ obediẽtia debita honoraret, & diabolũ ſpoliaret, & genus humanũ in gloriam Dei patris liberaret. Iudæi ergo nullo modo ſunt excuſabiles, qui voluerunt mortem Dñi. Malis enim cauſis ad malum finem tendentibus, cõtra Deum & ſcripturas ferebantur. quam ob cauſam feces calicis Dñi ebibent, niſi fortè quidá ex illis conuerſi, cum Centurione ex gratia ſaluantur.

A Lucas ſolus meminit ſanationis auriculæ, q̃ Petrus abſcidit Malcho: quo miraculo Chriſtus oſtendit & ſuá diuinam potentiá, & promptitudinem animi ſui ad ſubeundam mortẽ pro humano gñre, & benignitatẽ ſuam etiá erga inimicos. Non enim potuit ſe continere fons pietatis ab exhibitione bñficiorum erga hoſtes, vt nos doceret, qũo erga hoſtes affecti eſſe debeamus.

Prædictiones, cauſæ & doctrinæ, tactæ ſunt ſuprà in hiſtoriæ explicatione: partim in genere,
B partim in ſpecie.

Significatio aũt pręter ſuprà annotatas, vna hoc loco in primis eſt obſeruãda. Malchus ſeruus pontificis primus inuadit Chriſtũ. qua re abſq; omni dubio ſignificatũ eſt, ꝙ regij & potẽtes homines in mũdo, ſerui Romani pontificis veri Antichriſti, ſint futuri primi, qui iniiciẽt manus Chriſto in ſuis mẽbris. Nam diuinitùs abſq; omni dubio, hic ſeruꝰ eſt nominatus Malchus, vt ſignificatio eſſet illuſtrior. Malchus.n. à
C regnando nomẽ habet. Vnde ſignificatur, ꝙ reges ſerui pontificis, ſint militaturi pontifici Romano, vt opprimát Chriſtũ in ſuis mẽbris, id ꝙ hodiè ſtrenuè q̃dam potẽtiſsimi reges & principes faciũt. Sed quid ſtipẽdij viciſsim reportabunt tádem? Amittẽt dexteras auriculas, ita vt nõ pateát vllis doctrinis ſalutarib. & retinebũt ſiniſtras, quib. audiẽt ſiniſtra & mala, quæ olim cedent ipſis in certiſsimam ruiná. Hac ſignificatione erigamus animos noſtros, cũ videmus e-
D uentus reſpondere, certò ſtatuentes, Deũ fore vindicem hoſtium ſuorum, qui facilè inueniet aliquem Veſpaſianum, vt Muſcouitarum tyrannum, & Turcicum imperatorẽ, qui ſument ſupplicium de perſecutorib. Chriſti in ſuis mẽbris. Interea defendet ipſe ſuam Eccleſiá, etiáſi multi ciues Eccleſiæ trucidabuntur, qui non tam victi, quàm victores erunt per Chriſtũ, cui conformes ſunt in cruce in hac vita; ita quoq; conformes erunt ipſi in gloria in futura vita. Sic e-
E nim Paulus ait: *Si enim vnà patimur cum illo, vnà etiam cum illo regnabimus.*

SEXTVS.

12 *Cohors igitur, & tribunus ac miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligarunt eum.*

13 *Et abduxerunt.*

Particula illatiua *Igitur,* nõ eſt ociosè ptereũ-
F da. Nam cõſequens hoc ex priorib. dictis cõcluditur, hoc modo: Chriſtus voluit bibere calicẽ, quẽ ei dedit pater vt biberet, hoc eſt, voluit ſuſtinere paſsionẽ & mortẽ ſibi à patre decretam. Igitur comprehenſus, ligatus & abductus eſt: alioquin minimè. Id quod ſatis oſtenditur, cũ voce Chriſti tanta turba, quæ ad eum capiendum venerat, proſtrata ſit. Omni igitur impedimento depulſo, Petro quieſcente, nemine defendente, Chriſtoq́; ipſo vltrò ſe offerente, inflati mili-
G tes vincula rerum omnium Domino immittunt: qui ad noſtram naturá deſcendit, vt à peccatorum & diaboli vinculis nos eriperet.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Prædictiones & typi plures præceſſerũt. Prędictiones in genere, ſunt omnes prophetiæ de paſsione & morte Domini. Figura illuſtris fuit Ioſeph, qui à muliere peſsima accuſatus, ligatur, abducitur, & in carcerem mittitur: ſed poſtea ſolutus, regiis decoratur honoribus. Sic Chriſtus accuſatus à Synagoga adultera, ligatur & abducitur. Figuræ fuerunt etiam Daniel, Ezechiel, Ieremias & alij multi, qui vincti ſunt & abducti in Babylonem.

Doctrina præcipua eſt imitationis: videlicet vt nos, ſi aliquando capiamur, ligemur & abducamur ab hoſtibus Chriſti, feramus omnia patienter, ſciẽtes nos membra Chriſti eſſe, cui noſtra patientia tum demum pingue erit ſacrificiũ & gratiſsimum, ſi ſale conſtantis fidei & confeſſionis condiatur.

Significatio vna eſt, videlicet, quòd Chriſto in ſuis membris immineant pericula & perſecutiones, idq́; maximè ſeneſcente Eccleſia. Oremus ergo cum Eccleſia, vt eſt in Pſalmo 71. *Ne proiice me in tempore ſenectutis meæ: cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.*

SECVNDA PARS.

In hac ſecunda parte narratur, vt in argumẽto huius capitis admonui, quomodo Chriſtus captus & vinctus, in domum Annæ ſit abductus; vbi nihil memoratur geſtum. Cur autem eò ſit ductus primùm, in declaratione textus videbimus. Hanc partem in articulos duos diſtinguemus.

PRIMVS.

Et abduxerunt eum ad Annam primùm. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

Cur non Chriſtum captum ſtatim abduxerint ad Caipham, tum temporis ſummum pontificem; qui abſq; dubio ſatellites ad Dominum capiendum miſerat, (Præerat enim concilio & apud ipſum adminiſtratio ſumma, quo ad αὐτονομίαν in religione, reſidebat) rationem reddit Euangeliſta. *Erat enim*, inquit, *Annas ſocer Caiphæ.* Hinc duo colligere promtum eſt: Primùm, quòd vterq;, hoc eſt, Annas & Caiphas conſenſerint vt Dominus caperetur: penes quos cùm eſſet ſumma autoritas, non dubium eſt, quin pleriq; omnes ſacerdotes & Leuitę illorum ſententiam approbauerint. Vulgus enim hominũ ſe tum demum ſapere rectè putat, cùm magnatum, & eorum qui magnatibus adulantur, exẽpla ſequitur; nec putat errare eos, qui eorũ exẽpla ſequuntur, penes quos eſt ſumma autoritas. Ideò, vt & ſuprà capite 7. cùm miniſtri Phariſęorum reuerſi, referrent de Chriſto, quòd nũquã aliquis homo ſic fuiſſet locutus; reſpõdent Phariſæi: *Nunquid & vos ſeducti eſtis? Nam quis ex principibus ſacerdotum credidit in eum?* Volentes ſignificare, exempla principum normam fidei ſubditorum eſſe debere. Verùm hunc peſtilentem & vſitatum nimis errorem hæc hiſtoria refutat. Quid igitur nos hinc diſcamus? Vt nos, modò ſapere velimus, non ex magnatum, non ex eo-

A rum qui de ſucceſsione Apoſtolorum glorientur, non ex vulgi, quo nihil leuius eſt, opinione pendeamus: ſed vt potius confugiamus ad Legem & teſtimonium, vt monet propheta. In rebus Oeconomicis, in gubernatione ciuili, quantum ad externos mores, non pugnantes cum Decalogo, attinet; valeat autoritas humana, & ſuo honore emineat, aliiſq́; regulam agẽdi præſcribat. Verùm cùm agitur religio, honor Dei, & ſalus animarum, ſequamur Dauidem, qui ait:
B *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* In extremo enim die nõ iuuerit ciues Ieroſolymitanos, quòd ſummorum ſacerdotum, item Pilati & Herodis exempla ſint ſecuti: ſed iuſtas pœnas ſui erroris luent. Quare Nicodemi, Mariæ, Marthæ & aliorum paucorum, qui tum vt hęretici & inſani iudicati ſunt, exempla potius, quàm magnatum & multitudinis, ſequamur. Non enim ex autoritate ſeu dignitate hominum, neq; ex vulgi opinione: ſed ex verbo Dei pendere eos oportet,
C quibus ſalus curæ eſt. Alterum quod hinc colligendum eſt, ἠθικὸν & morale eſt. Nam cùm Euãgeliſta dicit, quòd ſit ductus ad Annã primùm, quia erat ſocer Caiphæ: ſignificat quòd gener voluerit ſocero gratificari. Nam cùm gener Caiphas ſciret ſocero Annæ pergratum eſſe, quòd factum erat, (cui haud dubiè ſignificatum erat ab aliquo forte ſatellite, hoſtem, vt putauit, publicum iam captum eſſe) mandat vt captum in Annæ domum deducant, vt iſto pacto gratifice-
D tur ſuo ſocero. Atq; ita quoq; hodiè hoſtes Euãgelij ſibi mutuo gratificantur in perdẽdo Chriſtum in ſuis membris, qui ſuo tempore mercedem dignam ſuis factis reportabunt. Annæ ergo & Caiphæ exemplum, non in ſpecie facti, ſed in genere imitemur, & ſeruiamus & gratulemur amici amicis, affines affinibus, in rebus piis & licitis.

Hîc iuxtà obſeruandum eſt, qualis nam fuerit ſtatus tum temporis Reipublicę Ieroſolymi-
E tanæ. Deus ſua lege mandauerat, vt quiſquis ex tribu Leui conſecraretur in ſummum ſacerdotem, maneret in eo officio ad tempus vitæ. Sed quid hîc facit auaritia, & φιλοτιμία peſsimi conſiliarij? Spreta lege Dei, emunt pontificatum, & eò tandem res deuenit, vt qui plus numeraret Romanis præſidibus, ſacerdotium ſummum acciperet, idq́; non ad tempus vitæ, ſed annum duntaxat. Ex quo colligere promtũ eſt, & quanta fuerit præſidum Romanorũ auaritia, & quã-
F tùm diuitiarum pepererit iſtis pontificibus ſuperſtitio. Nam aurum ex Italia, & omnibes Romanorum prouinciis Ieroſolymam exportatum fuiſſe, conqueritur Cicero; adeò ſuperſtitio ferax eſt, id quod etiam in papatu hodie videre licet. Verùm quia pontificatus Romanus forte non eſt vendibilis, arte tamen ſingulari, ne quis diu pontificatu fungatur, efficiunt cardinales. Neminem enim eligunt antequam compleuerit annos 55. Exiſtimant enim tum vitæ ter-
G minum nõ procul abeſſe. Verùm ſi quis probior fuerit, & in officio diligentior, artibus Italicis illum è medio tollunt.

Porrò de prædictione huius facti, cauſis, do- A
ctrina & ſignificatione, infrà in ſecũdo mẽbro,
tertiæ partis huius capitis, dicemus. Quis quæ-
ſo hodie huius rei exempla non vidit plurima?
Multi magnates, & multi qui docti haberi vo-
lunt, adulantes principibus, eos erroneis opi-
nionibus ineſcant primùm: deinde pertrahunt
facile multitudinem in ſuam ſententiam: & ſi
quis aliquando diſſenſerit ab eorum decretis,
nõ ſolum pro hęretico iudicatur, verumetiã in-
dignus, qui hũc Solem aſpiciat. Hoc ſpectaculo B
non offendãtur pij, ſed cogitent hoc longè an-
tea ſignificatum eſſe.

SECVNDVS.

14 Erat autem Caiphas is, qui conſilium dederat Iudæis quòd expediret vnum hominem mori pro populo.

Siue plures fuerint nomine Caiphę appella-
ti, ſiue nõ, parum admodũ refert. Euãgeliſta no
ſter hoc ideò refert, vt oſtẽdat quãto odio Chri- C
ſti flagrarit hic pontifex, cuius erat officiũ, Chri
ſtum præ omnib. alijs tueri, eiusq; doctrinã cæ-
teris cõmendare. Cuius exẽplum hodiè ponti-
fex Romanus nõ ſegniter imitat͂. De cõſilio Cai
phæ ſuprà cap. 11. actum eſt. Nam deliberãtibus
pontificib. & Phariſæis, Caiphas, ac ſi ſolus ſape
ret in iſto ſeptuaginta vnius virorum cõſilio, re-
prehẽdens illorum inſcitiã, ait: *Vos neſcitis quicq̃, nec cogitatis q᷑ expedit vobis vt vnus homo moriatur
pro populo, ac nõ tota gẽs pereat.* Huius arrogãtis pon D
tificis cogitatio fuit politica. Nihil enim planè
de regno ſpirituali Chriſti cogitauit. Hæc autẽ
ipſius ſentẽtia fuit. Expedit vobis vt iſtum vnũ
hominẽ Ieſum, tot edentẽ miracula, quib. allicit
ad ſe quãplurimos, interficiatis, ne paulatim ſi-
bi adiuncta turba regnum inuadat: quo facto
Romani offenſi, bellum nobis inferent, ac vi-
ctos oẽs in prædam & triumphum abducent:
atq; ita actum erit de tota veſtra gente. Hoc fuit
ſomnium iſtius pontificis; ſed Spiritus San- E
ctus, qui per Balaami aſinam olim locutus eſt,
longè aliud voluit.

Quæſtiones quæ ex hoc loco naſcuntur, vi-
delicet; Vtrum pontificibus Spiritus Propheti-
cus ſit alligatus: An pontificib. manifeſtis Chri
ſti hoſtib. Eccleſia ſit ſubiecta: &, An impij gu-
bernatores moueãtur in conſilijs dandis à Spi
ritu Sancto, ſuprà in 11. capite declaratæ ſunt.
Nobis autem hæc Scripturæ dicta ſequi tutiſ-
ſimum erit: Pſal. 119. *Lucerna pedibus meis verbum* F
tuum, & lumen ſemitis meis. Matth. 7. *Cauete à falſis
Prophetis.* Ad Gal. 1. *Anathema ſit vel Angelus de cœ-
lo, qui aliud Euangelium docuerit.* Horum primum
normam minimè fallacem nobis commendat,
quam donec ſequimur, nec errare, nec falli poſ-
ſumus. Secundum, interdictum ſerium habet,
cõtra quod venire nefas eſt. Tertiũ, monet quo
in loco habendi ſunt illi, qui à regula verbi Dei
deflectunt ad quoſuis doctores, quantumuis
ſancti videri volunt, & dignitatis gradu pollẽt. G
Sint ergo teſtimonia Dei nobis cum Dauide, &
noſtrum gaudium, & viri conſiliarij.

TERTIA PARS.

In hac tertia parte narratur quid geſtum ſit in domo Caiphæ principis ſacerdotum. Sunt autem huius partis tria membra, quorum primum potiſſimùm agit de prima Petri negatione. Secundum, examen continet Chriſti de doctrina & diſcipulis; & facinus improbum ſerui percutientis Chriſtum in maxillam, cum accuſatione facti. Tertium, habet negationem duplicem Petri. Singula membra noſtro more articulis diſtinguemus.

DE PRIMO.

PRIMVS.

15 Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus.

Poſtquam Annas vidiſſet Ieſum comprehenſum, non ſine ſumma animi voluptate miſit eũ ſic vinctum ad Caipham pontificem, videlicet, præfectum cõſiſtorio ſacerdotum. Quod cũ videret Petrus, ſecutus eſt eum, idque à longè, vt Matthæus ait. Quod quidem primus gradus ad negationem fuit, & alius diſcipulus, qui Petrũ anteuertiſſe videtur. Vterq; amore quo ſuum complectebantur magiſtrum moti, vt viderent quid ſuo Magiſtro accideret in Caiphæ domo. In Petri perſona pingũtur pij, qui Chriſtum in ſuis membris amant quidem & fouent, donec illud impunè licet: verùm periculo imminente, ſequuntur à longè, & tandem metu negãt, quẽ amore fouebant. Hìc quilibet noſtrûm, quaſi intuens Petri trepidationẽ, cogitet de propria infirmitate, & nihil tribuat nec ſuę ſapiẽtię, nec viribus; ſed in timore Dei ſollicitè ambulet, oretque Deum, vt ipſe faciat, quo & fidem retineat, & robur animi inuictum concipiat, & bonam conſcientiam vſq; ad finem tueatur, vt ſoli Deo gloria tribuatur.

SECVNDVS.

Diſcipulus verò ille erat notus pontifici, & ingreſſus eſt cum Ieſu in aulam pontificis.

Quiſnam fuerit ille diſcipulus, quia Euangeliſta eum non nominat, nõ eſt ſcrupuloſè inq̃rẽdum. Vulgò putat͂ fuiſſe Ioãnes huius Euãgelij ſcriptor. Omiſſa igit͂ diſputatione de nomine, de re dicam⁹. Quiſq̃s fuit, & diſcipulus Chriſti erat, & notus pontifici: & quia notus erat põtifici, cum Ieſu intromiſſus eſt in aulam pontificis, nõ vt hoſtis, ſed vt amicus pontificis. Hìc meritò quæritur, num pijs (qualem hunc diſcipulum fuiſſe non eſt dubium) liceat amicitiam & familiaritatẽ habere cum hoſtib. (qualis hic Caiphas erat) verę religionis, an nõ? Si nõ licet, malè videtur feciſſe hic diſcipulus: ſi licet, cur Paulus prohibet conuerſari cum hoſtib. religionis: *Quod eſt*, inquiens, *conſortiũ iuſticiæ cũ iniuſticia, & quæ eſt cõcordia Chriſto cũ Belial?* Reſpondeo. Quoniam oẽs homines naturę lege ſunt inter ſe deuincti, & oẽs ex bonitate Dei viuunt, cõmuniterq; bonis Dei creaturis vtuntur, debẽt ſibi inuicẽ, & naturæ lege, & exẽplo Dei, humanitatis

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

officia, quantum quidem id fieri ſalua fide poterit. Nam cùm fidei negotium agitur, anathema ſit, qui obſequẽdo gratulatur hominib. quibuſuis. Amicitia ergo huius diſcipuli, & Caiphæ, extra fidei negotium erat ἐν βιωτικοῖς, id eſt, in rebus ad vſum huius vitæ pertinẽtib. Poteſt fieri quòd hic diſcipulus piſcator fuerit, atq; ideò ꝓpter vẽditos piſces fuerit notus familiæ pontificis, qua occaſione eſt intromiſſus. Diſcernatur igitur inter amicitiá politicá, & religiosá. Politicá, quia κοινωνική eſt & βιωφελής, poteſt eſſe inter quosuis homines, propter vſum rerũ ſpectantium ad hanc vitam. Turcæ cõtrahunt cum Chriſtianis, & Chriſtiani cum Turcis, vt olim Abraham cum filijs Heth, & alijs veræ religionis hoſtib. Item Ioſeph cum Aegyptijs: & Iudæi cum vicinis nationib. Religioſa amicitia non põt eſſe inter eos qui Chriſti religionem ſequuntur, & eos qui idola colunt, quemadmodum Paulus 2. Cor. 6. copiosè docet, & Iohannes in 2. Epiſtola. Quapropter qui in vno quidem loco pijs ſe adiungunt, eorumq; ſacris vtuntur; in alio verò idola colunt, in gratiam amicorum, inexcuſabiles ſunt. Hi enim nomine Chriſtiani dici poſſunt, ſed reuera ſunt Chriſti hoſtes. Quia ſcriptum eſt: *Corde creditur ad iuſticiam, ore fit confeßio ad ſalutem.* Huius confeſsionis duæ ſunt partes; videlicet approbatio veræ doctrinæ, & verorũ cultuum; & improbatio falſæ doctrinæ, & falſorum cultuum.

TERTIVS.

16 Petrus autem ſtabat foris ad ianuam. Exiuit ergo alter diſcipulus, qui notus erat pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum.

Petrus à longè ſecutus Dominũ, vt videret quid fieret de ſuo Magiſtro, tandem venit ad domum Caiphæ, & interceſsione discipuli eius, ꝗ notus erat pontifici, intromittitur ab oſtiaria. Etſi autem Petrus amore ſui Magiſti in periculum ſe coniecit; tamen non vacat culpa temeritatis. Monemur ergo vt prudenter faciamus quæ noſtræ ſunt vocationis in timore Dei, & caueamus ne præter neceſsitatem, intempeſtiuo zelo nos aut alios in periculum conijciamus.

QVARTVS.

Dicit ergo ancilla oſtiaria Petro: Num & tu ex diſcipulis es hominis huius? Dicit illi, Non ſum.

Ecce firmiſsima illa petra ad vnius auræ leuem ſuſurrum, tota concuſſa tremit. Ecce cum extra periculum erat Petrus, magnum animi robur præ ſe tulit, ac ſe inuictum fore athletam ſtatuit. *Etiamſi*, inquit, *omnes offendantur, at non ego.* Item: *Si oportuerit me commori tecum, nequaquam te abnegabo.* Item: *Quare non poſſum te ſequi modò, animam meam pro te pono.* Sed quid fit? Poſtquam periculum præſens videbat imminere, vnius mulierculæ vocula ita eſt perturbatus totus, vt

A ſuum Dominum ac magiſtrum turpiter abnegarit. Non enim is tantum abnegat Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum: ſed ille quoq;, qui cùm ſit, negat ſe diſcipulum eſſe Chriſti. Iam prædictiones, cauſas, doctrinas & ſignificationes huius facti breuiter attingamus. Hæc Petri negatio, vt figurata eſt in Iudęis, qui etſi Deo promiſerant obedientiam, ſatis conſtanter dicentes: *Omnia quæ præcepit Dominus faciemus, & erimus obedientes,* tamen ipſum poſtea turpiter negarunt, B adeò vt fabricarent ſibi vitulum, quem Dei loco colebant: ita prædicta fuit à Chriſto, ſicuti ſuprà audiuimus.

Cauſa fuit, vt pœna reſpõderet culpæ. Adam enim etſi Deum Dominum ſuum agnouit, ab eo tamen poſtea turpiter defecit. Hanc culpam vt deleret Dominus, turpem diſcipuli abnegationem non ſine maximo dolore eſt paſſus.

Doctrina eſt, quòd exemplo Petri doceamur & admoneamur quales nam ſimus natura, nobis C relicti. Cùm extra pericula ſumus, videmur nobis inuicti athletæ eſſe, adeò vt etiá hoſtib. audacter inſultemus. Verũ mox vbi ingruerit vel leue periculum, aut negamus turpiter, aut diſsimulamus aſtutè, vt noſtræ quieti conſulamus. Hinc ergo diſcamns ſolicitè ambulare in timore Dei, verè agnoſcere imbecillitatem noſtram, ardenter rogare Deum, vt ipſe ſuo ſpiritu nobis adſit παραστάτης, ac nobis animi robur addat, vt confeſsionẽ retineamus, & perſiſtamus fortes D ſub cruce, ſi qua ſubeũda erit propter fidei noſtræ confeſsionẽ. Deinde in ancilla oſtiaria Caiphæ, exemplum habemus familiæ, quæ ad exẽplar ſui patrisfam. mores ſuos cõponit. Vt enim ancilla iſta, cũ videret herum ſuũ maleficis verbis Chriſtũ excipere, ipſa quoq;, vt fida miniſtra crederetur, Petro diſcipulo Chriſti periculum ſtruit: ſic familiæ impiorum, ſuis Dominis adulãtes, diſcipulis Chriſti pericula creant.

Significationes hæ ſunt. In Petro ſignificatũ E eſt quid futurũ ſit in extremis tẽporibus. Multi qui Petri, hoc eſt firmiſsimæ colũnæ dici & haberi volunt, turpiter ad nutũ etiá fœminarũ impiarũ abnegabũt Chriſtũ, vt ſuis reb. conſulant & tranquille viuãt. Exiſtimo ẽt ſignificatũ eſſe hoc ancillę facto, ante extremũ diẽ mulieres fore inſtrumẽta ꝑſecutiõis Chriſti, in ſuis mẽbris.

QVINTVS.

18 Stabant autem ſerui & miniſtri qui F prunas congeſſerant, quia frigus erat, & calefaciebant ſe, erat autem cum eis & Petrus, ſtans & calefaciens ſe.

Etſi Petrꝰ territus voce mulierculæ, negat ſe diſcipulũ Chriſti eſſe; tñ aliqua ſcintillula amoris erga magiſtrũ ſuũ, tanꝗ cinerib. tecta, intus in corde Petri latebat: ideò non ſtatim abit, ſed adiũgit ſe miniſtris & calonib. vt finẽ videat. Ná G intra ſpẽ & metũ fluctuabat Petri animus. Sperabat fortè Petrus fore, vt miraculosè Chriſtus ſe è manibus ſacerdotum ſubduceret. Petrus ergo hìc videtur adumbrare eos, qui Chriſtum quidem

quidem amant, verùm vt pericula vitent, adiun
gunt ſe hoſtium Chriſti miniſtris, vt vel iſto pa-
cto ſecuri euentũ videant. Verùm hæc pruden-
tia carnis nihil iuuerit. Oportet enim vtrumq;
abſq; fuco eſſe; videlicet fidem in corde, & con-
feſsionem in ore. Neq; ita calefaciendum eſt cor
pus, vt frigeat animus: quod tũ demũ fit, ſi me-
tus externam confeſsionem interrumpat.

DE SECVNDO.

In hoc ſecundo membro Caiphas pontifex
interrogat Dominum de diſcipulis & doctrina
eius; cui Dominus reſpondens, percutitur in
maxillá à ſeruo pontificis; de qua iniuria Chri-
ſtus conqueritur, ſeruum iſtum iniuſtè feciſſe
conuincens.

PRIMVS.

*19 Pontifex igitur interrogat Chriſtum
de diſcipulis eius, & de doctrina eius.*

Caiphas pontificia authoritate tumẽs, Chri-
ſtum de diſcipulis & doctrina interrogat. Hîc
primum cogitandum eſt ex quo fonte proflu-
at, & quo feratur tanto impetu hæc pontificis
interrogatio. Fons fuit hypocriſis, quæ ſemper
in Eccleſia dominiũ ſibi vendicat. Tumet enim
titulo, ordinaria ſucceſsione, ſplendore ceremo
niarum, maiorum inſtitutis, antiquitate, opinio
ne ſapientiæ, multitudine, dignitate perſonarũ,
quæ ſuas tuẽtur partes. Ideò Caiphas hypocri-
ta, àc ſi penes ſe ſolum & ſuum collegium do-
cendi reſideret authoritas, & hæreticum eſſet
quicquid ipſe non approbaret, Chriſtum ita in-
terrogat. Sed fallitur hypocrita. Non enim au-
thoritas pontificia, ſed verbum Domini norma
doctrinæ eſſe debet. Finis, quo fertur tanto im-
petu hypocrita pontifex, eſt, vt Chriſtũ blaſphe
mum in Deum, ſeductorem populi, turbatorẽ
pacis, & affectatorem regni perſuadeat ſeniori-
bus & populo; quo facilius impetret à Pilato p̃-
ſide, vt iſtum tanquam peſtem communem è
medio tollat. Habemus vnde fluat, & quo ten-
dat pontificis interrogatio: iam videamus fa-
ctum ipſius in ſe. Pontifex hic aut interrogat de
eo quod nouit, aut de eo quod ignorat. Si hoc
facit quia nouit, temerè facit. Nemo enim quod
ſcit, vt ab altero diſcat, neceſſe habet. At ſi hoc
facit quia ignorat, duplici iure culpandus eſt; &
quia cùm ſummus ſit pontifex, ignorat quid pu
blicè doceatur; & quòd hominem ad ſupplici-
um vocat propter doctrinam quam ignorat ve-
ra ne ſit an falſa. Sic ſolent hypocritę facere. Da-
mnant antequam cognorint, nec audire dignã-
tur eos qui de doctrina teſtificentur; vt Saul
interemit Achimelech non auditum, & Rex Io-
achim prophetam Vriam. Sic præcipitat Satan
impiorum corda ſpiritu vertiginis, vt contra le-
ges & omnem iuſticiam ferãtur aduerſus inno-
centes, non ob aliam cauſam, quã q; veritatẽ fer
re nõ poſsint. Aſtuta ergo iſta vulpecula Cai-
phas, omittẽs diuina doctrinæ Chriſti teſtimo-
nia, quæ ignorare nõ potuit; videlicet miracula
quib. Chriſtus ſuã doctrinã iuxta prædictiones
prophetarũ cõfirmauit, calũniandi gratia de do

A ctrina & diſcipulis interrogat. De doctrina q̃dẽ;
vt aſtantib. pontificiali autoritate p̃ſuadeat, do-
ctrinã Chriſti eſſe cõtra legẽ Moſis. De diſcipu-
lis verò, vt Dñm ſeditionis inſimulet, ac ſi ideò
diſcipulos cogeret, vt ſeditione occuparet do-
cendi locum in Eccleſia, & paulatim regnum
inuaderet. Atq; ita non ſolum labefactaretur au
toritas Phariſęorum & Scribarum, penes quos
tum temporis ius docendi erat in Eccleſia; ve-
rumetiam vt ſeniores & populus ſibi à ſeditio-
B ne metuerent. Etſi autem Iohannes hæc pau-
cula refert de Caiphæ interrogatione: tñ multo
plura referuntur ab alijs Euangeliſtis, quæ ab
illis petenda ſunt. Nobis enim ſolummodo p̃-
poſitum eſt hiſtoriam à Iohanne perſcriptam
declarare. Iam prædictiones, cauſãs, doctrinas,
& ſignificationes huius partis hiſtoriæ, breuiſ-
ſime indicabimus.

Prædictiones huius facti ſacerdotum, ſenio-
rum, & totius concilij, plures ſunt, ex quib. pau
C cas aſcribam; quæ quia ſunt generales, ſingulis
hiſtoriæ partibus accommodari debent. Dauid
Pſal. 2. hoc examen conciliabuli Iudæorũ præ-
uidit, cùm ait: *Quare fremuerunt gentes, & populi
meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges. & principes con-
uenerunt in vnũ aduerſus Dñm, & aduerſus Chriſtum
eius. Dirumpamus vincula eorum.* Pſal. 22. *Circumdede
runt me vituli multi, & tauri pingues obſederunt me,
aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens & ru-
giẽs. Circumdederunt me canes: concilium malignantiũ
D obſedit me.* Ipſe quoq; Dñs poſt transfiguratione
in monte, ſæpiùs diſcipulos ſuos præmonuit
de hoc Iudæorum facto. *Futurum eſt*, inquit, *vt
Filius hominis tradatur in manus hominum, &c.* Hæ
prædictiones & ſimiles, clariſsimè loquuntur
de rabioſis calumniis pontificis, Phariſæorum
& Seniorum in domo Caiphę, & poſtea in p̃to-
rio, de quib. hiſtoria apud Lucam legatur.

Cauſa huius facti nõ eſt tam quærẽda in Pha
riſæis & ſacerdotib. q̃ in toto humano genere.
E Nos oẽs in Adamo circumuenti ſumus calum-
niis: Deinde ipſi calumniis deliquimus, quibus
opprobrium ſempiternum meruimus. Qua p̃-
pter prodit noſter pontifex Ieſus Chriſtus, &
ſuſtinet opprobria & calumnias, vt nos ab op-
probriis & calumniis liberet.

Doctrina eſt, vt grati ſimus Chriſto liberato-
ri, & patiamur fortiter, ſi aliquando propter i-
pſum & ipſius doctrinam calumnias, falſa teſti-
monia, & opprobria ferre cogamur.

F Significatio eſt, quod Chriſtus talia ſit paſſu-
rus in mẽbris, qualia paſſus eſt in perſona. Ad-
moniti ergo hac ſignificatione, obfirmemus a-
nimos noſtros, ſi aliquando Deus propter con-
feſsionem nos ſimilia pati voluerit, ne tum tan-
quam non præmoniti frangamur animis, & ab-
ijciamus confeſsionem.

SECVNDVS.

*26 Reſpondit ei Ieſus: Ego palàm locutus
G ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga, &
in templo, vbi omnes Iudæi conuenerunt, &
in occulto locutus ſum nihil.*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

21 *Quid me interrogas? interroga eos qui audiuerunt quid locutus ſum eis. Ecce hi norunt quæ dixi ego.*

Quoniam Dominus ſciuit ex quo fonte manaret, & in quem finem tenderet interrogatio Pontificis, reſponſionem perſonæ interroganti accõmodat. Et quia interrogatio de diſcipulis pendet à doctrina Chriſti, ſolũmodo de doctrina reſpondet. Reſponſio autem Chriſti duo habet, videlicet tacitam reprehenſionem pontificis, & prouocationem ad teſtes ſuæ doctrinæ. Reprehenſio tacita eſt: *Ego palàm locutus ſum mũdo,* &c. Cuius hic eſt ſenſus: Tu Caipha qui ſummo fungeris ſacerdotio in populo Dei, ſi noſti quæ docuerim, fruſtra me interrogas: Si non noſti, iure culpãdus es, qui cum caput ſis eccleſiæ, tuo quidem iudicio, non noſti quid publicè doceatur. Nam ego in occulto non docui, ſed palàm in ſynagoga & in templo, omnibus audientibus Iudæis. Dominus ergo non uolens reuocare quicquam eorum quæ docuerat, hoc reſponſo ſe conſtantem in doctrina manere ſignificat; ſuo exemplo docens, quid & nos facere oporteat, ſi quando ab hoſtibus veritatis, & in ſynagoga pontificia, de doctrina noſtra interrogamur. Quid? An non Apoſtolus præcipit, vt ſimus parati ad reddendam rationem ſpei noſtræ, cuiuis petenti? Hoc quidem veriſsimũ eſt, modò is qui ſpei noſtræ rationem poſtulat, vel ipſe non ignorantia affectata ignorat, vel non niſi calumniandi gratia interrogat, quemadmodum Caiphas fecit. Tunc enim ſatis eſt dicere: nos palàm & in occulto nihil docuiſſe. Verùm ſi ſiſtimur coram iudicibus ignaris doctrinæ noſtræ, in manſuetudine & timore Dei, & bona conſcientia, fidei noſtræ rationẽ reddemus, idq; in hunc finem, vt & qui ignorarunt, noſtra reſponſione erudiantur, & infirmi confirmentur, & nos ipſi confeſsione noſtra veritatem doctrinæ propagemus, ac ſanguine obſignemus, exemplo magiſtri noſtri, ſi res ita poſtulauerit: quod tamen nemo præſtare poterit, niſi robur animi diuinitus ei datum fuerit, vt in Petro Apoſtolo vidimus.

Prouocatio ad teſtes doctrinæ (quæ eſt doctrinæ manifeſta confeſsio) eſt cùm ait: *Interroga eos qui audiuerunt quid locutus ſum eis: Ecce hi norunt quæ dixi ego.* quaſi diceret: Fruſtra laborat, qui rẽ omnibus notam quaſi abditam ſcrutatur. Cùm ergo plurimi ſunt qui me audiuerunt, quorum plerìq; inimici & hoſtes ſunt, ab eis cognoſce quid docuerim. Eſt autẽ conſtantis animi & cõfidentis, in examine doctrinæ prouocare vel ad ipſos doctrinæ hoſtes. Monemur ergo Chriſti exẽplo, vt primũ nobis paremus certitudinẽ doctrinæ, vt nobis ipſis cõſtet de veritate q̃ docemus. Deinde vt cõfidẽter nõ ſolũ ad amicos, verũ etiã ad hoſtes prouocemus, ſi quãdo q̃ſtio de doctrina noſtra oritur, vt veritas doctrinæ quã profitemur, ſalua maneat.

Porrò ex hoc Domini reſpõſo q̃ſtio oritur. Nã Matt.10. ipſe Dominus ait: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce, & qđ in aurẽ auditis p̃dicate ſuper domos.* Hic aũt Dominus dicit ſe palàm mũdo locutũ eſſe: itẽ, nihil in occulto dixiſſe. Hęc antilogia ſic ſoluitur, ſi cõſideretur ſcopus & finis interrogationis pontificis. Caiphas non interrogat de doctrinæ partibus, ſed de docẽdi autoritate & doctrinę ſumma, vt cauſſam aliquã inueniat p̃dẽdi innocentẽ. De autoritate docẽdi mũdo locutus eſt Dominus, cùm ſe & diuinitꝰ miſſum demõſtraret, & teſtimoniis diuinis ſe legatũ Dei eſſe, de quo Moſes antea p̃dixerat, declararet. De doctrinæ verò ſumma multis modis palàm locutus eſt, & oſtendit ſuã doctrinam eſſe Moſis & ꝓphetarũ. Atq; ita omnia de q̃b. interrogare vult Caiphas, Dñs publicè docuerat.

TERTIVS.

22 *Hæc autem cùm dixiſſet, vnus aſsiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicẽs: ſiccine reſpondes pontifici?*

Hoc improbi ſerui facto, cõprobatur veritas dicti Salomonis, dicentis: *Princeps amans mendacia, habet omnes miniſtros impios.* Qualis.n. Dominꝰ, tales plerũq; & ſerui. Veterator iſte ſeruus, ſiue Malchus, vt Chryſoſtomus, Bernhardus & multi alij exiſtimant, qđ valde veriſimile eſt, in gratiã ſui Domini mẽdacis & impij, ſæuit in Ieſum quẽ innocentẽ nouit, & ei impingit alapã ignominiosè, à quo ſalus & gloria gratuito offerebatur. Nõ dubiũ eſt, quin hic miniſter fuerit vnus ex iis, q̃ Iohann.7. referuntur miſsi ad cõprehẽdendũ Ieſum, cuius doctrinã cùm admirarẽtur, nolebant Ieſum cõprehendere, q̃ res reddidit miniſtros Phariſæis ſuſpectos, ac ſi ipſi quoq; in Chriſtũ crederẽt. Hanc quaſi maculã hic ſeruus volens abſtergere, iniuſſus alapã Dño dedit. Vtinã iſte nebulo multos hoc die non haberet ſocios. Factum huius ſerui exaggerat Bernhardus hiſce verbis: *Ecce,* inquit, *percutitur à luto figulus, ab infimo ſummus, à peccatore Deus, à mãcipio Dominus, à creatura creator, ab eo quẽ redimere venerat piiſsimus Redemtor.* Sic mundus malũ pro bono, ignominiam ꝓ gloria reponit: ſed ipſi viciſsim accidet, quod Salomon ait: *Qui reddit malum pro bono, non recedet malum de domo eius.*

Prædictio Threnorũ.3. *Dedi maxillam meã percutienti.* Micheæ 5. *Percutient maxillam iudicis Iſrael.*

Cauſſa, noſtram iactantiam probroſis alapis luit Dominus. *Dedecorati,* ait Cyrillus, *peccato fuimus, quam notam iniuſtum Chriſti deterſit dedecus.*

Doctrina: vt nos qui Chriſti membra ſumus, patienter feramus, quæ à miniſtris Sathanę nobis inferuntur opprobria: ſcientes veriſsimum fore, quod in Prouerbiis dicitur: *Dominus illudet illuſores, manſuetis autem dabit gratiam.*

Significatio: ꝙ pontificis Romani, q̃ crudelitate Caipha non eſt inferior, adulatores & miniſtri, multa ſint Chriſto in ſuis mẽbris illaturi probra: non ꝙ rectius nõ intelligãt, ſed vt gratiã pontificis ſibi cõcilient, & ſi qua de ipſis erat orta ſuſpicio, eluatur. Ideò verè Bernhardus ait: *O Domine Ieſu multa adhuc fiunt contra te, propter humanum fauorem.* Sed verè infelices illuſores iſti

ſunt,

ſunt, quia ſcriptum eſt: *Abominatio Domini omnis illuſor.* Nos ergo illorũ præſentẽ ſtatum, in quo feliciſsimi putantur, non intueamur, ſed extrema eorum cogitemus.

QVARTVS.

23 *Et reſpondit ei Ieſus, ſi malè locutus ſum, teſtificare de malo: ſin bene, cur me cædis?*

Quia hic ſeruus Domini percuſsit innocentẽ cõtra leges & iuſtum iuris ꝓceſſum, reprehẽditur à Dño duobus argumentis. Quorũ prius eſt: Malefactor quiſpiam prius eſt legitimè conuincendus, quàm puniendus. Tu ergo iniuſtè facis quod me non conuictum percutis. Ordo iuſtitiæ diuinæ poſtulat, vt accuſatio præcedat ſentẽtiã, ſentẽtiã legitimè latã ſequatur executio iuxta legũ præſcriptũ. Ex huius ergo ſerui facto (quod iudices iſti non improbant) apparet quanta tum fuerit Iudæorum in iudicando leuitas & iniquitas, qui non ex legum præſcripto, vt oportuit: ſed ex affectibus condemnabant & iuſtificabant, quos volebant, idque ſine ordine & iuſto iuris proceſſu. Poſterius: Summa iniuria eſt innocentem cædere, quem leges iubent defendere. Tu ergo qui me rectè & benè loquentem cædis, iniuriam mihi facis. Atque ita Dominus & iudices tacitè reprehẽdit, qui hoc permittunt; & ipſum ſeruum apertè, qui furioſa manu in ſe inuaſit corripit. Vtrumque opus veræ dilectionis erat, & iuſtitiæ.

At quomodò, dicat aliquis, hoc Chriſti factũ cum ipſius præcepto congruit, Matth. 5. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, obuerte illi & alteram.* Reſp. Si ſenſum præcepti ſpectes, Chriſtus nequaquam ei aduerſatur, ſed potius perfectiſsimè ſatisfacit. Id enim quod voluit præcepto, hoc ſuo exemplo confirmauit. Nam per externum corporis geſtum, internum animi affectum intellexit Dominus, quem vult alieniſsimum eſſe à cupiditate vindictæ: veluti ſi quis inueniretur, qui accepta vna plaga in corpore, potius alteram acciperet, quàm vel cuperet vindictam, vel ſeipſe vlciſceretur: is profectò iudicãdus eſſet alienus ab omni cupiditate vindictæ. Sic Dominus ſi percuſſus voluiſſet vindictã, facilè vel nutu proſtrauiſſet percuſſorem, vel effeciſſet vt dæmonio agitaretur, vel terra abſorberetur, vel epilepſia corriperet, vel quouis alio modo miſerabiliter vexaretur: ſed horũ nihil fecit, vt ſua patientia præceptum à ſe datũ confirmaret. Sed τὸ ῥητὸν, dicat aliquis, tollis, qđ aliud videt̃ requirere. Clarè enim dicit: *Obuerte ei & alteram, maxillam* &c. Reſpondeo. τὸ ῥητὸν nõ tollit, q̃ eius ſententiã ſcrutatur, id quod hoc pacto fieri põt. Exempla regulæ ſubiiciũtur, & hypotheſes ſuis theſib. Regula eſt ſeu theſis apud Matthæum: *Ne reſiſtatis malo*; hoc eſt, Paulo interprete ad Rom. 12. *Nolite malum pro malo viciſſim reddere voſmetipſos vlciſcentes; ſed date locum iræ.* Regula ergo hæc, ſeu theſis, ſolummodo priuatam vindictã prohibet. Exemplum regulæ, ſeu hypotheſis in ſua theſi contenta eſt: *Quiſquis impegerit alapam in dexteram maxillam, obuerte ei & al-*

A *teram.* hoc eſt, vt ex regula ſeu theſi manifeſtũ eſt, non viciſsim illi alapam impinges, ſed potius alteram ei obuerte maxillam, quàm hoc facias. Exemplum ergo hoc, ſeu hypotheſis, cùm in regulam ſeu theſin includi debeat, nequaquam abſolutè accipi poteſt; ſed neceſſe eſt vt comparatiuè accipiatur, alioqui plura contineret exemplum & hypotheſis, quàm regula & theſis, quod eſſet abſurdiſsimum. Præterea magna ſequeretur abſurditas, ſi τὸ ῥητὸν ſine interB pretatione conueniẽti retineretur. Quid enim aliud eſſet porrigere alteram maxillam, quàm magis irritare petulantiam percutientis, qui iã antea nocendi libidine plus ſatis eſſet inflammatus. Addo quòd hypocrita quiſpiam, ſeruans τὸ ῥητὸν, poſsit plenus eſſe cupiditate vindictæ, & ex animo precari malum qui ſe læſerit; etiãſi geſtu corporis obuerterit ei alteram maxillam. Proinde Chriſtus nequaquam contra ſuum præceptum facit, ſed potius præbet ſe nobis exemC plum præcepti. Non enim reddit malum pro malo, ſed bonum pro malo. Corripit enim benignè eum, qui iniuſtè læſit. Quod profectò eſt alteram maxillam præbere, id eſt, patienter ſine vindictæ cupiditate ferre iniuriam. Proinde Auguſtinus hoc loco rectè ait: *Hinc demonſtrauit quod demonſtrandum erat; ſua ſcilicet magna illa præcepta patientiæ, non oſtentatione corporis, ſed cordis præparatione facienda eſſe.*

Doctrinam ſuppeditat nobis factum Chriſti. D Vt enim Chriſtus non conniuet ad iniuriam, ſed percutientem ſe corripit, iuſtè, ſine cupiditate vindictæ: ita quilibet pius, dum iniuſtè patitur, poteſt de ſua teſtari innocentia, nec debet iniuſtum factum probare. Interim tamen ſine cupiditate vindictæ, oportet paratum expectare, quicquid iniuriarum hoſtes Dei ipſi illaturi ſunt. Non diſsimile eſt exemplum Pauli Actor. 23. qui cum diceret coram pontifice Anania, & aliis qui cum illo erant: *Ego omni bona conſcientia* E *verſatus ſum ante Deum ad hunc vſq; diem:* Ananias pontifex imperat aſtantibus, vt os illi percutiant. Hic Paulus non ſilet ad iniuriam, ſed dicit Ananiæ: *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Neq; tamen cupit vindictam Paulus, ſed denunciat, vt miniſter Dei, impio põtifici pœnã diuinitus ꝓp iniuſtũ factũ. *Tu,* inq̃t, *ſedes iudicãs me ſecundùm leges, & contra leges iubes me percuti.* Quòd aũt addit, *Paries dealbate:* exemplum ſui magiſtri imitatur, dicentis: *Væ vobis ſcribæ, phariſæi, hypocritæ.* Quid F enim aliud eſt hypocriſis, quàm paries dealbatus? Non ergo peccant miniſtri Euangelij, ſi pio zelo detrahunt hypocritis laruam, & eos propriis coloribus depingunt, vt tandẽ reſipiſcãt.

Significatio eſt, quòd Chriſtus in ſuis membris iniuſtè & contumelioſè à ſeruis Sathanæ ſit tractandus. Fieri enim non poteſt, vt Satan ferat Chriſtum in ſuis membris vera & ſalutaria dicere. An non hodie in multis locis innocẽtes cęduntur, & malè tractantur propter verita G tis confeſsionem? Quare ſi & nobis tale aliquid acciderit, ſciamus hoc prius in Chriſti perſona fuiſſe ſignificatum.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

QVINTVS.

24 (*Miſerat eum Annas vinctum ad Caipham pontificem.*)

Hæc verba in parentheſi legenda ſunt, & aoriſtus ἀπέστειλεν per pluſquamp̃fectũ reddendus eſt. Eſt enim verborum tranſpoſitio. Nam Annas in ſua domo, in quam videtur non eſſe intromiſſus Ieſus, non examinauit Ieſum: ſed ipſum, vt ad ſe erat adductus, miſit vinctum ad Caipham pontificem. Quod cùm videret Petrus, à longè ſecutus eſt, donec is quoque in domum pontificis venit; vbi ad vocem ancillæ oſtiariæ negauit Dominum primùm. Hoc ita eſſe, non ſolum ex aliis trib. Euangeliſtis manifeſtó eſt, verumetiam ipſe Ioannes ſatis hoc indicat, qui non Annam, ſed Caipham pontificem ſeu principem ſacerdotum appellat.

DE TERTIO.

In hoc membro duplex negatio Petri exponitur, cũ prædictione Domini de euẽtu, dicentis: *Priuſquàm gallus cecinerit, ter me negabis.*

SEXTVS.

25 *Stabat autem Simon Petrus, & calefaciebat ſe. Dixerunt ergo ei: Num & tu ex diſcipulis eius es? negauit ille, & dixit: nõ ſum.*

26 *Dicit ei vnus ex ſeruis pontificis cognatus eius, cuius abſciderat Petrus auriculam: Nónne ego te vidi in horto cum illo?*

27 *Iterum ergo negauit Petrus, & ſtatim cecinit Gallus.*

Quod laude digniſſimum erat in Petro, hoc in probrum verterunt miniſtri pontificis, vt improbi facere conſueuerunt. Quid enim laudabilius eſſe poteſt, q̃ eſſe diſcipulũ Chriſti, & cũ eo verſari, qui verba vitæ habet? Verùm vt laudatiſſimum eſſe dico diſcipulũ Chriſti eſſe: ita ignominioſiſſimum & probroſiſſimum fuerit à Chriſto deficere, Chriſtum negare, periurio atteſtari ſe Chriſtum ne nouiſſe quidem. Sed Petro accidit quod eſt in Prouerbio: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Petrus in ſodalitio collegarum ſuorum erat pius, erat innocens: Chriſtum magiſtrum ſuum confitebatur, palam eſſe Filium Dei viui, verbum vitæ æternæ habentem; ex qua confeſſione nomen Petri accepit. Atq; adeò magnum robur animi præ ſe tulit hic Petrus, vt dixerit Ieſu Magiſtro: *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* At poſtquam ventum eſt in aulam pontificis, ex firmiſſima Petra, arundo factus eſt; quia leuiſſima aura ita eſt impulſus, vt Dominum & Magiſtrum ſuũ turpiter abnegauerit. Ecce quid faciat prauum ſodalitium, quamque verum ſit veteris poetæ dictum: φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί, id eſt, corrumpunt mores bonos conſortia praua. Item ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει, id eſt. Mali mores naturam peruertunt. Rectè proinde Salomon monet, cùm ait Prouerbiorum capite vigeſimoſecundo: *Spinæ & laquei in via peruerſi, qui procul inde diſcedit, cuſtodit vitam ſuam.* Si Pe-

A trus abſtinuiſſet ab aula pontificis, & non adiũxiſſet ſe impij pontificis miniſtris, in negationis & periurij flagitium nequaquam incidiſſet. Simus ergo nos, lapſu Petri admoniti, cautiores; & fugiamus impiorum conſortia, ne inde aliquam labem, quod ſanè facillimum erit, contrahamus.

Sed dicat aliquis: Chriſtus prædixit fore, vt Petrus ſe negaret ter antequam gallus in ea nocte caneret. Ergo aliter fieri non potuit: excu-
B ſandus proinde eſt Petrus. Reſp. Petrus non ideò negauit, quia hoc Dominus prædixit; ſed quia negaturus erat Petrus, Dominus qui omnia nouit, & ſimul omnia videt in ſuo æterno, hoc prædixit. Vt ergo ex prædictione Chriſti eius diuina ſapientia, qua omnia nouit, concluditur: ita ex negatione Petri, vanitas prſumtionis illius demonſtratur. Ideò Auguſtinus ait: *Ecce medici completa eſt prædictio, ægroti conuicta præſumtio. Noli ergo quiſquis es, tuis niti viribus.*

C Quæritur præterea, cur Dominus permiſerit illum, qui habebatur firmiſſimus inter Apoſtolos, tam turpiter labi? Huius permiſſionis plures poſſunt aſſignari cauſſę. Prima, vt nemo, lapſu Petri admonitus, quãtumuis videatur ſibi fortis, cõfidat ſuis viribus. Quod.n. Petro accidit, cuilibet facilè accidere poteſt. Nã de eadẽ infirmitatis maſſa deſumti ſumus oẽs. Secunda, vt extat illuſtre exemplũ miſericordiæ Dei in Petro, qui vel grauiſſimè lapſos recipit in gra-
D tiam, modò cum Petro pœnitentiam egerint, & cõuerſi fuerint ad Chriſtũ miſericordiæ fontẽ. Gratia enim, iuxta Pauli dictum, multum ſuperat peccatũ. Gratia enim regnat per iuſticiã in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Deteſtemur igitur errorem Donatiſtarum negantium lapſis veniam, & nos lapſi confugiamus ad fontem miſericordię Ieſum Chriſtum, qui venit ſeruare quod perierat. Tertia, vt Petrus, qui futurus erat miniſter Chriſti,
E in propagando ipſius Euangelio, à ſe ipſo diſceret, quomodo ageret cum aliis, q̃ labuntur, vtq; ſucceſſores Petri, hoc eſt omnes miniſtri Euangelij, idem faciant. Syracides ait: *Intellige ea quæ ſunt proximi tui à te ipſo.* Et Paulus ait: *Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtaurate huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderãs teipſum.* Et 1. Timoth. 1. *Ideò miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primò oſtenderet Ieſus Chriſtus omnem clementiam, ad exprimendum exemplar iis qui credituri*
F *eſſent in ipſum, in vitam æternam.* Atq; ita videmus quòd triſtiſſimus Petri lapſus nobis in ſalutarẽ medicinam cedit, modò Petri exemplum reſipiſcentis imitemur. Nam vt in Petro lapſo noſtram infirmitatem contemplamur: ita in eodẽ reſipiſcente miſericordiam Saluatoris erga nos reſipiſcentes adorabimus. Habet enim mitiſſimus Ieſus æqualem naturam. Quemadmodum enim venit vt ſaluaret quod perierat: ita clemẽter inuitat omnes peccatores ad pœnitentiam.
G Is.n. eſt, q̃ apud ꝓphetã dicit: *Viuo ego, nolo mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur & viuat.* Difficilior quæſtio oritur ex collatione negationis Petri ad

dictum

dictum Domini Luc. 22. vbi Domin⁹ Petro ait: *Sathanas expetiuit vos, vt cribraret tanquã triticũ: ſed ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua.* Ex Petri facto, & hoc Chriſti dicto, videtur ſequi, ꝙ Petrus tãetſi abnegauerit Dominũ cum periurio, retinuerit nihilominus fidẽ. Si.n.nõ defecit fides Petri, nõ eſt amiſſa periurio & abnegatione ſui magiſtri. Videtur ergo fides poſſe ſtare cum quouis peccato vaſtãte cõſcientiã hominis. Verùm hoc Spiritus Chriſti in Paulo negat. Dicit.n. naufragium fieri fidei, bona cõſcientia vaſtata. Quid q̃ſo aliud eſt fidei naufragiũ facere, q̃ fidei iacturam pati, hoc eſt, fidẽ prorſus amittere. Si ergo & dictũ Chriſti ſtabit, & dictũ Pauli, qui dictãte Spiritu Chriſti, negat fidem cõſiſtere poſſe, bona cõſcientia repulſa: quærenda eſt huius apparentis antilogiæ recõciliatio ex verbis Dñi, quæ mox in eodẽ cõtextu ſequuntur. Nã cùm dixiſſet Dominus, *Rogaui pro te ne deficiat fides tua*: mox immediatè ſubiungit, *Tu aliquãdo cõuerſus, confirma fratres tuos.* Iã aũt cum auerſus & cõuerſus ita cõtraria ſunt, vt in vno tertio ſimul eſſe nõ poſſint: Petrus qui fuit rurſus cõuertend⁹, ꝙ neceſſario ꝑ fidem fieri debuit, fuit abſq; omni dubio prius auerſus amiſsione fidei. Donec.n. fidẽ retinemus, cõuerſi dicimur: fide aũt amiſſa, auerſi. Hinc neceſſariò concluditur, duplex fidei defectio: videlicet temporalis, & finalis. Petri defectio fuit tẽporalis, vt Dauidis: Iudæ aũt finalis, vt Saulis. Fruſtra ergo quidam ex dicto Chriſti, *Rogaui pro te ne deficiat fides tua*: extruunt dogma ꝑniciosum, videlicet ꝙ homo q̃ ſemel cõcepit fidẽ & credidit, nõ poſsit rurſus amittere fidẽ q̃cquid fecerit. Dicunt Dauidẽ iacentem in cœno adulterij, & in ꝓditorio homicidio retinuiſſe fidem, adeò ꝙ ſi in iſtis ſordib. fuiſſet mortuus, fide tñ fuiſſet ſaluatus. Quis nõ exhorreſcit ad tã abſurdum dogma: ſed ita neceſſe eſt facere eos, qui vnã hypotheſin falſam tanquã verã, tueri ſibi proponunt. Poſtquã.n. hanc hypotheſin falſam, Deus cõdidit certos homines ad certã dãnationẽ, adeò vt nõ poſsint, ſi vnquã vellẽt, credere & ſaluari, tanquã verã defendere cœperũt: quęrebãt modũ erigendi illos, qui fulmine Stoicæ ſuæ prædeſtinationis ꝓſtrati, cœperunt deſperare. Cùm.n. aliquis apud eos cõſcientia peccatorũ ꝓſternitur, mox cogitat & palàm dicit: Ego nõ ſum p̃deſtinatus, vt mea peccata, in quibus ꝑditiſsimè vixerã, teſtãtur. Huic malo vt amuletũ adhibeãt, reſpondent: Recordare frater antiquorũ dierum, & cogita an aliq̃ñdo ſenſeris in te calorẽ fidei: quẽ ſi ſenſiſti, ſecur⁹ eſto. Nõ.n. poteras fidem ſemel cõceptã amittere, qua fide verè ſaluaberis. Cineres iſti, hoc eſt peccata tua, fidẽ quidẽ texerũt ad tẽpus, ſed nõ extinxerũt. Dicit.n. Dominus Petro: *Simul rogaui pro te, ne deficeret fides tua.* Vide frater quid poſtea acciderit? Petrus cũ periurio abnegauit Dñm ſuum, adeò vt iuraret ſe nõ nouiſſe hominẽ iſtũ. Sic iſti doctores nugãtur, & manifeſtè mendacij arguunt Chriſtũ & Paulũ, q̃ dicũt homines peccare poſſe in Spiritũ Sanctum. Quod ſanè falſum erit, ſi non põt fides ſemel cõcepta amitti. Huiuſmodi

A fructũ ꝓfert doctrina Stoica de prędeſtinatione. Præter.n. hoc, quod ex Deo patre miſericordiarũ faciat tyrannum, q̃ nõ cauſſas, ſed affectus ſuos in iudicãdo ſequatur, aut carnalẽ ſecuritatem parit, quæ eſt ad certiſsimũ interitũ via: aut deſperationẽ gignit, quæ miſeriæ ſempiternę initium eſt. Nos ergo maneamus cõſtãtes in doctrina filij Dei, q̃ vult oẽs recipere in gratiã abſque omni exceptione, modò crediderint. *Quiſq; crediderit,* inq̃t, *ſaluus erit: quiſquis nõ crediderit, con-* B *dẽnabitur.* Dicit.n. ſe in mundũ veniſſe ſaluare ꝙ perierat. Hãc ſalutis ꝓmiſsionẽ cõditionalẽ eſſe, vt q̃ requirat cõditionẽ fidei, multa teſtimonia oſtendunt: quẽadmodũ aliàs ſæpè à nobis demõſtratum eſt. Quare ſi manſerimus in fide, abſq; omni dubio ſaluabimur: at ſi naufragiũ fidei fecerimus, finale nihil expectandum eſt, p̃ter miſeriã ſempiternã. Qui ergo ſtat, videat nè cadat: q̃ cecidit, apprehẽdat dexterã Dei Ieſum Chriſtũ, & ſurgat. Nemini.n. eſt intercluſa ſalu- C tis via, dum adhuc ſpirat, modò ſperare nõ recũſauerit. Nemo de Deo aliter cogitet, q̃ iuxta hãc dulciſsimam promiſsionem: *Viuo ego, dicit Dominus: nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.* Vt ergo vita in cõuerſione, q̃ fit ꝑ fidẽ, eſt: ita mors in auerſione, quæ fit ꝑ amiſsionẽ fidei.

QVARTA PARS.

Hæc quarta pars capitis continet partem hiſtoriæ eorum quæ extra prætoriũ, & in præto- D rio acta ſunt corã Pilato præſide Romanorum: accuſantibus innocentẽ perditiſsimis Iudæis.

Sunt autẽ huius partis tria mẽbra. Primum exponit deductionẽ Ieſu à Caipha in prætoriũ, colloquiũ Pilati & Iudæorũ de Ieſu extra prætorium. Secundum membrũ habet colloquiũ Pilati & Ieſu in prætorio. Tertium, teſtimoniũ Pilati egreſsi ad Iudęos de Domini innocentia, recitat. Membra articulis diſtinguemus.

DE PRIMO.

E In primo membro exponitur quomodo principes ſacerdotum & ſeniores populi miſerint Ieſum vinctũ in prętoriũ, ſupplicio afficiendum à Pilato præſide Romanorum. Ex interrogatione Pilati apparet, quòd Iudæi corã Pilato hoc mendacium potiſsimum vrſerint aduerſus Chriſtũ, quòd ſe regem Iudæorum diceret. Sciuerunt enim hanc calumniã efficacem fore, pręſertim apud Pilatum ethnicum & præſidem Romano- F rum, qui potiſsimum iſtic erat conſtitutus à Romanis, vt Iudæos contineret ſub obedientia imperatoris Romani: & ſi quis videretur moliri ſeditionem contra Cæſarem, ipſe autoritate ſua, armis & pœnis ſeditionem auerteret, ne Iudæa in alterius poteſtatem, excuſſo iugo imperatoris Romani, veniret.

PRIMVS.

28 *Ducunt ergo Ieſum à Caipha in præ-* G *torium. Erat autem manè.*

Cõfictis calumniis, & ſubordinatis falſis teſtibus, Caiphas & totum cõcilium ſacerdotum

mittunt Ieſum in prætorium, vt cōdemnetur à
p̄ſide Romano Pilato, ac ipſi ſimul cateruatim
ſequuntur, vt facilius præſidi perſuadeant, vt Ie
ſum tanquā ſeditioſum & affectantem regnum
è medio tollat. Circumſtātiam temporis addit,
Erat, inquit, *mane*: vt aduerſariorum Chriſti ra-
biem aduerſus ipſum exprimat. Præ odio enim
& cupiditate necis Chriſti, non expectarunt cla
rā diem, vt ob crimina quæ ipſi nocte confinxe-
rāt aduerſus Ieſum, Pilatus mox nece innocen-
tem puniret: adeò ſuperſtitio & hypocriſis mo-
ræ impatiens eſt. Feſtinatio Iudæorum ad tra-
dendum Chriſtum Pilato, olim adumbrata e-
rat feſtinatione mactantium Phaſe.

Cauſſa eſt, vt quemadmodum totus mundus
reus erat, videlicet Iudæi & gentes: ita viſum eſt
ſapientiæ diuinæ, vt & à Iudæis & à Gentib. illu
deretur Dominus, vt omniū maculas elueret.

Doctrina eſt, vt patienter cum Chriſto fera-
mus, ſi à noſtris tradamur alijs iudicādi, modò
conſcientia illæſa ſit.

Significatum eſt hoc facto, quòd aduerſarij
Chriſti, etſi inter ipſos non optimè cōueniat, in
hoc tamen cōſpirabunt, vt Chriſtū in ſuis mem
bris perſequantur, illudant, occidant. Præterea
obſeruetur hoc loco, quomodo hoc Iudæorum
ſcelus diuinitus punitum ſit. Quemadmodū.n.
Iudæi ſaluatorē omniū, Romanis tradiderūt: ſic
paulò poſt ipſi Romanis traditi perierunt. Atq;
ita pœna reſpōdet culpæ, vt eſt Ezech. 9. *Sicuti fe
ciſti, erit retributio tua, retribuetur tibi in caput tuum.*

SECVNDVS.

*Et ipſi non introierunt in prætoriū, ne con
taminarentur, ſed vt ederent paſcha.*

Hypocriſis ſemper ſibi ſimilis eſt, foris ſancta,
intus prophana, manus puræ, mens polluta, in
quos congruit verſiculus Græcus: χεῖρες μὲν ἀγναὶ,
φρὴν δ᾽ ἔχει μιάσματα. Et Dominus ipſe ait de hypo
critis: *Colantes culicem, & deuorantes camelum.* Non
putabant ſe contaminari nece innocentis, & o-
dio quo illum proſequebātur, ſed ſi domū pro-
phani præſidis ingrederentur. Ita enim ratioci-
nabantur: Ecce nos cum veſpera aduenerit, co-
medemus paſcha, ad quā rem lex requirit mun
ditiem. Non ergo fas eſt vt nos ingrediamur in
prætorium hominis profani, aut interſimus iu-
dicio ſanguinis, ne polluamur aut efficiamur in
digni ad edendum paſcha, quod non licet im-
mundis facere. Hîc Auguſtinus meritò excla-
mat, dicens: *O impia & ſtulta cæcitas, habitaculo vi-
delicet alieno contaminarentur, & non ſcelere proprio.
Alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, &
fratris innocentis ſanguinem effundere non timebant.*
In horum ergo hypocritarū facto, videmus na-
turam hypocriſis pulcherrimè depictam, in ſu-
perficiis ceremoniarum inhęrentis, vt in earum
externa obſeruatione cultum Dei collocent, ni-
hil p̄rſus cogitāt de ceremoniarū ſignificatiōe.

Porrò hîc diſputatur à doctis, quid hoc loco
paſcha ſignificat. Sunt qui per paſcha agnum in
memoriā tranſitus Domini, & liberationis po-
puli à ſeruitute Aegyptiaca, immolādum certo

A anni tempore intelligunt. Nam propter memo
riam tranſitus Domini obſeruandā, agnus iſte
mactandus, dicebatur paſcha, Exod. 12. Victima
enim, nomine rei quā adumbrabat, appellatur
more ſcripturæ. Alij per paſcha hoc loco intelli-
gunt, non agnum mactandum, ſed azymos pa-
nes per ſeptem dies ſolēnitatis paſchalis come-
dendos. Nec deſunt argumenta in vtramq; par-
tem. Qui per paſcha azymos panes intelligunt,
tuentur ſuā ſententiā Chriſti facto, qui iam co-
B mederat cū diſcipulis agnū paſchalē in princi-
pio eius diei inter duas veſperas: Nec dubitant
Chriſtum legē patris ſeruaſſe, q̄ nuſquā legis eſt
inuētus trāſgreſſor. Quare & alios Iudæos eodē
tempore paſcha comediſſe cōcludunt. Alij aūt,
diligentius rem expendentes, p̄ paſcha intelli-
gunt agnū paſchalē, & nō azymos panes, & diſ-
cernunt inter duplicē paſchæ obſeruationē: vi-
delicet ſecundùm legē, & ſecundùm traditionē
maiorum, poſt reditū à captiuitate Babylonica.
C Filius Dei ſecūdùm legē patris 14. luna, hoc eſt
14. die primi menſis, q̄ eo anno fuit feria ſexta, q̄
incipiebat à veſpera, celebrauit ſuū paſcha cum
diſcipulis: feria autem ſexta incipiebat à veſpere
diei Iouis, & extendit ſe ad ſequentē veſperā, vn
de dies ſabbathi initiū ſumit. Iudæi aūt ſecundū
maiorū inſtitutionē. (quoties.n. 14. luna incide-
bat in feriā ſextā, vt tempore paſsionis Dñi cōti
git) trāſtulerunt paſcha in ſabbatū, atq; adeò in
initio ſabbathi, finita iā feria ſexta, comedebant
D agnum paſchalē. De qua comeſtione noſter E-
uangeliſta intelligendus eſt. Hîc adorāda venit
Dei ſapiētia. Iudæi ſui cōmodi cauſſa, paſcha in
diem Sabbathi, ne videlicet duob. cōtinuis die-
bus in initio ſolennitatis & duobus in fine ſolen
nitatis vacarent ab omnibus operib. ſeruilibus,
tranſtulerunt. Deus aūt hoc ideò permiſit fieri,
vt verus agnus paſchalis mactaretur, & veritas
per omnia figuræ reſponderet. Nā ſi Iudæi ipſa
feria ſexta, in quā incidit 14. luna celebraſsēt pa-
E ſcha, nequaquam forenſia negocia & iudiciaria
iſto die agitaſſent. Vide Burgenſem Matth. 16.
& Martinum Bucerum, qui Burgenſis rationes
probat & ſequitur.

TERTIVS.

*29 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & di
xit: Quam accuſationem affertis aduerſus ho
minem hunc.*

Probi iudicis officio hoc loco fungitur Pila-
F tus, in quo ſi cōſtans mānſiſſet, nequaquā ſe inno
centis ſanguine polluiſſet. Eſt.n. p̄bi iudicis of-
ficium, non ad votum aduerſariorū quantum-
uis potentum, cōdemnare aliquē indicta cauſ-
ſa, ſed expectare legitimā rei accuſationē & con
uictionem. Pilatus nō potuit ignorare Roma-
nis legem latam fuiſſe à Valerio, ne quis indicta
cauſſa condemnaretur. Ideò recte poeta ait:

μὴ δὲ δίκην δικάσεις πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκόσεις.

QVARTVS.

G *30 Reſponderunt & dixerunt ei: Si non
eſſet hic maleficus, haudquaquam nos tradi-
diſſemus eum tibi.*

Vide

Vide hypocriſis qualis ſit. Vult ita videri iuſta & ſancta, vt omnes ſibi credát vel ſine ratione. Putat nefas eſſe inquirere de ſuis factis. Hac confidentia freti hypocritæ, dicunt iudici iuſta poſtulanti: *Si non eſſet hic maleficus*, id eſt, ſeditioſus & blaſphemus, *nequaquam*, quæ eſt noſtra religio & ſanctitas, *illum tradidiſſemus tibi*: ac ſi dicerét: Satis'ne eſt Pilate, ꝙ nos ſacerdotes & phariſæi gubernatores religionis, & obſeruantiſsimi Romani imperatoris, tibi eum vinctum tradamus. Vincula.n. ipſius teſtátur de ipſius maleficiis. Hęc hypocriſis hodiè in multis locis dominatur, vbi inquiſitores hęreticę, vt vocát, prauitatis, leuiter, vix ſuſpectos tradunt tyrannis mactádos. Quod cùm videmus fieri, cogitemus hoc ita olim in his Phariſæis, tradentib. Chriſtũ innocétẽ Pilato præſidi, ſignificatũ fuiſſe. Deinde obſeruemus, hypocritas definire maleficiũ, ſeditionẽ, blaſphemiá, hæreſim, quicq̃d illi improbát, etiáſi in ſe laude ſit digniſsimũ & veriſſimũ. Ieſus, ſi beneficia aliis præſtita reſpicis, liberauit obſeſſos ab immũdis ſpiritib. illuminauit cæcos, ſanauit leproſos, paralyticos & alios malè habentes, excitauit mortuos, prædicauit Euangeliũ pacis pauperibus, & viá monſtrauit ipſe vera via, ab interitu æterno ad ſempiterná felicitatẽ. Si Deũ reſpicis, eius gloriá ſemper ꝓmouit, & modũ glorificandi colẽdiq́; Deũ perfectiſsimè, voce & vita demonſtrauit. Si ipſius perſoná intueris, nõ eſt vnquá inuentus dolus in ore eius, nec vlla macula in ipſius vita & moribus, ſed vt virtutis amantiſsimus erat: ita eiuſdẽ viuũ exẽplar extitit, oẽs ad virtutũ ſtudia voce & vita hortatus eſt, & oẽs à vitiis auocauit. Hæc opera, hæc ſtudia, hi conatꝰ fuere filij Dei, ob quæ maleficus ab hypocritis accuſatur: vſq; adeò ingrata eſt mendacio veritas. Atq; ita hypocritæ iſti malũ pro bono reddũt. Nam vinctũ tradũt præſidi, vt maleficũ, ſeditioſum, blaſphemũ, atq; adeò indignũ hac luce. Hoc in Dauide typo Chriſti olim præluſum eſt: *Retribuebant*, inquit, *mihi mala pro bonis*. An non hodie ad eundẽ modũ noſtri hypocritæ definiunt ſeditionẽ & hæreſin? Quicq̃d.n. ipſi ſomniát, vt oraculũ ſpiritus ſancti haberi volũt. Cõtra verò, quicq̃d alij ſentiunt & dicũt, etiáſi ſcripturę teſtimoniis fulciatur clariſsimis: tamẽ vt ſeditioſum & hæreticũ dánant, vt ſeditionis & hæreſeos nomine excitent tyrannorũ crudelitatẽ, & táquá fulmine abſterreant ſimplices & infirmos à ueri inq̃ſitione, cognitione, approbatione, cõfeſsionę. Quid q̃ſo hoc aliud eſt, q̃ innocẽtes lingua percutere, & veritatẽ opprimere, ſicut de Ier. legitur. c.18. *Venite cogitemus contra Ieremiã cogitationes, quia nõ peribit lex à ſacerdote, & conſiliũ à ſapiente, & verbũ à propheta. Percutiamus eũ lingua. Non attendamus omnib. ſermonib. eius*. Si ergo ſimile quidpiá nobis acciderit, ducamus glorioſum eſſe reddi nos ſimiles imaginis filij Dei. Ná hanc momentaneá ignominiá, ęternũ gloriæ põdus excipiet.

QVINTVS.

31 *Dicit ergo eis Pilatus: Accipite ipſum vos, & ſecundùm legem veſtram iudicate eũ.*

Pilatus adhuc boni iudicis officio fungitur. Poſſunt autẽ verba Pilati & propriè & ironicè accipi. Si propriè accipiátur, hic ſenſus erit: Leges Romanæ non puniunt quẽquá niſi de crimine conuictum. Non ergo volo contra leges hominem, quem mihi tradidiſtis, condemnare. Quare vobis permitto, vt ſi cõtra veſtram legẽ, & veſtrá religionẽ peccauit, ſecũdùm veſtrá legẽ eũ iudicetis. Ná q̃a iuriſdictio in religione, cõceſſa erat Iudæis à Romanis, voluit etiá Pilatus liberá relinquere eis diſciplinã, qua tráſgreſſores ſuæ legis punirent, non tamen capitali ſupplicio. Ná iuriſdictio in pœnis capitalibus illis omnino ademta erat, ſicuti ipſi fatẽtur. At ſi ironicè Pilati verba accipias, ſenſus erit: Si ſufficit veſtra examinatio, ſufficiat & veſtra ſententia. Si veſtra lex innocentes condẽnat, hũc etiá ſecundùm legem veſtrá condẽnate. Atq; ita eſt oratio indignantis, & exprobrantis Iudæis, quòd in reb. capitalibus ipſis adẽpta fuerit iuriſdictio.

SEXTVS.

Dixerunt ergo ei Iudæi: nobis non licet interficere quemquam.

32 *Vt ſermo Ieſu adimpleretur, quem dixit: Significans, quali morte eſſet moriturus.*

Ieſus prædixerat fore vt traderetur gentibus illudendus & interficiendus, Matth. 20. Marci 10. Hanc prædictionem ideò adducit Euangeliſta, vt oſtendat Ieſum non inuitum, ſed volentẽ mortẽ pro nobis ſubiiſſe. Verùm quoniá Iudęis tũ tẽporis non licuit quẽquá interficere, & multo minus crucis ſupplicio afficere, q̃ nihilominus volebát Ieſum turpiſsima & ignominioſiſſima mortè plecti; dicunt ſibi nõ permiſſum eſſe, quenquá mortis ſupplicio afficere. Huius facti duæ fuere cauſſæ. Vna in Phariſæis, videlicet hypocriſis & ſummũ odiũ. Etſi.n. animo erant plus q̃ homicidæ: (Animus.n. potius, q̃ manus, homicida eſt:) tamẽ putabát, vt erát cæci, ſe immunes à cæde eſſe, ſi, quẽ volebát interfici, eũ traderent politico iudici. Sic hypocriſis q̃ foris ſunt purgat, cùm intus ſit plena fœtoribus, odio, auaritia, cupiditate, vindictę, ambitione, &c. Altera cauſſa fuit politica. Ná cùm nõ liceret ipſis quenquá interficere, ex odio tradunt Ieſum Romano p̃ſidi interficiendũ. Porrò hæc paulò altius introſpiciẽda ſunt, vt nobis inde aliqua fidei noſtræ confirmatio accedat. Cùm dicunt ſacerdotes, *Non licet nobis interficere quenquam*: debebant de duabus rebus diligenter cogitaſſe, videlicet de prædictione ſtatus regni Iudaici ſub aduentum Meſsiæ, & de præſenti ſeruitute Iudæorum. Harum enim rerum cogitatio altius ſuſtuliſſet eorum mentes, niſi cæca ambitione, & inſana hypocriſi fuiſſent dementati. Prædictio ſtatus regni Iudaici ſub aduentum Chriſti, Gen. 49. hiſce verbis exponitur: *Non auferetur ſceptrum de Iuda & legislator de medio eius, donec veniat Silo*, id eſt, ſaluator & promiſſus Meſsias. Deinde debuiſſent cogitare pręſentẽ ſeruitutẽ, qua

iam

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A iam ſubiecti erát Romanis, iuſtiſsimam pœnam fuiſſe ſuorum peccatorum.

Cogitatio ſtatus regni, amiſſa iam iudiciaria poteſtate in capitalib. pœnis, debebat eos de p̃ſentia Meſsiæ admonere, vt illũ iam exhibitum quærerent, & diuinis teſtimoniis demõſtratum agnoſcerent & amplecterentur. Si huc addidiſſent prophetiá Danielis, deprehẽdiſſent iá exactas eſſe ſeptuaginta illas hebdomadas annorũ, quas Daniel à reditu populi ex captiuitate Babylonica numerat, vſq; ad Chriſtum ducem. B

Seruitus qua premebátur, debebat eis detraxiſſe laruá hypocriſis, vt verá meditarentur pœnitentiá. Sed quid fit? Hypocriſis nec præterita cogitat, nec pręſentia curat, nec futura rimatur, ſua inflata ambitione. Horũ proinde hypocritarum dáno admoniti, ſimus cautiores, & agnoſcamus tempus noſtræ viſitationis, ne ingrati cum Iudæis iuſtas pœnas ſuo tẽpore luamus.

DE SECVNDO.

C Hoc ſecundum membrũ, vt ſuprà admonui, colloquium Pilati & Chriſti cõtinet, in quo Pilatus Chriſtũ interrogat an ſit rex Iudæorum. Ieſus autẽ reſpondens, quærit viciſsim à Pilato, vnde hoc habeat, à ſe vel ab alijs. Verùm cùm Pilatus reſpõdit Ieſum à populo ſuo ſibi traditum eſſe, fatetur Ieſus ſe regẽ eſſe, diſtinguẽs inter regnum ſuum, & huius mundi regna. Qua diſtinctione ita ſatisfactum eſt iudici, vt non putaret Ieſum quicquam moliri contra Romanos, quẽ- D admodũ ipſius aduerſarij calumniabantur.

PRIMVS.

33 *Introiuit ergo iterum in Prætoriũ Pilatus, & vocauit Ieſum & dixit ei: Tu es rex Iudæorum?*

Apparet ex hac Pilati interrogatione, quôd poſtquam Pilatus noluerit indicta cauſſa condemnare Ieſum, crimina quæ Lucas recitat, ob- E iecta ſint Domino: videlicet quôd peruerteret gentem: diceret Cæſari non eſſe danda tributa, & affectaret regnum, vt eiecto præſide Romanorum, ipſe dominaretur in Iudæa. Pilatus autem, vt videtur prudens fuiſſe, omiſsis duobus prioribus, videlicet de p̃uerſione populi, & de tributo nõ dando Cæſari, de tertio quærit: num videlicet ſit rex Iudæorum. Ex hac enim quæſtione pendent ſuperiores duæ. Nam ſi regem ſe Iudęorum eſſe fateretur, vt illi putabant mun- F danum, non opus fuiſſet poſtea quęrere de ſubuerſione populi, & de tributo. Qui enim regnũ aliquod affectat, is profectò & populum ad ſe allicere conatur, & non vult alij tributa dari quàm ſibi. Nam tributorum penſio, ſignum eſt ſubiectionis & ſeruitutis. Præterea nõ dubium eſt Pilatum audiuiſſe magorũ factum, qui tum ante annos 33. venerant Ieroſolymam adoraturi regem Iudæorũ, recens natum in Bethlehem ciuitate Dauid. Nec venerat crudelitas Herodis G in obliuionẽ, qui plurimos innocentes pueros trucidauit, vt inter eos regem illum, de quo Magi interrogauerant, etiam interimeret. Prophetia quoq; de Meſsia venturo, vulgo erat notiſsima. De hac enim ſub ſeruitute Romanorũ gloriati ſunt. Propter has cauſſas interrogat Ieſum Pilatus, dicens: *Tu es rex Iudæorum?* id eſt utrũ tu es ille, quem ſomniát Iudæi regem Iudæorum.

SECVNDVS.

34 *Reſpondit Ieſus: à temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt de me?*

B Dominus interrogationem Pilati ideò examinat, vt calumnia Iudæorum patefiat. Interrogatus ergo non ſtatim affirmat, aut negat ſe regẽ eſſe, ſed præſidem prius interrogat, à quo nam habeat, quòd ſe regem Iudæorum dicat. quaſi diceret: Si à te ipſo hoc dicis, monſtra affectati regni indicia. Qui enim regnum aliquod affectat, non poteſt rem ita celare, quin aliqua eius rei ſigna appareant. At ſi alij tibi hoc de me dixerint, prodeant & probent quę dicunt. quaſi C diceret: Si producti teſtes fuerint, apparebit facilè illorũ calumnia. Exẽplo Chriſti diſcamus, nullius iudicis perſonam ita reuereri, vt falſa crimina per calumniá nobis impingi ſinamus.

TERTIVS.

35 *Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua & principes ſacerdotum tradiderunt te mihi. Quid feciſti?*

D Pilatus indignabundus ad vtramque interrogationem reſpondet. Eſt autem ſenſus reſpõſionis Pilati: Iudæi tui gentiles multa inter ſe muſsitant de rege, neſcio quo venturo, quorum ſomnia nos Romani ridemus. Cùm ergo ego non ſum Iudæus, ſed Romanus; alienus prorſus ſum à ueſtris ſomniis, qui neſcio quem regem expectatis, ſed fruſtra. Quis enim tantus eſſe poterit, vt Romanis imperium excutiat? Quod autem interrogas an alij mihi hoc de te E dixerint, factum tuorum gentilium oſtendit. Nam gens tua Iudaica, ſummi ſacerdotes & ſeniores populi, mihi te vinctum tradiderunt, tãquam affectatorem regni. Ex quo manifeſtum eſt, quòd iſti tui gentiles mihi dixerint, quod interrogas. Tu ergo dic, quid feceris; An regnum affectas nec'ne, vt te accuſant aduerſarij tui? Dic clarè & perſpicuè, vt ſciam an tuorum aduerſariorum accuſatio ſit iuſta, necne? Hactenus Pilatus boni iudicis officio functus eſt.

F

QVARTVS.

36 *Reſpondit Ieſus: regnum meum non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertaſſent, ne traderer tibi. Nunc autem regnum meum non eſt hinc.*

Dominus reſpondens ad interrogationẽ Pilati, non ſtatim fatetur ſe regẽ eſſe, ſed prius di- G ſtinguit inter ſuũ regnũ & terrena regna; q̃ quia adminiſtrátur diuerſiſsimè, non poteſt vnum alteri impedimento eſſe per ſe, nec alterũ alteri

per ſe

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

per ſe aduerſatur. ac ſi diceret Dominus: Si eſſem rex terrenus, haberē ſatellites armatos, qui me defenderēt: quales cùm nō habeá, nec habere deſiderē, facilè ſcire poteris, me regnū mūdanū nō quærere. Ná ſi regnū mūdanū voluiſſem, non fugiſſem, cùm populus totus regē me creare voluit. Verùm hoſtes mei hanc calumniá fingunt, vt tu tanquá præſes Romanorum furore accenſus, me è medio tollas.

Obſeruandū eſt quòd Chriſtus non dicit, regnum meum non eſt in hoc mundo; ſed non eſt de hoc mundo, & infrà non dicit: Regnum meū non eſt hîc, ſed nō eſt hinc. Nam regnū Chriſti eſt hic & in hoc mundo cœtus credentium in Chriſtum: qui cœtus non eſt de hoc mūdo, quatenus credit, ſed eſt à Deo natus, vt ſuprà Iohannes dixit: *Dedit poteſtatem filios Dei fieri, quotquot credunt in nomen eius.*

QVINTVS.

37 Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu?

Senſus eſt: Qui fatetur ſe regnum habere, ſe regem eſſe non diffitetur: Tu ergo cum dicis te habere regnum, manifeſtè te regem fateris. Qui enim regnum habet, rex eſt.

SEXTVS.

Reſpondit Ieſus: Tu dicis, quia rex ſum. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mūdum, vt teſtimonium perhibeam veritati. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

Concluſionem Pilati Dominus approbat, & clarè fatetur ſe regē eſſe. Verùm ne hoc Pilatus arrogantiæ tribuat, Dominus ſe purgat: aſſerens ſe in hoc natum eſſe, & in mundū veniſſe, vt teſtimonium perhibeat veritati. Hic Chriſtus apertè docet, ad quid venerit in mundum, nimirum ad deſtruendum regnū mendacij, i. diaboli. Vt.n. regnū Chriſti eſt regnū veritatis: ita regnum diaboli eſt regnū mēdacij. Ergo hæc duo regna ita ſibi aduerſantur, vt nunquam inter ea conueniat. Regna autem mūdi, quatenus ſubiiciunt ſe Chriſto, & veritatem eius amplectuntur, Chriſto ſeruiunt. Sed quatenus mēdacium diaboli ſectantur, diabolo militant. Regna ergo mundi in ſe conſiderata, non aduerſantur Chriſto, nec Chriſtus iis aduerſatur, ſed potius defendit & conſeruat. Hac illuſtri deſcriptione ſui regni, Dominus ſatisfecit præſidi.

Porrò cùm addit Dominus: *Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam:* duo docet. Vnū quòd omnes homines, qui non audiunt & obtemperant voci Chriſti, hoc eſt Euangelio, ſint mēdaces: quales erant principes ſacerdotum, & ſeniores qui Pilato Ieſum tradiderūt. Alterum, quòd Chriſti doctrina ſit veritas, & q veritatē hanc amant, ſint veraces, quos veritas ipſa, vt alibi dicitur, liberos reddet, adeò vt ſint verè liberi, vt pote filij Dei, & hæredes regni cœlorū. Ex quo fit, vt regnum Chriſt, id eſt, eccleſia, ſæpè à Chriſto nominetur regnum cœlorum: quod tametſi in mundo eſt, tamen de mundo non eſt. In mundo eſt loci ratione: de mundo non eſt, quia quæ mūdi ſunt, nō ſapit, ſed q̄ ſunt ſupra mundum, hoc eſt, cœleſtia, iuxta Pauli dictum: *Noſtrum πολίτευμα eſt in cœlo, vnde expectamus Saluatorem Dominum Ieſum Chriſtum.*

SEPTIMVS.

38 Dicit ei Pilatus: Quid eſt veritas?

Quòd interrogatio Pilati nō ſit cupientis diſcere, ſed irridētis & faſtidientis ex eo apparet, q Pilatus non expectet reſponſum. Eſt ergo Pilatus hoc loco imago prophanorū gubernatorum, q tacitè apud ſe omnē religionē irrident & contemnunt, & putant vtrumq; ſtultū eſſe: videlicet multū ſtudiū collocare in cognoſcēda vera religione, & velle magna pericula ſubire p defendenda & propaganda religione. Proinde Chriſtum vt ſtultū irridet & contēnit Pilatus, qui Chriſtus veritatis patronus videri velit, nec recuſet mortem oppetere pro eius defenſione. Huic Pilato vtinam multi hoc die ſimiles nō eſſent. Verùm pij hac irriſione & contemtu non moueātur, ſed ſciant veritatis ſtudium gratum eſſe Deo, & veritatis conſtantē confeſsionē habituram lætiſsimū exitum, iuxta dictum Apoſtoli: *Ore fit confeßio ad ſalutem,* cùm interim contemtores Euangelij properēt ad ſempiternum interitum, iuxta illud: *Qui nō crediderit, condemnabitur.* Sint omnibus piis notiſsimi Pſalmi 37. & 73. in quibus exitus piorum & impiorum longè diuerſiſsimus ſpiritu Dei prædicitur.

Porrò quid hîc reſpondiſſet Pilato Dn̄s, ex eo manifeſtum eſt, q in hoc ſe natum dixerit, vt teſtetur de veritate, nō quauis ſcilicet, ſed de ea, quæ aduerſatur mendacio Diaboli. Veritas ergo hoc loco eſt doctrina Euangelij, quam Chriſtus è ſinu Patris proferēs, nobis reuelauit. Vnde Paulus: *Certus eſt ſermo, & omni approbatione dignus, quòd Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere.* Quicunque igitur hoc negat, mendax eſt, & à patre Diabolo natus, ad ſempiternam miſeriam properat.

DE TERTIO.

In hoc membro Pilatus Ieſum innocentē pronunciat extra Prætoriū. Verùm vt gratificetur concilio Sacerdotum accuſantium Ieſum, non ipſum liberat: ſed facit Iudæis liberū, vt petant ſibi dimitti vnum ex duobus quē velint, Ieſum innocentem, aut Barrabam latronē: ſed Iudæi latronē flagitioſiſsimū innocenti præferūt Ieſu.

PRIMVS.

Et cū hoc dixiſſet, iterū exiuit ad Iudæos, & dixit eis: Ego nullam inuenio in eo cauſā.

Ex hac purgatione, qua Pilatus Ieſum innocentē pronunciat, apparet q Pilatus nō ſolùm teſtes aduerſus Ieſum pductos falſos & calumniatores iudicauerit: verū etiá q ipſos Sacerdotes, vtut religioſi videri volebant, tanq̄ iniuſtos tacitè taxauerit, vt qui ex mero odio falſa cōfinxerint crimina aduerſus Ieſum innocentē, vt eū è medio tollerent. Inuenies & hodie nō impru-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dentes gubernatores, qui intelligunt Chriſtum in ſuis membris, calumnijs ac mendacibus accuſationibus deformari innocenter à pontificijs & alijs, vt oppreſſa veritate ipſi ſoli ſapere & religioſi eſſe videantur. Cùm autem hoc videmus fieri, ſciamus illud prius in his hypocritis, Ieſum calumnioſè accuſantibus, ſignificatum fuiſſe: Vnde nos patientiæ argumēta petamus.

SECVNDVS.

39 Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in paſcha. Vultis ergo vt dimittam vobis regem Iudæorum?

Hîc tripliciter peccat Pilatus in gratiam Iudæorum, accuſantium Ieſum innocentem. Primùm anteponit conſuetudinē legi, quod eſt iniuſtum. Secundò, ſe paratum indicat ad puniendum Ieſum in gratiam Iudæorum, ſi illum dimitti nolint, hoc eſt, ad cōdemnandum iuſtum, & iuſtificandum iniuſtos & impios accuſatores. Tertiò, quòd ironicè & ex contemtu Ieſum regem Iudæorum appellauerit. De his tribus pauca aſcribemus.

De conſuetudine hoc tenendum eſt; Quoties conſuetudo pugnat cum lege, & expreſſo Dei verbo, quantumuis longa fuerit apud quoſuis, mala, vicioſa & damnanda eſt. Quod enim in ſe malum eſt, nunquam diuturnitate temporis, aut approbatione multitudinis, bonum fieri poteſt. Lex Dei apud Iudæos iubebat tolli ſceleratos, & parci innocentibus, qua lege conſulebatur incolumitati reipublicæ. Traditio autē phariſaica conſuetudine confirmata, volebat vni alicui ſceleratorum in ſingulis ſolennitatibus paſchæ contra legem Dei parci: quæ ſanè conſuetudo mala, vicioſa & damnanda erat. Cyprianus igitur rectè, cùm ait: *Non hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei veritatem. Veritati enim Dei*, vt Tertullianus ait, *nemo præſcribere poteſt non ſpacium annorum, non patrocinia perſonarum, non priuilegia regionum: quia Chriſtus, qui in æternum manet, veritatem ſe, non conſuetudinem cognominauit.* Verùm in politicis rebus teneatur hæc regula de conſuetudine: Vbi lex deficit, tenenda eſt conſuetudo, ſi non eſt iniqua, hoc eſt, ſi non pugnat cum Decalogo. atq; hoc vult dictum illud: *Valere debet conſuetudo longo tempore confirmata, ſi præter ius & non contra ius aliquid approbat. Tunc enim legis vim habere videtur.*

De parcendis ſceleratis hæc teneatur regula: Quando legis extrema volūntas admittit mitigationem, & reus poteſt emendari ſine grauiori pœna, & ſocietas hominum non offenditur exemplo, poteſt Chriſtianus Magiſtratus exēplo Dei mitigare pœnam, & parcere ſupplici.

Quòd Pilatus in gratiam potentum aduerſariorum Ieſu, ſit paratus ad puniendū ipſum, quē tamen innocentem iudicat, horribiliter peccat, & facit ex iudicio Dei, ſuum iudiciū: Atq; ita fit reus iniuſticiæ & ſacrilegij. Iniuſticiæ quidem, quòd contra legē acceptor eſt perſonarum, quá ob rem pœnam ſibi accerſet diuinitus, iuxta illud: *Maledictus qui peruertit iudicium.* Item: *Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum, vterq; eſt abominatio coram Domino.* Si abominatio, profectò horrendæ pœnæ ſunt expectandæ. Sacrilegij verò, quòd ſibi vendicet, quod Dei propriū eſt. Ita enim ſcriptum eſt: *Non hominis exercetis iudiciū, ſed Dei:* apud quem non iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerū. Habeant ergo iudices ſemper in conſpectu mandatū Dei: *Nolite facere aliquid iniquū in iudicio.* Leuit. 19. In Pilato igitur pingitur, quales ſint futuri iudices Chriſti in ſuis mēbris, in extremis tēporib. Nam tametſi nō pauci illorū veritatem vtcunq; cognoſcunt, & innocentiá Chriſti in ſuis membris deprehendunt: tamē in fauorē hominum, qui Chriſto in ſuis membris aduerſantur, innocētes ad ſupplicia vel indicta cauſſa rapiūt. Si igitur hoc nobis vel alijs accidere viderimus, aut audiuerimus, ſciamus hoc olim ſignificatum fuiſſe: Vnde nos conſolationem petamus.

Pilatus ironicè & ex contētu Ieſum regē Iudęorum appellans, horribiliter peccat. Etſi autē verum eſt qđ dicit Pilatus, ſi verba ſpectes: tamen magnum mendacium eſt, ſi animum ſceleratum Pilati cogites. Nihil enim minus putabat Pilatus, quàm Ieſum eſſe regem Iudæorum. Ideò non tam quid dicatur, quàm quo animo dicatur, ſpectandum eſt ſemper. Huiuſmodi ſannas expectet & hodie Chriſtꝰ in ſuis membris. Mūdus.n.ſemp ſibi ſimilis eſt. Si ergo & nos derideamur, cū Chriſto feramus æquo animo. Tempus veritatē aliquádo cōmendabit.

TERTIVS.

40 Clamauerunt ergo rurſum omnes dicentes: Non hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

Hîc omnes Iudęi, qui tum aderát plurimi, expetunt mortē innocentis, & vitá ſcelerati latronis. Vtrumq; contra omnes leges diuinas & humanas: & tamen accuſatores iſti præferentes homicidá innocēti, ſancti & religioſi haberi volūt. Atq; ita fieri ſolet, cùm homines ſuos affectus, & prauá voluntatē mádatis Dei anteponūt. Qđ, proh dolor, admodum in mundo vſitatū eſt, & maximè apud eos, ꝗ pij & religioſi haberi volūt.

Prædictiones, cauſſæ & doctrinæ, ex ſuperioribus notæ ſunt. Significationem attingemus. Prælusum eſt enim hîc de nouiſsimis temporibus. Iam enim contemtui eſt mundo Euangelium: & quoniam extenuatur & abijcitur Chriſtus in ſuis mēbris infra oēs homines: ideò præfertur hîc latro Chriſto. In papatu latronib. parcitur, & ſæpè rapti ad ſupplicia dimittūtur liberi: ſed nullo pacto parcitur Chriſto innocēti in ſuis mēbris. Hic oēs clamát, Nō hūc, ſed Barabbá dimitte. Vulgus accōmodat ſe affectui principis ſui, & nō cogitat quid iuſtum, quid iniuſtum ſit: ſed qđ principē velle intelligit, ad hoc ſe cōuertit cæco impetu. Cuicunq; ergo pietas & vera religio cordi eſt, expectet ſimile iudiciū mundi de ſe, & præparet ſe ad ferendam ſimilē cum Chriſto ſententiam. Sed fides eſt victoria, qua rabies mundi vincitur.

CAPVT

CAPVT XIX.

SVMMA CAP. XIX.

IESVS varijs probris & verberibus miſerabiliter à Pilato & militibus tractatur, tandem condemnatur, crucifigitur, moritur, ſepelitur.

ORDO ET PARTES CAPITIS XIX.

Quatuor huius capitis conſtituamus partes, quæ ſunt.

Prima, continet flagella, coronam ſpineam, veſtem purpureã, alapas, inſultationes & ſarcaſmos, quibus plectitur Ieſus, & illuditur: item inſtantiam Sacerdotum, qua Ieſum damnari ad mortem petunt.

Secunda, repetit calumniam affectati regni: quam etſi intelligit Pilatus, tradit tamẽ innocentem crucifigendum miniſtris.

Tertia, recitat eductionẽ Ieſu ad locum caluariæ, crucifixionem, veſtimentorum diuiſionem, & mortem tandem.

Quarta, memorat ea, quæ iam mortuo Domino fiebant, inter quæ etiam ſepultura Domini deſcribitur.

EXEGESIS CAPITIS DECIMINONI CVM OBSERVAtione Doctrinarum.

PARS PRIMA.

HVIVS partis duo ſunt membra. In primo agitur de flagellatione, coronatione, veſte purpurea, alapis, & inſultatione Ieſu. Secundum habet inſtantiam Iudæorum, petentium à Pilato vt Chriſtus crucifigatur.

DE PRIMO.

PRIMVS.

1 Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit.

2 Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius, & veſte purpurea circundederunt eum.

3 Ac dicebant: Aue Rex Iudæorum, & dabant illi alapas.

Exponit Euangeliſta, quanta fuerit crudelitas Pilati in innocentem Ieſum, & quanta fuerit humiliatio Filij Dei in ſanctiſsima ſua humanitate, quam aſſumpſerat. Pilatus, etſi Ieſum innocentem iudicauit: tamen eum in gratiam Iudæorum verberibus & conuiciis petulantiſsimè tractat, flagellat, flagellatum ſpinis coronat, coronato ſpinis, veſtem imponit purpuream, induto dat alapas: ac cùm eum talem exhiberet theatro, iubet conuicia in eum ab impuris militibus dici: *Aue Rex Iudæorum.* quaſi diceret: O tu vilis homo, quid te Regem facis?

A Ecce in iſtum modum humiliatus eſt Filius
Dei. Corona, purpura, & pręconia ſunt Regum
inſignia. In extremum igitur contemptum non
auream, ſed ſpineam coronam capiti eius impo
nunt: non vncto, more regio, precioſo balſamo,
ſed proprio ſanguine madenti, purpuram im-
ponunt, ac ſi diceret Pilatus: Tui gentiles calum
niantur te regnũ affectare, iam eis oſtendo qua-
lis Rex ſis. Qualis enim eſt vnctio tua, qualis co
rona, qualis veſtitus, quale homagium, talis &
B Rex es. In hunc modum Pilatus agit cum inno-
cente, ſperans vt hoc extremo contemptu Ieſu,
& tantis conuiciis, ſatisfiat furori Iudæorum,
ne quicquam amplius petant.

Prædictiones in genere Eſaiæ 53. recitantur,
& Eſa. 50. dicitur: *Dorſum ſuum dedit in flagella, &*
maxillas ſuas in alapas. Chriſtus ipſe aliquoties
prædixit ſe tradendum eſſe gentibus flagellan-
dum, illudendum, & crucifigẽdum. Flagellatio
ſigno indicatur apud Eſaiam, cùm ait: *Vidimus eũ*
C *tanquam leproſum & extremum virorum*, ſcilicet ꝑ-
pter extremum contemptũ & flagellationem,
quam paſſus eſt.

Cauſſa huius humiliationis Chriſti, fuit Adæ
ſuperbia. Vt enim Adam voluit ſe efferre ſuper
omnes creaturas in conſortium Dei: ita Filius
Dei debuit humiliari infra omnes creaturas, vt
& ſatisfaceret pro peccatis noſtris, & nos extol-
leret ſecum ad ſummam gloriam in cœleſtibus.
Hęc proinde humiliatio, ſi perſonam Chriſti re-
D ſpicis, ſumma iniuria fuit illata ipſi, à quibus o-
ptimè erat meritus. At ſi perſonam, quam in ſe
recepit, id eſt noſtram, cogitas, iuſtiſsima pœna
erat. Ideò Eſaias ait: *Dominus poſuit in eo iniquitatẽ*
omnium noſtrûm. Flagella ergo & dedecora Dñs
pertulit, cùm quia nos ea meriti eramus, tum vt
à talibus nos eriperet.

Doctrina eſt, vt cogitãtes de peccatis noſtris,
humiliemur ſub potẽti manu Dei, & patienter
feramus, ſi quid Chriſti nomine nobis ferendũ
E erit. Eſt enim optimi patris conſilium, vt ꝗ glo-
riæ Chriſti olim ſint futuri participes, non ſint
futuri ignominiæ eiuſdem inexpertes.

Significatum eſt in Chriſti perſona, quid ipſe
in ſuis membris ſub extrema mundi tempora
paſſurus ſit: videlicet opprobria, verbera, inſul-
tationes, & mortẽ denique. Petãmus ergo Spiri
tum roboris, vt ſi nobis aliquid de iſto amaro ca
lice bibendum erit, patiẽter feramus, memores
futuræ gloriæ, quæ huius vitæ ignominiam bre
F ui excipiet. Pręterea videtur etiam hîc ſignifica-
ri, regnũ Chriſti ꝑ ludibrium Satanæ transfor-
mandum eſſe in politiam humanã. id quod ho-
die in Papatu fieri manifeſtum eſt. Papa enim
Romanus triplicẽ coronam geſtãs, & gemmis,
auro, precioſiſque veſtibus ornatus, geſtatur.
Quòd ergo Ieſus in paſsione ſpinis coronatur,
& ꝓducitur deridẽdus in regia purpura: ſignifi
catum eſt fore, vt ſpreto regno ſpirituali, id eſt,
oppreſſo Euãgelio, conſtituatur aliud munda-
num regnum, prætextu poteſtatis eccleſiaſticę.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

SECVNDVS.

4 Exiuit ergo iterum foras Pilatus, & dixit eis: Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoſcatis quòd nullā inuenio in eo cauſſam.

5 Exiuit ergo Ieſus foras, portans ſpineam coronam & purpuream veſtem, & dicit eis: Ecce homo.

Pilatus Ieſum in Prętorio flagellatum, coronatum, purpura veſtitū, educit foras, expectans abſq; omni dubio fore, vt his iniuriis & contumeliis Ieſu factis ſatiati Iudæi, miſericordia mouerentur, & deſiſterēt à crudelitate ſua, & non amplius ſęuirent in innocentem. quaſi diceret: Ecce, adduco vobis hominem, non clarum imperio, ſed plenum opprobrio. Si Regi inuidetis, iam parcite, quia deiectū videtis. Sit vobis hac pœna ſatisfactum.

Pilatus etſi iniuſtus erat puniendo eum, quē innocentē pronunciauit; dicit enim, *nullam inuenio in eo cauſſam:* tamē crudeliſsimus non erat, vt Principes Sacerdotum. Noluit enim hominem interficere, in quo nō inuenit cauſſam morte dignam. Pilato ergo multò crudeliores ſunt hodie Tyranni, qui nulla iniuria affecti, nullo verbo læſi, ſed tantùm affectibus indulgentes ſuis, parati ſunt ad quāuis iniuriam Chriſto in ſuis membris inferendam. Aduerſus hanc crudelitatem ſola patientia ex ſpe gloriæ ſempiternæ nata, remedium eſt.

DE SECVNDO.

PRIMVS.

6 Cùm ergo vidiſſent eum Pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

Hypocriſis expers omnis miſericordiæ, non poteſt ſatiari niſi ſanguine Chriſti, & eius morte ignominioſiſsima. Vident Pontifices Ieſum fœdiſsimè flagellatum, madentem vndique ſanguine, ludibriis maximis affectum: tamen furor in illis nō extinguitur, ſed magis inflammatur. Ingeminant ergo vocem, clamātes: *Crucifige, crucifige eum.* Annon tales ſunt hodie Pontificij & eorū miniſtri, qui hodie Chriſtum in ſuis membris crucifigendum clamāt, multò crudeliores Turcico tyranno, qui vitæ Chriſtianorū interdum parcit. O cœca hypocriſis, dum Chriſtum innocentem crucifigi petit, ſeipſam æternis pœnis & probris inuoluit. Proinde ſi inuidia hypocritarum nos oppreſſerit, doleamus vicem eorum, & nos ſpe futuræ gloriæ erigamus, vt Stephanus fecit.

SECVNDVS.

Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cauſſam.

Pilatus Iudex, vt iuſticiæ miniſter, recuſat crucifigere, quem nouit innocētem, ſed à iuſticia rurſus deflectit, dum G accuſatoribus iniuſtis poteſtatem facit, vt ipſi tollant & crucifigāt innocentem: niſi potius ironiam eſſe dicas, qua A exprobrat Iudæis amiſſam iuriſdictionem in cauſsis capitalibus.

TERTIVS.

7 Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit.

Quia Iudæi nihil efficere poterāt, obiecto crimine affectati regni. (Pilatus enim eam calumniam intellexit, & cōtempſit:) ideò aliud crimē B innocenti impingere conantur Pontifices, nempe blaſphemiæ. Dicunt enim ꝙ ſibi vendicauerit diuinos honores, Filium Dei ſe faciens. Dicebat enim Dominus, Iudæis audientibus, vt eſt Iohan. 5. *Pater meus vſq; modò operatur, & ego operor.* Ex quo dicto Iudæi rectè quidem inferebāt, quòd ſe Filium Dei diceret, æqualem ſe Deo Patri faciens. Verū Iudæi hîc malicioſè prętereunt miracula Chriſti & Prophetarum dicta, quibus Dei Filius monſtrari poterat, cauillationibus ſo- C lummodò vtentes. Atq; hoc perpetuum artificium hypocritarū eſt, vt ex bene dictis extruant quòd calumniis videtur obnoxium. Sed ad Legem veniamus.

Lex quidem iubet Leuit. 24. interfici blaſphemos, ſed Pontifices aſtutê genus pœnæ ſilent. Lex enim iubebat blaſphemos lapidari: ſed Pōtifices volebant Ieſum crucifigi, vt tolleretur è medio morte magis infami; hoc conſilio, vt ipſe Dn̄s cum ſua doctrina in maiorē contemptum D veniret apud vulgus & alios. Verùm hîc obſeruandum eſt, quòd Lex quæ iubet blaſphemos interfici, eadem Ieſum Filium Dei pronunciet, Pſal. 2. Atq; ita eū à blaſphemiæ crimine liberat. Falluntur ergo Iudæi, qui blaſphemū iudicant, quē Lex Filium Dei fatetur, & iubet audiri. Ipſa quoq; vox Dei idē teſtatur: *Hic eſt Filius*, inquit, *meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt.* Quòd hęc teſtimonia non viderint Iudæi, fecit hypocriſis. Nam hypocriſis excœcauerat mentes eorum, & E peruerterat, vt damnarent, quem meritò adorarent. Horrenda enim hæc pœna hypocritas manet: videlicet quòd Deus ipſos tradat in reprobam mentē. Ex quo fit, vt non ſolùm ſub veris principiis aſſumāt falſiſsimas hypotheſes, & extruant concluſiones ineptiſsimas, quemadmodum gentiū Philoſophis accidiſſe teſtatur Paulus: verùm etiam vt repudiatis veris principiis, interdum ſtatuant falſa: quæ cùm perſuaſerint indoctis & ignaris ſcripturę, eos veluti captiuos F retinent, & ducunt quò volunt, donec eos in tartara præcipitauerint.

QVARTVS.

8 Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

Timuit Pilatus magis audiens hunc ſermonē de Ieſu, quòd ſe Filium Dei diceret: Ergo antea quoq; timuit. Timuit prius, accuſante eum conſcientia, ꝙ videlicet innocentem hominem cru- G deliter tractaſſet. Timet rurſus & magis, ꝙ audiat eum, in quem tam crudelis erat, Filium Dei eſſe. Vterq; timor vt conſciētiæ malæ teſtis erat: ita

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ita prænuncius pœnæ imminentis fuit. Tertius poſtea timor accedit, ne ſcilicet ſi parcat innocenti & Dei Filio, incurrat in Cæſaris indignationē. Hoc timore indignatus Pilatus, damnat hominem innocentem, & Filium Dei. Hîc videre eſt, q̃ miſeri ſint homines, qui metu cogũtur ſeruire affectibus potentum, vt vel iniquas ſententias defendant, vel ferant iniquas ſententias contra innocentes. Non deſunt hodie Iudices & alij Pilato ſimiles, qui metu tyrannorum fracti, Chriſtum in ſuis membris contra conſcientiam condemnant: ſed ſciant metum iſtum conſcientiæ verber, non abiturum impunè.

QVINTVS.

9 Et ingreſſus eſt in Prætorium iterum, et dicit ad Ieſum: Vnde es tu?

Pilatus perculſus animo ob dictũ Iudæorũ, teſtificantium Ieſum dixiſſe ſe Filium Dei eſſe, variè afficitur, & ſic apud ſe haud dubiè ratiocinatur: Hic homo claret miraculis, qualia nullus antea vnquá edidit, celebris eſt ob doctriná, vita eius inculpata eſt, perſona prę ſe fert ſingularem grauitatē. Hæc fortè ſunt teſtimonia, ꝙ ſit, vt dicitur, Filius Dei. Si ergo in illum crudelem me præbuero, vindicem haud dubiè habebo Deum, cuius filium ſe eſſe dicit. Audiam proinde ipſe quid de ſe dicat; num fateatur ſe Filium Dei eſſe, necne. Verùm hîc ſciendum eſt, quòd Pilatus nõ cogitauit de Filio Dei, vt decuit: ſed errore gentili inductus, putabat illum filium alicuius Dei gentilis eſſe: Apollinis videlicet, aut Martis, aut alterius alicuius.

SEXTVS.

Ieſus autem reſponſum non dedit ei.

Dominus interdũ ad interrogata reſpondet, interdum non. Vbi tacet, quaſi agnus immolandus pro grege, patientiam præſtat. Vbi verò reſpondet, quaſi Paſtor bonus pro concreditis ſibi ouibus contra luporum latronumq; inſidias pugnat. Auguſtinus ait: *Hoc ſilentium Domini noſtri Ieſu Chriſti nõ ſemel factum, collatis omnium Euangeliſtarum narrationibus, reperitur, & apud Principem Sacerdotum, & apud Herodem, & apud ipſum Pilatũ: vt non fruſtra prophetia de illo præceſſerit: Sicut agnus coram tondente ſe, fuit ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.*

Sed dicat aliquis: An non confeſsio eſt neceſſaria? Cùm interrogaret Pilatus Ieſum de his criminibus, quibus Romanam maieſtatem læſam eſſe, & violatas humanas leges, reſpondit Chriſtus, accuratè diluẽs crimina obiecta. Nam cùm criminarentur eum eſſe ſeditionis autorē, & affectare regnum, reſpõdit: *Meum regnum non eſt de hoc mundo.* Verùm cùm interrogatur à Pilato, num Filius Dei ſit, an nõ: nihil planè reſpondet. Nihil enim hoc referebat Pilati. Atque ita exemplo Chriſti, cùm ſiſtimur corá Iudicibus, prudenter cogitemus quando reſponſio eſt neceſſaria, & quando non. Neceſſaria tacenda non ſunt: alia poſſunt ſine peccato ſileri.

SEPTIMVS.

10 Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nõ loqueris, neſcis quòd poteſtatem habeam crucifigendi te, & poteſtatem habeam abſoluendi te?

Pilatus ſilentio Chriſti offenſus, cũ indignatione ait: *Mihi non loqueris?* quaſi diceret: Quòd aliis ſcilicet aduerſariis & calumniatoribus ad omnia non reſpondeas, non magnoperè reprehendo: verũ ꝙ mihi, mihi inquá, Iudici ac Præſidi Romanorũ, in cuius manu vitæ tuæ & necis eſt poteſtas, non reſpondeas, videris ſalutis tuæ rationē nullam habere: quare quid quæſo ſtultius eſt? Pilatus hîc dupliciter peccat: primùm ſuperbia: deinde iniuſticia. Superbia quidem, ꝙ efferat ſe ſupra alios; propter munus ſibi impoſitum ab Imperatore Romanorũ. Iniuſticia verò eſt, ꝙ ſibi arrogat quod Legis eſt ꝓprium. Legis enim eſt punire ſontem, & abſoluere inſontem, cuius miniſter eſt Iudex. Multos habet tales Pilatos hic vaſtus mundus.

OCTAVVS.

11 Reſpondit Ieſus: Non haberes poteſtatē aduerſus me vllam, niſi tibi datum eſſet è ſupernis: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.

12 Et ex eo quærebat Pilatus abſoluere eũ.

His verbis Dominus ſignificat optimi ſui Patris conſilio, & ſua ipſius promptiſsima voluntate factum eſſe, vt traderetur Pilato mancipio Satanæ, q & Iudæos & Pilatum ad iſtam crudelitatem aduerſus Ieſum impulit. Vt ergo hîc cõſilium Patris ex dilectione, & crudelitas Satanę Iudæorumq; ex odio veritatis concurrunt: ita ſciamus & hodie, quòd tametſi tyranni impellantur à Satana ad crudelitatem aduerſus Chriſtum in ſuis membris: nihil tamen fieri præter conſilium optimi Patris, q ſua ſapientia ita moderatur omnia, vt vel duriſsima quęque cedant filiis Dei in bonum, iuxta dictum Pauli: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Quòd Dominus addit, *Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet:* arguit quidem Pilatum iniuſticiæ, ſed diſcernit inter gradus peccatorum. Nam peccata non ſunt paria, vt Stoici voluêre: ſed diſtinguuntur cauſsis, obiectis, & finibus. Pilatus ex timore peccauit: qui tradiderunt Pilato Chriſtum, ex odio. Pilatus hunc finem habuit, vt non offenderet concilium Sacerdotum: Iudæi, vt Dominus omnino periret cum ſua doctrina. Vtrique peccârunt in Dominum, & in Chriſtum eius, etſi Pilatus libẽter abſoluiſſet Ieſum, quẽ ſibi tradiderant Iudæi. Ideò ait Euangeliſta: *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum.*

SECVNDA PARS.

Iudæi Pilatum volentem Ieſum vt innocentem abſoluere, vrgent vehementius, ac ipſum planè impellunt, vt innocentem militibus crucifigendum tradat. Nam cùm dicunt calumniatores, Pilatum non fore amicum Cæſaris, ſi aſ-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

fectatori regni parcat: victus Pilatus ſatisfacit illorum voluntati.

PRIMVS.

Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimiſeris, non es amicus Cæſaris. Omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari.

Antea accuſârunt Iudæi Ieſum blaſphemiæ & ſeditionis ſeu affectati regni, vt ex verbis Pilati ſuprà collegimus: nunc rurſus ſeductionis & affectati regni crimen innocenti impingunt. Principes Sacerdotum hîc rurſus ſuo more ſub vero principio, videlicet: *Omnis qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari*, falſam hypotheſin ſubſumunt, & concludunt: videlicet Ieſus ſe Regem facit, & propterea contradicit Cæſari. Hoc ergo pacto Pilatum adoriuntur. Qui parcit aduerſariis Cæſaris, affectantibus videlicet imperium, gratiâ Cæſaris excidit, & ſe hoſtem Cæſaris declarat. Tu ergo vide quid feceris. Iſte, quem tibi tradidimus, ſe Regem facit, an non igitur aduerſatur Cæſari, eius imperium affectans? Hæc deteſtanda calumnia fuit Sacerdotum, quâ & grauarũt innocentem Ieſum, cuius regnum non eſt de hoc mundo, & adegerunt Iudicem, vt contra leges, & repugnante conſcientia ſententiam ferret in innocentem. Nos ergo ſi ſimilia pati cogamur, exemplo Chriſti & cauſſę bonitate nos erigamus, nec frangamur multitudine aduerſariorum, nec autoritate & potentia Iudicum territi, veritatem deſeramus.

SECVNDVS.

13 Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithoſtrotos: Hebraicè autem Gabbatha.

14 Erat autem paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta. Et dicit Iudæis: Ecce Rex veſter.

Pilatus, qui lege Iudæorum flecti non poterat, vt occideret quem innocentem iudicauit: ſed, vt ſuprà, turbabatur mentione Filij Dei, vt abſtineret ab eius iniuria, vel inuitis Iudæis: ita hîc rurſus calumnia affectati regni ita perturbabatur, vt vel reluctante conſcientia innocentem damnaret. Verebatur enim ne Sacerdotes magnam ſibi inuidiam apud Cæſarem calũmniis excitarent. Metuebat dignitati & honori ſuo, ne fortè deponeretur ab officio, quod ſine ſuo magno damno & dedecore fieri nõ poſſe cogitabat miſer. Ideò egreſſus Prætorium ſedit pro tribunali in loco editiori, qui in iſtum vſum extructus erat, vt in eo videlicet loco vice Imperatoris Tyberij, & totius Imperij Romani ſententiam ferret.

Loci huius duplex eſt hîc appellatio: vna Græca, altera Hebræa: Græcè λιθόστρωτος, id eſt lapidibus ſtratus, vt locus eſſet mundior. Hebraicè *Gabbatha*, id eſt eminens, ſeu excelſum. Erat ergo locus editior propter commoditatẽ,

A lapidibus ſtratus extra Prætorium, in quo Iudices ſedebant laturi ſententiam, vt & videri & audiri poſſent. Hîc ergo ſe collocat miſer Pilatus, & Ieſum iuxta ſe ſtantem oſtendit Iudæis circunſtantibus, *Ecce Rex veſter*: quaſi diceret, quæ ſigna regia in eo conſpicitis, vbi equites, vbi arma, vbi diadema? Si quid ſtultè ab eo dictum eſt, hoc ſatis luit flagellis, corona ſpinea, alapis, & aliis ludibriis: qua caſtigatione meritò veſtro furori aduerſus illum ſatisfactum eſſe
B deberet.

In hunc modum verba Pilati accipiunt, qui mitius ea interpretantur. At Cyrillus ait: *Alludit populo, cui inſontem ſanguinem ſitienti gratificatur.* Nam cùm ſe collocat pro tribunali, ſe ſententiam ferre velle ſignificat. Iudices enim iudicaturi ſedere debebant: vt quieſcente corpore, mente circunſpicerent accuratiùs cauſſam, ne iniuſtam ferrent ſententiam. Nec rata habebatur ſententia, ſi Iudices ſtando iudicarent.

C Quòd autem additur de tempore, *Erat autem hora quaſi ſexta*: videtur pugnare cum eo, quod Marcus ait: *Erat hora tertia, quando crucifixerunt eum.* Verùm hæc antilogia in hunc modum conciliatur: Quemadmodum noctem tum temporis diuidebant in quatuor φυλακάς, id eſt, cuſtodias, quibus nomina tribuebant ab ea hora, à qua exordiebantur: vt prima cuſtodia, quæ durabat à prima hora initij noctis ad tertiam horam incluſiuè, nomine primæ horæ notaretur.
D Secunda cuſtodia, quæ à fine tertiæ horæ initium ſumpſit, & extendit ſe ad finem ſextæ, tertiæ horæ appellatione ſignificabatur, atque ita de aliis.

Ad eundem modum diem in quatuor diuidebant quadrãtes, quorum ſinguli appellationes eius horæ, à qua exordiebantur, obtinebant. Quicquid ergo fiebat inter primam, à qua initium ſumpſit primus quadrans diei, & tertiam horam incluſiuè, ad primam horam refe-
E rebatur. Quia prima hora initium erat primi quadrantis diei. Ad eundem modum, quia ſecundus quadrans diei incipiebat à tertia hora finiente iam, & durabat ad ſextam incluſiuè, totum illud ſpacium à puncto finientis horæ tertiæ, ad ſextam iam completam, nomine initij iſtius quadrantis appellabatur, videlicet tertia hora. Conuenit ergo optimè inter Marcum & Iohannem. Marcus dicit, Dominum crucifixum fuiſſe tertia hora, ſed indeterminatè: non
F enim certam iſtius quadrantis partem exprimit. Ideò Iohannes interpretatur Marcum, cùm ait: *Erat quaſi ſexta*, hoc eſt, in fine ſecundi quadrantis diei, cùm iam immineret tertius quadrans, qui à ſexta hora, vnde exordiebatur, nomen habuit, cui noſtra duodecima & meridies reſpondet: atque ita pulchrè Iohannes determinat tempus, quod Marcus indeterminatè notauit. Hoc Nonnus paraphraſtes Iohannis eruditè obſeruaſſe videtur, quum præſentem lo-
G cum ſic reddit: ἦν δὲ τιταινομένη τριτάτη θανατηφόρος ὥρη. Non dicit ſimpliciter Nonnus: Erat hora tertia, ſed erat tertia τιταινομένη, id eſt, extenſa,

&

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

& quaſi iam finiens, hoc eſt, vt noſter Euangeliſta ait, *ferè ſexta.* Atque ita Nonnus ſecutus eſt eandem lectionem, quam nos habemus: ſed vt conciliaret Marcum cum Iohanne, ſic eſt locutus. Liranus autem ſic: Secundùm veritatem erat tempus mediũ inter tertiam & ſextam. Medium autem ab vtroque extremo poteſt denominari, & ideò Marcus expreſsit illud tempus medium per horam tertiam: Iohannes verò per ſextam.

De die, quæ dicitur παρασκευὴ Paſchæ, ſuprà dictum eſt, quam Nonnus ex Marco definit προσάββατον, ἕκτη δ' ἦν ἥνπερ οἱ προσάββατον ἔκλεε λαός. id eſt, ſexta dies erat, quam vocabant Proſabbatum.

TERTIVS.

15 *Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Principes Sacerdotum: Non habemus Regem niſi Cæſarem.*

16 *Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur.*

Hîc breuiter rabies Iudæorum petentium Ieſum crucifigi, ironicum reſponſum Pilati exprobrãtis illis tam vilem Regem: inſtantia Principum Sacerdotum dicentium ſe nõ habere Regem, niſi Cæſarem: & condemnatio Chriſti ad mortem crucis, exponitur.

Rabies Iudæorum indicatur clamore. Clamant enim, *Tolle, tolle, crucifige eum.* Cùm ingeminant vocẽ, dicendo Tolle, tolle, ſignificãt quàm impatientes fuerint moræ. Timebant enim ne vel orta ſeditione in populo eriperetur è manibus Pilati violenter, vel ſi non ſtatim ferret ſententiam, & fieret quod petebant, feſto iam imminente poſſet incidere impedimẽtum, vt non fierent voti compotes: atq; ita aliqua occaſione liberaretur Ieſus. Hoc ita figuratum fuit in Lege, quæ iubebat, vt agnum Phaſe cum feſtinatione comederent. Cauſſas huius furoris in Sacerdotibus antea ſępe attigimus, quę fuêre pręcipuè ambitio, hypocriſis & cæcitas: quibus & hodie multi inflammantur aduerſus Ieſum in ſuis membris. Sed ab exemplo Chriſti diſcamus patientiam.

Ironicum reſpõſum Pilati eſt: *Regem veſtrum crucifigam?* quaſi dicat: Hæc veſtra querela eſt, quòd hic homo dixerit ſe Regem Iudæorũ eſſe, in qua re veſtra ſtulticia apparet. Qualis quæſo Rex eſſet iſte miſer. Nihil minus præ ſe fert q̃ perſonam regiam & affectationem regni.

Inſtantia Principum Sacerdotum eſt: *Non habemus Regem, niſi Cæſarem.* Hîc Iudæi reiiciunt imperium Chriſti ſuauiſsimum, & ei præferũt crudeliſsimam Cęſaris tyrãnidem. Ex quo factum eſt, vt & regnum Dei ſit ab illis ablatum, & vltio ſanguinis Chriſti iuſtiſsimè incredibili atrocitate per Romanos ſumpta ſit. De hac populi ſui peruerſitate conqueritur ipſe Deus apud Prophetam: *Duo praua fecit populus meus. Dereliquerũt me fontem aquæ viuæ, & effoderunt ſibi ciſternas diſsipatas, quæ continere non valent aquas.*

Cauſſas antè attigimus. Significatio eſt: cùm Euangeliſta dicit, Principes Sacerdotum clamaſſe: ſignificat eos autores populo fuiſſe, vt deficeret à Chriſto, in quo pręluſum fuit, quod hodie fit à Pontificiis. Illi enim ad præcipitia impellunt ſubditos, vt Chriſto in ſuis membris aduerſentur.

Condemnatio Chriſti ad crucẽ ſignificatur, cùm dicitur: *Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur,* ſcilicet ſuo iudicio & ſententia. Quia enim intelligebat Pilatus eos non poſſe placari, niſi morte Ieſu, impleuit quod volebant. Quare Iudæi multò magis q̃ Pilatus Chriſti interfectores fuerunt, vt qui fuerũt & origo & caput eius impietatis. Ideò Auguſtinus ait: *Ideò illis traditum dicit Euangeliſta, vt eos crimine implicatos, à quo alieni eſſe conabantur, oſtenderet.* Ita enim hypocriſis ſibi perſuadet, ꝙ non ſit rea, ſi per alios quid fecerit, modò ipſa manum abſtineat. Pilatus proinde partim importunitate Iudæorum, partim metu Cæſaris victus, innocentem condemnat. Condemnationis enim euidens ſignum eſt traditio Ieſu. Tradidit enim eum, vt crucifigeretur ſua ſententia & iudicio. Hîc Pilatus, quia Deum potius q̃ homines voluit offendere, hominis gratiam gratiæ Dei antepoſuit: iniuſticiam legibus & iuſticiæ prætulit. Diabolum plus q̃ Deum timuit, condemnat innocẽtem. Atq; ita videmus veriſsimum eſſe Prophetæ dictum, Abacuch 1. *Præualente impio aduerſus iuſtum, egreditur iudicium peruerſum,* quo ſcilicet iuſtus damnatur, & iniuſtus abſoluitur: vt hîc Pilatus abſoluto ſceleratiſsimo latrone Barabba, innocentiſsimũ Ieſum tradit ad crucifigendum. Hunc Pilatum multi hodie referunt, qui etiamſi variis huc illuc impelluntur cogitationibus: tamẽ ad poſtremum Chriſtum in ſuis membris condemnant, abſolutis interea ſceleratiſsimis nebulonibus.

Porrò hîc quæſtionem mouent Theologi & Iuriſconſulti: An Iudex poſsit bona conſcientia iudicare ſecundùm allegata & probata, etiamſi ſciat contrarium verum eſſe. Quidam Iuriſconſulti ſic reſpondẽt: In alieno facto poteſt Iudex bona conſcientia iudicare ſecundùm allegata & probata, etiamſi ſciat contrarium eſſe verum, non autem in proprio facto. Dicunt enim ſufficere Iudici aliorum conſcientia, quę ſi rea fuerit, ipſi viderint. Horum ſententia ſi vera eſſet, Pilatus non damnaretur. Iudicauit enim ſecundùm allegata & probata multorum nobilium & ſapientum vocibus & clamoribus: qui tamen ſciuit Ieſum eſſe innocentem. Sed falluntur Iuriſconſulti, qui ſic ſentiunt. Dominus enim ipſe Pilatum peccaſſe affirmat, vt ſuprà audiuimus. Theologi verò rectiùs, nitentes autoritate Dei, ſic reſpondent: Qui contra conſcientiam facit quolibet modo, peccat mortaliter. Iudex condemnans iuſtum, conſcientiam ſuã vaſtat. Quare immunis à peccato eſſe non poteſt. Vera eſt enim ſentẽtia: *Qui iuſtificat impium,* ſcilicet quem ſcit impium eſſe, *& condemnat iuſtum,* ſcilicet quẽ ſcit iuſtum eſſe, *vterque eſt abominatio coram Domino.* Debet ergo Iudex timens Dei potius quid-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

uis pati, quàm eum condemnare, quem ſcit innocentem eſſe. Nam cum hoc facit, contra propriam conſcientiam, & non contra alienam peccat. Quapropter ſi non poteſt Iudex nec autoritate ſua, nec conſilio falſorum teſtium probationes refellere, vel iudicium ſuſpendat, vel reconciliationi partium ſtudeat, vel rem ad ſuperiorem Magiſtratum, ſi quis eſt, remittat: vel ſi aliter fieri non poteſt, abeat Iudicis officio, potius quàm iudicium Dei peruertat, & ſemper in conſpectu habeat dictum Ioſaphat Regis: *Non hominis exercetis iudicium, ſed Dei: ſi quid iniquius iudicaueritis, in vos redundabit.*

Quæritur præterea: An Iudex poſsit damnare eum, quem nouit nocentem, cùm à nemine accuſatur? Reſpondetur, diſtincta ſunt officia accuſatoris, teſtis & Iudicis. Accuſator intendit crimen, teſtis probat, Iudex accuſationē & probationem examinat, vt cauſſa ritè cognita, iudicet ſecundùm legem, vt miniſter legis & iuſticię executor. Tametſi igitur ſcit Iudex aliquē reum eſſe, qui non accuſatur: tamen non debet eum condemnare. Nam id quod iuſtum eſt in ſe, iniuſtum fit, ſi non fiat legitimè. Quare Iudex conſcius facti, vel relinquat reum diuino iudicio, quod non effugiet: vel ſi publica fama nocentem accuſat, curet Iudex inquiri per alios, vt re tandem cognita per cenſores morum, publicè accuſetur reus, vt malum tollatur de populo Dei.

Præterea quæritur: Si Iudex nouerit eum nocentem eſſe, qui ſiſtitur & accuſatur in iudicio, & accuſator deficit in probatione, poſsitne tum Iudex nocentem damnare, aut non? Reſpondetur quòd non poſsit eum damnare, quia peccaret contra iuris proceſſum legitimum: ſed abſoluere potius, ſine tamen accuſatoris periculo & damno. Etſi enim damnare iuſtum eſt peccatum: tamen iniuſtum aliquando abſoluere, non quidem ſimpliciter, ſed cum denunciatione iudicij diuini, quod nemo ſubterfugere poteſt, licet: quando videlicet ſufficiens non eſt contra illum probatio. Nam occultorum iudicium ſibi Dominus reſeruauit.

Adhæc quæritur, vtrum accuſatus de crimine aliquo, ſi eius criminis reus fuerit, debeat interrogatus mox veritatem fateri, annon? Reſpondetur. Etſi falſum dicere peccatum eſt: tamen verum celare, non ſemper eſt peccatum. Quare accuſatus iubebit contra ſe teſtes adduci, & ſi tunc aliqua vel leuis probatio acceſſerit, debet reus non contradicere veritati, ſed ſupplex potius veniam petere, & ferre legis ſententiam, quàm iudicio Dei reluctari.

Turbat & hæc quæſtio interdum hominis rei conſcientiam: An cùm nullus conſcius ſit eius peccati, quod perpetratum eſt, debeátne ſponte ſe offerre Iudici, & ſeipſum accuſare, vt legibus det pœnas. Reſpondeo. Si celari factum poteſt, ſine eius qui læſus eſt atroci iniuria, non debet ſeipſum infamem reddere, quod cederet aliis in ſcandalum: ſed ſe ſiſtat Deo Iudici, deploret peccatum, confugiat ad veniam, nec deſinat prius, quàm in conſcientia ſua reſponſum de venia acceperit. At vbi factum fuerit atrocius, quàm vt ipſe conſcientiam ſuam in pœnitentia pacare poſsit, conſulat pium aliquem & probū Miniſtrum Euangelij, promiſſo prius ſanctè ſilentio, & ab hoc petat conſolationem tanquam à Dei vicario. Nam qui ſeipſum infamat, nemine prius criminis conſcio, peccat contra Deum, qui vult vt quilibet curam famæ ſuæ habeat, propter tranquillitatem communis ſocietatis.

Quæſtio etiam hæc ſæpe in animos iudicum incidit: An Iudex poſsit aliquem condemnare propter ſcelus, cuius & ipſe reus eſt. Reſpondeo. Diſcernatur inter duplicem perſonam hominis Iudicis, priuatā & publicam. Reus eſt vt priuata perſona, Iudex eſt vt publica. Priuata ergo perſona ad miſericordiam Dei confugiat, & deprecetur apud eum delicti veniam, admonitus alieno peccato. Publica perſona exequatur voluntatem legis, iuxta regulam: *Non hominis exercetis iudicium, ſed Dei.* Sed de hac quæſtione diximus copioſius ſuprà in cap. 8.

TERTIA PARS.

Educitur Ieſus, vt crucifigatur: baiulat crucem ſuam: inter latrones cruci affigitur: titulus, ſeu cauſſa mortis: veſtimenta eius diuiduntur inter milites: Dominus matrem Iohanni Diſcipulo commēdat: ſitit, ac tandem omnibus conſummatis, in cruce moritur.

PRIMVS.

Acceperunt ergo eum, & abduxerunt.

17 *Atque is baiulans crucem ſuam exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè autem Golgotha.*

Ieſus condemnatus educitur, baiulans crucem ſuam ad locum deſtinatum extra vrbem, qui locus in textu Græcè & Hebraicè exprimitur. Græcè τόπος κρανίου, locus Cranij, à craniis illic iacentibus, à malefactoribus detruncatis. Hebraicè Golgotha, id eſt, locus corporum rotundorum & volubilium, cuiuſmodi ſunt crania. In eo enim loco extra vrbem ſolebant ſeditioſi & latrones, aliíque ſcelerati à Romanis ignominioſè ſupplicio affici. Hæc ignominia aliis accedit, vt planè appareat Ieſus nouiſsimus virorum, doloribus plenus, iuxta Eſaiæ vaticinium.

Quòd autem Ieſus ipſe portat crucem ſuam, & deinde eadem crux tradatur Simoni Cyrenenſi portanda poſt Ieſum, non ſine ſingularis myſterij ſignificatione factum eſt. Nam quòd Dominus ipſe ſolus portat crucem ſuam primùm, aliam cauſſam in Iudæis, aliam in Deo habuit. In Iudæis quidem videre eſt, quanta fuerit eorum crudelitas, qui Chriſto Domino pondus ſuæ crucis imponunt, quod de nullo interficiendo, vel ſceleratiſsimo vnquam antea factum eſt, vt coactus ſit portare proprij ſupplicij ignominiā. Sed de latronibus hic refertur, in

A in quorum medio tanquam eorum princeps ignominioſiſsimè trahebatur. In Deo verò cauſa fuit, vt hoc geſtu Chriſti portantis crucem ſuam ſignificaretur, quòd Ieſus ſolus eſſet factus maledictum pro ſuo populo, qui pondus peccatorum noſtrorum in humeris ſuis geſtauit, vt ſolus agnoſcatur victima, qua expiatur peccatum mundi, iuxta illud: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Hìc libet referre Auguſtini dictum, in hunc locum: *Portans crucem ſuam Ieſus, grande ſpectaculum eſt; Sed ſi ſpectet impietas,* B *grande ludibrium: Si pietas, grande myſterium. Si ſpectet impietas, grande ignominiæ documentum: Si pietas, grande fidei monumentum. Si ſpectet impietas, ridet regem, pro virga regni, lignum ſui portare ſupplicij. Si pietas videt regem baiulantem lignum ad ſemetipſum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum, in eo ſpernendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda ſanctorum.*

Deinde quòd crux Chriſti tradatur Simoni Cyrenenſi portanda, ſimiliter aliam cauſam C in Iudæis, aliam in myſterio habuit. In Iudæis cauſa fuit, non quidem vt releuaretur Ieſus. (Nam in hypocriſi nulla eſt miſericordia) ſed vt citiùs veniret ad locum ſupplicij, quo tandem ipſius ignominioſiſsima morte ſatiarentur. Nam cùm viderent Ieſum ſub cruce tanti ponderis premi, vt tardius incederet, obuio gentili crucem Domini impoſuerunt, ne differatur ſupplicium. In myſterio verò ſignificabatur, quòd poſtea ſecuturũ erat. Nam quòd crux D Chriſti imponatur̃ Simoni Cyrenẽſi, h. e. gentili, ſignificat̃ primũ ꝙ gloria crucis Chriſti eſſet auferẽda Iudæis, & transferenda in gẽtes, quæ per ꝑdicationẽ Euãgelij futuræ erãt participes ſalutis per crucẽ Chriſti partæ. Deinde ſignificabatur, ꝙd ſit futurũ membris Chriſti in hoc mundo. Nam vt hic Simon (ſignificat aũt auditorẽ & obedientẽ) fuit baiulus crucis Chriſti: ita oẽs pij auditores Chriſti, & obediẽtes Euãgelio, portabunt Chriſti crucẽ, non vt ſuo merito expiẽt E peccatum proprium aut alienum, ſed vt ſua cruce teſtẽtur ſe diſcipulos Chriſti eſſe. Pij proinde oẽs auditores Euãgelij, animos ſuos præparent ad ferendã crucẽ, & ad varia certamina & pericula, quæ propter confeſsionem ſunt ſuſtinenda, ſint parati; memores dicti Domini: *Qui vult me ſequi, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Nam qui ſequitur Chriſtum, tandem victa crucis ignominia, conſequetur cum Chriſto gloriam ſempiternam, iuxta illud Pau- F li Rom. 8. *Si cum illo patimur, cũ illo etiã regnabimus.*

Figura Chriſti portantis crucem ſuã, fuit Iſaach, qui ligna portauit in humeris ſuis in ſummitatem montis, ſuper quem pater eum propoſuit mactandum in holocauſtum. Gen. 22.

Figura exeuntis Ieſu extra vrbem, fuit crematio animalium extra caſtra, vnde Epiſt. ad Heb. *Quorum animalium ſanguis infertur in ſancta per pontificem, horum corpora cremabantur extra ciuitatẽ: propter quod & Ieſus, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinẽ* G *populum, extra portã paſſus eſt. Exeamus igitur ad eũ, improperiũ eius portãtes.* Reſpicit aũt Apoſtol⁹ ad ſacrificiũ vitulæ rufæ, Leuit. 16. cuius carnes extra caſtra cremabãtur, & ſanguis ꝑ pontificẽ intra Sancta Sanctorum inferebatur, & poſtea in populum aſpergebatur: ſic Dominicum corpus extra portam paſſum eſt, & ſanguis coram Patre in Sancta Sanctorum in cœleſtibus eſt ſublatus, & mundus aſperſione ſanguinis eius ſanctificatus eſt.

SECVNDVS.

18 *Vbi crucifixerunt eum, & cũ eo alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum.*

Crucifigitur Dominus inter duos latrones, & pendet viuus in cruce tres integras horas, videlicet à noſtra 12. vſq; ad tertiã pomœridianã. Quantus autem tum temporis fuerit cruciatus in eius ſanctiſsimo corpore & neruis, nulla lingua effari poteſt. Nam quieſcẽte diuinitate, humanitas atrocitati cruciatuũ ſubiecta erat. Crucifixionis aũt Dñi duæ fuẽre cauſę. Vna, malicia Iudæorũ: altera, iuſtitia Dei. Malitia Iudæorũ tanta fuit, vt non potuerint hypocritæ vllo mitiori ſupplicio quàm ſanguinis, idq; in patibulo crucis, ſatiari. Putabant enim iſta infami & turpiſsima morte poſſe efficere, vt nemo illum poſtea magiſtrum agnoſceret, ſed potius propter infamiam & mortis turpitudinem abominaretur; & quo magis omnes eum in poſterum exoſum haberent, eum inter duos ſceleratiſsimos latrones, tanquam ducem & principem latronum, crucifixerũt. Iuſtitia Dei altera cauſa fuit crucifixionis Chriſti. Voluit enim Deus vt peccatum Adæ & noſtrum, quo nihil turpius, nihil abominabilius, & nihil grauius eſt corã Deo, omniũ turpiſsima, abominabiliſsima & grauiſsima pœna vindicaret̃. Noſtro.n.nomine, nõ ſuo, cruci affixus eſt. Vt ergo crux Chriſti ſũma fuit ignominia, Iudæorũ iudicio: ita ſummũ preciũ corã Deo erat, quo deleta eſt iniq̃tas noſtra, & ſatisfactũ iuſtitiæ diuinæ, atq; adeò ſumma gloria noſtra, ꝙ Chriſto nomina dedimus, & ab eo ſalutẽ expectamus. ideò Paulus ait: *Abſit vt glorier niſi in cruce Dñi noſtri Ieſu Chriſti.* Eſt aũt gloriatio in cruce Chriſti duplex: videlicet fiduciæ & patientiæ. Gloriatio in cruce Chriſti, q̃ fiduciæ eſſe dico, eſt, qñ merito crucis Chriſti gloriamur aduerſus tẽtationẽ deſperatiõis, ob magnitudinẽ peccatorũ noſtrorũ. Gloriatio in cruce Chriſti, quã patiẽtię dixi, eſt, quãdo in quauis afflictione erigimus nos exemplo Chriſti, pendentis in cruce. Nam vt eius crucem gloria excepit: ita & noſtram, modò in fide Chriſti perſtiterimus, gloria excipiet ſempiterna.

Porrò typi & figurę crucis Chriſti multi pręceſſerunt, de quibus verba Auguſtini aſcribam: *In diluuio aquarũ, humanũ genus arca lignea liberauit. De Aegypto Dei populo recedẽte, Moſes mare virga diuiſit, & Pharaonẽ proſtrauit, & populum Dei redemit. Idem Moſes lignum in aquã miſit, & amaritudinẽ eius in dulcedinẽ comutauit. Ex lignea virga de ſpirituali petra, ſalutaris vnda profertur. Et vt Amalech vinceretur, Moſes cõtra virgã expãſis manib. extẽditur. Et lex Dei arcæ teſtamenti creditur ligneæ, vt his omnib. ad li-*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

gnum crucis veniatur. Hæc Auguſtinus. Poſtes & ſupliminaria ſanguine agni phaſe delibuta, crucē Chriſti abſq; omni dubio adumbrabant. Sed omnium maximè illuſtris crucis Chriſti figura fuit æneus ſerpens in ligno ſuſpenſus, quam figuram Chriſtus ipſe applicat ſibi & ſuæ cruci, Ioan. 3. *Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ſic oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

Quòd autem maximè congruum fuerit, vt in lignum ſuſpenſus Dominus ſatisfaceret pro peccato noſtro, in hymno quodam pulchrè à Fulgentio indicatur:

De parentis protoplaſti,
Fraude factum congruens.
Quando pomi noxialis
Morſu in mortem corruit,
Ipſe lignum tum notauit:
Damna ligni vt ſolueret.
Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depopoſcerat:
Multiformis proditoris.
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hoſtis vnde læſerat.

Quòd autem in medio latronum ſuſpenſus eſt, præuiſum fuit ab Eſaia capite quinquageſimotertio: *Cum ſceleratis reputatus eſt, ipſe peccata multorum tulit, & pro iniquis orauit.* Sed quo maior fuit ignominia coram hominibus, eo maior reſurrectionis gloria ſecuta eſt. Hoc mēbra Chriſti cogitēt, cùm vt blaſphemi, furioſi & ſeditioſi à mundo condemnantur.

De ſignificatione Chriſti inter latrones ſuſpenſi, Auguſtinus ſic ait: *Ipſa crux, ſi attendis, tribunal fuit; in medio enim iudice conſtituto, vnus qui credidit, liberatus: alter qui inſultauit, damnatus eſt; iam figurabat quid facturus eſt de viuis & mortuis: alios poſiturus ad dexteram, alios ad ſiniſtram.*

Præterea etſi tres tantum ſunt hîc cruces, vna in qua Dominus ipſe ſuſpenſus eſt, reliquæ duæ in quibus latrones erant ſuſpenſi: tamen quia Dominus & ſuam propriam perſonam hîc ſuſtinet, & noſtram, quatuor crucis formæ hîc intelliguntur. Prima, reſpectu perſonæ propriæ Chriſti, eſt crux planè innocentis, quæ ad μαρτύριον refertur. Secunda, reſpectu perſonæ noſtræ, quam in ſe Dominus ſumpſerat, eſt crux, quæ λύτρον dicitur, & ſola meretur hác laudem, quòd ſit precium redemptionis noſtræ. Tertia, crux fuit dextri latronis, qui in cruce Deo reconciliatus eſt per fidem in Ieſum Chriſtum. Huius crux etſi propriè τιμωρία fuit, (ſoluit enim legibus debitas pœnas) tamen per accidēs, quia iam reconciliatus erat Deo, fit δοκιμασία & cultus Deo gratiſsimus. Quarta, crux fuit ſiniſtri latronis iuſtiſsima τιμωρία, quæ erat præludium crucis ſempiternæ. Atq; ita picti ſunt quodammodo in his crucibus fines perſecutionum & afflictionum hominum in hac vita.

Porrò quod Ieroſolymæ ſit paſſus & crucifixus Dn̄s, præfiguratum fuit in ſacrificiis, q̄ nullibi fieri debebant, niſi in ciuitate Ieruſalē; quæ ſacrificia figurabāt Chriſti paſsionem, vnicum, verum & propitiatorium ſacrificium, debere Ieroſolymis fieri.

TERTIVS.

19 *Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM.*

20 *Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus erat Ieſus. Et erat ſcriptū Hebraicè, Græcè, & Latinè.*

21 *Dicebant ergo Pilato principes ſacerdotum Iudæorum: Noli ſcribere Rex Iudæorū, ſed quòd ipſe dixerit: Rex ſum Iudæorum.*

22 *Reſpondit Pilatus, Quod ſcripſi ſcripſi.*

Mos erat Romanis cauſſam mortis affigere cruci, in qua aliquis facinoroſus ſuſpenſus erat, idq; duabus de cauſsis, vt videtur. Prima, vt omnibus ſpectatoribus notum fieret, quòd iuſtè fuiſſet de aliquo ſumtum ſupplicium. Secunda, vt ſpectatores terrerentur, & exemplo admonerentur, ne in ſimilem pœnam propter ſimilia facinora incurrerent. Hunc morem vtilem & laudabilem ſeruauit Pilatus; ſed ita titulum formauit, vt & à ſe transferret culpam in Iudæos, qui Ieſum per calumniam accuſarūt affectati regni, & quodammodo innocentem declararet. Hoc animaduertentes principes ſacerdotum, ægrè ferunt. Petunt igitur vt Pilatus ſcripturam mutet, ſcribatq; in hunc modum: *Hic dixit, Rex ſum Iudæorum.*

Sed age quid eſt diſcriminis inter has orationes: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorū,* &; *Hic dixit, Rex ſum Iudæorum?* Permultum ſanè. Nam hic titulus, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum:* eſt confeſsio iudicis de Chriſto, quæ tametſi ironica eſt, ſi animum Pilati ſpectes: tamē veriſsima eſt in proprio verborum ſenſu. Verùm hæc oratio; *Hic dixit, Rex ſum Iudæorum:* accuſatio eſt & notatio criminis affectati regni. Verùm Pilatus, qui ſtatuit Chriſtum innocentem eſſe, noluit mutare titulum, manu Dei ipſum reprimente. Quare dixit conſtanter; *Quod ſcripſi, ſcripſi.* quaſi dicat: Quod ſcripſi, ſenſi; & quod ſenſi, ſcripſi, nec mutabo quicquam. Quod autem Pilatus hîc nihil voluit in gratiá ſacerdotū facere, ſignificat quòd Deus voluerit hunc titulū in probrū contumaciū Iudæorū, & in decus fidelium extare perpetuum.

Iam ad titulum veniamus, qui continet ſummá Euágelij. Sunt autem quatuor voces in hoc titulo, quæ diligentiſsimè piis mentibus perpendendæ ſunt.

Prima, IESVS. Hoc nomen Ieſus filio Dei contento in vtero virginis, imponendum eſſe, Angelus mandato Dei præcipit, quo & poſtea in circūciſione nominatus eſt, Luc. 2. idq; ideò, vt ſignificaretur hoc nomine, cur filius Dei aſſumſerit humanam naturá, nimirum vt ſciretur quòd ſit Deus ſaluator ſeu ſaluás. Ieſus .n. iuxta Etymologiá receptam in eccleſia, idē eſt quod Domi-

Dominus,ſeu Deus Saluator à יה, id eſt, Deus, & ישע ſaluauit. Significatur ergo hoc nomine, quòd Ieſus ſit Deus & homo Saluator populi ſui. Ideò Angelus matri dixit, vt eſt Luc. 2. *Quod naſcetur à te ſanctum, vocabitur Filius Dei.* Et Angelus Ioſeph apud Matthæum dicit: *Hoc factũ eſt vt adimpleretur quod dictum eſt à Dño per Prophetã, dicentem: Ecce virgo impręgnata pariet Filium, & vocabit nomen eius Immanuel, id eſt nobiſcum Deus.* Fuit quidem Deus cum Patriarchis & Patribus, ſed aliter fuit cum his, de quibus Propheta hoc dicit; quia conuerſatus eſt cum ijs in carne, & audiuerunt eum viua voce loquentem, & viderunt miracula facientem, morientem, reſuſcitatum à mortuis, & aſcendentem in cœlos. Congruunt ergo hæ appellationes Ieſus, & Immanuel, ſi rem ſpectes.

Porrò huius noſtri Ieſu, i. Dei Saluatoris, typus fuit Oſeę filius Nun, cognominatus à Moſe Ieſus ſeu Ioſua. Hic.n. & nomine & facto figurá noſtri Ieſu geſsit. Nam vt is Amalech, qui typus erat diaboli, vicit & liberauit populum ab hoſtib. carnaliter: ita Ieſus Deus Saluator noſter, reipſa Deus & Saluator eſt. Saluat enim populum ſuum à peccatis eorum.

Obſeruãdum eſt ꝙ Angelus nõ dicat abſolutè ſaluabit populũ, ſed addit ſuũ: ſignificás populũ Ieſu eſſe eos tantũ, q̃ fidẽ & ſpem ſuá in eo ponũt. Et cũ addit, *à peccatis eorũ*, interpretat̃ primá ꝓmiſsionẽ de ſemine cõtrituro caput ſerpẽtis. Cùm ergo dicit̃ Ieſus, i. Deus Saluator, ſciamus nos hoc nomine admoneri, ꝙ Ieſus noſter liberet à peccato, & ſpiritualia & æterna bona ſuis adeferat. Ná liberati à peccato, à iure mortis exẽti ſunt. Si ſunt exẽti à iure mortis, abſq; omni dubio vita beata, & ꝑpetua fruent̃. Hoc ꝓinde nomẽ Ieſus ſit impreſsũ cordib. piorũ. Non eſt enim aliud nomẽ datũ ſub cœlo, in quo oportet nos ſaluos fieri. Plura in Catechiſmis legantur.

Secunda, NAZARENVS. Matthæi 2. dicitur: *Quia habitauit in vrbe quæ dicitur Nazareth, vt impleretur quòd dictum eſt per Prophetas: Nazarenus vocabitur.* Hîc teneatur regula: quod tribuitur typo Chriſti vt typo, id verius Chriſto tribuitur quàm typo. Cùm ergo dicitur de Samſone typo Chriſti, Nazareus Dei erit puer iſte, veriſsimè de Ieſu dicitur, quòd eſſet Nazarenus vocádus, non quidem in typo, vt Samſon, ſed in veritate. Huc reſpexiſſe Matthæus videtur. Poſſunt autẽ quinq; cauſæ numerari, propter quas Deus Pater voluit Filium ſuum dici Nazareũ, ſeu Nazarenum, quas ordine proponam & declarabo.

Prima, quia Nazarenus eſt nomẽ gentile, hoc eſt eorũ hominum, qui habitabát in ciuitate Nazareth. Nam Nazareni dicebátur incolę ciuitatis Nazareth, vt q̃ in hac vrbe habitant, Hafnienſes dicuntur. Voluit aũt Deus hac appellatione filij admonitos oẽs pios, vt ſciát ſe peregrinos in terra eſſe. Vt enim ipſe Ieſus non potuit habitare in vrbe propria Bethlehẽ, ſed coactus eſt peregrinari in Ægyptum, & inde redire in Iudæam, & habitare in Nazareth: ita ipſius mẽbra ſimilem fortunam experiẽtur, & nuſquam A tutò habitabunt, niſi apud Nazarenos, id eſt, homines ſeparatos ab inquinamentis huius mundi, & cõſecratos Deo. Nam vox Nazareus idem ſignificat, quod ſegregatus à mundo, & conſecratus Deo.

Secũda cauſſa cur Pater voluit Ieſum Nazareum vocari eſt, vt hac appellatione ſignificaretur qualis fuerit vita eius & mores. Etſi autem Dominus non erat Nazareus legalis: tamen veritate, id eſt, vita & moribus Nazareus fuit. Na- B zareus legalis, id eſt, conſecratus ſecundùm legẽ Moſis: Primùm abſtinebat à vino inebriante, & eſu vuarum dulcium. Deinde abſtinebat à raſura capitis & barbę. Tertiò abſtinebat à contactu rerum immundarum. Horum primo ſignificabatur abſtinentia à voluptatibus & illecebris carnis: Secundò, à ſuperbo corporis cultu. Tertiò, ab immundis operibus Diaboli. Adhæc debebat Nazareus legalis certis ceremoniis, ablutionibus, & oblationibus conſecrari Deo, qua C conſecratione ſignificabatur ſpiritualis copulatio hominis cum Deo: quæ copulatio vt fide fit, ita in vera obedientia cernit̃. Chriſtus aũt fuit Nazareus in veritate. Nam nõ ſolũ ab omnib. illecebris carnis, & ſuꝑbo cultu corporis, & ab immundis operib. Diaboli abſtinuit; verũetiá totũ ſe conſecrauit Deo in vera fide, & perfecta obedientia, nõ animalia offerẽs, ſed ſeipſum in hoſtiã Deo perfectè acceptá. Multò igitut meliori iure Ieſus Chriſtus dicẽdus erat Nazareus, q̃ illi D qui ſecundùm legem nominabantur Nazarei.

Tertia cauſſa, cur Nazareus dictus ſit Dñs, eſt adumbratio officij ipſius. Nam huius Nazareni Ieſu Chriſti officium eſt, vt alios omnes qui ſegregantur ab immundicia mundi, ſanctificantur & conſecrantut Deo, ipſe ſolus ſeparet, ſanctificet & conſecret, id quod contingit omni in eum credenti. Nam fide ſeparamur, ſanctificamur, conſecramur. vbicunq; enim fides eſt in corde hominis, ibi adeſt Spiritus Ieſu Nazareni, E ſeparans, ſanctificans & conſecrans.

Quarta cauſſa cur Pater voluerit filiũ ſuum Nazarenum dici, eſt eminentia Ieſu, & dignitas eius inter fratres ſuos, hoc eſt Iudęos alioſq; homines quoſuis. Nã vt Ioſeph Gen. 49. dicitur Nazareus fratrũ ſuorũ, quia videlicet eminebat ſupra illos honore & dignitate: ita Chriſtus iure dicitur Nazareus omnium hominũ reſpectu. Ipſe enim vt verus Deus & purus homo, verus Rex & Dominus, præeminet omnibus Angelis F & hominibꝰ, verè Dñs dominátiũ, & Rex regũ.

Quinta cauſſa, cur Ieſus Nazarenus ſit cognominatus, eſt ſignificatio imitationis. Nam vt ipſe Nazareus eſt: ita & omnes qui ſunt in ipſius corpore, id eſt, credentes, Nazarei eſſe debent, hoc eſt, ſegregati ab inquinamentis mundi, & cõſecrati Deo ꝑ fidẽ in Ieſum Chriſtũ. Hæc imitatio Nazareatus Chriſti, vſitatè dicitur ſanctificatio, q̃ eſt ſegregatio hominis à ꝓphanitate & G immũditia gentiũ ꝑ mortificationẽ carnis, & cõiũctio eiuſdẽ cũ Deo ꝑ fidẽ viuá, amorẽ ſincerũ, inuocationẽ ardentẽ & morũ innocẽtiá. In ſanctificatione hac verus Chriſtianiſmus conſiſtit,

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

qui definitur eſſe imitatio Dei & Chriſti, & qui A ea præditus eſt, in ſcripturis dicitur ſanctus, ſegregatus, electus, conſecratus Deo, &c. Proinde nos qui ita ſumus facti Nazarei imitatione, ſemper abſtinebimus à porco, id eſt, ab omni immundicie carnis, & offeremus pecudes, mactabimus in nobis beluinos affectus, & nos ſuper aram Chriſti Deo offeremus in hoſtiam placentem, cauētes ne Dalila noſtra nos decipiat, atq; ita robur noſtrum amittamus, quemadmodum Samſoni accidit. Capite enim eius abraſo per B concubinam Dalilam, id eſt, violato voto Nazareatus, indulgens carni, amiſit vires, & venit in poteſtatem hoſtium, qui ipſum pro libito afflixerunt. Ad eundem modum Chriſtianus voto Chriſtianiſmi, id eſt, Nazareatus ſui, violato cōtumaciter, amittit vires ſpirituales cōtra hoſtes ſuos, carnem, mundum & diabolum, vt hoſtes ipſi iam pro ſua libidine ei dominentur. Verùm vt creſcentibus pilis, id eſt, iterato voto per pœnitentiam, Samſon rurſus colligit vires, quibus C hoſtes ſuos ſuperauit: ita homo quilibet ſi poſt violatum fœdus baptiſmi, redit ad votum per ſeriam pœnitentiam ſeu conuerſionem ad Deū per fidem in Ieſum Chriſtum, recuperat rurſus vires, q̃bus ſpirituales ſuos hoſtes ꝓfligabit. Verùm quāto cū periculo & dāno violat̃ votū Nazareatus noſtri, in Sāſonis exemplo videre eſt. Quare nos ei⁹ exēplū cogitātes, cautiores ſimus.

Tertia vox in titulo eſt, *Rex*. Eſt autem Rex D nomē dignitatis, officij & poteſtatis, & comparatur Soli. Nam vt Sol dignitate, ſplendore, efficacia, vt naturæ rex prǣminet: ita regis eſt ſubditis quaſi prælucere dignitate, officio, poteſtate, vt eius ſubditi benè beateq; viuant.

Verùm vt regnorum, ita & regum diſcrimina ſunt maxima. Eſt regnum ampliſsimum terræ cœliq; ambitu contentum, cuius rex vnicus eſt Deus. Sunt regna mundi, quorū reges ſunt homines terreni. Verùm hîc obſeruandum eſt, quòd principio ſingulæ familiæ ſingulos reges E habuerunt, vel natu maximos, vel conſilio, prudentia, ęquitate præſtātiſsimos. Aliquantū poſt multis familiis cœpit idē rex imperare. Deinde vni eidēq; regi plures reges parebant, quos populus duces ſibi rectoreſq;, & veluti ſpeculatores publici cōmodi cauſa eligebat. Poſthęc creſcēte ambitione & auaritia, armati potētia plures terras & nationes ſinguli reges occuparunt, & ſubiugatos ſibi victos reges, titulo regio ſpoliarunt, aliis atq; aliis nominibus eos vocantes. F Eſt regnum tenebrarum, quod impropriè regnum dicitur. Eſt enim ſumma tyrannis, cuius rex eſt diabolus. Eſt regnum lucis, cuius rex eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus; rex regum & Dn̄s dominantiū. De hoc rege Deus pater teſtatur, cùm ait Pſal. 2. *Ego conſtitui regē meū ſuper Sion montē ſanctū meū.* Et Pſal. 110. *Sceptrum regni tui emittes de Sion, dominare in medio inimicorum tuorum.* Hic rex Ieſus Chriſtus quia ſpiritualis eſt, ſpiritualis eſt etiā ipſius gubernatio, q̃ in his cōſiſtit G potiſsimū. Primū, colligit ſibi regnū, hoc eſt Eccleſiā, nō armis carnalib. Nā regnū eius non eſt carnale: Sed voce Euangelij, in qua eſt efficax A ſpiritus ſanctus, idq; facit omnib. temporib. mūdi, ſimul reprimens regem tenebrarum diabolum, qui ἄσπονδον πόλεμον aduerſus eccleſiā, id eſt, Chriſti regnum gerit. Secundò, liberat eos qui ſibi homagium præſtant, & Regem agnoſcunt, à triſtiſsima ſeruitute diaboli, à peccato & æterna morte, donatq; ſua iuſticia. Horum beneficiorum magnitudinem nulla lingua ſatis prædicauerit. Tertiò, ſanctificat ſuos dato Spiritu B ſancto, id eſt, ſeparat eos à prophanitate mundi, copulat eos Deo, vngit eos in reges & ſacerdotes ſpirituales, atq; adeò filios Dei facit. Quartò, mirabiliter defendit ſuos contra ſpirituales nequitias & inſidias, & ſæpè eos in hac vita contra omnium expectationem eripit è maximis periculis, & ſi quos, vt ſæpè fit, ſinit interfici à diaboli mēbris: tamen ipſis ita adeſt ſuo ſpiritu, vt potius victores q̃ victi videātur. Quintò, regit eos verbo & ſpiritu ſuo in hac vita, & paſcit eos pa- C ne cœleſti, & ipſis in hora mortis adeſt, vt eorū animas ad ſe recipiat, miniſterio ſanctorum angelorum. Sūt enim Angeli adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſsi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Hinc Luc. 16. ſcribitur de Lazaro, quòd ſit deportatus ab Angelis in ſinum Abrahæ. Sextò, reſuſcitabit ſuos à morte in extremo die ad vitam & gloriam ſempiternam. Hunc ergo regem Ieſum Nazarenū agnoſcamus, adiungamus nos ipſius regno, id eſt, ec- D cleſiæ, fide, confeſsione, & officiis, & ab eo omnia ſalutaria expectemus; certò perſuaſi, quòd exitus omnium perſecutionum huius vitæ ſit futurus nobis glorioſus, modò ad finem vſq; in fide perſtiterimus, iuxta dictum: *Diligētibus Deū omnia cooperantur in bonum.*

Cæterùm ſi quis velit numeris & certis notis diſtinguere inter regnum Chriſti, & regna mūdi; ſciat diſtinctionem longè clariſsimam poſitā eſſe in his quatuor: in perſona regia: in forma E gubernationis: in beneficiis: & in ſtabilitate.

Si perſonas ſpectas, rex noſter Ieſus Nazarenus, eſt Deus & homo, purus ab omni peccato, ſemper viuens: At reges mundani ſunt miſeri homines, quorum ſpiritus egreditur, & reuertuntur in terram, atque tunc omnes cogitationes illorum peribunt.

Si formam gubernationis conſideras, regna mundi opibus & exercitibus præeminent, vt in officio ſubditos continere poſsint: At Chriſti F regnū gubernatur voce Euāgelij, per quā Deus eſt efficax, & multos regenerat ad vitā ęternam.

Si beneficia cogitas, regū mundi ſumma beneficia ſunt, pax corporum, & externa diſciplina: At Chriſti regni beneficia multo maiora ſunt: videlicet, remiſsio peccatorū, iuſticia, adoptio, donatio Spiritus ſancti, & vita æterna.

Si ſtabilitatē cogitas, regna mūdi trāsferūtur propter hominū iniquitatē: verùm regnū Chriſti ſtabile eſt, vt quod à Deo patre cōſtitutū eſt, G cui & Angelus teſtimonium perhibet, cùm ait: *Regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis.* Nō igit̃ dubitemus eccleſiā, i. regnū Chriſti

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

manſurum eſſe, etiamſi fractus illabatur orbis.
Hac ſpe nos aduerſus diabolum & eius mẽbra
erigamus, cùm audiamus Papas & mundi ty-
rannos minari ſe Chriſti regnum abolituros.

Quarta vox tituli, eſt *Iudæorum*. Prædicatur
enim rex Iudæorvm, non carnalium, ſed ſpiri-
tualium: Sunt enim Spirituales Iudæi omnes
qui à Paulo veri Iſraelitæ, & filij non carnis, ſed
promiſsionis, qui agnoſcunt & confitentur hũc
Ieſum ſuum eſſe regẽ, cuius regni non erit finis.
Nõ enim ſucceſſorem habet, quia ipſe viuit rex,
& manet in æternum.

Quòd autem Euangeliſta addit titulum ſcri-
ptum eſſe Græcè, Latinè & Hebraicè, partim fa-
ctum eſt propter peregrinos, qui tum aderant
plurimi ex Romanis, Græcis, & incolis Iudææ:
partim propter ſignificationem. Significabat e-
nim hic titulus variis linguis ſcriptus; Ieſum eſ-
ſe regẽ nõ vnius certæ gentis, ſed omniũ. Gen-
tiũ. Nã ex omnib. gentibus & nationibus, poſt
reſurrectionem miniſterio Euangelij collectu-
rus erat ſibi regnum, id eſt, eccleſiam.

QVARTVS.

23 Milites ergo cùm crucifixiſſent Ieſum,
acceperunt veſtimenta eius (& fecerũt qua-
tuor partes, vnicuiq; militi partem) & tuni-
cam. Erat autem tunica incõſutilis à ſummo
contexta per totum.

24 Dixerunt ergo inter ſe, non ſcindamus
eam, ſed ſortiamur de ea cuius ſit, vt ſcriptura
impleretur, dicens: Partiti ſunt veſtimenta
mea ſibi, & ſuper veſtem meam miſerunt ſor-
tem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Chriſtus vt volens crucifixus eſt: ita & ſpon-
te nudatus, corpus ſuum nudum probris homi
nũ expoſuit, idq; tribus potiſsimùm de cauſis.
Primùm, vt ſatisfaceret pro peccato primorum
parentũ, qui perſuaſi à diabolo, veſte innocen-
tiæ & ſanctitatis nudati ſunt, ſuperbiſsimè affe-
ctantes diuinitatis gloria veſtiri. Deinde, vt ipſe
noſtram veſtẽ verã, qua appareamus ornati co-
rã Deo faceret. Tum vt nos cũ gloria olim ſiſta-
mur corâ tribunali iuſti iudicis, luce immorta-
litatis veſtiendi: *Victus*, ait Ambroſius, *eſt Adam,*
qui veſtimenta quæſiuit, vicit ille qui veſtimenta de-
poſuit. Et talis aſcendit, quales nos authore Deo natura
formauit: Qualis in Paradyſo homo primus habitaue-
rat, talis in paradyſum homo ſecundus intrauit.

Milites crucifixores Chriſti quatuor, accepe
runt prædam veſtimenta Ieſu. Diuiſio enim in
quatuor partes, numerum carnificum indicat.
Euangeliſta meminit prędictionis ex Pſal. 22. vt
prædictio cum euentu collata, fidem cõfirmet:
Hæc omnia, inquit Cyrillus, *prædicta erant, vt rerũ*
euentibus ipſum eſſe qui venturus erat, crederemus.

Diuiſio veſtiũ Chriſti, lacerationẽ ſcripturæ,
& tranſlationẽ bonorũ Eccleſiaſticorũ ad pro-
phanos vſus ſignificat. Incõſutilis tunica haud
dubiè matris artificiũ fuit, quæ eſt imago Eccle
ſiæ, quæ Eccleſia debet Chriſtũ in ſuis mẽbris

A veſtire. Deinde, vt tunica Chriſti ſciſſa non eſt,
ſed de ea ſortiti ſunt: ita nec Eccleſia ſcindi de-
bet, quæ in vnitate fidei tota conſiſtit. Vnde Be-
da: *Accipitur per veſtẽ incõſutilem Dñi deſuper texta,*
vnitas fidei & charitatis; quæ deſuper texta eſt, quia à
Deo prius proceſsit, qui prior nos ſic dilexit, vt Filiũ ſuũ
Vnigenitũ pro nobis daret. Et hæc veſtis non ſcindi-
tur, quia vnicuiq; fidei vnitas daᵣ non ſciſſa, ſed
integra daᵣ. Et ſors ſuper eã mittitur, q̃a nulli
per meritorũ elationẽ, ſed per gratiã ſolam, quę
B per ſortem intelligitur, daᵣ. Chryſoſtomus pu-
tat ideò Iohannem meminiſſe tunicæ inconſu-
tilis, vt oſtenderet vilitatem veſtimentorum Ie-
ſu. Non enim erant ad ſuperbiam, ſed ad ne-
ceſsitatem comparata. Ieſum ergo & nos ſequa
mur in veſtimentorum vſu.

Cæterùm hìc iuxtà cogitemus: primũ quòd
veſtis qua tegitur corpus humanũ, ſit teſtimo-
nium nuditatis primorũ parentũ & noſtræ, i. ca
rẽtia ſapiẽtiæ, libertatis, atq; adeò imaginis Dei
C & virtutum omniũ. Secũdò, q̃ veſtis noſtra ſit
ſignum reatus noſtri propter peccatum. Hæ co
gitationes monere debent nos, ne luxu veſtiũ
ſuperbiamus. Tertiò, admoneamur de duplici
veſte animæ, videlicet maculata & nigra, mun-
da & candida. Maculata & nigra eſt immundi-
cia & reatus, quæ veteris hominis nomine ſigni
ficatur. Munda & candida eſt, regeneratio ſiue
noua obedientia, ſiue ſanctificatio, qui nouus
homo dicitur. Quartò, admoneamur deponen-
D dam eſſe nigram & maculatam illam tunicã, &
induendã eſſe candidam illam, videlicet Ieſum
Chriſtum, cuius indumẽti typus eſt baptiſmus
ñoſter. Hæc veſtis ita induẽda eſt, vt Chriſti me
rito, iuſtitia, præſentia & ſanctificatiõe Spiritus
in hac vita veſtiti, nõ nudi inueniamur in die il-
lò corã tribunali iuſti iudicis, q̃ tum dabit nobis
nouũ veſtimentũ, non conſutum, ſed integrũ, i.
gloriã immortalitatis, cuius luce, quæ nunquã
deficiet, pij ſunt in oẽm æternitatẽ veſtiẽdi. Præ
E terea ẽt prælusum eſt hoc facto militũ, q̃d eſſet
futurũ Chriſto in ſuis mẽbris ante extrema tẽ-
pora. Hypocritę q̃ ſe iactant gubernatores & co
lumnas Eccleſię eſſe, pſequẽtur Chriſtũ in ſuis
mẽbris, & organis diaboli, quib. ad hoc vtũtur,
p̃dam relinquent poſſeſsiones piorũ, quos inter
ficiẽt. Sed vt Chriſtus poſt reſurrectionẽ gloria
& honore cœleſti indutus eſt, & factus diues ſve
ris poſſeſsionib. ita pij ſciãt ſe pro præſenti igno
minia & ſpoliatiõe bonorũ recepturos eſſe cœ-
F leſtes honores, & nunquam deſituras diuitias.

QVINTVS.

25 Stabant autem iuxta crucem Ieſu ma-
ter eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ,
& Maria Magdalenæ.

26 Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem & di-
ſcipulum quem diligebat, dicit matri ſuæ:
Mulier, ecce filius tuus.

G *27 Deinde dixit diſcipulo; Ecce mater*
tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus
in ſua.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Duo in hoc articulo ſunt in primis obſeruáda. Vnum de conſtantia harum trium mulierũ, & eius diſcipuli, qui aſtabat, id eſt Iohannis. Alterum de commendatione, qua Dominus Iohanni diſcipulo commendat matrem ſuam.

Conſtantia harum mulierum & Iohannis, qui ſimul aderant iuxta crucem, alijs notis Domini procul ſtantibus, duobus quaſi fulcris innititur: videlicet prædictionib. de Chriſti morte & reſurrectione, & ſpe euentus ſecuturi. Significat autem hæc conſtantia harum mulierũ & Iohannis, quòd Chriſtus in ſuis membris afflictus, ſit habiturus aliquos etſi paucos, qui nõ ſunt eum deſerturi in cruce. Hæ mulieres vtut erant Chriſto addictæ, nequaquam tamen aſtitiſſent tam ignominioſæ cruci coram mundo, niſi intus Spiritu Dei fuiſſent confirmatæ de gloria crucem Ieſu exceptura. Neque enim dubitandum eſt, in ipſis ingentem luctam fuiſſe ſpei & timoris. Spes ex fide prędictionum Chriſti de ſua morte & reſurrectione fouebatur: Timor rurſus ex calamitate præſenti, & ſenſu carnis ſuboriebatur. Hæc lucta haud dubiè in illis durabat vſque ad Chriſti glorioſam reſurrectionem: ſed tamen ſemper fides, etſi admodũ languida erat, erexit ſe contra ſenſum carnis, & fomenta ſpei ſubiecit. Dum ergo nos videmus Chriſtum in ſuis membris varijs affici modis, non dubitemus quin aliquando rurſus glorioſus appareat. Conſtanter proinde teneamus fidem, quæ eſt victoria mundi per Ieſum Chriſtum, qui ignominioſam ſuam mortem glorioſa reſurrectione commutauit.

Factum Chriſti in cruce, commendantis Iohanni matrem ſuam, continet doctrinam, exẽplum, & ſignificationem allegoricam.

Doctrina eſt, quòd Ieſus hìc doceat, quòd iſe reſuſcitatus à mortuis, non debeat humano more, & corporali viſibiliq; præſentia conuerſari inter homines, ſicut antea fecerat: ſed quòd poſthac aliam victurus ſit vitam, & conuerſaturus in cœlo cum caſtiſsimis ſpiritibus, & beatorum animabus. Nam ſi fuiſſet iterum conuerſaturus humano more inter ſuos, nequaquá matrem tutelæ diſcipuli tradidiſſet.

Exemplum proponitur in Chriſto pietatis liberorum erga parentes, quæ pietas vt in Chriſto experte peccati perfectiſsima erat: ita debet ſuo modo lucere in omnib. qui ſe Chriſti membra agnoſcunt. Siquidem omnis Chriſti actio, noſtri eſt inſtructio. Nam cùm dicit Dominus matri ſuæ, *Ecce filius tuus:* ſenſus eſt, Is qui tibi aſtat diſcipulus meus, ſit tibi poſthac loco filij, illum foueas ac complectaris vt filium: me enim poſthac præſentem in carne non habebis. Et cũ dicit diſcipulo quem diligebat, *Ecce mater tua:* ſenſus eſt: iſta mulier (mulier hoc loco ſexum notat) ſit tibi poſthac vice matris, geras erga illam affectum filij, illam foueas, conſoleris, eiq; de neceſſarijs proſpicias. Hoc pietatis exemplũ Filius Dei pendens in ara crucis, vult omnibus commendatum eſſe, & vult vt hæc pietas ſeu στοργὴ ſit reciproca: ne cum ab vna parte malignè deficiat, ab altera iuſtè deſerat. Chriſtus ſuos Iudæos vt fratres vera ſtorga complexus eſt: at cũ illi malitioſè à naturali ſtorga defecêre ſine reſipiſcentia, Chriſtus eos iuſtè deſeruit.

Quidam hìc ex vocabulo mulieris extruunt hanc doctrinam, videlicet, quòd in negocio ſalutis non ſit diſcrimen inter matrem Domini, & alios homines apud Chriſtum. Omnes enim in ſe credentes, pari affectu complectitur Chriſtus. Hæc doctrina confirmatur reſponſo Chriſti, Matthæi capite duodecimo. Nam cùm Dominus loqueretur turbæ, & quidam diceret, *Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes tibi loqui:* ipſe reſpondens dixit illi, *Quæ eſt mater mea? & qui ſunt fratres mei? & extenſa manu ſua in diſcipulos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quiſquis enim fecerit voluntatem Patris mei, qui eſt in cœlis, ipſe frater & ſoror & mater mea eſt.* Verùm an illa doctrina, etſi veriſsima eſt, huc appoſitè ſatis accommodetur, neſcio. Nam Dominus hîc non ratione officij loquitur, ſed ex humano affectu. Pari quidem amore complectitur omnes credentes Filius Dei, ſi officium Mediatoris ſpectes: ſed hoc officium naturalem affectum filij erga matrem abolere non potuit.

Significatio allegorica eſt, mater Ieſu imago eſt Eccleſiæ: Iohannes diſcipulus repræſentat Eccleſiæ curatores & gubernatores. Vt ergo mater Ieſu commendatur Iohanni, & Iohannes rurſus commendatur matri Ieſu: ita Eccleſia à Filio Dei commendatur pijs gubernatoribus, & miniſtris Euangelij, vt eius ſint veluti nutricij, ipſius curam gerentes: & pij miniſtri Euangelij & gubernatores viciſsim cõmendátur Eccleſiæ, vt ea loco filiorum eos habeat, foueat, cõplectatur. Vbi hæc mutua ſtorga eſt inter Eccleſiam, & eos quibus eius cura demandata eſt: ibi verus eſt amor, vera concordia & benedictio Dei. At vbi miniſtri Euangelij & gubernatores ſua quærunt, in locum veri amoris, concordiæ & benedictionis, ſuccedit odium, diſcordia, maledictio. Vtinam huius mali non tam multa apud multos extarent exempla.

SEXTVS.

28 Poſtea ſciens Ieſus, quòd omnia iam conſummata eſſent, vt compleretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas igitur erat poſitum aceto plenum.

29 Illi verò impleuerunt ſpongiam aceto, & hyſſopo, & impoſitam admouerunt ori eius.

Hìc duo conſideranda ſunt, videlicet crudelitas crucifigentium Ieſum, & ſitis Ieſu. Crudelitas eſt, quòd Ieſu morti adiudicato, & variis modis afflicto & ſitienti, ex ingentibus dolorib. & cruciatib. præbent potum, non qui mitiget dolorem, ſed qui adaugeat contra leges iſtius populi. Lyranus enim ſcribit, ſtatutum fuiſſe apud Iudæos, vt vinum aromaticum & optimũ daretur condemnatis ad mortem, vt cruciatus fortiori animo tolerarent, idque dicit ſtatutum

eſſe

eſſe ex mandato Salomonis, qui Prouerb. 31. ait: *Date ſiceram mœrentibus, & vinum ijs qui amaro ſunt animo.* Sed Iudæi & ſtatuto veteri, & mandato Salomonis ſpreto, dant Ieſu amariſsimum vinum felle & aceto mixtum, vt magis ipſum crucient, id quod diu antea prędictum fuit à Dauide Pſalm. 69. Hæc ergo prædictio congruens cum euentu, ad fidei confirmationem facit. Etſi autem hæc crudelitas damnanda eſt in Iudęis: tamen conſilium Dei hic adorandum eſt, qui voluit Adam ſecundum luere pœnas dulcis iſtius liquoris, quem primus Adam ſuxit ex pomo vetito.

Sitis Chriſti hoc loco duplex eſt cogitanda. Vna naturalis; altera ſpiritualis. Naturalis Chriſti ſitis erat non ſolum ex vſtione cordis & pulmonis: verũ etiam ex ſenſu iræ diuinæ, propter peccatum totius mundi, quod in ſe ſuſceperat. Vt ergo ingẽtes cruciatus & dolores vrunt cor & pulmonem, & optimos ſuccos in toto corpore, & medullam in oſsibus deſiccant: ita & ſenſus iræ Dei multo vehementius hanc ſitim auxit. Bernhardus ait: *Per totum corpus ſacrati ſanguinis effuſione ſiccatus oſſa habuit, ſicut cremium are facta.* Reſpicit autem Bernhardus ad dictum Pſalmi: *Oſſa mea ſicut cremium ſeu torris aduſta ſunt.* Vt enim in torre ſeu titione nihil ſucci reliquũ eſt: ſic in mœſticia orta ex ingentibus cruciatibus corporis, & à ſenſu iræ Dei, villi cordis aſtringuntur, & fit arefactio natiui caloris, & tãdem cor arefactũ extinguitur. Qua re nihil durius eſſe poteſt. Siquidem nullus dolor extremę ſiti conferri poterit.

Sitis ſpiritualis Ieſu fuit ardentiſsimum deſiderium noſtræ ſalutis. Multò enim magis noſtram ſalutem ſitiuit, quàm refocillationẽ cordis ſui in iſtis ingentibus doloribus. Huc facit Bernhardi dictum: *Puto quòd hoc liquido immenſitatem nobis ardentiſsimæ charitatis voluit commendare, quia ab homine ſitiente multò ardentius deſideratur potus, quàm cibus ab eſuriente.* In ſe ergo oſtendens Dominus Ieſus deſiderium illius rei, quæ ardentiſsimè concupiſcitur, per illam figurari ardorem ſuæ charitatis oſtendit. Sitis ergo Chriſti, ſymbolum fuit ardentiſsimi deſiderij ſalutis noſtræ. Hinc proinde monemur noſtri officij, vt nos etiam ſalutem propriam ſitiamus, quam tam ardenter ſitiuit dulciſsimus Ieſus. De hoc noſtro officio admonet etiam Bernhardus, cùm ait: *Imitetur quilibet fidelis anima ſponſum ſuum dulciſsimum Ieſum, tantæ amaritudinis poculum ſitientem, pro ipſa pariter & bibentem; & ſicut ipſa etiam pro ipſo ebibat per aduerſa præſentia, ſitiat quoq; & ipſum dulciſsimum ſponſum ſuum, cuius dulcedinem ex amaritudinibus præſentibus melius poterit conſiderare, maliſq; exhauſtis propter eum confidentius ipſum ſitire poterit, & dicere cum Propheta: Sitiuit anima mea ad te fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? & iterum: Sitiuit tibi anima mea quam multipliciter tibi caro mea. Tu enim dixiſti: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.*

Significatum etiam hîc eſt, quid facturi ſint hypocritæ Chriſto in ſuis membris in extremis
A temporibus. Propinabunt ei vinum amarum, felle & aceto mixtũ: hoc eſt, omnis generis moleſtias Chriſto in ſuis membris inferent. Sed pij exemplo Chriſti ſe ſuſtentent.

SEPTIMVS.

30 *Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit; Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit Spiritum.*

B Duo ſunt etiam in hoc articulo: videlicet teſtificatio Chriſti de conſummatione, & mors Ieſu. Teſtificatio Chriſti de conſummatione eſt hæc vox morientis; *Conſummatum eſt.* Loquitur autem hîc Dominus more Scripturæ. Nam id quod ſtatim & certiſsimè conſummandum erat, conſummatum pronunciat.

Eſt autem dictum de triplici conſummatione intelligẽdum; quarum prima fuit dolorum & cruciatuum Chriſti, qui in cruce conſummati
C ſunt. Mors enim Chriſti in cruce, conſummatio omnium cruciatuum, & dolorum ipſius erat. Non enim exiſtimandum eſt quòd anima Chriſti, vt nonnulli ſomniant, poſt mortem nouis doloribus conflictata ſit, aut paſſa apud inferos. Dicunt enim quidam: vt in corpore paſſus eſt pro noſtris corporib. redimendis: ita in anima apud inferos paſſus eſt, vt animas noſtras redimeret. Sed nos ſciamus quòd quemadmodum Adam homo perfectus anima & corpore
D coniunctis peccauit: ita oportuit ſecundum Adamum anima & corpore coniunctis ſatisfacere pro peccato Adæ & noſtro. Negare Ieſum in anima paſſum eſſe & in horto & in cruce, extrema dementia eſt. In horto tanti fuerunt dolores animæ Chriſti, vt diceret: *Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem,* & deinde ſanguineas guttas ſudaret. In cruce tentatus, dixit: *Deus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me.* quod dictum non eſt deſperantis. Deum enim ſuum Deum fatetur: ſed lu-
E ctantis cum triſtiſsima tẽtatione: nec loquitur, vt quidam malè ſentiunt, de ſeparatione vnionis, ſed de ſeparatione defenſionis. Hi ergo dolores animę Chriſti, verè fuerunt dolores inferni, id eſt tanti, vt hominem facilè interimerent. de quibus in Pſalmo prædictum fuit: *Dolores inferni circumdederunt me.* Non ergo dubitandum eſt quin maiores fuerint cruciatus animæ Chriſti, quàm corporis. Quanto enim maior eſt vis animæ, quàm corporis: tanto grauiores ſunt, qui a-
F nimo quàm qui corpori inferuntur cruciatus.

Secunda conſummatio, de qua hîc loquitur Chriſtus, eſt impletio omnium ſcripturarũ de paſsionibus Chriſti. Quę enim de Chriſto omnes Prophetæ prædixerant, per mortem & reſurrectionem Chriſti impleta ſunt, quantũ quidem ad ipſius perſonam attinet. Nam in membris ſuis multa adhuc paſſurus eſt ante extremum diem, quo die omnes lachrymas abſterget ab oculis ſuorum.

G Tertia conſummatio, de qua Dominus hîc loquitur, eſt ſatisfactionis. Nam Chriſti paſsio & mors ſufficiens λύτρον eſt, & ſacrificium pro-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

pitiatorium ab omni parte abſolutum, adeò vt nihil planè illi deſit: *Dedit ſeipſum*, ait Paulus, *ἀντίλυτρον pro peccatis noſtris, Mediator inter Deum & nos conſtitutus.* Et alibi: *Tradidi enim vobis in primis quod accepi, quòd Chriſtus mortuus ſit pro peccatis noſtris ſecundùm ſcripturas.* Hoc ergo dicto, *Conſummatum eſt;* Dominus condemnat ingratitudinis & impietatis omnes qui ſuas ſatisfactiones & compenſationes huic Chriſti λύτρῳ aſſuere conantur. Nos igitur grata mente huius beneficij magnitudinem agnoſcamus in vera fide, obedientia & patientia.

Alterum quod hic Euangeliſta narrat, eſt mors Chriſti, quam definit ſeparationem Spiritus à corpore. Vt autem hanc mortem dignè æſtimemus, circumſtantiæ plures ſunt cogitandæ: videlicet quis ſit mortuus; ſecũdùm quid; quare ſit mortuus, æſtimatio huius mortis coram Deo; quibus hæc mors vtilis ſit; & quæ ſit eius vera meditatio vſusque in tota vita. Sed hæc breuiter attingemus, quæ aliàs fuſius explicantur.

Quis eſt mortuus? Filius Dei mortuus eſt, ad cuius mentionem tota natura exhorreſcit. Illo enim pendẽte in cruce tres horas, ante mortem Solis ecclipſis contra naturæ ordinem facta eſt, & durauit à ſexta ad nonam, vnde tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Moriente autem Domino, velum templi ſciſſum eſt, terra mota eſt, petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt, multi ex hoſtibus Chriſti conuerſi ſunt, adeò vt dicãt; *Hic homo iuſtus fuit, & verè filius Dei.*

Secundùm quid mortuus eſt? Chriſtus paſſus eſt carne. Nam ſecundùm proprietatem naturæ ſola caro mortem ſenſit; ſecundùm vnionem autem perſonæ Deus mortuus eſt, ſicut in Actis dicitur: *Deus acquiſiuit ſibi Eccleſiam ſuo ſanguine,* quia perſona verbi in carne eſt, quæ mortis diſpendium ſenſit. Etſi igitur paſsio & mors propriè pertinet ad carnem ſecundùm naturam, ad λόγον tamen ipſum ſecũdum perſonam, quia & verbi & carnis vna eſt eademq; perſona. Etſi igitur paſsionem ſola caro ſenſit: paſsionis tamen & mortis iniurias etiam diuinitas pertulit.

Quæ eſt æſtimatio huius mortis coram Deo, & vnde? Aeſtimationem & precium paſsionis & mortis Domini, id eſt, ſacrificij ſummi ſacerdotis, oſtendit author epiſtolæ ad Hebræos, capite nono: *Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorũ exhaurienda peccata.* Item: *Sanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel peractam.* Item: *Vna oblatione conſummauit in æternum ſanctificandos.* Sed vnde hæc æſtimatio? Ab vnione perſonali. Ideò enim paſsio & mors Chriſti eſt perfecta oblatio, quia eſt & voluntaria, & eius hominis qui eſt Deus.

Quibus vtilis eſt hęc Chriſti paſsio & mors? Etſi ſufficiens precium eſt pro peccatis totius mundi: tamen illis ſolis accõmodatur, qui Chriſtum recipiunt & in eum credunt, ac perſeuerant in fide vſq; ad finem.

Quæ eſt vera meditatio paſsionis & mortis

A Domini? Quia de hac circumſtantia in primo capite dictum eſt, huc ſolummodo dictum Epiſtolæ ad Hebræos aſcribam, quod ſummam rei continet: *Habentes fratres, fiduciam introeundi in ſancta per ſanguinem Ieſu, via quam dedicauit nobis recentem & viuam per velum, id eſt, carnem ſuam & ſacerdotem magnum ſuper domũ Dei, accedamus cum vero corde in certitudine fidei, aſperſi cordibus à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus confeſſionẽ ſpei inflexibilem. Fidelis enim eſt qui promiſit,* B *& conſideremus nos mutuo in æmulationem charitatis & bonorum operum, non deſerentes aggregationem noſtram.* Auguſtini dictum memorabile eſt: *Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, precium redimentis. Corpus habet inclinatum ad oſculandum: Brachia extenſa ad amplexandum; totum corpus expoſitũ ad redimendum. Hæc quanta ſunt cogitate. Hæc in ſtatera cordis veſtri appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui totus pro vobis fixus fuit in cruce.*

C

QVARTA PARS.

Poſtremæ partis huius capitis duo ſunt mẽbra. Primum, de apertione lateris Chriſti, vnde exiuit ſanguis & aqua. Secundum de ſepultura Domini. De his membris breuiter dicemus.

DE PRIMO.

31 *Iudæi ergo, quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbatho. (Erat enim magnus dies ille Sabbathi)* D *rogauerunt Pilatum, vt frangerẽtur eorum crura, & tollerentur.*

32 *Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus erat cum eo.*

33 *Ad Ieſum autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.*

E 34 *Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & contiuo exiuit ſanguis & aqua.*

35 *Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius: & ille ſcit quòd verè dicit, vt & vos credatis.*

36 *Facta ſunt enim hæc vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis in eo. Et rurſus alia Scriptura dicit: Videbunt in quem* F *pupugerunt.*

Hypocritæ colantes culicem, & deglutientes Camelum, quia in lege ſcriptum eſt, *Si quis fuerit ſuſpẽſus in ligno, non pernoctabit cadauer eius in ligno: ſed in eadem die ſepelietur, ne contamines terram tuã.* Rogant Pilatum vt frangantur ſuſpenſorũ crura, idq; ideò, vt ex dolore fractionis crurum citius expirent, & mortui ſepeliantur. His obtemperans Pilatus mittit milites, qui videntes adhuc ſpirare latrones vtrinque ſuſpenſos, frege- G runt eorum crura: qui mox ex doloris vehementia extincti ſunt. Verùm vt Ieſum viderunt mortuum, non putabant frangenda eſſe

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A eius crura, ſed vnus acceſsit, & lancea latus aperuit, vnde effluxit ſanguis & aqua. Hæc omnia diuino facta ſunt conſilio, etſi homines de eo nihil cogitarunt. Mandatum erat in lege Exodi 12. de agno phaſe, qui typus erat Chriſti: *Os non comminuetis in eo.* Significat ergo Iohannes, quòd Chriſtus fuerit verus agnus, quem agnus phaſe adumbrabat, ſicut & Paulus cum ait: *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Nam id quod de typo prædictum erat, Iohannes rectiſsimè veritati accommodat. Quæ enim typis tribuun- B tur vt typis, verius antitypis conueniunt. Et Zach. 12. prædixit: *Videbunt in eum, quē pupugerunt.* Quo dicto Iohannes indicat non ſolum eſſe cōpletum in Ieſu, quod ibi prædictum erat à Propheta: verumetiam quòd is cui hæc fierent, eſſet verus Deus Iſraelis, quemadmodum textus apud Zachariam clariſsimè oſtendit. Hic proinde euentus reſpondens prædictionibus ad confirmandām fidem de Ieſu: videlicet, quòd verè C ſit agnus Dei tollens peccata mundi, & verè ſit Deus Iſraelis & promiſſus Meſsias, pertinet.

Quòd autem aperto latere Chriſti mortui ſanguis & aqua effluxerit, ſingulare myſterium eſt. Quare eius quaſdam figuras recitabo, & accommodabo ad noſtros vſus.

Aperitur latus Adæ dormientis, & eximitur coſta, ex qua formatur Adæ ſponſa: Chriſto in cruce iam mortuo aperitur latus, indeq; promanat ſanguis, vnde naſcitur & viuificatur Eccleſia, & aqua, vnde recens nata veluti lauatur. Sic D enim Auguſtinus ait: *Vt in exordio generis humani de latere viri dormientis coſta detracta eſt, vt fœmina fieret (Chriſtum & Eccleſiam tali facto iam tunc prophetari oportebat.) Sopor quippe ille viri, mors erat Chriſti, huius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum eſt; atque inde ſanguis & aqua profluxit, quæ ſacramenta eſſe nouimus, quibus ædificatur Eccleſia.*

Oſtium in latere arcæ Noæ factū, per quod E ingreſsi in arcam ſaluati ſunt in diluuio, adumbrabat vulnus lateris Chriſti, quod eſt ianua patefaciens rectam & compendiariam viam ad vitam beatorum.

Foramen petræ, in quo ſtat Eccleſia, & tegigitur aduerſus fulmina iræ Dei, & ignita tela Diaboli, Exodi cap. 33. *Ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeat.*

Eſt & hoc vulnus fons vitæ. Nam ex hoc vulnere quaſi quodam ſancto auguſtoque fonte, manat omnis Eccleſiæ ſalus, redemptio & F conſolatio.

Præterea vt ex petra in deſerto non effluxit aqua, priuſquam percuteretur à Moſe: ſic niſi Chriſtus vera petra percuſſus fuiſſet, & de ſancto eius latere ſanguis & aqua manaſſet, vniuerſus mundus ſitim verbi Dei patiens, interijſſet. Breuiter, eo quòd ſanguis & aqua de latere Domini exiuit, indicatur à morte Chriſti eſſe omnem peccatorum expiationem expectandam, quam ſanguine fieri oportuit: tum G Spiritum Sanctum aquas viuas illas, quibus in totum fideles mundantur, & ad omnem pietatem fœcundantur. Sanguis igitur ille manans de latere Chriſti, eſt λύτρον perfectiſsimum, emundans nos ab omni peccato: & aqua, eſt Spiritus Sanctus, ſanctificatio & dulciſsima cōſolatio. fidelis ergo anima, dum ex coſta Chriſti haurit ſanguinem & aquam, vitam & conſolationem haurit, ideò Chryſoſtomus ait: *Vide vt tanquam ex coſta Chriſti bibiturus accedas.* Addamus huc etiam Bernhardi dictum.

Salue latus Saluatoris,
In quo latet mel dulcoris,
In quo patet vis amoris,
Ex quo ſcatet fons cruoris,
Qui corda lauit ſordida.

Porrò hîc quæſtio agitari ſolet de Deitate Chriſti, cùm anima nunc erat in Paradiſo cœleſti, comite latrone dextero, & corpus erat in terris mortuum, & ſepulturæ tradendum; An diuinitas ſeparata ab vtroque, id eſt, ab anima & à corpore Chriſti fuerit iſto triduo, vel an fuerit coniuncta animæ, & ſeparata à carne? Reſpondeo. Eccleſia ſemper retinuit hanc veram ſententiam, quòd diuina natura nec ab anima migrante in paradiſum, nec à corpore mortuo iacente in terris diſceſſerit. Sic enim Damaſcenus ait: *Etſi mortuus eſt vt homo, & ſancta eius anima à corpore eius diuiſa eſt; tamen Deitas inſeparabilis ab vtroque permanſit. Neque iſta vna ὑπόστασις in duas diuiſa eſt.* Item: *Quod ſemel aſſumpſit λόγος, nunquam poſtea dimiſit.* Et Fulgentius ait: *Licet in Chriſti morte carnem morientem anima deſeruit; Deitas tamen Chriſti, nec ab anima, nec à corpore ſeparata eſt.* Et Leo Romanus: *Tanta eſt vnio Dei & hominis, vt nec ſupplicio poſsit dirimi, nec morte diſiungi.* Conſtans ergo ſententia Eccleſiæ eſt, quòd nec à corpore, nec ab anima Chriſti vnquam ſeparata ſit diuina natura Filij Dei poſt aſſumptionem, & tamen reuera hæc perſona, quæ eſt Chriſtus, mortua eſt, quia anima à corpore eſt ſeparata.

Quomodo, inquies, fieri potuit vt & animæ, quæ erat in paradiſo, & corpori quod erat in terra, diuina natura vnita fuerit. Longiſſimis enim locorum ſpacijs à ſe diſsita ſunt paradiſus & terra. Reſpondeo. Auguſtinus ait: *Totius trinitatis proprium eſt, vt vbique ſit tota per ſpacia locorum non diuiſa.* Hoc enim inter alia diſcrimen eſt inter naturam creatam, & increatam. Creata omnis aut loco certo circumſcribitur, ſi eſt corporea; aut loco definitur, ſi eſt ſpiritualis, ideò in vno ſolo loco ſimul & ſemel eam eſſe oportet. Increata autem natura, qualis eſt ſola diuina natura, quia nec circumſcribitur, nec definitur loco, vbique ſimul eſt. Natura ergo Filij Dei diuina, quia infinita atque ideò vbiq; præſens, potuit & vniri animę Chriſti, quæ erat in Paradiſo, & corpori ipſius, quod iacuit exangue in terra. Verùm ſi natura diuina Chriſti fuiſſet finita (quod repugnat Deitati) vt humana, nequaquam potuiſſet fuiſſe vnita vtrique ſimul, id eſt, animæ & corpori mortuo Chriſti. Quapropter cùm diuina natura ſit infinita, id eſt, ſimul vbique præſens tota, nulla di-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

uulſio euenit, nec ex ſeiunctione animæ & corporis Chriſti, nec ex diſtantia locorum. Quemadmodum enim perſona Chriſti tota & impartibilis habitat & in nobis credentibus, qui hic ſumus, & in aliis, qui per ſpacia locorum à nobis longiſsimè abſunt, ſine diſtractione diuinitatis: ita eadem natura Filij Dei, & animæ Chriſti in paradiſo, & corpori eius mortuo vnita erat, ſine diuinitatis diuulſione. Hoc tametſi nec ſenſus humanus, nec ratio capit: tamen fides, quæ verbo Dei nititur, ſic eſſe firmiſsimè ſtatuit.

Hîc iuxtà teneatur diſcrimen modorum præſentiæ Deitatis. Sunt autem tres modi præcipuè. Primus: Quælibet perſona diuina eſt vbique eſſentia, potentia, præſentia, iuxta ſcripturam; *Cœlum & terram ego impleo.* Neque cûm ſit ſimpliciſsima natura diuina, atq; ideò impartibilis, dicendus eſt Deus habere aliá partem in cœlo, & aliam in terra: ſed totus in cœlo, & totus in terra, non alternis temporibus, ſed vtrũq; ſimul, quod nulla natura creata poteſt. Secundus: Deus eſt non ſolum eſſentia, potentia, præſentia, ſed etiam inhabitatione, & κοινωνίᾳ in ſanctis, hoc eſt in credentib. ſed ſeparabiliter, iuxta promiſsionem Chriſti: *Veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus.* Item: *Manete in me, & ego in vobis.* Item: *Chriſtus habitat in cordibus credentiũ.* Tertius: diuina natura Filij nõ ſolum eſt in humana natura Chriſti eſſentia, potentia, præſentia & inhabitatione, verumetiam perſonali vnione (quæ perſonalis vnio qualis ſit, fruſtra conamur in hac vita perſpicere) vt idem Chriſtus ſit & verus Deus & verus homo. Humanitas ergo Chriſti propter hanc vnionem perſonalem excellit omnem ſubſtantiam creatam, adeò vt homo Chriſtus verè dicatur vbiq; eſſe ratione perſonæ, etſi non naturæ, ſicut pia antiquitas ſemper docuit.

Quæritur quoque, An Chriſtus iam mortuus, fuerit verus homo. Reſpondeo. Magnum diſcrimen eſt loqui de alio quouis homine, & de homine Chriſto. Quiuis alius homo cũ morit̃, ſeparatur anima à corpore, vt nullo amplius nexu cohæreant anima & corpus. Verũ cũ Chriſtus mortuus eſt, etſi anima & corpus ſeparata erant, atq; ideò vera mors erat: tamen vnionis perſonalis nexu cohærebant, vt vita noſtra verè fuerit abſcondita in Chriſto etiam mortuo. Atq; inde eſt quòd ſanguis & aqua, manátes de latere mortui, efficaces ſint ad ſalutem credentium. Alij ſimplicius reſpondent, cûm dicunt Chriſtum in iſto triduo fuiſſe hominem materialiter, quia verè & anima & corpus extitit; in reſurrectione autem reuerſa anima in corpus formaliter, vt eadem omnino maneret natura humana, quæ antea fuit, mutatis conditionib.

DE SECVNDO.

38 Poſthæc autem rogauit Pilatum Ioſeph Arimathienſis, qui erat Diſcipulus Ieſu, ſed occultus propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Ieſu, idq́; permiſit Pilatus.

39 Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturã myrrhæ & aloes ad libras fermè centum.

40 Acceperunt ergo corpus Ieſu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.

41 Erat autem in eo loco, vbi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum nouũ, in quo nondum quiſquam poſitus erat.

42 Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quòd in propinquo eſſet monumentum, poſuerunt Ieſum.

Vt Eſaias prædixit paſsionem Chriſti ignominioſiſsimam: ita ipſius ſepulturá glorioſam prænunciauit. Vt enim Deus voluit filiũ ſuum ignominia mortis ſatisfacere pro peccatis mundi: ita voluit ſepultura glorioſa innocentiá perſonæ Chriſti declarare. ita enim Eſaias ait: *Et erit ſepulcrum eius glorioſum.* Quod dictum & ad ſepeliendi modum, & ad reſurrectionis gloriam accommodari debet. Vt autẽ omnia diſtinctius declarentur, hæc ordine dicemus.

Primum: De Ioſeph & Nicodemo, qui ſepulchrales honores Chriſto exhibebant.

Secundum: De modo cultus ſepulchralis.

Tertium: De loco ſepulturæ.

Quartum: De ſepulchro ipſo.

Quintum: De tẽpore quo in ſepulcro iacuit, quibus breuiter fructus & vſus adiicietur.

DE PRIMO.

Ioſeph & Nicodemus, viri nobiles, prædiuites, & diſcipuli Dñi, ſed occulti ꝓpter metũ Iudæorũ, Chriſto mortuo ſepulchrales honores exhibẽt, vt grati diſcipuli benemerito magiſtro. De Ioſeph narratur ꝙ fuerit conſul ſeu ſenator, vir honeſtus, bonus, iuſtus, & expectans regnũ Dei, qui non conſenſerat in mortem Ieſu. de Nicodemo ſcribitur, quòd fuerit Phariſæus, princeps Iudæorum, quòd acceſſerit Chriſtũ nocte, vt ab eo diſceret, & quòd poſtea oppoſuerit ſe Phariſæis Chriſtum contra legem condemnare volentibus, Ioh. 7. Hi tanti viri, honeſti & nobiles, ſepulchrales honores Chriſto mortuo exhibent, quem viuentum confiteri non audebant. Ex quo apparet, quanta virtus mortis Chriſti fuerit, quæ adeò audaces reddidit hos viros, vt non vererẽtur extrema pericula ſubire propter ipſum. Illi ergo diuinitus excitati & confirmati, donatum ſibi corpus Ieſu à Pilato accipiunt, vt non veniret in manus impurorum carnificum, qui latronum corpora ignominioſè in fœtidos puteos abiicere ſolebant. Hos viros nobiles & diuites imitemur, & in confeſsione neceſſaria, & in curandis membris Chriſti.

DE SECVNDO

Cùm Ioſeph, haud dubiè not⁹ Pilato, vt nobilis cõſul, abiret petitũ corp⁹ Ieſu, Nicodemus mixturam myrrhæ & aloes ad libras ferme 100. parat, atq; ita ambo veniũt, deponũt ſuis manibus Chriſti corpus de cruce, lauant, aromatibus

precio-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

precioſis condiunt, & linteis mundis obuincũt more Iudæorum. Iudæi enim & exemplo Patriarcharum, & propter ſpem reſurrectionis, nobiliores conditos aromatibus ſepelierunt. Vulgaribus enim hominibus iſtum honorem exhiberi facultates non permittebant. Atq; hi duo honeſti viri honorificentiſsimè ſuum magiſtrum ſepeliunt.

DE TERTIO.

Quòd Dominus in horto herbis & arborib. conſito, ſepultus ſit, nõ caret myſterio. Nam vt Adam in horto ſuperbiuit: ita Chriſtus in horto ſoluto precio pro peccatis mundi quieuit. In horto itaq; ſepultus eſt Dominus, ad deſignandum quòd per mortem & ſepulturam ipſius liberemur à morte, quã incurrimus propter peccatũ Adæ, in horto paradiſi commiſſum. Vnde Cyrillus ait: *In horto eſt ſepultus, vt ſignificetur recurſus ad Paradiſum morte Chriſti præparatus.* Deinde quoq;, vt ſignificetur quàm copioſus fructus prouenturus ſit ex ipſius morte & ſepultura ad omnes eos, qui in ipſum crediderint.

DE QVARTO.

Sepulchrum in quo poſitum eſt corpus Domini, fuit lapideum, nouum, alienum, pertinẽs ad virum iuſtũ & bonũ. Lapideum, ne diceret à Iudæis, quòd diſcipuli Dñi corpus eius per cauernas terræ extraxiſſent. Nouũ in quo nullus antea fuit ſepultus, ne calumniarentur aduerſarij Chriſti, alium aliquem reſurrexiſſe, & non ipſum Chriſtum. Cyrillus addit: *Monumenti nouitas, nouum atq; inauditum de morte ad vitam reditũ ſignificat.* Alienum, quia pro aliis ſepultus eſt. Ita enim Auguſtinus ait: *Sepultus eſt in ſepultura aliena, quia pro aliena moriebatur ſalute.* Pertinebat ſepulchrum hoc ad Ioſeph virum bonum, iuſtum & diſcipulũ Domini. Quare ſignificatur, quòd ſepultura Chriſti ſit ſalutaris omnibus fide iuſtificatis, hoc eſt, diſcipulis Chriſti. Hoc Domini ſepulchrum etiam hodiè manet inuiolatum diuina prouidentia. Tametſi enim Turcæ illud conſeruant quęſtus gratia. (nam non parum lucri inde habent à Chriſtianis, qui eò religionis gratia ſe conferũt:) tamen Deus vult illud extare, vt ſit monumentum hiſtoriæ mortis, ſepulturæ & reſurrectionis.

DE QVINTO.

Tempus, quo in ſepulchro quieuit Dominus, vnà computato tempore mortis ante ſepulturã, 40. ferè horarũ fuerit. Trib. n. horis integris & paulo plus curatũ eſt funus & ſepulturæ traditũ. Deinde per totũ ſabbathũ, i. 24. horis, & ſequẽti nocte, i. 12. horis, q̃euit in ſepulchro. Quadraginta ergo fermè horæ ſunt à morte ad reſurrectionẽ Dñi, & tres reputãtur dies, quia tribus horis & paulo vltra ex die Veneris, & toto Sabbatho, & dimidio diei primæ hebdomadis lapſis, reſurrexit iuxta Scripturas. Verũ quia maximum quietis tẽpus Chriſti in ſepulchro & p̃cipuũ fuit Sabbathũ legale, eius rei ſunt inquirendæ ratiões. Nam illa per Sabbathũ quies nõ caret myſterio. Iudaicum Sabbathũ reliquis diuinitùs ordinatis feſtis excelluit, propter ſignificationes in primis conſiderandas. Admonebat enim Iudæos de tribus reb. videlicet de præteritis, de præſentib. & futuris: quarum cogitatio mirum in modum augebat & confirmabat fidẽ in ſanctis, de quibus breuiter dicemus.

Primùm, admonebat Sabbathum legale Iudæos de reb. præteritis, videlicet de quiete Domini ab operibus creationis, de prouidẽtia Dei, & de fine hominis creati ad imaginem Dei. Hęc enim ſimul cogitanda ſunt. Creatio monebat & Deũ eſſe fontẽ omnis boni, & ab eo omne bonũ eſſe expectandũ. Prouidẽtia excitabat ad inuocationẽ & gratiarũ actionẽ. Finis hominis creati ad imaginẽ Dei, dignitatem hominis commẽdabat, ſimulq; ſignificabat nihil eſſe indignius homine, quàm aliquid facere quod cũ fine creationis ipſius pugnaret.

Deinde, Iudaicum ſabbathum admonebat Iudæos de reb. præſentibus, in quib. videlicet occupati eſſe deberent die ſabbathi; videlicet de quiete corporis ab operib. ſeruilibus, & de occupatione animi in operib. ſanctis, q̃bus videlicet & Deus ſanctificaretur, & animus hominis purgaretur. Abſtinentia ſiquidẽ à ſeruilibus operibus corporis, ſymbolũ erat vacationis animi à peccatis, quibus ſeruus redditur animus. Scriptura ergo commendans Iudæis obſeruationẽ ſabbathi, voluit eos ita animis comparatos eſſe, vt & omnis carnis affectus in ipſis quieſceret, & ſe totos Deo cõſecrarẽt. Nã, vt interdicebatur Iudæis ne ſua opera facerent in ſabbato: ita imperabatur ipſis, vt opera Dei facerent, quę ſanctificationis voce, propter finem quò pertinent, ſignificantur.

Tertiò, Iudaicum ſabbathum admonebat Iudęos de quiete Domini in ſepulchro, futura per diem ſabbathi, de quiete eccleſię in gratia noui teſtamenti: de quiete triumphantis eccleſiæ in gloria, id eſt, de perpetuo ſabbathiſmo ſanctorũ. Hic aũt in primis particula quietis Domini in ſepulchro per ſabbathum conſideranda eſt. Quemadmodũ itaq; Deus perfecto opere creationis cum ſuo ornatu die ſexta, quieuit die ſeptima; ita filius Dei peracto opere ſaluationis in cruce die ſexta, quieuit ſeptimo die in ſepulchro. Sciamus ergo admirandam quietem Domini in morte & in ſepulchro fuiſſe obedientiã filij Dei veteri ſabbatho adumbratam, & arcano conſilio Dei inde vſq; à creatione rerum decretam: quæ ſanè Chriſti quies in ſepulchro, & obedientia, & cauſſa fuit, & ſignificatio futuræ reſurrectionis noſtræ. Nam hæc admiranda quies & obedientia Chriſti in ſepulchro, meruit nobis reconciliationem & vitam æternam, & noſtram mortẽ fecit iam quietem Deo placentem, & iter ad vitam æternam. Quemadmodum enim ſex dies pręcedentes ſabbathũ ſignificant ſex millia annorum, in quibus mundus laborat, & variis calamitatibus premitur: ita ſabbathum Domini æternam quietem ab omnibus laboribus ſignificat poſt hanc vitam. Hæc ergo ingens vtilitas diligenter conſide-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

retur. Sine Chriſto mortui homines iacuiſſent & iacent in ſepulchro: ſed morientes in Chriſto iacuerunt: & iacent in ſepulchro Chriſti, immò nos omnes ſtatim, poſtquam in hac vita facta eſt conuerſio ad Deum, iacemus in ſepulchro Chriſti. Vnde Ambroſius ait: *Sepultura Chriſti quid eſt aliud, niſi requies Chriſtiani?* Sed de hac re audiamus Paulum, Romanis ſcribentem in hunc modum: *Si mortui ſumus peccato, quomodo viuemus in eo? An neſcitis quòd quicunque baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum, in mortem ipſius baptizati ſumus? Sepulti igitur vnà cum illo ſumus per baptiſmum in mortem, vt quemadmodum excitatus eſt à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nam ſi inſititij facti ſumus ſimilitudini mortis eius, certè etiã reſurrectionis erimus.* Eſt proinde mors Chriſti, ſepultura & reſurrectio, nobis donum, virtus & exemplum. Donum, quo ſaluamur: Virtus, qua adiuuamur: Exemplum, quo informamur.

De deſcenſu Chriſti ad inferos, vide quæ in Enchiridio & Catechiſmo annotauimus, nec opus eſt ſubtilius de hoc articulo diſputare. Satis eſt ſtatuere Chriſtũ victorẽ mortis & inferorũ, & donatorẽ vitæ æternę eſſe, cũ ſcriptura nõ planius hunc articulum explicat. Retineamus ergo patrum ſentẽtiam, de hoc articulo, donec non trahatur in malam conſequentiam.

CAPVT XX.

DE RESVRRECTIONE DOMINI noſtri Ieſu Chriſti.

PAulus Rom. 10. de fide reſurrectionis Chriſti in hunc modum ſcribit: *Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus, ſi confeſſus fueris Dñm Ieſum ore tuo, & credideris corde tuo, quòd DEVS illum excitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore fit cõfeſſio ad ſalutẽ.* Hìc Paulus cõmẽdat nobis fidẽ reſurrectionis Chriſti, eáq; nõ nudá, ſed vera cognitione mentis, & viuo ſenſu cordis veſtitá. Ocioſa n. eſſet nuda hiſtorię notitia, minimeq; ſalutaris, qualẽ ipſi diaboli tantá habent, vt etiá ad eius cogitationẽ contremiſcant. Idcirco Paulus non dicit ſimpliciter, *ſi credideris*, vt notitiá tantum hiſtoriæ intelligamus, quæ eſt cognitionis in mẽte: ſed addit, *Si credideris corde tuo*; vt talẽ fidem intelligamus, quę eſt & cognitio firma in mẽte, & viuus ſenſus in corde, vnde anima fidelis viuificatur, ac veluti in Chriſto reſurgit, quæ antea in peccatis mortua iacebat. Ex quo effectu viua fides nominatur. Noſtrum igitur erit diligenter ex verbo Dei diſcere, quæ ſit vera cognitio, & quis ſit viuus ſenſus reſurrectionis Ieſu Chriſti, cuius definitionem, quæ ſummam omnium continebit, primo loco proponemus in hunc modum.

Reſurrectio Dñi noſtri Ieſu Chriſti, eſt reuerſio animę Chriſti, in corpus Chriſti, per ipſius diuiná potẽtiá (quæ nec ab anima Chriſti, nec à corpore aberat tempore mortis) vnde corpori depoſita infirmitate & mortalitate, tertio die à morte, vita glorioſa & æterna reſtituta eſt, qua ipſe integer & viuus prodijt è ſepulchro, victor peccati, mortis, diaboli, inferni: vt glorificetur Pater per Filium reſuſcitatum à mortuis; vt Filius reſuſcitatus, & ſedens ad dexteram Patris in cœleſtibus, Rex & æternus Sacerdos Eccleſiæ ſuę, viuificet omnes in ſe credentes, faciatq; eos nouos homines, id eſt Filios Dei, vtq; in extremo die reſuſcitatis mortuis, det omnibus renatis, id eſt, qui ſe in hac vita agnoſcunt, in ſe credunt, ac in fide perſeuerant vſq; ad finem, merito mortis ac reſurrectionis ſuæ, lætam victoriam, immortalem vitam, & beatitudinem æternam, abiectis incredulis cum diabolis in perpetuos cruciatus. Damaſcenus breuius hoc modo: *Reſurrectio Domini, eſt corporis facti incorrupti, & animæ iterata vnio.* Verùm ego, vt & diſtinguerem inter reſurrectionem Chriſti, & aliorũ ſanctorum, & fundamentũ firmum iacerẽ integræ doctrinæ de reſurrectione Dñi, malui eá copioſius deſcribere.

Quoniam aũt tota ſpes noſtræ reſurrectiõis & ſalutis, in Chriſti reſurrectione poſita eſt, tria hic ordine dicá, quæ breuiter in definitione attigi. Primùm, hiſtoriam Reſurrectionis exponam. Deinde, fructum oſtendam. Tertiò, vſum reſurrectionis Chriſti monſtrabo. His enim probè cognitis, percipiemus quantum theſaurum cœleſtium bonorum in ſe contineat glorioſa Chriſti reſurrectio.

DE HISTORIA.

Etſi autem ſumma hiſtoriæ breuiter in Symbolo continetur his verbis: *Tertia die reſurrexit à mortuis*: tñ cùm de fidei noſtrę præcipuo capite, & principe articulo Chriſtianiſmi agitur, operæ eſt fuſiori, ad fidei noſtrę cõfirmationẽ, declaratione. Veriſsimũ eſt. n. illud Pſalmi: *Declaratio ſermonum tuorũ illuminat, et intellectũ dat paruulis.* Vt igitur plenè erudiamur de hiſtorię reſurrectiõis Dñi, ac eius certitudine, quatuor ordine faciemus: Primũ, vaticinia quædam, h. e. diuina teſtimonia præcedentia reſurrectionẽ, recitabimus. Deinde, euentũ vaticinijs accõmodabimus. Tum euẽtus circũſtantias, quę certitudinẽ fulciũt, enumerabimus. Poſtremò, teſtimonia cõſequentia adijciemus.

Sed, inquies, quid prodeſt obſeruatio vaticiniorum præcedentium reſurrectionem Domini, cum Euangelica hiſtoria ſatis ſit perſpicua? Hæc obſeruatio inprimis ad confirmandam fidem reſurrectionis Dñi eſt neceſſaria: *Firmitas fidei noſtræ*, ait Auguſtin. *in eo eſt, quia omnia quæ euenerũt in Chriſto, prædicta ſunt.* Cùm ergo videmus vaticinia omnia de Meſsia promiſſo cõgruere in vnũ Ieſum, habet mẽs immotá demonſtrationẽ certitudinis, quod Ieſus Marię Filius ſit verus Meſſias & Saluator mũdi. Hanc demonſtrationem

ipſe

ipſe Dñs commendat Iudæis Iohan. 5. cùm ait: A
Scrutamini Scripturas, quia illæ teſtimonium perhibet
de me. hoc eſt: Si videtis congruere in me & non
in alium quempiam vaticinia Scripturarum de
Meſsia, non poteſtis amplius dubitare de me,
ſed firmiter ſtatuere, quòd ſim promiſſus Meſ-
ſias. Et infrà in eodem capite: *Nolite putare quòd*
ego accuſaturus ſim vos apud Patrem. Eſt qui accuſat
vos Moſes, in quo ſperatis. Si enim credidiſſetis Moſi, cre
didiſſetis mihi: de me enim ille ſcripſit. Hanc demon-
ſtrationem Petrus etiam commendat diſperſis B
Chriſtianis, cùm ait 2. Pet. 1. *Habemus firmiorem*
propheticum ſermonem, cui rectè facitis attendentes ve-
lut lucernæ ſplendenti in obſcuro loco, vſque dum dies
illuceſcat, & lucifer exoriatur in cordibus veſtris. Sen
ſus eſt: Cùm Moſis & Prophetarum doctrinam
abſq; omni controuerſia iudicatis firmiſsimam,
propter diuina teſtimonia, quæ habet plurima:
rogo vos vt eam doctrinam conferatis cum no-
ſtra prædicatione. Quod ſi feceritis, videbitis
ſummum conſenſum vaticiniorum de Meſsia, C
& noſtræ prædicationis de Ieſu Chriſto. Ex cu-
ius conſideratione orietur lucifer in cordib⁹ ve
ſtris, hoc eſt, vera noticia & fiducia Ieſu Chriſti,
quem nos Apoſtoli prędicamus eſſe promiſſum
Saluatorem. Hanc etiam demonſtrationem ad
flectendas gentes in obedientiam Euangelij, v-
ſurpat Paulus, vnde ſcribitur Act. 17. ꝙ nobiles
Theſſalonicenſes ſuſceperint verbum cum aui-
ditate, quotidie ſcrutantes Scripturas, an ita ſe
haberent, hoc eſt, an vaticinia congruerent in D
Chriſtum, quem Paulus prædicauit. Ad hæc va
ticinia Chriſtus in cruce pendens, & exhalatu-
rus animam, reſpexit, cùm diceret: *Conſummatum*
eſt. Hæc ergo ſcrutatio eſt collatio Scripturæ ve
teris & noui Teſtamenti, ex qua cognoſcitur, ꝙ
euentus ꝑ omnia reſpondeat vaticiniis & prædi
ctionibus Moſis & Prophetarum, mirū in mo-
dum confirmat piorum fidem, flectit multorū
animos ad aſſentiendum Euangelio, & munit
mentes contra furores Mahometiſtarū, Iudæo- E
rum, atq; omnium hominum nō agnoſcentium
Ieſum Mariæ filium eſſe promiſſum Patribus
Meſsiam, id eſt, ſemen mulieris, quod contritu-
rum erat caput ſerpentis: Semen in quo benedi
cendæ omnes gentes: fructum ventris Dauid,
qui regnaturus ſit ſuper domum Dauid in æter
num, id eſt, Chriſtum conſtitutū Regem ſuper
Zion montem ſanctum Dei, id eſt, Eccleſiam.
Ex hoc fundamento Dominus colloquēs cum
duobus illis Diſcipulis euntibus in caſtellum F
Emaus, eo quo eſt reſuſcitatus die loquitur, cū
ait: *Nónne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare*
in gloriam: & exorſus à Moſe & omnibus Prophetis,
interpretabatur illis in omnib. Scripturis, quæ de ſe ſcri-
pta erant. Et rurſus collectis Diſcipulis eodē die,
ait: *Oportuit impleri omnia quæ ſcripta ſunt in Lege*
Moſi, in Prophetis, & in Pſalmis de me. In Moſe igi-
tur, in Prophetis, & in Pſalmis quærenda ſunt
nobis teſtimonia de reſurrectione Domini, quę
teſtimonia nō ſunt vnius generis. Nam aliàs fi- G
guris & typis, aliàs claris verbis pronunciata eſt
Dñi reſurrectio, vt iam breuiter indicabimus.

Inter figuras ſeu typos, aliæ obſcuriores ſunt,
aliæ clariores, cuiuſmodi ſunt quæ ſequuntur.
Adam ſoporatus, & rurſus excitatus, de cuius
dormiētis latere ædificata eſt mulier: typus fuit
Chriſti mortui & reſuſcitati, de cuius latere a-
perto exiuit ſanguis & aqua, vnde nata & pur-
gata eſt Eccleſia. *Præfigurata eſt*, inquit Auguſti-
nus, *in protoplaſto Adam, Chriſti reſurrectio, quia ſicut*
ille poſt ſoporem ſurgens Euam de latere ſuo fabricatam
agnouit: ita Chriſtus à morte reſurgens, ex vulnere la-
teris ſibi ædificauit Eccleſiam.

Iſaach ſimiliter & oblationis Dñi ſup ligno,
& reſurrectionis typus erat, de quo typo verba
Gregorij referā. *Quid eſt ꝙ Iſaach ad immolandū du-*
citur, et ligna portat, aræ ſuperimponitur, et viuit, niſi ꝙ
redēptor noſter ad paſſionē ductus, lignū ſibi crucis ipſe
portauit? & ſic in ſacrificio pro nobis ex humanitate eſt
mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate.

Ioſeph in carcerē coniectus, vt in ſepulchrū,
egreditur, & conſtituitur gubernator Ægypti:
Chriſtus à morte reſurgens, imperium cœli &
terræ à Patre accipit.

Samſon obſeratis portis clauditur in ciuita-
te: Dominus obſignato clauditur monumento:
Samſon fractis ſeris ſubtractiſq; portis, ſecurus
euadit: Dominus aperto ſepulcro, à morte liber
egreditur.

Dauid eripuit ouem ex ore leonis, & occidit
Goliath: Chriſtus eripuit nos è faucibus Diabo
li, & vicit mortem.

Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tri-
bus noctibus, & poſtea viuus ex aluo piſcis eii-
citur: Chriſt⁹ in morte & ſepulchro fuit triduū,
ſed viuus rurſus ꝓdit è ſepulchro. Sic enim hūc
typum ſibi Dominus accommodat. Verùm hîc
obiter notandū eſt, quod admonet Auguſtinus
de hoc triduo. *Prima dies*, inquit, *accipitur ſecundùm*
partē ſui poſtremā: Secunda dies ſecundùm ſe totam &
integram: tertia ſecundùm partem ſui primā, & ſic erūt
tres dies, & quælibet harū dierum ſuam habet noctem.

Clara pronunciata de Chriſti reſurrectione
inter multa ſunt hæc: *Semen mulieris conteret caput*
ſerpentis. Hoc dictum, quia eſt promiſsio gratiæ
contra peccatum, vitæ contra mortem, Spiritus
Sancti contra Satanam, debuit ſemen promiſ-
ſum, id eſt, Chriſtus, nōn ſolùm peccatum, mor-
tem & Satanam ſua morte & reſurrectione vin-
cere: verùm etiam gratiam & vitā, & Spiritum
Sanctum conferre. Item: *Benedicentur in ſemine*
tuo vniuerſæ cognationes terræ. Iam autē vbi eſt be-
nedictio, ibi nec peccatum, nec mors, nec Dia-
bolus regnat, ſed vita potius, iuſticia, Deus. De-
buit ergo Meſsias mortē, peccatū, Diabolū vin-
cere: quod non potuit iuſtè facere, niſi ſua mor-
te & reſurrectione. Dauid Pſal. 16. in perſona
Chriſti ait: *Non derelinques animam meā in inferno,*
nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Pſal. 22.
totus cōcionatur de morte & reſurrectione Do
mini. Eſaias cap. 53. ait: *Cùm poſuerit animam ſuam*
hoſtiam pro peccato, videbit ſemē longæuū, & voluntas
Dñi in manu eius proſperabitur. Hoc Prophetæ di-
ctum 4. in ſe habet. Primùm prædicit Chriſtum
moriturum eſſe. Nam ponere animam eſt mori.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Deinde definit eius mortẽ eſſe ſacrificium pro peccato. Hebraicum enim vocabulum *Aſcham*, quo vtitur Propheta, ſignificat & peccatum, & hoſtiam pro peccato. Huc reſpexit Paulus, cùm ſcriberet: *Eum qui non nouit peccatum, fecit peccatum, vt nos fieremus iuſticia Dei in illo.* Tertiò ſignificat eum poſt mortem reſurrecturum. Quomodo enim videret ſemen poſt mortem, niſi à morte reſurgeret. Quartò, ſucceſſum eius proſperũ fore indicat, ꝑ prædicationẽ Euangelij; quæ prædicatio eſt aureum vehiculum, quo Chriſtus ad nos defertur cum merito ſuæ mortis & reſurrectionis. Daniel cap. 9. dicit, Chriſtum occidendum, & tñ attribuit ei perpetuũ regnum, in quo ablata erit iniquitas, & adducta ſempiterna iuſticia. Daniel ergo Chriſtum excitatũ iri ex mortuis præuidit. Chriſtus Dominus has prophetias intuens, ſæpe præmonuit ſuos Diſcipulos de ſua morte & reſurrectione, vt Matth. 16. *Oportet*, inquit, *ipſum occidi, & tertia die reſurgere.* Matth. 17. *Nemini dixeritis hanc viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat.* Et Matth. 20. ait: *Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte, ſed tertia die reſurget.*

Cum his prædictionibus euentus congruit, iuxta hiſtoriam quatuor Euangeliſtarum, iuxta teſtimonium Petri, Actor. 2. & Pauli, 1. Cor. 15. & aliorũ Apoſtolorum omnium, qui omnes vnanimiter teſtantur, & ſuo ſanguine obſignant, ꝙ Ieſus verè reſurrexerit à mortuis. Atque hinc in Symbolo noſtro confitetur Eccleſia: *Reſurrexit à mortuis tertia die:* videlicet vnicus Dei Filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto: Natus ex Maria virgine: Paſſus ſub Pontio Pilato: mortuus & ſepultus. Hic, hic, inquã, & non alius reſurrexit à mortuis tertia die. Verùm cùm hic ſit & verus Deus, & verus homo, ſed tamen vnus Chriſtus: ſciendum eſt, ꝙ reſurrexit ſecundùm id, quod mori potuit. Nunc autẽ non potuit mori ſecundùm deitatem, quæ eſt impaſſibilis & immortalis. Proinde ſecundùm humanã naturam tantũ eſt mortuus. Hoc ergo idioma mori, quod eſt humanæ naturæ tantùm, nequaꝗ̃ conuenit deitati Chriſti, tametſi perſonæ Chriſti veriſſimè tribuitur, propter vnionẽ perſonalem ſubſiſtentẽ in duabus naturis non confuſis, ſed diſtinctis: ſed humanæ naturæ ſolummodò. Verè enim ſeparata fuit anima à corpore, quæ ſeparatio vera mors fuit: tametſi deitas nec ab anima, nec à corpore ſeparata erat poſt aſſumptionem, nec ſeparabitur vnquam.

Circunſtantiæ reſurrectionis Domini, quas tertio loco in hiſtoria conſiderandas eſſe diximus, clariſſimè teſtantur Dominum verè reſurrexiſſe à mortuis. Sunt autẽ quatuor præcipuè: videlicet tempus, ſigna, teſtes, apparitiones, de quibus breuiter agemus.

Temporis circunſtãtia ſi dignè æſtimetur, & fidem confirmat, & mores informat. In tempore autẽ ſpectanda ſunt plura: videlicet, quo tempore à creatione mundi, quo tẽpore politię Mo-

A ſaicę, quo tẽpore anni: quo die anni, quo tẽpore à morte, quo die ſeptimanæ, qua hora diei.

Quo tempore à creatione mundi reſurrexit Dñs? Chriſtus adeſſe debuit in fine quarti millenarij annorũ à creatione mundi, iuxta dictum Eliæ: *Sex millibus annorũ ſtabit mundus: duobus millibus inane: duobus millibus Lex: duobus millibus Meſſias.* Iſti ſunt ſex dies hebdomadæ coram Deo. Pſal. 90. 2. Pet. 3. *Mille anni ſicut vnus dies apud Dominum.* Septimus dies Sabbathũ æternũ eſt, ſine
B veſpera & nocte: qd' Sabbathum adumbrauit ſeptimus dies, quo requieuit Dominus à creatione mundi. De illo enim die non dicitur, vt de ſuperioribus ſex. Factũ eſt veſpere & mane dies primus, ſecundus, &c. ſed tantũ diei fit mentio, ad ſignificandum æternum illum diem, in quo beati quieſcemus in Deo, ſine omnibꝰ tenebris, poſt huius mundi labores & miſerias. Cum hoc vaticinio Eliæ congruit euentus. Nam vt natus eſt Dñs anno mundi 3970. iuxta Baſilienſem
C computationẽ: ita incidit ipſius Baptiſmus in quater milleſimũ annum, & tertio anno poſtea mortuus eſt & reſuſcitatus. Sed iuxta Functianam & Philippicam computationem, natus eſt anno mũdi 3963 & paſſus eſt, ac reſurrexit anno mundi 3996. Hîc primũ notetur certitudo promiſſionum diuinarũ. Etſi enim promiſſiones diuinæ videntur longius differri, nunquam tñ veniunt in obliuionẽ apud Deum, quin ſuo tempore veriſſimè compleãtur. Vnde nos con-
D firmemus fidem noſtrã de promiſſis adhuc non completis: videlicet de reſuſcitatione mortuorũ in extremo iudicio, de futura gloria Sanctorum, & de ſempiterna ignominia & cruciatibus reproborum. Epicuræi etſi hæc vt vana ſomnia calumniantur, tamẽ nos ſciamus veracem eſſe qui promiſit, apud quem mille anni ſunt tanquam vnus dies. Deinde notetur refutatio Iudæorum, qui adhuc expectãt Meſſiam naſciturum, quorum error manifeſtè refutatur circun-
E ſtantia temporis, quo debebat aduenisſe.

Quo tempore politiæ Moſaicæ exhibitus eſt Meſſias, mortuus & reſuſcitatus? Patriarcha Iacob prędixit Chriſtum venturum adhuc ſtante politia Moſaica, ſed inclinante ad ruinã: *Non auferetur*, inquit, *ſceptrum de Iuda, & Legiſlator de medio eius, donec veniet Siloh*, i. Saluator. quaſi diceret: Multi quidem conabuntur prorſus delere politiam Moſaicam, ſed non finaliter & in totum vaſtabitur anteꝗ̃ Meſſias venerit. Hanc prophetiã
F Iacob Patriarchæ, Daniel Propheta non ſolùm confirmat, verùm etiã ipſum annum paſſionis Dñi exprimit. Prædicit enim ab exitu ſermonis de ædificanda Ieruſalem fore 70. hebdomadas annorũ, vſq; ad Chriſtum Ducem. Faciunt autẽ 70. hebdomades annorum, annos 490. Verba Danielis hæc ſunt: *Septuaginta hebdomades determinatæ ſunt ſuper populum tuũ, & ſuper vrbem ſanctam tuã, & conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſticia ſem-*
G *piterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum. Scito ergo & animaduerte, ab exitu ſermonis de reparanda & ædificanda Ieruſalem vſq; ad*

Chriſtum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Chriſtum ducẽ, hebdomades 7. & hebdomades 62. erũt.
Et paulò infrà: *Poſt hebdomadas 62. occidetur Chri-
ſtus.* Vide Chronica Philippi, in quibus exactiſ-
ſimè & eruditiſsimè cõputantur iſtæ 70. hebdo
mades: in qua computatione videre licet, ꝙ Da-
niel quaſi digito mõſtrauerit annum, quo Chri-
ſtus erat occidẽdus & adducturus ſempiternã
iuſticiã ꝑ ſuã mortẽ & glorioſam reſurrectionẽ.
Ad has ꝓphetias reſpexit Petrus, 1. Pet. 1. *De qua
ſalute exquiſiuerũt & ſcrutati ſunt Prophetæ, ꝗ de gra-
tia vobis præſtita vaticinati ſunt, ſcrutantes in quẽ, aut
cuiuſmodi temporis articulo ſignificaret, qui in ipſis erat
Spiritus Chriſti: ſignificans venturas in Chriſtum affli-
ctiones, & quæ ſecutura erat gloria.* Huc & Paulus re-
ſpexit, Galatis ſcribẽs in hũc modum: *Poſtq̃ ve-
nit plenitudo temporis, emiſit Deus Filium ſuũ natũ ex
muliere, factũ ſub Lege, vt eos ꝗ ſub Lege erant, redime-
ret.* Hæ prædictiones de tempore, congruentes
cum euentu, vt Chriſtianorũ fidem confirmãt:
ita errorem Iudæorum manifeſtè retundunt.

Quo tempore anni reſurrexit Dominus? Ver
no tempore, vt tempus nos etiam admoneat de
virtute mortis & reſurrectionis Domini, ſicut
pulchrè expreſsit Lactantius hiſce verſibus:

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi,
Omnia cum Domino dona rediſſe ſuo:
Namque triumphanti poſt triſtia tartara Chriſto,
Vndique fronde nemus, gramina flore fauent.

Quo die anni? Vt eo die anni Chriſtus ſe ob-
tulit in ara crucis, quo Agnus Paſchalis iuxta Le
gem immolabatur, in ſignum ꝙ ipſe ſit verus il-
le Agnus Dei, ꝗ merito ſuæ hoſtię peccatũ mun
di tollit: ita eo die anni, quo Moſes cum populo
ſuo Iſraelitico tranſiit ꝑ mediũ maris rubri, & ꝑ-
uenit ſecurus ad littus, oppreſſo Pharaone cum
ſuis in mediis fluctibus: ita Dñs cũ ſuo populo,
id eſt, Eccleſia, à morte tranſit ad vitam, ꝑ ſuam
glorioſam reſurrectionẽ. Quo facto teſtatus eſt
ſe eſſe victorẽ peccati, mortis, Diaboli, inferni.
Et quemadmodũ egreſsi ab Ægypto, & liberati
à ſeruitute Pharaonis, non ſtatim terrã promiſ-
ſam occupârunt, ſed multis laborib⁹ exhauſtis,
ad eam tandẽ peruenerunt: ita ꝑ Chriſtum re-
dempti à regno & ſeruitute Diaboli non ſtatim
adipiſcuntur poſſeſsionem cœleſtis patriæ, ſeu
quietis promiſſæ, etſi eius ius habẽt: ſed oportet
eos ꝑ multas afflictiones ingredi in requiẽ pro-
miſſam, i. in regnum Dei. Act. 14. Quos. n. Deus
Pater cum Filio ſuo olim glorificabit, hos vult
conformes fieri imagini ipſius. Si ergo cum illo
patimur, cum illo etiam regnabimus: ſi cũ illo
morimur, cũ illo etiam reſurgemus. *Mortui eſtis,*
ait Paulus, ſcilicet cum Chriſto, *& vita veſtra ab-
ſcondita eſt cum Chriſto in Deo.*

Quo tempore à morte? Tertio die, iuxta figu
ras & prophetias. De Iona ſuprà diximus. Sicut
enim is fuit tribus diebus & tribus noctibus in
ventre ceti: ſic Filius hominis tribus dieb⁹ in ſe-
pulcro fuit. Oſeæ 6. *Viuificabit nos poſt biduum, die
tertio ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius.* Hoc
Oſeæ teſtimonio tanq̃ vaticinio de futura Chri
ſti reſurrectione tertia die poſt mortẽ rectè vtũ
tur Patres. Nã tametſi Propheta ſuos Iudęos tũ

A temporis variis modis afflictos à potentiſsimis
hoſtibus ad pœnitentiã hortatur, & pollicetur
eis liberationẽ, modò reſipuerint: tñ quia Pro-
phetæ ſæpius in conſolationibus præſentibus
longius proſpiciunt, videlicet ad fontẽ omnis
conſolationis: Oſeas ſpiritu prophetico virtutẽ
mortis Chriſti, & ſecuturę tertio die reſurrectio
nis contemplans, ab ea ſumit liberationis fidu-
ciam. Quaſi diceret Propheta: Quemadmodum
futurum eſt, vt Chriſtus poſtq̃ interemptus fue
B rit, reſurgat tertio die, & poſt afflictionẽ & mor-
tem, conſolationẽ & vitam recipiat: ita & vos, ꝗ
nunc affligimini, liberabimini glorioſè, modò
reſipueritis, idq́; virtute mortis & reſurrectiõis
Meſsiæ. Sic collega Oſeæ Eſaias, conſolaturus
populum deſperabundũ, petit materiã conſola-
tionis ab ipſo fonte, i. à naſcituro & donando
Meſsia. Eſa. 7. & 9. Iam verba Oſeæ videamus:
Viuificabit, ſcilicet Meſsias, *nos:* ſcilicet mortifica-
tos, virtute ſuæ mortis: *& ſuſcitabit nos,* in ſeipſo
C vt membra: *die tertia,* quando ipſe in ſua perſona
à mortuis reſurget. Eſt enim reſurrectio Chriſti
cõmunis Eccleſię vita. Ad hanc prophetiam O-
ſeę reſpicit Petrus, cũ ait: *Benedictus Deus & Pater
Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundùm multã ſuam miſe-
ricordiam regenuit nos in ſpem viuã per reſurrectionem
Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibilem
& incontaminatam & immarceſsibilem conſeruatã in
cœlis: nobis qui virtute Dei cuſtodimur per fidem in ſa-
lutem, quæ præparata eſt fieri tempore extremo.*

D Diſtulit autẽ Dñs ſuam reſurrectionẽ in ter-
tium diem, vt conſtaret illũ verè mortuũ fuiſſe.
Non vltra triduũ diſtulit, ne corrumperetur ca-
ro eius in ſepulchro, iuxta illud: *Non dabis Sanctũ
tuum videre corruptionem.* Nõ ad extremum diem,
ſeu communẽ reſurrectionẽ expectare voluit,
vt eſſet primitiæ mortuorum, & vt fides noſtra
haberet certum fundamentum ſalutis & reſur-
rectionis corporum per Chriſtum futuræ.

Quo die ſeptimanæ? Primo die, vt quo die ſe-
E ptimanæ Deus fecit cœlum & terrã: eodem die
terra gratiâ, & cœlũ gaudio reſurrectionis Do-
mini repleretur. Significatur ergo hoc primo
die ſeptimanæ, initiũ nouæ vitæ & æternæ poſt
exantlatos labores plurimos in hac vita.

Qua hora diei? Oriente Sole, vt ſe verã lucem
eſſe ſignificet, quę illuminabit eos, qui ſedent in
tenebris & in vmbra mortis, ad dirigendos pe-
des eorum in viam pacis. Ita enim ipſe dicit: *Ego
ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulabit in tene-
F bris, ſed habebit lumen vitæ.*

Inter circunſtantias, ſignis ſecundum locum
tribuimus, quę ſigna ſimul ſumpta, demonſtra-
tionem pariunt, qua Ieſus verè à mortuis reſur-
rexiſſe demonſtratur. Sunt autẽ hæc ſigna tria
præcipuè: videlicet terręmotus, ſepulchrum va
cuum, & veſtes relictæ in ſepulchro.

Terræmotus ſymbolum fuit eorũ, quæ futu-
ra erãt virtute reſuſcitati Chriſti. Primùm enim
ſignificabat iſte terræmotus, quòd Chriſtus re-
G ſuſcitatus à mortuis, ſit ita concuſſurus morta-
lium corda prædicatione verbi ſui, vt multi ter-
riti conſcientia peccati ſui conuertantur ad

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Dominum,& ſaluentur. Huius rei ſpecimen e-
ditum eſt inſigne 50. die à reſurrectione Domi-
ni,qua die Petrus plenus ſpiritu ſancto,teſtimo-
niis diuinis,& efficaci teſtificatione Spiritus ſan
cti cōuicit Ieſum Mariæ filiū mortuū & reſuſci-
tatū,eſſe promiſſum Meſsiā, iuſtificatorē homi-
num,& victorem peccati, mortis, diaboli,infer-
ni,quem Meſsiam Iudæi ingrati Deo, interfece-
runt. Ad quam concionem Petri adeò concuſſa
multorum corda ſunt, vt iſto die ad tria millia
hominum reſipuerint, & baptiſmū receperint
in remiſsionem peccatorum. Deinde, ſignifica-
bat iſte terræmotus interitum eorum,qui Chri-
ſtum reſuſcitatum non recipiunt.Illis enim erit
petra,ſub qua cadent conterendi in omnem æ-
ternitatem. Vtrumq; complectitur Chriſtus ſi-
ne figura, cùm ait: *Quisquis crediderit, ſaluus erit: Qui verò non crediderit,condemnabitur.* Tametſi aūt
Euangelium,vt ſonat, bonus lætusq; nuncius
eſt,annuncians gratiā,& peccatores blandè in-
uitans ad conuerſionem: tamen cùm homines
arguuntur à luce,trepidare incipiunt,intelligē-
tes ſibi iuſtam damnationem imminere, niſi fi-
de ad mediatorem confugerint.

Vacuum ſepulchrum,& ingens ſaxum remo
tum à ſepulchro, ſunt veriſsima indicia reſuſci-
tati Chriſti. Deinde ſignificant etiam, quòd vir-
tute reſuſcitati Chriſti corpora omnium,qui cū
Chriſto in hoc mundo ſepeliūtur, ſint proditu-
ra viua ex ſepulchris, vt vnà cum Chriſto glori-
ficentur,qui hic cum illo patiuntur. Etſi autem
cùm piorum, tum impiorum corpora viua pro-
dibūt è ſepulchris, ſola virtute reſuſcitati Chri-
ſti:tamen diſpar erit ratio piorum & impiorum,
vt infrà dicetur.

Veſtes relictæ in ſepulchro, videlicet lintea-
mina & ſudarium ſeorſim inuolutum. Primum
ſunt certa ſigna reſurrectionis Domini. Dein-
de,mendacij arguunt cuſtodes: qui tametſi ſci-
uerunt ex terræ motu & aliis ſignis, Chriſtum
verè reſurrexiſſe,id quod etiam principibus ſa-
cerdotum indicarunt: tamen corrupti pecu-
nia,mentiebantur diſcipulos Domini ipſis dor-
mientibus veniſſe,& eum furtim abſtuliſſe,quo
ſanè mendacio nihil impudētius fingi poterat.
Nam ſi diſcipuli veſtibus ſpoliaſſent ſuum ma-
giſtrum,& nudum abſtuliſſent, an non fuiſ-
ſent in illum crudeliſsimi? Deinde, qui furtum
committunt, præſertim vbi adſunt cuſtodes,
num tamdiu moram trahunt, vt poſsint veſtes
ita compoſitè,& ſeorſim reponere? Et quid va-
nius eſt quàm pro certò referre, quod planè i-
gnoratur? Si enim dormierunt cuſtodes, quî
ſcire poterant corpus Domini furtim ablatum
eſſe à diſcipulis.

Præterea eſt & hoc notandum, quòd Chri-
ſtus hac veſtiū depoſitione in ſepulchro,ſignifi-
cabat recuperatam eſſe innocentiam per Adam
amiſſam. Nam vt veſtis primi Adami ſymbolum
fuit reatus ipſius: ita depoſitio veſtium in ſe-
cundo Adamo,id eſt,in Chriſto,indicat reſtitu-
tam eſſe priorem innocentiam. Adhæc, ſignifi-
catur hac veſtium depoſitione, quòd reſuſcita-
A ti in extremo die ad vitam æternam, ornabun-
tur loco veſtium gloria cœleſti. Vt enim ipſe
Dominus gloriam & decorem cum immortali-
tate reſuſcitatus induit: ita nos amicti lumine
tanquam veſtimento ornabimur in æterna vi-
ta:vbi nec frigus,nec calor nobis moleſta erūt,
nec aliqua pars corporis futura eſt reſuſcitatis
pudori: ſed potius omnes partes decori erunt.
Nam ſublatis cauſsis pudoris,nullus erit dede-
cori locus. Sed gloriam reſuſcitatorum corporū
B mens humana in hac vita non capit.

Teſtibus reſurrectionis tertium locum in-
ter cicumſtantias tribuimus, & ſunt triplices:
videlicet hoſtes Chriſti, Angeli diuinitus miſsi,
& diſcipuli Domini.

Hoſtes Chriſti,videlicet milites Romani,qui-
bus cuſtodia ſepulchri à Pilato demandata fuit,
teſtimonium perhibent de reſurrectione Do-
mini. Hi enim cùm terræmotum ſentirent,cùm
veluti fulgur quoddam ex apparitione Ange-
C lorum cernerent, cumq; viderent ſepulchrum
vacuum,amoto lapide ab oſtio ſepulchri, intel-
ligebant certò Ieſum reſurrexiſſe à mortuis. Re
ergo cognita,conferunt ſe in vrbem, rem expo-
nunt Pontificibus. Pontifices in ſuum malum
aſtuti, milites data pecunia corrumpunt, iisq;
perſuadent vt non dicant quod ſciunt verum
eſſe,ſed quod falſum eſſe norūt: videlicet ſe dor-
mientibus ſublatum eſſe per diſcipulos corpus
Ieſu è ſepulchro,& ne quid metuant ſibi milites
D à præſide, Pontifices promittunt eis ſecurita-
tem. Milites igitur pecuniam, quod vſitatum
eſt iſti generi hominum,veritati anteponentes,
mentiuntur audacter, dicuntq; diſcipulos Ieſu
ſe dormiētibus corpus ipſius furtim abſtuliſſe.
Sed iſtud mendaciū ſeipſum refutat. Aut enim
verum dicunt (dicentes ſe dormiuiſſe) aut fal-
ſum. Si verum dicunt, hoc eſt,ſi dormiuerunt
quādo Domini corpus euaſit è ſepulchro, quo-
modo ſcire poterant qua ratione euaſerit? Si fal
E ſum dicūt,hoc eſt ſi mentiuntur ſe dormiuiſſe,
quis illis fidē niſi ſtultus habebit? Nemo enim
qui ſapit,credit illi,qui vt certum prędicat, quod
ex teſtimonio ipſius proprio incertum eſt. Hinc
appatet vanitas cœcorum Iudæorum, qui iſti
mendacio fidem habent.

Angeli Dei apparentes in veſtibus candidis,
nunc in ſepulchro ſedētes,nūc extra ſepulchrū
ſtantes, teſtantur Chriſtum verè reſurrexiſſe.
Surrexit,inquiunt,*non eſt hic.* Item: *Quid quæritis*
F *viuentem inter mortuos?* Angelorum miniſterio i-
deò vtitur Deus ad annunciandam reſurrectio-
nē Chriſti,vt ſciamus vtrūq;, videlicet Chriſtū
reſuſcitatum, Dominum eſſe Angelorum,& An
gelos eſſe miniſtros Chriſti, vt ſibi & eccleſiæ
ipſius ſeruiant,ad Heb. 1. Nec fruſtrà dicuntur
Angeli nunc ſediſſe in ſepulchro,& nunc ſtetiſ-
ſe extra ſepulchrum. Nam quòd ſedēt in ſepul-
chro,ſignificant Chriſtum victorē eſſe mortis,
diaboli,inferni,ratione ſuæ perſonæ. Quòd au-
G tem ſtant extra ſepulchrū, ſignificat Chriſtum
pugnaturum eſſe adhuc in ſuis mēbris, contra
Diabolum,mundum,peccatum & mortē,& fo-

re vi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

re victorem, de qua victoria loquitur Iohannes, cũ ait: *Hæc eſt victoria quæ vincit mundũ fides noſtra.*

Diſcipuli Domini, quibus apparet viuus poſt mortem, ſimiliter teſtimonium tulerunt de glorioſa Domini reſurrectione, idq; tribus modis, doctrina, moribus, & ſanguine.

Quartum locum inter circunſtantias tribuimus apparitionibus, quib⁹ Dominus ſe viuum exhibuit 40. diebus poſt reſurrectionem. In apparitionibus autem Domini, primùm obſeruetur modus: ſecundò, ordo qualiſcunque: tertiò, quibuſnam apparuit, & quibus non.

Apparitionis modus primùm obſeruetur: videlicet quòd Chriſtus in ſuis apparitionibus coram Diſcipulis, ſuum docendi modum ſit ſecutus. Non enim ſtatim in plenam cognitionẽ eos ducit, ſed paulatim eos inſtruit, vt in ipſis excitetur & diſcendi ſtudium, & proficiendi deſiderium, atq; ita quaſi per gradus paulatim prouehantur in pleniorem cœleſtium rerum cognitionem. Non igitur apparet omnibus ſimul, nec clariſsimè: ſed primùm paucioribus, deinde pluribus atque clarius, idque 40. diebus, donec in conſpectu multorum apertiſsimè, ſubuectus ſit in cœlum. Iam ad ordinem veniamus.

Ipſo die reſurrectionis quinquies ipſum apparuiſſe ex Euangelica hiſtoria colligitur. Primùm .n. apparuit Mariæ Magdalenæ ſoli: deinde apparuit pluribus mulieribus: tum Petro Diſcipulo ſoli, vt ex Paulo colligitur: quartò, Cleophę & eius ſocio, euntibus in caſtellum Emaus: quintò apparuit illis vndecim, & iis qui cum illis erant, vt refert Lucas.

Sed hîc quæritur, cur Lucas dicat Dominum illis vndecim apparuiſſe, cùm ex Iohanne conſtet Thomam non adfuiſſe ea veſpera diei reſurrectionis, quando apparuit illis vndecim. Similis ex Paulo quæſtio oritur, qui affirmat Dominum primùm apparuiſſe Cephæ (ſcilicet inter viros) deinde illis duodecim, cùm tantùm vel decem, vel vndecim fuerint. Reſpondeo. Communi vſu loquendi ſocietati tribui ſolet, quicquid vel pleriſque, vel omnibus ex ea ſocietate acciderit. Nunc autem ſocietatem Apoſtolorum ſacra Scriptura aliàs vocat τοὺς δώδεκα, id eſt, illos duodecim, aliàs τοὺς ἕνδεκα, id eſt, illos vndecim. Hinc eſt, quòd quicquid tribuatur, vel pleriſque, vel omnibus Apoſtolis, dicatur tribui τοῖς ἕνδεκα, vt à Luca: vel τοῖς δώδεκα, vt à Paulo, propter communem ſocietatis appellationem. Cùm ergo Iohãnes negat Thomam adfuiſſe, quando Dominus primùm apparuit Apoſtolis collectis, non aduerſatur Lucæ, qui dicit Dominũ apparuiſſe τοῖς ἕνδεκα illis vndecim. Lucas enim pleriſq; Apoſtolorum tribuit commune nomen ſocietatis. Deinde octauo die à reſurrectione apparuit Diſcipulis, Thoma præſente, & hæc numeratur ſexta apparitio. Septima apparitio contigit apud mare Tyberiadis, vbi rurſus ſeptẽ ex Diſcipulis apparuit piſcantibus. De his duabus apparitionib⁹ in textus explicatione dicemus. Octaua apparitio videtur facta eſſe in monte Galilæę, vbi apparuit illis vndecim ſimul. Nonò, apparuit ibidem plùs quàm 500. fratrib⁹. Decimò, viſus eſt Iacobo. Vndecimò, ipſo die Aſcenſionis apparuit in cœnaculo, & mox duodecim Apoſtolis, & multis aliis Diſcipulis in mõte Olïueti, quando ſublatus eſt in cœlum ab oculis eorum. Aſcendit enim illis ſpectantibus in cœlum, vt eò aſſueſcamus mentem, deſiderium, votaque noſtra omnia, vbi ipſe eſt, mittere: & monſtretur via, qua nobis eſt eundum, & perueniendi fiducia.

Paulus ſolummodò quinque apparitiones Chriſti ante aſcenſionem his verbis, 1. Cor. 15. enumerat: *Tradidi vobis in primis, quod & acceperam, quòd Chriſtus mortuus ſit ꝑ peccatis noſtris, ſecundùm Scripturas, & quòd ſepultus ſit, & quòd ſuſcitatus ſit tertio die, ſecundùm Scripturas, & quòd viſus ſit Cephæ, deinde duodecim illis. Poſtea viſus ſit plus quàm quingentis fratribus ſimul. Poſtea viſus eſt Iacobo: deinde Apoſtolis omnibus.* Hîc quæritur, cur Euangeliſtæ & Paulus non ſeruant ſimilem ordinem apparitionum, ſed alij alias apparitiones notát. Reſpondeo. Hoc ita factum eſſe, vt nõ tam ordo & numerus apparitionum, ꝙ veritas reſurrectionis, in qua ſpes noſtræ ſalutis poſita eſt, ſpectetur. Adhæc varietas illa conuincit Euangeliſtas non ex compoſito ſcripſiſſe hiſtoriam reſurrectionis, ſed quemque ſuum ſecutum eſſe conſilium, & hoc ſolo contentos fuiſſe, vt Dominum verè reſurrexiſſe demonſtrarent. Nec enim dubium eſt, Dominum multò ſæpius & pluribus ſe viuum exhibuiſſe poſt reſurrectionem ꝙ ſcriptum eſt. Quòd autem ſcriptum eſt, ideò eſt ſcriptum, vt omnes credant eũ verè reſurrexiſſe, & vt credentes vitá æterná ꝑ illum conſequantur.

Sed cur non apparuit Pontificibus & Senioribus populi, penes quos ſumma poteſtas erat? Quod ſi feciſſet, haud dubiè omnem dubitationem apud eos de ſua reſurrectione ſuſtuliſſet, atque ipſi in eum fidem concepiſſent, & ſaluati fuiſſent. Reſpondeo. Plures poſſunt huius rei aſsignari cauſſæ. Prima, Regnum Chriſti nõ eſt mundanum, nec moratur mundànum patrocinium. *Regnum*, inquit, *meum non eſt de hoc mundo.* Noluit igitur apparere niſi iis, qui erant de ſuo Regno, ne videretur mundanam politiam velle conſtituere poſt reſurrectionem ſuam. Secunda, Pontifices & Principes populi ſatis erát conuicti antea Scripturis, miraculis, vita & doctrina Chriſti de veritate Dei: quá quia ſpreuerũt, amantes ſuas tenebras, permiſit Deus ſuo iuſto iudicio eos magis magisq; excæcari, vt implerẽt menſuram ſuorum peccatorum, & tandem iuſtas pœnas luerent. Tertia, eſt conditio regni Chriſti, quod eſt gratiæ, quod non obiicitur oculis corporeis, ſed mentis & fidei, iuxta illud: *Beati qui non viderunt, & crediderunt.*

Quartum qđ in hiſtoria reſurrectionis ſpectandũ propoſuimus, videlicet de teſtimoniis conſequẽtibus: ꝙ vt ſunt plurima, ita nõ minus reſurrectionẽ Dñi confirmant, ꝙ ſuperiora. Voco autem teſtimonia conſequentia aſcenſionẽ, Omnia ſigna & facta Chriſti poſt ipſius glorioſam aſcenſionẽ in cœlũ, vt ſunt, viſibilis donatio

Spiritus Sancti in die Pentecoſtes, iuxta præmonitionem Prophetæ Ioelis, & ipſius Chriſti: donum linguarum, παῤῥησία & confidentia in Apoſtolis, adeò quòd pauci admodum auſi ſunt ſe toti terrarum orbi opponere: efficacia Euangelij in auditoribus Apoſtolorum: miracula Apoſtolorum edita per inuocationẽ Chriſti, confirmantia vocem Euangelij de Chriſto triumphatore: apparitio Domini in cœlo Stephano facta, cũ lapidaretur: apparitio Paulo facta cùm proficiſceretur Damaſcum, vt illic fideles perſequeretur: conſeruatio Eccleſiæ iuxta promiſſionem Chriſti, *Portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam:* ſenſus habitantis Chriſti in cordibus piorum, & arrhabo Spiritus. Nos igitur grati, abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, ſobriè & piè & iuſtè viuamus in præſenti ſeculo, expectantes beatam illam ſpem & apparitionem gloriæ magni Dei, qui dedit ſeipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni peccato, & purificaret ſibi populum peculiarẽ, ſectatorem bonorum operum. Ad Titum cap. 2.

DE FRVCTV.

ETSI multa de fructu reſurrectionis Domini in hiſtoriæ declaratione aſperſimus: tamen iuxta Græcum prouerbium, δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά: volo hìc de fructu reſuſcitati Chriſti, integrè reſtituta in ipſo humana natura, & exuta mortalitate dicere, hoc prius fundamento poſito: videlicet quòd corpus Chriſti reſuſcitatum ſit idem numero & ſubſtantia, quod iacuit in ſepulchro, ſed alterius gloriæ & dignitatis: quæ gloria & dignitas etſi maior eſt, quàm vt eam mens humana capiat, tamen diligentiſsimè cauendus eſt error Eutychis, qui naturam humanam in Chriſto poſt reſurrectionem ipſius ita conuerſam in λόγον, ſeu diuinam naturam ſomniauit, vt Chriſtus non ſit amplius verus homo, ſed tantùm λόγος: quo ſanè errore nullus alius peſtilentior fingi poterat. Non enim tantùm abolet articulos fidei de vera Chriſti humanitate, verùm etiam omnem ſpem reſurrectionis noſtrorum corporum ſubuertit. Vt autem diſtinctius de fructu reſurrectionis Domini dicamus, ad quinque reſpiciemus: videlicet ad Deum Patrem, ad Chriſtum ipſum, ad Diabolum eiuſque regnum, ad Angelos Dei bonos in cœlo, & ad nos homines, propter quos natus, mortuus & reſuſcitatus eſt.

Si reſpicimus ad Deum Patrẽ, Chriſtus Dominus reſurrexit in gloriam Patris, ad Rom. 6. In Chriſti enim reſurrectione ſumma Patris iuſticia, admiranda miſericordia, adoranda ſapientia, & immenſa potentia conſpicitur, in quibus virtutibus gloria Patris & maieſtas cernitur, vt meritò de illo dicatur, quod eſt in Pſalmo 72. *Benedictus Deus Iſrael, qui fecit mirabilia ſolus: Benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & repleatur maieſtate eius vniuerſa terra.*

Si reſpicimus ad ipſum Chriſtum: Primùm teſtatur eius glorioſa reſurrectio, quòd verè ſit olim promiſſus Meſsias, victor Diaboli, peccati, mortis, inferni, iuxta primam de Meſsia editam

A promiſsionem: *Semen mulieris conteret caput ſerpentis,* id eſt, vaſtabit Diaboli regnum, quod eſt peccati, mortis, inferni. Secundò, reſurrectio Chriſti teſtatur, Chriſti paſsionẽ eſſe ſacrificium acceptum Deo, ſufficiens & placãs iram Dei. Hoc enim vnico expiatur peccatum mundi, iuxta illud: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Item: *Sanguis Ieſu Chriſti emũdat nos ab omni iniquitate.* Et Bernhardus ait: *Validißimum teneo argumentum de remißione peccatorum, Dominicam paßionem.* Item: B *Mors Chriſti, mors meæ mortis eſt: quia ille mortuus eſt, vt ego viuerem.* Item: *Sed vnde confidimus, quòd mortem abſtulit? Hinc planè, quòd eam ipſe, qui non meruit, pertulit.* Sed nemini mortalium perſuaſum fuiſſet, tantam virtutem mortis Chriſti eſſe, niſi reſurrectio ipſius eam nobis commẽdaret, confirmaret, & obſignaret. Tertiò, Chriſti reſurrectio teſtatur eũ perfectè iuſtum eſſe, ſecundùm Legem Dei, & quò ad partes, & quò ad gradus partium. Helias fuit iuſtus ſecundùm Legem, C quò ad partes attinet, & nõ quòd ad gradus partium, ſicut alij Sancti. Nemo enim fuit vnquã, neque erit, præter ſolum Chriſtum, q Legi perfectam obediẽtiam ſecundùm vtrumque, id eſt, & ſecundùm partes & gradus partium præſtitit, aut præſtare poterit. Et quia Ieſus Chriſtus hanc obedientiam in ſanctiſsima ſua humanitate præſtitit perfectiſsimam, nõ debuit eius caro in ſepulchro putreſcere, quemadmodum antea à Dauide prædictum erat: *Non dabis Sanctum* D *tuum videre corruptionẽ.* id eſt: Non ſines Meſsiam in ſepulchro putreſcere, quia ſanctus eſt. Quoniam ergo caro Chriſti ſanctiſsima eſt, abſque omni peccati labe, congruebat diuinæ iuſticiæ, vt nõ ſineret eam in ſepulchro corrumpi. Corruptio enim peccati pœna eſt. Hinc manat Pauli dictum ad Rom. 4. *Reſurrexit propter iuſtificationem noſtri.* Nam cùm reſurrectio Chriſti ſit teſtimonium euidens de Chriſti perfecta iuſticia, ſimul teſtatur, ꝙ eadem Chriſti iuſticia nobis cre- E dentibus imputata, ſufficiat nobis ad iuſticiam coram Deo. Huc pertinet dictum Bernhardi: *Chriſtus & peccata dimittere potuit, cùm Deus ſit: & mori, cùm homo ſit: & mortis moriẽdo ſoluere debitum, quia iuſtus: & omnibus vnus ad iuſticiam vitamq́; ſufficere, quandoquidem peccatum & mors ex vno in omnes proceſſerit.* Idem: *Qui noſtram & induit carnem, & ſubijt mortẽ, putas ſuam nobis negabit iuſticiam?* Quartò, reſurrectio Chriſti conuincit illum, non propter ſua, ſed propter aliena delicta obiiſſe: pro F quibus cùm ſatisfeciſſet ſuo ſacrificio, mors amplius in illum nõ habuit poteſtatem vllam. hoc eſt quod Petrus ait Act. 2. *Quem Deus excitauit, ſolutis doloribus mortis, eò quòd impoßibile erat eum ab ea detineri.* Quintò, vt ex ſuperioribus ſequitur, reſurrectio Chriſti refellit Iudęorum conuicium, dicentium, cùm penderet in cruce: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluare.* Sed iſti ingrati & blaſphemi in Filium Dei, in extremo die videbunt, & ſuo magno malo experientur, quòd & ſalua- G re, & perdere poſsit, quos vult.

Si ad Diabolum & eius regnum reſpicimus, reſurrectio Chriſti teſtimonium eſt, quòd Diabolus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

bolus ſit confuſus, victus & condemnatus, vt nec Chriſti perſonæ vllo modo, nec membris Chriſti omni modo nocere poſsit. Ideò Dominus ait: *Princeps huius mundi iudicatus eſt.* Porrò diſcrimen hoc, quod poſui inter Chriſti perſonam & membra eius, ideò tenendum eſt, vt hęc duo cogitemus. Primùm, quòd Chriſtus reſuſcitatus à mortuis, ita diabolum inuaſerit & ꝓſtrauerit, vt poſthac diabolus Chriſti perſonam non audeat vllis adoriri inſidijs: ſed trepidet ad Chriſti nomen, à quo ſcit ſe condemnatum ad æternas pœnas. Alterum, quòd tametſi diabolus in Chriſti perſonam nihil poteſt: tamen in membra Chriſti crudeliſsimè ſæuit, circumiens omni momento, vt ex ea parte hominem inuadat, qua eſt infirmior. Sed tamen non permittitur illi, vt omni modo quo vult, noceat homini, ne impio quidem, nedum pio. Sed cur permittit Filius Dei, vt diabolus in ſua membra ita graſſetur? Hoc facit, vt aliquo modo reddamur ei ſimiles, & in lucta aduerſus diabolum, & in victoria, quæ victoria in fide Chriſti cōſiſtit, iuxta dictum Iohannis: *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra.* Cuius victoriæ hæc cauſſa eſt, quòd qui credit in Chriſtum, præſentem habeat circa ſe & intra ſe victorem Diaboli Chriſtum, vt pulcherrimè in Pſalmo dicitur: *In circuitu Ieruſalem ſunt montes; ſic Dominus in circuitu populi ſui.*

Si ad Angelos Dei in cœlo reſpicimus, illi nō ſolum gratulantur Chriſto victori: verumetiam illi vt capiti cum omnibus pijs hominibus ſubijciuntur & conſociantur, perpetuos hymnos Chriſto in cœlo canentes. Si enim præ gaudio Chriſto nato cecinerunt, *Gloria in excelſis Deo;* quid faciunt iam victori & triūphatori in cœlo?

Si ad nos homines reſpicimus, Chriſti reſurrectio eſt nobis conſideranda vt donum, exemplum, & cauſſa, pignusq́;.

Donum: vt enim totus Chriſtus eſt nobis natus, nobis paſſus, & nobis mortuus, & nobis reſuſcitatus, atq; adeò totus nobis datus: ita fides noſtra debet illum totum amplecti vt donum, ex cuius plenitudine accipimus omnia ſalutaria, ſeu (vt Iohānes loquitur) gratiam pro gratia. Nam vt in Chriſto quem diligit Pater, diligimur & nos: ita in Chriſto gratiam conſequmur ex plenitudine gratiæ, quam Pater effudit in Filium. Vt autem amplitudinem huius doni dignè ęſtimemꝰ, age diſtinctius de eo dicamus. Sunt enim huius doni quatuor præcipuè gradus, quos breuiter declarabimus. Primus eſt ſatisfactionis, eiusq́; non typicæ, ſed veræ: non imperfectę, ſed perfectiſsimæ. Solus enim Ieſus nobis mortuus, & nobis reſuſcitatus ſatisfecit pro peccato noſtro pleniſsimè, ita vt nulla peccati pars ſit, quæ aliunde expietur, quàm ſanguine Chriſti. Etſi autem Scriptura interdum videtur pœnitentiæ hominis, item eleemoſynis, & iuſtitiæ, ſeu bonis operibus tribuere, quòd deleant peccatum, & liberent à peccato; hoc tamen non ad ſatisfactionem pro peccato commiſſo coram tribunali Dei, referendum; ſed ad remuneratio-

A nem obedientiæ, qua vitatur peccatum, ne cō-
mittatur, & ad pœnarum condonationē in hac
vita. Commiſſum enim peccatū ſolo dono Dei
remittitur; quod donum obſignat nobis Chri-
ſti glorioſa reſurrectio. Nam reſurrectio Chriſti,
vt ſuprà diximus, firmiſsimum teſtimoniū eſt,
quòd Chriſti paſsio & mors, ſit pleniſsimum &
vnicum λύτρον pro omnibus peccatis totius mū-
di. Quicunq; igitur aliunde quàm à ſolo Chri-
ſto paſſo & reſuſcitato, quærunt donum ſatisfa-
B ctionis pro peccato: obſtruunt ſibi fontem gra-
tiæ, & reddunt ſibi inutilem mortem & reſur-
rectionem Domini, qua re nihil nec eſſe nec co-
gitari poteſt triſtius. Secundus eſt iuſtificatio-
nis, qua reputamur iuſti, idq́; perfectiſsimè co-
ram tribunali Dei. Nam vt remiſsio peccatorū
eſt ex dono pleniſsimæ ſatisfactionis, quæ per
mortem Chriſti facta eſt: ita iuſtificationis do-
nū eſt, quòd Chriſtus pleniſsimè iuſtus ſit no-
ſtra iuſtitia, eaq́; perfectiſsima, quę Chriſti iuſti-
C tia ſola & vnica toti mundo ſufficit. Lex vitam
promittit, ſed iuſtis: iniuſtis autem mortem mi-
natur. Chriſtus nobis donatus & perfectè iu-
ſtus eſt, & nobis confert, quod lex iure à nobis
exigit, hoc eſt iuſtitiam, quæ eſt via vitæ ęternę.
Atq; hoc eſt quod Paulus ait: *Chriſtus eſt finis le-
gis, in iuſtitiā omni credenti.* Qui igitur credit Chri
ſtum ſuam iuſtitiam eſſe, is habet quod lex req-
rit ad vitam, nempè iuſtitiam: quæ tametſi non
eſt noſtra actio, ſed Chriſti obedientia: tamen
D eam ideò habemus, quia Chriſtum nobis do-
natum, mortuum pro nobis & reſuſcitatum fi-
de poſsidemus.

Tertius eſt ſanctificationis, quæ eſt veluti
veſtis nuptialis, qua donamur à Chriſto ſpon-
ſo. Nam nacti remiſsionem peccatorum, & or-
nati iuſtitia Ieſu Chriſti, nobis credentibus im-
putata, ſimul donamur Spiritu Sancto, quo re-
generamur, viuificamur, ſanctificamur, certifi-
camur de gratia adoptionis, erudimur, & dedu
E cimur in via recta, excitamur ad obedientiam
Deo præſtandam, efficimur vtilia organa in Ec
cleſia Dei: atq; adeò cuſtodimur in fide & bona
conſcientia, vſq; ad finem vitæ noſtræ, quem ſa
lus animarum excipit. Hæc tanta beneficia ſan-
ctificationis nomine comprehenduntur, & nō
aliunde nobis contingunt, quàm propter me-
ritum Ieſu Chriſti mortui & reſuſcitati pro no-
bis. Atq; hæc ſanctificatio eſt reſurrectio noſtri
prima, qua virtute & merito reſurrectiōis Chri-
F ſti, & operatione Spiritus Sancti reſurgimus à
morte peccati, ad nouitatem vitæ, vt mors ſe-
cunda nullam habeat contra nos poteſtatem.

Quartus eſt conſummationis, ſeu glorifica-
tionis, quæ eſt pleniſsima redemptio noſtri per
Chriſtum, & collatio ſempiternæ beatitudinis,
in qua perfecto amore iuncti Deo, fruemur i-
pſius conſpectu in omnem ęternitatem. Ad hāc
glorificationem, cum qua coniuncta eſt vera &
æterna lætitia, viam nobis patefecit Chriſti re-
G ſurrectio. Ideò Spiritus Chriſti in Dauide, lo-
quens de hac glorificatione, in hunc modū ait:
Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplens lætitia vultū

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

tuum, delectationes in dextera tua in perpetuum. Hæc præſens vita nihil eſt, niſi aſsidua conſumptio & iter ad mortem, iuxta illud Manilij:

Naſcentes morimur, finiſq; ab origine pendet:

ſed illa vita, ad quá viam patefacit nobis Chriſti reſurrectio, vera vita eſt, beata, & nunquam finienda.

Habemus quale donum ſit nobis reſurrectio Chriſti. Noſtrum iam eſt fide hoc donum amplecti, Chriſtum omnibus diebus vitæ noſtræ, propter hoc donum gratis nobis collatum, prædicare, & glorificare mente, corde, lingua, adeóque tota vita, qui ſe totum tam liberaliter nobis offert & donat, adeò vt qui vnum eius donum fide acceperit, Chriſtum totum poſsideat cum plenitudine donorum ipſius, quæ dona de ſe mutuo teſtantur, ſicut mutuo cohærent. Qui ergo vnum ex illis habet, reliqua habet; & qui vnum ex illis non habet, nullum habet.

Secundò, proponitur nobis Chriſti reſurrectio, vt exemplar vitæ formandæ iuxta voluntatem Dei in hoc mundo. Vt autem hoc rectè intelligamus, imitationis laudabilis ratio iuſta obſeruanda eſt, iuxta hanc regulam: Facta laudabilia proponuntur imitanda, aliàs in genere tantum, aliàs in ſpecie. In genere tantum, cum facta, id eſt exemplaria, habent perſonale mandatum. In ſpecie, cùm facta, id eſt exemplaria continentur ſub vniuerſali mandato. Factum Abrahæ mactantis filium ſuum Iſaach, quia perſonale mandatum habuit, imitandum proponitur in genere tantum: quod genus eſt, obedientiam erga Deum anteponere rebus chariſsimis & dulciſsimis. Nam ſi quis in ſpecie velit imitari factum illud Abrahæ, crudelis & impius cenſebitur. Chriſtus ex ſingulari mandato Dei volens ſubijt mortem pro peccatis noſtris expiandis, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtri. Ergo hoc factum Chriſti in ſpecie nullo pacto eſt imitãdum, ſed in genere ſolummodo: videlicet quadam ſimilitudinis imitatione, quæ continetur ſub vniuerſali mandato. Chriſtus benefecit inimicis ſuis, cuius factum imitandum eſt in ſpecie, quia exemplum continetur in vniuerſali mandato. Hac obſeruata regula, recitabimus modos imitationis reſurrectionis Domini. Primus, vt Dominus reſurrexit à morte corporis: ita nos à morte animæ reſurgere debemus. Ideò Paulus ait: *Si vnà cum Chriſto reſurrexiſtis, mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram,* id eſt, peccata vſitata inter terrenos homines.

Secundus, vt Chriſtus reſuſcitatus à mortuis non terrena, ſed cœleſtia ſapit: ita & nos mentibus in cœlum leuatis, meditemur cœleſtia, & in eorum contemplatione ſedulò occupemur, quemadmodum Paulus docet, cùm ait ad Col. 3. *Si vnà ſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſuprà ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt, in dextra Dei ſedens. Quæ ſupra ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.*

Tertius, vt Chriſtus reſuſcitatus à mortuis, vitam nouam viuit: ita nos in ipſo reſuſcitati in nouitate vitæ ambulemus, ad Rom. 6.

A Quartus, vt Chriſtus reſurrexit, & non amplius moritur: ita & nos fide Chriſti reſuſcitati caueamus ne rurſus in peccatis noſtris turpiter moriamur: Paulus ibidem.

Quintus, vt Chriſtus reſurrexit in bonũ noſtrum; ita & nos alij alijs in bonũ reſurgamus, vt mutuis officijs nos foueamus, & ſyncera charitate proſequamur.

Sextus, vt Chriſtus ſurrexit in gloriam Patris: ita & nos in gloriam Dei reſurgamus, eum
B mẽte, corde, lingua atq; adeò tota vita celebrantes pro dato filio. Breuiter, ſciamus neminem peruenire poſſe ad reſurrectionem vitæ beatæ, niſi per primam reſurrectionem. Hæc enim gradus eſt ad reſurrectionem vitæ. Vt enim nemo incurrit in mortem ſecundam, niſi mediãte prima: ita nemo ad reſurrectionem vitæ venit, niſi mediãte prima reſurrectione. Mors prima eſt, cùm homo in peccatis ſuis moritur, Deo, qui eſt vera vita, relinquente animam eius. Huc perti-
C net illud Apocalyp. 3. *Nomen habes quòd viuas, ſed mortuus es.* Ex hac morte venit mors ſecũda, nẽpe gehennæ. Quicunq; ergo hanc ſecundã mortem, qua nihil terribilius eſt, vitare cupit: is ſurgat à prima morte, quæ eſt animæ, quò in extremo die ſurgat ad gloriam ſempiternam & vitã beatiſsimam: *Beatus,* ait Iohannes, *qui inuenit partem in reſurrectione prima.* Quomodo autẽ primã reſurrectionem conſequamur, docet ipſe Dominus Iohan. 5. cùm ait: *Amen amen dico vobis, quòd ve-*
D *niet hora & nunc eſt, quando mortui audiẽt vocem Filij Dei, & qui audiunt, viuent.* Audire vocem Filij Dei, eſt ex Euangelio prædicato concipere fidem, qua fit reſuſcitatio à morte peccati, quæ in Apocalypſi dicitur reſurrectio prima. Huc pertinet exhortatio Pauli: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Qui ita reſurgũt, in eos non habebit poteſtatem mors ſecunda, ſed ſacerdotes Dei & Chriſti erunt.

Tertiò, proponitur nobis Chriſti reſurrectio,
E vt pignus & cauſa reſurrectionis noſtrorũ corporum, idq; eorundem numero. Corpus enim idẽ quod ceciderat antea, reſurget in extremo die. Ideò Chriſtus Apocalyp. 1. dicitur primogenitus mortuorum. Et Paulus 1. Cor. 15. ait: *Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ eorum qui obdormierunt.* Dicitur autem Dominus primitiæ eorum qui obdormierunt, tempore, cauſſa, dignitate, perfectione.

Tempore, quia vt primitiæ offerebantur pri-
F mùm, vt reliqui fructus ſuo tẽpore virtute primitiarum ſanctificarentur: ita Chriſtus ante omnes alios homines tertio die à morte reſurrexit ad immortalem vitã, vt reliqui homines tanquam poſteriores fruges ſuo tempore, id eſt, in extremo die reſurgant.

Cauſa, quia vt primitiæ cauſa erant ſanctificationis reliquorum fructuũ eiuſdem generis: ita Chriſti reſurrectio cauſſa eſt reſurrectionis aliorum hominum. Ipſius enim efficacia reſur-
G gent omnes, tum pij tum impij: *Scimus,* inquit, Paulus 2. Cor. 4. *quòd qui ſuſcitauit Dominum Ieſum à mortuis, & nos per Ieſum ſuſcitabit, & ſiſtet vobiſcũ.*

Quòd

Quod autem hoe maximè cōgruat diuinæ iuſtitiæ, idem Paulus indicat hiſce verbis, 1. Cor. 15. *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominē reſurrectio mortuorū. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita in Chriſto oēs viuificabuntur.* Vt enim primitiæ eandem naturam habent cum ijs, quorum ſunt primitiæ: ita & nos, quorum primitię Chriſtus eſt, eandem naturam humanam cum illo habemus. Cùm igitur ille qui primitiæ eſt, reſurrexit à mortuis, reſurgent & alij homines, qui eiuſdem naturæ ſunt participes. *Vt enim mortuus eſt,* ait Bernhardus, *ne nos mori timeremus: ita reſurrexit à mortuis, vt & nos per eum reſurrecturos eſſe ſperemus.* Et Auguſtin. ait: *In paßione qd egit? Docuit quid toleremus. In Reſurrectione quid egit? Oſtendit quid ſperemus.* Atq; hoc eſt quod Petrus vult, cū affirmat nos regenerari in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti. Eſt igitur reſurrectio Chriſti, non ſolum pignus certiſsimū, verum etiam cauſa reſurrectionis noſtri efficaciſsima.

Dignitate, quia vt primitiæ primum ſanctificabantur, vt dignitate priores, quarum ſanctificatio, vt diximus, communicabatur poſterioribus fructibus: ita Chriſti reſurrectio, quę eſt primitiæ noſtræ reſurrectionis, primum fieri debuit, vt quæ dignitate emineat, vt caput membris. Neq; enim quiſquam vnquā præter Chriſtum ita reſurrexit, vt eſſet victor mortis, & de ea triumphum ageret. Quare meritò dignitate antecellit aliorum reſurrectionem.

Perfectione deniq; Chriſtus dicitur primitię eorum qui obdormierunt. Vt enim primitię poſterioribus fructibus ſunt perfectiores: ita Chriſti reſurrectio eorum reſurrectionem, qui ante illum reſurrexerunt, perfectione ſuperat. Nam tametſi Lazarus ante Chriſtum eſt reſuſcitatus à mortuis, ſimiliter viduæ filius, & filia Archiſynagogi, & nonnulli alij ante illos & poſt illos: tamen illorum reſurrectio nequaquam perfecta fuit. Nā reſurrexerūt rurſus morituri. Chriſtus aūt reſurrexit ad æternam & beatam vitā.

Adieci, eorundem numero, propter eos qui putant quidem animas corpora recepturas, ſed non eadem numero, id eſt, quæ ſepulta erāt, ſed aliunde formata & aptata animabus: quorum vanitas reſurrectione Chriſti & decreto Dei refellit̃. Nam vt Chriſtus in eodē corpore, in quo eſt mortuus, vt corpus quod crucis ignominiæ particeps fuit, fieret & gloriæ conſors: ita pij reſurgent cum ijſdem corporibus, in quibus in hac vita dura paſsi ſunt. Ideô Chriſtus dicit eos qui in monumento ſunt, audituros vocem filij hominis, & ꝓdituros in reſurrectionē aut vitæ, aut iudicij. Et Paulus ait: *Transfigurabit noſtra humilia corpora, vt ſint conformia glorioſo ſuo corpori, idq; ea potentia, qua poteſt ſibi omnia ſubijcere.* Omitto teſtimonium Iob, qui dicit ſe viſurum Redemptorem ſuum in carne ſua. Ieronymus ait: *Qui in Chriſto reſurgent, nec corruptionem ſentient vltra, nec mortem: non natura carnis abiecta, ſed conditione eius & qualitate mutata.* Verùm de reſurrectione noſtrorum corporum, & qualitate, copioſè diximus ſuprà cap. 5. quò remitto auditores.

A Porrò ſenſui carnis, & rationis humanæ argutijs, hoc tetragonum fidei Chriſtianæ fundamentum opponito; videlicet reſurrectionem Chriſti, quæ eſt cauſa & pignus reſurrectionis noſtræ futurę: iuſtitiam Dei, qua aliquādo reddet vnicuiq; iuxta opera ſua: voluntatem Dei, quæ in promiſsione ipſius & firmiſsimo decreto cernitur: & potentiam Dei, quam opus creationis rerum & conſeruationis oſtendit. His enim fides reſurrectionis aduerſus omnem ſen- B ſum carnis, & iudicium rationis confirmabitur. Sed præter hoc tetragonum, fundamētum pij adhuc vnum habent longè firmiſsimum: videlicet Spiritum Sanctum in cordibus ſuis, qui illis perſuadet, vt adoptionis, ita & reſurrectionis certitudinem: atq; ideò Paulus ad Epheſ. 1. Spiritum Chriſti, arrhabonem hæreditatis noſtræ in redemptionem & in laudem gloriæ Dei. Eſt enim Arrhabo pignus datum in certitudinem rei promiſſæ, hoc eſt, hęreditatis cœleſtis, q̃ non C prius poſsidebimus, q̃ à morte reſurrexerimus.

Secundò, reſurrectio Chriſti eſt pignus immortalitatis corporum poſt reſurrectionem. Vt enim Chriſtus reſurgens ex mortuis, non amplius moritur, nec mori poteſt: ita omnes homines excitati à mortuis, immortales erunt. Sciēdum eſt autem quòd & Adam & Cain reſurgēt ad immortalitatem, vt non moriantur rurſus. Etſi autem ille ad vitam æternam, hic ad mortē æternam reſurget, neuter tamen morietur vn- D quā, ſed viuet. Adam ante lapſum mori potuit, & potuit non mori. Lapſus non potuit non mori, iuſtitia Dei ſalua. Regenitus ſimiliter non potuit non mori, propter reliquias peccati, reſuſcitatus in extremo die, non poterit mori. Similiter nec Cain mori poterit, ſed viuet, etſi mortuus manebit in æternum. Sed quomodo, inquies, & viuet & non viuet, ſed mortuus erit in ęternum? Viuet naturali vita, quia anima iuncta corpori, ſentiet in vtroque perpetuos crucia- E tus. Non viuet ſpirituali vita, quia Deus, qui vera vita eſt, illum in æternum deſeret: quæ deſertio mors æterna dicitur, quia qui ſic moritur, caret omni ſenſu & motu ſpiritualis vitæ Deo acceptæ, atque ideò reſipiſcere non poterit vnquam. Adam autem viuet & naturali vita & ſpirituali, particeps fructus arboris vitæ qui eſt Ieſus Chriſtus. Sed hîc fortè aliquis, ꝓdiens ex ſchola Origenis, dicet: Indignū optimo Deo eſt, vt Cain puniatur æternis pœnis. Pœnę F enim æternæ excedunt menſurā peccati à Cain cōmiſsi. Sic enim philoſophantur Origeniſtæ, putantes fore, vt & diaboli & impij omnes poſt multa ſeculorum ſpacia ſaluentur. Sed Origeniſtæ aduerſantur Scripturis, quę in pluribus locis comminantur impiis omnibus, diabolis & hominibus æternam mortem: *Vermis eorum,* ait Eſaias, *non extinguetur.* Et Daniel dicit cap. 12. *Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabūt; hi ad vitā æternā, & illi ad opprobria, & ad contēptum* G *ſempiternum.* Et vox iuſti iudicis erit in extremo die ad impios: *Abite à me maledicti in ignem æternū.* Item: *Ibunt iniuſti in ſupplicium æternū; iuſti verò ad*

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

A *vitam æternã.* Cùm autem obijciũt Origeniſtæ,
hoc indignum eſſe optimo Deo, non rectè æſti-
mant peccati magnitudinem, nec quátum ma-
lum ſit cõtemtus remedij per Chriſtum oblati.
Peccatum, id eſt, legis diuinæ tranſgreſsio, non
clauditur terminis, vt illi putant. Tale ſiquidem
peccatum omne, qualis is eſt, qui offenditur.
Nunc aũt infinitũ bonũ offenſum eſt: Proinde
offenſa eſt infinita. Si infinita, infinitas meretur
pœnas. Huc accedit contemtus remedij oblati
B per Chriſtum in iis, ad quos vox Euangelij per-
uenit. Hic contemtus multò maius peccatum
eſt, quàm vel originale malum, vel legis trans-
greſsio in adultis. Ad hæc intereſt gloriæ Dei,
perpetuum extare teſtimonium & iuſticiæ ip-
ſius & iudicij. Iuſticiæ quidem, quod benefaciet
in æternum bonis & rectis corde, id eſt, conuer-
ſis ad Deum per fidem in Ieſum Chriſtum, & in
ea fide obdormientibus: Iudicij verò, quòd pu-
niat in æternum reprobos, qui & propter origi-
C nale vicium rei ſunt, & legis diuinæ ſanctiſsimæ
tranſgreſſores ſunt, & filium Dei remedium ad-
uerſus mortem omnibus gratis offerentem, cõ-
temſerunt. His adde, quòd peccare non deſinẽt
reprobi. Semper enim cum diabolis manebunt
hoſtes Dei, & inuidebunt ſaluti electorum. Atq;
ita videmus quòd & pij & impij, quos per Adá
& Cain intelligo, ſint ſurrecturi in extremo die
ad immortalitatẽ, vt vnusquiſq; reportet, quod
in corpore geſsit, ſiue bonum ſiue malum.

D Tertiò, reſurrectio Chriſti eſt pignus confor-
mitatis ſanctorum cum homine Chriſto reſu-
ſcitato ex mortuis, idq; & ſecundùm corpus &
ſecundùm animam. De corpore loquitur Pau-
lus, cùm ait ad Philippenſes 3. *Noſtra conuerſatio
eſt in cœlis, vnde expectamus ſaluatorem Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, qui transfigurabit corpus hu-
militatis noſtræ, vt ſit conforme corpori gloriæ ſuæ.* Ná
cum carnem noſtrá aſſumſit, vt in ea fieret frater
noſter, particeps eiuſdem naturę, & eam ſubue-
E xit in cœlum glorioſam: non dubium eſt, quin
velit carnem noſtram ſuæ similẽ fore in gloria,
modò in eo manſerimus, vt mẽbra in corpore,
& palmites in vite. *Corpus humilitatis,* vt ait Cyril-
lus, *eſt caro, quæ humiliatur cadens in terram. Transfi-
guratia autem eius, quoniam cùm ſit mortalis, & corru-
ptibilis, immortalis ſit & incorruptibilis futura, non ſe-
cundùm propriam ſubſtantiam, ſed ſecundùm Dei opera-
tionem, qui poteſt mortali immortalitatem, & corrupti-
bili circumdare incorruptibilitatem.* Vt ergo Chriſti
F corpus reſuſcitatũ eſt idem, verum, glorioſum,
integrum: ita noſtra in reſurrectione erunt ea-
dem, vera, glorioſa, integra, 1. cor. 15 Deinde quo
ad animos attinet, transformabimur. Vt enim in
Chriſti anima ſemper fulſit perfecta lux, in affe-
ctibus plena puritas, in volũtate ſumma prom-
titudo & alacritas, atq; in omnibus viribus ani-
mæ perfectiſsimum obediendi Deo ſtudium:
ita in noſtris animis poſt reſurrectionem fulge-
bit lux noticiæ Dei perfecta, in affectibus puri-
G tas, in voluntate alacritas, & in omnibus viribus
animæ perfectiſsimũ obediendi Deo ſtudiũ in
omnem ęternitatem. Breuiter, in imaginẽ Chri-
ſti toti transformabimur, quæ transformatio e-
rit totius hominis perfectiſsima regeneratio in
æterna vita, vbi apparebit illuſtriſsima imago
Dei in electis. De hac cõformitate totius homi-
nis cum Chriſto, loquitur Iohannes 1. Iohan. 3.
cùm ait: *Chariſsimi, nunc filij Dei ſumus, & nõdum ap
paruit id quod futuri ſumus. Scimus autem, quòd cùm
ipſe apparuerit, ſimiles ipſi erimus, quia videbimus cum
ſicuti eſt.* Etſi autem & ſecundùm corpus & ſe-
cundùm animam, id eſt, toti transformabimur,
vt ſimus conformes filio Dei: tamen hoc non eſt
accipiendum ſecundùm gradus donorum &
claritatis. Nam ſi diuerſitas erit inter ipſos ele-
ctos, vt Daniel & Paulus docet, vt ſtella à ſtella
differt in gloria: omnino filius Dei vt caput emi-
nebit ſupra omnes electos, donorum gradibus
& claritate. Hæc tamen imparitas graduum in-
ter electos neminẽ offendet. *Non erit,* inquit Au-
guſtinus, *aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam re-
gnabit in omnibus vnitas charitatis.* Idem: *Id etiam bea
ta ciuitas illa magnum in ſe bonum videbit, quòd nulli
ſuperiori vllus inferior inuidebit, ſicut nunc non inuidet
Archangelis Angeli cæteri.* Huius rei cogitatione
meritò moueri deberemus, ne noſtra corpora,
aut animas, quę ſunt Chriſti membra, vllis vitiis
polluamus. Non enim tam ſunt noſtra quàm
Chriſti membra, qui ſuo nos redemit ſanguine.
Ideò Paulus 1. cor. 6. ait: *Non eſtis veſtri iuris. Emti
enim eſtis precio. Glorificate igitur Deum in corpore ve-
ſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.* Quare vt na-
uigantes & nauis & artis, & venti ſecundi bene-
ficio proſperè nauigant in portum: ita nos in
naui, id eſt, in eccleſia conſtituti, tenentes ſcien-
tiá ſalutis, & acti Spiritu Sancto, rectà feramur
in portum ſalutis per Ieſum Chriſtum.

Quartò, reſurrectio Chriſti eſt piis pignus &
cauſſa æternæ beatitudinis piorum, quæ beati-
tudo coniuncta cum conformitate, eſt finis ho-
minis, ad quem & conditus & redemtus eſt.
Chriſtus enim caput noſtrum: igitur eiuſdem
beatitudinem abſq; omni dubio conſortes eri-
mus. Si ſumus illi conſortes in ignominia in hac
vita, erimus etiam in beatitudine illi conſortes
in futura vita: ſi erimus conſortes diuinæ natu-
ræ, vt Petrus ait, certè non erimus diuinæ beati-
tudinis expertes: ſi ſumus filij adoptionis in
Chriſto, profectò erimus etiam beatitudinis fi-
liorum participes: ſi ſumus caro de carne Chri-
ſti, non erimus vacui beatitudinis ipſius. *Vos om-
nes,* inquit Paulus, *vnus eſtis in Chriſto.* Quî ergo
fieri poterit, vt non eiuſdem beatitudinis ſi-
mus participes?

Vt autem hæc beatitudo nobis magis dulce-
ſcat, pauca huc adiiciam, vt aliquo modo intelli-
gatur, qualis ſit: ac primùm beatitudinem hu-
ius mundi vanam deſcribemus: deinde veræ
beatitudinis initium in hac vita indicabimus:
tum eandem, quantum poſſumus, definiemus:
vt illuſtre diſcimen inter vanam mundi bea-
titudinem, & veram eccleſiæ conſpiciatur.

Beatitudo huius mundi vana, & inſtar fumi
abiẽs, vt eſt Iob capite vigeſimooctauo, in hiſce
quinque poſita eſt, videlicet in multitudine fi-
liorum:

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

liorum: in opum abundantia: in bona corporis valetudine: in ædificiorum magnificentia, & in nominis celebritate. Definit & Pſalmus 144. beatitudinem huius mundi vanam, cùm introducit impios loquentes in hunc modum: *Vt liberi noſtri ſint ſicut plantulæ creſcentes in iuuentute ſua: filiæ noſtræ ſicut anguli ædium perpoliti ad ſimilitudinem templi. Promptuaria noſtra plena, redundantia de victu ad victum. Oues noſtræ fœtoſæ, abundantes multis millibus in villis noſtris. Boues noſtri onuſti, non ſit præruptio neque emigratio, neq; clamor in plateis noſtris. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt.* Huc & Pſalmus 49. pertinet: *Hoc eſt cor eorum, ſi domus eorum ſint perpetuæ, & inhabitationes eorum à progenie in progeniem, & nomen illorum ſit illuſtre ſuper terram.* Omitto verſus Martialis vt notiſsimos:

Vitam quæ faciunt beatiorem, &c.

Epicurei beatitudinem collocant in his tribus: *Ede, bibe, lude.* Sicut & diues ille, Luc. 12. qui horreis impletis animæ ſuæ dixit; *Ede, bibe & oblectare.* Breuiter, Ratio non illuminata verbo Dei, pronunciat eos beatos eſſe, quos fortuna in ſinu fouet. Eſſe autem illa, quæ Iob, & Dauid, & Poeta recitant, magna dona Dei agnoſco, & benedictionem Domini eſſe fateor: quibus ſi quis rectè vtatur, habet inſtrumenta pietatis & virtutis exercendæ maxima. Qui verò ijs abutitur, laqueos ſibi paratos habet, quibus capiatur. Fiunt enim culpa poſsidentis ſæpiſsimè occaſio ad ſempiternam miſeriam. Ideò Dauid iudicium ſuum de hac mundi beatitudine pronunciat, in hunc modum: *Hæc eſt via eorum, cùm ſit ſtultitia.* Et Pſalm. 37. *Vidi impium præfractum & eleuatum vt laurum viridem, tranſiui & ecce non erat.*

Veræ beatitudinis inchoatio fit in hac vita, quæ eſt, vt in eodem Pſalmo indicatur his verbis: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eſt.* Sed cuius populi Deus eſt Dominus? Reſpondit Chriſtus: *Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Hîc Dominus requirit quatuor; Cognitionem verbi Dei (quá præcedit auditus:) fidem iuxta verbum; obedientiam ex fide: & perſeuerantiam vſque ad finem. Nam is cuſtodit verbum, qui nouit verbum, qui credit, qui obtemperat, qui perſeuerat, iuxta illud: *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.* Breuiter, qui retinet fidem & bonam conſcientiam, inchoauit veram beatitudinem in hac vita, etiamſi inopia, odia potentum, exilia, & ſupplicia, perferenda ſint. Nam hac venitur ad veram beatitudinem.

Porrò hîc nõ immeritò aliquis quæret; num tot viæ ſint ad veram beatitudinem, quot ſunt promiſsiones beatitudinis, quales ſunt inter multas quæ ſequuntur: *Beatus qui confidit in eo. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Beatus qui timet Dominum. Beatus qui intelligit ſuper pauperem. Beati miſericordes. Beati pacifici. Beati qui pſecutionem patiuntur. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Beatus homo qui miſeretur paupis,* &c. Sed qs põt huiuſmodi pmiſsiones recitare, cũ ſint penè innumeræ? Reſpondeo. Vnica eſt via ad veram beatitudinem, nempe Ieſus Chriſtus ſolus, qui ita ait: *Ego ſum via, veritas & vita.* Qui huius membrum eſ- ficitur per viuam fidem, in ipſo viam habet, in via ambulat, & hac vna via in veræ beatitudinis poſſeſsionem ingreditur. Qui ab hac via aberrat, à vera beatitudine aberrat, & rectà properat ad ſempiternam miſeriam. Sed quomodo, inquies, cum hac ſententia, quæ eſt longè veriſsima, ſtabunt tam variæ promiſsiones beatitudinis? Optimè ſanè, modò rectè iudicaueris ſecundùm Chriſti regulam, qui dicit: arborem cognoſci ex fructibus. Si bonus fructus eſt, bona eſt abſq; omni dubio & arbor. Contra verò, ſi malus eſt fructus, mala erit etiam arbor. Arbor bona eſt homo fidelis: fide enim purificatur cor hominis fidelis, & eadem iuſtificatur, vt ſeruiat Deo in iuſtitia, eique obediat, retinens fidem & bonam conſcientiam. Proinde huius arboris, id eſt credentis, fructus, ſunt opera dilectionis, id eſt legis: non hæc aut illa, ſed omnia pariter. Nam obedientia ex fide præſtanda debet eſſe vniuerſalis, copulatiua & integra ſecundùm partes, etſi non ſecundùm gradus partium integra eſſe poterit in hac vita. Iam autem quia copulatiua eſt obedientia fidelis hominis, licet ex toto fructu ſimul ſumpto, & ex partibus ſingulis arborem concludere, & quicquid eſt arboris: hac tamen obſeruata regula: Ne fallamur hypocriſi, quæ virtutis larua, & pietatis ſolet ſe oſtentare. Si quis facit opus laudabile in ſe, quale eſt eleemoſyna, non ſtatim ex hoc fructu concludes bonitatem arboris, id eſt hominem facientem eleemoſynam eſſe fidelem: ſed vide prius an ſimul etiam edat reliquos fructus arboris bonæ proprios, id eſt, an faciat reliqua opera legis, videlicet dilectionis Dei & proximi. Nam ſi reliquorum vel plurium vel paucorum voluntarius eſt tranſgreſſor, vaſtat conſcientiam & ſimulata eſt eius eleemoſyna. Non ergo valebit hæc collectio. Phariſæus largê dedit eleemoſynas, ſoluit decimas, &c. Ergo fuit bona arbor: & quia bona arbor, beatus. Nam ſi reliqua cogitas, apparet illum fuiſſe ſuperbum hypocritam, calumniatorem & contemptorem proximi. Ex quo cõcluditur, quòd arbor bona non fuit. Iam regulá Chriſti exẽplis illuſtremus. Fidelis homo eſt beatus, quia fide Chriſto inſertus eſt. Hic proponitur nobis fidelis homo, vt arbor bona, cuius fructus vt dixi, eſt legis obedientia tota & integra, quo ad partes. Licebit ergo in hunc modum concludere. Abraham ambulat in lege Domini: Ergo Abraham eſt bona arbor. Abraham timet Dominũ; Ergo eſt bona arbor. Abraham eſt pacificus: Ergo eſt bona arbor. Abraham miſeretur peregrinis; proinde eſt bona arbor, atq; ita de reliquis partib. legis. Iam autem quia fidelis homo, qui eſt inſtar arboris bonę, eſt beatus: rectè hinc cõcludes beatitudinem de ſingulis fructib. arboris, hoc modo. Abraham ambulat in lege Dñi: Ergo Abraham eſt beatus. Abraham eſt pacificus, Abraham miſeretur; ergo eſt beatus. Sic de cæteris. Verùm ratio conſequentiæ petetur, nõ à particularib. operibus, ſed à qualitate arboris hoc modo. Abrahá miſeretur pauperis; Ergo eſt

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

beatus. Quia quiſquis verè miſeretur pauperis,
fidelis eſt, & ex fide manat hic fructus, videlicet,
miſericordia. Nemo enim ſine fide ſyncerè mi-
ſeretur. Atq; ita de alijs operib. eſt cõcludendũ,
quib. promittitur beatitudo. Quatenus.n. opus
proficiſcitur ex fide, beatus rectè pronunciatur:
quiſquis illud opus fecerit, idq́; nõ propter ope
ris meritũ aut dignitatẽ, ſed propter arborẽ. Ve
rũ ſi quis fide caret, & opus laudabile in ſpecie
fecerit, ſciendũ eſt quòd illud opus ſit infectũ
veneno incredulitatis, quẽadmodũ ex ſupiori
regula deprehendere facillimũ erit. Quare nec
promiſsionẽ beatitudinis habet, nec bonum co
rã Deo cenſetur, etſi vſu inter homines laudabi
le & bonum eſſe judicatur. Breuiter, quicquid
non fit ex fide, peccatũ eſt. Ad maiorem dicto-
rum declarationem teneatur & hæc regula, cu-
ius vſus in ſcripturis eſt frequentiſsimus. Quan
do plura pariter natura coniuncta ſunt, vt quę
ſimul dependeant ab vna eademq́; cauſa, valet
conſequentia affirmatiuè & negatiuè: & à cau-
ſa ad effectus cognatos, & ab effectibus ſigilla-
tim vel iunctim ad cauſam, & ab effectibus ad
cognatos effectus. Cognatos effect9 voco, q̃ ex
vna cã, tanq̃ ex vna radice & cõmuni ꝓueniũt.
Vt fides eſt cauſa ſeu radix omnium verè bono
rum operum. Vbi ergo vera fides eſt, ibi omnis
generis bonorum operum eſt fructus. Vbi bo-
na opera, ibi ſimiliter cauſa ſeu radix ſeu mater
eorum eſt. Quicquid igitur laudis tribuitur ope
ribus, hoc radicis reſpectu fit. Hactenus de bea-
titudine vera, ſed imperfecta, quæ locum habet
in hac vita, & eſt via ad veram & perfectam bea-
titudinem, quæ locum habet in futura vita.

Quæ igitur eſt vera illa & perfecta beatitu-
do? Vera beatitudo & perfecta, eſt æterna fœli-
citas & plena, quam promittit Euangelium fi-
lijs Dei poſt hanc vitam. Quid eſt illa? Eſt par-
ticipatio beatitudinis diuinæ. Nam pij Deo, qui
primùm verè & per ſe beatus eſt, iuncti perfe-
cto amore, fœlicitatis ipſius participes fiunt. Cu
ius ratio hæc eſt. Deus formauit hominem ad i-
maginem & ſimilitudinem ſuam. Vult ergo
Deus per communicationem & participatio-
nem ſuæ beatitudinis eum beatum fore, quæ
beatitudo erit ſtatus hominis, ad quem condi-
tus eſt perfectiſsimus. In quo ſtatu benè beate-
q́ue viuet homo in omnem æternitatem. Nam
expers erit omnis doloris & laboris; erit ſine
metu alicuius impẽdentis mali; abundabit per-
fecto bono, ſummoq́ue gaudio, vt nihil ampli-
us deſideret; certusq́ue erit de eius ſummi &
perfecti boni & gaudij perpetua poſſeſsione &
fruitione, iuxta illud Pſalm. 37. *Hæreditas eorum
in æternum erit.* Item Pſal. 16. *Delectationes in dex-
tera tua in æternum.* Hoc totum complectitur Io-
hannes, cùm ait: *Cùm apparuerit, ſimiles ei erimus.
Videbimus enim eum ſicuti eſt.* Et Paulus: *In eandem
imaginem transformamur à gloria in gloriam.* Et Pe-
trus ait: *Participes eritis diuinæ naturæ.*

Sed dicat aliquis: Quid pergis deſcribere,
quod nec ſenſus, nec ratio capit? Etſi nec ſen-
ſus, nec ratio hoc plenè capit in hac vita; tamen
A guſtum quendam tantorum bonorum in hac
vita nos percipere oportet, vt magis magisq́ue
excitemur ad ea meditanda & expetenda, vt
noſtrum πολίτευμα ſit in cœlo, vt quotidie expe-
ctemus illum diem, in quo beatitudo promiſſa
reuelabitur; ac vt iuxtà cogitemus, quanta miſe
ria ſit eorum futura, qui in hac vita cum Chri-
ſto à mortuis non reſurgunt. Quid quæſo tri-
ſtius & miſerius eſſe poterit, quàm geſtare ima-
ginem Sathanæ, iungi Sathanæ vt capiti, ex-
B cludi à fruitione Dei in perpetuum, cruciari
cum diabolo in omnem æternitatem, ſine om-
ni ſpe veniæ, & mitigationis pœnarum. Col-
latio ergo beatitudinis ſanctorum, & miſeriæ
damnatorum, nos excitet ad amorem Euange-
lij, & ad formandam vitam dignè Euangelio,
iuxta dictum Pauli ad Titum capite ſecundo:
*Apparuit gratia Dei ſalutaris omnibus hominibus, eru-
diens nos vt abnegata impietate, & mundanis cupidita-
tibus, ſobriè & piè & iuſtè viuamus in præſenti ſecu-*
C *lo: expectantes beatam illam ſpem & apparitionem glo
riæ magni Dei, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui de-
dit ſemetipſum pro nobis, vt redimeret nos ab omni ini-
quitate, & purificaret ſibi ipſi populum peculiarem, ſe-
ctatorem bonorum operum.*

DE VSV.

Vſus reſurrectionis Chriſti dulciſsimus, non
eſt nobis prætereundus, qui eſt multiplex, vt
breuiter indicabimus.

D Primus vſus reſurrectionis Dñi eſt arcanus
in corde credentis, ſoli fideli animæ notus: vi-
delicet inenarrabile gaudium conſcientiæ, qđ
naſcitur ex ſenſu viuo remiſsionis peccatorum,
iuſtificationis, donationis Spiritus Sancti, & ha
bitationis Chriſti in corde credentis, iungentis
ſe credenti, & efficacis in illo per ſuum Spiritũ,
quo dat teſtimonium Spiritui noſtro, quòd ſi-
mus filij Dei.

Secundus vſus reſurrectionis Domini eſt a-
E pertus, videlicet in ore credentis per confeſsio-
nem Chriſti mortui & reſuſcitati pro nobis. I-
deò Apoſtolus ait: *Si credideris in corde tuo, ꝙ Deus
illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim credi-
tur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſsio ad ſalutem.* Ro-
man. 10. Hinc hymni à pijs Patribus conſcripti,
canuntur in Eccleſia, qualis eſt: *Victimæ paſchali
laudes.* Item: *Salue feſta dies.*

Tertius vſus reſurrectionis Dñi eſt efficaci-
tas in opere iuxta legis normam; videlicet vt ſer
F uiamus Deo in iuſtitia & ſanctitate vera, vt nos
inuicẽ fraterno amore proſequamur, vt qui in
Chriſto fratres ſumus omnes, eundem Patrem
cum Chriſto habentes. Hinc illud Pauli ad Ro-
man. 6. *Quicunq; baptizati ſumus in Chriſtum Ieſum,
in mortem ipſius baptizati ſumus. Sepulti igitur vnà
cum ipſo ſumus per baptiſmum in mortem, vt quemad-
modum excitatus eſt Chriſtus à mortuis in gloriam Pa-
tris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

Quartus vſus reſurrectionis Chriſti eſt iucũ-
G dus in proſpero rerum ſucceſſu. Nam cùm no-
bis in hac vita non datur ſatiari vllo vel proſper
rimo rerũ ſucceſſu, nulla copia, nulla voluptate,
nul-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

lis delitijs: reſurrectio Domini nos monet, vt co
gitemus de fœlicisſimo ſtatu, quē expectemus
in futura vita, in quo ſatiabimur diuina fruitio-
ne, ſummo bono & delitijs ſempiternis, quas
nulla interrumpet vicisſitudo.

Quintus vſus reſurrectionis Domini eſt pre
cioſus in cruce. Eſt enim cogitatio reſurrectio-
nis Domini remedium catholicum aduerſus
oēs calamitates animæ, corporis, famæ. Vt enim
aquæ amaræ factæ ſunt dulces, immiſſo ligno
in aquas per Moſen: ita quælibet crux fit dulcis
attactu crucis Chriſti mortui & reſuſcitati. Pius
proinde homo cùm aduerſa patitur, cùm duris
fatigatur, ad ſpem ſecuturæ gloriæ mentem eri-
gat, & de Redemptoris ſui reſurrectione confi-
dens, dicat cum Iob; *Ecce in cœlo teſtis meus, & con-*
ſcius meus in excelſis. Item: *Scio quod Redemptor me-*
us viuit, &c. Hinc & Paulus caput conſolationis
A in cruce petit, Timotheo ſcribens in hunc mo-
dū: *Memor eſto Ieſum Chriſtū reſurrexiſſe à mortuis.*

Sextus vſus reſurrectionis Dñi eſt triūphus
in morte. Sic enim Bernhardus ait: *Quia vtrumq;*
nobis neceſſarium erat, & piè viuere, & ſecurè mori; &
viuendo viuere docuit, & mortē moriendo ſecuram red
didit. Nā Chriſtus vt ſua vna morte deſtruit du-
plicē mortem noſtram, ſcilicet culpæ & gehen-
næ: ita nobis ſua reſurrectione duplicē reſurre-
ctionem operatur, videlicet reſurrectionem a-
B nimarum à peccato in hac vita, & reſurrectionē
corporum in extremo die, ad beatam & immor
talem vitam. Hæc de glorioſa reſurrectione Dñi
præfari placuit, cuius nos participes faciat æter-
nus Pater, vt ipſum cum Filio æterno, & Spiri-
tu Sancto, cum omnibus ſanctis hominibus, &
Angelis celebremus in omnem æternitatem.

AMEN.

SVMMA CAP. XX.

CHriſtus reſuſcitatus à mortuis ipſo die reſurrectionis, mane apparuit Mariæ Magdalenæ primum, veſpere diſcipulis, abſente Thoma: Octauo die poſtea à reſurrectione rurſus apparuit diſcipulis, præſente Thoma. Huius apparitionis finis eſt, vt credamus quòd Ieſus ſit Chriſtus, & vt credentes vitam æternam habeant per ipſum.

ORDO ET PARTES CAPITIS XX.

Quatuor ſunt partes huius capitis.

Prima, de apparitione Chriſti reſuſcitati, Mariæ Magdalenæ facta.

Secunda, de apparitione Domini coram Diſcipulis, veſpera eiuſdem diei, abſente Thoma.

Tertia, de apparitione facta octauo die, cùm Thomas vnà cum aliis aderat.

Quarta, de fine apparitionis Domini.

EXEGESIS CAPITIS VICESIMI CVM OBSERVATIONE DOCTRINARVM.

PARS PRIMA.

MAria Magdalena veniens ad ſepulchrum, cùm vidiſſet lapidem reuolutū, cucurrit ad Petrum & Iohannem, nuncians Domini corpus ſublatum eſſe: illi confeſtim properant ad ſepulchrum, & cùm viderent vacuum ſepulchrum, & linteamina conuoluta, crediderunt. Verùm diſcedentibus diſcipulis, manſit Maria ſola, cui inſpicienti ſepulchrum, Angeli apparent. Hæc cum retroſpiceret anxia, apparet ei Dominus, quem primùm putat hortulanum eſſe. Mox autem cùm eam nominaſſet Dominus, agnouit Magiſtrum ſuum: cui Dominus mandat, vt quòd viderat diſcipulis ſuis nunciet, quod & fecit.

A Huius partis duo conſtituamus membra.

Vnum de facto Mariæ, Simonis, & Iohannis.

Alterum de Maria, (manente apud ſepulchrum, diſcipulis diſcedentibus) cui Dominus apparuit.

DE PRIMO.

PRIMVS.

1 *Primo autem die hebdomadis, Maria*
Magdalena venit mane, cùm adhuc tenebræ
B *eſſent, ad monumentum, & vidit lapidem*
ſublatum à monumento.

Ardentisſimus amor Chriſti lucet in hac fœ-
mina. Etſi enim fides eius admodum languida
erat: tamen ex ea ingens amoris vis ſpirabat. Fie
ri enim non poteſt, vt fides vel maximè langui-
da, ſit ocioſa. Studium huius mulieris erga Ma
giſtrum ſuum, commendat etiam circumſtan-
tia temporis & loci. Temporis quidē, quòd ad-
C modum manè, cùm adhuc tenebræ eſſent, vene
rit: loci verò, quòd ad monumentum obſignatū
& militum cuſtodia munitum acceſſerit, nō me
tuens nec tenebras, nec militum iniurias. Cur
autem venerit ad ſepulchrum Maria cum alijs,
indicant alij Euangeliſtæ, videlicet; vt precioſis
aromatis tota nocte præparatis, Chriſti corpus
vngeret, vt diutius in ſepulchro incorruptum
ſeruaretur. Hoc opus, ſi genus reſpicis, lau-
dabile erat, quod nobis commendat curam cor
D poris Chriſti myſtici, id eſt Eccleſiæ & mem-
brorum eius. Verùm ſi ſpeciem intendis, inu-
tile prorſus erat & ſuperuacaneum, & magnū
argumentum, quòd Magdalena parum credi-
derit promiſſioni Chriſti, qui prædixerat ſe ter
tio die reſurrecturum à mortuis. Vſque adeò
difficilè eſt credere, quod iudicio ſenſuum & ra
tionis repugnat; id quod tamen veræ & ſaluta-
ris fidei proprium eſt. Sed pijſſimus Ieſus
E infirmitatem ſuorum, modò ſcintil-
lula fidei in corde fuerit, bo-
ni conſulit.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

SECVNDVS.

2 *Cucurrit ergo, & venit ad Simonẽ Petrum, & ad alium diſcipulum, quẽ amabat Ieſus, & dicit illis: Suſtulerunt Dominum è monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eũ.*

Quia Magdalena vidit monumentum apertum & vacuum, ſuſpicatur corpus Domini, vel furtim ab amicis, vel violentia ab hoſtibus ſublatum eſſe. Non reuocat in memoriam prædictionem Chriſti, quòd reſurgeret tertia die. Tanta humana infirmitas eſt ad credẽdum ea, quæ ſunt extra ſenſum & rationem noſtram poſita. Venit igitur ad Petrum & Iohannem, ijsq́ue quod temerè ſuſpicabatur, vt certiſsimum nunciat, videlicet ſublatum eſſe corpus Domini. Huiuſmodi eſt ingenium hominum, leuiſsimis indicijs in ſenſus incurrentibus plus credit, quàm verbis Dei infallibilibus. Sic debebat potius hæc fœmina collegiſſe: Veni ad ſepulchrum, inueni lapidem reuolutum, & ſepulchrum vacuum. Igitur haud dubiè ſurrexerat Dominus, iuxta ſuam prædictionem & promiſſionem. Sed vicit vicioſa carnis ratiocinatio.

TERTIVS.

3 *Exijt ergo Petrus, & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum.*

4 *Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus cucurrit citiùs Petro, venitq́ prius ad monumentum.*

5 *Et cùm ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina, & tamen non introijt.*

Quia Maria Magdalene ſublatum Dominũ conqueſta eſt Petro & Iohanni, mox illi ad ſepulchrum ſe conferunt, viſuri an ſic eſſet. Nihil enim minus cogitarunt quàm ipſum reſurrexiſſe. Exponit ergo Euangeliſta primùm, quòd Petrus & alius ille diſcipulus venerunt ad ſepulchrum: Deinde modum exponit, videlicet ꝙ Petrus tardius, ille autem alius diſcipulus citius ad ſepulchrum venerit, & inclinato corpore viderit linteamina in ſepulchro poſita, non tamen introijt. Curſus horum diſcipulorum, commendat nobis ſtudium quærendi Chriſtũ. Quod alter ille diſcipulus præcucurrit, & venit citius Petro, commendat ſingulis vt ſatagant ſuarum rerum, in quærendo Chriſto, non expectantes ſocietatem. Allegorias quas hîc fingunt ocioſi Monachi, omitto.

QVARTVS.

6 *Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita.*

7 *Et ſudariũ quod erat ſuper caput eius, non cum linteaminib. poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum.*

8 *Tunc ergo introijt & ille alius diſcipulus, qui venerat prior ad monumentum, viditq́ & credidit.*

9 *Nondum enim nouerant ſcripturam, quòd oportuiſſet eum à mortuis reſurgere.*

10 *Abierunt ergo rurſus diſcipuli ad ſemetipſos.*

Senſus verborum manifeſtus eſt. Doctrinæ aũt plures ſe hic offerunt. Prima, veſtes in ſepulchro relictæ, non ſolum teſtantur Dñm reſurrexiſſe, verũetiam ad eũ ſtatum reſurrexiſſe, in quo nullus erit vſus veſtiũ. Secunda, veſtes relictæ in monumento, ſignificant per Chriſtum recuperatam eſſe innocentiam per Adamum amiſſam. Tertia, quòd veſtes ſint concinnè repoſitæ, & ſudarium ſeparatim in vnum locum cõuolutum, indicant vanitatem eorum, qui mentiebantur corpus Dñi furtim ſublatum eſſe: fures enim non tantum ocij ſibi ſumpſiſſent, vt eũ veſtib. exuerent, & veſtes conuolutas concinnè reponerent. Quarta, quanta fuerit infirmitas & incredulitas diſcipulorum ex eo oſtenditur, ꝙ nec prædictionib. de Chriſti reſurrectione, nec certis indicijs & ſignis incurrẽtib. in oculos, crediderint. Ita enim ait: *Vidit & credidit*, ſcilicet Dominum ſublatum eſſe, quẽadmodum à Maria Magdalene audiuerat. Nondum enim nouerat Scripturã, quòd oportebat eum reſurgere à mortuis. *Non enim credidit reſurrexiſſe*, ait Auguſtinus, *quem neſciebat oportere reſurgere.* Atq; ita videmus, quantum ſenſus & ratio valeant in negocio ſalutis ſine verbo. Verùm alij ſic accipiũt hunc locum. Vidit, ſcilicet linteamina poſita & ſudarium conuolutum, & credidit ſignis hiſce, motus Dñm reſurrexiſſe. Nam ſi corpus Dñi fuiſſet furtim ſublatum, nequaq̃ fures reliquiſſent veſtes in ſepulchro, nec exuiſſent eum veſtib. Cur aũt non antea crediderit, cauſa ſubiungit͂. Nondum enim nouerant Scripturã, ꝙ oportuiſſet eum à mortuis reſurgere. Atq; hac fide ſecuri facti de reſurrectione Dñi, domũ redeunt, cũ propter metum Iudæorũ, tum propter mandatũ Chriſti, qui iuſſerat eos manere Ieroſolymis. Quintò, monemur vt ſepoſito carnis ſenſu, & excluſo rationis acumine, acquieſcamus in verbo Dei: à quo qui aberrat, ruit in præcipitia errorum pernitioſorum. Exemplum igitur imitemur Dauidis, ꝗ ait: *Lucerna pedib. meis verbũ tuũ.*

DE SECVNDO.

PRIMVS.

11 *Maria autem ſtabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe in monumentum.*

12 *Et videt duos Angelos amictos albis ſedentes. Vnum ad caput, alterum ad pedes, illic vbi poſuerant corpus Ieſu.*

Maria Magdalene, abeuntibus diſcipulis, moram trahit longiorem apud monumentum, vt diligentius exploret, quò ſit deportatum corpus Domini. Nihil enim minus credidit, quàm eum reſurrexiſſe. Ploratus mulieris, magnitudinem dilectionis erga Dñm optimè de ſe meritũ indicat. *Viris*, inquit Auguſtin. *redeuntib. infirmiorẽ ſexũ in eodẽ loco fortior figebat affectus.* Quod aũt

Ange-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Angeli ſedeant in ſepulchro amicti albis, ſymbolicū eſt. Significatur enim, quòd Angeli ſint miniſtri Chriſti & Eccleſiæ, quòd ſint teſtes reſurrectionis Chriſti, quòd ſint cuſtodes Eccleſiæ in hoc mundo, ꝙ Chriſtus ſit victor diaboli & triūphator. Sed de Angelis ſuprà dictū eſt.

SECVNDVS.

13 *Dicunt ei Angeli: Mulier quid ploras? Dicit eis: Suſtulerunt Dominum meum, nec ſcio vbi poſuerunt eum.*

Magnum eſt quòd Filius Dei voluerit ſuos apparitores Angelos bonos apparere mulieri, quæ tãtis vitijs antea fuerit obnoxia: maius eſt quòd illam blandiſsimè alloquãtur Angeli: ſed omnium maximū eſt, ꝙ ipſe Dn̄s Sebaoth Rex gloriæ Chriſtus, & illi appareat, & illam alloquatur. Sed quid faciūt Angeli illi apparẽtes? Magdalenam interrogant cauſam ploratus, non ꝙ ignorarent cur ploraret: ſed vt mœſtam conſolarentur, nunciantes ei quòd Dominus reſurrexiſſet à mortuis. Sic enim Matthæus ait: *Reſpondens autē Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos. Scio enim quòd Ieſum, qui crucifixus erat, quæritis, non eſt hîc*, id eſt, in ſepulchro, vbi eum quæritis. *Surrexit enim, ſicut dixit.* Cùm dicit, *ſicut dixit:* tacitè mulieris incredulitatem accuſat, vt quæ nō crediderit prædictioni ſui magiſtri.

Porrò cùm Magdalena cauſam reddens ſui ploratus, reſpondet: *Suſtulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum:* ratiocinatur ex ſenſu carnis, & non ex verbo, vt ſuprà admonui. Chriſtus prædixerat ſe reſurrecturum tertia die, qđ Magdalena ignorare non potuit. Iam venit tertia die Maria ad ſepulchrū, & inuenit illud vacuum. Ex quo ſimpliciter aliud inferre non potuit, quàm abeſſe corpus Domini è ſepulchro: idque vel per reſurrectionem, vel per violentiam hominum, vel per induſtriam amicorum. Sed quid mulier? Non ex verbis Chriſti eum reſurrexiſſe, ſed ex ſenſu carnis eum ſublatū eſſe furtim. Hanc in nobis deploremus cæcitatē, qui plus quàm talpæ ſumus in negocio propriæ ſalutis. Monemur ergo vt ſuſpectum habeamus quicquid ſine verbo in doctrina ſalutis, à quocunq; tandem homine adferatur.

TERTIVS.

14 *Hæc cùm dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantē, nec ſciebat quòd Ieſus eſſet.*

15 *Dicit ei Ieſus: Mulier quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans quòd hortulanus eſſet, dicit ei: Domine ſi tu aſportaſti eum, dicito mihi vbi poſueris eum, & ego illum tollam.*

Ardentiſsimus affectus mulieris hîc deſcribitur. Etſi autem hæc mulier non credit Dominum reſuſcitatum à mortuis, tamen amore quo proſequebatur viuum, mortuum quoque proſequitur, quod eſt verè amãtium. Conuerſa retrorſum (Angelis haud dubie adorantibus Dominum ſuum à tergo mulieris apparentem) vidit Ieſum ſtantem, ſed putat non Ieſum eſſe, ſed hortulanum. Quare ipſum interrogat, an is aſportauerit ipſum, rogatq; vt ſibi dicat vbi poſuerit eum, vt ipſum tollat & inungat aromatis, quæ ſecum attulerant mulieres. Hęc pictura eſt cultus legalis, q̄ finē habet reſuſcitato Chriſto.

QVARTVS.

16 *Dicit ei Ieſus: Maria. Cōuerſa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter.*

Dominus Mariam compellat ſuo nomine, & illa ex voce agnoſcit Dominum ſuum, & iam credit viuum, quem putauit eſſe mortuum ſublatum. Beatus quem Dominus proprio nomine compellat, & qui agnoſcit Dominum ſe compellantem. Compellat autem omnes & ſingulos veluti propriis nominibus, cùm ait: *Venite ad me* OMNES, *qui laboratis & onerati eſtis.* (Nam in vniuerſali particula OMNES, ſinguli ſtatuãt ſe nominatim cōpellari & inuitari, vt ad Chriſtum veniant, vt cùm ſingulariter dicitur non expreſſo nomine: *Dilige Dominum Deum tuum,* &: *Dilige proximum tuum,* ſinguli cogitare debent ad ſe nominatim vocem Domini dirigi.) Agnoſce igitur hîc Dominum te compellare nominatim, & inuitare vt ad ipſum venias, ipſum audias & in eum credas, quo in illo ſaluus fias. Hic piè quæritur, cur Mariæ Magdalenæ primum à reſurrectione apparuit Dominus. Huius rei plures cauſæ adferri poſsūt in noſtri inſtructionem. Prima, vt Chriſtus hoc facto oſtēdat ſe reſurrexiſſe in ſolatium & ſalutem peccatorum agentium pœnitentiam, qualis hæc mulier fuit: quæ putatur peccatrix illa fuiſſe, quæ in domo Simonis leproſi remiſsis peccatis recepta eſt à Chriſto in gratiam, & à qua Dominus ſeptem dæmonia eiecerat, vt Marcus refert. Huic primum apparuit, vt quomodo velit perpetuo eſſe affectus erga peccatores reſipiſcentes, declaret. Sciamus ergo Dominum humilia & imbecillia verè diligere, iuxta illud: *Calamum quaſſatum non confringet, linum fumigans non extinguet, in veritate proferet iudicium.* Habemus proinde hîc exēplum regulę. Vbi abundat peccatum, ibi ſuperabundat & gratia, videlicet cùm homo verè reſipiſcit, vt hæc mulier fecit. Item, quòd Deus nō recordetur peccatorum, quæ ſemel cōdonauit, niſi cōtumaciter iterent̄. Tunc. n. agit, vt eſt Ezechiel. 3. Miniſtri Euangelij imitētur magiſtri ſui exemplum, & manſuetè agant & paternè cum peccatorib. reſipiſcentib. Verùm diligenter cauēda ſunt illis duo extrema, id eſt, ne vel nimia ſeueritate frãgam⁹ animos debiliū: vel blãditijs noſtris indulgeamus peccatorib. vnde in ipſis malū magis fouet̄. Secunda, ꝙ beneficiū reſurrectionis Chriſti nō ſolum ad maſculos, vt qdā ineptiſsimè garriunt, verumetiam ad mulieres pertineat. Tertia, vt doceat Chriſtus ſe nō habere ratione propagatiõis carnalis, ſed ſpiritualis ſolūmodo, qua quis credētes filij Dei naſcunt̄. Nā ſi primū apparuiſſet matri ſuæ & cognatis, hypocritæ regnū Chriſti ꝓpagationi carnali ad

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſucceſsioni, qualis in imperijs mundi cernitur, alligaſſent. Quarta, vt mulier in paradiſo mater noſtra, prima mortis nuncia fuit viro: ita decuit vt & mulier eſſet prima nuncia vitæ inchoatę in Chriſti reſurrectione.

QVINTVS.

17 Dicit ei Ieſus: Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad Patrem meum.

Cùm Maria Magdalene videret Dominum reſuſcitatum, carnali affectui indulgens, voluit eum amplecti & oſculari, eo more, qui tum vſitatus erat inter homines amicos in hòc mũdo, tanq̃ poſthac eſſet conuerſaturus Dominus inter homines, ſicut antea: idq́; fecit, vt ſuum affectum erga Magiſtrum ſuum, hoc externo amoris ſymbo declararet. Sed Dominus eam prohibet, dicens: *Noli me tangere.* Cui prohibitioni cauſam ſubiungit, dicens: *Nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Etſi autem admodum obſcura videtur ratio huius collectionis: tamen ex ijs quę ſequuntur, poteſt hæc ſententia analoga fidei colligi. Dominus hac prohibitione & prohibitionis ratione corrigit errorem mulieris, quæ putabat Chriſtum reſuſcitatum conuerſaturum eſſe poſthac cum hominibus vt prius, & inchoaturum regnum quoddam carnale. Errat ergo hæc fœmina in fine notionis Chriſti, quem finem tactu indicabat. Hęc igitur carnalis opinio de Chriſto, ſignificabatur tactu Magdalenę: quẽ cùm non admittit Chriſtus, ſignificat quòd reſuſcitatus à mortuis non velit carnaliter tangi & coli, ſed Spiritualiter; quod tum demum ſignificat futurum eſſe, vbi aſcenderit ad Patrem. Tunc enim non carnali contactu, ſed ſpirituali contingẽdus eſt, qui fit per fidem & *κοινωνίαν* ſpiritualem, qua illi arctiſsimè iungimur vt palmites viti, & membra corpori, cuius typꝰ erat coniugium in paradiſo inſtitutum. Nam ideò moritur, reſurgit, & aſcendit Chriſtus, vt omnia impleat, & regnet in cordibus hominum ſpiritualiter, verè tamen. Ad hunc igitur corda noſtra leuemus, vt ipſum fide attingamus in p̃ſenti ſęculo, quo olim in cœlo eius perpetua fruamur conuerſatione, iuxta illud Pauli: *Noſtrum πολίτευμα eſt in cœlis.* Huc reſpexiſſe videtur Paulus 2. Corinth. 5. cùm ait: *Iam non amplius nouimus Chriſtum ſecundum carnem.*

Sed quomodo, inquies, cum his congruit qđ Matthæus ſcribit, videlicet mulieres acceſsiſſe & tenuiſſe pedes eius? Hæc inter ſe minimè pugnant, ſed optimè potius conueniunt. Nam ꝓhibitio præſens, & permiſsio iſta, differunt finibus. Finis prohibitionis fuit, ſicuti iam expoſuimus, vt doceret ſe reſuſcitatum non carnaliter colendum eſſe, ſed ſpiritualiter: non ſolum tanquam hominem excellentem, ſed verum Deũ regnantem in cordibus hominum agnoſcendũ. At finis permiſsionis erat, vt ſignificaret ſuum affectum erga mulieres nõ eſſe diminutum per ipſius glorioſam reſurrectionem. Nam ſimiliter vt ante mortem: ita & poſt reſurrectionem vero amore eſt proſecutus ſuos. Cùm igitur prohibitio & permiſsio finibus differunt, nequaquam altera alteri aduerſatur. Vt ergo prohibitio, qualem requirat Chriſtus reſuſcitatus, copulationem ſui & Eccleſiæ docet: ita permiſsio indicat Chriſtum reſuſcitatum, eundem affectũ retinere erga Eccleſiam, quem habuit cum adhuc verſaretur in hoc mũdo corporaliter. Non eſt igitur quòd putemus opus eſſe alijs interceſſoribus apud ipſum regnantem. Æquè enim nos amat regnans & humiliatus, quemadmodum ſequentia indicant.

SEXTVS.

Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meũ, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.

Vt nuncia mortis fuit mulier: ita Dominus voluit mulierem eſſe nunciam vitæ, vt ſciamus quòd quemadmodum in Adam mortui ſumus omnes: ita in Chriſto reſuſcitato à mortuis viuificamur, & in nouos homines renaſcimur & transformamur, vt iam fratres Chriſti & Filij Dei cenſeamur. Quæ quæſo dignitas maior cogitari poteſt, quàm Filium Dei & fratrẽ Chriſti dici & eſſe? Cur autem Dominus non dicat: Aſcendo ad Patrem noſtrum & Deum noſtrum, ſed: *Ad Patrem meum, & Patrem veſtrum: & ad Deum meum, & Deum veſtrum*, duæ ſunt grauiſsimæ rationes. Prior eſt modi: quia alio modo eſt Pater & Deus Chriſti, quàm Pater & Deus noſter. Eſt enim Pater Chriſti natura; noſter gratia. Eſt Deus Chriſti, quatenus Chriſtus Mediator eſt inter ipſum & nos; noſter autem Deus eſt, quatenus ab eo creati & in gratiam recepti per Chriſtum Mediatorem ſumus. Poſterior ratio eſt ordinis: quia Chriſtus Filius eſt prior ordine, vt ab æterno à Patre natus: nos adoptiõe, poſterius, & in Chriſto, in tempore. Ergo ordine eſt prior Pater Chriſti, quàm noſter. Sic etiá eſt Deus Chriſti prius dignitate, Deus noſter gratia adoptionis per Chriſtum, & in Chriſto. Sed quomodo Deus Chriſti eſſe poterit, cùm Pater & Filius vnus ſit Deus? Eſt Deus Chriſti non ratione perſonę. (nam Filius idem eſt cum Patre Deus. Vnus enim eſt Deus, etſi perſonæ ſunt diſtinctæ & plures) ſed ratione aſſumptæ naturę, & officij Mediatoris. Quantum aũt conſolationis hinc pia mens capiat, cùm cogitet ſe communẽ Patrem & communẽ Deũ habere cũ Filio Dei, nemo verbis explicauerit. Maneamus ergo in Chriſto, vt q̃ ſuauis ſit Dñs Deus & Pater noſter omnibus in ſe ſperantibus, guſtemꝰ.

Porrò hic locus docet, quòd oẽs fideles ſint inter ſe fratres in Chriſto. In Chriſto dico, quia quatenus mẽbra Chriſti ſumus, cõmunem cum Chriſto Patrẽ habemus, etſi diſpari ratione, vt dictũ eſt. Chriſtus. n. natura, nos adoptiõe filij Dei ſumꝰ. Quotquot ergo in Chriſto ſunt, ſciát ſe fratres eſſe multo nobiliori gradu, & arctiori modo, quàm qui carnaliter nati ſunt ex ijſdem parentibus, vt Ioſeph & Beniamin. Iam ſi Filij ſunt Dei & fratres in Chriſto, eos verô amore copula-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

copulari oportet, vt non ſecus ſe mutuo ament A
ac foueant, quàm membra eiuſdem corporis ſe
mutuò complectuntur, prima Corinthiorum
duodecimo. Verùm quia ſpiritualis eſt hæc fra-
ternitas ex Spiritualibus indicijs, quæ in vita
& moribus lucent, colligendum eſt, qui nam
ſint verè fratres in Chriſto: & poteſt Pſalmus
15. nobis eſſe inſtar Lydij lapidis, ad quem hæc
ſancta fraternitas probari poterit.

Porrò quàm ſit neceſſarius amor mutuus fra
trum, id eſt Chriſtianorum, Paulus oſtendit, 1. B
Cor. 13. Ioannes in prima Epiſtola, & ſuprà cap.
13. copiosè à nobis oſtenſum eſt. Quare huc tan-
tum admonitionis gratia quatuor ſcripturæ di-
cta aſcribam, 1. Ioahannis 4. *Deus charitas eſt, &
qui in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo.* Io
han. 13. *In hoc cognoſcent omnes, quòd diſcipuli mei ſi-
tis, ſi charitatem habueritis inter vos mutuam.* Chri-
ſtus Iohan. 15. ait: *Hoc eſt præceptum meum, vt dili-
gatis vos inuicem, ſicut ego dilexi vos.* 1. Iohan. 4. *Si
quis dixerit diligo Deum, & fratrem ſuum odit, men-* C
dax eſt. Hæc quatuor dicta ſemper in animo no-
ſtro circumferamus, quæ quatuor dilectionis
fraternæ argumenta nobis commendant. Pri-
mũ à natura Dei Patris ſumitur, qui vt eſt eſſen
tialis quædam charitas: ita qui in charitate ma-
net, in ipſo manet, particeps charitatis diuinæ.
Secundũ à propria nota diſcipulorum Chriſti,
quæ non eſt alia, quàm mutua dilectio, ex viua
in Chriſtum fiducia manans. Tertium à debi-
to obligamur enim omnes ad obedientiam er- D
ga Chriſtum, qui nobis mandat mutuam dile-
ctionem. Quartum ab inſeparabili duplicis dile
ctionis Dei & proximi nexu. Fieri enim nõ po-
teſt vt Deum diligat, qui proximũ odit, & ecõ-
tra. Quam ob cauſam Chriſtus in Euãgelio, ſe-
cundum præceptum ſimile eſſe primo pronun
ciat. Vt ergo dicta iſta à nobis recitata, docent
q͛d debeamus nobis mutuo, qui fratres in Chri-
ſto ſumus: ita indicant vanitatem eorum homi
num, qui Chriſtiani cenſeri volunt: ac interim E
non Chriſtianam fraternitatem, ſed Cadmeam
& Cainam potius ſectantur. Vide quæ annota-
uimus ſuprà cap. 13.

SEPTIMVS.

18 *Venit Maria Magdalene, annuncians
diſcipulis, quòd vidiſſet Dominum, & ea di-
xiſſet ſibi.*

Maria Magdalene, læta iam facta viſo Do-
mino, nunciat quæ Dominus illi mandauit. Cu F
ius exemplum & nos imitemur, qui ex reſuſci-
tato Chriſto in noſtris cordibus verum gaudiũ
percipimus: ita illud ipſum gaudium alijs quã-
tum in nobis eſt, doctrina, conſilio, exemplo cõ-
municemus, vt veros diſcipulos Chriſti decet.

SECVNDA PARS.

Primo die reſurrectionis apparet Dominus
diſcipulis abſente Thoma: precatur illis pacem;
oſtẽdit manus, & latus; mittit eos, vt ipſe erat à
Patre miſſus: dat illis Spiritum Sanctum: armat G
eos poteſtate alligata verbo, ad remittenda &
retinenda peccata.

Hoc cùm refertur ad Thomam, dicit ſe non
crediturum, niſi miſerit ſuum digitũ in locum
clauorum, & manum in latus eius. Hàc partem
in articulos ſolum diſtinguamus.

PRIMVS.

19 *Cùm ergo veſpera eſſet die illo, qui fuit
primus hebdomadis, & fores eſſent clauſæ, v-
bi erant diſcipuli congregati propter metum
Iudæorum, venit Ieſus, ſtetitq; in medio, & di-
cit eis: Pax vobis.*

20 *Et cùm hæc dixiſſet, oſtendit eis ma-
nus, & latus ſuum.*

Quia ſupra de ordine apparitionum Domi-
ni diximus, nolo eadem hic repetere copioſius.
In hac pericopa primùm indicatur tempus. Se-
cundò locus. Tertiò apparitio. Quartò, ſaluta-
tio Chriſti. Quintò, demonſtratio eiuſdem cor-
poris, quod erat crucifixum.

Tempus indicatur: videlicet quòd eodẽ die
quo reſurrexit, apparuerit diſcipulis ſuis, idq;
veſpera ſub crepuſculum, cùm videlicet fores ę-
dium eſſent clauſæ. Neq; aliud vult Euangeli-
ſta, quàm ſignificare Dominum ſub initium nõ
ctis, nõ ſine miraculo, clauſis forib. apparuiſſe,
vt iſto miraculo fidem faceret ſuæ reſurrectio-
ni. Qui hic fingunt Dominũ ingreſſum eſſe per
ſolidos parietes domus, aut per aſſeres ianuæ,
debili nituntur fundamento. Nam Euangeliſta
tantum indicat quando apparuit, & non quò-
modo ingreſſus eſt. Ingreſſus eſt autẽ haud du-
biè per ianuam miraculosè apertam, vt Petrus
Act. 12. per ferream portam ſpontè apertã egreſ-
ſus eſt; idq; fecit Dominus, vt ſe verum hominẽ
eſſe, & non ſpectrum oſtenderet. Nam ſi per in-
tegros parietes aut clauſas ianuas ingreſſus fuiſ-
ſet, potius illum ſpectrum quàm hominem cre-
didiſſent diſcipuli. Etſi autem hunc nõ dubito
eſſe verum ſenſum huius loci: tamen non litem
faciam iis, qui illum per ianuas clauſas ingreſ-
ſum eſſe volunt. Scio enim quæ ſit Chriſti diui-
na potentia, cui omnia cedunt. Scio quòd natu-
ra rerũ cedat Creatori, cui omnia peruia. Scio
quoq; quòd verum corpus palpabile & ſoli-
dum, etſi immortale & glorioſum habuerit Do-
minus, & habeat. Cyrillus ait: *Nullus quærat quo-
modo clauſis ianuis corpus Domini penetrauit, cùm intel-
ligat non de homine nudo, vt modò nos ſumus, ſed de om-
nipotenti filio Dei hæc ab Euangeliſta conſcribi.* Nam
cùm Deus verus ſit, rerum naturæ nõ ſubiacet,
quod in cæteris quoq; miraculis patet. Omnem
enim mentem & rationem excedunt, quę fecit.
Auguſtinus ait: *Moli corporis, vbi diuinitas erat oſtia
clauſa, non obſtiterunt.*

Locus ſignificatur fuiſſe Ieroſolymis domus
aliqua, fortè in qua cœnã inſtituit, in qua erãt cõ
gregati diſcipuli propter metũ Iudęorũ. Metue-
bant. n. diſcipuli, ne amentes Iudæi ſe ad ſuppli-
ciũ raperent. Neq;. n. Iudæis defuit volũtas: ſed
Dño aliud viſum erat. Sic tyranni huius mundi
fruſtra moliuntur piis mala, donec Deo viſum
fuerit illos tueri. Omniũ. n. tyrãnorũ potẽtia, ſã

cōferatur cum Deo,nihil omnino eſt, vt Dauid pulchrè indicat, cùm ait: *In ſtateris appenſi, plus quàm nihilum ſunt pariter.*

Apparitio eſt,quòd ingreſſus ſteterit corporeus,non ſimulatus aut fallax,idq; in medio eorum,vt ab omnibus conſpiceretur.

Salutatio apparentis Domini,*Pax vobis*;ſummam Euangelij continet. Verùm de pace quam Chriſtus dat, & mundus dare non poteſt,dictū eſt ſuprà cap.14 in hæc verba: *Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis.*

Demonſtratio eiuſdem corporis eſt,quòd oſtendat diſcipulis manus perforatas,& latus cōfoſſum lancea. Cur autem Dominus non mox in reſurrectione vulnera ſanauerit, Auguſtiuus indicat hiſce verbis:*Cicatrices ſeruauit in corpore,vt vulnus dubitationis ſanaret in corde.* Neq; tamē hinc ſequitur, Chriſtum adhuc vulnera & cicatrices habere. Nam vulnerum & cicatricum temporarius erat vſus, qui tantiſper durare debuit, donec de reſurrectione Domini confirmati eſſent diſcipuli,& non amplius. Veritas autem humanæ naturæ in Chriſto, qua nobis eſt ὁμοούσιος, in ſymbolo fidei nobis commēdatur aduerſus errorem Eutychianorum.

SECVNDVS.

Gauiſi ſunt ergo diſcipuli,viſo Domino.

Hìc cōpletum videmus quod Chriſtus prædixit Iohannis 16.*Modicum & iam nō videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, & gaudebit cor veſtrum,& nemo gaudium veſtrum tollet à vobis. Lætabantur,*inquit Cyrillus,*amentes Iudæi pendere de ligno Ieſum videntes.Ingenti autem mœrore cor diſcipulorum premebatur. Sed morte à vita deſtructa, Iudæorum lætìcia extincta eſt, & mœror Apoſtolorum abiit, & gaudium floruit,& floret perpetuò.Nō enim iterum, ſed ſemel ad deſtructionē peccati Chriſtus mortuus eſt.* Cùm igitur viuat ſemper,ſempiternam in ſe ſperantibus læticiam præbet, quæ læticia fructus eſt eius pacis,quá Dominus ſuis precatur: quæ non tantum ſe extendit ad Apoſtolos,verumetiam ad omnes omnibus tēporibus, qui ipſum Dn̄m à mortuis reſurrexiſſe,corde crediderint.

TERTIVS.

21 ***Dixit eis iterum:Pax vobis. Sicut miſit me pater,ita & ego mitto vos.***

Repetit ſalutationem, vt ſignificet quòd Apoſtoli & eorum veri ſucceſſores,etſi in mundo afflictionem habituri ſunt:tamen Deo reconciliati per Chriſtum,pacem conſcientiarum (quę eſt tranquillitas cordis,orta ex fide,ſpe, & bona conſcientia) non amittant, donec fidē in Chriſtum reſuſcitatū retineát. Hæc ergo pax omnib. periculis corporis,famæ,fortunæ,opponatur.

Cùm Dominus ait,*Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos:* ad vnam ſolummodo partem miſſionis referendum eſt, videlicet ad fungendum legatione nomine patris, vt ipſius voluntatem mundo annūcient: hoc eſt, vt quemadmodum Chriſtus:ita & ipſi Euangelium doceant. Non autem ad expiationis opus mittuntur, ad quod ſolus miſſus fuit filius Dei,non Apoſtoli,aut vlla alia creatura.

Porrò hæc miſsio filij,monet quo in loco oporteat nos habere ſynceros Euangelij præcones,& eorum doctrinam. Non enim aliter accipiendi ſunt miniſtri Euangelij, quàm legati à ſublimi maieſtate Dei in mundum miſsi. Doctrina amplectenda eſt non ſecus,atq; ipſa vox Patris,qui ait:*Hunc audite*; Et Filij, qui teſtatur eos qui ſuos legatos audiunt, ſe audire. Caueát ergo miniſtri verbi, ne vel aliud verbum quàm Chriſti adferant, vel leuiter aut ridiculè,vt riſus moueant,tractent. Qui ergo Euangelij miniſtros contemnit, Deum Patrem & Filiū eius contēnit. quod nequaquam impunè auferet.

QVARTVS.

22 ***Hæc cùm dixiſſet, flauit in eos, & dicit eis: Accipite Spiritum Sanctum.***

23 ***Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis; Quorumcunq; retinueritis, retenta ſunt.***

Hic tria ſunt diligenter obſeruanda: flatus Chriſti, donatio Spiritus Sancti, & poteſtas miniſterij Euangelici, de quibus breuius dicemus,quia alibi fusè explicata ſunt.

Flatus Chriſti docet primùm hoc externo ſymbolo,quòd Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio. Nam cum halitu ſeu flatu, ſeu miſſione Spiritus corporalis ex pectore Chriſti,reuera fuit ipſe Spiritus ſanctus tertia perſona diuinitatis,iuxta illud: *Effundam de Spiritu meo.* Secundò,cùm dare Spiritum Sanctum ſit proprium opus Dei,& hìc Chriſtus ſuo flatu dat Spiritum Sanctùm ex ſeſe: non dubium eſt,quin Chriſtus verè & natura Deus ſit. Tertiò, qualis ſit Spiritus Sanctus,docet verbum *inhalauit,* vel *inſufflauit.* Vt enim Filius Dei eſt imago à mente Patris genita: ita Spiritus Sanctus eſt à volūtate Patris & Filij ſubſtantialis amor,quo ſe Pater & Filius mutuò complectuntur. Quartò, docet qualis ſit effectus Spiritus Sancti in cordibus hominum, videlicet ſpiratio amoris, quo pij & Deum & fratres proſequuntur, quiq; excitat tales motus in cordibus hominum, qualis ipſe eſt. Ex quo fit,vt huiuſmodi effectus Spiritus nomine deſignētur: quos effectus qui non ſentit,ſciat ſe nondum accepiſſe Spiritum Sanctum,nec in ſe regenerationem inchoatam eſſe.

Donatio Spiritus Sancti, cuius hîc fit mentio,non ſolummodo ad Apoſtolos pertinet,verumetiam ad miniſtros Euangelij omnium tēporum. Etſi enim ſæpè,proh dolor,miniſtri ipſi non habent Spiritum Sanctum, vt qui viuant ſine pœnitentia:tamen ſemper adeſt miniſterio,id eſt prędicationi verbi,& diſtributioni ſacramentorum;& in omnibus audientibus Euágelium, & vtentibus ſacramentis vult eſſe efficax,modò ipſi ſuo vitio Spiritui Sancto non repugnent,quemadmodum fecerunt Iudæi, quibus hoc exprobrat Stephanus, vt eſt in actis Apoſtolicis. Quoties igitur audimus Euágelium,

&vti-

& vtimur ſacramentis,cum ſumma reuerentia A
hoc faciamus, implorantes gratiam Spiritus S.
quo nobis ſit ſalutare verbũ,& vſus ſacramen-
torum cedat nobis in ſalutem.

Poteſtas Euangelij, quæ aliàs clauium ſym-
bolo ſignificatur,exprimitur,cùm ait : *Quorum-*
cunque remiſeritis peccata,remittuntur eis: & quorum-
cunq; retinueritis, retenta ſunt. Hîc ante omnia ſciẽ-
dũ eſt,ꝙ hæc ſublimis poteſtas nõ ſit Apoſtolo-
rũ ꝓpria,ſed Chriſti,vt eſt Matt.28. *Mihi data eſt*
poteſtas omnis in cœlo & in terra: nec ſit alligata ho B
minibus, ſed verbo Chriſti,iuxta illud : *Qui cre-*
diderit,ſaluabitur: q nõ crediderit,cõdẽnabitur. Quare
vt hæc poteſtas eſt Chriſti propria:ita iuxta ver
bum Chriſti exercenda eſt, non pręter aut cõ-
tra verbum, ſicut in papatu fit. Verbum Chri-
ſti promittit remiſsionem peccatorum creden-
ti. Qui hoc verbum annunciat, Chriſti verbum
annũciat,iuxta illud: *Qui vos audit,me audit.* Qui-
cunque ergo huic verbo, ſeu huic promiſsioni
credit,habet remiſsionem peccatorum,propter C
meritũ Chriſti mortui & reſuſcitati ; & qui hoc
verbum annunciant,dicuntur remittere pecca-
ta,quia ſua voce, ſed nomine Chriſti teſtantur
credentibus peccata remiſſa eſſe. Similiter di-
cuntur retinere peccata, quando teſtantur ea
non remitti perſeuerantibus in peccatis,& non
agentibus pœnitentiam. Sic ipſe Chriſtus defi-
nit quid ſit remittere peccata, & quid retinere,
cùm ait Marci vltimo : *Prædicate Euangelium om-*
ni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus D
erit, qui verò non crediderit condemnabitur. Sic Pe-
trus Apoſtolus ipſo die Pentecoſtes tribus mil-
libus hominum remiſit peccata, quando teſta-
batur eos remiſsionem peccatorum fide Chri-
ſti accipere,& contra cæteris non credentibus,
retinuit peccata. Fidem remiſsionis peccatorũ
præcedit agnitio peccatorum, confeſsio pecca-
torum coram Deo,& petitio remiſsionis pecca
torum. Sciendum eſt præterea, quòd hæc re-
miſsio (id eſt, obligationis ad mortem & dam- E
nationem ſolutio,& debitę pœnæ condonatio)
& retentio peccatorum (id eſt obligatio ad mor
tem & damnationem propter peccata) fieri po
teſt & publicè & priuatim. Publicè quidem, cũ
verbo Dei prædicato credis : priuatim verò, cũ
vel ipſe fide te ſuſtentas ex cogitatione ſeu le-
ctione promiſsionis gratuitæ,vel à miniſtro E-
uangelij audis tibi credenti remiſſa eſſe pecca-
ta. Non ergo ad hanc remiſsionem peccatorum
neceſſaria eſt confeſsio coram homine, ſed v- F
tiliter tamen retinetur diſciplinæ gratia, mo-
dò rectè de eius vſu inſtituantur rudes, nimi-
rum vt ſciant ſe conſequi remiſsionem pecca-
torum, non quia ea confitentur homini; ſed
quia credunt Euangelio, cuius rei ſolummodo
teſtes ſunt miniſtri Euãgelij, qui etiam ob eam
cauſam dicuntur Oeconomi myſteriorũ Dei.
Vt enim qui Oeconomi conſtituuntur in ali-
qua familia,ijs claues traduntur,vt aperiãt,clau
dant & adminiſtrẽt omnia pro arbitrio Domi- G
norum ſuorum: ſic miniſtri Euangelij dum ꝓ-
dicant Euangelium,aperiũt & claudunt regnũ

cœlorum, item remittunt & retinent pecca-
tum,vt iam dictum eſt.

Adhæc particula, *Quorumcunq;* diligenter ob-
ſeruanda eſt. Nam opponitur duabus grauiſsi-
mis tentationibus, videlicet de particularitatẽ
& indignitate. Nam ſi vel particularis eſſet gra-
tia, vel promiſsio remiſsionis peccatorum non
ſe extenderet ad omne peccati genus, nequa-
quam dixiſſet Dominus : *Quorumcunq;*. Oppona
mus igitur vtriq; dubitationi particulam vni-
uerſalem,& ſciamus firmum eſſe dictum Pauli,
qui ait: *Vnus eſt Mediator Dei & hominum,homo Ie-*
ſus Chriſtus, qui dedit ſeipſum ἀντίλυτρον pro omnibus.

QVINTVS.

24 Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quandò venit Ieſus.

25 Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius veſtigium clauorum, & mittam digitum meum in veſtigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Incredulitas Thomæ deſcribitur, qui nec ꝓphetijs de Chriſti reſurrectione credidit, nec ꝓdictioni Chriſti, quã haud dubiè ſæpè audiuit. Sæpè enim poſt transfigurationem ſui in monte dicebat diſcipulis, ſe tradendum eſſe Iudæis, & occidendum, & tertia die à morte reſurrecturum. Inſuper etiam vanitatis arguit ſocios ſuos Apoſtolos, qui dixerunt ſe reſuſcitatum Dominum vidiſſe, & crediderunt: vnde & gauiſi ſunt. Sed quare Thomas non credidit? Quia nec ſenſu, nec ratione potuit hoc admirandum factum percipere. Tales ſunt omnes qui voci Euangelij non credunt. Putant omnia quæ dicuntur de reſurrectione mortuorum, de beatitudine piorum, & damnatione impiorum, aniles eſſe fabulas.

TERTIA PARS.

In hac parte exponitur apparitio Chriſti, facta coram diſcipulis præſente Thoma, octauo die à reſurrectione : confeſsio à Thoma editur de veritate reſurrectionis; & Chriſti ſententia de credentibus, & non videntibus apponitur.

PRIMVS.

26 Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis.

27 Deinde dicit Thomæ: Infer digitũ tuum huc, & vide manus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed credens.

28 Reſpondit Thomas, & dixit: Dominus meus & Deus meus.

29 Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: Beati q nõ viderũt, & crediderũt.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

De pace quam Dominus precatur ſuis, nuper diximus; ſimiliter cur Thomas non crediderit. Præter hæc quatuor in hac pericopa habemus in primis obſeruanda; videlicet Domini erga diſcipulum incredulum clementia: confirmatio Thomæ: confeſsio Thomæ: Reſponſio Chriſti, pronunciãtis eos beatos eſſe qui credunt, etſi non vident.

Clementia Domini erga diſcipulum incredulum, conſolatione pleniſsima eſt. Etſi enim dignus erat Thomas grauiori caſtigatione, ne dicam abiectione: tamen Dominus ſemper ſui ſimilis, manſuetum & humilem ſe prębet, iuxta illud Matth. 11. *Venite ad me, &c. & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Quia ergo mitis ſeu manſuetus eſt Dominus, neminem à ſe iracundia repellit: quia humilis corde, neminem ſuperbè contemnit. Manſuetè igitur & humiliter tractat Thomam incredulum, vt nos nõ abſterreamur ab illo, tanquam iracundo & ſuperbò. Huius exemplum ſibi gubernatores Eccleſiæ proponant.

Confirmatio Thomæ eſt, quòd viſo veſtigio clauorũ, & immiſſo digito in manus, quæ trãsfixæ erãt, & immiſſa manu in latus aptũ Dñi, crediderit verè ſe illud corpus cõtrectaſſe, quod in patibulum ſuffixũ erat. Hoc ergo illuſtre ſignũ eſt, quòd Dominus idem corpus habeat poſt reſurrectionem, & habiturus ſit in omnem æternitatem, quod ſemel aſſumpſerat in vtero virginis, & poſtea tradiderat in mortem pro nobis, iuxta ſymbolum.

Confeſsio Thomę: *Dñs meus, & Deus meus*, ſc. tu es; h. e. agnoſco & colo te, qui Dñs & Deus meus es. Hic Thomas cũ vnum Ieſum alloquatur, eũq; vocat Dñm & Deũ ſuum, quatuor manifeſtè illi tribuit. 1. agnoſcit Ieſum eſſe verum Deũ. 2. agnoſcit eundem eſſe verum hominem. 3. fatetur eum eſſe vnum Chriſtum, i. vnam perſonam. 4. agnoſcit illum ſuum Deum & ſuum Dñm, i. verum Meſsiam, Saluatorem mundi, & in hunc Saluatorem firma fide recumbit. Nam ſolius fidei eſt ſuum facere, quod eſt omnib. cõmune. Siquidem Deus, etſi omnium Deus eſt: tamen peculiari modo Deus eſt eorum, qui in ſe credunt. Auguſtinus: *Deus propriè eorum eſt, qui eo fruũtur, qui ei ſeruiunt, qui libenter ſub ipſo ſunt.* Hanc confeſsionem Thomæ ſemper in mente & corde circumferamus, & cum Thoma hunc Ieſum eſſe noſtrum Deum & Dominum profiteamur & colamus.

Reſponſio Chriſti ſequitur: *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Thomas à ſenſu ſuam concipit fidem de veritate reſurrectionis Domini, & ſine ſenſus ſui iudicio credere recuſauit. Huic Thomę multi ſunt hodie ſimiles, qui nihil credunt, niſi qđ in ſenſus incurrit. Verũ ita credere non eſt pietatis Chriſtianorum, ſed vanitatis Epicureorũ. Nam Chriſtianæ fidei eſt cuiuis verbo Dei credere, etiãſi quod dicitur & promittitur, & ſenſui & rationi, & ordini naturæ repugnet. Hanc eſſe veram indolem Chriſtianæ fidei, docet Pau-

A lus in illuſtri exemplo Abrahami, ad Rom. 4. cuius fidei duo ſunt firmiſsima fulcra; videlicet potentia Dei & veritas Dei. Potentia perſuadetur fides, vt ſtatuat Deum poſſe quiduis. Veritate, vt ſtatuat Deum verè velle, quod liberrimè promittit. Ideò Dominus hìc dicit: *Beati qui non viderunt & crediderunt.* In beatorum ergo catalogum referendi ſunt non ſolum Patres, Prophetæ, Moſes, Abraham & alij omnes, qui in veteri Teſtamento crediderunt: verumetiam omnes B qui audituri ſunt Euangelium, & credituri vſque ad extremum diem. Simus ergo contenti verbo Dei, & non quæramus reuelationes extra verbum, & iuxta verbum credamus, ac vitã inſtituamus. Tunc enim verè futuri ſumus participes eius beatitudinis, quã hic Dominus credentibus promittit.

QVARTA PARS.

30 *Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus* C *in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.*

31 *Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus eſt Chriſtus ille Filius Dei: & vt credentes vitam habeatis per nomen eius.*

Hîc non ſolum finis apparitionis Dominî poſt reſurrectionem: verumetiam totius hiſtoriæ Chriſti, & omnium quæ ſunt de illo & in ve- D teri Teſtamento prædicta, & in nouo demonſtrata, oſtenditur. Signa hîc vocat opera Chriſti, quib. ſe verum Meſsiam eſſe demonſtrauit, vt ſuprà capite 5. ait: *Ipſa opera quæ ego facio, teſtantur de me, quòd Pater miſerit me.* Sunt enim opera Chriſti firmiſsima indicia, & veluti demõſtrationes quædam τεκμηριώδεις, vt vocant, quibus Chriſtus à Patre eſſe miſſus, vt ſit Saluator mũdi, demonſtratur. Sed de his ſuprà capite 2. & 5. copioſè à nobis dictum eſt. Sint autem ſtudioſi E memores eius demõſtrationis, quam ſuprà tradimus: videlicet quòd is ſit abſque omni dubitatione verus Meſsias, & Saluator mundi, in quem ſolum competunt omnium Prophetarum oracula, de Meſsia promiſſo edita. Competunt autem in vnum Ieſum Chriſtũ, & in nullum alium. Quare firmiſsimè concludat fides noſtra, Ieſum eſſe olim promiſſum Meſsiam, & Saluatorem mundi, & non alium expectandũ eſſe. Atq; hic eſt proximus & ſubordinatus fi- F nis ſignorum ſeu operum Chriſti, ſicut hîc Euangeliſta clarè teſtatur: *Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus eſt Chriſtus ille Filius Dei.* Eſt ergo hic Ieſus excitatus à mortuis, & verus homo, & æternus Dei Filius, & Chriſtus ipſe, hoc eſt Meſsias Patribus promiſſus, vt ſit Saluator mundi. Hanc perſonæ Chriſti notitiam, quo ſit ſalutaris, debet excipere fiducia cordis in ipſum, qua verè ſtatuimus illũ noſtrũ Saluatorẽ eſſe. Quare ſubiũgit Euãgeliſta: *Vt credentes,* G *vitã habeatis per nomẽ eius.* Hic ergo eſt finis principalis & vltimꝰ ſignorũ quæ Dñs fecit, vt ijs confirmati, in Chriſtum omnem fiduciam æternæ

vitæ

vitæ conſequendæ, collocemus. Sed cur dicit Ioannes, *Per nomen eius*, & nõ potius per ipſum? vt nos & ad verbum, & ad ipſius facta mittat. Nomen enim relationem includit, & ad verbũ ſeu Scripturam de Chriſto, & ad facta Chriſti. Verbũ enim, ſeu Scriptura veteris & noui Teſtamenti, quis & qualis ſit docet: Facta ipſius pꝛhibent verbo teſtimonium, & confirmant nobis quòd talis ſit reuera, qualis in verbo nominatur & prædicatur eſſe. Dicitur enim nomen Chriſti, quicquid dignè attribuitur Chriſto, & ex quo nominatur Chriſtus vndecunque ſumatur, ſiue à naturis, ſiue à dictis & factis. Vt à naturis nominatur Deus & homo: à dictis & factis Rex & ſacerdos: item miſerator & miſericors, Mediator, iuſtificator, ſanctificator: item via, veritas, & vita, &c. Habere ergo vitam per nomen

A Chriſti, eſt per notitiam & fiduciam ipſius, vitam accipere iuxta nomen eius, quo appellatur & vita, & redemptor omnium in ſe credẽtium. Talis ſiquidem in verbo Dei nominatur, & plurimis factis declaratur. Philippẽſium 2. *Dedit illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen, Vt in nomine Ieſu flectat ſe omne genu, cœleſtium, terreſtrium & inferorum, omniſq́ lingua confiteatur quòd Dominus ſit Chriſtus Ieſus, ad gloriam Dei Patris.*

Porrò notetur hìc diligenter; quòd finis fidei ſtatuatur hìc ab Euangeliſta, eſſe vita æter-
B na per nomen Chriſti, hoc eſt vt Petrus ait: *Finis fidei eſt ſalus animarum.* Quicunq; ergò in fide & inuocatione Chriſti moritur, corpore quidem moritur: ſed anima ipſius veram vitam viuit, & iam æternæ ſalutis particeps facta eſt.

CAPVT XXI.

SVMMA CAP. XXI.

Exponitur in hoc capite, quòd & quomodo Dominus manifeſtauerit ſe diſcipulis ſeptem ad mare Tyberiadis; quòd prandio facto Petrum interrogauerit an ſe amet: quòd commiſerit Petro oues ſuas paſcendas: quodq́; prædixit eidem, quid pro ſe paſſurus eſſet: quo audito, Petrus curioſè inquirit, quid de Iohanne futurum ſit.

ORDO ET PARTES CAPITIS XXI.

Tres partes huius capitis conſtituamus.

PRIMA: Apparitio Chriſti coram diſcipulis ſeptem ad mare Tyberiadis, cum ſuis circumſtantijs.

SECVNDA: Colloquium Chriſti & Petri, in quo colloquio, vt Petrus interrogatur à Chriſto an ſe amet: ita Petro mandatur, vt oues Chriſti paſcat.

TERTIA: Prædictio Chriſti de mortis genere, quo Petrus eſſet Deum glorificaturus. Has partes articulis ſolummodo diſtinguemus.

EXEGESIS CAPITIS VICESIMI PRIMI CVM OBSERVAtione Doctrinarum.

PARS PRIMA.

PRIMVS.

1 Poſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tyberiadis.

HÆC eſt tertia apparitio Chriſti coram pluribus diſcipulis. Prima & ſecunda apparitio facta eſt Ieroſolymis. Hæc tertia facta eſt in Galilæa, quò iuſsi erant abire diſcipuli. Eſt autem mare Tyberiadis, lacus quidam magnus, per quem tranſit Iordanis fluuius, qui lacus mare dicitur Hebraico idiomatiſmo, quo
E quælibet congregatio aquarum mare dicitur. Vocatur mare Tyberiadis, quia in eius littore
A ædificata erat ciuitas Tyberias, quam Herodes tetrarcha in honorem Tiberij Cæſaris ædificauerat. Quòd autem manifeſtauerit ſe Dominus ad mare, ſymbolicum eſt. Nam vt Euangelio Chriſti reſuſcitati, tanquam aqua ſpirituali, eaq́ue copioſiſsima ſignificatur & renaſci & recreari animas fidelium: ita officium Apoſtolorum adumbratur, de quo apud Matthæum Dominus in hunc modum loquitur: *Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum.*

B SECVNDVS.

2 Manifeſtauit aũt ſic: Erat ſimul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, alijq́; ex diſcipulis eius duo.

Septem diſcipulorum fit hìc mentio, quorum quatuor fuère Apoſtoli, videlicet Petrus, Thomas, & filij Zebedæi Iacobus & Iohannes: tres ex reliquis diſcipulis, Nathanael, & duo alij
C diſcipuli. Hi erant ſocij piſcationis, coram quibus apparuit Dominus ad mare Tyberiadis.

TERTIVS.

3 Dicit autem ijs Simon Petrus, vado piſcatum. Dicunt ei, venimus & nos tecum. Et exierunt & aſcẽderunt in nauem ſtatim, & illa nocte nihil ceperunt.

Etſi autem his diſcipulis iniunctum erat docendi munus, tamen nondum tempus aduene
D rat, quod expectare eos oportuit. Exercent igitur interea quam didicerant piſcatoriam artẽ, vt victum ſibi honeſtè quærant: quorum exẽplo & nos diſcamus ignauiam fugere, & victũ honeſtè quærere, vt eſt in Pſalm. 37. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & victum quære honeſtè.*

Quod autem nihil ceperant ea nocte, docet, quòd inanis ſit hominis labor, quantumuis ma-
E gnus, Deo non benedicente. Quicquid ergo agimus, initium faciamus à Deo, gratias illi agentes pro præteritis & præſentibus beneficiis; &

rogantes eum, vt laboribus noſtris adſit, quo eo benedicente fructum aliquem laborum percipiamus. Notetur & hoc; Si miniſtri Euangelij alicubi non habent tantum pro miniſterio ſuo, vnde honeſtè viuant: exemplo horum diſcipulorum & Pauli laborent, quo victum honeſtè quærant, abſtinentes à turpi lucro, quod eſt indignum tanto miniſterio.

QVARTVS.

4 Mane autem iam facto, ſtetit Ieſus in littore, non tamen cognouerunt diſcipuli quòd Ieſus eſſet.

5 Dicit eis Ieſus: Pueri, num quid obſonij habetis? Reſponderunt ei: Non. At ille dicit eis; Mittite in dexteram nauigij partem rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & iam non valebāt illud trahere præ multitudine piſciū.

Hic quatuor pulcherrimè in genere videre eſt, quæ in omni pia vtiliq; actione ſpectare oportet, quę ſunt: Mandatum Chriſti: promiſsio: obedientia erga mandatum: & merces obedientiæ. Mandatum Chriſti eſt: *Mittite in dexteram nauigij partem rete.* Promiſsio eſt; *Et inuenietis.* Obedientia eſt: *Miſerunt ergo.* Merces: *Et non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.* Hinc ergo & nos diſcamus in omni vocatione & actione reſpicere ad mandatum Chriſti, fide niti ipſius promiſsione, ſedulò iuxta mandatum officium facere: atq; ita futurum eſt vt non ſit inanis labor noſter in Domino, ſed copioſa merces eum excipiat. Qui autem contrà faciunt, ordinem rerum agēdarum peruertunt, & parum aut nihil ſuis laboribus proficiunt.

QVINTVS.

7 Dicit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt.

Iohannes ex ſigno agnoſcit Dominum. Siquidem ex captura piſcium intellexit Dominū fuiſſe, qui iuſſerat vt mitterent rete in dexterá nauigij partem: memor abſque dubio capturę piſcium, cuius ſit mentio, Lucæ 5. Vbi Petrus ex iuſſu Domini demiſsis in aquam retibus, concluſit magnam piſcium multitudinem. Vide hîc diſsimilia dona in diſcipulis Domini. Iohannes perſpicacior erat, vt qui potuerit ex miraculo facto, Domini pręſentiam agnoſcere. Petrus autem feruentior erat. Sed vterque vtilis Chriſti miniſter. Sic varia ſunt dona hominum & diſsimilia, quibus ſi rectè vtuntur homines, Deo placent, & fructum percipiunt. Exemplo Iohannis diſcamus mentes noſtras leuare ad omnium bonorum datorem Deum, eique gratias agere, quoties nobis noſter labor fœliciter ſuccedit.

SEXTVS.

Simon ergo Petrus cùm audiſſet quòd Dominus eſſet, tunica ſuccinxit ſe. (Erat enim nudus) & miſit ſe in mari.

8 Alij autem diſcipuli nauigio venerunt. (Non enim longe aberāt à terra, ſed circiter cubitis ducentis) trahentes rete piſcium.

Petrus & alij diſcipuli, cùm intellexiſſent Ieſum Dominum in littore ſtare, ad eum ſe mox conferunt, ſed diſsimili modo. Petrus enim ſingulari zelo raptus, ſe in mare mittit, vt celerius ambulando vel natando ad Chriſtum veniat. Qui putant Petrum ambulaſſe ſuper mare miraculosè, & ita ad Chriſtum veniſſe, debili nitūtur fundamento. Nam ſi ſic fuiſſet, Iohannes tantum miraculum non præterijſſet. Alij trahentes rete, in nauigio manent, atque ita tardius ad littus veniunt, vbi ſtetit Chriſtus. Ita ſæpè fit, quòd homines plures, qui tametſi & eundem ſcopum habent conſiliorum & deliberationum: mediis tamen ducentibus ad metam ſeu ſcopum, vtantur diſsimilibus, ficut in deliberationibus Eccleſiaſticis & politicis videre eſt. Alij enim duriores & horridiores, alij mitiores & leniores ſententias dicunt. Sic ſæpè multi quidem rectè faciunt, ſi ſcopum eundem ſpectes: ſed alij aliter, id quod ex ingeniorum & affectuum diuerſitate venit.

SEPTIMVS.

9 Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.

Hoc haud dubiè miraculosè factum eſt, ad oſtendendum quod Chriſtus eorum curam habeat, eosque paſcat qui ſuo iuſſui obtemperant. Poſt ergo laborem ex iuſſu Domini ſuſceptum, deſcendunt è naui, & inueniunt piſcem ſupra prunas poſitum, & panem iuxta paratum, vt haberent quo ſe fatigatos nocturna piſcatione reficerent. Etſi autem Dominus non ſemper miraculosè ſuos alit: tamen hoc factum ſatis oſtendit, quòd curam ſuorum nunquam deponat. Huc pertinet dictum Pſalm. 55. *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet.* Maneamus ergo in vocatione conſtantes, & commendemus Deo rem & euentum, nos noſtraque omnia ipſius fidei & miſericordiæ committentes, iuxta illud Petri: *Omnem ſolicitudinem projcietes in Deū, quoniam ipſi cura eſt de vobis.* Et Paulus ait: *Dominus propè eſt, nihil ſoliciti ſitis.*

Auguſtinus hác hiſtoriá de aſſo piſce & pane, ſpirituale̅ habere ſignificatione̅ autumat. Per piſce̅ aſſum Chriſtū paſſum intelligens, per pane̅, pane̅ vitæ qui de cœlo deſcēdit. Et eſt profectò concinna allegoria. Nam alijs ſcripturæ clariſsimis dictis, eius veritas comprobatur. Ego addo per prunas rectè intelligi Spiritum Sanctum, qui ignem fidei in noſtris cordibus accendit.

Verùm hic cibus etſi gratis nobis paratus eſt: tamen manet omnino inſuauis, ne dicam contemnitur, niſi famem reuera ſenſerimus. Sed quænam inquies, eſt illa fames, quam ſentire oportet, vt hic cibus nobis ſapiat? Hæc fames nō eſt corporis, ſed animæ, ideoq; ſpiritualis, quę in hunc modum ex ſcripturis definiri poteſt.

Fames ſpiritualis eſt ardens deſiderium refectionis animæ oneratæ & defatigatæ ſub peccato

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

cato, ſenſu iræ diuinæ, & metu æternæ damnationis. Hanc eandem definitionem recipit ſitis ſpiritualis. Vt autem hæc penitius intelligamus, tenendum eſt eſſe tria genera hominum. Quidam enim ſimiles ſunt ægrotis corpore: qui tametſi inanes ſunt & vacui, tamen cibum oblatum reſpuunt & abominantur. Tales ſunt Epicurei, Hypocritæ & multi ſcelerati. Epicurei tacitè omnia rident. Hypocritæ ſuis delitiis, id eſt meritis operum ſe ſatiari ſatis exiſtimant. Multi ſcelerati callum obdúxerunt animo, vt peccatum ſuum non ſentiant. Qui ergo in horum numero ſunt, ad vocem Chriſti inuitantis fatigatos & oneratos, obſurdeſcunt omnino. Alij ſunt ſimiles oppreſsis oneribus & laboribus grauiſsimis: qui etſi refectione ſe opus habere ſentiunt: tamen medicum offerentem refocillationem contemnunt, deſperantes de venia. Qualis fuit Cain, Iudas, Saul, & multi alij; qui Euangelium ſpernentes, in deſperatione mortui ſunt. Alij autem etiam ſunt ſimiles fatigatis & oneratis grauiſsimis oneribus, qui & refectione ſe indigere ſentiunt, & ad Chriſtum vocantem omnes fatigatos & oneratos veniunt, & ſuppliciter refectionem petunt.

Sed quænam eſt, & qualis eſt illa refectio, qua fatigati & onerati ſub onere peccati, ſenſu iræ Dei & metu æternæ damnationis releuantur & reficiuntur? Hæc refectio tum demum fit, quando in locum peccati ſuccedit iuſtitia; in locum iræ Dei, reconciliatio cum Deo: in locum damnationis, benedictio & ſalus. His enim tollitur & ſuperatur fames illa & ſitis ſpiritualis. Nam cùm huius famis & ſitis cauſa ſit peccatum, ſenſus iræ diuinæ, & cogitatio æternæ damnationis ob peccatum, oportet profectò iuſtitiam, reconciliationem cum Deo & benedictionem Dei hanc famem & ſitim tollere, & hominem ſaturare ac ita reficere, ne amplius ita oneretur, & fatigetur ſub onere peccati deſperabundus. De hac refectione loquitur Dominus, cùm ait Matthæi capite quinto: *Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam illi ſaturabuntur.* Eſuriunt autem & ſitiunt iuſtitiam, qui cupiunt ſaturari iuſtitia, ne in peccato ſuo & iniuſtitia, oppreſsi ira Dei & damnatione æterna, moriantur. Sed vndénam quæſo illa iuſtitia, qua ita ſaturabimur? Non aliũde quàm à ſolo Chriſto paſſo & reſuſcitato. Ob quá cauſam etiam panis ille viuus, qui de cœlo deſcendit, dicitur; de quo qui ederit, viuet in æternũ.

Sed quomodo dices editur hic panis viuus? Fide, vt ipſa veritas docet Iohannis capite ſexto. Qui enim in hunc credit, non ſolum abſoluitur à peccato, liberatur ab ira Dei, & manumittitur à iure legis damnantis omnes qui legem non præſtant: verumetiam ſaturatur iuſtitia Chriſti ſibi imputata, reficitur ſenſu recõciliationis cum Deo, & certa ſpe benedictionis æternæ ſuſtentatur. Vnde oritur pax & gaudium, & ineffabilis conſolatio conſcientiarum in credentibus. Quæ ſanè bona omnibus gazis Perſarum & opibus mundi anteponenda ſunt. Breuiter, vt cibus corporalis à nobis comeſtus, inq; ventrem noſtrum tranſmiſſus, eſt noſter, noſtris corporibus coaleſcit corporaliter, vt eius virtute ſuſtentemur in hac vita: ita Chriſtus à nobis creditus, id eſt ſpiritualiter comeſtus, & in animam noſtram receptus, eſt noſter, & animabus noſtris coaleſcit ſpiritualiter, vt eius virtute ſuſtentemur ad vitam æternam.

Porrò verbum Dei & ſacramenta ſunt veluti vaſa, quibus offertur & apponitur nobis hic cibus & potus ſpiritualis, idq; per præcones Euangelij. Si hucuſq; extenderimus huius loci ſpiritualem ſenſum, non ſolum analogus fidei erit; verumetiam in primis afflictas cõſcientias conſolabitur, & eriget aduerſus deſperationẽ, quæ eſt proximus gradus ad æternam mortem & damnationem.

OCTAVVS.

10 Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc.

11 Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus; & cùm tot eſſent, non eſt ſciſſum rete.

Mandat Dominus adferri de piſcibus, quos ceperant. Petrus mandato mox obtemperás, aſcendit in nauem, & trahit rete in terram, plenum magnis & multis piſcibus. Hic duo miracula obſeruanda ſunt. Primum, captura piſciũ: alterum, quòd rete non ſit ſciſſum, cum tot & tam magni eſſent piſces. Captura piſcium miraculoſa, ſymbolum eſt capturæ hominum inſtar piſcium, miniſterio Petri & aliorum Apoſtolorum. Quòd autem rete non ſit ſciſſum, ſignificat Chriſtum conſeruaturum eſſe miniſterium Euangelij vſq; ad finem mundi. Deinde etiam monet hoc miraculum, in miniſterio Euágelij ſchiſmata cauenda eſſe: *Ne ſint*, inquit Paulus, *inter vos ſchiſmata.* Allegoria numeri piſcium, ex qua numerum ſaluandorum concludere conatur Auguſtinus, inane commẽtum eſt. Nam poſtquam Iohannes in Apocalypſi capite ſeptimo dixiſſet, ex omnibus tribubus Iudæorum obſignatos eſſe centum quadraginta quatuor millia: adiungit illis turbam magnam, quam dinumerare nemo poteſt. Quapropter non occupemur nos in re imperſcrutabili, ſed potius demus operam, vt rete Apoſtolico capiamur & trahamur ad littus beatitudinis æternæ. Quod tum demum fit, cum nos miniſterio Euangelij obtemperamus, diſciplinę Eccleſiæ nos ſubmittimus in fide & obedientia, perſeuerantes vſq; ad finem. Nam vt Dominus ait: *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit.* Hoc cùm facim⁹, dicimur intrare in vitam per arctam & anguſtã viam, & violenter rapere regnum Dei. Eſt autẽ arcta & anguſta porta ſeu via, continere ſe intra limites verbi Dei, & non vagari opinionib. pręter verbum & extra verbum, vt maxima pars mundi facit. Violenter rapere regnum Dei, eſt

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

aduerſus iudicia ſenſuum & rationis humanæ, manere in ſimplicitate verbi Dei, perſeuerare in fide & in obediētia erga miniſterium, dominis & victis prauis affectibus.

NONVS.

12 Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcipulorum interrogare eum, dicens: Tu quis es?

13 Venit itaque Ieſus, & accepit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

14 Hac iam tertia vice manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cũ reſurrexiſſet à mortuis.

Nemo audebat Dominum interrogare quis eſſet. Tanta enim erat euidentia veritatis, vt eam non ſolum negare, ſed de ea ne dubitare q̃dem vllus auderet. Quoniam ſi quiſquam dubitaret, vtiq; interrogaret. Quòd autem Chriſtus vocat fatigatos ad prandium, iubet prandere, apponit panem & piſcem: ſignificat hoc facto non ſolum quòd verè reſurrexit à mortuis, verumetiam ſymbolicè ſignificat, ſe omnes refocillaturum, qui ſuo nomine fatigãtur in prædicatione Euangelij: quæ prædicatio aptiſsimè piſcationi confertur, Lucæ capite quinto. Refocillaturus eſt autem Dominus Euangelicos piſcatores, non ſolum in hac vita, per ſuſtentationem & ſpirituales conſolationes: verumetiam in futura vita, per requiem beatam in omnem æternitatem.

SECVNDA PARS.

15 Cùm ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Iohannis diligis me plus his? Dicit ei; etiam Domine, tu ſcis, quòd amen te. Dicit ei: paſce agnos meos.

16 Dicit ei rurſus denuò: Simon Iohannis diligis me? ait illi: Etiam Domine tu ſcis quòd amen te. Dicit ei, paſce oues meas.

17 Dicit ei tertio: Simon Iohannis amas me? indoluit Petrus quòd dixiſſet ſibi tertio, amas me: dicitq́ ei: Domine tu omnia noſti, tu ſcis quòd amen te. Dicit ei Ieſus: paſce oues meas.

Dominus ſæpè confert Euangelij præcones paſtoribus ouium, & eorum auditores ouibus, vt iſta ſimilitudine & curam miniſtrorum erga Eccleſiam, & obedientiam Eccleſiæ erga miniſtros Euangelij depingat, de qua re copioſè ſuprà dictum eſt cap. 10. Dominus igitur miniſterium Euangelij ordinans, Petrum paſtorem ſuarum ouium nominat, & quomodo eũ erga ſe cuius ſunt oues propriæ, affectum eſſe oporteat, terna interrogatione oſtendit. Ter enim Petrum interrogat, an ſe amet, & toties illi commendat ſuum gregem paſcendum: ſignificans neminem eſſe idoneum paſcendis ouib. Chriſti, niſi eum qui Chriſtum ante omnia amat. Quæ ergo hìc dicuntur Petro, ſciant miniſtri Euangelij ſibi dicta eſſe. Nemo enim aptus

A paſcendo gregi Chriſti, vt iam diximus, niſi qui amat Chriſtum, idq; intimè, ſyncerè, caſtè, ante omnia. Amat ergo Chriſtum, qui eum nouit; q̃ eum animo toto complectitur: qui ei fide adhæret: qui eius gloriam omnibus rebus anteponit: qui ſeruat ipſius ſermones: qui imperata facit: qui ſe opponit ipſius aduerſarijs: qui nihil facit ex propoſito, quod ſcit illi diſplicere. Breuiter, qui Chriſtum anteponit omnibus reb. mundi; videlicet opibus, honoribus, voluptatibus, B ac vitæ propriæ, is Chriſtum amare putandus eſt. Qui ergo opibus inhiat, honores captat, voluptates ſectatur, ac vitam ſuam non vult venire in diſcrimen, abſtineat à miniſterio Euangelij. Amat enim vanitatem mundi magis quàm veritatem Chriſti. Quare nullo modo idoneus eſt tam auguſto muneri. Chriſtus Luc. 9. allegoria pulcherrima pingit, quales nã miniſtros requirat: ita enim ait: *Nemo qui manu ſua admota aratro, reſpexit ad ea quæ à tergo ſunt, aptus eſt regno* C *Dei.* Hic comparantur inter ſeſe agricolæ, & miniſtri Euangelij: agricultura, & miniſterium verbi, in hunc modum. Vt homo aliquis, qui ſemel ſe addixit agriculturę, & retroſpexerit, h. e. negotiis ab agricultura alienis ſe inuoluerit, nõ eſt bonus agricola, & idoneus agriculturæ tractandæ: ita qui ſemel ſe addixit regno Dei, ſc. per prædicationem Euangelij propagando, & poſtea auarè & ambitioſè implicatur curis huius ſeculi, & alienis à functione Euangelij, non D eſt aptus regno Dei, id eſt, idoneus miniſter Euangelij. Ita pulcherrimè confertur hic miniſterium Euágelij agricolationi. Verbum eſt ſemẽ: miniſtri ſunt agricolę: Aratrum, ipſum miniſteriũ: Ager, cor hominis: Rigatio, Spiritus Sancti inſpiratio. Paulus 1. Timoth. 2. confert miniſterium militiæ: *Nemo,* inquiens, *militans, implicat ſe curis vitæ* 2. Cor. 5. dicuntur miniſtri Euangelij fungi legatione pro Chriſto. Hinc eſt quòd Paulus ait 1. Theſſal. 2. *Quemadmodum probati fuimus à* E *Deo, vt crederetur nobis Euangelium: ſic loquimur, non tanquam hominibus placentes, ſed Deo probanti corda noſtra. Neq; enim vnquam in ſermone adulationis fuimus, quemadmodum noſtis: neq; in occaſione auaritiæ, Deus teſtis: neq; quærentes ab hominibus gloriam.* Vnde hæc in Paulo? Non aliunde quàm ab ardentiſsimo amore Chriſti, pro quo legatione fungebatur. Chriſtus proinde cùm hîc ter Petrum interrogat an ſe amet, ſignificat neminem eſſe, aut fore aptum Euágelij miniſtrum, niſi qui ita F Chriſtum amat, vt omnia ipſius voluntati poſtponat: quo in negocio & miniſterio ſibi commiſſo totus occupetur, omnia ex amore faciat, omnia ex amore patiatur, omnia ex amore eò referat, vt quamplurimos lucrifaciat Chriſto, ſuo miniſterio. Nam cùm toties Dominus commendat Petro paſcendas ſuas oues, quoties eũ interrogat an ſe amet: vult vt cura paſtoralis externa reſpondeat amori interno. Nam externa cura, indicium eſt interni amoris, quæ G duo æquis gradibus concurrere in ſacro miniſterio par eſt.

Etſi autẽ hæc terna interrogatio eò pertinet,

ſicuti

ſicuti iam dixi, vt ſignificetur verum, ardētem,
& conſtantem amorem erga Chriſtum requi-
ri in miniſtris Euangelij, quo Chriſtum ante-
ponant opibus, voluptatibus, propriæ vitæ, &
gloriæ ſui nominis: tñ Chriſtus eam etiá oppo-
nit ternę negationi Petri, qua Petrus Chriſtum
negauit in atrio pontificis, vt terna confeſsione
eluat maculam fœdiſsimæ negationis, & in ſo-
cietatem Chriſti rurſus aſſumatur.

Porrò quomodo debeant miniſtri Chriſti pa
ſcere oues Chriſti, etſi ſuprà oſtenſum eſt: ta-
men hîc breuiter eſt indicandum. Ante omnia
teneat fidelis paſtor, quod vt amore Chriſti ad
paſcendum inuitabitur: ita eodem amore rege-
tur cura paſtoralis, vt ad finem tēdat debitum,
videlicet gloriam Chriſti, ſalutem ouium & ſu-
am. Hoc autem quomodo fieri debeat, Petrus,
qui hîc paſcendi munus à Chriſto accipit, & ex-
emplo & voce docet 1. Petri 5. cùm ait: *Presbyte-
ros, qui inter vos ſunt, hortor ego, qui ſimul ſum presby-
ter, & teſtis afflictionum Chriſti, atq; idem gloriæ quæ
reuelabitur conſors: paſcite eum qui apud vos eſt gregem
Dei; curam eius agentes, non coactè, ſed libenter: non
turpis lucri gratia, ſed liberaliter; neq; vt dominantes
gregi, ſed vt ſitis exmplaria gregis.* Hîc pulchrè Pe-
trus modum paſcendi gregis Chriſti definit, &
antitheſi illuſtrat. Vt enim vult procul à pres-
byteris, id eſt, Epiſcopis & miniſtris verbi ab-
eſſe coactionem, turpis lucri affectationem, &
dominādi in Eccleſiam libidinem: ita requirit,
vt libenter, vt liberaliter, vt tanquam exempla-
ria gregis, officium faciant. Vult ergo Petrus, vt
paſtores ab amore Chriſti & gregis, paſtorale
munus auſpicentur, vt per amorem Chriſti, in
recto curſu pergāt, & propter amorem Chriſti
ad metam properent, cùm gloriæ Dei & ſalutis
animarum, tum propriæ gloriæ ſuo tempore
reuelandæ, quæ erit copioſa mercęs laboris in
paſcendo præſtiti. Qui aliter affecti ſunt, non tá
paſtores, quàm mercenarij cenſendi ſunt, quo-
modocunque ad pſcendi officium perueniunt.
Habemus quo affectu & fine bonus paſtor oues
Chriſti paſcere debeat; Iam quo pabulo, & qua
diſciplina id fieri oporteat, vno verbo indican-
dum eſt. Pabulum debet eſſe verbum Dei, in li-
bris Propheticis & Apoſtolicis comprehēſum:
non debet eſſe cumulus traditionum humana-
rum, quas Deus non requirit, ſed abominatur
potius. Nam ita vult audiri Euágelij miniſtros
Chriſtus, vt ipſe per eos audiatur, iuxta illud:
Qui vos audit, me audit. Item: *Prædicate Euangelium
omni creaturæ.* Diſciplina debet eſſe paterna, vt
Chriſtus, Paulus, Petrus, & alij Apoſtoli ſuo ex-
emplo docent. Sed quia de hac re ſuprà capite
10. diximus copioſè, eò remitto auditores.

Cæterùm quia hunc locum torquent Pon-
tificij ad ſtabiliendum Papatum, de ea re aliq̃d
nobis dicendum eſt. Tametſi autem fatendum
eſt, Dominum Petro ſuarum ouium curá præ-
cipuè demandaſſe, & voluiſſe eum præcipuum
ouium ſuarum paſtorem fore: tamen ex eo non
ſequitur, quòd voluerit illum dominari gregi,
ſed paſcere illum commendato ſibi pabulo, hoc

A eſt Euangelio. Nam Petrus (vt modô audiui-
mus) ſe συμπρεσβύτερον vocat, non anteponens ſe
alijs, ſed ſocium eorum ſe agnoſcens. Hinc ap-
paret quanta ſit vanitas Papæ, qui ſe ſucceſſo-
rem Petri eſſe ſuperbè gloriatur. Nam ſi ſucceſ-
ſor Petri eſſet Papa, Petrum tanquam regulam
omnium actionum ſuarum in Eccleſia, & in to-
ta gubernatione proponeret. Sed videmus quá
omnia ſint diſsimilia & planè contraria, adeò
vt nemo ſit mentis compos, qui Papam Anti-
B chrîſtum potius eſſe, quàm Petri ſucceſſorem
dubitet. Id quod ex collatione vtriuſq; facilli-
mè patebit. Petrus ſe vnà cum alijs presbyterū
vocat, & ſocium presbyterorum: Pápa ſe caput
Eccleſiæ gloriatur. Petrus paſcit gregem Chri-
ſti, & curam eius gerit: Papa à vero pabulo gre-
gem Chriſti arcet, & propriam cuticulam egre-
giè curat. Petrus turpem quæſtum prohibet, &
illi aduerſatur: Papa turpiſsimo ex lupanari-
bus lucro diteſcit. Petrus non vult dominari
C Cleris, id eſt Eccleſiæ Chriſti: Papa vendicat ſi-
bi vtrunq; gladium. Petrus cum alijs ſubiectus
eſt Eccleſiæ: Papa Imperatoribus & Regibus
dominatur. Eſt proinde inanis fumus, quod ia-
ctant pontificij:

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

Sed inquies, quid ſi Papa rectè doceret, & piè
viueret, vt Petrus, an non tunc concederes ei ſu
premum in Eccleſia gradum? Reſpondeo. Con
cederem quidem illi ſupremum gradum hono
D ris in ea Eccleſia, quam verbo & pio exemplo
paſceret, non in alijs: dominium autem in Ec-
cleſiam nequaquam illi concederem, quod Pe-
trus & Paulus recuſarunt, vt contrarium pa-
ſtorali curę, qualem Chriſtus requirit, qui ſolus
vult eſſe & dici caput & dominus ſuæ Eccleſię,
vt qui eam proprio ſanguine ſibi acquiſiuerit.

TERTIA PARS.

Huius partis duo ſunt membra; in quorum
primo Dominus prædicit Petro, quo mortis ge
E nere ſit glorificaturus Deum: in altero Petrum
corripit, qui non ſua ſpectauit, vt oportuit, ſed
erat curioſus in aliena.

DE PRIMO.

PRIMVS.

18 *Amen amen dico tibi, cùm eſſes iunior,
cingebas te, & ambulabas quò volebas: cùm
autem ſenueris, extendes manus tuas, & ali-
F us te cinget, & ducet quò non vis.*

19 *Hoc autem dixit, ſignificans qua mor-
te glorificaturus eſſet Deum.*

Chriſtus in ſuperioribus requirit in mini-
ſtris Euangelij duo: videlicet amorem erga ſe,
& curam paſcendi gregem ſuum. Hîc autem ter
tium addit, videlicet vt ſint parati ad ferendam
crucem. Siquidem quod à Petro exigit Domi-
nus, id ab omnibus exigit. Eſt enim par ratio
miniſterij in omnibus. Ratio autem, cur Chri-
G ſtus velit ſuos paratos eſſe ad ferendam crucē,
hęc eſt: cōfeſsio Chriſti & doctrinę ipſius in hoc
mundo non carebit periculo. Mundus enim

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Chriſto & eius doctrinæ ſe opponit. Præmonet ergo Dominus Petrum de periculo, quòd illi imminebat: non quidem ſtatim in florente ętate, ſed vbi conſenuerit, & ſparſerit Euangeliũ latè per orbem. Huic prædictioni Chriſti euentus reſpondit. Nam poſtquam Petrus in Ponto, Galatia, Cappadocia & Bithynia, præterea etiã in Italia (vt multi volunt) prædicaſſet Euangelium: Romæ tandem Nerone Imperatore, verſo deorſum capite crucifigitur. Atq; ita Petrus nôlens quidem ad crucem venit, ſed volens eã ſuſtinuit & vicit. Teſtatur proinde exemplum Petri hunc infirmitatis affectum, quo nemo vult mori, adeò naturalem eſſe, vt nec ſenectus eum Petro auferre potuerit.

Notandum eſt in primis, quo elogio Euangeliſta ornat crucem piorum; ita enim prædictioni Chriſti ſubiungit: *Hoc autem dixit, ſignificans qua morte glorificaturus eſſet Deum.* Hîc vult Euangeliſta, vt pij rapti ad ſupplicia, conferant inter ſeſe amariſsimam mortem, & gloriam Dei ſimul: vt non ſolum intueantur mortis amaritudinem, ſed etiam gloriæ Dei dulcedinem, quæ faciet vt vel amariſsimam mortem contemnãt, tametſi eam naturali affectu, vel ſanctiſsimi ꝗque formidant. Pro Chriſto ergò pati, non eſt tantum gloria conſtantiæ in diſcipulo, verumetiam gloria Dei agitur, pro cuius veritate quis moritur. Nam qui ob confeſsionem doctrinæ Chriſti moritur, multa laudabilia coniungit. Primùm enim edit teſtimonium fidei ſuæ, & amoris, quo Chriſtum complectitur, quod ſane arduum opus eſt: præſertim quando tyranni perſequuntur, & exquiſitis tormentorum generibus eam abolere conantur. Deinde, veritatem doctrinæ quam profitetur, ꝓprio obſignat ſanguine. Ex quo factum eſt, vt ſupplicia piorum dicantur martyria, id eſt, teſtimonia. Teſtantur enim ſe eam doctrinam profiteri, pro qua non dubitant mori. Tum conſtantiæ exemplo inuitant multos, vt doctrinam illam & veram & diuinam amplectãtur, vnde fit vt à pluribus Deus glorificetur. Contra verò, qui recuſant adire pericula pro veritate doctrinæ, fide & amore Chriſti ſe vacuos eſſe oſtendunt: veritatem doctrinæ abnegant, & exemplo multis nocent.

Porrò cùm hìc cincturæ voluntariæ, & inuoluntariæ meminit Dominus, ſymbolicè diſcernit inter voluntariam diſciplinam, & crucem quæ aliunde infertur. Voluntaria diſciplina, qua quis affectus moderatur, & actiones regit, eſt quidem vtilis & laudabilis: verùm crucem aliunde allatam patienter ferre, maius decus eſt.

SECVNDVS.

Et cùm hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me.

Quos olim Dominus in cœlo glorificaturus eſt, eos vult in hoc mundo ſibi cõformes in cruce fieri, quãtum quidem ad genus attinet. Ideò Dominus Petro dicit, *Sequere me:* ſcilicet in vocatione, ad quam vocatus es: & in cruce, quæ

A vocationem comitatur. Hoc ſi feceris, futurum eſt vt ſimul mecum gloriam obtineas, qui hic mecum paſſus es ignominiam. Dixi quantum ad genus attinet. Nam tametſi multi fuêre miniſtri verbi, qui placidè mortui ſunt, vt noſter Euangeliſta, qui hæc ſcribit: de quo memoriæ proditum eſt, quòd Epheſi placidè inter manus diſcipulorum mortuus ſit ſub Traiano, vt plurimi teſtantur: tamen conformes fuêre Filio Dei in cruce. Nam in vita ſua multa dura pa

B ti coacti ſunt, vt noſter Iohannes in exilium miſſus erat, & alij alia patiuntur, adeò vt nemo ſit expers crucis, iuxta illud Pauli: *Omnes qui volunt piè in Chriſto viuere, perſecutionem patientur.* Taceo tentationes varias, quæ pijs moleſtiſsimæ ſunt, & acerbiſsimæ. Taceo acerrimam luctam carnis & Spiritus, quæ vſque ad finem durat in ſanctis. Taceo ſenſum iræ Dei, ſubinde orientem. Prætereo molem negociorum, ſub qua ſæpiſsimè ita fatigantur pij, vt potius mori optarent.

C Atq; ita pijs nunquam deſunt afflictiones, quas non ſibi accerſunt, ſed aliunde inferuntur. Cauebũt autem in primis pij, ne ſibi ipſis propter res nõ neceſſarias crucem accerſant. Quæ enim ferri poſſunt illæſo fundamento, non præcipitent nos in diſcrimina non neceſſaria.

DE SECVNDO.

PRIMVS.

D *20 Conuerſus Petrus, videt illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit in cœna ſub pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt ille, qui te tradet?*

21 Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, dicit Ieſu: Domine, hic autem quid?

Cùm Petrus ex prædictione Domini, pericula & crucem ſibi imminere propter confeſsionem & prædicationem Euangelij intelligeret,

E conuertit ſe ad Iohannem, & quærit à Chriſto, quid nam ſit de illo futurum: num & ille ſimilia ſit paſſurus, & martyrio glorificaturus Deum. Hæc interrogatio curioſitatis erat inanis, & nõ piæ humilitatis. Debuiſſet enim Petrus pia humilitate ſe voluntati Domini ſubiicere; ſed pro ingenita carnis ſtultitia curioſè inquirit, quæ ſcire ei non erat vtile. Huc pertinet dictum, 1. Theſſal. 4. hortantis nos vt quieſcamus, & propria agamus: hoc eſt, vt quilibet in ſua vocatio-

F ne ſit ſedulus & fidelis, ſine curioſitate.

SECVNDVS.

22 Dicit ei Ieſus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Quia dictum Domini hypotheticum eſt, fruſtrà interpretes quidam ex eo categoricum faciunt, illudq; in hunc modum interpretantur: Volo eum manere, donec veniam, vaſtaturus

G ſcilicet Ieruſalem per exercitum Romanorum. Etſi autem Iohannes vidit deuaſtationem Ieruſalem: tamen ad eam non poteſt accommodari di-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ri dictum Domini, cùm Dominus tantummodo hoc dicto curioſitatem Petri retundere voluerit. quaſi diceret: Siue velim illum manere, ſiue non, quid ad te. Deſine ergo percunctari quæ tua non refert. Hoc Domini dictum reprimat curioſitatem noſtram, ne inquirendis ijs quæ aliorum ſunt, & non noſtræ vocationis: & moneat nos, vt in timore Dei ſequamur Chriſtum, ei in vocatione noſtra nos totos ſubmittentes. Quantum autem ad exitum Iohannis attinet, ſcribit quod placidè ſit mortuus Epheſi, tertio anno Traiani imperatoris, poſtquam docuiſſet 67. ferè annos. Tot enim anni interlapſi ſunt à 18. anno Tyberij (quo tempore Saluator noſter paſſus eſt, & tertio die reuixit) vſque ad tertium annū imperij Traiani. Et cùm multas hæreſes interea temporis exortas vidit Ioannes, hoc ſuum Euangelium ſcripſit, vt Eccleſia Chriſti haberet, quo ſe muniret aduerſus hæreticos: quorum alij perſonam Chriſti, alij officium oppugnabant.

TERTIVS.

23 Exijt ergo ſermo inter fratres, quòd diſcipulus ille non moreretur, & non dixerat ei Ieſus: non moritur; ſed ſi eum velim manere donec veniam, quid ad te.

Corrigit Euangeliſta errorem eorum, qui ex hypothetica fecerunt categoricam; ſignificans ex nuda hypothetica nihil certi concludi.

QVARTVS.

24 Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus quòd verum eſt teſtimonium eius.

Iohannes clauſurus ſuum Euangelium hoc addit, vt fidem ſibi & aliis Apoſtolis adhibeant lectores. Nam cum oculis tutius, quàm aurib. & oculis & auribus ſimul tutiſsimè creditur, vult Iohannes, qui & vidit & audiuit quæ ſcripſit, cū aliis Apoſtolis, vt ſibi tanquam veraci teſti credamus. In hunc modum etiam exorditur ſuam Epiſtolam: *Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noA ſtræ contrectauerunt de verbo vitæ (& vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam.) Quod. inquam vidimus & audiuimus, id annunciamus vobis.*

QVINTVS.

25 Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur ſigillatim, nec ipſe opinor mundus caperet eos, qui ſcriberentur libros.

B His verbis primùm nobis commendat Iohannis hiſtoriam Chriſti, ab aliis Euangeliſtis ſcriptam. Multa enim facta Chriſti referūt alij, quæ Iohannes omiſit; qui potius occupari voluit in ſignandis concionibus Chriſti, quàm in miraculis explicandis. Deinde hyperbole ſignificat multo plura & feciſſe & dixiſſe Dominū, quàm quæ ſcripta ſunt vel à ſe, vel ab alijs: ſed ea quæ ſcripta ſunt, ſufficere ad ſalutem conſequēdam, teſtatur in fine præcedentis capitis, cùm ait: *Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis quòd Ieſus ſit ChriC ſtus ille Filius Dei, & vt credentes vitam habeatis per nomen eius.* Huic ergo Ieſu Chriſto, Filio Dei æterno, Mediatori & Saluatori noſtro vnico, vnà cum Patre & Spiritu Sancto, ſit honor, virtus & gloria in omnia ſecula, & in omnem æternitatem. Amen, Amen.

FINIS.

ERRATA SIC EMENDABIS.

Pag. 38. verſ. e 8. pro philoſophus, legè populus 41. b 6. & 42. a 1. fragrantiſſima 78. d 6. humiliatum 158. a 7. eſto 166. e 1. ergo 186. f 3. oppetituri 191. b 9. diligeret 221. d 6 conuocat 267. f 7. Titum 295. c 5. oſculo 297. f 3. nihil minus 399. b 6. ſymbolo.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

LOCORVM SCRIPTVRAE VETERIS ET NOVI TESTAMENTI IN HISCE COMMENTARIIS EXPLICATORVM,

ELENCHVS.

Ex Veteri Teſtamento.

GENES.3. Semen mulieris conteret caput ſerpentis 2 e.143 a.370 e. Cùm audiſſet vocem Domini deambulantis in paradiſo veſpere 37.d
Geneſ. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat Silo 316 g.380 a
Exod. 12. Edent carnes nocte iſta 37 f. Non comedetis in eo crudum quid, nec coctum aqua 38 b
Tob.4. Maxima ſunt nobis & pretioſa dona promiſſa 204 a
Pſal.13. Non eſt intelligens: non eſt requirens Deum: ſimul inutiles facti ſunt 268 a
Pſal. 16. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem 380 d
Pſal.17. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis 59 d
Pſal. 22. Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt 39 c
Pſalm.27. Dominus lux mea 157 d
Pſal.34. Odio habuerunt me gratis 195 a
Pſal.41. Qui manducat panem meum, leuauit contra me calcaneum ſuum 101 g
Pſal.50. Aſperges me Domine hyſſopo 37 d
Pſal. 68. Glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu. 272 c
Pſal.87. Anima mea repleta eſt malis, & uita mea inferno appropinquauit 59 d
Pſal.94. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite indurare corda veſtra 77 b
Pſal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini 70 g. Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſraël 51 b
Prouer. 17. Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum, vterq; eſt abominatio coram Domino 342 f
Prouerb.29. Non te laudet os tuum 99 c
Eccleſiaſtæ 5. Redde Deo iuramenta tua 247.a.b
Eccleſiaſtæ 8. Cogitabam vt ſcirem hoc, ſed difficile erat in oculis meis 201.a
Eccleſiaſtæ 11. Arbor in quocunque loco ceciderit, ibi erit 101.e
Eccleſiaſtici 11. Priuſquam exploraueris, ne accuſes quemquam 130.f
Eccleſiaſtici 29. Cõclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo 135.d
Eccleſiaſtici 37. Fili, effunde lachrymas ſuper mortuo 18.d
Eccleſiaſtici 31. Auaricia eſt lignum offendiculi 92.d
Eſaiæ 6. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum 76.d
Eſaiæ 11. Et erit ſepulchrum eius glorioſum 364.c
Eſaiæ 53. Cùm poſuerit animam hoſtiam pro peccato, videbit ſemen longæuum 70.a.370 g. Domine, quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt 73.e
Eſaiæ 53. Vidimus eum tanquam leproſum & extremum virorum 334.c
Ierem.16. Ecce dies venient & non dicetur vltrà: Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de Aegypto 35 c
Ezech 20. In præceptis meis ambulate, & non in pręceptis patrum veſtrorum 29.f
Oſeæ 6. Viuificabit nos poſt biduum, die tertio ſuſcitabit nos 373.g.374.b
Abacuc 1. Præualente impio aduerſus iuſtum, egreditur iudicium peruerſum 342.c
Zachar.9. Exultà valde Sion, iubila filia Ieruſalem: Ecce rex tuus veniet, &c. 52.f.53.a
Zachar.12. Videbunt in eum, quem pupugerunt 361.b

Ex Nouo Teſtamento.

MAtth. 1. Saluabit populum ſuum à peccatis eorum 349.c
Matth.5. Ego dico vobis: Ne iuretis omnino 247.a. Ego dico vobis: ne reſiſtatis malo 300. a. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum 201 d.
Matth.6. Pater noſter qui es in cœlis 21.d.260.a
Matth.12. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei 356.a
Matth. 16. Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi 198.c
Matth.18. Neceſſe eſt vt veniãt ſcandala: ſed væ homini, per quem ſcandalum venit 198.f
Matth.19. Si vis vitam ingredi, ſerua mandata 163.c
Matth.22. Diliges proximum tuum ſicut teipſum 117.c. Quoties volui vos congregare, vt gallina pullos ſuos congregat 73.c
Matth. 23. Nolite vocari Rabbi 99. c. Volui te congregare, & tu noluiſti 73.f
Matth.26. Hic calix eſt nouum teſtamentum in meo ſanguine 90.d
Matth.28. Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi 254.a
Lucæ 1. Viſitabit Oriens ex alto, illuminans eos qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent 72.a
Lucæ 9. Nemo qui manu ſua admoto aratro reſpexerit ad ea quæ à tergo ſunt, aptus eſt regno Dei 415.b
Lucæ 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud 389.d
Luc.19. Veni ſeruare quod perierat 84.a
Ioan.1. Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt 144. f.g. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis 76. b. Dilexerunt tenebras magis, quàm lucem 73.d
Ioan.3. Vẽtus quò vult ſpirat, & ſonum eius audis 145.g
Ioan.5. Scrutamini ſcripturas: quia illæ teſtimonium perhibent de me 369.a
Ioan.6. Amen dico vobis, quæritis me non quia vidiſtis ſigna 24.b
Ioan.12. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me 81.e
Ioh.13. Diligite uos mutuo, ſicut ego dilexi vos 118.a
Ioan.15. Ego ſum vitis, uos palmites 47.b. Si non veniſſem, peccatum non haberent 84.b
Ioan.16. Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis 21 b
Iohan.19. Conſummatum eſt 359.a. Deus meus, Deus meus, cur deſeruiſti me 358.d
Actor.2. Et baptizetur vnusquiſq; veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti 235.b
Act.23. Percutiet te Deus, paries dealbate 318.e
Roman.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum 161.d. Vnius delicto multi mortui ſunt 2.d
Rom. 8. Si ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum ex mortuis, habitat in uobis 47.e
Rom.10. Chriſtus finis eſt legis in iuſtitiam omni credenti 143.f.262.a
Roman. 10. Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci 55.b. Si confeſſus fueris Dominum Ieſum ore, & credideris corde tuo, quòd Deus illum excitarit ex mortuis, ſaluus eris 367.a

Rom.12.

Roman. 12. Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habete 170.g
1.Cor.2. Si cognouiſſent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixiſſent 279.d
1. Corinth. 6. Qui adhæret Domino, vnus Spiritus eſt 46.e
1.Corinth. 9. Subigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo 164.e
1.Corinth.10. Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt 35.b
1.Corinth. 15. Chriſtus reſurrexit primitiæ dormientium 13. e
2.Corinth.13. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, &c. 116.c
Galat. 4. Poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum natum ex muliere 35.f.88 f
Galat.5. Fides operatur per charitatem 163.b
Epheſ.4. Hortor vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis 170.c
Epheſ.5. Membra ſumus corporis eius, caro de carne eius 46.e
Philip.2. Qui cùm eſſet in forma Dei, non duxit rapinam æqualem eſſe Deo 173.c
Philipp. 4. Nolite ſoliciti eſſe, quia Dominus propè eſt 259.d
Coloſſ. 1. Et vos qui eratis aliquando alienati & inimici ſenſu in operibus malis 164.d
Coloſſ 3. Charitas eſt vinculum perfectionis 115.e
1.Theſſal.4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, ne contriſtemini 18.d
1.Theſſal.5. Ab omni ſpecie mali abſtinete 199.f
2.Theſſal.2. Reuelabitur iniquus ille, quem Dominus deſtruet ſpiritu oris ſui 297.f
1.Timoth.1. Finis legis eſt charitas ex puro corde, conſcientia bona, & fide non ficta 112.f
1.Tim. 2. Volo viros orare in omni loco, ſuſtollentes manus puras 250.b
1.Timoth. 6. Radix enim malorum omnium eſt auaritia 92.d
2.Timoth.2. Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis 158 a
2.Tim.4. Bonum certamen certaui, curſum cõſummaui, fidem ſeruaui, &c. 58.d
Hebr.13. Quorum animalium ſanguis infertur in ſancta per pontificem 345.f (417.b
1.Petri 5. Paſcite eum qui apud vos eſt gregem Dei
1.Iohan.1. Annunciamus vobis quod audiuimus, vt & vos habeatis ſocietatem nobiſcum 47 d
1.Iohan. 2. Non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus 111. c. Quia tenebræ præterierunt, & lux vera iam lucet 111. e. Quod eſt verum in ipſo & in vobis 111.d
1.Iohan.3. In hoc cognoſcimus, quòd in ipſo manemus & ipſe in nobis ex ſpiritu 47.c
1.Iohan.3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quòd ipſe animam ſuam pro nobis poſuit 118 e
1.Iohan.3. Qui habet hanc ſpê, in eo purificat ſeipſum, ſicut ille purus eſt 179.e
1.Ioan.4. Deus charitas eſt: & qui in charitate manet, in Deo manet 135.f
1.Iohan.5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra 139.b.234.b

LOCORVM SCRIPTVRAE FINIS.

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM HVIVS OPERIS LOCVPLETISSIMVS INDEX.

ABelis ſacrificium cur Deo placuerit 213.c
abitus Chriſti modum diſcipuli ignorarũt 142.a
abnegare ſemetipſum 57.e
abominabile quid hominibus 212.d
Abraham cognitionem ſui habuit 268.c
Abraham cur beatus 390.f
Abraham cur perfectus iudicetur 107.c
Abraham cur ſit arbor bona 390.f
Abrahæ fides 19.b
abſolutio pædagogica fit per Euangelij miniſtros 23.g
acclamatio non eodem modo ab Euangeliſtis recitatur 51.f huius diuerſitatis ratio ibid.g
Vtrum Accuſatos de crimine aliquo, ſi eius criminis reus fuerit, debeat interrogatus mox veritatem fateri 343.e
Achilles eum qui aliud in corde celat & aliud ore loquitur, quantopere odio habeat 73.f
Achimelech non auditus interficitur à Saule 313.f
Achitophelis conſilium infatuari petit Dauid 294.f
actionem ſub paßiua forma ſignificari, apud Hebræos non inuſitatum 53.d
in Actione pia & vtili quæ ſpectanda 411.e
actionum miraculoſarum Chriſti adumbratio 24.a
actionum omnium norma, Dei voluntas 64.e
Adam tales genuit, qualis ipſe tranſgreßione factus eſt 2.c
Adam turpiter à Domino ſuo agnito deficit 312.b
Adam viuet naturali & ſpirituali vita 386.e
Adæ peccatum lapſus cauſa 11.e
in Adamo quomodo ſimus lapſi 304.e
adiaphora quæ Chryſoſtomus vocet 199.b
adoptionis noſtræ in Chriſto quod genus operum ſit perſpicuum teſtimonium 129.d
in Adoptionis numero qui ſint 275.c
adorare eſt creaturæ, adorari verò Domini 216.c
adoratio duplex in Scriptura 15.e
ádoratio ſigni crucis & contemptus vtrumque extremum fugiendum 218.f
non in Aeternum, Scripturæ phraſis 95.c
affectiones in humana natura vnde vitioſæ fiant 16.f
affectus quid 267.b
affectus quam fiduciam requirat 267.b
affectum Deus plus reſpicit quã cenſum 133.c
affectum pium quando Dominus pro facultate reputet 129.e
affectus noſtri voluntati Patris cœleſtis ſubijciendi 64.d
affectibus cur nomen pedum tribuatur 72.a
affectus ſuos & prauam voluntatem mandatis Dei anteponere, in mundo admodum vſitatum 332.e
afflictio noſtra via regni cœlorum 227.d
afflictiones humanitatis propriæ 16.f
afflictiones pijs nunquã deſunt 420.
afflictiones & infirmitates piorũ ſunt inſtrumenta gloriæ Dei 4.g

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

in Afflictionibus huius vitæ vnde cōſolatio petenda 158.a
in Afflictionibus omnibus qua ſpe nos erigamus 140.d
agnus ceremonialis 88.e
agnus cur totus edendus 38.f
agnus phaſæ cur abſq; macula eligi debuerit 36.c
agnus Phaſe cur anniculus eſſe debuerit 36.e
agnus Phaſe cur de grege fuerit accipiendus 36.g
agnus phaſe cur maſculus eſſe debuerit 36.d
agnum paſchalem edere quid ſit 38.c
agnum Phaſæ cur tota multitudo immolare iubeatur 37.a
agnum ſuum cur ſingulæ familiæ immolare iubeantur 37.b
agni phaſæ Iudaici & Chriſti collatio 35.e
alacritas & reformidatio diuerſa habent principia 62.c
alapis probroſis iactantiam noſtram Dominus luit 316.e
Alciati de palma epigramma 50.c
allegoriis omnia inuoluere, eſt euangelium abolere 168.b
in Allegoriis quæ regula tenenda 168.b
amantes etiam non rogati in neceſſitatibus opem ferunt 4.c
amantium quid proprium 397.f
ἁμαρτία quomodo à Iohāne definiatur 277.e
ambitio & auaritia via ad ſempiternam miſeriam 294.b
Ambroſius de mœrore Chriſti 60.c.e
Ambroſij & Baſilij ἀντιψαλμῳδίαι 214.a
Ambroſij locus de Chriſti nuditate 353.e
ambulandi verbo quid ſignificetur 70.f
ambulare in luce quid 72.d
ambulare in via quid 70.f
in Ancilla oſtiaria Caiphæ quale exēplum habeamus 312.d
amen aſſeuerationis ſubiectæ teſtimonium 247.f
amen in aſſeuerationibus cur adhibeatur 247.f
amicus fidus animæ medicina 188.b
amicus verus pectoris ſui ſecreta amico aperit 188.c
amici veri aduerſis amicorum afficiūtur 9.c
amicorum amor reciprocus 187.f
amicitia cum Chriſto quanti æſtimanda 188.a
amicitiæ politicæ & religioſæ diſcrimen 311.a
amor affectus quo amans amato copulatur 4.c
amor laudabilis 57.b. vitioſus ibid.
amor omnia ſæua & immania leuia facit 122.b
amor ſuipſius duplex 57.a
amor uerus non ſentit amaritudinem 122.c
amoris argumentum eſt operis exhibitio 62.e
amoris Dei indicia 160.c
amoris limites ſapientia Dei rectius nouit, quàm rationis acumen 5.b
amoris mutui inter parentes & liberos flammula cur in natura relicta 260.f
amoris ſoror dulcedo 122.c
Anabaptiſtæ quo Domini dicto abutantur 167.c
anabaptiſtæ vnde ſuos enthuſiaſmos extruant 168.b
anabaptiſtarum enthuſiaſmus 156.a. 241.e
anabaptiſtarum error 43.b
anabaptiſtarum erroris confutatio 205.c
anabaptiſtarum furor 301.c
anabaptiſtarum ſeductio 80.e
anagogæ Origeniſtarum 168.a
anathemata coram Deo qui ſint 159.d
angeli non fruſtra in ſepulchro nunc ſediſſe, & nunc ſtetiſſe dicuntur 376.f
angeli reſurrectionis Chriſti teſtes 397.a
angeli ſpiritus adminiſtratorij 352.c
angelorum cultus 213.f
angelorum miniſterio cur Dominus vtatur ad renunciandum Chriſti reſurrectionem 376.f
angelorum teſtimonio quomodo Chriſtus glorificatus 65.b
anima Chriſti cur turbata 67.b
anima hominis victa fame ſpirituali quomodo rurſus erigatur 91.d
anima noſtra quomodo cōſeruetur & reficiatur 38.a
anima noſtra quomodo paſcatur 48.b
anima vera charitate ignita, Deo ſimilis eſt 115.f
animæ Chriſti cruciatus maiores corporis 358.e
de Animæ Chriſti perturbatione Eſaiæ uaticinium 104.a
in Animæ Chriſti perturbatione quæ concurrant 103.e
animæ excitatæ indicium 13.d
animæ mors triſtior morte corporis 22.g
animam ponere quid ſit 370.g
animam ſuam quis amet 57.a
animam ſuam quis perdat 56.f
animam quis cuſtodiat in vitam æternam 57.b
animarum reſurrectio corporum reſurrectionem præcedit 12.g
animaliū extra caſtra crematio, Chriſti figura 345.f
animus Chriſtiani militis Dei veritate eſt firmandus 39.b
animi fortitudo in quibus ſita 239.b
animi trepidatio quid in Chriſto ſit 62.d
animi vitia vt corporis leuiter tractanda ſunt 131.a
ἀνομία quid 277.f
Antichriſtus Domini ſpiritu abolebitur 297.f
Antiochi in templo Hieroſolymitano idolum 217.a
Antiochi ſtatua in tēplo Dei collocatio 157.d
in Antiochia conſiliopiorum doctorum imagines inuectæ, rurſus ſunt euerſæ 218.g
ἀντιψαλμῳδιῶν in eccleſia vſus 214.b
Apoſtoli quando operari poſſint 152.f
apoſtoli quomodo Deum inuocēt 153.a
apoſtoli veritatis teſtes 209.b
apoſtoli vnde θεοδίδακτοι dicti 241.d
apoſtolorum officij adumbratio 410.a
in Apoſtolis vnde tanta vis ſit, vt maiora opera faciant 152.e
inter Apoſtolos & eccleſiæ doctores diſtinguendum 168.e
apparitionis Chriſti finis 393.a
apparitionum Chriſti cur Euangeliſtæ & Paulus non ſeruent ſimilē ordinem 378.e
arboris bonæ boni fructus 390.b
arcæ Noæ oſtium in latere factum quid adumbrarit 361.e
arrhabo quid 386.b
arrhabo pacti ſymbolum 239.f
Arrianorum argumentum quomodo refellatur 266.a
Arrianorum delirium 173.b
Arrianorum furores 153.a
Arrianorum reprehenſio 103.e
Arrianorum veneni abſterſio 265.d
arrogantia cæca quid faciat 28.a
ἀρτολατρεία cur impia, ethnica & ſacrilega 216.f. cur in eum pontifices proram & puppim diuini cultus collocent ibid.g
Aſcham quid Hebræis 371.a
aſellus populi gentilis adumbratio 52.e
in Aſina Balaam Dei ſpiritus etiam loquitur 28.b
aſſeueratio Chriſti qualis 104.e
Athanaſij dictum de præſentia Chriſti 155.d

ſti 155.d
Athanaſij locus de imaginibus 224.d
Athanaſtani ſymboli dictum quō accipiendum 173.f
Atrei tyranni & ſerui colloquium 172.a
auarorum inhumanitas & iniuſtitia erga mercenarium 128.d
auaros incidere in tentationem & laqueum 92.d
auaritia cur fœda eſt in miniſtris Euangelij 92.e
auaritia & ambitio quid faciant, in Iuda apparet 293.a
auaritia malorū omnium radix 92.d
auaritia offendiculi lignum 92.d
auerſi & conuerſi quomodo contraria 321.c
Auguſtinus duplicem Chriſti præſentiam facit 110.b
Auguſtini dictum memorabile 91.d 360.b 396.c
Auguſtini locus 21.g 24.d 58.c 75. 76.c.f 97.c 99.d 122.b 125.c 142.d 143.a 144.a 166.f 170.e 179.d.e 184.c 188.e 216.c.d 233.e 241.b 265.d 318.c 320.b 323.f 342.b 346.f 361.d 370.d 388.b
Auguſtini de amore patris erga nos locus 253.b de charitate 121.c de Chriſti & credentium copula 47.a de Chriſti ſepultura 365.d de Chriſti ſilentio 337.c de Dei voluntate 64.e de dilectione Chriſti 159.f de Ieſu portantis crucē ſuam 345.b de petitione 251.e item Ambroſij ibid. de præſentia Chriſti 44.g 45.a 229.f de vnitate 287.d de voce cœleſti 67.a
Auguſtini ſententiæ quomodo Chriſtus nobis adſit, expoſitio 180.f
Auguſtini verborum de charitate expoſitio 119.f
auxilium cur Dominus interdum differat 5.d
Azymis cur ſeptem diebus carnalis Iſrael veſci debuerit 38.e
azymos quomodo Paulus interpretetur 38.e
per Azymos panes quid ſignificatum 38.d

B

BAculus quid ſymbolicè ſignificet 39.d
Balaami ambitio & auaritia 294.b
Baptiſmus quid 90.c
Baptiſmus Chriſti in quem mundi annum incidat 372.c
baptiſmus inſertionis noſtri in corpus Chriſti teſtimonium 47.g
baptiſmus internæ lotionis obſignatio 96.d
baptiſmus quomodo purget iuxta Auguſtini ſententiam 179.d
baptiſmus regenerationis lauacrum 90.c
baptiſmo inauguramur corpori Chriſti 89.f
baptiſmo non rectè vtens iudicium accipit 96.e
de Baptiſmo externo iudicium 98.c
Baſilij & Ambroſij ἀντιψαλμῳδία 214.a
βδελύγματ☉ nomine Scriptura ſuperſtitionem complectitur 212.c
Beatitudo huius mundi vana in quibus poſita 388.g vana quomodo à Dauide definiatur 389.e
beatitudo ſumma in quibus rebus ſit poſita 61.f
beatitudo vera & perfecta quæ 391.d quid ſit ibid.
Beatitudinis cauſa quæ ſit 101.c
beatitudinis promiſsiones innumeræ 389.f
beatitudinis veræ inchoatio fit in hac vita 389.d
Beatitudinem in quibus Epicurei collocent 389.b
beatitudinem veram quis in hac vita inchoet 389.e
ad Beatitudinem veram quomodo veniatur 389.e vnica via eſt, Chriſtus 389.g
à Beatitudine vera qs aberret 390.a
de Beatitudine huius mundi Martialis carmen 389.b
Beatus in Scripturis quis pronuncietur 274.f
Beati qui & qui non 101.e
in Beatorum catalogum qui referendi 408.e
Beatos quos ratio non illuminata verbo Dei, pronunciet 389.c
Bedæ locus de tunica Chriſti inconſutili 354.a
Benedicti cultus 216.b
Benedictio maledictioni oppoſita 51.d
Benedictionis voce quid contineatur ibid.
Benedictiones corporales ſigna benedictionum ſpiritualium 34.g
Beneficentia ornat hominem 135.a
Beneficentiæ fructus 135.b
ad Beneficentiam indigentibus fratribus exhibendam quomodo incitemur 135.b
beneficium Chriſti vniuerſale quorum hominum vitio fiat particulare 264.d
Beneficium quo anima liberatur multo præſtantius eſt quàm quod corpori præſtatur 131.b (132.f
in Beneficijs dandis quid requiratur
Bernhardi dictum 362.b
Bernhardi exclamatio in Iudā 293.e
Bernhardi locus 135.g 269.b 316.d.g 357.c.d.e 380.b.e 385.b
Bernhardi de petitione locus 183.e de reſurrectionis Domini vſu 394.a de ſcandalis 199.d
Bethabaræ ſitus 8.g
Bethaniæ à Ieruſalem diſtātia 9.a.b
Bibere ſanguinem Chriſti quid ſit 38.a
Blaſphemos è medio tollere, cultus diuinitùs mandatus 208.b
Bona æterna abſque conditione petēda 183.e temporalia cum conditione ſunt petenda ibid.
bona æterna & temporalia diſsimiliter petenda 183.d
bona corporalia ſymbola ſunt bonorum ſpiritualium 24.c
Bona diuturniora præferenda ſunt minus diuturnis 116.g
brachium Domini quid 76.a
brutorum cultus 215.b

C

CAecitas iuſtiſsima peccati pœna 27.d
Cæremoniæ quæ adiaphoræ 167.e
cæremoniæ quæ cum mandato Dei pugnent 167.e
Cain cultum Dei polluit errore & hypocriſi 213.d
Caini oblatio cur ſuperſtitioſa 213.e
Caiphas aſtuta vulpecula 313.f
Caiphas Ioſephus dictus à quo pontificatum acceperit 28.e
Caiphas pontificatum dolo & propter munera accepit 29.e
Caiphæ pontificis arrogantia 309.d item ſomnium ibid.e
Caiphæ conſilium 28.b interrogatio quò tendat 313.d
Calamitates futuri iudicij ἐνδείγματα 3.d
calamitates iræ diuinæ teſtimonia ibid.
calamitates omnes humani generis mortis vocabulo comprehenduntur 2.d
Calendarium Iulianum 87.a
Calix eſt κοινωνία ſanguinis Chriſti 98.e
Caro mortem & crucem naturâ fugit 56.f
caro non capit quæ ſpiritus Dei ſunt 172.f
Carnis infirmitas 138.f
carnis in rebus diuinis inſipientia 66.c
carnis mortificatio 35.b 146.b
carnis ſenſus verbo Dei premi debet 39.c
Carnes edere cū lactucis agreſtib: 38.f

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Catharinæ cultus 216.b
Catonis de ſomno dictum 7.e. verſiculus 131.d
cauſa effectum præcedit, non ſequitur 113.a
cauſarum diſsimilium effectus diſsimilis 63.a
cedri arborum natura 292.e
cedrorum naturam quomodo pij imitentur 292.e
charitas virtutes aliorum ſuas facit 124.c
charitas aliis donis excellentior 117.a
charitas Chriſtiana caput obedientiæ erga Deum 113.e
charitas Chriſtiana cur ſit debitum 113.f
charitas Chriſtiana cur neceſſaria 114.f
charitas Chriſtiana eſt conſeruatrix & cuſtos bonæ conſcientiæ 121.f
charitas Chriſtiana fonti ſimilis 121.d
charitas Chriſtiana in homine quid operetur 121.f mater & radix omnium virtutum 122.d non debet eſſe inconſtans, & fortunæ vices imitari 119.a. omnibus piis neceſſaria 113.f. operatur αὐτάρκειαν 122.a. operatur patientiam in aduerſis 122.b. quæ ſit 112.c. quomodo cum dilectione Dei cohæreat 115.b. quomodo ſuum poſſeſſorem faciat 122.a. thymiama 116.a. vnde quotidiana incrementa capiat 113.e
charitatis Chriſtianæ affectus vnde proficiſcatur 135.e. cauſæ 113.e. dignitas 115.e. effectus 121.d. effectorum diſcrimen vnde petendum 121.e. expers, fruſtra de fide & Spiritu Sancto gloriatur 115.b. fructus 135.e. gradus 119.d. gradus quo reſpectu ſpectandi 120.a. modus 117.e. neceſsitas 117.d. origo 112.e. vis in quibus conſpiciatur 122.e
in Charitate Chriſtiana, qua ſe mutuo fideles complectuntur, quæ ſpectanda 112.d
charitas cùm ſit beneuola, eſt etiam benefica 124.e
charitas cur fide & ſpe maior 117.c. cur tegat peccatorũ multitudinem 124.a
charitas ex fide naſcitur 287.f. erga proximũ in quo genere operũ maximè cernatur 129.b fautrix virtutũ & rectè factorũ 124.b ferro ignito ſimilis 115.f. ficta q̃ ſit 124.b. fraterna iuſtificationis finis 113.b
charitas fraterna unde manet 113.a. germana homines coniungit vera & ſancta concordia 122.e. ad hãc concordiam quæ argumenta inuitent ibid.f. ſimilis eſſe debet carbunculo 119.a. gradibus variat, ſicuti ſpes, ex qua naſcitur 119.e. hypocritica quæ ſit 119.b. nobiliſſima gemma dicitur 115.f. noſtra quando ſancta ſit 117.f. odor bonæ fragrantiæ in Dei templo 115 g. ornamentum templi Spiritus Sancti 115.g. perfectionis vinculum 281.e. quam Chriſtus à nobis requirit, cur dicatur Chriſtiana 114.e. ſancta, quam Chriſtianã nominamus, vnde efficiatur 113.e. ſe vertit ad inferiora membra corporis myſtici 124.d. ſignũ eſt ꝙ iuſtificati ſumus, & filij Dei nati 117.d. tegit peccatorũ multitudinẽ 123.f. & peccata aliorum 124.b
charitas vera diſcipulorũ Chriſti nota 112.c. quid requirat 102.f.
charitatis veræ & Chriſtianæ definitio vnde ſumi poſsit 118.a plena ratio in quibus rebus cõſiſtat 119.c.
charitatis dignitatem quibus argumentis Paulus extollat 116.a. effectorum congeriem quõ Proſper colligat 122.c. encomia apud Patres 116.f. gradus quomodo Auguſtinus ordinet 121.c
de Charitatis gradibus Auguſtini ſententia 119.f
charitatis inter homines quos gradus Paulus faciat 120.a. natura quæ ſit 62.b
charitati q̃ cedãt et poſtponãtur 116.c
charitatem quibus modis Chriſtus nobis commendet 114.c. veram non habet niſi diſcipulus Chriſti 112.c
in Charitate oĩs pauꝑ eſt diues 122.b
Chriſtiani omnes vnum corpus myſticum faciũt 123.c. quõ à iure peccati liberentur 174.f. ſoli verã fidem habent 139.e
Chriſtianiſmus quid 114.b. 351.a. in qua ſanctificatione conſiſtat 350.g
Chriſtus abſolutiſsimum charitatis exemplar 187.a. an adſit & abſit ſimul 229.e. hanc ἀντιλογίαν quõ Auguſtinus et Cyrillus ſoluãt ibid. an lauerit aliquorũ aut omniũ pedes, priuſquã ad Petrũ veniret, q̃ſtio ocioſa 93.f. an vbiq; ſit, quia Deus 44.f. benedictus venit in nomine Domini 51.e. bonũ pro malo reddit 318.c. cedrus magna dicitur 292.e. cum Lazaro reſuſcitato cur cænauerit 40.a. conſtantiſsimo amore ſuos diligit 118.g. crucifixus lac eſt ſugẽtibus, & ſolidus cibus proficientibus 236.a
Chriſtus cur bedictus dicatur 51.d cur crucifigi debuerit 69. cur delicta noſtra ſua fecerit 144.a. cur docuerit 73.b. cur in mundum venerit 83.f cur leuet oculos in cœlũ ad patrem, cũ pater vbiq; ſit 259. cur miracula ediderit 73.b. cur Nazarenus vocandus 349.e. cur noluerit caput & manus Petri lauare 96. cur non apparuit poſt reſurrectionem ſuã pontificibus & ſenioribus populi 378.d. cur nõ Iudæorum traditionẽ ſit ſecutus, quod ad tempus comeſtionis agni attinet 89. cur noſtra delicta ſua fecerit 262. cur obſcurè diſcipulis dixerit, quod clarè dicere poterat 242. cur panis viuus dicatur 413. hic panis quomodo edatur ibid. cur petra ſcandali in ſcripturis dicatur 198. cur proditoris ſui toties mentionẽ faciat 102. cur veræ viti comparetur 177.a. veritas, via & vita 143. cur vnius certi generis operum in ſententia iudiciaria meminit 129.a. cur ſe reſurrectionem & vitam nominet 11.d. cur ſit reſurrectio & vita 11.f. cur ſuũ corpus nudum probris hominum expoſuerit 353.d
Chriſtus Dei filius natura, ab æterno patre natus 20.f
Chriſtus diligit nos gratis 118.b
Chriſtus dupliciter reſurrectio & vita 12.b
Chriſtus eſt veritas conſtantia promiſſorum 145.b
Chriſtus eſt veritas, veræ libertatis donatione 145.d
Chriſtus factus eſt pro nobis peccatum 36.a
Chriſtus fide edendus 38.f
Chriſtus filius hominis & Dei 173.f
Chriſtus habitat in fidelibus per fidem 158.f
Chriſtus homo cuius reſpectu vbique eſſe dicatur 45.e
Chriſtus iam mortuus an verus homo fuerit 363.d
Chriſtus impuriſsimi proditoris ac furis pedes lauat 93.d
Chriſtus in aſſeuerationibus qua forma vtatur 104.b
Chriſtus in mundum veniens quid fecerit 284.a
Chriſtus in nobis per fidem habitat & viuificat nos Spiritu S. 122.a
Chriſtus in paſsione factus eſt omniũ nouiſsimus 93.e
Chriſtus in peccatis mortuos ad vitã reuocat 22.e
Chriſtus lux vera 72.d
Chriſtus mortem ſuam & non ſuam tulit 61.d
Chriſtus neceſsitatẽ ſuæ mortis qua ſimilitudine oſtendat 56.b

Chris

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Chriſtus nobis confert, quod lex à nobis iure exigit 382.c
Chriſtus non ſolum homo, ſed etiam Deus 264.d.139.d
Chriſtus non tam verba quàm gemitus cordis ſe inuocantium ſpectat 10.f
Chriſtus nos ſecum ad manendum quomodo inducat 182.e
Chriſtus noſter ſacerdos cur ἔγγυος dicatur 385.e
Chriſtus verè obediens fuit vſque ad mortem 62.g
Chriſtus omnium hominum fortiſſimus 62.a
Chriſtus paratus eſt omnibus ſupplicibus miſericordiam præſtare 50.g
Chriſtus pater noſter eſt adoptionis gratia 64.d
Chriſtus patris legatus ad quid miſſus 81.f
Chriſtus perfectè ſanctus et iuſtus 233.c
Chriſtus perfectione dicitur primitiæ eorum qui obdormierunt 385.d
Chriſtus pro quibus non oret 277.a
Chriſtus proditionis ſuæ autorem cur ſigno indicet 105.e
Chriſtus propter quas cauſas grauiſſimos animi dolores habuerit 258.b.c
Chriſtus purgationis effector 178.f
Chriſtus qua diei hora crucifixus 340.c
Chriſtus qua ratione triſtis 176.c
Chriſtus qualis rex 53.c
Chriſtus quale conuiuiũ habuerit 92.c
Chriſtus quantum ſitiat hominum ſalutem 81.a
Chriſtus quatenus adhuc fungatur ſacerdotio 154.f
Chriſtus quatenus mediator 265.f
Chriſtus quatenus reformidarit mortem, & non reformidarit 62.f
Chriſtus quibus modis ſe nobis communicet 45.e
Chriſtus quo anno erat occidẽdus 36.a
Chriſtus quo mundi anno natus 372.b
Chriſtus quo plura infirmæ naturæ incõmoda in ſe receperit, eo magis nos amaſſe cenſendus eſt 62.d
Chriſtus quo reſpectu patri æqualis 257.f
Chriſtus quòd abeat, & nihilominus nobiſcum maneat, Auguſtini reſponſio 254.a
Chriſtus quomodo adſit credentibus 110.a
Chriſtus quomodo aſſeratur naturâ Deus 152.f
Chriſtus quomodo cum patre idem 256.e
Chriſtus quomodo Deum glorificabit 65.e
Chriſtus quomodo edatur 37.g
Chriſtus quomodo in fidelibus ſit 181.e
Chriſtus quomodo in mundum venerit 253.d huius cauſa & finis à Ioanne poſita ibid.e
Chriſtus quomodo mortẽ timuerit, & non timuerit 61.d
Chriſtus quomodo mortẽ uoluerit, & non voluerit 62.f
Chriſtus quomodo nobiſcum ſit vſque ad conſummationem ſeculi, Auguſtini reſponſio 141.a
Chriſtus quomodo nobis adſit 180.f
Chriſtus quomodo nos diligat 118.a.b
Chriſtus quomodo nos redimat 88.g. 89.a
Chriſtus quomodo pater & frater noſter ſit 109.d
Chriſtus quomodo patre minor 257.e.f
Chriſtus quomodo præſtantiſſimum fructum gignat 176.e
Chriſtus quomodo recipiatur 67.f
Chriſtus quomodo ſacerdotis officio ſit functus 265.g
Chriſtus quomodo ſe credẽtibus communicet 46.b
Chriſtus quomodo ſe nobis communicet 47.d.45.c.180.b.181.b
Chriſtus quomodo ſe viti comparet 176.c
Chriſtus quomodo ſit lux 71.g.82.d
Chriſtus quomodo ſit paracletus 155.d
Chriſtus quomodo ſit regnaturus in eccleſia 155.b
Chriſtus quomodo ſit veritas 144.e via 143. d.144.d. vita 145.e
Chriſtus quomodo ſuis locum paret 140.c
Chriſtus quõ vadat ad patrem 152.c
Chriſtus quomodo vita dicatur glorificando 146.c
Chriſtus reſurrectio & vita in ſe omni credenti 14.b
Chriſtus robur & victoria noſtra 137.a
Chriſtus Satana potentior 17.e
Chriſtus ſecundum vtramque naturam patri obedientiã præſtat 180.c
Chriſtus ſeipſum charitatis regulam ſtatuit 118.a
Chriſtus ſolus caput eccleſiæ, non papa 418.a
Chriſtus ſolus initium, medium & cõſummatio noſtræ ſalutis 143.b
Chriſtus ſolus mediator Dei & hominum 24.a
Chriſtus ſolus peccati expers 174.e
Chriſtus ſolus ſe dedit ἀντίλυτρον pro omnibus 21.c
Chriſtus ſpiritu incircumſcriptus, carne circumſcriptus 254.d
Chriſtus ſpiritu turbatus quò pertineat 103.g.104.a
Chriſtus ſpiritualiter comeſtus animabus noſtris coaleſcit ſpiritualiter 414.a
Chriſtus ſponte in mortem ſe tradidit 176.a
Chriſtus ſufficiens λύτρον ad tollendã omnium hominum mala 3.a
Chriſtus ſuos diligit maximè 118.d
Chriſtus tertia die reſurrexit à mortuis 371.d
Chriſtus verax in ſuis dictis 89.b
Chriſtus verus agnus paſchalis 361.a
Chriſtus verus Deus 23. c. verus Meſſias 82.f verum paſcha 34.e
Chriſtus vita noſtra eſt ſanctificando 146.a
Chriſtus vitæ æternæ donator 23.c
Chriſtus viuum omnis virtutis exẽplar 111.d
Chriſtus vnicus mediator 20.a
Chriſtus voluntatem carnis ſubiicit mentis voluntati 63.e
Chriſtus vt mediator & ſaluator amat omnes homines ardentius 4.d
Chriſtus vt ſe hoſti capiendum ſponte offerret, quæ cogitatio fecerit 258.d
Chriſti abitus ad patrem cur diſcipulis ſummam triſtitiam attulerit 230.b
Chriſti ad patrẽ plures abitus 152.a.b
Chriſti amor conſtans 88.b
Chriſti animæ perturbatio 103.e
Chriſti animæ quid potiſſimum horrorem incutiat 103.f
Chriſti apparitio poſt reſurrectionem 377.b.c
Chriſti aſſeueratio quando demũ ſentietur 184.e
Chriſti beneficium fide applicatur 96.c
Chriſti beneficium maximum ἀνακεφαλαίωσιν Paulus vocat 177.c
Chriſti bonitas 10.e
Chriſti clamor quid declaret 81.a
Chriſti cœna cur ægrotantibus porrigatur 90.f
Chriſti de conſummatione vox 358.b de triplici conſummatione intelligenda ibid.
Chriſti corã diſcipulis apparitio 409.
Chriſti corporalis præſentia 110.b
Chriſti corpus naturalibus neceſſitatibus & appetitionibus nõ fuit exutum 63.e
Chriſti corpus poſt reſurrectionem quale 407.a
Chriſti corpus quõ ſit in cælo, ſuper vacuum eſt quærere 142.d
Chriſti corporis circumſcriptio 8.c
in Chriſti dilectione & gratia manentium, ſignum 184.f
Chriſti diuina pſentia 110.b ſenſibus

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

igno ta eſt mortalibus 110.c
Christi diuinitas vn de concludatur 138.a diuinitatis teſtimonium 8.a
Chriſti doctrina multis ſcandalum fuit 198.a
Chriſti dolores grauiſſimi 64.b
Chriſti dolorũ principalis cauſa 64.b
Christi dulcem concionem quis rectè ſentiat 147.d
Chriſti efficacia capitis metaphora ſignificatur 177.b
Chriſti & Eccleſiæ copulationem magnũ myſteriũ Paulus vocat 181.a eius ſymbola baptiſmus & cœna Domini ibid.
Chriſti & membrorum eius prærogatiua 174.f
Chriſti erga nos affectus 16.e
Chriſti factum quale 114.d
Chriſti factum in cruce, commendantis Iohanni matrem ſuã, quid contineat 355.d.e.f quõ eum ipſius præcepto cõgruat 317.d quõ in genere nobis accommodetur 100.c
Chriſti fœlicitas ſemper ſumma & perfecta fuit 61.e
Christi fremitus cauſæ 16.b.c
Chriſti fuga 31.b.e
Christi gaudium 185.d gaudiũ perfectum 252.a
Christi gloria in quibus potiſſimũ ſita 241.e
Christi glorioſa ſepultura 364.b victoria 26.d
Chriſti gubernatio ſpiritualis 351.f.g 352.a.b.c
Chriſti humana natura & λόγος perſonali vnione iunguntur 46.e
Chriſti humanæ naturæ quõ inſeramur 177.f
Chriſti humanitas circũſcripta 45.c cur excellat oẽm ſubſtantiam creatam 363.d
Chriſti humanitatis teſtimoniũ 16.e
Christi humiliationis cauſa fuit Adæ ſuperbia 334.c
Chriſti humiliationem qualis gloria ſit ſecuta 78.e
Chriſti in cruce conformitas non eſt vniformis 176.a
Chriſti interceſſionis pro hominibus duo modi 253.a
Chriſti inter latrones ſuſpenſi ſignificatio 347.d
Chriſti, Iudæorum & Mariæ lachrymarum diſcrimen 16.a
ſine Christi iuſtitia nemo viuet 11.f
Chriſti lachrymæ 14.f
Chriſti lachrymarum cauſæ 16.a.d
Chriſti legatio diuina 23.c
Chriſti lucta cum Satana 17.d
Chriſti miraculũ quò pertineat 22.c quò tendat 23.c
Chriſti miſſionis cauſa 229.a
in Chriſti miſſione quæ circumſtantiæ conſiderandæ 229.a.b.c
Chriſti mors qualis 60.b via ad gloriam 56.b
Chriſti notitia vnde ſit 162.d
ſuper Christi pectus recumbere, ſingulare amoris ſignum 105.b
Chriſti perſonæ cõmunicatio fit ſecundum vtramq; naturam 180.e
Christi perturbatio vehemens & vera 104.a
Chriſti petitionis ſumma 258.a.b
Chriſti potentia naturæ opponenda 10.d
Chriſti poteſtas eadem, quæ patris 264.e
Christi præceptum, Dic Eccleſiæ: qñ locum habeat 102.e
Chriſti præcepta quæ ſint 185.a
de Chriſti præſentia Cypriani ſententia 254.b
Chriſti precatio 64.c precatio & ſacrificiũ ad quos pertineat 287.a
Chriſti promiſſio toto pectore tenenda 12.d
ex Christi, Prophetarum, & Apoſtolorum prædictionib. quem fructũ capiamus 228.a
inter Chriſti proprium officiũ & noſtrum quódnam ſit diſcrimẽ 101.d
Chriſti proſternẽtis aduerſarios cauſa 297.b
Chriſti quale factum in ſpecie nullo pacto ſit imitandum 383.e
Christi querimonia 63.d
Christi quõ ſolius ſit lotio totius & partis 100.b
Christi redemptoris admirabilis bonitas in quo reluceat 105.e
Chriſti regnum quid 329.b quale 52.e
Christi reſponſio quæ contineat 315 b
Christi reſurrectio meritò antecellit aliorum reſurrectionem 385.c
Chriſti reſuſcitati fructus 379.c.e.f
Chriſti reſuſcitati veriſſima indicia quæ 375.c.d
Christi ſacerdotis partes in Leuitico ſacerdote adumbratæ 256.e
Chriſti ſanguis quomodo purget. 179.b
in Chriſti ſchola quotidie proficiendum 142.e
Chriſti ſepulchrum quale 365.c
Chriſti ſermo quomodo non ſit ipſius, ſed patris 165.f
Chriſti ſitis duplex 357.b
Chriſti ſumma humilitas 93.c
Chriſti terna interrogatio quò pertineat 417.a 416.f
Christi turbatio 59.c vnde venerit 16.d
Chriſti typo vt typo quod tribuitur, id verius Christo tribuitur quàm typo 349.e
Chriſti vera cognitio non eſt ocioſa contemplatio 158.f
Chriſti victimâ ira Dei placata 28.d
Christi victoria in glorioſa reſurrectione cernitur 256.c
Chriſti zelus ſanctis imitãdus 103.f
Chriſto qua ratione poteſtas à patre data 264 a
in Chriſto manſionis fructus 183.a
in Chriſto per fidem manere quid. 175.a
in Chriſto quõ maneamus, & Chriſtus in nobis 180.a
in Christo ſeruare mandata Dei qd. 163.c
Christum amare quis dicatur 416.a
Chriſtum cur Scriptura caput vocet 177.b
Chriſtum diligens, & ſermonem eius ſeruans, quem fructum percipiat 163.d
Chriſtum eſſe in patre 158.d
Chriſtum hominem cur pater exaudiat 20.g
Chriſtum non recipere quid 194.b
Chriſtum pater agricola quomodo plantarit 177.c
Christum per ſolidos parietes domus eſſe ingreſſum fingentes, cur debili fundamento nitantur 402.c
Christum quærendi ſtudium 395.e
Christum qui abnegent 312.a
Chriſtum qui diligat iuxta Auguſtinum 159.b.f
Christum qui recipiat 103.a
Christum qui ſequatur 144.d
extra Christum ſeruare mandata Dei quid 163.b
Chriſtum ſequens conſequetur etiam cum Chriſto gloriam ſempiternam 345.e
Christum videre quid 82.a
Chriſtum verum hominem eſſe, vide quidam ex patribus contra hæreticos eruditè confirmarint 16.f
à Chriſto aliquis miſſus quomodo agnoſcatur 103.b
à Chriſto deficientium pœna 182.c
de Christo loquendi modi in Scriptura qui occurrant 256.d.e.f
ſine Chriſto omnia plena dolorib. & periculis 53.b
ſine Christo ſumus aridi rami 182.e
Chryſoſtomi locus 228.e de concordia 123.b
cibus quinã gratis nobis ſit paratus 412.a quam famem requirat ibid.
Cicero Eccleſiam cruce preſſam cur contempſerit 200.c
Ciceronis locus ibid.

circum-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

circumciſio eſt σφραγὶς iuſtitiæ fidei 90.b
circumciſio fœderis ſignum 90.b
Clementis dictum 225.f
cœlum cur diuinæ maieſtatis thronus dicatur 52.a
cœlum ſedes Dei cur dicatur 65.a
cœli ſignificatio 259.f
cœlorum ſecreta ſcrutari non eſt noſtræ fragilitatis 142.d
cœna Chriſti ſacra cur inſtituta 36.c
cœna Chriſti ſacra quando Deo ſacrificium ἐυχαριστικὸν 213.f
cœna ſacra in cuius rei teſtimonium ſit inſtituta 38.a
cœna ſacra mutuæ pactionis & fœderis obſignaculum 91.b
cœna ſacra teſtimonium externum manſionis & habitationis Chriſti in nobis 48.a
cœnæ Chriſti ſignificatio 89.b
cœnæ Domini definitio 91.a
cœnæ inſtitutio 89.e
cœnam Chriſti ſacram multi errore & hypocriſi contaminant 213.f
cœna Domini alimur noui homines effecti 89.g
de Cœna Domini iudicium 98.c
cœnâ ſacrâ qui legitimè vtantur 91.a
cognitio, cui non reſpondet actio, ad maiores pœnas obligat 101.b
cognitio cuius rei requiratur 267.c
cognitio dilectionem præcedit 162.d
cognitio veri Dei & mediatoris Chriſti vnde haberi poßit 268.f
cognitionis Dei & mediatoris fructus 270.a.b
cognitionis Dei gradus 54.b
cognitionis vocabulum quæ complectatur 267.a
cognitionem & ſenſum cur Paulus coniungat 101.b
cohortis & miniſtrorum ſacerdotum caſus ſignum 297.e
columbæ ſimplicitas 240.b
commendationis vera argumenta vnde ſcriptura petat 3.e
communicatio externa quid 207.b. 206.e
communio duplex 203.e
communio interna quæ 203.e eius diuiſio ibid.
communionis internæ obſignaculum eſt cæremonialis cõmunio 204.b
communioni externæ ſi acceſſerit interna, valde eſt amabilis 206.c
communio perſonarum 203.e
communio rerum 203.f
communionis noſtri ſpiritualis cum Chriſto indicia quæ 205.c
Communione externa quis non ſeparandus 207.c
concilium phariſæorum & pontificũ minimum, medium & maximum 27.a.b
concordia fraterna quibus fulcris nitatur 170.d
concordiæ & vnitatis encomium pſalmiſtæ quale 123.e
concupiſcentiæ prauæ verbo Dei premi debent 39.c
ob Confeßionem doctrinæ Chriſti moriens multa laudabilia coniungit 419.b
coniunctio hæc ſpiritualis eſt, quæ figuratur cæremoniali manducatione 90.e
conſcientiæ gaudiũ vnde manet 392.d
conſcientiæ pax, cordis tranquillitas 403.f hæc pax periculis corporis, famæ, fortunæ opponenda 403.f
conſciẽtiæ pax & gaudium vnde 413.
ex Conſcientia mala quomodo bona fiat 112.f
conſilia recta dare prudentis eſt 131.f
conſiliorum bonorum commendatio 131.f
conſiliorum bonorum vtilitas vbi nobis commendetur 131.f
conſiſtoriani 130.a
conſolandi ratio quomodo variet 131.d
conſolatio noſtra qualis ſit 131.e
conſolatio qualis eſſe debeat 131.e
Conſtantinopolitani imperat. Romano epiſcopo ſe opponẽtes nullas priſus imagines in tẽplis ferunt 223.b
Conſtantinus eius nominis quintus idola omnia ob ſcãdala eſſe tollenda putauit 221.d
Conſtantinus ſextus matri Irenæ imperium abrogat, eamq; deiicit, quæ illa conſtruxerat 222.a
Conſtantino ſignum crucis monſtratum 217.d
conſuetudo diuturnior, eſt potentior naturâ 106.g
conſuetudo quando damnanda 331.c
conſuetudo quando legis vim habere uideatur 331.e
de Conſuetudine quæ regula tenenda in rebus politicis 331.e
conſummatio Chriſti triplex 358.b.f.g
contactus Chriſti ſpiritualis 399.d
cõtritio propriè eſt paraſceue ad ſalutarem pœnitentiam 235.d
contentionis libido vnde oriatur 170.f
conuerſi quare in gratiam recipiamur 209.f
conuerſio ad Deũ quomodo fiat 209.d
conuerſio fieri non poteſt, vbi non eſt ſcientia ſalutis de remißione peccatorum 210.c
conuerſio vbi non eſt, illic nec inchoari cultus Dei poteſt 210.d
conuerſionem ſeriò ab omnibus Deus requirit 209.d
in Conuiuiis quomodo Chriſtum præſentem habere poßimus 40.c
cor duplex qui dicatur in Scripturis habere 73.f.80.a
corda fide purificantur 141.f
Cornelius aulicus cur acceptus Domino 96.f
Cornelij aulici fides imbecillis 96.f
Corneliũ cur Deus voluerit abundare diuitiis 125.d
corporis Chriſti myſtica cura 304.d
corporis myſtici ratio ad vnitatem hortatur 123.c
corpora noſtra qualia ſint futura in reſurrectione 387.f
correctio iuſta quæ ſit 130.f
correctionis fraternæ gradus 129.f. & 130.a.b
correctionis fraternæ neceßitas 130.d
creatori omnia peruia 402.e
creatura nulla colenda 216.e
creaturæ legitimus vſus à Deo non damnatur 72.f
creaturæ quomodo per verbum Dei ſanctificentur 179.b
creaturarũ cultus Epiphanio ἀρχαῖα πλάνη 215.g
creaturas inuocantium vanitas 249.d
credentes à Deo nati ſunt filij Dei, & in Deo ſunt, & Deus in illis 120.b
credentes iuſtitiam habent, quam lex requirit 81.d
credentes Nazarei eſſe debent 350.f
credentes poſſe contumaciter relabi in priores ſordes 164.e
credentes poſſe excidere gratia, contra quorundam dogma 182.f
credentes quomodo Chriſto copulentur 46.e
credentes quomodo dicãtur Spiritum S. in legitimo ſacræ cœnæ vſu accipere 106.d
credentes ſoli beneficiorum Chriſti ex pacto fiunt participes 3.a
credentium numerus quando in anguſtum redigatur 255.b
credentibus cur detur Spiritus ſanctus 156.f
in Credentibus Chriſtus efficax 181.b
credere Chriſto, credere Chriſtum & in Chriſtum differunt 79.b.c huius confuſionis ratio ibid.
credere in Chriſtum, & pro Chriſto pati, vtrumq; Dei donum 136.f
crux Chriſti Iudæis ſcandalum 198.a
crux Chriſti ſummum precium coram Deo 346.d
crux Chriſti, tribunal 347.d
crux iter eſt ad gloriam 189.c
crux quælibet quomodo dulcis fiat 393.b
crucis Chriſti figuræ multæ præceſſerunt 346.f

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

crucis Chriſti quatuor formæ quomodo intelligantur 347.e
crucis commendatio 56.d
crucis figuram ſculptam aut pictã an habere liceat 217.f.218.a.b
in Crucis figura nullum eſt numen 218.e
crucis longiſsimum tempus in hac vita, non habet rationem momenti ad æternitatem 109.a
crucis nemo exors 420.a
crucis ſignum Conſtantino monſtratum, teſtimonium fuit victoriæ 217.e
crucis ſigno an liceat pio homini ſe ſignare 217.f
cruci quæ opponenda 207.a
crucem quæ gloria ſequatur 227.f
crucem ſuam tollere 57.e
ad Crucem ferẽdam cur Chriſtus ſuos paratos aſſe velit 418.a
in Cruce Chriſti noſtra ſalus eſt 69.d
culpæ deprecatio quomodo fieri debeat 207.d
cultus Dei ſpiritualis vnde dicatur 210.b
cultus Dei verus in quibus rebus conſiſtat 209.f
cultus Dei cauſa efficiens 210.a
cultus Dei definitio 210.a
cultus Dei finis 210.b
cultus Dei forma 210.a
cultus Dei materia 210.a
cultus Dei veri & erronei diſcrimen 209.b
cultus veri Dei quodnam ſit principium 209.d
cultus diuini regulam quis contemnat 210.f
cultus erroneus quid 210.e
cultus opera ex quibus manent 213.g
cultum Dei verum quid neceſſariò præcedat 209.c
Cypriani locus 331.d
Cyrilli locus 140.e. 166.g. 182.e. 187.e. 243.a.b. 291.g. 340.b. 353.f. 387.e. 403.d
Cyrilli ſententia de Chriſti in horto ſepultura 365.b
Cyrilli locus de Chriſti præſentia 109.g
Cyrilli locus de Domini ingreſſu clauſis ianuis 402.e
Cyrilli locus de Petri negatione 138.b
Cyrophanes filij ſimilitudine triſtitiam leuat 219.d

D

DÆmonium quid 215.a
Damaſceni de imaginibus locus 225.d
Danaſceni de anima Chriſti locus 362
Daniel in lacu leonum quomodo ſeruatus 251.a
Danielis ſeptuaginta hebdomades 327.a
Dauid Chriſti typus 142.a. 297.c. 370.c
Dauid iuſtum palmæ florenti comparat 50.e
Dauid quõ ſe Deo ſubmittat 96.a
Dauid Sauli etiam hoſti bene voluit 187.g
Dauid vnde originem ſuam duxerit 29.d
Dauidis familiaris typus Iudæ 102.a
Dauid fugiẽtis & tranſeuntis Chriſti per torrentem, cauſa diuerſa 291.e
Dauidis regnum typus regni Chriſti 52.b
Dauidis ſaltatio coram arca Domino quomodo placuerit 41.f
Decalogi virtutes dilectionis lege cõtinentur 122.e
δεισιδαιμονία quid 215.a huius ſuperſtitionis plura genera ibid.b
deitas & humanitas vnam naturam conſtituunt 174.a
deitatis præſentia vbiq; 8.c
delitias rerum conditarum quatenus Deus ſuis concedat 43.a
denarij valor 72.d
deſperatio miſeriæ ſempiternæ initiũ 322.a
deſcenſies Chriſti ad inferos 368.a
Deus Chriſti quomodo eſſe poterit, cùm pater & filius vnũ ſit Deus 400.e
Deus cognoſcentibus & inuocantibus ipſum, proximus eſt 259.d
Deus cuius populi dominus 389.d
Deus cur filium ſuum Nazareum dici voluerit 349.f.350.a.d.e.f
Deus cur in cœlo eſſe dicatur 259.f
Deus cur in cœlis habitare dicatur 52.a
Deus cur voluerit in principio menſuũ agnum Phaſæ mactari 36.b
Deus curam ſuorum nunquam deponit 412.a
Deus & homo, vnus Chriſtus 173.g
Deus ignis conſumens 38.c
Deus non ſemper ad carnis votum exaudit 21.f
Deus omnis boni fons 366.b
Deus omnia in ſuo æterno tanquam præſentia videt 74.f
Deus optimè vult ſuæ creaturæ 74.a
Deus quando interioris hominis rationem tantum habeat 250.f
Deus quando hominis exterioris curã gerat 251.a
Deus quatenus cum patriarchis & patribus fuerit 349.b
Deus quomodo charitatem ſuam erga nos commendet 187.a
Deus quomodo excæcare & obdurare dicatur 77.f
Deus quomodo exaudiuerit tres viros, quos ſeruauit illæſos in mediis flammis 251.a
Deus quomodo impietatem hominis oderit 121.b
Deus quomodo nomen ſuum glorificarit 65.b
Deus quomodo Stephanum & infinitos martyres exaudiuerit 250.g
Deus quos deſerat 77.e
Deus eſt vera vita 386.e
Dei beneficia quõ agnoſcenda 21.e
Dei conſilium in redimendo genus humanum 161.a
Dei prouidentiã adoranda 9.e
Dei ſapientia quæ ſit Paulo 236.a
Dei ſpiritus quid 113.e
de Dei volũtate ex verbo certi ſumus, non ex potentia de voluntate iudicemus 23.e
Deo credere & in Deum credere Hebraica phraſi idem 79.e
Deo quidquid præſtatur, ex dantis mente penſatur 132.b
Deo quomodo placeamus 126.a
Deo quomodo viuamus 13.e
Deum an liceat vlla imagine exprimere 224.b
Deum diligentibus omnia in bonum cooperantur 5.a
Deum qui rectè inuocare non poſsint 153.b
à Deo quæ petenda 248.c.e
diabolus à Chriſto iudicatus 233.f
diabolus hominem obſidens qua via expellatur 107.a
diabolus inſpiratione occulta hominẽ agens quomodo fugetur 107.a
diabolus Phariſeorũ conſiliarius 31.b
diabolus quomodo fugetur 217.d
diaboli eiectio 67.f
inter Diaboli & Iudæ vendentis Chriſtum voluntatem diſcrimen 31.b
diabolo ex qua indignitate Chriſtus iraſcatur 16.c
diaboli inſidiæ tenendæ 93.a
diaboli regis tenebrarũ ἄσπονδον πόλεμον aduerſus eccleſiam 352.a
diabolum hoſtem Dei qui imitentur 100.e
diabolum non eſſe colẽdum quo axiomate Chriſtus concludat 216.e
aduerſus Diabolum & eius membra qua ſpe nos erigamus 353.a
dies artificialis 6.f
dies Ponte coſtes vnde dicatur 231.b
diei cuſtodiæ 7.b
diei & noctis menſuratio 6.f
diei inchoandæ diuerſa ratio 87.c
diei in quatuor quadrantes diuiſio 360.d
diei naturalis diuiſio 6.e

dilecto

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dilectio Chriſti in obedientia erga eũ cernitur 162.e
dilectio Dei amor noſtræ fiduciæ in omnib. afflictionibus 288.a
dilectio ex adoptionis gratia manat 261.c in quo ſit fundata 261.c
dilectio fraterna neceſſariò cum fide cohæret 114.g
dilectio mutua germanus palmitum vitis Chriſti fructus 175.c
dilectio mutua germanus fidei fructus 186.c item vera diſcipulorũ Chriſti nota ibid.
dilectio noſtra qualis eſſe debeat 294.d
dilectio noſtra vt ſit iuſta vnde fiat. 117.f
dilectio opere demonſtranda 159.f
dilectio proximi ſignum eſt ꝙ Deo Patri & Filio Spiritus vinculo cohæreas 115.d
dilectio vera quando ſit vera 117.g
dilectionis Dei indicia 160.b.c
dilectionis finis vnde intelligatur. 117.f
dilectionis gradus, quo Deus nos diligit 160.b.c 161.b.c.d
dilectionis mandatum quõ vetus & nouum 111.b
dilectiõis modos plures Scriptura præſcribit 117.e
dilectionis patris erga filium ſimilitudo vnde accipienda 184.b
dilectionis præceptum cur toties Dñs inculcet 186.e
dilectionis proximi exemplar, & imitationis modus 118.e.f
dilectionis proximi modus eſt menſura tui ipſius dilectionis 117.g
in Dilectione quo modo finis, regula, & ratio ſpectanda ſint 117.f
in Dilectione & gratia Chriſti eſſe, ſignũ certiſſimum quod ſit 185.a
de Dilectione proximi Bernhardi locus 118.f
diligere Chriſtum quid ſit 159.b
Diophanes antiquiſſimus antiquitatum ſcriptor 219.c
diſciplina qualis eſſe debeat 417.a
diſciplinæ voluntariæ & crucis diſcrimen 419.a
diſcipulus ingratus eſt, qui non proficit quotidie 97.a
diſcipuli Chriſti loti, non indigent alia lotione 96.c
diſcipuli diſſimili modo ſe ad Chriſtũ conferunt 412.a
diſcipuli quomodo de mundo exempti. 283 b
diſcipuli quõ Deum norunt, & non. 148.c
diſcipuli quomodo maiora opera faciãt quã eorum magiſter 151.e & cur 152.a
diſcipuli quõ mundi per ſermonẽ 175.d
diſcipulorũ afflictionis exitus cur lætus futurus 176.f
diſcipulorum Chriſti & mundi diſcrimen 161.f
diſcipulorum Chriſti officium 111.f
diſcipulorum Chriſti opinio qualis. 243.e
diſcipulorum erronea opinione, cuius rei admoneamur 243.e
diſcipulorum infirmitas ex quo appareat 396.b
diſcipulorum ploratu quid ſignificetur 244.c
diſcipulorum ruditatem Dñs boni conſulit 162.c
diſcipulorum ſuorum pedes cur Dñs lauerit 110.a
diſcipulorũ ſyncerorum munus 99.b
in Diſcipulis Chriſti quid laudandum 243.c quid item culpandum ibid.d
in Diſcipulis Domini diſſimilia dona. 411.a
diſcipulos Chriſti nos eſſe, quõ declarandum 101.e
diſcordes manere ſub maledictione. 281.f
diues epulo cur ſit damnatus 43.b
diues omnis ſine charitate eſt pauper 122. b
diuinitas nunquam à corpore nec ab anima Chriſti ſeparata 362.d
docilitatem quid maximè impediat. 192.c
doctoribus Eccleſiæ Chriſti exemplũ imitandum 162.c
doctrina Chriſti quò pertineat 73.c
doctrina Chriſti quõ ſit lux 71.f
doctrina Chriſti veritas 329.f
doctrina quando cum omni imperio doceatur 121.c
doctrina quomodo Chriſtus glorificatus 65.d
doctrinæ fidem ſubtrahere 131.d
de Doctrinæ veritate quæ regulæ tenendæ 202.b
doctrinæ preces, & precibus doctrina admiſcenda 258.f
Doeg Idumæus paſtor Saulis 293.g
Doeg Idumæus Iudæ typus 92.b 282.b
doloris teſtes ſunt lachrymæ 17.c
dolores animæ Chriſti, verè inferni dolores 358.e
in Doloribus noſtris Chriſto occurrẽdum 9.f
domeſtici fidei alienis à familia Dei ſemper præferendi ſunt 120.d
Dominus cur non mox in reſurrectione vulnera ſanauerit, quomodo Auguſtinus indicet 403.b
Dominus cur permiſerit Petrum tam turpiter labi 320.a
Dominus cur reſurrectionẽ ſuam in tertium diem diſtulerit 374.d
Dominus qua diei hora reſurrexerit. 374.e
Dominus quando puſillum à nobis abeſſe videatur 242.f quãdo videatur rurſus ibid.g
Dominus quid à nobis requirat 101.a
Dominus quod genus operum præcipuè requirat 129.d
Dominus quo anni die reſurrexerit. 373.c
Dominus quo die ſeptimanæ reſurrexerit 374.e
Dñs quo tempore à creatione mundi reſurrexerit 372.a
Dñs quo tempore à morte reſurrexerit 374.f
Dominus quo tempore anni reſurrexerit 373.c
Dñs ſuos iuſtè diligit 118.c
Domini admiranda benignitas 293.d
Dñi crucem ſuã portantis cauſa 344 f
Dñi crucifixionis duæ cauſæ 346.b
in Domini tractione quæ circũſtãtiæ conſiderandæ 68.c
Donatiſtarum veniam lapſis negantium, error deteſtandus 320.d
Donatiſtarum erroris confutatio. 205.c

E

Eccleſia an pontificibus ſit ſubiecta 29.c
Eccleſia cur pontificibus non ſit ſubiecta 29.e
Eccleſia doctrinam Chriſti debet aliis omnib. doctrinis anteponere 99.b
Eccleſia in hoc mundo cruci ſubiecta 207.a
Eccleſia quæ dicatur in ſymbolo Apoſtolorum 204.a
Eccleſia ſingulorum membrorum rationem habere debet 130.b
Eccleſia vera vbi ſit 154.c
Eccleſia verbo Dei eſt alligata 210.e
Eccleſia vinea Dñi Zebaoth 176.b
Eccleſiæ caput Chriſtus Deus & homo 184.e
Eccleſiæ cũ Chriſto cõformitas 146.d
Eccleſiæ definitio 47.d 154.a.b 283.d
Eccleſiæ definitionem vnde Iohannes ſumpſerit 159.a
Eccleſiæ & Chriſti qualis copulatio. 46.d
Eccleſiæ gaudium quale 185.e
Eccleſiæ gaudium multiplex, magnũ & certum 185.e 186.a
Eccleſiæ partus 245.d
Eccleſiæ perpetua conditio quæ 157.c
Eccleſiæ perſequutores cur deſipiant. 227.b
Eccleſiæ precatio ad Spiritum Sanctum qualis 156.d

Eccleſiæ ſtatus qualis ſit futurus ante iudicium 292.b
Eccleſiæ ſumma conſolatio quæ ſit. 153.d 184.c
Eccleſiæ veræ & falſæ diſtinctio. 156.d 159.c
Eccleſiæ veræ imago quæ ſit 176.b
Eccleſiæ veræ notæ infallibiles quæ 206.f
Eccleſiam colligere, opus diuinum. 189.e
Eccleſiam hodie perſequẽtium furor. 209.b
inter Eccleſiam & alias ſectas quod diſcrimen obſeruandum 283.a
in Eccleſia diſtractiones facientiũ pœna 287.c
in Eccleſia ſemper futuri Iudæ ſimiles 43.f
edere carnem Chriſti quid ſit 38.a
effectus cognati qui 391.c
effectus proprij cauſæ ſuæ certiſſima ſunt indicia 112.f
egenos cur Deus in mundo ſemper habere velit 107.f
ἔγγυος propriè quis 285.e
electio duplex 189.a
eleemoſyna à Phariſæo præſtita, ſit vana ſuperſtitio 213.b
eleemoſyna beneuolo animo eſt danda 133.b
eleemoſyna cuius ſit ſimulata 390.d
eleemoſyna hypocritarum cur abominatio 37.e
eleemoſyna noſtra quomodo Deo grata fiat 132.b
eleemoſyna pro facultatum modo eſt danda 132.e
eleemoſyna quid 132.b
eleemoſynæ æſtimatio in quo maximè apud filium Dei cernatur 133.f
eleemoſynam facturus à ſe incipiat. 126.b
de Eleemoſyna facienda Auguſtini dictum 126.b
Eliæ dictum de mundi duratione. 372.a
cum Eliæ dicto euentus congruit. 372.b
ἐμβριμᾶσθαι verbi ſignificatio 16.b
ἑορτῆς voce quid ſignificetur 87.d
Epiphanius quõ hoc explicet, Ea quæ pacis ſunt 280.d
epulo diues cur ſit damnatus 125.e
Eſaias Oſeæ collega 374.b
Eſaias vnde originem ſuam duxerit. 29.d
Eſaiæ prædictionis euentus ineuitabilis 76.f
ἐθελοθρησκεία quid Paulo 211.d
Euangelica obſeruatio in quibus poſita 273.d
Euangeliſtarum conciliatio 87.b
Euangeliſtarum veritas quõ ſeruari poſſit, cùm videantur ſibi contraria dicere 87.a
Euangelium alijs odor vitæ ad vitã, alijs odor mortis ad mortem 84.a
Euangelium aſſum igni quando dicatur 38.b
Euangelium cur à Paulo dicatur miniſterium ſpiritus 167.b
Euangelium cur mandatum Dei dicatur 85.c
Euangelium duplicem conditionem à nobis requirit 165.a
Euangelium hodie multi ſine fructu audiunt 252.d
Euangeliũ mundo eſt cõtemptui 332.e
Euangelium multis confuſus ſonus. 66.c
Euangelium pacis cur dicatur 39.d
Euangelium pacis internæ proprium præconium 169.b
Euangelium paulatim debet conſumere quidquid in nobis eſt vitiorũ 38.c
Euangelium potentia Dei ad ſalutẽ omni credenti 81.e
Euangelium præconium eſt noſtræ reconciliationis cum Deo 39.d
Euangelium qualis prædicatio 82.g
Euangelium quanta bona efficiat. 85.c
Euangelium quatenus homines accuſet 84.b
Euangelium quibus crudum ſit 38.b quibus ſit coctum aqua 38.b
Euangelium quõ purget 179.a
Euangelium vnde ſit 81.b
ad Euangelij amorem quid nos excitare debeat 392.b
Euangelij autoritas quæ ſit 81.d
Euangelij beneficiorum ſumma 86.a
in Euãgelij cognitione progreſſus quõ calciamentis ſignificetur 39.c
Euangelij confuſio & obſequij quod Deo debetur, obruit Chriſti beneficia 111.g
Euangelij curſum quid omnibus temporibus impediuerit 192.c quid hodie impediat 92.f
Euangelij doctrina duobus modis traditur 167.a
Euangelij etiam eſt iudicare & damnare 84.f
Euangelij materia quæ ſit 234.e
Euangelij miniſterium in quo conſiſtat 167.a
in Euangelij miniſtro quæ Chriſtus requirat 418.a
Euangelij miniſtri dicuntur fungi legatione pro Chriſto 416.a
Euangelij miniſtris quale exemplum proponatur 86.c
Euangelij poteſtas clauium ſymbolo vbi exprimatur 405.a hæc poteſtas non eſt Apoſtolorũ, ſed Chriſti propria ibid.
Euangelij præcones afflicti quomodo ſe conſolentur 280.e
Euangelij præcones cur paſtoribus ouium conferantur, & eorum auditores ouibus 415.a
Euangelij præcones qua regula ſe conſolentur 79.b
Euangelij prædicati finis 73.b
Euangelij prædicatio aptiſſimè piſcationi confertur 415.a
Euangelij prædicatio aureum vehiculum, quo Chriſtus ad nos defertur merito ſuæ mortis 371.b
Euangelij prædicatio quò pertineat. 263.f
inter Euangelij propriũ beneficium & renatorum debitũ officium diſcernendum 159.g
inter Euãgelij propriũ officiũ & debitum eorũ obſequium, qui recipiunt beneficia per Euangelium oblata, diſcernendum 111.f
Euangelij ſynceri miniſtri quo in loco ſint habendi 404.a
Euãgelij vox & operatio Spiritus S. cur ſemper coniungenda 167.b
Euangelij voce mortui in peccatis ad vitam reuocantur 22.f
Euangelio credens Deo credit 81.d
euentus cum prædictione congruens, veritatis diuinæ obſignaculũ 102.c
Eutyches hæreticus 225.b
Eutychianorum veterum & recentiũ figmentum ineptum 88.a
exaltari filium hominis quid 69.d
exaudiendi tempus Deo ſapienti relinquendum 21.f. 251.c
exauditiõis finis, patris & filij gloria. 249.b
exauditionis modus & tempus voluntati Mediatoris relinqui debet. 153.d
excluſionis ſalutaris & damnabilis diſtinctio 203.c
excommunicatio damnabilis 203.d
excommunicatio duplex 203.e
excommunicatio interna quid 204.c
excommunicatio ſalutaris 203.e
excõmunicationis externæ fines proprij qui 208.a
excommunicationis fulmine quos papa feriat 34.a
ad Excommunicationis legitimã ſententiam quid requiratur 207.b
de Excõmunicatione ſpirituali, quatuor hominum genera non rectè iudicant 204.f
exemplar, exemplum quid 100.a
exigere quod iuſtè debetur, an iuſtum ſit 126.b

expa-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

expaueſcentia animi duplex 62.a
Ezechias cur ſerpentem æneum deſtruxerit 222.f.g

F

FAcere in Scripturis quid dicatur. 107.c
fames ſpiritualis quid 412.a
famis mentio non panis, ſed verbi, cur fiat apud prophetam 38.a
fidelis homo cur beatus 390.e
fidelis quomodo ſeipſum purget 179.e
fideles quomodo Chriſti membra efficiantur 287.f
fideles omnes fratres in Chriſto 400.f
fideles q̃uo in Chriſto ſint 181.e
fidelium fructus Euangelium Chriſti amplectentium 160.a
in Fidelibus quid Paulus requirat 170.c
fides à ſe non habet quòd ſit victoria mundi 217.f
fides cauſa eſt bonæ conſcientiæ 113.b
fides Deo relinquit modum & tempus exaudiendi 250.f
fides hominis, cùm ad πρᾶξιν ventum fuerit, ſæpe labaſcit 11.a
fides in futura vita ſuperuacanea. 117.c
fides in hac vita ad perfectionem p-uenire non poteſt 119.e
fides in omni petitione prælucere debet 248.f
fides in tentationibus vnde conſolationem petat 22.a
fides inſtrumentum eſt, quo Chriſtũ cum ſuis meritis apprehendimus. 12.d
fides noſtra inter precandum vnde confirmanda 248.a
fides nulla vera ſine verbo 213.d
fides ocioſa, quies 261.e
fides per illuminationem diuinæ gratiæ magis magisq́; augetur 255.c
fides per ſe non purgat 98.b
fides precantis q̃uo nullo modo hæſitare poßit 249.c
fides prudenter petit 250.e
fides q̃n perfecta ſubſtantia 119.e
fides quid 22.c 117.d 163.a
fides quid inter precãdũ efficiat 249.e
fides quib. fulcris nitatur 249.a
fides quorum πρόσωπος dicatur 255.b eam Auguſtinus aridæ manui confert ibid.
fides quomodo concipiatur 177.d
fides quomodo purget 179.c
fides radix omnium bonorum operum 391.c
fides ſola eſt victoria in quouis periculorum genere 139.a
fides ſola oẽs pares facit, & diſcrimina tollit 273.a
fides Spiritus Sancti opus 134.d
fides vbi ficta, ibi & charitas ficta. 113.b
fides vera, dilectio erga ſanctos, et ſpes gloriæ coniuncta ſunt 190.a
fides vera dilectionem comitem habet 165.c
fides verbo contenta eſt 148.c
fides viua cogitatione quidem à charitate ſeparari poteſt, reipſa verò minime 115.a
fides viua quæ ſit 72.d
fides viua vnde nominetur 367.b
fides vſu cœnæ confirmatur 91.d
fidei Chriſtianæ eſt cuiuis verbo Dei credere 407.f
fidei Chriſtianæ vera indoles 407.g
fidei Chriſtianorum principium vnde Auguſtinus deprompſerit 174.b
fidei confeßio duplex 80.c
fidei confeßio neceſſaria ſit cum periculo, vel expers eius eſt 80.c
fidei confeßio quàm ſit neceſſaria. 80.b
fidei confeßio temeraria cauſis variat 80.d
fidei definitio 269.g
fidei domeſticos quos Paulus vocet. 120.a
fidei duplex defectio 321.c
fidei effector Spiritus Sanctus 213.a
fidei & mutuæ charitatis vnitatem tueri quàm ſit neceſſarium 281.f
fidei finis eſt ſalus animarum 86.a
fidei finis eſt vita æterna per nomen Chriſti 409.a
fidei firmitas in quo ſit 145.a 174.b
fidei firmitas in quo eſſe Auguſtinus aſſerat 368.d
fidei gratiam ex Chriſti miraculo Iudæi conſequuntur 25.b
fidei incrementa 161.f
fidei magna imbecillitas 261.e
fidei natura 10.d
fidei naufragio nihil triſtius excogitari poteſt 204.c
fidei praxis quomodo in tentationib. ſentiatur 22.b
fidei proprium quid 394.d
fidei quæ fulcra firmißima 408.a
fidei vis in qua cogitatione ſentiatur 91.c
fidei vis quæ ſit 96.a
fidei vnitas charitatem parit 281.e
fidem an quis viuam & ſalutarem habeat, vnde ſciat 261.f
fidem remißionis peccatorũ quid præcedat 405.a
à Fide ad dilectionem firmißima eſt conſecutio 162.e
fide Chriſtus apprehenditur, retinetur & poßidetur 180.b
fide corda purificantur 178.e
fide & amore Chriſti qui ſe vacuos eſſe oſtendant 419.a
fide omnis promißio accipitur 91.a
fiducia quæ ex notitia dependet, quid. 269.f
fiducia ſine notitia eſſe non poteſt. 139.b
fiducia viua in corde vnde naſcatur. 274.c
filius cur patrem glorificet 270.f
filius Dei cur aſſumpſerit naturam humanam 348.g
filius Dei q̃uo dicatur venire 230.e
filius Dei q̃uo liberet 145.e
filius diſtincta perſona à patre 271.f
filius in aſſumpta natura patris legatus 193.d
filius quibus modis glorificatus 65.b.c.d.
filius quomodo patrem in terra glorificauerit 270.b
filius quomodo patrem manifeſtauerit 272.e.f
filius quomodo purget 178.f
filius quomodo ſeipſum ſanctificet. 284.g
filius ſolus eſt veritas 147.b
filius ſolus via eſt ad patrem 147.b
filius ſolus eſt vita 147.c
Filij Dei humiliatio 334.a
filij Dei petitio 20.d
filij Dei quomodo naſcamur 145.f
filij Dei viſio duplex 148.f
filij Dei viſio inanis & inutilis quæ. 149.a
filij Dei viſio mentis & corporis ſimul 149.a
filij Dei viſio ſalutaris quæ 148.g
filij & patris eadem opera 150.b
filij gloria quid 107.c.d
filij membra qui ſint 289.c
filio à patre qui dari dicantur 273.b
filiũ Dei an liceat ſculpere aut pingere 224.f 225.a
filium & fratrem Dei eſſe quanta ſit dignitas 400.c
inter Filium natura & filios adoptione quomodo diſcernendum. 20.f
filium Dei qua ratione audiamus. 168.d
filium videns quomodo patrem videat 194.b
à Filio miſſum recipiens, patrem mittentem recipit 103.a
filiorum timor facit ſeruos bonos. 188.e
filius prodigus typus cuiuſuis peccatoris reſipiſcentis 295.d
Flagella & dedecora cur Dominus pertulerit 334.d
flatus ad vitam conſeruandam neceſſarius 240.d

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

fortis viri officium 61.g
Franciſci cultus 216.b
fratres in Chriſto quinam verè ſint 401.a
fratrum errata quomodo charitas tegat 124.a
fratrum mutuus amor quàm ſit neceſſarius 401.b
fremitus, turbationis & lachrymarũ Chriſti cauſæ 16.d
fuga animi 31.d
fuga corporis duplex 31.e
fuga illicita quæ 31.f
fuga quæ mandatum habeat ibid.
fuga quæ ſemper ſit in vitio 31.d
fugæ diſtinctio 31.d
fugæ diſtinctionem vnde Auguſtinus petat 31.f
de Fuga quõ iudicandum 31.d
de Fuga regulæ 31.g 32.a
Fulgẽtij de anima Chriſti locus 362.d
Fulgentij hymnus 347.b
Funccij computatio anni Ieſu Chriſti immolandi 36.a
futurorum prædictio quando homines confirmet 242.f

G

GAbbatha quid Hebræis 339.g
Galatini locus 254.d
gaudium Chriſti quid 185.d
gaudium Eccleſiæ quid 185.e
gaudium & pacem in Chriſto qui habeant 245.f
gaudium omne tale eſt, quale eius obiectum 185.c
gaudium verum vnde ſit 245.f
gaudio mundi quid ſignificetur 244.c
Gellij verba de palma 50.b
Gethſemani villa 291.f
gladij nullum vſum eſſe in Eccleſia, anabaptiſtarum error 302.a
gladium accipere quid ſit, pulchre Auguſtinus explicat 298.g 299.a
gladium an Petrus acceperit 299.b
gladium quando legitimus magiſtratus accipiat 299.a
gloria Dei quæ ſit 80.a
gloria Patris & Filij vna 65.b
gloria Patris quam habet in cœlis, nõ augetur aut minuitur 270.e
gloria præſentis vitæ ignominiæ opponenda 288.f
gloriæ cogitatio quam Deus ſuis communicat, quid efficiat 78.e
gloriæ Dei dulcedo mortem amariſſimam ſanctos contẽnere facit 419.a
gloriæ humanæ ſpectrum quid faciat 79.g
ad Gloriam Dei augẽdam quid faciat
gloriã hominũ diligere 80.a (183.f
ad Gloriã paucos bonos potius ſequamur, quàm infinitam multitudinẽ ad ignominiam 75.g
gloriam vitæ huius ignominia breui excipiet 334.f
in Gloria cœleſti partem cum Chriſto quis habiturus 95.e
gloriatio in cruce Chriſti 346.c
glorificatio Chriſti quò pertineat 65.f
glorificatio eſt pleniſſima noſtri redẽptio per Chriſtum 382.f
glorificationis Chriſti cauſa impulſiua 263.e
glorificationis Chriſti modus 264.a
gloriari de cœleſtium rerũ cognitione
gloriatio quorũ vana ſit 101.c (101.b
Gnoſtici quo dicto ſuas opiniones Eccleſiæ obtrudant 236.e
Golgatha quid Hebræis 344.e
Græcus pro gentili ponitur 55.b
Græcis non fuit inuſitatum Latina vocabula in ſuum vſum trãsferre
gratia Dei, animæ vita 13.b (72.b
gratia & promiſſio remiſſionis peccatorum eſt vniuerſalis 406.a
gratia lapſis non neganda 205.d
gratia promiſcuè omnibus offertur fide accipienda 81.a
gratia quatenus legi Moſis opponatur 144.f
gratia ſpiritualis per Euangelium cõtingit 22.e
gratiæ promiſſio eſt vniuerſalis 82.f 183.e
gratiæ qui ſoli conſortes fiant 287.a
in Gratiam publicè receptorum exercitia 207.e
gratis particula excluſiua 195.a
gratitudo erga Deum vnde naſcatur 113.d 274.e
gratitudo noſtra erga Chriſtum in quibus conſiſtat 70.d
gregis Chriſti paſcendi modus 417.a
Gregorius Papa ſecundus in concilio ſtatuit imaginũ venerationẽ 221.c
Gregorij dictum 131.c
Gregorij de Euangelio ſententia 167.c
Gregorij locus 39.e 370.b
Gregorij regula in corrigendo qualis 131.a
gubernatio nos ad vnitatem inuitat 123.b
gubernatores impij an in conſilijs dandis à Spiritu Sancto moueantur 29.c 309.e.f

H

HIeronymi de reſurrectione locus 385.f
Hieronymi de ſcandalo ſentẽtia 202.a
Hieroſolymis quòd Chriſtus paſſus ſit ſacrificijs præfiguratum 247.g
Hilarij de coniunctione Chriſti dictũ
Hilarij locus 150.b (287.g
hirundinum natura 119.a
hiſtoriæ Chriſti finis 408.a
hiſtoriam Chriſti quomodo nobis Iohannes commendet 421.a
Homerus & Ariſtophanes ſacrificiũ gratulatorium vocant Euangelium 71.e
Homerus mortem ſomnum ferreũ vocat 7.e
homo natus qualis ſit 267.f (267.d
homo qualis concipitur & naſcitur.
homo qualis ſit renatus in hac vita quõ Paulus oſtendat 268.e
homo quatenus reuera puluis 268.c
item cinis ibid.d
homo quomodo ſeruus peccati fiat. 106.f
homo renatus in ſe qualis ſit 268.b
homo ſecundũ animam eſt Dei imago 225.e
ad Hominis cognitionẽ quid requiratur 267.d
hominis conſuetudinẽ ſequi nõ oportet, ſed Dei veritatem 331.d
hominis creati & redempti ad vnitatem nos inuitat 123.b
hominis finis 398.d ad quem primũ conditus eſt 146.d
hominis infirmitatem cur Chriſtus ſuſceperit 64.e
hominis mandatum non obligat contra mandatum Dei 34.a
hominis primi creatio ad vnionem nos vocat 122.f
hominis ſtatus in vita æterna perfectiſſimus 146.e
hominis temperamentum diabolus optimè nouit 106.e
hominis vitia lapſum ſecuta, malum acceſſorium 160.e
homini pio an voluptatis gratia ſumptus facere liceat 72.e
hominem quemlibet inemendabilem pio accuſare & damnare licet 43.e
hominem ratione vitij, non naturæ odiſſe debemus 121.c
in Hominẽ quib. modis ſatanas intrare dicitur 106.d.e
homines fratres ſunt naturâ & gratiâ 123.a
homines impij ſæpe ſuopte vitio faciunt ſibi indicia culpæ 106.a
homines non audientes & obtemperantes voci Chriſti, ſunt mendaces 329.f
homines nulla re propius ad Deum accedunt, quàm beneficentia 133.e
homines omnes naturâ ſunt filij iræ 193.b
hominum ingenium quale 395.b
hominum inuocatio vera 20.b
hominum mortuorum cultus 215.f
hominum tria genera 413.a
hominum varia & diſſimilia dona. 411.a

bono-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

honorem quem tribuat Deus creden-
tibus in filium 163.e
hora duodecima diei pars 6.g
horæ diei artificialis longioris, paucio
res verò breuioris 6.e
horæ inæquales olim Iudæis & Ro-
manis in vſu fuere 6.f
horæ καιρικαὶ 7.b
horarum differentiæ diuerſitas 6.e
horas inæquales cur Græci καιρικὰς
vocent 6.f
in Horto cur Chriſtus comprehendi
voluerit 291.f
in Horto cur Chriſtus ſepultus 365.b
Hoſchiana 51.c
hoſtium ſuorum vindex Deus 306.d
hoſtibus an mala imprecari liceat
294.e
humani generis caligo 243.f
ad Humanitatis officia hominibus
præſtanda quæ nos excitare debe-
ant 25.b
hypocriſis arrogans quid faciat 28.a
hypocriſis dealbatus paries 318.f
hypocriſis & vera ſalutis ſcientia cur
in vno eodemq́ corde locum non ha
beant 210.c
hypocriſis in Satanæ membris quan-
tum poßit 54.f
hypocriſis quæ foris ſunt purgare ſo-
let 326.e
hypocriſis qualis ſit 325.a
hypocriſis quomodo inuocationem me
tiatur 213.b
hypocriſis ſemper in Eccleſia ſibi do-
minium vendicat 313.c
hypocriſis ſibi ſemper ſimilis 323.d
hypocriſis vera natura quæ eſſe ſoleat
80.a 323.f
ab Hypocriſeos ſpecie abſtinendum
202.b
hypocritam ad Euangelij lucem addu
cere, difficile 192.d
hypocritæ cur ſint liberaliores 132.d
hypocritæ mortua Eccleſiæ membra
210.e
hypocritæ quid cum diabolis commu-
ne habeant 183.b
hypocritæ quinam ſe Chriſti Eccleſiã
eſſe glorientur 204.e quos excõmu
nicationis fulmine feriant 204.e
hypocritarum artes 296.c
hypocritarum cæcitas 27.a
hypocritarum ingenium 313.f
hypocritarum perpetuum artificium
quodnam 336.c
hypocritarum pœna 182.d
hypocritarum ſcandalum 200.e
hypocritas quæ pœna maneat 336.e
ex Hypothetica nuda nihil certi con-
cludi 421.a
hyſſopus Euangelij typus 37.d
hyſſopus veterib. in magno olim fuit
pretio 37.e

I

IActantiam noſtram Dominus pro-
broſis alapis luit 316.e
Iacobitæ inurentes ſignum crucis cau
terio baptizandis, deplorandi ſunt
potius quàm refutandi 218.b
idolum quid 215.b
idoli miſſatici abominatio 157.d
idola è tẽplis eſſe tollendá, in quo con-
cilio ſtatutum 221.b.c
idiomatum communicatio vnitatem
quidem ſtatuit, ſed relinquit natu
rarum diſcrimina & proprietates
254.b
idiomatũ realis communicatio in con-
cretis q̃uo fiat 167.b in abſtractis
naturas mutat ibid.a
idiomatũ tranſmutatio phyſica 173.d
Iericho à Iordane quantum diſtet 8.f
item à Ieruſalem ibid.
Ieſus cur medius inter latrones ſuſpẽ-
ſus 345.a (70.d
Ieſus cur ſe hominis filium nominet
Ieſus mitißimus æqualem naturam
habet 320.f
Ieſus Nazarenus Rex Iudæorũ, &,
Hic dixit, Rex ſum Iudæorũ: ha-
rum orationum diſcrimen 348.d
Ieſus nomen piorum cordib. impreſ-
ſum 349.d
Ieſus non inuitus, ſed volens pro no-
bis mortem ſubijt 326.d
Ieſus redemptor noſter perfectam ho
minis naturam aſſumpſit 15.f
Ieſu ſignificatio 348.g
Ieſum crucifigẽtium crudelitas 356.f
ignorantes docere quantum ſit bene-
ficium 131.b
ignorantiũ inſtructio multo amplius
bñficiũ q̃ corporis ſuſtẽtatio 131.b
ignorãtia duplex 279.d ex cæcitate
quæ ſit 279.d ex malitia quæ ſit
279.e
imaginis Dei in hõe renouatio 146.c
honor ad exẽplaris trãsfertur ho-
norem, authore Baſilio 225.d
ad Imaginem Chriſti transformabi-
mur 388.a
imagines cur in tẽplis nõ ferẽdæ 222.e
hiſtoricæ, typicæ et politicæ ſub v-
niuerſali interdicto nõ cõtinentur
223.f in Eccleſia qñ auctæ 221.b
imaginum adoratio an ad archetypũ
referatur 225.b
de Imaginũ inuentione quid Auguſti-
nus ſentiat 217.e
imaginum prohibitiones an vniuerſa-
les 223.c vſus ferendus triplex
eße poterit 223.a vſus qñ cœperit
in Chriſtianorum templis 218.e
de Imaginibus q̃uo iudicium piorum
rectè formandum 222.e
imitatio Chriſti in quibus conſiſtat
133.e
immortalitatis gloriæ cauſa 58.e
immundus totus quis 97.f
imperandi formæ multæ 171.f
imperandi ratio quæ non diu futura
171.g
imperij ruina pontifici Romano acce-
pta eſt ferenda 222.d
impiorum conſortia vitanda 320.a
in Impiorum nouißima animaduer-
tere 201.c
impios inemendabiles Deus permittit
ferri pro libidine 107.c
inconſutilis tunicæ Chriſti ſignifica-
tio 353.g 354.a
increduli oẽs dicuntur non electi 102.b
incredulitatis Iudæorum cauſa 73.d
indigentibus ex noſtro conferendum
128.e
indignitatis noſtræ remedium quale
ſit 261.f
indulgentiæ papales vnde natæ ſint
207.e
indurationis modorum diſtinctio.
77.c.e
inferni dolores 59.d
infirmitas humana quanta exiſtat
59.a
infirmitatem noſtram quatenus Do-
minus boni conſulat 19.c
infirmorum ſcandalum 200.f
in Infirmis quid Dauid requirat
201.a
inimicorum Chriſti conditio 104.d
inter Inimicos quod diſcrimen tenen-
dum 120.f 121.a
innocentiæ ſtudium vnde naſcatur.
274.e
iniuriæ forti animo ſemper ferendæ
294.c
inuocare in veritate 213.a
inuocare rectè, & petita impetrare
qui dicantur 183.a
inuocatio cultus Dei per ſe 212.g
inuocatio Dei quid 259.b
inuocatio Meßiæ ad patrem 20.a
inuocatio proprius cultus Dei 211.a
inuocatio ſolius Dei cultus 249.c
inuocatio vera quæ 20.b
inuocatio vera qualis eſſe debeat.
10.b
inuocatio vera quid 259.b
inuocationis cultus errore polluitur
213.a
inuocatiõis cultus quomodo polluatur
213.a
inuocationis veræ modus 153.b
inuocationẽ quomodo hypocriſis me-
tiatur 213.b
inter Inuocationem veræ Eccleſiæ &
aliarum ſectarum vnde præcipuũ
diſcrimen pendeat 21.e

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

inſidiæ domeſticæ cauendæ 294.c
inſitionis Chriſti inſtrumenta 177.d
inſtrumento ſæpe tribuitur effectus, qui eſt proprius eius qui inſtrumento vtitur 297.c
intellectus lumen mera caligo 72.c
interceſſionis modorum diſtinctio 253.a
Iohannes an rectè fecerit furem appellans collegam ſuum 43.d
Iohannes diſcipulus repræſentat Eccleſiæ curatores 356.c
Iohannes Euangeliſta placidè Epheſi ſub Traiano mortuus 420.a 421.a
Iohannes ſuper pectus Chriſti recumbit 105.b
Ionas Chriſti typus 370.d
Ioſeph, Iacobi filius, Chriſti typus 370.b
Ioſeph & Nicodemus Chriſto mortuo ſepulchrales honores exhibent 362.d
Ioſeph fratrum ſuorum dicitur Nazareus 350.e
Ioſua nomine et facto Chriſti figurã geſſit 349.b
ἵνα particula non ſemper eſt αἰτιολογικὸν, ſed ſæpè ἐκβατικὸν 75.a
Iræna Conſtantini quinti coniunx 221.e Theodori pontificis precibus expugnata ſynodum conuocat ibid.f
Irænæ filium ſuum capit 222.a
Irenæi locus 59.f
Iſaac Chriſti figura 345.f
Iſaac & oblationis Domini ſuper ligno & reſurrectionis typus 370.b
Iſraelitæ veri qui Paulo ſint 353.a
Iudæi à cultu Dei procul abfuerunt 210.b
Iudæi cur Apoſtolos ſemper perſequãtur 226.f
Iudæi cur in electis ſepulchris mortuos ſuos ſepelierint 18.b
Iudæi cur peccatum fecerint 75.d
Iudæi cur perſecuti ſint Apoſtolos 192.b
Iudæi de peccato conuicti cur compuncti ſint corde 235.a
Iudæi imperio Chriſti ſuauiſſimo præferunt crudeliſſimam Cæſaris tyrannidem 341.f
Iudæi magis quã Pilatus Chriſti interfectores 342.b
Iudæi quare Chriſtum oderint 193.d
Iudæi ſæpè Chriſto inſidias ſtruxerunt 30.c
Iudæi ſpirituales qui 353.a
Iudæorum aduerſus Chriſtum rabies 32.f
Iudæorum contumacia 192.g fuit voluntaria, non neceſſaria 76.f
Iudæorum contumaciæ & infidelitatis cauſa 73.a
Iudæorum deſertionis finis 78.a
Iudæorum deſertionem voluntas meruit 77.f
Iudæorum duplex error 232.f
Iudæorum feſtinatio ad tradendum Chriſtum Pilato, vbi olim adumbratum 323.b
Iudæorum incredulitatis cauſa 74.e.f
Iudæorum obdurationis cauſæ 33.c
Iudæorum odium quomodo in patrẽ legantem redundet 193.d
Iudæorum Meſſiam expectantiũ confutatio 372.d
Iudæorum rabies 341.d eius cauſa ibid.e
Iudæorum reiectionis cauſa 77.a 192.a
Iudæorum ſcandalum quo offendebãtur in perſona Chriſti 73.e
Iudæorum ſepulturæ 365.a
Iudæorum traditio iniqua 89.c
inter Iudæorum volentium filij mortem & Dei voluntatem, diſcrimen 305.c
Iudæos neceſſariò peccaſſe, cur falſum 194.f
Iudas cur non dicatur electus 102.b
Iudas cur tradiderit Chriſtum 92.a.b
Iudas facinore ſuo digniſſimas pœnas luit 293.e
Iudas Iſchariotes vnde dictus 72.d
Iudas Magiſtrum ſuum non pluris fecit quàm triginta denarios 92.c
Iudas manſit immundus, licet à Domino lotus 98.b
Iudas non fato aut decreto Dei Dominum tradidit 98.a
Iudas quomodo ſit Antichriſtus 92.f
Iudas ſua culpa proditor, non aliena 98.a
Iudas quos ſocios hoc die habeat 43.d
Iudæ auaritia 92.c
Iudæ induratio 104.e
Iudæ proditio in Ioab figarata 294.a
Iudæ proditio typis quibus ſignata 293.f
Iudæ proditionis cauſa 294.a
Iudæ vt Saulis defectio finalis 321.c
Iudam filium perditum perijſſe, vt Scriptura impleretur, quomodo intelligendum 282.b
Iudam marſupium portare cur paſſus ſit Chriſtus 43.e.f
Iudam proditorẽ Chriſtus ſigno monſtrat 105.f
Iudex an poſſit aliquem condemnare propter ſcelus, cuius & ipſe reus eſt 344.b
iudex an poſſit bonâ conſcientiâ iudicare ſecundum allegata & probata 342.c
iudex an poſſit damnare eum quem nouit innocentem, cùm à nemine accuſatur 343.a
iudex ſi nouerit eum nocentem eſſe qui ſiſtitur in iudicio, & accuſator deficit in probatione, poſſit ne tum iudex nocentem damnare 343.d
Iudicis probi officium 324.f
Iudici venturo nihil impoſſibile 23.d
Iudices quale mandatum Dei ſemper in conſpectu habere debeant 332.a
Iudicium quid 233.f
iudicium vulgi quale 210.d
Iudicij vocabulum quomodo per metalepſin tranſmutetur 233.f 234.a
iudicio ſenſuum & rationis repugnãs difficile eſt creditu 394.d
iudiciorum tria genera apud Iudæos 27.a
Iuliani apoſtatæ peccatũ quale 279.a
iuramentum quid 246.a
iuramentum neceſſitatis ad gloriam Dei pertinet 246.f
iuramentum neceſſitatis quid 247.e
iuramentum vanitatis quid 246.f ab hac Sapiens dehortatur ibid. de hac vbi Dominus loquatur ibid.g
iuramentum vanitatis cur illicitum 246.e
iuramenti genus quod præceptum habeat 247.d
iurandi corruptelam quomodo Dominus corrigat 247.b
iuſiurandum aſſeuerationis teſtimonium 104.b
iuriſdictio in pœnis capitalibus Iudæis adempta 326.b
iuſtificari cur nemo poſſit ſine Chriſti obedientia 95.a
iuſtificatio quid 144 b
iuſtitia quid 209.f
iuſtitia Dei crucifixionis Chriſti cauſa 346.d
iuſtitia non eſt noſtra actio, ſed Chriſti obedientia 382.c
iuſtitia vniuerſalis vnde naſcatur 122.d
iuſtitiæ coronã quid Paulus vocet 58.e 288. e
iuſtitiæ diuinæ congruentia 3.a
iuſtitiæ diuinæ ordinis regula 298.f
iuſtitiæ humanæ ſunt mera mendacia 156.b
iuſtitiæ regula quæ ſit 64.d
iuſtitiam imputatam habens non eſt ſub lege damnante, ſed ſub gratia 81.d
iuſtitiam qui eſuriant & ſitiãt 413.a
iuſtitiam ſuam quomodo Chriſtus credentibus conferat 11.f
ὑπόδειγμα quid 99.f

K

Κοιμητήρια à fœtoribus munda ſeruanda 18.e

κοιμη-

ποιμαντήρια cur ſic vocentur 7.f

L

Labor amantibus non eſt grauis 122.c
labor hominis eſt inanis, Déo non benedicente 411.a
laborum merces detenta quale peccatum 128.a
lachrymarum quib. pij mortuos ſuos proſequuntur, præcepta 18.d
Lactantius quando floruerit 208.e
Lactantij verſus de reſurrectionis Chriſti tempore 373.c
lætitia fructus eius pacis, quam Dñs ſuis precatur 403.e
ex Latere Chriſti mortui aperto ſanguis & aqua effluxit 361.c eius ſingulare myſterium ibid.
lauare alienos pedes quid 99.e
lauare pedes alterius, humanitatis & dilectionis opus 114.c
lauari ſe permittere à Chriſto quid. 95.e
Lazarus afflictus miſeretur afflicto 125.c
Lazarus excitatus à mortuis quamdiu vixerit 40.b
Lazarus velociſsimo curſu ad Dominum vocantem properat 23.d
Lazari à morte reuocatio quatenus Dei gloria 19 d
Lazari infirmitas ad gloriam Dei illuſtrandam facit 4.c
Lazari ſepulchri deſcriptio 17.f
Lazari ſuſcitatio ſymbolum ſpiritualis gratiæ 22.e
Lazarum cur Deus voluerit moleſtiis & inopia exerceri 125.d
legalis obſeruatio quid 273.e
lex quid 236.d
lex cur ſæpius inculcanda 38.f
lex Moſis bona & ſancta 89.a
lex Moſis quõ accipiatur 144.f
legis doctrina cur Euangelij prædicationem præcedere debeat 53.c
à Legis iure quõ nos filius liberauerit 262.a
legis naturæ contemptor quis 114.a
legis operib. nemo coram Deo iuſtificatur 233.d
legis ſententiæ meritum filij opponendum 262.a
legis ſignificatio 69.f
legi cur Filius Dei ſubiectus 88.g
legi Moſis quatenus gratia opponatur 144.f item veritas 144.g
legem Dei hominum auaritiæ cedere, iniquum 89.c
Leo quartus, Conſtantini quinti ſucceſſor 221.c
Leonis Romani de anima Chriſti locus 362.d
Leuitica ſacrificia Chriſti ſacrificium adumbrabant 147.a
liberalis erga egenos benedicitur à Domino 135.e
liberorum mendicitas quauis miſeria grauior 134.f
libertas vera cum pace coniuncta. 169.g
libertatem per mortem ingredimur. 35.a
Libertini quo dicto ſuas opiniones Eccleſiæ obtrudant 236.e
Libertinorum delirium 206.a
liberum arbitrium nullum eſſe concludentium, fallacia 182.b
libræ valor 41.g
ligni adoratio repræſentantis figurâ lignum, in quo Dominus crucifixus erat, planè impia & execranda 217.b
λιθόστρωτος quid Græcis 339.f
Locrenſium legati Romanis ramos olei porrigunt 51.b
locum quomodo ſuis Chriſtus paret. 140.c
loqui in prouerbijs quid 252.a
lotio Chriſti externa ſymbolum lotionis internæ 95.e
lotio literalis nihil prodeſt 95.e
lotionis pedum myſterium 95.d
lotionis pedum ſymbolo omnia opera humilitatis & dilectionis comprehenduntur 114.d
lotioni pedum diſcipulorum quod myſterium ſubſit 94.f
de Lotione diſcipulorum Auguſtini locus 97.b
lucem cur Chriſtus doctrinam ſuam vocet 71.a
in Luce ambulare quid 72.d
S. Luciæ filiæ, hortanti ſe ad præſtandam eleemoſynam, quõ mater reſponderit 132.e
lucrum turpe miniſterio verbi indignum 411.a
lucta Chriſti vera 66.e
luctus moderatio vnde proficiſci debeat 18.e
in Lumbis potiſsimæ corporis vires ſunt 39.b
Lyranus diligentiſsimus ſcriptor. 202.d

M

Magdal ciuitas 4.a
Magiſtratus legitimus qñ gladium accipiat 299.a
maieſtatis Chriſti in Eccleſia præſentia 254.e
Malchus vnde nomen habeat 306.c
malignantium cœtus ſynagoga Satanæ 203.c
à Malignantiũ cœtu excludi propter Chriſtum magna eſt gloria 203.c
malum ꝑ bono mundus reponit 316.e
Manaſſes & Paulus qñ filij diaboli fuerint 30.a qñ item Dei ibid.
mandatum vetus quomodo nouũ fiat 111.e
ad Mandatum Chriſti in omni vocatione & actione reſpiciẽdũ 411.a
mandata Dei facere quid ſit 153.f
manducare nomen Chriſti, & bibere eius ſanguinem quid 48.b
mãducatio cæremonialis, eſt ſpiritualis obſignatio in legitimè vtentib. cæremonia 91.e
manducatio & potatio cæremonialis quid velit 48.b
manentes in Chriſto quomodo nõ poſſint velle, niſi quod Chriſto gratum ſit 183.d
Manilij verſus 383.a
manus actionum organum 250.b
manus dexteræ porrectio fœderis ſignum 205.b
manus Domini quando oſculemur. 295.b
manuum eleuationis ſignificatio 20.c
manuum puritas quarum rerum ſymbolum 250.b
manſio corporalis & ſpiritualis 166.f
manſionis in Chriſto fructus glorioſus 183.a
manſiones multas eſſe in cœlo, & diſtinctos pro meritis hominum gradus, non idem eſt dicere 140.e
mare Tyberiadis qualis lacus 409.a
ad Mare cur ſe Dominus manifeſtârit 410.d
Maria, Marthæ ſoror 4.a
Maria pedes Dñi exterſos vnguentis, quæ fuerit 3.f
Mariæ commendatio 3.e factũ vtrũ cultus opus néc ne 40.f 41.b
Mariæ opus liberum 41.d quale fuerit 41.e
Mariæ Magdalenæ ardentiſsimus amor erga Chriſtum 394.b ſtudium erga Magiſtrum ſuum quæ commendent ibid.c cognomen vnde 4.a ploratus 396.g
Mariæ Magdalenæ cur Dominus primùm à reſurrectione apparuerit. 398.d
Marthæ de Chriſto cõfeſsio 14.b omnib. piis imitãda 14.e. 40.b quænã contineat 14.c.e
Marthæ fides 18.g inter ſpem & metum luctatur 10.g
Martham Chriſtus obiurgat 19.e
martyrum etymologia 63.b
martyrib. quam gratiam Chriſtus dederit 63.b
Maſſalina Carpocratis ſocia quõ imagines coluerit 218.d
in Maſsilia Lazarus excitatus à mortuis Euangelium docet 48.b

Vn

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

mater Ieſu imago eſt Eccleſiæ 356.c
matris filiorum Zebedæi petitio 243.e
maxillam alterã præbere quid 318.c
mediator noſter Deus & homo, verè filius Dei 261.a
in Mediatore noſtro quæ ſint cognoſcenda 14.c
membrum mortuũ quis 206.g viuum ſe eſſe in corpore Chriſti vnde quis ſentiat 206.f
membrorum eiuſdem corporis mutua affectio 114.b συμπάθειαν quam aliquoties nobis Paulus commendet 119.b
Menandri de ſomno dictum 7.f
mendacium vt eſt fugiendum, ita veritas amanda 43.e
menſis cuiuslibet initium qũo Hebræi ſupputent 86.f
mentem quomodo Chriſtus illuminet 144.e
mercenarij ſolutio non differenda. 127.f eius mandati ratio ibid.
mercenarij qui cenſendi 417.a
merces quomodo adulteretur 128.e diurni laboris apud Iudæos 72.d
mercedis miniſterij Chriſto præſtiti definitio 58.d
meritum Chriſti dignũ propter quod exaudiamur 249.b fide nobis applicatur 46.a vtriuſque naturæ Chriſti eſt 180.c
meriti Chriſti qũo participes fiamus. 144.a
merita Chriſti ſolùm credenibus applicantur 12.c
merita Chriſti ſufficientia ſunt omnibus mortalibus ad reſurrectionẽ & vitam 12.c
meritis ſolus Chriſti ſaluamur 143.f
Meßias & verus mundi Saluator quis 468.a
Meßias quo tempore politiæ Moſaicæ ſit exhibitus 372.e
Meßiæ & aliorum inuocationis diſcrimen 20.a
miliare Germanicum quot ſtadijs conſtet 9.c
miniſter Euangelij qui non idoneus. 416.a
miniſtri Chriſti quomodo debeant oues paſcere 417.a
miniſtri & diſcipuli pij an ſit Dominum ac magiſtrum ſuum tueri. 299.c
miniſtri Euangelij imitentur magiſtri ſui exemplum 398.f quæ duo extrema caueant ibid. officium 102.d
miniſtri Euangelij quam fortunam hodie experiantur 193.e
miniſtri verbi & eorum auditores quorum admoneantur 103.b
miniſtri verbi quomodo erga ſuos auditores affecti eſſe debeant 109.e
miniſtri verbi quomodo laicis ſcandalum dent 198.e
miniſtrorum Chriſti officium 23.a 99.b 196.c
miniſtros quales Dominus requirat. 416.a
miniſterij par ratio in omnibus 418.a
miraculi vſus 25.a
miraculo quo Chriſtus glorificatus. 65.d
miracula Chriſti quò pertineant. 73.c
miracula quibus Papiſtæ conantur cultum ſui idoli ſtabilire, ſunt præſtigiæ diabolicæ 217.b
miraculorum Chriſti vſus 193.g
in Miraculis Chriſti qualis anagoge ſit quærenda 24.c
miſeriæ humanæ gradus 285.g 286.a.b.c
miſericordia hominis erga proximũ quas cauſas habeat 124.f vnde naſcatur 391.a 124.e vt corde concipitur, ita ſermone & opere oſtenditur & exhibetur 125.a
miſericordiæ definitio ex quib. principiis extruenda 125.a duo genera. 125.f modus quis ſit 125.a 129.f 130.a.b
ad Miſericordiam adflictus præſtandam quæ æſtimatio ditiores monere debeat 134.a
miſericordiam Dei Euangelium promiſcuè omnib. credentibus offert. 144.b Dñs ſacrificio anteponit. 129.d
ad Miſericordiam exhibendam quib. argumẽtis homines permoueri debeant 133.b.c
miſericordiam qui non fecerit, huic iudicium fiet ſine miſericordia 44.b
de Miſericordiæ dicturis quæ ratio nobis commoda videatur 124.e
miſericors qñ quilibet ſibi ſit 125.g
miſericordes Chriſto beati 135.e
mœchus quis 107.c
mœſtos conſolandi ratio 131.d.e
monachi crucigeri 218.c
monachorum de imaginibus cõcluſio. 225.f
monarchia qñ non in tyrãnidem degeneret 171.f
mori idioma, deitati Chriſti non conuenit 371.e
mors æterna eſt Dei deſertio 386.e Chriſti omnium cruciatuũ cõſummatio 385.c ſacrificiũ pro peccato 371.a ſepultura & reſurrectio, nobis eſt donũ, virtus & exemplum 368.a vera 371.f voluntaria 52.d
mors cum deſperatione coniuncta triſtißimus aditus ad maledictione. 286.b
mors & maledictio iuſta pœna reatus 11.e
mors prima quæ 384.b ex hac venit ſecunda ibid. ſecunda in quos non habeat poteſtatem 384.d
mors quid 359.b
mortis Chriſti circumſtantiæ 359.c.d effectus 67.c finis verus quis ſit. 63.g
ad Mortis Chriſti mentionem tota natura exhorreſcit 359.c
mortis Chriſti quanta virtus fuerit. 362.e ſententia per Nicodemum impedita 30.c
mortis definitio 8.a
ſub Mortis iure qui maneant 266.g
mortis vocabulo oẽs calamitates humani generis cõprehenduntur 2.d
mortem cur Scriptura ſomnum vocet 7.e
morte amicorum non affici, alienum eſt ab omni pietate 18.e
mortificatio et viuificatio partes ſunt ſanctificationis 146.e
mortuorum reliquiæ Papiſtis relinquendæ 236.e tria genera 24.d
Moſes vitam & ſalutem cum conditione promittit 84.d
mulierum & Iohannis iuxta crucem ſtantium, conſtantia 355.a
mundicies in qua re ſita 132.b
mundus non eſt Deus, ſed Dei creatura 215.e ſemper ſibi ſimilis 332.e totus apud antiquos pro vno Deo eſt habitus 215.c
mundi à precatione Chriſti excluſio, triſtißima 275.f anima 215.c
mundi, Chriſti Eccleſiæq; gaudij diſcrimen 185.d creatio ſtultã philoſophorum opinionem facilè refutat 215.e gaudium quale 252.a hoc excipit luctus ꝑpetuus 244.d
de Mundi gaudijs Martialis carmen. 185.d
inter Mundi homines & Chriſtum diſcrimen 174.d
mundi iudicium 67.c.d 234.b pax duplex 171.b quid iuxta Auguſtini ſententiam 171.b
mundi princeps qũo vincatur 67.d ſapientes promißiones diuinas captum rationis fugientes derident. 70.b ſapientum ſcandalum 200.b ſignificatio 156.d. 276.e
mutuò quibus ſit dandum 127.c

N

NArdi fragrantia 42.a plures ſpecies 42.a
natiuitas ſpiritualis quomodo fiat. 145.f

natio-

nationes ſingulæ ſuos patronos aliis prætulerunt 216.f
natura noſtra multos gignit affectus 97.c
naturæ Chriſti quomodo quis communicet 177.d creatæ & increatæ diſcrimen 362.e diuinæ ſolius eſt, eſſe vbiq; præſentem 155.d humanæ Chriſti quomodo ſimus coniuncti 46.d ordo quis ſit 171.b
naturâ obligati ſumus ad nos mutuò diligendos 114.a
naturarum in Chriſto vnio 173.e
Nazareatus Chriſti imitatio vſitatè dicitur ſanctificatio 350.f
Nazareni Chriſti officium 350.d
Nazianzeni dictum 100.e locus 254.d ſententia 269.b
Nicephorus omnes Irenæ ſtatuas cōminuit 222.b
Nicolai cultus 216.b
Nizan menſis noſtro Martio reſpondet 86.e
Nizan menſem cur Dominus initiū anni voluerit 86.f
noctis adumbratio 37.f
noctis in quatuor vigilias æquales diuiſio 7.b item in quatuor cuſtodias 340.c
Noe vnde de Dei miſericorda ſit confirmatus 51.a
nomen Chriſti quid dicatur 409.a
nomen Dei in Scriptura quid 272.c quam eſſentiam communem deſignet 266.c qui polluant 213.a
nomen Domini turris fortiſſima 292.a patris relationem ad uerbum & teſtimonia de patris voluntate & beneficiis notat 272.e rei cur externo ſigno ſcriptura tribuat 90.a relationem habet ad verbum & teſtimonium 249.f
nominis Dei abuſus grauiſſimum peccatum 247.c celebratio cuius finis ſit 281.d
per Nomen Chriſti habere vitam quid ſit 409.a
nominum in Chriſto permutatio non facit naturarum confuſionem 173.f
Nonnus doctiſſimus Iohannis paraphraſtes 292.d
notitia mediatoris in qbus ſita 269.e quid ſit 267.b ſine affectu & effectu inutilis 267.b
notitiam Chriſti cordis fiducia excipere debet 408.a
noſchabu quid Hæbræis 53.d
nubes lucida Spiritus S. ſymbolum 240.c
Numa nullum ſimulacrum in templis Romæ poſuit 218.b
Nun filius Oſeæ Ieſu ſaluatoris noſtri typus 349.b

O

Obdurationis Iudæorum cauſa 73.c
obedientia erga Deum anteponenda rebus chariſſimis 383.d ex fide præſtāda qualis eſſe debeat 390.b noſtra via vitæ æternæ 57.c vnde mercedem habeat ibid. noua à fide iuſtificationis diſtincta 188.b
obedientiæ nouæ neceſſitatem oppugnantium uanitas 101.e
obedientiam ſuam credentibus Chriſtus gratis imputat 143.f
obſeruatio euangelica plurimum differt à legali obſeruatione 273.d
oculus animæ antequam eleuari poſſit ad Deum, quomodo illuſtrandus & purgandus 259.b
oculorum eleuatonis in cœlum ſymbolum 20.b & 258.g eius ratio quæ ſit 259.b
odium impuriſſimi ſpiritus fœtor 115.g Spiritum Sanctum ex hominis corde expellit 116.a
odij mundi aduerſus Chriſtum & apoſtolos cauſa 190.f mundi & perſecutionis diſcipulorum cur toties Dominus meminerit 197.c ſoror amaritudo 122.c
offendenti iniuriam eſſe remittēdam 126.f
officia aliis præſtita plurimorum bonorū occaſiones fiunt 25.b quæ filiorum Dei notæ 128 f
officiorum quod genus cōmendetur populo Dei 128.g
oliuæ frondes ſupplicum ſigna 50.f
operatio ſpiritus Chriſti in homine qualis cognitio 158.e
opiniones humanæ verbo Dei cedere debent 243.f
opus apud Deum quomodo æſtimetur 125.b bonum dupliciter dicitur 268.b liberum cur placeat 41.d quomodo uſu impium fiat 41.e
opus quodlibet ex bona intentione factum non eſt cultus per ſe 41.c
ad Operis boni effectionem quæ requirantur 267.g
opera bona quomodo peccatum deleant 381.f Chriſti ſunt veluti demonſtrationes τεκμηριώδεις 408.a dilectionis credentis fructus 390.b hominū ſine cuius ſciētia βδελύγματα ſint coram Deo 209.d quorum Deo placeant 182.b
operum Apoſtolicorum finis 153.b
in Operum diſtinctione quæ regulæ tenendæ 41.d
operum genera quomodo diſtinguenda 41.c
operibus legis nemo coram Deo iuſtificatur 223.d
orandi formam qualem diſcipulis Dominus præſcripſerit 21.d
orantis fiducia 20.d
orantes quo fundamento niti debeant 21.b ſolum per mediatorem exaudiuntur 21.c
orationis Dominicæ vnde interpretatio petenda 107.c
orationem Deo gratam quæ faciant 250.c quæ inquinent 250.d
in Oratione cur vox ad Deum requiratur 260.b.c ad hanc quæſtionem quomodo Auguſtinus reſpondeat ibid.c
ordo diuinus quis ſit 57.a
Origeniſtæ ex qua tela ſuas anagogas & allegorias ordiantur 168.a quo Domini dicto abutantur 167.c
Origeniſtarū philoſophia qualis 386.f
os Chriſti quando oſculemur 295.b
oſculatio ſpiritualis 294.f
oſculum pacis ſignum 293.d
oſculi ſpiritualis pulcherrimum ſymbolum in prodigi patre 295.c
oſtia cauſa moli corporis Chriſti non obſtiterunt, Auguſtino teſte 402.f
οὐ μὴ dictionis emphaſis 93.c
ὁσίαν quō Nonnus reddiderit 145 f
ouibus Chriſti paſcendis quis idoneus 415.a

P

Pabulum boni paſtoris quale eſſe debeat 417.a
pactio duplex in ſacræ cœnæ vſu requiritur 91.a
palma arbor ſempiternæ pulchritudinis & viroris 50.a
palmæ dactili quales 50.d
palmæ ligni ingenium 49.f
in Palma regni Chriſti potentia depicta 50.c
palmarum Dominica vnde dicta 34.e rami victoribus cur præferri ſoliti 49.f ſurculos vnde iuſtitiæ germina Theologi appellent 50.b ſymboli expoſitio 50.a
panis eſt corpus Chriſti 90.c eſt κοινωνία corporis Chriſti 90.b in ſacra cœna cuius conſociationis ſymbolum 115.d
panis adoratio in papatu cur ſacrilega 216.e præcipuum regni Antichriſti fulcrum 217.a eius typus Antiochus ibid.
Papa antichriſtus potius, quàm Petri ſucceſſor 92.f.418.a vnde id pateat ibid.
Papæ, qui ſe Petri ſucceſſorem eſſe gloriatur, vanitas 418.a
Papatus qua pœna hodie horribiliter puniatur 48.f
in Papatu non tam Chriſtus quàm fiſcus curatur 28.f

papiſtæ negant cæremonias eſſe mandata hominum 167.e non ſunt Chriſti teſtes 196.c omnes ſuas nugas ad Spiritus Sancti miniſterium referunt 156.a quæ propria ſunt Chriſti, ſibi ſacri legè adſcribunt 92.g quo Domini dicto abutantur 167.c quo argumento ſuas traditiones tueantur 236.e
papiſtarum commentum vanũ 154.g
παράδειγμα quid 99.g
paracletus cur carnali Chriſti præſentiæ præferendus 230.b
παράκλητος vox quæ propriè ſignificet 155.c
Parcarum tabulæ 25.e
παροιμία ſeu prouerbium quid 252.c
paſcha corporale æterni paſchatos typus 34.f quale ſignum Iudæis fuerit 35.b
paſchæ ſignificatio 323.g.324.a veteris ritus 34.f
in Paſchatos die cur Deus filium ſuũ voluerit fieri victimam pro peccato 87.d
paßio & mors Chriſti perfecta oblatio 359 f quibus vtilis 359.f ſacrificium propitiatorium 285.c meritum lotionis ſymbolo ſignificatur 95.f
paßionis Domini Scripturæ teſtimonia 304.a.c tempus decreto Dei alligatum 262.f
paſtoralis cura externa reſpondere debet amori interno 416.a
pater Chriſti ordine eſt prior, quàm noſter 400.d
pater cur nos amet 253.b
pater & Deus Chriſti alio modo eſt, quàm pater & Deus noſter 400.d
pater & filius quomodo veniant ad credentes 163.f requirunt gratitudinis erga ſe ſignũ 113.d vnius & eiuſdem numero ſubſtantiæ 229.d
pater, filius & Spiritus Sanctus idem euangelium docent 242.a diſtinctæ perſonæ 196.a
pater filium perfectiſſimè diligit 288.g quando filium, & filius patrem glorificet 270.e quomodo in Chriſto maneat 150.b quomodo id Hilarius exponat ibid. quomodo in filio videatur 150.b quomodo purget 178.e ſanctus in ſe & in operibus ſuis 281.c
patris æterni & filij coæterni amor ineffabilis 261.a cognitio vnde petenda 274.b
patris & filij cognitio coniuncta 274.c gloria ſumma 263.a
ex Patris & filij mutuo amore quid commodi ad nos veniat 261.b
patris & filij vna gloria 107.e & eccleſiæ ſocietas 159.a
patris & filij & ſpiritus Sancti vnum verbum & vna voluntas 82.b.241.a
patris qui ſoli eſſe dicantur 275.c ſermonem ſeruare qui dicantur 273.c
patrem & Deum communem habere cum filio Dei, magnam conſolationem fideli adfert 400.e
patrem & filium diuerſæ eſſe naturæ vnde Arriani demonſtare conẽtur 177.e & ij quomodo refutentur ibid.a
patrem quomodo nos glorificemus 270.a quomodo videamus 194.b
patrem videns quomodo filium videat 82.a.b
in Patre & filio quando vnum ſimus 287.b
patronos ſuos nationes ſingulæ aliis prætulerunt 216.b
pax an cum iis qui ſunt extra eccleſiã ſit expetenda 170.f fraterna vnde naſcatur 170.b
pax interna quæ complectatur 168.e quantopere ſit expetenda 169.c quomodo foueatur 169.e quomodo obtineatur 169.d vnde oriatur 169.e
pax ordinata triplex 171.c ciuium quid 171.e domeſticorũ quæ ſit 171.c.d eius vtilitas maxima ibid.d ſociorum 172.c
pacis cauſa quæ ſit 168.f Chriſti & mundi diſcrimen 171.c fraternæ fulcra 170.d internæ definitio 168.f. 169.e finis vltimus & principalis 169.a quomodo participes efficiamur 169.a
pacem internam quando diſcipuli ſenſerint 256.b
Paulini factum occaſio plurimorum malorum in eccleſia 223.b
Paulus magiſtro ſuo non aduerſatur 130.c quod perſecutus eſt nomen Domini, quo fundamento ſit niſus 208.f quomodo Timotheum armârit aduerſus mundi ærumnas 158.a
Pauli conuerſio 209.a fuga paſtorum ſit exemplum 32.a perſecutio 208.d
pauperi quod datur, & donum & lucrum eſt 135.a remittere debitũ quod ſoluere nequis, miſericordiæ opus 126.c
pauperum curam quatenus Dominus haberi velit 44.a piorum cura habenda 43.c
paupertas cui ſit via ad ſempiternam miſeriam 125.f
peccandi neceſſitas vnde 106.g
ad Peccandum Deus neminem cogi 75.d
peccatrix quomodo pœnitentiam veram teſtetur 295.a
peccatricis dilectio 162.f
peccatores ſi Deus non amaret, nunquam carnem noſtram induiſſet 4.d
erga Peccatores reſipiſcentes quomodo Chriſtus ſit affectus 398.d
peccatum à gratia deleri 24.e ad mortem quorum ſit 276.g commiſſum ſolo dono Dei remittitur 382.a in Spiritum S. cur dicatur irremißibile 279.b in Iuliano apoſtata graphicè depingitur 279.a quid 277.c.d.f
peccatum mortis cauſa 12.a non clauditur terminis 387.a non habere quid 194.c ſolum miſeriæ meritum eſt 61.b
peccati in Spiritum Sanctũ definitio 278.f duo ſunt modi 278.d
peccati irremißibilis ratio 277.b reliquias ablui ſatisfactionibus noſtris, figmentum 97.b
à Peccati ſeruitute quomodo credentes liberentur 3.b
peccati tres differentiæ 24.d
peccato quomodo moriamur 13.c
ad Peccatum quibus gradibus perueniatur 24.d
peccata manifeſta aliter quàm ſecreta ſunt corrigenda 130.c remittere & retinere quid 405.a quæ coram omnibus corrigenda 130.d quæ item ſecretius ibid.
de Peccatorum correptione, Auguſtini regula 130.c diſtinctio 338.e expiatio ſanguis Chriſti 179.b primis motibus reſiſtendum 98.b
pedum lotio ſymbolum officiorũ mutuorũ inter Chriſti diſcipulos 114.c
pedes Domini quãdo oſculemur 295.a
pedes quomodo Chriſtus lauet 100.b
perſecutio diſcipulorum Chriſti quanta ſit futura 208.b
in Perſecutionum fluctibus quomodo nos erigamus 195.c
in Perſecutionibus noſtris vnde conſolatio petenda 283.a
perſonarum in vna eſſentia diſtinctio 166.g
perturbationes in Chriſto minimè vitioſæ 16.g
perturbationes in ſanctis quando non ſint peccata 17.a
petendi modus 248.f
petendi modus qui conſoletur nos aduerſus diffidentiam & indignitatem noſtram 250.a
petendorum regula, eſt Dei voluntas 183.c

plur

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

pluralitas quomodo ſit in vnitate, & vnitas in pluralitate, ſcrutari temeritas 269.a
pœnæ æternæ quæ ſint 66.a
pœnitentia eſt occaſio, non cauſa purgationis 97.d
pœnitentia ficta quàm ſit pernicioſa. 205.f per ſe non purgat 97.d ſera raró vera 205.g
pœnitentiæ dilatio periculoſa 205.g
pœnitentiæ partes 235.d
pœnitentiæ prædicatio, Euangelij propria 235.c
pœnitentiam facti diſplicentia neceſſariò præcedit 235.c
ad Pœnitentiam quæ ſit paraſceue. 235.a
de Pœnitentis eleemoſyna quomodo iudicandum 97.e
pœnitentes quis ſolus purget 32.e
pœnitentibus cur venia promittatur. 97.d
petræ nomen Chriſtus cur accipiat. 71.d
Petronij carmen 217.e
Petrus an neceßitatis prædictione Chriſtum negauerit 138.b
Petrus curioſe inquirit, quæ ſcire ei non erat vtile 420.a
Petrus & alij diſcipuli quomodo loti & mundi ſint 96.c
Petrus nimium præſumit de ſuis viribus 136.f
Petrus quomodo in die Pentecoſtes 3000. hominum peccata remiſerit. 405.a
Petrus ſcandalum dat, Dominus datum non accipit 198.c ſub Nerone capite deorſum verſo crucifixus 419.a vnde nomen acceperit 319.e
Petri animus inter ſpem & metum fluctuat 312.g audax facinus. 298.d
ad Petri concionem multorum corda concuſſa 375.a
Petri curioſitatem Dominus boni cōſulit 136.d duplex confeßio 94.c exemplo quales ſimus, docemur. 312.b feruentior affectus præ aliis 105.c lapſus quomodo nobis in ſalutarem medicinam cedat 320.f negatio quomodo figurata in Iudæis. 312.a negatione Dn̄s p̄dixit 320.b nomen vnde 94.a periculum non vacat culpa temeritatis 311.e
in Petri perſona quomodo pij pingantur 310.e
Petri pertinacia 95.b reprehenſio 298.d.f 302.f & 303.d.f vt Dauidis defectio temporalis 321.c
Phaſe cur Iſrael ad veſperam immolare iuſſus 37.d
Phaſæ veteris ſignificatio 89.b typum pulchrè Euangeliſta explicat 87.f
Phariſæus eleemoſynā errore & hypocriſi polluit 213.c
Phariſæi an conſilium Dei exequantur 30.e credentes cur non ediderint palam ſuæ fidei cōfeßionē 72.f cur aduerſati ſint Chriſto 25.d
phariſæorum credentium confeßiōis ſuppreſſæ ratio 79.d.f
inter Phariſæorum & Dei de interficiendo Chriſto voluntatem quātum ſit diſcriminis 31.a
phariſæorum ignorantia qualis 279.e impietas 27.f rabies 54.f ſcandalum 200.a
Philippenſes quomodo Paulus conſoletur 227.c
Philippicus à Iohanne monacho edoctus imagines delere cœpit 221.b
Philippus quem Pſalmum pulcherrimè verſibus reddiderit 123.e
Philippi Melanchthonis locus 9.a ſapientißima reſponſio 266.d
Philonis de conſuetudine dictū 107.a
Phocylides reliquias mortuorum effodere prohibet 226.c.d
pietas quatenus flāmæ ſimilis 107.a vera omnium virtutum gubernatrix 274.e
pietatis vnum officium ſæpè occaſio fit vberioris gratiæ conſequendæ. 25.b
pietate vera nulla vis maior 172.b
pij cedrorum naturā imitantur 292.e cur templum Spiritus Sancti dicantur 155.e cur hoſtibus ſuis bene velint 187.g fœlicitatis Dei quomodo participes fiant 291.e quomodo ſe in his confuſionib. conſolentur 85.b quomodo ſeruēt mandata Dei 163.c ſerui Chriſti ſunt, & non ſerui 188.d vnde conſolationem ſub cruce petant. 107.g
piorum charitas vnde proficiſcatur. 119.c crucem quo elogio Euāgeliſta ornet 419.a cum Chriſto cōglutinatio voluntaria 181.f defectionis exempla vbi Paulus recitet 164.f
ad Piorum fidem confirmādam quid plurimùm faciat 25.f
piorum officium 21.e in hac vita calamitates, adoptionis ſigna 262.c perſecutionem gratißima liberatio excipiet 107.f ſupplicia cur dicantur martyria 419.a
piorum voluntas ad obedientiam parata eſſe debet 183.e
pijs an liceat amicitiam habere cum hoſtibus veræ religionis 310.f
Pilatus hominis gratiam Dei gratiæ anteponit 342.c
Pilatus imago profanorum gubernatorum 330.b
Pilatus in gratiam Iudæorum tripliciter peccat 331.b probi iudicis officio fungitur 324.f quomodo iniuſtitiæ & ſacrilegij reus fiat. 331.f quo timore indignatus hominem innocentem damnauerit. 337.a ſuperbiâ & iniuſtitiâ peccat 338.b
Pilati crudelitas in innocentem Chriſtum 333.f
Pilati interrogationem cur Dominus examinet 328.b
Pilati purgatio 330.f
Pilati reſponſionis ſenſus 328.d
Pilatum multi hodie referunt. pagina 342.d
piſcis aßi & panis ſpiritualis ſignificatio 412.a
piſcium captura miraculoſa cuius rei ſymbolum 414.a
piſcium numeri allegoria, inane commentum 414.a
πιστικὼ à πίστις dici Theophylactus falſo putat 42.a
πολύτροπον eſſe quid Græcis 80.a
pontifex noſter qualis eſſe debuerit. 36.d
pontifex Romanus vnde Antichriſtus eſſe, intelligendum 222.d
pontifices cur ſint anathemata 29.e
pontificum & phariſæorum conciliū quomodo collectum 27.a
pontificibus an ſpiritus propheticus ſit alligatus 29.b manifeſtis Chriſti hoſtibus an Eccleſia ſit ſubiecta 309.c
pontificatus & epiſcopatus in papatu hodie venales 28.f
pontificij qua cæcitate & hypocriſi cōtra Chriſti membra ferantur 27.d quem locum ad papatum ſtabiliendum torqueant 417.a quomodo Turcico tyranno crudeliores 335.e
pontificiorum zelus 26.f
pontificiam dignitatem confirmari, ridiculum 29.e
Pontius Paulinus, Nolanus Epiſcopus, imaginum inuentor 218.f
in Populo Dei quomodo homines ad ſummā dignitatē peruenerint 28.e
ex Potentia voluntatem Dei concludere, ſtultum 23.e
poteſtatis Chriſti finis 264.b
præcepta Dei quomodo inſtar viæ ſint 70.g
præceptionis & prohibitionis finis aut eſt expreſſus aut non 223.d
præcones verbi perſonam Chriſti ſu-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſtinent 284.a
prædictiones de futuris ſæpe vt præteritæ narrantur 182.c
præſentiæ deitatis modi 363.b.c
præteritum pro præſenti ſæpe Hebraica phraſi ponitur 184.a
precandi forma diſcipulis præſcripta, luculentam rerum petendarum periocham continet 248.f
precantes in ſolo Chriſti nomine exaudiuntur 135.d
precatio cordis occulta 20.e cuius ſit abominatio 250.e vera 20.e
precationis aſſiduæ vtilitas 93.a piæ dignitas 251.e
à Precatione ſua mundum excludere quid 276.d
in Precationibus ſolum Chriſti meritum locum habet 21.b
precatoris corda leuanda 259.e
preces Chriſtianæ cur ſint communes. 203.f plurimorum hominum cur ſint irritæ 250.d ſine intermiſſione quatenus Paulus requirat. 260.d ſuorum cur Deus interdũ negligere videatur 5.d
precum filij Dei exauditarum teſtimonium 271.e
primitiæ eorum qui obdormierunt, qũo Chriſtus dicatur 384.e.f
proditionis triſtiſſima in Papatu exempla 295.f
proditoris ſui nomen cur ad tempus Chriſtus ſupprimere voluerit. pagina 102.e
profectio ex Aegypto per mare rubrũ cuius libertatis typus 35.a
prohibitio & permiſſio Chriſti finibus differunt 400.a
promiſſio conditionalis 180.a ſine fide non accipitur, nec obſignatur. 91.a
promiſſionis verbum fidei regula, nõ rationis acumen 10.e
promiſſionẽ primam quàm aptè Chriſtus interpretur 146.f
de Promiſſiõe ſua quã ſecuros nos reddat Dominus 285.e
promiſſiones diuinæ quomodo metiendæ 19.b
promiſſionum diuinarum certitudo. 372.c
prophetæ prædictio non fuit Iudæis contumaciæ neceſſitas 75.a.c præcipui vnde originẽ duxerint 29.d
prophetica prædictio de Iudæorũ contumacia, infallibilis 75.e
proſabbatum 341.a
proſelyti qui dicantur 55.c
Proſper charitatis effectorum congeriem qũo colligat 122.c
proximus noſter quàre ſit diligendus 117.f
proximi dilectio cur debeat eſſe ſancta, iuſta & vera 118.a odium ſignum eſt, quòd Deum non diligas. 115.c
proximum non diligens nec Deum diligit 115.c
per Prunas rectè Spiritum Sanctum intelligi 412.a
purgandi actus diuerſis attribuitur. 178.e quomodo fidei tribuatur. 179.c
purgari de nouo à Chriſto 97.d
purgatorium, monachorum theſaurus 167.d
purificatio cæremonialis 32.d ſpiritualis ibid.

Q

QVicunq; particula qũo ſit reſtringenda 248.a.d
Quorumcunq; particula cur diligenter obſeruanda 406.a

R

RAmi palmarum victoriæ ſymbolum 50.f
ratio hominis mera caligo 72.c
recipere quem mittit Chriſtus, quid. 103 a
redemptio nos ad vnitatem inuitat. 123.a
in Redemptore noſtro duæ naturæ conueniunt 59.e
refectio qua fatigati releuentur, quæ ſit 413.a
reformidatio animi duplex 62.a
regenerando qũo Chriſtus ſit vita. 145.f
regeneratio noſtra quomodo fiat. pagina 146.a
regenerationis nouæ ſymbolũ baptiſmus 146.a
regnum Chriſti à terrenis regnis qũo differat 328.g Chriſti an armis propagare ſit licitum 300.c cur regnum cœlorum appelletur 329.g & diaboli quomodo ſibi aduerſentur ibid.e quid ſit 245.f
regnum Chriſti quomodo ſymbolicè pingatur 53.e Chriſti vnde colligendum ſit 49.d Dei violenter rapere quid 414.a diaboli quale. 329.e Satanæ eſt, ſub morte tenere captiuos 233.f
regni Chriſti ciues 50.d decor in qb. reb. conſpiciatur 53.f & mundi diſtinctio 327.c potentia 50.b Chriſti victoris finis 52.c
regni maximum bonũ quod ſit 172.a
regno Dei qui non aptus 416.a
ad Regenerationem Spiritus Sanctus requiritur 71.d
inter Regnum Chriſti & regna mundi in quibus clariſſima diſtinctio poſita 352.d.e.f
regna mundi qũatenus Chriſto non aduerſentur 329.e quatenus Chriſto ſeruiant 329.e
règnorum & regum maxima diſcrimina 351.d.e.f
regula quænam multis Scripturæ locis lucem afferat 44.d
regulæ cuius vſus in Scripturis ſit maximus 71.b 391.b
religionis veræ comes timor & humilitas 211.c
circa Reliquias ſanctorum variæ ſuperſtitiones excogitatæ 226.d
reliquiarum quas vocant ſanctorum, veneratio 226.b huius ſuperſtitionis fundamentũ quod Papiſtæ iaciant ibid.
remiſſio noſtra eſt teſtimonium, quo conſcientia hominis certificatur de diuina remiſſione 126.f quomodo fiat 405.a
remiſſionem peccatorum quis habeat. 163.a
remittere peccata qui dicantur 405.a
renatis in hac vita opus eſt multiplici conſolatione 38.d
per Renum cincturam quid ſignificetur 39.c
reprobam mentem excipiet ſempiterna miſeria 48.g
reprobi peccare non deſinent 387.c
in Repub. quomodo accidat, vbi ſine fide res adminiſtrantur 27.f
res cõditæ in quotuplici ſint differentia 72.f
rerum bonarum copia ſæpè ingens eſt malorum initium 106.a diuinarum cognitio cur non detur vlli in momento 95.a
rebus à Deo nobis conceſſis quomodo vti debeamus 43.c
reſurrectio Chriſti cauſa & pignus eſt reſurrectionis noſtræ futuræ. 386.a communis Eccleſiæ vita. 374.c eſt pignus conformitatis ſanctorum cum homine Chriſto reſuſcitato ex mortuis 387.d eſt pignus immortalitatis corporum poſt reſurrectionem 386.c firmiſſimum eſt teſtimonium, quod Chriſti paſſio ſit pleniſſimum λύτρον pro totius mũdi peccatis 382.a pijs pignus eſt & cauſa æternæ beatitudinis 388.d proponitur nobis vt exemplar vitæ formandæ iuxta voluntatem Dei 383.c proponitur nobis vt pignus & cauſa reſurrectionis noſtrorũ corporum 384.e quale pharmacum. 158.b proponitur nobis vt donum. 381.e quomodo nobis ſit conſideranda 381.e
reſurrectio Chriſti vanitatem Iudæorum

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

dæorum arguit 234.c
reſurrectio quid 10.d 367.c
reſurrectio Domini euidens teſtimonium de Chriſti perfecta iuſtitia. 380.d
reſurrectio & aſcenſio ad patrem, argumentum iuſtitiæ Chriſti 233.a & vita quomodo contingat 12.b
reſurrectio prima gradus ad ſecundam 12.b gradus eſt ad reſurrectionem vitæ 384.b quæ in Apocalypſi dicatur 13.a via eſt ad ſecundam ibid.d
reſurrectio ſecunda ibid.d
reſurrectionis articulus 11.b Chriſti circumſtantiæ 371.f clara pronunciata quæ 370.e conſequẽs 67.d fructus 158.a imitationis modi 383.e.f. 384.a.b ſigna. 374.f teſtes 376.b.d.f
reſurrectionis Domini vſus dulciſſimus 392.d.e.f.g 393.a.b
reſurrectionis doni gradus 381.f
reſurrectionis noſtræ ſpes in Chriſti reſurrectione poſita 368.a tria genera 24.d
reſurrectionem Domini conſequẽtia. 378.f 379.a
reſurrectionem fieri Euangelij potentia 38.d
reſurrectionem primam quõ conſequamur 384.c
reſuſcitati Chriſti fructus 379.c
rete apoſtolico quando capiamur & trahamur ad littus beatitudinis æternæ 414.a
rete quòd non ſit ruptum, quid ſignificet ibid.a
retinere peccata qui dicantur. pagina 405.a
reuelationes extra verbum non quærendæ 408.a
reus an ſeipſum accuſare debeat. pagina 343.f
rex dignitatis, officij & poteſtatis nomen 351.c
reges pij cuiuſmodi delicijs abundarint 43.a
Romani cur mortis cauſam cruci affigere ſint ſoliti 348.b
Ruthenorum ſuperſtitio 215.d

S

Sabbatum Domini æternam quietem ab omnibus laboribus ſignificat 366.g Iudaicum cur reliquis feſtis excelluerit ibid.a.b.c.d non caret myſterio 365.g
ſabbati adumbratio 372.b
Sabellianorum hæreſis 76.b hæreſim quomodo Auguſtinus ſoluat ibid.c
ſacerdotis tria munera 154.f
ſacerdotium Chriſti quomodo à Leuitico diſtinguatur 284.e
ſacramentales locutiones ad quam regulam ſint exigendæ 71.e
in Sacramento omni quæ regula obſeruanda 91.b
ſacramenta gratiæ dei ſigna 89.g
ſacramentorum veterum & nouorũ diſcrimen ibid.f
ſacramentis Chriſtus ſe nobis communicat 47.f
ſacrificij Chriſti præcipuum officium. 286.d quomodo homines participes fiant 285.d
ſacrificia Chriſti paſſionem præfiguraſſe 348.a
ſacrificia ὄργια πιςὰ 7.f quæ Deo grata 213.e
ſacrificijs vnde profani ſcriptores nomina tribuant 71.e
ſaluationis beneficium eſt ſolius Chriſti 23.g opus totum non eſt niſi vnius Chriſti 101.d trinitatis totius opus 177.f
Saluatoris alta vox tubæ magnæ ſymbolum 23.b noſtri benignitas in quo appareat 282.e pauor 59.a
Saluatoris totum beneficium in quib. conſiſtat 45.e
ſalutis conſequendæ ordo 274.a.b duplicem conditionem Scriptura requirit 182.f
in Salutis negotio inter matrem Dñi & alios homines apud Chriſtum nullum diſcrimen 356.a
ſalutis promiſſio conditionalis 322.b vniuerſalis 248.e
in Salutis propriæ negotio plus quàm talpæ ſumus 397.e
à Salutis via qui deflectant. pagina 144.c
ad Salutem quæ requirantur. pagina 232.b
Samſon abraſo capite per Dalilam in hoſtium poteſtatem venit 351.b Chriſti typus 297.c 370.c
ſanctificatio eſt reſurrectio noſtri primà 382.f eſt veluti veſtis nuptialis, qua donamur à Chriſto ſponſo 382.d
inter Sanctificationis modos permagnum eſt diſcrimen 284.c
ſanctitas quid 209.f
ſanctus in Scriptura quis dicatur. pagina 351.a
ſancti cur varijs calamitatib. in hac vita caſtigentur 262.c Dei homines ſpiritu Chriſti ducuntur 158.e deplorantes fidei imbecillitatẽ quã conſolationẽ habeant 261.c imitatione honorandi ſunt, non aũt colendi adoratione 216.e per crucẽ glorificantur 94.g
ſanctorum corpora cur honoranda. 18.a infirmitas 138.f
ſanctorum inuocationẽ ἀρχαῖαν πλάνην Epiphanius vocat 167.d reliquiæ intactæ relinquendæ 18.b vnio voluntaria cuius rei imago. 281.e
ſanctos demortuos vbi eſſe, papiſtarũ ſophiſma 58.a
ſanctuarium Dei Eccleſia 201.b
Sangar Chriſti typus 297.d
ſanguis de latere Dñi manans λύτρον pfectiſſimum 362.a & aqua manantes de latere mortui, cur efficaces ad ſalutem credentium 363.e
ſanguis & aqua quòd de latere Dñi exiuit, quid ſignificet 361.f
ſanguinis Chriſti aſperſio 37.f
ſapientia melior gemmis 151.b
ſathan cur princeps mundi dicatur. 68.a
ſatanas in hominem intrare dicitur duobus modis 106.d qua ratione princeps mundi 174.e quomodo per inſpirationem hominem occupet 106.e quomodo per obſeſſionem hominẽ occupet ibid.d quos ſibi obnoxios habeat 178.a
ſathanæ imaginem geſtare, nihil triſtius 392.b mancipium quomodo homo fiat 106.g
ſatisfactiones auaritia Romani pontificis in quæſtum conuertit 207.e
Saulis & Dauidis amicitia 187.f
ſcandalum acceptum quid 200.a quotuplex 200.b
ſcandalum datum quod dicatur 198.b quotuplex 198.c
σκάνδαλον nomen vnde compoſitum. 197.e quid ibid.e quot modis in Eccleſia accipiatur 198.b
ſcandalum vocabulum quò Eccleſia transferat 197.f
ſcandali aggrauatio 199.a
de Scandalis omnis generis vitandis quæ regula ſumenda 201.d
ſcandali peccatum quale 198.g dati primum genus ibid.c
ſcandali dati ſecundum genus. pagina 199.b
ſcandali dati tertium genus ibid.d
ſcandala omnia non æqua lance pendenda ibid.d
ſcandalorum cauſa 198.f
de Sceleratis parcendis quæ regula tenenda 331.e
cum Scelus clàm committentibus quõ agendum 207.f
ſine Scelere quod non poteſt fieri, non eſt faciendum 34.a
ſcelerum conſcientia quantum torqueat animum 286.b
ſchiſmata in Euangelij miniſterio cauenda 414.a

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

ſcientia ſalutis de remiſsione peccatorum vbi fundetur 209.c
in Schola Chriſti proficiẽtes opus habent quotidianis incremẽtis 290.b
Scribæ & Phariſæi quos excommunicauerint 204.d
Scriptura ſuiipſius optimus interpres 276.e veteris & noui Teſtamenti qualis 409.a
Scripturam interpretandi donum ad ordinariam ſedem non pertinet. 29.d
Scripturarum vſus 304.d
ſecuritas carnalis, via ad interitum. 322.a
ad Sedem ordinariam prophetãdi donum non pertinet 29.d
ſeditionem & hæreſim quomodo hodie noſtri hypocritæ definiant. pagina 325.e
Senecæ locus 122.b ſententia 131.a 132.c
ſenſualitas Theologorum 64.e
ſenſus carnis in Chriſto non eſt peccatum, at in alijs hominibus 63.e
ſenſus & ratio quantum valeant in negotio ſalutis ſine verbo 396.c
ſeptuaginta hebdomadum computatio 373.a
ſepulchrum Chriſti cur lapideũ 365.c item nouum ibid. quale 365.c
ſepulchrum Domini etiam hodie manet inuiolatam 365.e
in Sepulchro quamdiu Dominus quieuerit ibid.e
ſepulchra qualia eſſe debeant 18.c
ſepulchrorum violatores ibid.c
ſepultura Chriſti nihil aliud niſi requies Chriſtiani 367.a quibus ſalutaris 365.d
ſermo Dei quomodo ſanctificet 22.f Chriſti eſt ipſius & patris 165.f
ſermo quõ purget 179.a Chriſti quale indicium ſit futurum in extremo die 85.a
ſermonem patris ſeruare quid ſit. pagina 273.g
ſerpens æneus illuſtris Chriſti figura. 347.a
ſerpentum prudentia vbi locum habeat 202.d
ſeruare mandata Dei, locutio quotupliciter accipiatur 163.b
Seruetianorum furores 153.a
ſerui Dominum cædentis improbi facto veritas comprobatur 316.c huius factum quomoho Bernhardus exaggeret ibid.d
ſerui Dominum innocentem percutientis reprehenſio 317.b
ſeruorum timor facit ſeruos malos. 188.e
ſigno quomodo Chriſtus glorificatus 65.c
ſignorum non eadem ratio. pagina 90.b
ſignorum principalis & vltimus finis 408.a
ſilentium Domini noſtri Ieſu Chriſti 337.e
Simonis nomen vnde 94.a ſcandalum 200.a ſignificatio 345.d
Simoni Cyrenenſi cur Chriſti crux portanda tradatur 345.c
ſimpliciter aliquid dici, & comparatè differunt 79.a
ſimulachrum vbicunque eſt, ibi religio nulla: Lactantij ſententia. pagina 218.e
ſimulachra cur facta 217.g
ſimulachrorum inuentio in libro Sapiẽtiæ, quibus verbis deſcribatur. 219.b
in Simulachra gentium cur prophetæ adeò vehementer ſint inuecti. pagina 218.a
ſitis Chriſti naturalis 357.b ſpiritualis ibid.d
ſitis Chriſti ſymbolum ardentiſsimi deſiderij noſtræ ſalutis ibid.f
ſiti extremæ nullus dolor conferri poteſt ibid.d
ſocietas interna quàm chara Deo ſit, vnde appareat 206.e verbo colligitur ibid.c
ſolis ecclipſis contra naturam 359.c
ſomnus cur ipſa mors dicatur 7.d mortis imago ibid.e.f mortis præmeditatio, ibid.f
ſomni & mortis ſimilitudo ibid.e
ſophiſtæ cur Eccleſiam ſemper perſequantur 226.f
ſpeciei nomen pro genere vſurpari Hebræis vſitatum 252.c
ſperare & timere oppoſita 53.a
ſpes cur in vita futura ſuperflua. pagina 117.d
ſpes non confundit, modò in fide firmi perſtiterimus 3.c
ſpicata nardus vnde dicta 72.a
Spiritu Chriſti quòd ducamur, qui motus infallibile indiciũ 158.g
ſpiritus, fidei germanus fructus. pagina 188.b
ſpiritus, non carnis ductum ſequamur 66.e propheticus non eſt alligatus ſucceſsiõi ordinariæ 29.d à Patre & filio ꝓcedit 404.c adoptionis ſpiritus 238.d 155.f Apoſtolos docuit ſuggerendo 167.f cuius erroris Iudæos conuincat. 232.d
Spiritus Sanctus cuius operationis reſpectu Paulus vocet ſpiritum ſeruitutis 238.a cur amoris ſpiritus dicatur 239.d
Spiritus Sanctus cur arguẽs ſpiritus dicatur 238.a cur arrhabonis ſpiritus dicatur 239.e cur aquæ nomen accipiat 71.c cur flatui comparetur 240.d cur gratiæ ſpiritus dicatur 238.b.e cur ignis dicatur 240.d.e cur in columbæ ſpecie apparuerit 240.b cur linguis diſpartitis apparuerit 240.f cur nuſquam terræ conferatur 240.f cur paracletus dicatur 195.c 230.f 239.c cur precum ſpiritus dicatur 239.b
Spiritus Sanctus cur roboris & fortitudinis ſpiritus dicatur 239.a cur veritatis ſpiritus dicatur. 135.g 156.a 237.c.d.e
Spiritus Sanctus fidei ſpiritus 238.c in effectibus videtur & cognoſcitur, non in eſſentia 157.a nubi lucidæ comparatur 240.c nunquam deſerit eccleſiam 157.a quid ſit 404.e quid loqũatur 241.d. quibus ibid. in quem finem ibid.e quibus detur 153.e quomodo ad diſcipulos venerit 230.d quomodo efficax ſit in ſanctis 237.f quomodo miſſus fuiſſe legatur 239.f quomodo ſit paracletus in nobis 155.d quomodo purget 178.g
Spiritus Sanctus ſanctificationis Spiritus 238.d Scripturæ autor 165.a Spiritus ſapientiæ 238.e Spiritus timoris 238.g
Spiritus Sancti apellationes 237.g donatio cuius ſit 404.f
ſine Spiritus S. ductu nihil proficimus 243.f
Spiritus Sancti gratia ſpeculum, in quo Chriſtus vult conſpici 243.a habitantis in corde teſtimonium 155.f officium 230.f. 232.e opera quæ ſint 156.c præſentia quibus ſymbolis in nouo teſtamento ſit demonſtrata 240.a qualis effectus 404.e ſanctificatio vnde pendeat 238.a venturi modus 231.a
Spiritui Sancto cur ſymbolorum proprietates accommodandæ 240.a
Spiritum Sanctum à patre procedere, quò pertineat 195.c cur Iohannes vnctionem veracem vocet 156.c dare proprium Dei opus 404.d non videre & noſſe, quid 156.e
Spiritum Sanctum poſſe credentes amittere, contra quorundam dogma 182.f
Spiritus mortificatio 146.b ſapientiæ, intelligẽtiæ & cõſilij quõ iuxta Patrũ ſententiã diſtinguantur 238.f

de Spi-

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

de Spiritu charitatis quomodo Bernhardus loquatur 239.e
ſtadium vnde nomen habeat 9.b
ſtadij appellationis ratio ibid.b
Staphilus in quorum numero ſit. 295.g
ſtella indice quomodo Chriſtus glorificatus 65.c
Stenckfeldij hæreſis 225.b
Stoica doctrina de prædeſtinatione quem fructum adferat 322.a
Stoici & Arriani ex quibus Chriſti verbis venenum ſibi ipſis ſugant. 177.e
Stoicorum ἀναισθησία cum natura pugnat 62.b
Stoicorum ἀστοργία 17.a
ſuperliminaria cur agni ſanguine aſperſa 37.e
ſuperſtitio cur fornicatio dicatur. 212.a cur impia & nefanda coram Deo habeatur 211.f cur mēdacium dicatur 211.g cur vanitas dicatur 211.f duplex 211.a inſania & ſtultitia cur nominetur. 212.b magica 211.b quàm ſit ferax 307.f quid 212.d religioſa. 211.a quid 211.c vnde dicatur. 311.c
ſuperſtitiōis religioſæ primus modus 211.d ſecundus 212.f tertius. 213.g quartus 214.g
ſuperſtitionis facilis refutatio 215.e magicæ tractatus 226.e peſtis latiſsimè ſerpit 211.d
ſuperſtitionem Deus tanquam fœtorem turpiſsimum execratur 212.c quo epitheto Prophetæ ornent. 211.f
ſuperſtitionum plura genera 211.a
ſuperſtitioſi religionis fuco ſua inuenta & nugas pingunt 211.d
ſymbolum re ſignificata vacuum. 259.c
ſynagoga quid 203.b
ſynagogam Apoſtoli cur Eccleſiam vocarint 203.b
à Synagoga excluſio qualis pœna mūdi iudicio 203.b

T

TEla præuiſa minus feriunt 197.c
templi Dei ſpiritualis ſtructura vnitatem & coniunctionem poſtulat 123.d
in Templo quid faciendum 32.e
tenacitatis pœnæ quæ ſint 134.e.f
tenebrarum ſignificatio 83.b
tentationibus omnibus patris & filij amor opponendus 184.c
terræmotus quorum ſymbolum fuerit 374.f
Tertulliani locus 254.d 331.d
Theodoreti locus 254.d
Theodorus Laſchares cur à Conſtantinopolitanis dignitate, vrbe & regno exutus 222.b
θεωρεῖν verbi ſignificatio 82.a
Theſſalonicenſes conferunt Moſen & Prophetas cum ijs quæ euenerunt in Chriſto 145.a
Thomas & alij diſcipuli quō ignorabant, quod ſciebant 142.c
Thomas incredulus manſuetè à Dn̄o tractatur 407.a
Thomas obſcurè ſciebat, quod clarè non ſciebat 141.e
Thomas vnde dictus 8.d
Thomas vnde fidem ſuam concipiat. 407.a
Thomæ incredulitas 406.a
Thomæ qui ſimiles ſint 406.a 407.a
timoris ſpiritus vnde naſcatur 238.g
titulus crucis Chriſti cur Græcè, Latinè & Hebraicè ſcriptus. 253.b
titulus Chriſti, Euangelij ſumma. 348.f
tractio Dei reſpectu hominis, non eſt coactionis, ſed voluntatis. 68.g
tractio Domini quomodo intelligenda 68.a
traditio Iudæorum de transferendo feſtum in ſabbatum, fuit contra Dei mandatum 89.d
tranquillitas quō retineatur 170.a
tranſitus ad humanam, non diuinam naturam refertur 88.a Iſraelis ex Aegypto cuius rei umbra. 87.f
tranſitus nomine cur vtatur Euangeliſta 87.g
tributorum penſio ſubiectionis ſignū 327.f
trinitatis eſſe templum, quantum ſit decus 164.a perſonarum diſtinctio 155.e proprium quid Auguſtinus dicat 362.e tertia perſona cur Spiritus ſanctus dicatur. 178.g
triſtitia & metus memoriæ officit 166.b
turbæ teſtificantis de Chriſto exemplum imitandum 54.e
per Tubā quid ſymbolicè ſignificetur 132.c
tunicæ inconſutilis cur Chryſoſtomus putet Iohannem meminiſſe 354.b
turbatio animi duplex 62.e
Turcæ finis propoſitus quis ſit. pagina 171.a
Turcæ & Iudæi quomodo à vero Deo aberrent 21.e 139.c
Turcæ ſepulchrum Domini quæſtus gratia conſeruant 365.e
Tyberias ab Herode in Tyberij cæaris honorem ædificata 409.a
Tyberiadis lacus cur mare dicatur 409.a
typa quæ tribuuntur, rectè veritati accommodantur 195.a
ſub Typo vero diuerſa continentur, non autem cum veritate pugnant 39.e
typorum alij obſcuriores ſunt, alij clariores 370.e
typis quæ tribuuntur vt typis, verius antitypis conueniunt 361.b
tyranni cur Eccleſiam ſemper perſequantur 226.f
tyranni huius mundi fruſtra piis mala moliuntur 402.g
tyranni Pilato ſunt multo crudeliores 335.c
tyranni & boni gubernatoris deſcriptio 172.b

V

VAdum in mari quomodo naui ſcandalum fiat 197.f
de Valentis & Theodoſij imperatorum lege quid ſentiendum. pag. 218. d.e
vaticiniorum præcedentium reſurrectionem Domini, obſeruatio. 368.d
non Venire quò Chriſtus venit, quid. 110.f
verbum Chriſti potentia eſt ad ſalutem 150.a
verbum Chriſti potentia Patris, in quo ſolo Pater velit cognoſci. 148.e
verbum Dei clarum, debet eſſe allegoriarum fundamentum. pagina 168.b
verbum Dei cur veritas dicatur. 283.c hæc veritas cui ſit ſalutaris ibid.d
verbum Dei norma doctrinæ eſſe debet, non pontificia authoritas. 313.d
verbum Dei norma ſalutaris cognitionis 142.e
verbum Dei ſemen incorruptibile. 245.c
verbum Dei ſpeculum, in quo Chriſtus vult conſpici 243.a
verbum & Sacramenta ſunt veluti vaſa, quibus affertur cibus ſpiritualis 414.a
verbum Euangelij inſtrumentum. 283.c
verbum quo cognoſcitur filius, eſt potentia & filij & patris. pagina 149.c
verbum regula actionum noſtrarum. 136.b

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

verbi authoritas eadem, à quocunque doceatur 283.f
verbi Dei vis 22.e
verbi miniſterium Paulus militiæ confert 416.a
verbi vis eadem 283.f
verbum ſine fructu multi audiunt. 22.d
verbum qui cuſtodiat 389.e
verbo Spiritus Sanctus eſt efficax. 22.d
ex Verbo de Deo omnino quærendum eſt 268.g
verba Chriſti in homine manere qd. 183.b
veritas ad ſalutẽ neceſſaria nunquã omittenda 202.c
veritas in quibus cernatur 124.b
veritas num aliquando omitti poſſit propter vitandum ſcandalum. 202.a
veritatis conſtans confeßio lætißimũ exitum habebit 330.c
veritatis demonſtratio euidens quæ ſit 174.b
veritatis in Scripturis inquirendæ diligens ſtudium 70.c
veritatis ſtudium Deo gratum 330.c
veritati non credentibus datur efficax illuſio 48.f
veritatem agnitam oppugnans, Chriſtum abnegat 202.d
veſtis, primorum parentum nuditatis teſtimonium 354.b
veſtium aſſumptionis ſignificatio. 98.e
veſtium diuiſio quid ſignificet. 353.f
veſtium Chriſti in ſepulchro depoſitio quid ſignificârit 98.e & 375.f
veſtium in monumento relictarum ſignificatio 396.a
via anguſta & arcta quæ ſit 414.a
via Chriſtus eſt merito 143.f
via metaphoricè in genere quid 70.f
via qua venitur ad vitam æternam, eſt cognitio veri Dei & Chriſti. 266.f
in Via ſalutis qui maneat 143.e
victoriæ Chriſti glorioſa adumbratio 49.f
viduæ oblationem Chriſtus prætulit diuitum donationibus 125.c
vim vi repellere an liceat 299.e
viribus propriis nihil fidendam 137.b
vindicta iuſto iudici relinquenda. 204.c
vinum aromaticum cur ad mortem condemnatis apud Iudæos dari ſolitum 356.g
vinum eſt ſanguis Chriſti 90.c
vinũ quale Chriſto Crucifixo datũ. 358.a
violentum nullum diuturnum 172.a
Virgilij de ſomno verſus 7.c
Virginis Mariæ cultus ὑπερδουλεία. 216.b
virtus quæ meritò dignißima cenſeatur 117.b
virtutes à vitijs quomodo diſcernantur 305.c
virtutes Eccleſiæ Dei propriæ tres. 117.b
vita æterna donum gratuitum 265.c
vita & mors in poteſtate Domini. 10.c
vita hæc eſt aßidua conſumptio & iter ad mortem 385.a
vita innocentium non temerè periculis exponenda 15.c
vita noua effectus eſt primæ reſurrectionis 13.c
vitæ æternæ promißio conditionalis. 265.c ſola fide accipitur 86.a
vitæ huius ignominiam abundè æternus honos compenſabit 58.f
in Vitæ huius anguſtiis quõ nos conſolemur 140.d
vitæ nouitas pœnitentiæ neceſſarius effectus 235.d
vitæ totum tempus ſeptem diebus voluitur 38.e
in Vitæ huius itinere non torpendum. 39.e
vitam & ſalutem Moſes cum conditione promittit 84.d
vitam habere quid ſit 234.e
in Vitam quando dicamur per arctam viam intrare 414.a
vita pia quomodo ad beatitudinem perueniatur 71.a
vitis arbor horrida & debilis 176.c
vitis qua ratione præſtantißima arbor 176.d (47.c
vitis & palmitum copulæ definitio.
viti Chriſto quomodo inſeramur. 177.d
vitem cur ſe Chriſtus nominet 71.b
vitulæ rufæ ſacrificium, Chriſti typus 346.a
vnguenti Mariæ valor 72.d
vnio vnde cognoſcatur 288.a
vnionis gradus 288.a
vnionis noſtræ ordo 288.b

FINIS.

vnitatis maior ratio quàm vnius eſt habenda 102.f
ex Vnitate quid commodi ſequatur. 287.c
vnum quando inter nos efficiamur. 287.b
vni tertio cohærentia, inter ſe cohærent 180.f
vocatio ſua cuique ſua dies 6.c
vocationis neceßitas omnibus periculis anteponenda 6.e
inter Vocationis neceßitatem & temeritatem diſcernendum 6.a
vocationi diuinæ parens non offendit 6.c
vocationi ſeruiendum 6.e
vocis cœleſtis interpretatio 66.d.e
vocem filij Dei audire quid ſit 384.d
voce paterna quõ Chriſtus glorificatus 65.c
voluntas Dei conſequens quid 269.d huius voluntatis teſtis filius Dei. ibid. e
voluntas Dei erga nos vnde nobis patefacta 269.b
voluntas Dei & Phariſæorum de interficiendo Chriſto quantum inter ſe dißideant 30.f 31.a
voluntas Domini diligentis non mutatur, vt hominum inconſtãtium. 88.b
voluntas patris quæ ſit 64.d
voluntas vnde æſtimetur 30.e
volũtatis Dei duo modi 269.e (73.b
voluntatis peruerſæ in Iudæis cauſa.
in Voluntate Dei anteccdẽte erga nos quid conſiderandum 269.c
ex Voluntate Dei potentia concludenda eſt 23.e
Vria Propheta à rege Ioachim interfectus 313.f
vterum ferre ſpiritualiter quis dicatur 245.e
vtiliora minus vtilibus anteponenda 230.d
vulgus hominum quando ſe rectè ſapere putet 307.e
vulgus ſe affectui principis ſui accommodat 332.f
vulnus Chriſti, fons vitæ 361.e

Z

Zachæus diues ad gratiam confugiens, receptus 272.f
Zebedæi filiorum matris petitio 243.e
zelo hypocritis laruam detrahentes, miniſtri Euangelij non peccant. 318.f

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

120

BASILEAE

PER CONRADVM VVALDKIR-
CHIVM, ANNO SALVTIS HVMANAE,
M. D. XCI. MENSE MARTIO.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 805 2° copy 1